Pastoris Borsini
Anno 1667

PAVLI JANI COLDINGI ETYMOLOGICUM LATINUM,

IN QVO

DICTIONES LATINÆ AB ORIGINIBUS, DEFINITIONIBUS, SIGNIFICATIONIBUS ET EXEMPLIS, breviter ac dilucidè traduntur, deducuntur & explicantur, ad ordinem primigeniorum Alphabeticum, ſubſeqventibus ſuum qvodq́; deductis, methodo qvadam Naturali ac Alphabetica:

ADDITA ETIAM DANICA INTERPRETATIONE IN USUM PATRIÆ JUVENTUTIS.



ROSTOCHI
Typis Joachimi Pedani, Acad. Typ.
ANNO
M. DC. XXII.

BIBLIOTHECA
REGIA
HAFNIENSIS

SERENISSIMO CELSISSIMOQVE PRINCIPI,

CHRISTIANO,

CHRISTIANI REGIS FILIO,

Daniæ, Norvagiæ, Gothorum, Vandalorumq́;

Regi designato: Duci Slesvici, Holsatiæ, Stormariæ ac Dithmarsiæ: Comiti Oldenburgico ac Delmenhorstio.

Domino ac Principi meo Clementißimo.

NON mirum, SERENISSIME PRINCEPS, hominem aliis regendis natum, & à Deo Universi Rectore datum, non tantùm curæ multum ac operis, ob bonum publicum, in provehendis bonarum literarum studiis collocare; sed & ipsum ad tuendam Imperii Majestatem, rerumq́; incolumitatem, iisdem tingi, imbui atq; excoli. Si enim in vita hac mortali, caliginis & erroris plena, multisq́; Fortunæ casibus expósita, quemq́; ea addiscere necessum est, quibus & melior reddi, & utilior humanæ societati, & tranquillius vitam transigere potest; quomodo is excipi vel velit, vel debeat, qui supra omnes meritò, & sui & subditorum ratione, sapere, eosq́; sapienter regere, seipsum verò tueri in tanto fastigio debet? *Nemo sapiens nascitur*, inquit Seneca, *Virtus discenda est.* Quanquam enim certum est semina aliqua Virtutum, & peculiaria quædam naturæ dona inesse generosis præsertim natalibus atq; mentibus, quæ in Imperiis salutaria sunt, & multa laude digna præstare possunt; ea tamen adeò sunt debilia, lubrica ac fallacia, ut sine literarum adminiculis ægrè, ac ne vix quidem consistere possint. Faciliùs decrescit virtus, quàm increscit; degenerat quàm perficitur: præsertim in tanta rerum affluentia, potentia ac divitiis, quibus sæpiùs semina illa obruuntur, ac in libidinem degenerant; vel in voluptatem, vel in tyrannidem; aut anarchiam: quas sequitur & imperiorum

ruina, & ipſorum imperantum interitus. Mirum autem, quantum luminis ac roboris à doctrinis hauriant. *Quamvis enim*, inquit Cicero, *quod præceptis inſtituitur, plerique naturâ faciant; ars tamen dux eſt certior quàm Natura. Habet enim illa quædam quaſi ad commonendum, quò quidque referas, & quò intuens, ab eo, quod tibi propoſueris, minimè aberres, cumque ad naturam eximiam atque illuſtrem acceſſerit ratio quædam confirmatioque doctrinæ; tum illud, neſcio quid, præclarum ac ſingulare ſolet exiſtere.* Et Horatius non minùs graviter, quàm numerosè:

Fortes creantur fortibus & bonis:
Eſt in juvencis, eſt in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.
Doctrina ſed vim promovet inſitam:
Rectique cultus pectora roborant.

Imò *bona natura*, inquit Plutarchus, *ſi non rectè inſtituatur, inter bonos fructus multa etiam vitia profert, perinde atque bonus ager, ſi, non accuratè colatur.* Fatendum quidem bonos conſiliarios multa poſſe, nec immeritò ſæpè Principi doctrinæ & eruditionis vice haberi atq; eſſe. Verùm quia bonis & peritis conſiliariis ſæpè immiſcentur mali & imperiti, etiam præter ordinem, requiritur, ut princeps, qui caput eſt Senatus, conſilia collata ponderet, & examinet, atq; bona à malis, recta à pravis diſcernat: Id quod eruditionis ſeu literatæ ſapientiæ lance faciliùs (quantum humana ratio in hac caligine capere & intelligere poteſt) quàm ullo naturæ lumine, aut novo alieno conſilio, peræquè ambiguo, fieri poteſt. *Familiares plerumque & ſæpenumerò præter rem*, inquit Cominæus, *intermiſcentes conſilia ad ſuum ſenſum & affectum omnia detorquent: idque eò crebriùs & audaciùs faciunt, cùm princeps ipſe nullam habet rerum cognitionem: qui ſi vel ingenio valeret, vel librorum lectione quæſitam haberet aliquam prudentiam, non temerè circumveniri poſſet, nec ſic ludificationibus aliorum eſſet expoſitus.* Sed & principe nihil indignius, quàm alieno corde, non ſuo ſapere: alienis oculis, non ſuis videre: & inferiori ſemper de agendis ſupplicare: quem tamen ut Jovem aliquem in conſilio Deorum præſidere, & ut potentiâ, ita ſapientiâ omnibus præſtare & prælucere par eſt.

Multum quoq; tribuendum experientiæ & rerum uſui. At ea nimio ſæpè conſtat & Principi & Reipubl. cùm non raro magno periculo & detrimento comparetur. Contrà verò, ut ait ille:

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.

Nequè quisquam, quamvis rebus intentus, tot aut tanta experiri poteſt, ut agendorum omnium rationem inde ſibi haurire poſſit. Compendium autem experientiæ non immeritò cenſendæ literæ:

literæ: quippe quibus non unius ætatis aut ſeculi, non unius generis facta & fata, ſed omnium quaſi in tabella depicta conſpiciuntur. Neque ſanè audiendi, qui innatam principi generoſitatem hujuſmodi ſtudiis, non tam adjuvari ac dirigi, quam omninò enervari aut tolli affirmant. Eorum enim hominum ea eſt oratio, qui Scythicam feritatem, barbaros mores, & tyrannidem præferunt humanæ ac Chriſtianæ modeſtiæ, manſvetudini, benignitati. Equidem non generoſitas illa, ſed feritas exuitur, de quo Poëta:

Adde, quòd, ingenuas didiciſſe fideliter artes,
Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.

Generoſitas autem virtus eſt in contemnendis vilibus & futilibus rebus, fortiter ſuſtinendis ac poſthabendis privatis injuriis ac commodis, atq; promptè, cum alacritate & judicio, avertendis incommodis publicis, ac propulſandis injuriis. Hæc ſtudiis excitatur, excolitur, incrementa capit. Locum enim in Virtutibus invenit, præcepta audit, exempla & laudes videt. Quin principe quid dignius, quàm illa eadem modeſtia, manſvetudo, benignitas? Equidem Virtutes ſunt, quibus homines fiunt Dii: quibusq; omnium amor ac benevolentia, optimi ad diuturnitatem cuſtodes, conciliantur. Nec deniq; quicquam facit, quod de vitiis eruditorum principum objici ſolet. Ea enim non à doctrina, quæ aliud præceptis & exemplis docet: ſed aliundè, à vitioſa ſcilicet natura, aut à malis conſultoribus. Neq; dubium, quin & ſæpiùs frenetur iſta libido, longiùs aliàs graſſatura, & plura illatura incommoda. In quam ſententiam & Cominæus præclarè ait: *Doctrina vel meliores reddit homines, vel deteriores, pro cujusq; natura & inclinatione. Sed tamen veriſimilius eſt aliquem eâ fieri meliorem. Nam quò quisq; magis quid ſe deceat, intelligit, eò vehementiùs ipſum neglecti pudet officii: & etiamſi non omninò ſibi à maleficio temperet, tamen cavet, ne planè modum excedat. Ac iſtud quidem uſu compertum habeo. Multos enim novi, inquit, quos à pravis & illaudatis conſiliis eruditio ſola retraxit. Huc etiam accedit metus Divini numinis. Quanta enim ſit peccati magnitudo, & quantoperè Deus offendatur flagitiis, docti paulò meliùs quàm homines imperiti cognoſcunt.* Tanta literarum vis eſt: Quæ ſumma ſunt in Imperiis, naturæ præſtantia, ſapientes conſiliarii, rerum uſus & experientia, omnia nimirum vitæ & Majeſtatis magna axiomata, ſed quæ præſidia & ornamenta præcipua & neceſſaria à ſtudiis literarum & doctrinæ mutuantur & arceſſunt: ut & vitia iisdem frænantur aut corriguntur. Qui igitur contra ſentiunt, & Principem ab his ſtudiis ſeducunt,

Rem-

Rempubl. profectò præcipuo lumine & columine ſpoliant, ipſiq́; Principi oculos quaſi excludunt. Nec dubium, quin ſic judicent, alii ex literarum inſcitia, ut cœcus de coloribus: alii ex earundem odio, ut noverca de privignis: alii ſui confidentiâ, quâ principem à ſe totum pendere & agendorum rationem emendicare cupiunt & deſiderant.

Atq; ita, Sereniſsime Princeps, dignum Celſitudine tua facis, qui tam liberaliter his ſtudiis & literis imbui ac excoli volueris. Macte eâ Virtute, eâ eruditione, & diſcere perge

——— Quem te Deus eſſe
Juſſit, & humanâ, quâ parte, locatus es in re.

Iſtuc quidem in tua Celſitudine, præter præſtantiſsima quæq; Naturæ & Fortunæ dona, nos omnes tui ac paterni ſubditi, meritò & unicè amamus & admiramur. Ego quoq; modò, meo pro modulo, in publicæ hujus gratulationis ac voti teſtimonium, *Etymologicum hoc Latinum*, â me in uſum patriæ juventutis concinnatum, Celſitudini tuæ, ſummâ, quâ poſſum, animi religione offero atq; dedico: ſperans, id Celſit. T. ſuiſq́; Muſis haut ingratum fore: quippe quod eam continet materiam, quâ omnes artes liberales, omnisq́; ſapientia Divina ac humana, exarantur, & conſcripta repræſentantur atq; ſervantur. Sed & ut ſolenne quoddam congiarium C. T. ſubjectiſsimè porrigo, quo juventus patria à C. T. donetur, ac magis atq; magis ad ſtudia doctrinarum, tanto exemplo, alliciatur atq; excitetur. Deus Opt. Maxt. omnis ſapientiæ auctor & dator, imperiorumq́; ſanctiſsimus ac piiſsimus Conſervator, tua ſtudia fortunet, tuamq́; Celſitudinem verâ Sapientiâ, pietate & juſtitiâ imbuat: & cum optimo parente, Rege generoſiſsimo, atq; fratribus Illuſtriſsimis, longævùm ac perpetim conſervet & dirigat, in ſanctiſsimi nominis ſui gloriam, Eccleſiarum atq; Scholarum, totiusq́; Reipubl. emolumentum atq; utilitatem per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum. Vindingi Flackebergenſium in Selandia, Anno Chriſti M. DC. XXI. menſe Majo.

C. T.

Subjectiſs.

Paulus Janus
Coldingius.

RATIO

RATIO OPERIS
AD LECTOREM.

PRodiit in lucem jam sæpius, Lector benevole, Dictionarium Ambrosii Calepini: & quidem à variis doctrinâ præstantibus viris aliquoties recognitum, auctum & locupletatum, maximè variarum gentium linguis: ut sic toti ferè Christiano orbi prostaret. Neq; id absre aut sine fructu, cùm reverà latinitatis sit compendium, & quasi perpetui quidam auctorum commentarii, ad quos & docentes & discentes in tam vasto vocabulorum ac significationum pelago se recipere possent, & quodammodo consistere. Nationibus quoq; gratum fuit, suum cujusq; Idioma in theatro orbis & sibi & aliis ad usum & admirationem affixum esse. Verùm nihilominus sua quædam habuit vitia, audivitq; jam diu infame ab omnibus: frequentiore nimirùm auctorum oscitantiâ, atq; immani operis mole: quibus non mediocre negotium facessivit Lectori. Nam ut in multis singulari doctrinâ ac labore usi abundè fecere; ita in non paucis planè alieni sunt, & inficeti. Quippe vocum interpretationes definitionesq; non semel prætereuntur & negliguntur, prætensâ, nescio quâ, rei evidentiâ, sub hac aut simili orationis forma: Verbum est notæ significationis: cùm tamen ea ipsa dictio non minùs ignota sit, quàm alia quæcunq;, quæ non ex se; sed interpretatione tantùm innotuit. Definitionum autem quæ sunt, non paucæ vitiosæ: quibus scilicet vel aliena dantur, vel idem per idem, incertum per incertum declaratur: adeoq; sæpius hîc Lector ducitur & eluditur. Multa quoq; tum in vocabulis tum in scholiis & exemplis, aliena, superflua, mutila, depravata, malè detorta, nec non aliqua intermissa, præterita: multa parerga & interlocutoria, spuria, barbara, peregrina, confusa, nec scito ordine: crebræ etiam ad nauseam earundem rerum & vocum diversis in locis repetitiones: magna varietas exoticarum linguarum. Quibus omnibus ad insanam istam molem excrevit, ut jam in multis farragini & indigestæ moli similior videretur, quàm justis commentariis: fieretq; empturientibus ac tractantibus planè intolerabilis, neq; ei animus tutò fidere potuerit, nec solidam haurire vocum significationem, aut commodum delectum. Hoc & me tùm inprimis movit, cùm ante annos quatuordecim Scholæ Alburgensi præessem, ut, inter alia officii mei momenta animum converterim ad levandam utcunq; juventutem tantis difficultatibus, concinniori aliquantùm, habilioriq; magnitudinis, reddito syntagmate. Jeciq; statim hujus reformationis sive interpolationis fundamenta & initia quædam: quæ tamen paulò post, mutato ex Divina providentia vitæ genere, interrupta sunt atq; suspensa: donec nunc tandem superioribus aliquot annis denuò me operi accingerem: insumpturus sic temporis quicquid mihi à curis Ecclesiasticis ac domesticis supererat, potius quàm id turpi otio, aut importuno negotio damnarem. Excluſi itaq; & sustuli immanem istam insolentium vocum, parergorum atq; linguarum congeriem, nec non quæ artium & facultatum sunt propria, cum Onomastico in alium locum commodiorem reservanda: retentis tantùm latinis, latinæq; coloniæ & usu Græcis, quæq; ad quotidianum & oratorium dicendi usum faciebant: nec non pro tot peregrinis, repositâ solâ Danicâ interpretatione in usum peculiarem juventutis patriæ, ac universi Septentrionis. Lacunas verò ex ea scissura factas, meliore Genio mactavi, & novâ plurimarum vocum, Scholiorum, ac exemplorum necessariorum accessione resarcivi & compensavi, ex Varrone, Festo, Isidoro Servii vindice, Glossariis veteribus, ac Plauto maximè, qui, ut ait Julius Cæsar Scaliger, Romanæ linguæ lex quædam fuit: cujusq; sermone, ut asserit Varro, Musæ loqvuturæ fuissent, si latinè loqui vellent. Nec non ex optimis quibusq; ac doctissimis commentatoribus, Plautinis, Virgilianis, Ciceronianis, Horatianis, multorumq; faculario sive Daducho, Turnebo Gallo. Tum & prisca vocabula, item recentiora, modo matricem habeant latinam, parentemq; aliquem classicum, admisi atq; civitate donavi, ut incaritate saltim & inopia famem levent, Cicerone cum coætaneis deficiente. Contrà quàm censent

censent superstitiosi, & tribunitii isti Ciceroniani declamatores, sacrilegè adeò angustantes Romanæ linguæ amplitudinem. Neq; enim sani cerebri est, imaginari absolutam & totalem vocum atq; formarum dicendi rationem in solis, Cicerone, Cæsare, Terentio, Virgilio, Horatio, Ovidio, cum paucis quibusdam aliis poëtis: iisq; unis pertinaciter inhærere; cùm ab ipsis non omnes res, ideoq; nec omnes rerum voces, dicendiq; formæ tractari possent. Aliquid certe mutuandum à superioris ac posterioris ætatis viris Clarissimis; imò à recentioribus eruditione ac ingenio præstantibus, Philologis, Medicis, Jurisconsultis, Theologis: qui nonnunquam, nec sine ratione, Venere & gratia, antiquitatis studiosi, illinc præclaras voces & formas arcessivere & imitati sunt: nonnunquam suis rebus dictiones novas necessariò, commodè, tempestivè & analogicè confingere coacti sunt. Quanquam non omnia temerè & sine delectu; sed maturo quodam judicio imitanda & usurpanda. Sed nec antiquata omninò & horrida præterire volui, cùm ea non tantùm præclaris ingeniis in pretio habeantur ad cognitionis oblectationem; sed sæpius originationibus lumen præbeant, quæ vel inde deducuntur, vel deductas, earumq; ac literarum vicissitudines ac mutationes demonstrant atq; confirmant. Quin & variis Criticorum lectionibus non supersedendum mihi duxi, utpote quibus multa in bonis auctoribus luxata, truncata, deformata, intermortua, in artus pristinos reponuntur vel restituuntur integra: multaq; insiticia monstrantur, multa notha ejiciuntur. Deinde, cùm definitione inprimis opus sit ad rem intelligendam, eâq; hîc declaranda vis vocabuli primaria, omnium translationum mater & origo, nullum primigenium intactum reliqui; sed omnia ac singula, quantum in operis cursu fieri potuit, notavi atq; descripsi, sumptâ interpretatione modò ab essentialibus, modò ab affectionibus, præcipuè quæ in originatione latuêre, & proprietatem vocis ostendunt: quæ vè in descendentes vim suam diffundentes, materiam causamq; præbent significationum & translationum: ut ita mens certam vim vocis habeat, nec vaga in multitudine significationum fluctuet. Cumq; non parùm ad intelligentiam rei facit Etymologia, h. e. vera cujusq; dictionis ratio & origo, eam fortè, ut & ipse fatear, ad superstitionem usq; persecutus sum. Non enim eas tantùm attigi recensuiq; originationes, quas politiores rei literariæ proceres commenti sunt saniores; sed & novas insuper, & ab ipsis præteritas, ad unam omnes confinxi & affixi: à quibus & opus ipsum haut immeritò, ut opinor, Etymologicum indigitavi. Movit autem me istùc audaciæ multiplex originationis usus & utilitas, non in Grammaticis tantùm; sed & in aliis artibus ac scientiis, earumq; materiis pertractandis, cognoscendisq;. Hinc enim loquendi proprietas, rectè scribendi ratio, pronunciandi mensura, dicendi copia, argumentandi materia, multarumq; rerum recondita scientia. Quin est originatio, quasi commentariolus quidam cognitionis ac proprietatis, quemq; ut compendium rei ad memoriæ subsidium sibi habere potest, & fovere animus. Sic præstantissimi quiq; ac gravissimi viri omni ætate summam ei studio impendêre curam, inter quos ex professo hanc materiam tractarunt, Varro Latinorum doctissimus, Festus Pompejus gravissimus auctor, Isidorus Episcopus Hispalensis, Paulus Diaconus, Regis Longobardorum Cancellarius, & Festi admirator ac enarrator. Apud Græcos quoq; Plato, Philosophorum gravissimus ac divinissimus, aliiq; Græci Philosophi maximè stoici, qui, ut loquitur Turnebus, solebant ad ineptias verborum Origines enucleare. Quod cùm & Cicero faciebat, dicebat se stoicorum ineptias imitari. Nostro etiam seculo apud Latinos eminuit, quantùm lenta solent inter viburna cupressi, Julius Cæsar Scaliger, Principum è genere, atq; ingenio & eruditione mortalium clarissimus, qui inter alia divini ingenii monumenta centum & decem libros de Originibus scripsit, quos tamen posteris iniquitas temporum invidit, & ante visam lucem sustulit, non sine gravi Reipub. literariæ detrimento. Et quidem horum tantorum virorum, aliorumq; doctissimorum error in aliquibus (fatalis enim is casus est humani ingenii) audaciæ meæ viam muniit; quodq;, ut de se loquitur Turnebus, deterrere debuit, fiduciam & audaciam addidit. Cùm sperarem me eam facilè veniam impetraturum, quàm aliis non viderem esse negatam. Si cui igitur alicubi tantis literarum significationumq; vicissitudinibus & mutationibus monstrosior visus fuero, is, spero, in me æquior erit, ubi horum cum meis comparaverit, mirabilesq; istas literarum mutationes, penetrationes, trajectiones, atq; idiomata Æolica ac Dorica, quæ Latini potissimùm sunt imitati, noverit & perpenderit. Neq; enim quidvis ex quovis

fecis

feci; sed insistens receptis principiis, matrici Latinitatis, Linguæ Græcæ, significationis usui Rhetorico, Analogiæ ac regulis Grammaticis, vel pares, vel saltem propiores & verisimiliores sum consequutus. Namq;, ut ait Cicero in Academicis, Sapiens multa sequitur probabilia, non comprehensa, neq; assensa, sed similia veri. *Et ut ait Jurisconsultus:* Semper in obscuris quod minimum est sequimur. *Quare & magnus ille Scaliger per quàm facetè de suorum aliquando incertitudine dicit:* neq; ineptum, ineptum est. *Verùm ne videar aliorum auctoritate meis velle patrocinari, aut ea eorum errore palliare, Originationes illas qualescunq; à me suppletas, seorsim in unum fasciculum coactas ad calcem operis exhibui, bonorum omnium lubens subiturus judicium & censuram. Mordicùs inhæsi Linguæ Græcæ, eamq; originationis fundamentum statui & habui. Licet enim Hebræa meritò omnium mater habeatur (unde & Plato in Cratylo agnoscit plurima vocabula Græca ab Hebræis, quos tamen Græco more Barbaros appellat, orta) Græca tamen huic propior est: nimirum quæ initio in Italia vigebat à Græcis habitata. Quare & Italia Ciceroni cum aliis vetusto more dicta est,* Græcia magna: *Plauto autem,* Græcia exotica. *Magna est quoq; harum duarum linguarum, Græcæ & Latinæ, conjunctio in omnibus artibus ac scientiis, Divinis ac humanis: ideoq; nec visu ingrata erit earundem conjunctio, imò cognatio in ipsa materia & elementis. Contentus autem nec fui, unam uni dictioni originationem assignasse; sed sæpius duas vel plures, quæ probabilitatem aliquam habere visæ sunt. Nolui enim unius assignatione cuiquam vel auctori vel lectori esse præjudicio; sed cuilibet relinquere suum sibi judicium liberum. Eligatq; lector ipse sibi potiorem, quæ vel idonea magis visa fuerit, magisq; placuerit; vel dicendis commodior. Præterii tamen prodigiosas nimis, futiles ac ridiculas, quarum multæ tum apud veteres, tum apud recentiores. Porrò exempla non ubiq; integra recensui, sed truncata & contracta, quâ Syntaxin scilicet orationis indicant: idq; brevitatis studio. Eodem quoq; consilio auctorum nomina omisi, iisq; tantùm ascripsi, quæ minùs trita sunt vel obvia. Quanquam nunc alia mihi stat sententia cum amicis ea de re monentibus: Consultius nimirùm fuisse, nullius nomen præterisse, ut nec in originibus: ut quæ cujusq; dictionis aut Originis esset auctoritas & momentum constaret, indeq; facilior delectus haberetur. Verùm de via fessus adeò jam sum, animo & corpore, ut hîc omninò sit mihi interjungendum, nec ego quicquam, sive hæc sive alia, quæ vel meâ, vel librariorum incuriâ commissa hiant, vel mutare vel corrigere possim aut valeam. Danica verò ad primigenia & peculiares dicendi formas adjeci, præteritis ut plurimùm tropicis, quæ in primaria dictione quærenda sunt: tum & aliis, quæ ad linguæ suæ idioma quisq; efformare aut intelligere per se potest, qualia sunt derivata, participialia, nominalia, & alia descendentia. Tum Methodum & ordinem institui, cognitioni, perceptioni & memoriæ commodiorem, instructis scilicet classibus ad primigeniorum ordinem Alphabeticum, in quibus statim à fronte collocato suo quoq; primigenio, serie deductâ sequuntur sua derivata ac composita, ordine quodam naturali, ut cùm in Genealogiis parenti subjiciuntur filii, nepotes abnepotes, cum lateralibus, ut loquuntur. Sic enim uno intuitu tanquam in tabella, cujusq; dictionis historia, ut ita dicam, integra patefit, ejusq; vis magis atq; magis innotescit: nec non multiplex affectio ex inflectione, consociatione, significationisq; mira varietate, dum modò retinetur primaria, modò degenerat incrementis aut decrementis, modò planè exuitur, assumptâ alienâ: ut nonminùs hîc, in orationis usu, luserit Natura, quàm in rerum generatione: quod & commendandam voluptatem contemplanti afferre potest. Est quoq; in re metrica, aliqua hujus ordinis utilitas. Cùm enim initialis syllabæ (cujus ratio in regulas cogi non potuit, ideoq; semper fuit difficilior) quantitas cognoscitur, eodem compendio ac intuitu, absq; repetita ejus mentione, habetur & descendentium, sive eadem maneat, sive alia, quàm Grammatica species nonnunquam inducit. Deniq; quia methodus hæc inexercitatis ad inventionem vocum est difficilior, Indicem accuravi, in quo discrepantia ab Operis Alphabetico, qualia sunt composita ac derivata obscuriora, aliaq; minùs obvia, recensentur, & sui loci numero signantur. Atquè sic tandem Divinâ favente gratiâ post exhaustum multum temporis, laboris ac tædii, voti sum factus compos, & opus ad hanc metam perduxi & absolvi. Faciliora quidem mihi visa initia, sed reverà post modum sensi me magnis obtulisse me difficultatibus, è quibus nec sine summa ingenii lenitate ac animi obstinatione eluctari potui.* Studium enim hoc, *ut*

verbis utar Scaligeri de ſuis commentariis. in partes quidem varias ſæpè numero ſcindebatur adeò, ut jam & puderet audaciæ, & tæderet laborum, & pœniteret progreſſionis. *Parumq; abfuit, quin abjectâ haſtâ, ut dici ſolet, ad quietiora me recepiſſem. Quod ſi igitur ubiq; minùs ſatisfecero, remiſſior quàm par, tribuendum id quidem operis ipſius prolixitati, materiæ tortuoſitati, defamatæ auctorum in ea diſcordiæ, & aliquando interpretum inopiæ. Hæc enim me ſæpius adeò exercuére, ut nec animus, nec oculi ſatis ſecum fuerint, vel officium facere ſuum potuerint. Quare minimè mirum, ſi aliquandò dormitanti ſimilis ſecurè ac negligenter nimis auctores ſive Calepinianos ſive alios ſim ſequutus, non ſemper iis ad libram revocatis. Evenit ſiquidem mihi quod aſinis molæ alligatis, qui dum molam circumagunt, ipſi unà circumaguntur. Ita quod in aliis ſuprà notavi & damnavi, in meipſum præ laſſitudine admittere coactus ſum. Quicquid eſt, mi Lector, fateor cum Philtone Plautino:*

Non optima hæc ſunt, neq; ego ut æqvum cenſeo:
Verùm meliora ſunt, quàm quæ deterrima.
Vale.— Et, ſi quid noviſti rectiùs iſtis,
Candidus imperti. Si non; his utere mecum.

RECTOR

RECTOR
ET
SENATUS UNIVERSI-
TATIS HAFNIENSIS
LECTORI
S. D.

DOcet experientia probatrix verissima, in Europæis nostris illos non desiderari hodiè, qui cùm suo more & modo de quibusvis aliorum lucubrationibus non vereantur sententiam ferre, nil nisi reale & realitatem *urgeant; Philologiam verò, quam nos eruditam linguarum cognitionem agnoscimus, tanquàm homine liberalis ingenii planè indignam, ad Garamantes relegandam censeant. Atqui non attendunt censores insubidi, tam verborum quàm rerum curam quandam præcipuam & orationi & styli ductui necessariò præmittendam esse. Hoc enim sicubi neglectum fuerit, insulsa erit oratio, & in cassum fermè stringetur crena calami: siquidem scriptio secutura & Lectori φιλομάθῳ fastidium pariet, & Scriptorem ipsum reddet inglorium. Adhibenda est quidem cura rerum, verborum interim non negligenda: nisi monstrum potiùs, quàm naturæ congruentem fœtum quis velit progignere. Appositè enim Hermogenes, uti res cum anima, sic verba cum corpore, solebat conferre. Corpus autem & anima si rectè habuerint, exsistet aurorâ & hespero pulchritudo jucundior. Quid quod omnes ac singulæ artes & scientiæ pleno quasi ore protestentur, se ope & subsidio Philologiæ nequaquàm carere posse? Hæc nimirum tenebras, quibus alioqui involuta essent quælibet monumenta chartacea, validè dispellit, earumq; in locum radios non minùs salubres quàm lucidos immittit. Et quis infitias iverit, quin explicationi cujusvis doctrinæ multum lucis afferat solida vocum cognitio, quâ certò nobis constat, an vox sit unius tantùm significationis, an verò plurium, earumq; vel cognatarum, vel discrepantium? Hinc in scholis Theologicis benè constitutis (ut hoc saltim attingamus in præsentia) nec insolens est hodiè, nec infrequens,*

origines & causas vocum singularum accuratè rimari, & in significatus earum cùm proprios ac principes, tùm improprios & tropicos diligenter inquirere, ac in his nativum ab asscito, ab antiquo novitium, à mundo barbarum, discerniculo subtili sejungere, adeoq; istâ quoq; viâ inconditum Realistarum boatum, magno veritatis bono, retundere, iusq;, sive fremant sive gemant intereà, ruborem offundere: dum alii, quibus non innotuit ratio Etymologica, Antagonistarum paralogismis decipiuntur facilimè, tricisq; inextricabilibus pedetentim involvuntur. Etenim ut non ineptè dixit Plato, primi gradus ad cognitionem sunt ὄνομα καὶ λόγος. Cui suffragatur Epictetus dicens: Principium παιδεύσεως est vocum contemplatio. Quocirca suam quoq; laudem merentur, qui in studio linguarum, inprimis Ebraicæ, Græcæ & Latinæ, quarum usus latissimè jam diffunditur, operam juventuti scholasticæ fideliter locant, & Philologiam pro viribus adjutum eunt. Atq; in his qvùm nomen suum profiteri voluerit doctrinâ & virtute excellens vir Dn. Magister PAVLUS ϳANUS COLDINGIUS, *in lucem edendo ingeniosè concinnatum Etymologicum Latinum; non potuimus, quin opus illud publici juris fieri pateremur, ac politioris literaturæ studiosis adolescentibus idipsum de nota interiore commendandum esse censeremus. Eò autem majorem gratiam autori debet, cum regnis vicinis Dania nostra, quòd is linguam Septemtrionalem hac suâ operâ sic evolverit, ut phrasis elegantia, quam à sordida barbarie nihil distare, perperàm adhùc autumârunt imperiti quidam, in apricum sit producta. Te interim, juventus studiosa, heic compellamus, tibiq; hoc Etymologicum, ceu opus* ἀξιέραστον, *commendamus, & quasi in manus tradimus. Legas illud diligenter; ac tandem, in rem tuam quæ fuerint præcipuè, sedulus indidem seligas. HAFNIÆ XXIII. Septemb. anno Christi* cIↃ IↃ C XX.

Aucto-

Auctorum nomina
IN
ETYMOLOGICO
HOC SIGNATA,
ATQVE HIC CUM CUIUSQVE PATRIA, ætate, ſtudiis ac profeſſione, pro certiore verborum delectu ac judicio, explicata & deſcripta.

NUMERANTUR AUTEM AETATES A SECUlis, Enniano & Ciceroniano: quorum illud antiquis eſt, & horridioris ac durioris ſermonis: hoc caſtigatiſsimum & feliciſsimum. Tum & ærâ Chriſtianâ, & temporibus imperatorum in quibus proximi Ciceronis & Auguſti Imperatoris ætati, elegantiores ſunt. Cæterorum alii diligentiores ac terſiores; alii negligentiores ac ſordidiores; alii affectatè nimis ſunt loqvuti.

ACC. *L. Accius ſive Actius vel Attius, poëta Tragicus, Ennii coætaneus.*

Adηλον. *Innuit dictionem eſſe incerti auctoris, qui nec pro claſſico haberi poteſt, nec omninò pro proletario. Inveniuntur autem hujusmodi dictiones plures in Perotto ac Calepino.*

Afran. *M. vel L. Afranius, temporibus Ciceronis, poëta Comicus, ſed antiquarius.*

Agret. *Agrætius ſive Agretius, vetus Grammaticus, qui ſcripſit de proprietate & differentiis ſermonis latini.*

Apic. *Cælius Apicius antiqvus rei culinariæ ſcriptor.*

Ambroſ. *Ambroſius, Epiſcopus Mediolanenſis, patriâ Romanus, Theologus, An. 390. ſub Theodoſio.*

Ammian. *Ammianus Marcellinus miles Conſtantinopolitanus, Hiſtoricus An. 360.*

Apul. *Lucius Apulejus, Afer Philoſophus Platonicus. Floruit ſub Antonio & L. Aurelio Vero, An. 168.*

Arnob. *Arnobius presbyter, Lactantii præceptor, Philoſophus & Rhetor inſignis ſub Diocletiano, An. 310.*

Aſcon. *Q. Aſconius Pædianus Patavinus, Hiſtoricus & commentator Ciceronis An. 80.*

Atellan. *Pomponius Atellanarum poëta antiqvus.*

Auguſt. *Aurelius Auguſtinus, Epiſcopus Hipponenſis, ſcriptor Eccleſiaſticus, An. 400.*

Aurel. *Aurelius Verus, Hiſtoricus An. 170. ſcripſit & Aurelius quidam alius de Verborum ſignificationibus. Item Sextus Aurelius Victor Hiſtoricus An. 420.*

Auſon. *Decius Auſonius Gallus Burdegalenſis, Poeta. An. 380. ſub Theodoſio Magno.*

Boëth. *Anitius Boëthius vel Boëtius, Manlius Severinus, Prætorio præfectus ſub Theodorico An. 520. ſcripſit Philoſophica & Theologica.*

Cæcil. *Cæcilius Statius Poëta comicus Coætaneus Ennii. Eum Cicero vocat malum Latinitatis auctorem.*

Cæl. Aurel. *Cælius Aurelianus Medicus vetus: nimirum ante tempora Plinii, ut eſt conjectura.*

Cæſ. *C. Julius Cæſar, Imperatorum Romanorum primus, Coætaneus Ciceronis. Scripſit commentaria de bello Civili & Gallico, ornatiſsimo, ſuaviſsimoq; dicendi genere.*

Calep. *Ambroſius Calepinus Eremitanus Bergomas. Vixit An. 1490.*

Capell. *Martianus Mineus, Felix Capella Carthaginenſis. Scripſit de ſeptem artibus liberalibus. Item de nuptiis Philologiæ & Mercurii.*

Capitol. *Julius Capitolinus Hiſtoricus ſub Diocletiano. An. 307.*

Cat. *M. Portius Cato Cenſorius Coæqualis Ennii, ſcripſit de re ruſtica.*

Catull. *C. Valerius Catullus Veronenſis, poëta excellens, floruit temporibus Ciceronis.*

Celſ. *Cornelius Celſus Medicus, floruit An. 28. ſcripſitq; Medicinam ſtylo Oratorio.*

Cic. *M. Tullius Cicero, eloquentiæ parens, natus ante Chriſtum, An. 103.*

Claudian. *Claudius Claudianus Alexandrinus poëta Hiſtoricus, An. 391.*

Colum. *L. Junius Moderatus Columella Gaditanus, scripsit de universa re rustica. An. 39.*

Curt. *Quintus Curtius Historicus argutus & elegans: temporibus Caligulæ imperat. ut quidam existimant.*

Cyprian. *Cæcilius Cyprianus, primum Rhetor, deinde presbyter, ad extremum Ecclesiæ Carthaginensis in Africa Episcopus, Ecclesiasticus scriptor. An. 222.*

Eccles. *Ecclesiastici scriptores anonymi, qui communiter ita loquuntur.*

Enn. *Quintus Ennius, antiquissimus Poëta natus ante Ciceronem, An. 127. Sententiis quidem gravis, sed verbis horridior.*

Ethic. *Ethici auctores, qui scripsere Ethica.*

Eutrop. *Eutropius presbyter, Historicus. An. 340.*

Fest. *Sextus Pompejus Festus, Philologus, scripsit de verborum significatione libros 20.*

Firm. *Julius Firmicus Maternus junior, Siculus, Mathematicus. An. 325.*

Front. *Cornelius Fronto, vetus Grammaticus. An. 166.*

Gell. *Aulus Gellius Polyhistor ac latinus tersissimus, sub Trajano aut Adriano.*

Glos. *Auctores quidam anonymi, partim Græcolatini; partim Latinograeci, vetustate commendabiles; sed qui horridioribus latinitatis temporibus vixere.*

Hieron. *Hieronymus Stridonensis, scriptor Ecclesiasticus, Coætaneus Augustini. An. 400.*

Hirt. *Aulus Hirtius sive Hircius, aut Opius. Scripsit temporibus Ciceronis ac Julii Cæsaris, de bellis Alexandrino, Africano & Hispaniensi.*

Horat. *Q. Horatius Flaccus Poëta, Lyricorum princeps. Floruit Romæ temporibus Ciceronis.*

Jabol. *Priscus Jabolenus vetus Jurisconsult. An. 118.*

Isid. *Isidorus Episcopus Hispalensis. Floruit An. 627. scripsitq; de Originibus libros 20. Auctor Latinitatis Hiulcus. Ex bonis enim auctoribus bona, ex malis & à suæ ætatis sordibus mala desumpsit.*

Jurisconsl. *Jurisconsulti anonymi, qui ita communiter sunt loquuti.*

Justin. *Justinus Historicus qui ex Trogi Pompeji Historia Epitomen concinnavit. An. 139. Alius Justinus, ex Philosopho conversus ad Christianam fidem, scripsit plurima pro fide Christiana adversus gentes. An. 150.*

Juvenal. *D. Junius Juvenalis Volsius, Poëta Satyricus, temporibus Domitiani aut Trojani.*

Laber. *Laberius Mimographus temporibus Julii Cæsaris.*

Lactant. *L. Cælius Firmianus Lactantius, Crispi Cæsaris Præceptor, ac inter omnes latinos scriptores Ecclesiasticos eloquentissimus. An, 317.*

Lamprid. *Ælius Lampridius Historicus sub Diocletiano. An. 300.*

Liv. *Titus Livius Patavinus latinæ historiæ princeps, seculo Ciceroniano, & Ovidii Coætaneus.*

Lucan. *Marcus Anneus Lucanus Cordubensis, Poëta Tragicus ac Historicus, vixit sub Nerone. An. 66.*

Lucill. *Lucillus Poëta Satyricus, seculo Enniano, & temporibus secundi belli Punici.*

Lucret. *Titus Lucretius Carus, seculo Ciceroniano, Poëta & Philosophus: sed antiquarius.*

Macrob. *Aurelius Theodosius Macrobius Polyhistor, natione quidem Græcus, sed qui latinè non infeliciter commentatus est. Floruit sub Honor. ac Theodosio Imperat.*

Manil. *M. Manilius Antiochenus, qui Astrologiæ præcepta primus versibus latinis descripsit, & Augusto dedicavit.*

Mart. *Marcus Valerius Martialis, in Epigrammatibus artifex singularis. Vixit Romæ sub Nerva & Trajano.*

Martian. *Ælius Martianus Jurisconsultus. An. 227.*

Medic. *Medici Anonymi, quibus communiter ista loquendi ratio recepta est.*

Modest. *Herennius Modestinus, vetus Jurisconsultus. An. 225.*

Næv. *Nævius Campanus, Poëta antiquissimus, temporibus Plauti ac Ennii.*

Non. *Nonnius sive Nonius Marcellus Tiburticensis Grammaticus.*

Ovid. *P. Ovidius Naso, Poëta temporibus Augusti, statim ab ætate Ciceronis.*

Pacuv. *Marcus Pacuvius Tragædiarum scriptor, seculo Enniano & temporibus Terentii.*

Pallad.

Pallad. *Palladius Rutilius Taurus Æmilianus, scripsit de re rustica libros 14.*

Perott. *Nicolaus Perottus Saxo ferratensis. & Sipontinus Episcopus, Philologus. Commentatus est copiosissimè in linguam latinam titulo Cornucopiæ, An. 1470.*

Pers. *Aulus Persius, Poëta Romanus Satyricus. Vixit sub Nerone An. 59.*

Plaut. *Marcus Actius Plautus, initio seculi Enniani, Comicus, verbis florentissimus, atq; omnium latinissimus: sed qui tamen ab extrema antiquitate quædam arcessivit, nec non & nova quædam finxit.*

Plin. *C. Plinius Secundus Veronensis auctor historiæ naturalis. Vixit sub Vespasiano.*

Pompon. *Sextus Pomponius vetus Jurisconsultus. Ann. 225.*

Priscian. *Priscianus Cæsariensis, Grammaticorum Coryphæus. An. 528.*

Prudent. *Aurelius Prudentius Clemens, Poeta Christianus. Floruit An. 390. Coætaneus Claudiani.*

Propert. *Sextus Aurelius Propertius Umber. Poëta ac Coætaneus Ovidii.*

Quint. Claud. *Quintus Claudius quadrigarius, qui & solo quadrigarii nomine citatur. Antiquus Historicus, Annalium scriptor.*

Quintil. *Marcus Fabius Quintilianus scripsit institutiones Oratorias ac declamationes. An. 72.*

Recentior. *Auctores sunt recentiores qui hoc seculo & superiori claruere, & latinitatem quodammodo locupletavere aut restituêre.*

Sallust. *C. Crispus Sallustius Historicus, coætaneus Ciceronis. Argutus, brevis & elegans: sed qui obsoleta quædam ac novata habet.*

Sen. *L. Annæus Seneca, Cordubensis Philosophus, vixit sub Nerone, cujus pueritiæ præceptor fuit. An. 51.*

Serv. *Marius Servius Honoratus, antiquus Grammaticus, ac Virgilii interpres celeberrimus.*

Sidon. *C. Sollius Sidonius Apollinaris, Episcopus Avernorum. Scripsit Panægyrica quædam, Epithalamia, Epigrammata, &c. claruit An. 480.*

Sil. *Silius Italicus Poëta Historicus, temporibus Domitiani.*

Sisen. *Lucius Sisenna, Grammaticus, antiquus & Historicus.*

Solin. *C. Julius Solinus Polyhistor. Plinio vel Coætaneus, vel proximus: ejusq; æmulator quà res & quà stilum.*

Spart. *Ælius Spartianus Historicus sub Diocletiano. An. 300.*

Stat. *P. Papinianus Statius, Poëta insignis, sub Domitiano, An. 86.*

Sveton. *C. Svetonius Tranquillus Historicus. Sub Adriano. An. 120. Oratio ejus aliquando nova, ac præter superiorum auctorum consvetudinem: nec non Græcanica ut monet Roterodamus.*

Tacit. *Pub. Cornelius Tacitus, Historicus, claruit An. 116. Oratio ejus pressa, propria & arguta.*

Terent. *P. Terentius Afer Carthaginensis. Comicus elegantissimus: non tamen sine archaismis. Vixit temporibus Ennii.*

Tertull. *Tertullianus Carthaginensis, Ecclesiasticus scriptor. In Africa floruit, An. 204.*

Theol. *Theologi, iidem sunt, qui Ecclesiastici scriptores anonymi.*

Tibull. *Albius Tibullus, eques Romanus, Poëta Elegiographus. Horatio & Ovidio familiaris.*

Valer. Pr. *Marcus Valerius Probus Berytius Vetus Grammaticus. An. 100.*

Valer. *Valerius Maximus, Historicus, tempore Tiberii Cæsaris.*

Var. *Marcus Terentius Varro, Romanorum doctissimus, temporibus Ciceronis. Scripsit de lingua latina & re rustica.*

Veget. *Flavius Vegetius Renatus, comes Constantinopolitanus, de re militari. Temporibus Valentiniani Principis.*

Virg. *Publius Virgilius Maro, Poësis Heroicæ princeps. Temporibus Augusti Cæsaris, & Ciceronis.*

Vitr. *Marcus Vitruvius, Architectus Augusti Cæsaris, scripsit de architectura. Ejus oratio durior ac strigosior.*

Vopisc. *Flavius Vopiscus Historicus. An. 320.*

Ulpian. *Domitius Ulpianus Tyricus, Jurisconsultus, & Alexandri Severi Magister & Consiliarius. An. 225.*



AD LECTOREM.

DAniaco Auſoniam PRIMUS qui idioma-
te linguam
Reddit, & ingentes Muſæi antiſtitis auſus,
(Scaligeri) dignis ſectatur paſsibus, OMNES
Romani penoris voces ab origine primâ
Derivans, juſtas diſponensq; ordine claſſes
Naturæ; tum tam vaſtæ qui pondera molis
SOLUS Atlantæo ſubiens molimine, geſtat;
Unum hoc exoptat, LECTOR, te hæc præmia
poſcit,
Ut benè-præclaris-dicas conatibus, utq;
Tantis perpetuum gratere laboribus ævom.

WILL. WESTHOVIUS
Com. Pal. & E.

A B, præpositio denotans initium motus: ex græco ἀπὸ ejusdem significationis. Estq; motus ille avt efficientis & agentis, Aff/ *ab Hannibale victus est*: avt temporis, fraa/siden/effter/ *ab exordio mundi*, avt loci, Aff/ fraa/ *ab urbe rediit*.

A, idem, omissa scilicet b facilioris & svavioris soni gratia. ut, *à Cæsare victus est*. Ab enim præponitur vocalibus; nec non consonantibus b, d, g, l, n, r, s: Item I & V. Item B in U migrat; ut, *abfero, abfugio*. A avtem præponitur omnibus consonantibus.

Abs, idem, assumpto s eadem soni gratia, videlicet ante C, Q & T. *Abscondo, absq;, abstineo*. Aliter ab ἄψ. retro, retrorsum.

Af, antiqvè & absoletè, idem. Hinc exempla significationis & constructionis, variæq; loquendi formulæ.

1. Ratione Efficientis & agentis: *à me ipso non prompsi*: *à se hoc fecit*: *& ab se*, id est, *sponte, ultrò*. Sic: *ab actis fori*, Ting Scriffuer: *ab argentò potorio*, Sølff-pot: *ab aure*, Secreterer/eller hiemmelige Raad: *à batis*, qvi præest mensuris, Kornmaaler: *à caliculis*, Skenck: *à commentariis*, qvi in acta refert res Principis, Hoffhistoricus: à cubiculo, Kamertiener/ Kamerjuncker: *ab Epistolis*, Haandskriffuer: *à libellis*, qvi cognitiones tractabat & supplicum libellorum vota, Cantzeler eller Secreterer: *à manu*, Haandskriffuer: *à memoria*, qvi suggerebat Principi memoriam agendorum: *à pedibus*, Løber/Lacrei: *à poculis*, Skenck: *à pugione*, qvi Principis pugionem gestabat, eiq; præsto fuit, Liffdreng / Liffjuncker: *à punctis*, qvi præerat reditui aquariorum: *à rationibus*, som forhør och offuerslaaer Regenskab: *à secretis*, Secreterer: *à studiis*, qvi præest studiis Domini alicujus: *Servus à veste*, Klædergiemmer: *à voluptatibus*, cujus officium est comminisci voluptates. In his enim omnibus est actio quædam à subjecto ad officium. Sic & hæ formæ, in qvibus præpositio inducit vim genitivi, in eumq; resolvitur: *reus à Milone*: i. e. Milonis, & qvem Milo accusat: *foris concrepuit à sene*, i. e. foris senis: *fulgur ab ære*, i. e. æri: *Ceres ab Jaccho*, i. e. Jacchi ceres: *ab illo nuncius*, i. e. illius: *ab Andria est ancilla* i. e. Andriæ: *ab eo injuria*, i. e. ejus: *ab eo gratiam inibo*, i. e. ejus.

2. Temporis: *ab illo tempore*, i. e. post. Sic, *Homerus recens ab illorum ætate fuit*, Nyss effter.

3. Loci. *A loco dejectus*: *à nobis abfuit*. *à mensa surgit*, Løber bort for gield / Spiller Banckerott: Subintellectâ nimirum voce, numariâ: *ab transenna lubricum petit*, i. e. per: *à janua quæsivit Ennius Nasicam*, i. e. ad, ved/eller for dørren: *bacillum leviter à summo inflexum*, i. e. in: *Antonius à fronte, à tergo, à lateribus tenetur*, Bag oc for. Et Lucret. *à tergibus* plurál. *cornix à læva, corvus à dextra canere cœpit*, paa den side. Et promiscuè: *abdivi à Majoribus*, i. e. de: *ab re est*, i. e. contra rem, præter rem, frustrà, affvejen/ affveiß/ fraa veje. Sic. *ab re consulit; ab re orat*: Et *abs te sentit*, i. e. contra te. Item, *ab eo dixi, feci, steti*, i. e. pro eo, sive ejus ex parte, for hannom; paa hans side. Sic; *à Senatu stetit*: *à causa bonorum cum adversario*: *ab Romanis pugnabit Hostilius: nostri illi à Platone & Aristotele moderati homines*: *ab ea sunt disciplina*: *à voluntate Scriptoris stat & sententia*: *à me sentiunt*.

Item, *ab eo solvo, persolvo, do, repræsento, numero*, i. e. pro eo, Betaler for hannom. Sic; *sumptum habrit ex ærario, suppeditat à sociis*. Item *proximus à postremo*, i. e. ante postremum, sive penultimus. Item, *à latere sunt*, i. e. ad; scilicet, qvi amici & chari Principibus, eorum latera semper stipant, Som ere udi dieris dagelige Omgengelse. Item *ab animo æger est*, i. e. in, vel qvo ad. Sic; *ab animo perit*: *ab animo otiosus est*: *à morbo valeo*, i. e. qvo ad morbum. *à pecunia valeo*, i. e. qvo ad, haffuer ingen breck / eller skader inted for penge/ eller er sterck paa penge: ut & dicitur, *paratus ab exercitu, à militibus à pecunia*, paa Folck och penge: *ab equitatu firmus*: *ab ingenio vir improbus*: *ab innocentia clementissimus*: *à propinqvis nudus*: *ab amicis inops*: *à Magistratu nuda Respubl. à frumento copiosus ager*. Item, cum aliis præpositionibus, ratione temporis avt loci; *ab ante hoc factum*: *illic est pugnata pugna ab usq; mane ad vesperum*: *siculo prosiexit ab usq; Pachyno*.

Porrò in compositione aliqvando privationem & negationem significat; ut, *absimilis*, i. e. non similis. Nonnunqvam separationem vel motum de loco; ut, *abduco, abfugio*.

In judiciis qvoq; A nota erat absolutionis, qvippe qvæ prima litera est in voce absolvo: unde & Ciceroni salutaris dicitur litera.

Absq;, præpositio separativa, ex adjectione encliticæqvè, vden. *Absq; pecunia difficile vitam traducas*. Hinc antiqvè & venusta qvadam elegantia dicitur: *absq; te esset, ego illam haberem*. i. e. nisi tu esses vel obstares, vaarst du icke/ eller haffde du icke været. Sic; *absq; te esset, hodie nunqvam ad solem occasum viverem*: *absq; eo esset, rectè ego mihi vidissem, & senis essem ultus iracundiam*, i. e. si ad eum res non pertineret. *Qvàm fortunatus sum, cæteris rebus, absq; una hac foret*. Et cum particula si: *exædificasset me ex ædibus, si absq; te foret*.

ABACUS, ci, m. s. mensa structoria, sev tabula, in qva aliqvid deponitur ad usum avt ad pompam, ab ἄβαξ, ejusdem significationis; Rætterbenck / Skenckstiffue/ Kredentz diss. Item tabula calculatoria, in qva Logistæ numeros, & Mathematici suas lineas & figuras ducunt; Regnbrett/Skriffuerbrett/ Malerbrett. Item alveus, in qvo tessaris luditur avt latrunculis, Brettspill / Skacktaffl. Item tabula qvadrata, qvæ epistyliis columnarum supponitur à Blad eller Skiffve.

Abaculus, li, m. s. parvus abacus.

Abax, acis, m. t. Græca voce, Latinis usurpata, idem qvod abacus. Et peculiariter mensæ genus in tricliniis. Item theca, in qva pretiosius aliqvod reponitur, fodr / foderhuus.

Abacion, cii, n. s. deminutivum, græca forma, & idem qvod abaculus. Item jurisconsl. abacia dicuntur vasa vitrea.

ABBA, voce Syriaca, Ecclesiasticis idem qvod Pater.

Abbas, atis, m. t. Ecclesiasticis, Magister ac moderator collegii societatisq; monasticæ, q. pater, Abbett.

Abbatia, æ, f. pr. Abbatis dignitas & munus, Abbedens værdighed. Item locus in quo præsidet Abbas, Abbett Closter.

Abbatiſſa, æ, f. pr. mulier ita præfecta muliebri collegio, ut Abbas virili, Abbediß.

ABECEDARIUS, rii, m. ſ. voce novè ficta è primis elementis literarum, qvi in literis cognoſcendis adhuc hæret, Sincke / ſom lær først at Staffve. Item qvi docet alphabetum. Item qvi digerit aliquid ſecundum ordinem alphabeti.

ABIES, etis, f. t. arbor eſt enodi caudice, altiſſima rectiſſimaq́; , ſic dicta, qvòd in altitudinem abeat longiùs qvàm aliæ, Fyr / Fyrtræ. Tropicè ponitur pro tabellis abiegnis. Item, pro navi vel malo, cui nimirum materiam præbet.

Abiecula, læ, f. pr. parva abies.

Abiegnus, a, um, qvod eſt ex abiete. *Tabula ambiegnâ*, Fyrplancke.

Abietarius, a, um, qvod ad abietem pertinet. *Abietarius negotiator*, Fyrhandler: *abietaria negotia*, Fyrhandel oc beſtilling.

Abietarius, rii, m. ſ. qvi abietem ſibi materiam tractat, Snedicker.

Abietinus, a, um, idem qvod abiegnus. *Abietinæ ſcandulæ*, Fyrſpone / Fyrtagsſpone.

ABROTONUM, ni, n. ſ. ἀβρότονον, nomen herbæ perpetuò virentis & abſinthio congeneris unde & abſinthium Ponticum nominatur, Abrød. Eſt autem mas & fæmina. Mas eſt hortenſe abrotonum & ſylveſtre. Fæmina abrotonum, herba eſt, qvæ nobis Cypriß. Lucanus utitur maſculino, abrotonus.

Abrotonites, tæ, m. pr. confectus ex abrotono. Figuratè avtem nevtro juncto, *vinum abrotonites*, qvod ex abrotono eſt facticium: Viin / tilgiord med Abrød.

ABSINTHIUM, thii, n. ſ. ἄψινθιον, nomen herbæ ſummæ amaritudinis, Malurt.

Abſinthites, tæ, m. pr. abſinthio temperatus. Et figuratè. nevtro juncto, *abſinthites vinum*, Malurt viin.

ABYSSUS, ſi, com. ſ. ἄβυσσος, Eccleſiaſticis ſumptâ à Græcis voce, aqvarum eſt vorago; Syb vand / Suelg. Et translatè, rerum qvarumcunq́; immenſa copia, *Abyſſus divitiarum, abyſſus paupertatis.* Sic, Græcis, *abyſſus Perſephones*, pro Sacello qvodam ejus, in qvo magna vis avri multis ſeculis erat congeſta.

ACADEMIA, æ, f. pr. ἀκαδημία & ἀκαδήμεια, locus nemoroſus ab Athenis mille paſſus diſtans, ubi erat celeberrima illa Platonis Schola. Inde omnis Schola, in qva ſumma ſapientiæ divinæ & humanæ tractantur & explicantur, Høyſkole.

Academicus, ci, m. ſ. qvi in Academia docet, Profeſſor. Item qvi ejus eſt ſectator, Student. Item Academici, ſectæ nomen, qvorum ſcilicet in philoſophando principium erat de omnibus dubitare.

ACARUS, ri, m. ſ. beſtiola omnium minutiſſima innaſci ſolens ceræ caſeoq́; inveteratis; ab ἄκαρι, ejusdem ſignificationis, Mider: item cuti humanæ, Kridorm.

ACATIUM, tii, n. ſ. ἀκάτιον, velum navis maximum, ac in ejus medio conſtitutum, Skonfarſeigll. Exponitur & genus navigii actuarii.

ACEO, es, n. ſ. prim. brev. de re ſapora dicitur, qvæ lingvam inſigniter acuit, & qvaſi acutum ferrum penetrat, ab acuo translatâ ſignificatione, avt ab ὀξὺ acutum & penetrans, Er ſkarp oc ſuur. ut, *acet vinum atq́ mucet.*

Acetum, ti, n. ſ. liqvor qvidam, qvi totus acét, cibis expetitus, Ædicke. Et translatè, vehementia animi: item acumen & prudentia. *Ecqvid habet is aceti in pectore? Mon hand tørff ſee ſuurt paa en? eller haffue noget moed och forſtand i ſig; eller tørff bidde igien.* Item mordacitas: Hic *aceto perfuſus*, Offverſkielt / Offverfuſett.

Acetabulum, li, n. ſ. vaſculum, in qvod acetum, fundebatur, vel ad intingendos cibos, vel ad certam vendendam aceti menſuram, Ædicke kar / Ædicke maade. Inde menſuræ nomen capiens cyathum unum & dimidium, Halffpeell. Et translatè, cavitas in corpore, cui coxa infigitur, Hofft ſkaale. Item vaſculum præſtigiatorum, qvo oculos aſtantium perſtringunt, Gyggellglaß / gyggellbuddick. Item herba qvædam folia habens concava, alio nomine dicta umbilicus veneris. Item forceps cancrorum, Krabbe ſax / Hummer och Krebs ſax. Item Medicis dicuntur acetabula matricis.

Acetarium, rij, n. ſ. cibus, qvi ex aceto ſumitur, ſive id olus fuerit, ſive caro, Salaat / ſuur Steeg.

Acidus, a, um, quod acet, Suurt. Ut, *malum acidum.*

Acidulus, a, um, qvod aliqva ex parte eſt acidum, ſuuractig lidet ſuur / mørſk. *pyra acidula.*

Acor, oris, m. t. ipſe acidi ſapor, qvalis eſt in aceto & qvibusdam fructibus, Suurhed. *acor malorum.*

Compoſita.

Coaceſco, is, n. t. unà aceſco; & translatè, moroſus fio.

Dulcacidus, a, um, Q. Sereno, pro eo qvod miſtum qvendam ſaporem habet ex acido & dulci: cujusmodi ſunt qvædam ex malorum punicorum genere, Sød ſuur / Mørſk.

Exaceſco, is, n. t. idem qvod aceſco, vel torus & perfectè aceſco, Suurer ſlett.

Inaceſco, is, n. t. Apul. translatè, pro vehementior ſum avt videor. *Inacuit tibi noſtra contumelia.*

Peraceſco, is, n. t. valdè aceſco. Et translatè, vehementi ira incendor. *Peracuit mihi pectus*, det ſkar mig i mit hierte: det bleff harmt oc vred. *hoc, hoc eſt qvod peraceſcit, hoc eſt quod demum percrucior*, i. e. peracerbum & moleſtum eſt, dett nagger oc bidder.

Subacidus, a, um, aliqvantum acidus, Suuractig.

Subacidulus, a, um, aliqvantulum acidus. *Vinum ſubacidulum*, haard viin.

ACER, cris, cre, pr. product. om. t. crior, cerrimus, qvi intrepidè viribusq́; expeditis agit & officium facit, ab ἀκρος, ſummum agendi & dignitatis gradum obtinens, Kaſk / dapper. *Acer vir; acer adverſarius; acer in agendis rebus*, i. e. vehemens. *Acres viri*, i. e. fortes: *acer armis*, dapper Krigsmand: *acer ingenio*, Skarpſindig: *acre bellum*, qvod ab acribus utrinq́; viris geritur: *acer equus*, Kaſk Heſt. Et translatè, de virtute rei inanimatæ: *acre venenum*, Krafftig forgifft: *unguentum acerrimâ ſuavitate conditum: acris hyems*, klingende / ſtoer / haard. Sic de ſaporibus: *acre vinum*, ſterck Viin eller Ædicke: *acre acetum*, ſkarp Ædicke / huin ſuur: *acre piper*, Bitter. Item de ſonis; *acris tibia*, cujus ſonus vehementior eſt, acutior, ululantior, magisq́; tinnulus, cum interim Lyræ ſit dulciſſimus, ſmaat klingende och huiinende. Aliter acris ab aceto deducitur mutata qvantitate literæ initialis,

tialis, afferturq; propriè de liqvoribus, qvi vim aceti referunt lingvamq; graviter afficiunt, urunt & acuunt, huinſuurt. Inde de viribus animi & corporis.

Acriculus, Cic. aliqvantulum ingenio acer & acutus. Aliter legitur Græculus; item acrocholus: ſed ſuſpectè vel corruptè.

Acriter, ius, rrimè, acri modo. Ut, *acriter pugnatum eſt utrinq;*, ſkarpt/hart.

Acredo, inis, f. t. acris rei ſapor, Bitterhed/ ſkarphed. ἄδηλον.

Acredula, æ, f. pr. avis, ſic dicta à voce ſtridula & acuta. Qvidam Luſciniam interpretantur: alii ſtrigem.

Acrimonia, æ, f. pr. acris rei vis & qvalitas mordax lingvam calefaciens, qvalis eſt in pipere, ſinapi, allio, cœpa, Bitterhed. Item vehementia, fyrrighed. Item ſeveritas, in vultu, verbis, rebus, ſtrenghed/Biedſkhed/ ſtiffhed.

Acritas, atis, f. t. idem.

Acritudo, inis, f. t. Vitr. idem.

Peracer, is, e, valdè acer. *Peracre judicium.*

ACER, pr. corr. ceris, n. t. arbor elegantiâ materiæ & ſubtilitate, ſecundum locum à cedro obtinens, unde & materiam menſis præbebat: ſic dicta ab acus aceris qvaſi acerata, propter venas, Valdbirck. Aliter ab acri, ob duritiem, firmitatem & ſoliditatem, ſev qvòd in ea materia acria exerceantur: avt propter foliorum acumen.

Acernus, a, um, qvod ex acere factum eſt. *Acerna menſa* Valdbirck Skiffve: *acernum poculum*, Valdbirck Stob.

ACERBUS, a, um, prim. corr. bior, biſſimus, propriè de fructibus immaturis, qvi terreſtri qvadam ſubſtantia lingvam contrahunt, exſiccant atq; exaſperant; qvaſi ἀκερθὸς, ſev ἀκερδὴς, à vi acerrima & accurata, huaſt i munden/ rampt/ barſk. *Malum acerbum.* Inde translatè, *acerba virgo*, qvæ immatura, nec dum apta viro: *acerba mors*, qvæ immatura eſt, avt qvæ majore luctu & dolore afficit: *acerbum incendium*, ſtoer och jammerlig ildebrand. *Acerbum ingenium*, i. e. mordax, Bitterſk. Sic *vir vituperando acerbus.* Item de ſonis; *aſilus acerba ſonans*, huaſt. Aliter ab aceo: item ab acere propter aſperitatem.

Acerbè, iùs, iſſimè, modo acerbo.

Acerbitas, atis, f. t. acerbi vis & ſapor, Bitterhed/ Surhed/Ramhed. Et translatè, *vitæ acerbitas*, i. e. calamitas. *Juſtitiam imitatur acerbitas*, i. e. aſperitas, ſeveritas, Strenghed/Baardhed. Sic *acerbitas ſuppliciorum, objurgationis, naturæ.* Et *virus acerbitatis.*

Acerbo, as, act. pr. Clavd. acerbius facio. Ut, *acerbat crimen feri raptoris*, forbitterer.

Compoſita.

Exacerbo, as, act. pr. valde acerbo & irrito. *Omnes exacerbabit.*

Exacerbatio, onis, f. t. exacerbandi actus, forbittrelſe.

Exacerbatus, a, um, qvem exacerbavimus. Ut, *omnes exacerbati irâ.*

Exacerbeſco, is, n. t. valde acerbus fio.

Obacerbo, bas, idem qvod exacerbo.

ACERRA, æ, f. pr. arcula, in qva thus reponebatur, ſive thuribulum, ex acrimonia odoris, Røgefad. Exponitur & ara, qvæ ante mortuum poni ſolebat. Item patera, in qvalibabatur; qvaſi à materia aceris arboris.

ACINUS, ni, m. ſ. propriè nucleus ſeu ſemen uvæ; ſic dictus ex acore lingvam conſtringente, Vinbær ſteen/ kierne. Sic, acini mali puniri. Inde accipitur pro bacca ipſa uvæ, Vinbær. Dicitur & de baccis hederæ, ſambuci & ſimilium, qvæ rariùs creſcunt, acinus vinaceus, inqvit Cicero, granum eſt vel ſemen minorum fructuum, qvales ſunt uvæ, hederæ, ſambuci.

Acinum, ni, n. ſ. idem.

Acinaceus, a, um, qvod ex acinis factum eſt. *Vinum acinaceum*, ex acinis aqva maceratis expreſſum: aliter dictum, Lora & vinum ſecundarium, efter Vin/efter muſt.

Acinaticius, a, um, idem.

Acinoſus, a, um, qvod multos habet acinos. Ut, *uva acinoſa*: *bacca acinoſa*; *malum acinoſum.*

Acinor, aris, dep. pr. Gloſs. pro tricor, in parvo moror, ſumpta translatione ab iis, qvi abſumptis carnibus, oſſibus adhuc occupantur.

Compoſita.

Deacinatus, a, um, Caton. ut, *deacinata dolia*, à qvibus abſterſi ſunt acini.

Exacinatio, onis, f. t. acinorum diffluentia, naar Bærene vißner eller raadner.

ACIPENSER & acupenſer, eris, m. t. cor. duabus ſyllabis initialibus, nomen piſcis roſtro inſignis, Romanis olim in ſummo pretio & honore, & menſarum pompa: dictus quaſi ακρὸς, ἄκρωπος, i. e. facie & vultu cuſpidato & roſtrato, ut Græcorum ὀξύρυγχος, Stør. Legitur & aqvipenſer. Item accipenſer. Item accipenſis, & accuſativus, accipenſem: ſed ſuſpectè.

ACLIDES, m. t. qvaſi ἀγκυλίδες ab ἀγκύλα, jaculi genus: avt qvaſi ἀκίδες, ab acumine & cuſpide. Exponunturq; clavæ qvædam breves eminentibus hinc acuminibus qvibusdam, qvæ ita in hoſtem jaciuntur religatæ loro vel lino, ut peractis vulneribus poſſint redire.

ACONITUM, ti, n. ſ. ἀκόνιτον, nomen herbæ venenatæ, En forgifftig Urte/ vulgò, Munche. Inde venenum qvodvis præſentiſſimum, ut *fictilibus vaſis rarò aconita bibuntur.*

ACUS, eris, n. t. ariſta frumenti excuſſa, & ut ait Plinius, cum per ſe pinſitur ſpica tantum ad avrificum uſum, ab ἄχυρον, ejusdem ſignificationis, Avn.

ACERO, ras, act. pr. acere inficio, acus immiſceo, Blander med Avner

Aceratus, a, um, acere infectus & permiſtus. *Latum aceratum.*

Aceroſus, a, um, acere plenus. *Panis aceroſus.*

Acervus, vi, m. ſ. cumulus acerum. Inde rerum aliarum & qvidem minutarum, ut, frumenti, leguminis, Synge/ſtack/Menge aff Korn/ Erter eller anden ſaadant. Item cumulus cujuscunq; rei. *Acervus ſcrutorum, cadaverum, pecuniæ, bonorum facinorum.*

Acervalis, le, om. t. qvod acervatur, vel acervatione conſtat: Unde *acervalis Syllogiſmus*, Cic. qvi conſtat pluribus acervatis prædicatis & ſubjectis, græca voce Sorites.

Acervatim, in modum & formam acervi, Syngeviiß/Stackviiß/Hobetall. *Apes acervatim enectæ reperiuntur*: acervatim dicit, i. e. cumulatè promiſcuè & nullo ordine.

Acervo, as, act. pr. acervum facio, in acervum cumulo.

Acervatio, onis, f. t. acervandi actus, Syngen/ Stacken/Mengen. *Saporum acervatio peſtifera.*

Compoſita.

Coacervo, as, act. pr. in acervum aggrego, idq; propriè, avt translatè, Samler dynger/ Sancker ſammen i hob. *Coacervabit armorum cumulis: vim magnam argumentorum: pecuniam, cadavera.* Et *coacervat errores factis crudelibus.*

Coacervatio, onis, f. t. coacervandi actus, tillſammen dyngelſe. Et translatè copia, Menge/Mangfoldighed. *Coacervatio argumentorum.*

Obacero, as, Feſt. translatè, pro obloqvor, alteriusq; ſermonem moleſtè interpello, impedioq;, verbis eneco, Døffuer anden med pladderen oc fyldkalck.

ACUS, us, f. qvart. inſtrumentum ſutorium, qvo filum transmittitur; ſic dicta à ſimilitudine aceris, i. e. ariſtæ excuſſæ, Naael/ Syenaaell. Hinc acus babylonia-, aſſyria, ſemiramia, qvâ variè pingere ſolent, Spille eller Naael / och ſom Perleſticker bruger / eller Sømmerſke till vdſyening oc vdſtickning. Item inſtrumentum, qvo utuntur mulieres, ad ornandos, diſcernendos criſpandóſve crines, Haarſpole eller Spille. Item nomen herbæ in locis incultis ſponte ſua naſcentis, qvæ alio nomine dicitur ſcandix. Item purgamentum leguminum. Item acies militaris. Item ludus latrunculorum, ab acie militari. Aliter acus deducitur ex ἀκὶς, ἀκὴ, cuſpis, mucro, acumen & acies ferri. Item ab ἀκέομαι, ſarcire. Item ab ὀξὺ, acutum.

Acula, æ, f. pr. idem qvod acus herba.

Acuncula, læ, f. pr. idem qvod acus muliebris.

Acia, æ, f. pr. filum aciculæ, Naaelstraad.

Acicula, læ, f. pr. formatione non ſignificatione deminutivum, idem qvod acus inſtrumentum ſutorium, Syenaaell. Item acus muliebris, Haarſpille. Item piſcis & herba.

Acies, ei, f. q. extremitas acus, Naall aad. Inde acumen ferri, falcis, gladii, cultri & ſimilium, Eg. Item, translatè, exercitus inſtructus & ad dimicandum paratus, ſic dictus, vel qvòd acuto ferro ſit armatus; vel qvòd acuta fronte ſoleat collocari, Slactordning. Item ipſe conflictus in acie, Slag. Item vis oculorum & luminum: Ut, *acies oculi*, Skarpſiun: *acies ingenii*, Skarpſindighed. Aliter ab acuo, ut, facies à facio.

Aciſculum, li, n. ſ. Gloſs. malleolus ſtructorius.

Aciſcularius, m. ſ. qui incidit lapides, Steenhugger/Steenpicker.

Aculeus, m. ſ. inſecti ſtimulus & qvaſi acus qvædam, Brod. Item cardui tribuli & ſimilium. Et translatè, *aculeus oratorius*, pro oratione acuta & pungente.

Aculeolus, m. ſ. parvus aculeus.

Aculeatus, a, um, qvod aculeum habet, vel acutum qvid aculei inſtar, ut, *animal aculeatum*, Diur med Brod: *Cicada aculeata*, Som haffuer noget lige ſom Brod. Et translatè, *oratio aculeata*, fuld med ſtick.

Aculeatus, ti, m. ſ. piſcis, acus.

Acuo, is, cui, utum, act. t. ad formam aceris ſive acus aliqvid extenuo, aciem rei alicui induco, Hueßer/ Spitzer/Skærper/Hueder. *falcem cultrum, acuebat.* Et translatè, doceo, excito & inſtigo. Ut, *ipſos ſat ætas acuit: curis acuens mortalia corda: Hoc multum eos acuit*, i. e. inſtigavit, incendit; Sic *acuere furores alicujus.* Aliter ex ἀκόω, ejusdem ſignificationis, & qvaſi cote deterendo extenuo, & aciem induco. Item, ab ὀξύνω i. e. acuo. Inde acies & acus.

Acumen, imis, n. t. acuti facies, & qvod eſt forma qvadam acuta, Od/Eg/Spitz. Et translatè, *ingenii acumen*, Skarpſindighed.

Acumino, as. Lact. acumen facio, ut, *natura ſpinam dorſi extra corpus eduxit & acuminavit in caudam.*

Acuminatus, a, um, acumine, h. e. aculeo, inſtructus: ut *animal acuminatum.*

Acutus, a, um, tior, tiſſimus, qvod aciem habet & facile ſecat, Skarp / huaß. Item qvod in mucronem deſinit, Spitz/ *roſtrum acutum.* Et translatè, *acutum ingenium*, Skarpſindigt. Item *acuta vox*, klar ſtemme/klariin. Item *acuti oculi*, Skarpſeende.

Acutè, iùs, iſſimè, modo acuto, ut, *vox acutè ſonans*, i. e. ſubtiliter. *Multa acutè colligit diſputando, tractat, reſpondet, acutè.*

Acus, ci, m. ſ. nomen piſcis, dicti ex acumine roſtri, avt erecta corporis longitudine, Hornfiſk. Item alterius piſciculi, ſed cum adjectione, acus minor, vulgò Tobiæ.

Compoſita.

Exacuo, idem qvod acuo, vel valde acuo ſev extra qvaſi acuo, Giør megit huaß eller ſkarp / vdhueſſer/ udhueder. *Sus dentes exacuit.* Et translatè, *exacuere animum: virtus juvenem ſtimulis exacuit.*

Exacutio, Plin. f. t. actus exacuendi.

Exacutus, a, um, qvod exacuimus: Et amiſſo tempore, exactior in mucronem faſtigiata.

Peracuo, valde acutum reddo. *Surculum durum peracuito.*

Peracutus, a, um, valde acutus. *Falx peracuta.*

Peracutè, modo peracuto. *Peracutè diſſerit.*

Præacuo, prius acuo, avt anteriorem partem acuo, ſkærper eller hueder for till/ eller først. *Vitem teneram præacuito.*

Præacutus, a, um, anteriore ſui parte acutus valde. *Cuſpis præacuta: trabes præacutæ.*

AD, præpoſitio ſignificans terminum motus, ex antiqvo ax ejusdem ſignificationis, till/ad. *Ad te venio, propero: ad urbem, ad iſta tempora vixit.* Sic *luctuoſum eſt exire ad privatum dolorem: ad militiam ire.* Hinc variæ loqvendi formulæ: *ad fraudem callidi ſunt*, Paa eller till. *Hoc utiliter ad pugnam: ad aſpectum venuſtum eſt: id valet ad ſpeciem*, till it ſkin: *ad Lyram canit*, Siunger udi: *ad minus; ad maximum*, i det mindſte/ ſtørſte. *Ad Tiberim hortos habet*, i. e. apud: *ad multam noctem vigilat*, lang tid paa nätten: *uſq; ad tempus regit naturam; ad annum ſilebo*, till en tid. *Exercet ſe ad verſus ejus*, i. e. in. *Dormienti ſol viſus ad pedes*, i. e. coram. *Hæret ad ſaxa*, i. e. in: *ad vinum diſertus*, i. e. in. *Decem ſiſci ad ſenatorem relicti*, i. e. apud. Sic, *ad me fuit*, i. e. apud. *Ad iſtam orationem brevis defenſio*, i. e. contra. *Ad talenta qvindecim coëgi*, i. e. circiter: *Fuimus numero ad centum*, i. e. ſaltem. *Hoc ad meridiem ſpectat*, i. e. verſus. *Hoc nihil ad cœlum, nihil ad civitatem*, ſcilicet ſpectat. Sic, nota comparationis: *hæc nihil ad ea: ego nihil ad te*, mod dig at regne. Item, *facit verba ad parſimoniam*, ad mores, i. e. pro. *Ad annos decem*, i. e. poſt. *Ad tempus conſilium capiam*, i. e. pro conditione temporis. *Ad ſiniſtrum*, till den venſtre: *ad libellam & normam exigo*, effter en ret Snore: *ad verbum*, Ord fraa Ord: *ad unum omnes*, en oc huer en. *Ad lucernam ſtudet*, ved luß: *ad tua verba revixi*, i. e. avditis tuis verbis. *Ad ſummam*, i. e. breviter, Jen Sum: *Expectabo te hodiè, abt ad ſummum cras: biduo, abt ad ſummum triduo*, i det høieſte. *Ad vivum*, Liffactig/ dybt ind / paa det yderſte.

Unde

Unde *ad vibum resecare*: *ad ungvem*, i. e. perfectè: *ad votum*, effter min begæring: *ad ſpeculum implicat caput*, ved eller for it ſpeigl. *Ad manum ſervos habet*, ved haanden. Item ratione officii muneriſq;, *ad veſtem*, Klædergiemmer: *ad pedes*, Løber / Lackei: *ad cyathos*, Skencker: *ad lites*, Sielefoget: *ad baculum, ad manus*, Haandſkriffver: *ad limina*, i. e. cuſtos: *ad lecticam*, i. e. lecticarii: in qvibus omnibus ſubintelligitur, ſervus vel miniſter. Sic, *ad frena leo*, i. e. qvi domitus eſt, & collum jugo qvaſi præbet, tempt Løwe. Item cum adverbiis, *ad pridie idus*; *ad pridie calendas*. In compoſitione ſignificat motum ad locum; ut, *adduco*. Item, qvietem, i. e. juxta, ut *appono*. Interdum avget & intendit, ut, *adamo, adavgeo, addecet: admiror; approbus; admodeſtior; appotus*. Retinet etiam d, manetq; integra ante a, b, d, e, h, i, o, u, ut *adamo, adbibo, adduco, adeo, adhibeo, adimpleo, adoleo, adboco*. Amittit d ante ſc ut *aſcribo*; item, ante g. ut, *agnoſco*. Mutat ante c, f, g, l, n, p, r, ſ, t, in easdem. Ut, *accurro, aſſicio, aggrego, allego, annumero, appono, arrogo, aſſiſto, attribuo*. Hîc tamen invenies, *adrepo, adſum, adnitor*. Et antiqvè, *adlego, adfatim, adſerere, adſiduus, adteſtata, adtritum, adtubernalis*. Item ante Q in C, ut *acqbiro*: item in t, ut *atq;*. Item antiqvis ſæpiſſime ar pro ad, ut, *arceſſo, arbeho, arferia, arbena, arbocare*: Et extra compoſitionem *ar me*, i. e. ad me. Item aſ; ut, *aſverſa* pro adverſa. Nota: initiò fuit as à Græco ἐις ejusdem ſignificationis. Inde ar, S in R, ut ſæpe. Deniq; ad. Sed & ad Hebræa habetur Originis ab ad ejusdem ſignificationis.

Atq;, conjunctio eſt copulativa, ex ad & qvè, unde & veteres ſcripſerunt, adq;, reſponderq; noſtro, Ochſaa/ q. d. tilmedt. Ut, *in ſpeculis atq; inſidiis relicti ſunt*. Et ſæpius repetitum: *is à conſtantia, atq; à mente, atqvè à ſe ipſe diſceſſit*. Ponitur & pro jam & hinc, q. d. Nu oc nu/ fremdelis, *Atq;, inqvit Sulpitius, hoc primum ex te qværimus*. Item pro qvàm, endſom. *Aliter ſentit atq; ego*: *in aliis rebus verſor atq; tu*: *pablò ſecus à me, atq; ab illo perfecta ſunt*: *Stellæ errantes verſantur retrò, contrario motu atq; cœlum. Aliter, atq; ut edixerat, decrevit*: *aliter ſuos caſus fert, atq; ut aliis actor fuit*. Item pro ut & uti, Som. *In hanc argumentationem ex iisdem locis, ſumendæ ſunt, atq; in cauſam negotialem. Hi coluntur æqvè atq; illi*: *hoc officium meum æqvè atq; ullam aliam rem pertinet. Simili nos eſſe affectos ſupplicio atq; eos*. Item pro idcirco cum voce adeo. *Hoc inſtitui, atq; adeo inſtitutum referri moleſtè ferunt. Hoc conſilio atq; adeo hac amentia, impulſi*: *poſco atq; adeo flagito*. Item atq; geminatum ad ſignificandam feſtinationem. Ut *atq; atq; aſcendit ſuper muros Trojana juventus*. Item pro poſtqvam, ut, *nec ſe Luna mutat qvoqvam atq; exorta eſt ſemel*. Item atq; pro ſtatim, ut, *dum circumſpecto atq; ego tunc lembum conſpicor*: *atq; illi me è ſenatu ſegregant*.

Ac, conjunctio copulativa, facta, per conciſionem & eliſionem literæ t, ab atq;, ut nec à neq;: planeq; ejusdem ſignificationis cum atq;: ſed accommodata initiis compræhenſionum, dum ſeqvitur conſonans; Ochſaa/ ſaa och. *Hunc à tuis aris cæteriſq; templis ac tectis urbis, ac mœnibus arcebis*. Et cum non; ut, *ſit ſanè hoc de noſtris ædibus, ac non de publicis ædibus*, i. e. non item. Interdum ſit adverbium pro qvàm, qvomodo & particula atq; accipitur, End. *Contrarium decernis ac pablò antè decreveras*: *Omnia contra ſunt ac dixiſti*: Ut, *contra dicat ac accipi ac ſentire velit*: *alia dicentiæ ac ſignificantis diſſimulatio eſt*. Item pro ut: *non mihi par ratio cum Lucilio eſt, ac tecum fuit*. Adſciſcit & ſæpe con-

junctionem Si, qvadam cum comparatione pro Quaſi, Saa ſom. *Tecum agam, non ſecus ac ſi meus eſſes frater. Pro eo ac ſi conceſſum ſit, concludere oportet. Similiter facis, ac ſi me* roges. *Qvi me omnibus officiis juxta, ac ſi meus frater eſſet, ſuſtentavit. Qvem tracta, non ſecus ac ſi ego eſſem Imperator*.

Qvoad, adverb. temporis ſignificans usq; dum, qvaſi, ad qvod tempus, Saa lenge: *qvoad vivam ero tibi amicus*. Fit & interrogativum, Huor lenge. *Senem qvoad exſpectatis?* Item relativum, Saa lenge. *Qvoad juſſiſti, parui*. Item indefinitum, pro qvantùm, huor meget. *Videte qvoad fecerit ita apertiùs qvàm antea*. Item pro qvantùm & qvatenus, Saa vitt / idq; cum caſu, *qvoad ejus fieri poteſt*. Et ſine caſu: *qvoad poſſum & licet ab eo non diſcedam*. Item *qvoad vivam, qvoad moriar*, formulæ ſunt loqvendi ejusdem ſententiæ, Mens jeg leſſuer / Indtil jeg døer. Significatur enim punctum illud indiviſibile, qvod eſt terminus vitæ, & principium mortis.

ADAMAS, mantis, m. t. ἀδάμας, Gemma eſt indomabili duritia, qvâ nec ignis vim timet, ſolo ſangvine hircino calido domatur, Demant.

Adamantæus, a, um, qvod ex adamante eſt. Ut, *poculum adamantæum*. Et translatè, qvicqvid viribus invictum eſt; *cor adamantæum, animus* &c.

Adamantinus, a, um, idem.

Adamantis, idis, f. t. nomen herbæ.

ADEPS, ipis, f. t. pingvedo illa liqvidior animantum qvorundam, ut ſuum, eqvorum, avium, &c. oleo, diuturnitate temporis incraſſato, ſimilior, & viſcera operiens, ex à intenſiva & daps, avt certè ejusdem cum eo originis à δαίω, edo, vel δάπω, voro, ſive è latino adedo, qvod eſt multum & valde edo, qvaſi cujus uſus præcipuus erat in dapibus: vel qvod avidè petitur comeditq; avt ex ſaginatione exiſtit, Fiſter / fætt. Ponitur & aliqvando pro ſevo. Item pro pingvi. Plinius qvoq; pluraliter uſus. Aliter deducitur ab adipo ab ad & apo, i. e. annecto, qvaſi annexa pingvedo.

Adipalis, le, om. t. Cic. adipe conſtans. Unde *adipales cœnæ Pontificum*, pro adjiciales. Et translatè *adipalis dictio*. Aliter legitur *adipata dictio*.

Adipatus, a, um, Cic. adipe unctus, Smurett. Unde abſolutè & plur. *adipata* pro cibis adipis immiſtione confectis; Fiſtermad / fædtmad. Et *cœna adipata*, qvæ magnificè cibis & dapibus inſtructa fuit. Et translatè, *adipata dictio*, pro inconcinna & inſvavi, eâ verborum formulâ, qvâ pingvis Minerva dicitur.

Adipoſus, a, um, adipe abundans. In ſacris literis ſæpè pro divite accipitur, ut adeps pro divitiis.

ADOR & antiqvè Edor, olim declinabile in genit. adoris, pen. comm. hodie avtem indeclinabile; idem eſt qvod far, vel farris genus, ex ἀρύω ejusdem ſignificationis. Aliter ab Edo qvòd populus Romanus eo ex omnibus frumenti generibus trecentis annis uſus ſit. Item ab aduro, qvòd torreri ſoleret anteqvam mola conficeretur.

Adorea, æ, f, pr. omnis ex agris proventus erat, Grøde. Inde qvia militibus erat præmium partâ victoriâ, pro laude accipi cœpta eſt. Traditur etiam ipſis imperatoribus pro re benè geſta oblatam eſſe à populo.

Adorioſus, Gloſs. pro illuſtri.

Adoreum, n. ſ. idem qvod ador. Et adjectivè, *adoreum ſemen, adoreum far*.

ADULOR,

ADULOR, aris, dep. pr. propriè de canibus dicitur, cum Domino cavdæ motatione blandiuntur & alludunt, ab οὐρά, cauda; avt ab alludendo, per qvandam transpositionem, Loggerer. Inde omnia, ad voluntatem alicujus gestu, vultu, nutu verbisq; facio agoq;, Liſmer/ giør mig tiil for nogen/ hyckler/ tien for øyne. *Adulantur canes; adulatur homo.* Et cum casu, *nec adulatus nec admiratus fortunam illius.* Sic, *adulatur omnes.* Aliter deducitur ab a intensiva & δουλεύω, servio, vel qvia prorsus servile sit & ingenuo homine indignum: vel qvasi de servis ultra sortem & pensum laborantibus.

Aduło, as, act. pr. antiqvè, idem. Unde Cic. pass. *ne sinas te adulari*: si modò vera sit lectio. Ponitur & antiqvis pro ebibo, ut, *pinnata cavda adulant nostrum sanguinem.*

Adulatio, f. t. adulandi actus, Hyckleri/ loggren. *Canum adulatio Dominorum amans.*

Adulator, oris, m. t. qvi adulatur, øyentienere/ øyentrycker/hyckler.

Adulatorius, a, um, Tacit. qvod ex adulatione provenit. Ut, *adulatorium dedecus*, Den ſkam ſom følger med hyckler/ eller ſkændig hyckleri.

Adulatrix, qvæ adulari solet.

Composita.

Inadulabilis, le, Gell. om. t. qvi adulationem non admittit, non capit, non ambit, tarffuelig oc tager ey ſnack for ig.

ÆDES, is, f. t. domicilium diis consecratum, sic dicta vel qvòd in ædito posita erat loco: vel ab aditu, qvod simplex atq; unius aditus esset, avt plano pede adibatur. Kircke. *Ædes sacra; ædes Jovis; ædes Deorum.* Inde, sed plurali numero, qvodcunq; domicilium & domus: Ut, *in ædes nostras erupit.* Item in singulari, cubiculum regium. Aliter ædes pro æde sacra, deducitur ab Edo, qvòd in ea sacrificantes convivium amicis exhibebant. Item ab αἰδώς, reverentia; veneratio, qvasi domus majestatis plena, cuiq; reverentiam debemus. Item pro domo profana ab αἰών, qvòd ævum in ea degitur. Item ex ἀϊδής, qvasi domus opaca & sine lumine: qvia initiò avt pavco avt nullo lumine erant ædes.

Ædicula, læ, f. pr. parva ædes, sive sacra, Kapell: sive profana, Lidet huuß / Boed. Accipitur & pro loculamento simulacri, Monſtrandz.

Ædilis, le, om. t. qvi ædes sacras & profanas curat, Kirkeverge/ Byeß kemler: Erant avtem initiò duo ex plebe: inde procedente tempore duo ex Patriciis adjuncti, qvi curules dicti sunt, Julius Cæsar & alios creavit, qvi frumento præessent, vocatiq; sunt cereales. Hisq; cura ponderûm, ne qva fravs fieret, & mensurarum, commissa erat, vel Meſtare/ pand Meſtare.

Ædilitas, atis, ædilium dignitas & officium, Kirkeverge dom / kemlerj.

Ædilatus, us, m. q. idem.

Ædilitius, a, um, qvod est ædilis, vel ad ædiliratem pertinet: ut, *ædilitia comitia*, in qvibus ædiles creabantur: *ædilitium munus*, h. e. officium ædilis: *ædilitia repulsa*, qvam patitur ambiens ædilitatem.

Ædilitius, ii, m. s. qvi ædilitate defunctus est, ut consularis, qvi consulatum gessit.

Æditimus, mi, m. s. qvi ædibus sacris custodiendis præest, Kirkeprier/Klocker/Degn. Aliter exponitur qvi sit prope ædes. Item per compositionem, qvasi ædis intimus. Sed simplex est, ut finitimus, maritimus, in qvibus timus per productionem additum est, non per compositionem.

Ædituus, m. s. idem. Aliterq; compositum habetur ab æde tuenda, dictio est in majore apud recentiores usu qvàm æditimus: idq; fortè vitio qvodam.

Æditvor & æditimor, ædem curo & tueor, sive æditui officium facio.

ÆGER, gra, grum, qvi malè habet, graviusq; agitatur, sive animo sive corpore: ab ago, per antiphrasin; vel ab ἀεργός, i. e. otiosus, qvasi qvi nihil agere potest: avt ab ἀνιαρός, mœstus, afflictus: Haſſuer ont/ lider ilde/ Ær øm/ Siug eller ilde tilfredz. *Æger pedibus: ægrum corpus: ægra manus: æger morbo gravi: ægra ac infirma valetudo: ægra puerperio*, Ligger i Barſell Seng: *æger animo & animi: æger consilii: æger delicti*, i. e. dolet ob delictum. Item de rebus inanimatis translatè; *ægra Respubl. civitas*, i. e. afflicta & mœrens. Comparat. ægrior, ægerrimus.

Ægrè, adverb. modo ægro, Ilde / Ilde tilfredz/ Modſommeligen. *Illo ægre careo, ægrè fert tuum discessum*: Et *ægrè fero*, nagger/ Ancker paa. Item difficulter, vanſkeligen. *Ægrè rastris rimantur terras.*

Ægreo, n. s. antiqvè, pro ægroto.

Ægresco, n. t. æger fio, vorder ſiug oc ilde tilfredz/ tilpaß. Legitur de animo & corpore.

Ægritudo, inis, f. t. ægri animi affectio, Bekymrelſe/ anck / nag / ſorg oc bangbed. Legitur & de corpore, Siuge/Siugdom.

Ægrimonia, æ. f. pr. Cic. idem.

Ægrotus, a, um, qvi ægritudine affectus est: Diciturq; propriè de corpore. Ut, corpus ægrotum. Indè de animo, Ut, *ægrotus animus*, Terent. Siug oc ilde tilfredz.

Ægroto, tas, n. pr. ægroto sum corpore, Ær Siug/ lider ilde: Et de animo, Ær harmt/ ilde tilfredz, Item translatè, *ægrotat bonum publicum; ægrotat fama: ægrotant inde artes*, antiqvè.

Ægrotatio, f. t. ægrotandi actus, & mala corporis constitutio. Grammatici distingvunt, ut ægritudo propriè de animo dicatur: ægrotatio de corpore.

Composita.

Coægroto, as, n. pr. Hier. pro unà cum alio ægroto.

ÆMULUS, a, um, qvi cum desiderio amat & affectat ea facere, qvæ ego facio, nec sine aliqva mei meorumq; invidia, ab amo, avt ab αἰμύλος pro affabili, deceptore & supplantatore, & qvi cum desiderio aliqvid facit, Nidkier. *Æmulus est studiorum meorum: Clavdia æmula domesticæ lavdis.* Et cum casu; *æmulus est facta Alexandri.* Ponitur & simpliciter pro invido, niding: Unde *æmula senectus*, qvæ qvasi invidere nobis videtur jucundioris ætatis felicitatem.

Æmulor, aris, dep. pr. rei alicujus sum æmulus, Fliger med Anden om noget. *Facta Cæsaris æmulatur.* Item invideo, ut *mihi æmulatur.*

Æmulatio, onis, f. t. æmulandi actus sive in bonam sive in malam partem, Nidkiærhed eller affuind.

Æmulator, oris, m. t. qvi æmulatur: notatq; actionem sicut æmulus habitum.

ÆNIGMA, atis, n. t. αἴνιγμα, oratio est obscura rem notam, qvam significat, ambagibus tegens, Mørckrale eller ſpørſmaall. In Gellio exponitur Latinè scrupus, scirpus & sirpus, ambiguis lectionibus.

Ænigma-

Ænigmaticus, a, um, ænigmatis involutum & obſcurum.

Ænigmatiſtes, æ, m. pr. qvi ænigmata facit avt proponit.

ÆQVOR, oris, n. t. aqva latè patens, ab aqva deducta voce, det vide oc vilde Haff. *Æqvora accipiebant navigia.* Et cum adjectione, æqvor maris, i. e. æqvalitas & planities, Bredning/ ſtille. Item campus latè patens & æqvalis, Sletning/ ſtoer vid oc vild ſlet marck. *Habitant in camporum æqvoribus.* Et *ferro ſcindimus æqvor*, i. e. ſolum, terram: Dicitur & de aëre: *Volitantes æqvore cygnos.* Sed in hoc exemplo aliter legitur lætantes agmine. Item de mundo, ut, æqvor mundi, vidhed/ i. e. vaſta capacitas. Item de ſpeculis: *ſpeculorum æqvor*, i. e planities, Slethed. Aliter deducitur ab æqvo, qvaſi ubi omnia æqva & plana, nihil eminens.

Æqvoreus, a, um, qvod ad æqvor pertinet avt eſt æqvoris, ut *æqvoreæ undæ*, Strandvand/ Haffvand. *Æqvoreum genus*, i. e. piſces.

ÆQVUS, a, um, cui nulla pars eminet alteri, ab æqvor, cui non turbato ſumma eſt planities, Jæffn/ Slet/ liige/ *æqvus & planus locus.* Et translatè juſtus, probus, integer, qvi non huc avt illuc agitatur, duplicemve verſat animum, retſkaffen/ retferdig/ foruden froglow. *Æqvus Prætor.* Et *animus æqvus*, qvi moderatus eſt, tolerans & minimè qverulus in adverſis, taalig. Item favens avt ſuffragator, Gunſtig/ ſamtyckende. *æqvum te mihi præbere debes.* Sic de rebus inanimatis, *æqva conditio, æqva lex*, Billig vilkaar/ billig low: *æqva poſtulatio*, Billig begæring. Item æqvus idem qvod æqvalis conditione, Jeffnlige/ *in æqvos & pares faſtidioſus.* Item æqvè magnus, Liige ſtoer/ halff om halff. Ut, *utinam eſſet mihi æqva pars amoris tecum.* Item abſolutè, æqvum pro æqvitate, ut *ſervantiſſimus æqvi*, rett oc ſkæll: *æqvum eſt*, det er billigt. Et cum adjectione, *æqvum bonum; & æqvum melius* in arbitrio rei uxoriæ. Comparatur etiam, æqvior, us, æqviſſimus. Aliter deducitur à dorico αἰκὸς pro ἴσος, veriſimile &. æqvum.

Æqvè, adverb. modo æqvo, Bildigligen/ *æqvè ſic ſtatuit judex.* Item ex æqvo & æqvaliter, tillige: *Literæ utriq; noſtrum æqvè gratæ.* Interdum ſignificat tam vel tantum & admittit ac vel atq;; ut, *nihil æqvè ac juditis acerbitas profuit*, Saa megit ſom: *Miſer æqvè atq; ego*, Lige ſaa ælendig. Sic *æqvè iſtud facio*, i. e. mihi tantidem eſt, nihil refert. *Æqvè hoc ſcis*, du vedſt det ſaa vell ſom jeg: *æqvè melius*, pro æqvè benè.

Æqviter, adverb. antiqvè idem qvod æqvè.

Æqvitas, atis, f. t. æqvi ratio, Billighed/ Mindelighed. Et peculiariter moderatio illa legis, qvâ nec in exceſſu nec in defectu peccatur, græca voce Μετριότης dicta. Accipitur & pro conſtantia, cum omnia patienter ferimus & in bonam partem accipimus, Medlidenhed.

Æqvalis, le, om. t. qvod cum alio eſt æqva & eadem qvantitate, Liig ſtoer/ lig med: *æqvalis ætate, dignitate, animo, &c.* Ubi ſemper qvantitatem in comparatione reſpicio, Liig gammell/ Liig i ære/ oc værdighed/ Liig i ſind oc moed. Apud Plinium pro ſimili poſitum videtur, cum ait: *Et ipſe æqvalem expertus fuiſſem fortunam.*

Æqvaliter, modo æqvali, tillige. Ut *æqvaliter omnibus abrogatur fides*, i. e. tam his qvàm illis.

Æqvalitas, atis, f. t. æqvalium & parium ratio, Liig ſtoerhed. *Carnes qvæ creſcunt ad æqvalitatem perducit.*

Æqvo, as, act. pr. æqvum facio, Jeffnær/ giør jeffn eller liige/ Sletter. *Aream cylindro æqvabat.* Et translatè, ex æqvo divido, Skifter Liige: *æqvabat laborem juſtis partibus.* Item æqvalem vel parem alicui facio. Ut, *putant ſe æqvari cum Principibus:* Et *æqvabant ſe illis.* Sic, *æqvabat ludum nocti*, lig lang ved natten/ holt læg ud med natten.

Æqvabilis, le, om. t. qvod æqvatum eſt, ſive æqvum & ſine aliqva partium diſcrepantia, Jeffn/ liige: *æqvabile orationis genus; æqvabilis partitio.*

Æqvabiliter, cum æqvalitate. Ut, *tactus toto corpore æqvabiliter fuſus*, Jeffnligen/ ligeligen.

Æqvabilitas, atis, f. t. æqvalium ratio: *Æqvabilitas vitæ*, in qva nulla eſt perturbatio neq; varietas avt diſcrepantia.

Æqvamentum, ti, n. ſ. dicitur cum nevtrò inclinatur examen, qvod ſignum eſt æqvationis ponderum, Liige vect. Item diſcrimen capillorum, Haarſkellet.

Æqvatio, onis, f. t. æqvandi actus.

Æqvator, oris, m. t. circulus imaginarius in cœlo ſphæram dividens in duas æqvales partes, in qvem cum ſol inciderit, dies fiunt æqvales nocti in toto terrarum orbe.

Æqvatus, a, um, qvod æqvavimus, Jeffnet/ Sletted. *Æqvato pavimento infunditur oleum: æquata agri planities.*

Compoſita.

Adæqvè, adverb. idem qvod æqvè, i. e. tam, ut, *nemo me adæqvè miſer*, i. e. miſerior, vel atq; ego ſum, me poſito cum adverbio æqvè. Sic *adæqvè me fortunatior eſt: arbitrati ſunt adæqvè latrones*, i. e. æqvè omnes, tàm hi, qvàm illi, tillige.

Adæqvo, as, act. pr. aliqvid alteri æqvo, ut, *omnia tecta adæqvat ſolo*, giør liige ved.

Animæqvus, a, um, qvi eſt animo æqvo. Cicero etiam diviſim effert, animus æqvus. Animæqvior comparat. qvi eſt æqviore animo. Meliùs avtem effertur diviſim, animo æqvior.

Coæqualis, le, om. t. idem qvod æqvalis, & qvaſi qvod cum alio æqvale eſt, Liige ſtoer med. *Coæqvalis eſt mihi*, Liige gammel med mig.

Coæqvo, as, cum aliqvo aliqvid æqvo, giør ens/ giør liige med. *Cætera humo coæqvabat.* Et *coæquare omnium gratiam difficillimum eſt*, i. e. æqvè conſeqvi, naa allis yndeſt tillige.

Coæqvus, a, um, Plin. idem qvod æqvus. Sed ſuſpecta eſt lectio.

Exæqvo, as, act. pr. æqvalem ſive parem facio, giør liige ſaa god/ ſaa ſtoer/ etc. Ut, *Cæſar neminem dignitate ſecum exæqvari volut: dicta factis ſunt exæqvanda.*

Exæqvatus, a, um, qvod exæqvavimus. Ut, *belli certamina exæqvata.*

Exæqvatio, onis, f. t. exæqvandi actus.

Inæqvalis, le, om. t. non æqvalis. Ut, *oratio inæqvalis*, wjeffn/ wlig. Sveton. utitur ſuperlativè, inæqvaliſſimus.

Inæqvalitas, atis, f. t. ubi nulla eſt æqvalitas, wjæffnhed/ wliighed.

Inæqvaliter, adverb. cum inæqvalitate, wliigelis gen/ wjeffnt/ wjeffnligen.

Inæqvabilis, le, om. t. non æqvabile.

Inæqvabiliter, adv. modo inæqvabili.

Inæ-

Inæqvo, as, act. pr. æqvum & planum facio, Jeffner/ ſletter.

Iniqvus, a, um, non æqvus, wjeffn/ *Locus iniqvus.* Et translatè, *homo iniqvus*, qvi æqvitatem non ſervat, wbillig/ wretferdig. Et *animo iniqvo fert*, i. e. impatienter. Item iniqvum qvod modum non tenet; eſtq; vel nimis magnum, ut, *pondus iniqvum*, wſkellig: *onus iniqvum*, wbillig/ for ſtoer: vel nimis anguſtum, ut, *ſpaciis excluſus iniqvis*, alt for ringe for Sneffr. Dicitur & abſolutè *iniqvum eſt*, Det er wbilligt/ wret/ wſkællig.

Iniqvè, adverb. modo iniqvo. Ut, *iniqvè facit*, giør wræt/ wſkæll.

Iniqvitas, atis, f. t. iniqvi affectus & vitium, wbillighed/ wrætt. Item rei iniqvæ ratio, ut, *iniqvitas loci*, *iniqvitas temporis* pro difficultate & anguſtia.

Iniqvo, as, verbum antiqvatum, qvo uſus eſt Laberius, poëta antiqvus.

Periniqvus, a, um, valdè iniqvus, ut, *periniqvus animus*, *factum*.

Peræqvus, a, um, valdè æqvus, ut, peræqva proportio.

Peræqve, valdè æqvè, alt tillige oc lige megit. *Peræqvè omnes ægrè ferant.*

Peræqvo, as, Colum. æqvum facio, ut, *ſtirpes oſtogenæ intra biennium ſeptenos culeos peræqvarunt.*

Peræqvatores, Jurisconſultis, exactores cenſuum, qvi in capita ſunt contraria conſtituti: ita dicti qvòd æqvaliter ab omnibus exigant, Legomend.

AER, eris, m. t. aqvarum exhalatus vapor per univerſum diffuſus & fluens, unde rurſus generantur venti, nives, grandines pluviæ, tonitrua, nubes & ſerenum, ab ἀήρ ejusdem ſignificationis, vejr. Inde locus & ſpacium qvod occupat, à terra videlicet ad Lunæ orbem, Lufften. Item ventus ſive flatus modicus, Lufft eller liden ſact vind. Item per metonymiam cavſæ, ſonus, lud/ ſkalð.

Aërius, ſive aëreus, a, um, qvod ex aëre ſit, avt in aëre vivit, ut, *genus animantum aëreum*: *aërii volatus avium*. *Mel aërium*, qvòd ex rore colligatur, qvi ex aëre defluit. Item altus, ut, *aëriæ arces*; *aëriæ Alpes.*

ÆRUMNA, æ, f. pr. furcilla; qvâ religatam ſarcinam viator geſtabat, & cujusmodi carbonarii carbones in urbem ferebant; ab ἀίρειν, tollere qvaſi αἰερμύνη, Drager Stang/ Saa ſtang/ bære ſtang. Inde ipſum onus, Byrde. Et translatè, ægritudo animi laborioſa, & miſeria, Jammer oc ælendighed. Aliter ab eruendo deducitur, qvaſi qvòd mentem eruat, ſcribiturq; per e ſimplex.

Ærumnula, læ, f. pr. idem, avt parva ærumna & furcilla.

Ærumnabilis, le, om. t. Lucret. idem qvod ærumnalis.

Ærumnalis, le, om. t. Apul. qvod ærumnis abundat, ut, *labor ærumnalis*, Jammerlig.

Ærumnatus, a, um, & comparat. ærumnatior, tiſſimus, apud Plavt. idem.

Ærumnoſus, a, um, Cic. qvi ærumnis premitur & affligitur, Jammerlig/ ælendig. Item qvod plenum eſt diſcriminis & pericli. Ut, *ærumnoſum mare*.

ÆS, æris, n. t. metalli genus, ab αἶα, terra, ſic dictum, qvòd primùm eruebatur è terra, & qvidem primùm ante aliorum metallorum inventionem, Kobber. Freqventer ponebatur pro numis, qvia ex ære fiebant, Penge. Ut *eget æris Cappadocum Rex. Ignorant qvid diſtent æra lupinis*, i. e. ærei & veri nummi à nummis lupinariis, qvi tantum ſpeciem illorum habent. Item æs cum adjectione meum, tuum avt alienum, pecunia debita, gield. Ut, *in meo ære eſt.* Item æra dicebantur leges in æs inciſæ, ut, *æra ſolebant reſigere*, i. e. leges in æs inciſas. Item æra vocabant veteres ſingula capita in ſubducendis rationibus, propterea qvod ad aſſem rationem putare ſolebant, & capita æris mutis numeris notabant. Ex iis etiam fiebat & colligebatur ſumma: Unde Cic. *ſingula æra probaſti.* Item, abuſivè, æs pro ferro ponitur, idq; Græcorum more. Aliter æs ab aëre deducitur, qvo plenum eſt præ cæteris, ut arguit poroſitas, & ſonus: dicebaturq; veteribus diviſim aës.

Æneus, & antiqvis æſnæus, a, um, qvod ex ære factum eſt. Ut, *fores æneæ*, Kobber dørre: *tormentum æneum*, Kobber ſtycke/ grofft ſtycke: *ænea fiſtula*, inſtrumentum chirurgicum, qvo immiſſo urinam morantem obſtructo meatu urinario proliciunt. *æneus color*, qvi colorem æris refert, Kobber farffne.

Aheneus, a, um, Hor. poëtica reſolutione, idem. Ut, *murus aheneus.*

Æneator, oris, m. t. qvi tuba ænea canit, Trometer. Exponitur & cornicen, tibicen, liticen. Item qvi comploſo inſtrumento æreo in morem tympani tenſo ſonitum ciet, Puckelſlaaer.

Ænus, &, poëtica reſolutione, ahenus, idem qvod æneus.

Ænum, ni, n. ſ. & reſolutione ahenum, vaſis genus, qvod cacabus ſive caldare dicitur, Kedell eller Kobbergryde. Et peculiariter vas ampliſſimum in qvo purpura tingitur, farffuer Kedell.

Ænulum, li, n. ſ. vas ex ære parvum.

Æra, ræ, f. pr. ſingulorum annorum tempus certum, qvo orbis omnis æs Reipubl. Romanæ reddebat. Eratq; ea æra inſtituta à Cæſare Auguſto, qvando primum cenſum exegit ac Romanum orbem deſcripſit: eratq; annus 38. ante natum Chriſtum. Inde æra Chronologis & aſtrologis initium temporis & numerationis, unde ſupputationem inſtituunt, ut *æra Chriſtiana*, qvæ eſt annus nati Chriſti. Item numeri nota in moneta, qvâ etiam ejus pretium deſignabatur. Aliter vox deducitur è notis qvibusdam, utpote, A, ERA, CÆS, CL, i. e. annus erat Cæſaris centeſimus qvinqvageſimus, qvaſi ex a & era, temeritate qvadam & inſcitiâ librariorum tabellionumq; ablatis punctis coaluiſſet æra.

Æramentum, inſtrumentum omne ex ære fuſum, Støbt Kobber/ Klocke/ Støbt Stycke/ Gryde.

Æramentarius, a, um, qvi æramentum facit, ut, *æramentarius fuſor*, Klockſtøber/ Grydſtøber.

Ærarius, a, um, qvod ex ære conſtat, ut, *ærarium metallum*, Kobber ardz. Item qvod ad æra, nummos, pertinet, ut *æraria ratio*, Penge handel oc regenſkab. *Miles ærarius*, qvi æra merebatur: *ærarius præfectus*, qvi æri Reipubl. vel ærario præfectus eſt, Skatmeſter/ Rentemeſter: *Ærarius tribunus*, cui pecunia militaris erat attributa. Exponitur & *ærarius tribunus*, qvi ære corruptus eſt, vnder ſtucken med penge.

Æraria, æ, f. pr. ubi æs foditur, Kobbergrubb.

Ærarium, rii, n. ſ. locus ubi publica urbis pecunia ſervatur, Byß/ Penge Kiſte eller Kamer. Et tropicè ipſa pecunia.

Ærarius, rii, m. ſ. qvi opera ærea fabricat, Kobberſmed / Kedlſmed / Grydſtøber / Klockſtøber/ Kobbergyder. Item ærarius dicebatur, qvi plebejus à cenſoribus in ceritum tabulas referebatur, ut in eo tan-

tum

tum civis esset, qvòd una cum civibus tributum pendebat.

Æratus, a, um, qvod ære tectum est, Kobberslagen/ *ærata ostia*: *ærata navis*, qvæ ærato rostro munita est. Item *æratus homo vel tribunus*, qvi æra habet, i. e. nummosus. Item *ærati milites*, qvi alieno ære obstricti sunt, Gieldslagen/ gieldbunden.

Æreus, a, um, qvod ex ære factum est, ut, *limina ærea*.

Æreolus, li, m. s. sexta oboli pars.

Érica, cæ, f. pr. piscis carnivorus, apud Gazam, ad Græcorum χαλκυς sic dicta. Habetq; appellationem ex æris colore splendido. Possunt & hoc nomine appellari pisces infumati propter colorem qvem ex fumo contrahunt, ut, & veteres hujusmodi chalcidas dixerunt, Røget sild oc fisk.

Ærosus, a, um, qvod ære abundat aut ære mistum est, ut, *aurum æroſum*, qvod multum æris admistum habet Sic, *pecunia æroſa*, cui plurima ejus portio est. *Lapis æroſus*, ex qvo æs excoqvitur: *æroſa cyprus*, qvia in ea plurimum æris nascebatur.

Æruca, cæ, f. pr. Vitr. species æruginis, videlicet qvæ facticia est. Sed lectio est suspecta.

Ærugo, inis, f. t. æris morbus & virus ipsum corrumpens & erodens, Kobber ryst/ graff ryst. Item flos æris cum viresci, sive nativa, qvæ sponte gignitur; sive facticia, qvæ beneficio aceti intra paucos dies, Kobber grøn. Dicitur & de flore argenti, Sølff rust. Ponitur etiam tropicè pro pecunia diutiùs abscondita, Mule penge. Item pro immodico pecuniæ & lucri studio, propterea qvod eo tanqvam ærugine qvadam ingenia præclara corrumpuntur & depravantur. Item pro insidiosa quadam & simulatione officii involuta malevolentia, qvâ forma & nos dicimus, der er graff rust i hannem. Refertur & abusivè ad segetes & alia.

Æruginosus, a, um, ærugine obductus.

Æruscо, as, antiquis, pro æra & pecuniam undiq; præstigiis & fallaciis colligo corradoq;, Pracker penge.

Æruscator, oris, m. t. qui æruscat, Peng snyder/ pracker.

Æsculatius, rii, m. s. Deus æris potestatem habens: item æratiorum & æreorum.

Composita.

Aciæris, f. t. acies seu securis ærea, qva veteres sacerdotes in sacrificiis usi sunt.

Adæro, as, act. pr. jurisconſ. ad æris seu pecuniæ taxationem redigo, æstimo, taxerer / vorderer paa penge.

Adæratio, f. t. adærandi actus, vordering

Adæratus, a, um, qvod certo ære & pecunia taxatum est, vorderit i penge/eller for viße penge.

Obæratus, a, um, ære alieno circumqvaq; obstrictus, Gieldslagen / Gieldbunden / allevegne bortskyldig.

Subæratum aurum, qvod foris aurum ostendat; intus æs occultat, forgylt Kaaber. Et translatè, homo, qvi virtutum prætextu vitia occultat, En hellig skalck. Sic, formâ non dissimili, proverbialiter dicimus, Det er icke alt guld/ som skinner som guld.

ÆSCULUS, li, f. s. genus qvercus latioribus foliis, cujus glandes primævis hominibus escæ loco erant, unde & ab esca deducitur scribiturq; alicubi Esculus, ett slags Eeg. Item aliis idem est quod fagus, ut & Græcè exponitur Φηγός.

Æsculeus, a, um, qvod ex æsculo est, ut, *asseres æsculei*: *frondes æsculeæ*.

ÆSTIMO, as, act. pr. æris pretio aliquid taxo, ab æs simpliciter per productionem quandam; aut quasi æs τιμῶ, i.e. pretium rei ære taxo: vel integrum græcè ab ἐζ & τιμῶ, vorderer/taxerer/skatter. Diciturque de rebus, factis, personis, quatenus quantitas & pretium in comparatione spectatur. Ut, *pecuniam magni æstimat, virtutem non magni. Æstimat pretia rerum: data æstimas magno, accepta parvo.* Et passivè, *hæc pecunia æstimari non potest. Æstimare litem*, i. e. expensas taxare, Bevregne omkost oc tæring i nogen Sag. *Æstimare pœnam*, est certo ære censere, Sette paa penge.

Æstimabilis, le, om. t. quod facile æstimari potest: unde Cic. æstimabile, quod pondus habet æstimatione dignum, vurderlig.

Æstimatio, onis, f. t. æstimandi actus. Item res ipsa æstimata, vurdering/vordning.

Æstimator, oris, m. t. qui æstimat, vurderingsmand.

Æstimatorius, à, um, quod ad æstimationem pertinet, Jurisconſ.

Æstimia, æ, f. pr. antiquis idem quod æstimatio.

Composita.

Coæstimo, as, act. pr. Cels. idem quod æstimo.

Existimo, as, act. pr. quasi æstimando aliquid statuo, judico, Acter/ paakender/ dømmer aff en slittig skatrelse. *Avarum fuisse existimo qui hoc fecit: Ex præteritis existimari solent præsentia: de illo bene vel male existimas.*

Existimatio, onis, f. t. existimandi actus, quo scilicet de aliquo existimamus, Dom oc mening/ Paakendelse. *Existimationi multorum de te satisfacere debes.* Item honestas & fama, quam quis aliorum judicio consequutus est, Act oc ære/ god ryct oc naffn. *Bona existimatio divitiis præstat: homo sine existimatione, sine sensu*: Et *homo magnæ existimationis.*

Existimator, oris, m. t. qui de re existimat judiciumq; seu sententiam fert, ut, *artificii existimator est, nõ magister.*

Inæstimabilis, le, om. t. quod æstimari non potest, wvurdelig/wskattelig.

ÆSTUS, us, m. q. ardor intensus sive fervor, ab αἴθω, ejusdem significationis, stoer hede oc brynde *Æstibus in medis umbrosam exquirere vallem.* Et peculiariter, commotio vehementissima maris crescentis & decrescentis, Hafbrusen/ Hafflob. *Pelagus æstu fervens.* Licet enim talis calor ardórve non sit causa istius commotionis; tamen quia videtur talis esse motus bulientis in caldario ad ignem aquæ, locum dedit significationi. Accipitur & pro simplici accessu & recessu maris, Flæd och ebbe. Item transfertur ad animos commotos vehementiori affectu, ira, odio, amore, libidine, &c. Unde *æstus ingenii, æstus gloriæ.* Sic, *æstus consvetudinis absorbet aliquos*, i.e. vehementia & impetus. Plinius usus est pro insigni scrupulo, quasi quo commotus animus se nunc huc nunc dividit illuc. Ut, *æstum meum explicare non potes.*

Æstuarium, rii, n. s. locus maris æstu vicissim nudus & aquis stagnans, huor haffuet flæer oc ebber/ gaar ud oc ind.

Æstuosus, a, um, qvod æstu abundat, ut, *cælum æstuosum*: *via æstuosa*, Hitzig.

Æstuo, as, n. pr. æstu agitor, Lider brynde/er hitzig/ Brender aff hede. *Cum æstuaret, umbram sequutus est.* Et de aquis *æstuat mare, unda, gurges*, Syer / bruser/ volmer / voxer / er høyt vande. Item de animo, *æstuat dubitatione; æstuat ira.*

Æstuatio, f. t. Plin. pro vehementibus desideriis & gaudiis.

Æstas, atis, f. t. pars anni ardore æstuans, quaq; major solis æstus est, Sommer. Est etiam altera illa quæ incipit ab æquinoctio vernali, finemq; accipit æquinoctio auctumnali. Totus enim annus olim in æstatem tantum & hyemem dividebatur. Postea tamen anno in quatuor partes diviso, cœpit æstatis nomine vocari trimestre illud ab ingressu solis in cancrum usq; ad æquinoctium auctumnale, quod fit sole ingrediente Libram, Skærsommer.

Æstivus, a, um, quod est æstatis, ut *æstivus mensis, dies, nives, &c.* Et *æstivæ fruges* dicuntur milium panicum, & cæteræ id genus, quæ ante virgiliarum exortum seruntur, Sommer Sæd. Item *æstivus annulus*, qui est materiæ levioris, quando levissima quæq; & subtilissima recte dici æstiva existimant. *Æstiva vestis*, quæ subtilior est & levior, qualisq; æstate gestari solet, Sommerklæde/ tynd klæde: *æstivum viaticum*, quod non est in tanta copia, æstate nimirum fructum quaquè suppeditante, quanta hybernum esse solet, nuda tellure. Sic, *æstiva supellex.*

Æstivè, adverb. ut, *æstivè vestitus*, tynd klædt/ lætt klædt. *Æstivè viaticati sumus*, i. e. tenuiter, etiam solo potu sine cibo, qvum qui æstate iter faciunt, de æstatis frugibus se tolerare possint, id quod hyberno fieri, tempore non potest sed semper circumferenda necessaria.

Æstiva, orum, n. s. loca umbrosa, in quibus æstatis ardorem vitantes bestiæ se continent, Ly for hæde. Inde ipsi greges in æstivis commorantes. Item æstiva, castra in quibus milites æstate agunt, Sommerleigr.

Æstivo, as, n. pr. in æstivis ago, propter æstum evitandum alicubi moror. Ut, *intra sepem æstivant pastores: in montibus æstivant greges.*

Composita.

Exæstuo, as, n. pr. idem quod æstuo, vel valdè æstuo, ut, *exæstuat mens irâ.*

Inæstuo, as, n. pr. idem, vel in re aliqua æstuo, ut, *bilis inæstuat præcordiis*, q. d. Syer inden i aff vrede.

ÆTHER, eris, m. t. αἰθὴρ Græca voce, Latinis idem quod cœlum astriferum, Himmelens befestning. Inde tropicè, elementum ignis, ut *aërem amplectitur æther.* Et æther ardor ultimus. Item aër, seu cœlum infimum. Item supremum cœlum: Et inde rursus ipse Juppiter cœlum inhabitans.

Æthera, æ, f. pr. idem formata voce ex accusativo Græco, ut cratera à crater.

Æthra, æ, f. pr. idem. Item splendor ætheris qui & Græcis αἴθρα. Ponitur & pro aëre sereno, klar vejr.

Ætherius, sive æthereus, a, um, quod est ætheris vel adæthera pertinet, ut *plagâ ætherea*, quæ de cœlo & æthere venit.

Æternus, a, um, quod instar ætheris durat, h. e. ex sententia gentilium, quod caret principio & fine, Evig/ vden begyndelse oc ende. *Supra Lunam omnia sunt æterna.* Et verissimè de Deo: *Deus beatus & æternus.* Is enim solus principio & fine caret. Aliter deducitur ab ævum, quasi æviternus, cujus significationis exempla hæc sunt: *Virtus æterna. nomen æternum: æterna ei proposita ærumna*, Evigvarende. Vide in ævum.

Æterno, adverb. ut, *vivet hoc æternò*, Evigen.

Æternùm, idem Ut, *manet æternùm.*

Æternitas, atis, f. t. æterni ratio & affectus, Evighed/ Evigvarendehed. *Æternitas materiæ: æternitate donare aliquem*, idem quod æternare.

Æterno, as, act. pr. Horat. æternum facio, ut, *æternare virtutes alicujus in ævum*, i. e. immortalitati commendare, & ad omnem æternitatem consecrare.

Composita.

Sempiternus, a, um, quod semper æternum est & fine carens, Stedze oc evigvarende/ *vita Deorum sempiterna: hominis sempiterna gloria.*

Sempiternè, adv. modo sempiterno.

Sempiternò, adverb. idem, & in sempiternum, till evig tiid.

ÆVUM, vi, n. s. tempus sine fine; ab αἰὼν, ejusdem significationis, Evig tiid. Inde ponitur pro longo annorum spatio. Item pro tempore finito; item ætate, ut *ævum degit cum Diis: homo brevis ævi: currit mortalibus ævum.*

Ætas, atis, f. t. quasi ævitas, quo & antiqui usi sunt, duratio est, quæ tempore mensuratur, sive pars ævi tempore certo mensurata, alder/tiid. Inde *ætas bona* pro juventute: *ætas mala*, pro senectute. Tribuitur autem hominis ætas in sex partes, infantiam, pueritiam, adolescentiam, juventutem, virilitatem & senectutem: quarum singulæ rursus in tres viridem, adultam & præcipitem, de quibus omnibus suis locis. Mundus quoq; in suas &, juxta communem sententiam, in quatuor, auream, argenteam, æream & ferream: Secundum Theologos autem ita, ut una ætas sit ab Adamo ad diluvium, vel ad legis promulgationem: Inde alia ad Christum à quo tertia ad finem mundi. Numerant iidem & alias diversis modis. Porrò ponitur & pro uno anno, Itt Aar. Item pro spatio triginta annorum. Item Comicis in dativo significat ipsam substantiam hominis, ut, *væ ætati tuæ*, i. e. tibi. Item in accusativo, diuturnum & continuatum tempus, ut, *uxor ætatem superstes sit*, lenge/ mandz minde. Aliter deducitur à græco ἔτος, annus, quia & antiquè scribitur Etas per E simplex.

Ætatula, læ, f. pr. ætas tenerior vel modica.

Æviternus, a, um, Apul. quod ævum durat, h. e. caret, fine.

Composita.

Æquævus, a, um, ejusdem & æqualis ætatis, dictio est poetica, qvum æqualis in eadem significatione sit oratorium.

Coævus, a, um, idem.

Coætanei, dicti sunt qui eadem ætate vixerunt; etiamsi alter altero plures habeat annos. Sic Pater & filius sunt coætanei, non autem coævi seu æquales.

Grandævus, a, um, quod est provectioris ætatis, q. d. grandis ævi, i. e. ætatis, gammell.

Grandævitas, f. t. antiquis idem quod senium & grandis senectus.

Longævus, a, um, qui est longi ævi & ætatis, gammel/ til Alders. *Longævus parens: longæva ætas.*

Longævitas, atis, f. t. longævi ætas, sed ἄδηλον est.

Primævus, a, um, quod est primi ævi, ut, *primævus homo; primævum corpus: primævus flos juventutis*, Som er sin første oc fejerste tiid.

AGER, gri, m. s. pr. corr. propriè locus in rure quem colimus, ab ἀγρὸς, ejusdem significationis, Pløieland/ saaland/ aggerjord. Inde quantum locorum terræq; urbi alicui, suo fructu, suiq; usu subjacet, Byeß jord/ Byeß egn oc marck. Includitq; in se non tantū segetibus aptum, sed & nemora, saltus, pascua, lacus, flumina, & omnia quæ in territorio sunt: in qua quidē significatione vix unquam pluraliter legitur. Inde significat partem quamvis, quæ privatim ab aliquo possidetur: comprehenditq; ea omnia, quæ in ista parte continentur, sive domus, sive nemora, sive alia: Estq; tum idem quod rus & possessio

possessio extra urbem, Eignedom/affisgaard. Item translatè ager pro seminario hominis & utero muliebri. Aliter deducitur ab ago, quasi in quo multa agenda.

Agellus, li, m. s. parvus ager.

Agellulus, Ambr. nova deminutione, idem.

Agrarius, a, um, quod ad agros pertinet, ut, *facultas, res, ratio agraria. Stationes agrariæ*, quæ fiunt in agris, aut pro agris. Et absolutè agrariæ, pro eodem: Et *lex agraria*, quæ lata est de agris. Item absolutè agrarius qui rei agrariæ est suffragator: vel qui agros publicè divisos possidet; sive qui agros cupiebat, ut subveniret suæ inopiæ.

Agredula, læ, f. pr. rana quæ in agris invenitur, græß frøe.

Agrestis, ste, om. t. quod in agris, non in hortis nascitur, ut *pubes agrestis cererem adorat. Columba agrestis*, quæ in turribus & culminibus versatur & nidificat. Item qui vitam degit sylvestrem. Et tropicè, *homo agrestis* pro duro & inhumano, ut solent esse agrestes. Sic *vita agrestis*, i. e. acerba, dura: *regio agrestis*: *vox agrestis*: i. e. inculta. Item absolutè agrestis, idem quod rusticus.

Agrimonia, æ, f. pr. nomen herbæ, quæ præcipuè in agris abundat.

Agrosus, a, um, Varr. locuples, quasi qui agris abundat, Rig paa jord.

Composita.

Onager, gri, m. s. quasi ὄνος ἄγριος, i. e. asinus agrestis, vild Esel.

Peragro, as, n. pr. iter facio, & quasi agros pererro, vandrer om/eller giennom Landet. *Rura peragrat solus.*

Peragratio, f. t. peragrandi actus; unde *peragratio itinerum*.

Peragratus, a, um, quod peragravimus, giennom vandrett. *Regio peragrata; terræ peragratæ.*

Pereger, Ulpiano, pro peregrinus.

Peregrè, adverb. quasi extra patriam peragros, fraa huuß/ i fremmet land oc egn: significatq; modò motum ad locum, ut, peregrè vado, redeo; modò in loco, ut sum peregrè.

Peregri, adverb. comicis familiare pro peregrè significante in loco.

Peregrinus, a, um, qui est peregrè, fremmet/ nec de homine tantum, sed & de aliis, ut, *peregrinæ arbores, peregrini fructus*, quæ aliundè ad nos transportantur. *Peregrina facies*, quæ à nostris quotidianis differt, nobisq; insolens, fremmet/ ny och selsam skickelse. *Peregrina sacra*, quæ ex aliis urbibus, religionis gratia sunt adscita.

Peregrinitas, atis, jurisconsl. f. t. peregrini conditio, & inhabitatio loci alieni, fremmetskab.

Peregrinor, aris, dep. pr. per agros alienos iter facio, in peregrinis ago locis, vandrer i fremmet Land. Et translatè, *peregrinatur animus*, i. e. exspatiatur, divagatur, Hu er anden sted. Et *peregrinari aures* dicuntur, cum non attendunt rei.

Peregrinabundus, a, um, peregrinationibus intentus, er ferdig till sin reise.

Peregrinatio, f. t. peregrinandi actus, vandring udi fremmet land oc steder.

Peregrinator, oris, m. t. qui solet peregrinari, fermeq; semper peregrinatur, Pillegrim.

Subagrestis, e, om. t. aliquantum agrestis.

AGNUS, ni, m. s. fœtus ovis, nondum annum egressus, ab ἄμνος ejusdem significationis; aut ab ἁγνὸς, purus, castus, quod sit hostia pura & immolationi apta, Lam/ Vedrlam. Erat autem olim Epicœnum, ut agnus mas, agnus fœmina.

Agnellus, li, m. s. parvus agnus, sive ætate, sive substantia, Spætt eller lidet Lam.

Agna, æ, f. pr. fœmineus ovis fœtus, gimmerlam. Item agna genus mensuræ in divisione agrorum, aliàs actus quadratus constans 120. pedibus. Aliter Isidoro deducitur ab agnoscendo, quod errans in magno grege matrem balatu agnoscat.

Agninus, a, um, quod ex agno est, ut caro agnina, Lamkiød: Et absolutè, agnina, idem: eratq; olim despicatui. Unde novum ei adjectivum *dupla agninâ*, i. e. crassa: *agnini lactes*, Omkram/ omhiam aff Lam.

Composita.

Ambiegnus, a, um, ad cujus utrâq; latera, agni in sacrificium ducebatur, ut, *bos ambiegna; verbex ambiegnus.*

Ambegna ovis, quæ cùm geminos pepererat sacrificabatur Junoni cum ipsis altrinsecus allegatis.

AGO, is, egi, actum, act. t. pr. corr. vim mentis, animi, sensuum corporisve in aliud alióve moveo, aut in me ipso aliquid patior, ut sit verbum hoc quasi genus quoddam omnium verborum & statuum rei, quà aliud spectat. Nam qui audit, qui dicit, qui cupit, cogitat, stat, sedet, jacet, cedit, vapulat, ambulat, vivit, moritur, & quocunq; modo, animo, gestu aut factis aliquid instituit; is aliquid agere dicitur; ab ἄγω, ejusdem significationis, Giør noget/ handler/ tager sig till. Habet etiam peculiares usus in re domestica, & quidem significatione vi quadam propellendi, ut, *agere telo, agere pecora pecudes, armenta potum*, Driffue/jage. *Agere currum*, driffue vogn: *agere equos*, kiøre Heste: Quo pertinent: *agere aliquem verberibus.* Et *libido agit præcipites in facinora.* Item: *Agit rimas ædificium*, reffner/gaar paa fald. *Gloria agit radices*, fester rødder. *Agere in crucem*, Steile eller henge; & passivè, *agi in crucem. Agunt & ferunt*, rapiunt, abducunt. *Agere cuniculos in arcem*, est fodere. Et translatè, *agere cuniculos in ærarium*, est insidiari. *Agere testudinem, vineas turres*, est admovere. Item in forensi, ut *agere causam*, handle och driffue en Sag. *Agere causam* propriè est apud Prætorem die cognitionum, præsente concilio, agere, Berette sin Sag for Dommeren: Et extra forum judiciale, Begynde sin Sag. *Agere censum*, legge skatt: *agere reum*, at klage. Sic *agere aliquem furti*; *aut agit cum aliquo furti*: qvò & hæ formæ: *De hoc agam*, i. e. dicam. Et, *deformitate agendi putati sunt infantes*, i. e. dicendi: *Agere cum aliquo obsignatis tabellis*: *animo forti rem ago*; *præclarè cum ipso ago. Nihil agunt sine extis*, i. e. aggrediuntur. *Foribus tutelam agit*, tager vare paa døren. Item in scenica. ut, *agere comœdiam*, Lege en Comœdie. Quò pertinet, *agere consulem, bonum civem, Senatorem, Philosophum, Agamemnonem, stultum*; i. e. partes eorum sustinere, & eorum quasi personas induere, ut sit in scena, giør sig till Borgemester/ giør som en saa bør/ etc. Item *agere nugas*, tage sig skarn oc kladder till. Item *Agere alicui gratias*, est verbis ostendere sibi aliquid gratum fuisse, tacke nogen. *Agitur res nostra*, det gaaer oß an; *benè agitur nobiscum*, det gaar vell till; *actum ago*, Arbeider till forgæfs. *Actum est*, det er ude: vox scilicet desperantium à scenâ traducta. *Agere vitam*, At leffue/ slide sin tid: qualia sunt *agere annum, ævum.*

Item *agere animam* eſt cum morte conflictari de vita, drage. *Hoc age*, attentionis nota, quæ à præcone dabatur aſſiſtentibus rei divinæ ex inſtitutione Numæ. *Agitandum eſt vigilias*, Mand maa vaage oc holde vact. Agè, adverb. hortandi eratq; verbum militare & paſtoritium. Dux enim & paſtor ſolebat clamare, agè, agè, vel an / fort fort. Eſt autem ſingularis numeri, quem & adſciſcit. Agite, pluralis: agedum utriusq;. Interdum eſt corripientis, Hør du. Interdum mandantis, pro dic, Sig frem. Interdum conſentientis, nu/ nu; nu vel an. Interdum excitantis, & plerunq; poſt nunc, apud Poëtas, nu vel an. Ut, nunc agè, &c.

Actio, onis, f. t. motus quo quid agitur, Handel/gierning. *Virtus in actione conſiſtit: hic monitor fuit omnium mearum actionum. Actio cauſæ*, qua cauſa agitur, Sag till ting. Sic *actio Pompeji* habebat in voce magnum ſplendorem, & in motu ſummam dignitatem. *Actio oratoris*, qua ipſe dicit & agit: *actio perduellionis, injuriarum*, quæ intenditur contra perduellem & injurias. *Dare actionem*, i. e. jus perſequendi ſibi debitum, forfylning/rættergang. Item *actio gratiarum*, tackſigelſe. Item Rhetoricis ea pars quæ in pronunciando & geſticulando conſiſtit, Lader / facter. Item accuſatio & petitio, ut actor pro accuſatore, trette/ Sag. Item, defenſio, forſuarelſe. Item jus agendi & judicium intendendi, rætt oc Lowlig ſteffnelſe. Actiones item certæ formulæ apud jurisconſ. quibus judicium datur.

Actiuncula, læ, f. pr. parva, exigua aut vilis actio.

Activus, a, um, Gram. ut activum verbum.

Activitas, iisdem, vis activa.

Actito, as, act. pr. in foro cauſas ago: ut actitare cauſas.

Actor, oris, m. t. qui aliquid agit. Et, peculiariter, qui in foro agit. Item jurisconſ. accuſator aut petitor, Sagvolder/anklager. Item hiſtrio, qui fabulas agit, Comædiant. Actor ſervus dicitur, qui pecuniæ Domini tum exigendæ tum diſpenſandæ præeſt. *Actor rerum* Cato, i. e. qui præeſt & præcipuus eſt in re.

Actus, a, um, quod egimus, ut acta res animo virili, handlett: tempeſtatibus acti, i. e. appulſi. *Acta teſtudine*, i. e. admota: *acto negotio ſerò veniet, acta illi fermè ætas eſt, acta vita*.

Acta, orum, n. pl. ſ. generaliter quicquid egimus, ſive privatim ſive publicè; ſive in judicio, ſive extra, gierning/handell/bedrifft. Conſilium primùm, deinde acta, poſtea eventus. Et peculiariter, quæ geſta ſunt à Magiſtratu togato, ut geſta, quæ à ſagato: ut, *acta Cæſaris*, quæ geſſit togatus. Ponitur & pro congerie quadam rerum in tabulas vel commentaria redactarum: aut etiam pro ipſis commentariis, Legender/ Bedrifft: in qua ſignificatione etiam ſingulariter legitur, ut, hoc ipſius fuit actum.

Actuarius, a, um, facilis ad circumagendum. Unde *navis actuaria*, ob celeritatem ſic dicta, quæq; & remis & velis agitur, Eſping: *actuarium navigium*, idem. Et abſolutè actuarius, Svet. qui acta deſcribit veloci ſtylo, eaq; deſcripta recitat, Notarius. Et actuarium idem quod navis actuaria.

Auctuariolum, li, n. ſ. parvum auctuarium.

Actus, us, m. q. idem quod actio, ut pravitas in actum erumpit: de mea vita atq; actibus nihil dicam, handell oc gierning. Item peculiariter pars fabulæ, quæ in ſcena continuè agitur. Item ſpatium in agro 120. pedum, quòd in eo boves agerentur, cum araretur, uno impetu juſto, Itt drifft jord.

Actuoſus, a, um, qui rebus agendis abundat, nec ab iis ceſſat, quaſi actibus & actionibus abundans, Som henger altid ved gierning. Inde *actuoſi homines*, qui motu corporis maximè exercentur, ut hiſtriones & ſaltatores: *Actuoſa vita*, quæ in actione & labore verſatur non in ſtudio & contemplatione. *Virtus actuoſa*, i. e. actionem præſtans: partes orationis duæ actuoſæ: Sic, *actuoſa comædia*, in qua multum ſit laborandum.

Actuosè, modo actuoſo, ut, *actuosè agit*, i. e. non remiſsè, Med ſtoer arbeid oc wmage.

Actutum, pen. prod. Comicis adverb. temporis ſignificans quaſi in actu & ſine dilatione, Jen haſt. *Ego mortem actutum futuram puto.*

Agens, tis, om. t. Cic. pro efficaci & vim habente, ut, utendum eſt imaginibus agentibus, acribus, inſignitis. Et agentes in rebus; dicuntur in militiâ palatinâ & velut armatâ, qui per provincias ſpeciebus annonariis, quæ fiſco aut urbibus præſtabantur ex canone aut indictione, convehendis exportandisq; præerant, quos Hieronymus ideo vocat frumentarios & veredarios, Proviant Meſtere.

Agito, as, act. pr. multum & crebro ago. Inde *agitare equum calcari*, tumle med ſpore. Et translatè, *agitare aliquem verbis*, rylle / tumle. *Agitare palato aquam*, græca voce gargarizare, gumle oc ſkylle munden. *Agitare in aëre*, Suinge. *Agitantur atomi inter ſe motu fortuitò. Virtus niſi agitetur proficimus parùm*, i. e. exerceatur. *Agitare feſtos dies;* holde helligt. *Agitare gaudia*, Leffue i glæde. *Agitare lætitiam*, i. e. præ ſe ferre & re ipſa oſtendere, giøre ſig lyſtig: *agitare vitam*, i. e. agere, Leffue. *Agitare veſtigia*, i. e. agere & incedere. *Agitare feras*, i. e. venari, *Furiæ agitant improbos*, i. e. cruciant, perturbant.

Acetare, antiquis pro agitare.

Agitatio, onis, f. t. agitandi actus, driffuen/ tumlen.

Agitator, oris, m. t. qui equos currumq; agebat in ludis, Kiøreſuend.

Agitatus, a, um, quod agitavimus, dreffuen/ tumlet/handlet. Unde *agitata ſententia in ſenatu: agitatus in optimis curis: rebus agitatis*, i. e. perſpectis.

Agitatus, us, m. q. idem quod agitatio.

Axi, præteritum antiquis pro egi, ad imitationem aoriſti Græcorum. Unde apud Comicos, axim, axis, axit, & axint, pro egerim, egeris, &c.

Axum, antiquis ſupinum pro actum; unde deriyata axo, axilla, axis, &c.

Derivata.

Agagulo, onis, m. t. Gloſ. vanus fornicator, qui emeritus eſt, ſic dictus ab agendi levitate.

Agaſo, pen. prod. onis, m. t. qui agit equos vel aſinos, Eſeldriffuere/ Heſtedriffuere.

Agea, pen. prod. æ, Feſt. f. pr. via eſt in navi, ſic dicta, quod in ea maxima quæq; res agi ſolet, Offuerlog paa Skib. Uſitatius autem hodie dixeris foros.

Agea, orum, n. ſ. pl. victimæ quæ pro rebus agendis ferebantur.

Agerona, næ, f. pr. Romanis Dea erat induſtriæ præſidens. Aliter legitur Ageronia.

Agilis, le, om. t. qui ſe celeriter agit in faciendis, Knapt vending/vacker: homo eſt agilis. Et *induſtria agilis*, quæ cum agilitate conjuncta eſt.

Agilitas, atis, f. t. agilis hominis affectus, vackerhed / knaphed.

Agili-

Agiliter, adverb. modo agili ſive cum agilitate, ut *bos ſpatium agiliter enititur*, vackerligen.

Agina, pen. prod. f. pr. Feſto, qua inſeritur ſcapus trutinæ, ſive in quo foramine trutina ſe vertit.

Aginator, m. t. Feſt. qui vel minimo lucro movetur, quemadmodum agina huc illuc minimo pondere impellitur. Aginatores quoq; dicebantur aurigæ, qui ſe in ludis circenſibus exercebant curuli certamine.

Aginor, aris, dep. pr. vilia negotior. Aliter legitur acinor, i. e. tricor.

Agino, as, idem quod aginor. Et aginantes, i. e. extricantes.

Agmen, inis, n. t. multitudo coacta, Menge / ſkare. *Agmina ſæva ſororum*: *agmen aquarum*, i. e. copia. Et in re militari, ordo copiarum incedens, gangen de Slactorden. Et translatè, diſceptatio literaria & forenſis. Ut, *educere dictionem ex umbratili exercitatione in medium agmen & pulverem.*

Agminalis, le, om. t. quod ad agmen pertinet, ut *equi agminales*, qui agmen & exercitum ſeqvuntur, ad convehenda impedimenta, troßheſt.

Agolum, pen. corr. n. ſ. veteribus baculus dicebatur ſive pedum paſtoris, quo pecudes agit, quod & græcè ἀγελαῖον, Hyrdeſtaff.

Agon, onis, pen. gen. prod. m. t. locus Romæ juxta Tyberim, ubi certamina curulia exhiberi ſolebant, Rens debane/ rendeplatz. Item agones dicti ſunt cunctores, qui ſemper diliberant, neq; quicquam aggrediuntur, ſom Sadle oc komme icke lenger: tractum à voce victimariorum ſæpiùs ingeminantium agóne? præclamantibus præconibus, age, age.

Agonium, n. ſ. dies quo rex ſacrorum agonias, i. e. hoſtias immolabat.

Agonius Deus, qui præſidebat rebus agendis.

Agonalia, orum, n. ſ. pl. dies feſti in honorem Agonii Dei.

Axies, veteribus dictæ ſunt mulieres, quæ unà cum aliis agebant & cooperabantur, Arbeidz Quinder: aut ubi plures in re occupabantur, quam opus erat: aut quæ ſunt πολυπράγμονες.

Axioſæ, idem.

Axitæ, & axitioſæ, idem.

Compoſita.

Abagio, onis, antiquè, idem quod adagio.

Abigo, is, act. t. propriè pecus ſeu gregem abduco ſive id vi fiat ſive dolo, Røffuer/ Stiell/ bedrager en qvæg fraa. Item ſimpliciter ago & in paſcua duco, driffuer fæ till marck. Item propello, fugo, driffuer fraa/ ut *abigere apes baculo.* Et translatè, *abigere faſtidium, laſſitudinem, cupiditates*, pro amovere. Item *abigere partum* eſt herbis & medicamentis fœtum jam conceptum expellere, fordriffue.

Abactor, oris, m. t. Apul. qui pecora furtim è paſcuis abigit, aut è ſtabulis, fætyff.

Abactus, a, um, quod abegimus. Unde *abacta præda*, *abacti equorum greges*, Staalet/ forfört/ roffuet. *Abactus Magiſtratus*, qui per vim depoſitus eſt, vdſtutt. *Abactus venter*, qui per vim ejectus dicitur, Faſt. *Abacta nox*, i. e. exacta.

Abactus, us, m. q. furtum illud quo pecudes è paſcuis abiguntur, fæſtyld, Item violenta expulſio, ut *abactus hoſpitum.*

Abiga, gæ, f. pr. nomen herbæ, ſic dictæ ab abigendo partu. Aliter legitur ajuga.

Abigeus, m. ſ. Ulpian. idem quod abactor.

Abigeatus, us, m. q. jurisconſ. abigei crimen & furtum, qvægſtyld.

Adagio, onis, f. t. veteribus idem quod adagium.

Adagium, ii, n. ſ. ſententia brevis, quæ paſſim per ora hominum agitur & obambulat; latentemq; in ſe ſenſum habet: aut quaſi quæ à prima ac propria ſua ſignificatione agitur, ad aliud indicandum, Ordſprog. Adagia Feſto ad agendum apta.

Adigo, is, egi. act. t. ad aliquid alióve ago & pello, till driffuer/ tillnøder. *Telum, tormentum adigitur*, i. e. vi magna impellitur: *in arborem adigitur clavus*: *noctu te adigent horſum inſomnia*: *Quis has oves huc adegit*: *ad inſaniam me adigit*, giør mig gall. *Adigere in verba*, eſt cogere quempiam, ut in verba noſtra juret. Sic *adigere jurejurando.* Et *adigere arbitrium vel arbitrum*, eſt ad arbitrum adducere.

Adactio, onis. f. t. adigendi actus, tillnødelſe / tille driffuelſe. *Adactio jurejurandi.*

Adactus, a, um, quod adegimus, *adactus clavus.*

Tranſadigo, act. t. ferrum trans aliquem adigo, giennom ſtøder. *Pectus*, *coſtas ferro transadigo.*

Ambactus, a, um, veteribus quaſi circumactus.

Ambactus, ci, m, ſ. Ennio, ſervus mercenarius. Cæſari & Gallis idem quod cliens; ſic dictus, quod circum Dominum ſuum eſſet actus. Aliter legitur ambaxes, & ambaxi, pluraliter, pro ambacti, qui circumeunt catervatim.

Ambages, f. t. plur. orario longior verborum circuitione & quaſi ambactu utens, ad diſſimulandum, decipiendúmve, Omſlag i Ord oc tale: ſom giør alt for langt aff et/ førend mand kommer til hoffuet ſagen. Declinatur autem tantum, in nom. accuſ. & ablat. Item ſing. ablat. ambage.

Ambigo, is, n. t. quaſi am, i. e. circum, ago: qua ſignificatione Auguſtinus uſus eſt. Inde translatè, dubito & diſcepto, tuiffle om / er wens/ den ene hid / den anden did *Ambigunt agnati cum eo, qui eſt ſecundus hæres*: *ambigunt de finibus, de hac re*: *hæc propter ſcriptum ambiguntur*: *nihil eſt quod inter homines ambigitur*: *hoc ambigi non poteſt*, i. e. trahi in dubium: *habet id naturam ambigendi.* Et impersonaliter, *de hæreditate ambigitur.*

Ambiguus, a, um, de quo ambigimus, quodq; non in unam ſed plures partes & ſententias accipi poteſt, tuillſſomt/icke ens/ fand tages i ſkeere meninger. *Ambigua res*, *ambiguum verbum*, *oraculum*, *nomen invidiæ.* *Et dicta ex ambiguo argutiſſima.* *Ambiguum poculum*, quod duplex eſt, cujusq; altera pars alteri imponitur, ut nihil referat utram ſubſtituas, dubbelt dricke Stob/ Skale eller Beggere / dubbeletr. Item ambiguus activè cum caſu, *ambiguus pudoris ac metus*, qui ex una parte metuit, ex altera pudore ſuffunditur.

Ambiguè, modo ambiguo, ut *ambiguè loquitur*, *ambiguè poſitum.*

Ambiguitas, atis, f. t. ambiguæ rei affectus: unde *ambiguitas nominis*, pro eo quod. æquivocationem vocant.

Apage, vox eſt abigentis & faſtidientis aliquid, quaſi abage ad Græcorum ἄπαγε, hen aff vejen/ till ſide. *Apage hanc caniculam*, *ſive aniculam.*

Apagete idem, ſed pluraliter, pluralibus jungendum.

Antecactus, a, um, ut, *vita ante acta*, i. e. ſuperior & præterita.

Circum-

Circumago, is, egi, actum act. t. ago circum, Omdriffuer. Ut, *circumagitur orbis 24. horarum ſpatio: nudum hominem circumagens omnibus oſtendebat. Et vulneratum & ſeminecem circumagere non deſtitit*, i.e. fugare inſequi.

Circumactus, us, m. quaſi circumagendi actus, ut *angustis tranſituris nullum præbebat circumactum*, Omgang.

Coagitatio, f. t. idem quod agitatio.

Cogo, is, egi, act. t. in unum ſive ſimul ago, driffuer i hob/ kommer i hob/ ſancker i hob. *Cogere pecus: cogere intro: in cœlo nubes, imbres ventiq; coguntur.* Inde colligo, ſancker ſammen. *Talenta ad quindecim coëgi cogere milites*, ſamle Krigsfolck. Item Urgeo, tilnøder. *Temere te coëgit.* Item in ordinem ago & diſpono, ſetter i Laſſue. *Cogere arbores in ſulcum.* Sic translatè, *cogere aliquem in ordinem*, eſt intra ordinem certum & ſtatum cohercere, ſette en til rette i laſſue/ ut faciat officium. Ponitur & pro coagulo. ut, *hyems mella cogit*, ſtorckner.

Coactio, onis, f. t. cogendi actus. Unde *coactio argentaria*, i. e. munus cogendi pecuniam, ſive id publico nomine, ſive privato fiat. Sed utrumq; ſub honeſti ſaltem ſpecie.

Coactor, oris, m. t. qui pecuniam cogit, colligit & recipit muneris ſui nomine: ſive qui argentario in auctione operam dabat, ut adminiſter nummosq; à circumforaneis cogebat exigebatq;. Item qvi debita relicta emit colligitq;.

Coactus, a, um, quem coëgimus, dreffuen ſammen/ ſancket i hob/ tildreffuen.

Coactus, us, m. q. cogendi actus & impulſus. *Coactu tuo ſcribam quod ſentio*, i. e. impulſu.

Incoactus, a, um, non coactus, qui non cogitur, vnød: *Voluntas incoacta erit in amicitiis contrahendis: omne honeſtum injuſſum incoactum eſt.*

Coagulum, li, n. ſ. quo lac cogitur & conſtringitur, Løbe. Et translatè, quicquid connectit, ut vinculum. ut, *illud coagulum animi & amoris.*

Coagulo, las, n. pr. coagulo conſtringor, Løber ſammen. *Lac coagulat.* Gell. paſs. uſus eſt: *in utero mulieris ſemen intra paucos dies coagulatur.*

Coagulatio, onis, f. t. coagulandi actus.

Coagulatus, a, um, quod coagulavit, ſive coagulo denſatum, ut, lac coagulatum, tyck Melck.

Coagmentum, ti, n. ſ. arcta & compreſſa conjunctio, &, ut volunt, propriè lapidum, Muring/ tætt ſammen muring. Coagmenta in foribus.

Coagmento, as, act. pr. coagmentum facio: Et translatè, arctè conjungo, ſancker tætt ſammen/ *quæ natura coagmentavit, diſſolvit.* Et de incorporeis; *verba verbis coagmentare*, ſette dem tætt och ret ſammen.

Coagmentatio, onis, f. t. coagmentandi actus.

Coagmentatus, a, um, quod coagmentavimus, Sætt oc ſancket tætt ſammen/ i hob.

Cogito, tas, act. pr. quaſi coagito & mente aliquid volvo verſóve, Tencker paa. *Cogito multa: cogito benè vel malè de te: cogito cum animo meo: cogito amabiliter in eum. Cogito montes & ſaxa*, tencker paa. *Cogito Romam: in inſulam Britanniam*, ſcilicet ire, proficiſci.

Cogitabilis, le, om. t. Sen. quod cogitari poteſt.

Cogitatio, onis, f. t. cogitandi actus, tancke. *In animo cogitationē diſtinguimus.*

Cogitatus, a, um, quod cogitavimus & mente volvimus, tenckt. *Scelus cogitatum*, i. e. meditatum. Et abſolutè, *ſapientum cogitata hæc ſunt*, dict.

Cogitatè, modo cogitato, & data opera. Ut, *cogitatè multa ſcripſit*, Með betenckelſe oc fliid.

Cogitatim, Feſto; idem.

Cogitatò, idem.

Excogito, as, act. pr. cogitando inveſtigo & invenio, Optencker/paafinder. *Excogitabit ditus novum ſupplicii genus.* Item vehementer & perfectè cogito, Betencker. *Cogita mi attice, vel potiùs, excogita.*

Excogitatio, excogitandi actus, ut, *multarum artium excogitatio*, Optenckelſe/paafindelſe.

Excogitator, oris. m. t. qui excogitat, vel excogitare ſolet.

Excogitatus, a, um, quod excogitavimus. Et amiſſo tempore, quod cogitatione ſtudioq; conſtat, ut, *hoſtia excogitatiſſima: crudelitas excogitatiſſima*, Meſterlig/ konſtlig.

Inexcogitatus, a, um, non excogitatus, ut, *remedium antea inexcogitatum*, ey paafunden/ eller optenckt.

Incogitans, om. t. qui de agendis non cogitat. Ut, *homo eſt incogitans*, vfkøtteſom.

Incogitantia æ, Plaut. f. pr. incogitantis vitium & habitus, vfkøtteſomhed/wacteſomhed.

Incogitabilis, le, om. t, qui de agendis non cogitat, vfkøtteſom. Item paſſivè, quod cogitatione comprehendi non poteſt.

Incogitatus, a, um, idem quod incogitabilis, ſignificatione activa & paſſiva.

Incogitatò, non cogitatò, wactſommeligen/ vfkødeligen.

Præcogito, tas, Quin. ante vel prius cogito.

Recogito, as, iterum atq; iterum cogito, offuerveier/betencker. *De hac re in otio recogitat: ſæpe ea mecum recogito.*

Dego, is, degi, n. t. porrò ago, de ſignificante productionem, ut, *dego ætatem, vitam, diem, annum*, fremdrager/leffuer. Et abſolutè, *ſub alieno degit imperio*, i. e. vivit, agit & verſatur. Item paſſivè, *degitur ætas; degitur hoc ævi quodcunq; eſt.* Item dego, idem quod detraho, de ſignificante imminutionem, Affrager/ affdrager. *Degitur corium de tergo meo.* Aliter propria & prima hæc habetur ſignificatio, ex qua poſtea degere vitam, quia indies minus fit & nos unà, quâ formâ & nos dicimus, Sluide ſin tiid.

Exagito, as, act. pr. huc illuc ſine intermiſſione ago, Ryller/ tumler/ driffuer hid oc did/ giør wrocklig. *Mala me bilis exagitat.* Sic, *exagitabantur fraudes ejus*, de ginge igiennom Rylebencken/ bleffue forfulde. *Et exagitare iram alicujus*, eſt provocare. *Exagitare mœrorem*, i e. commemorare, tractare.

Exagitator, qui exagitat ſeu exagitare ſolet, En Ryller/ tumler: Rylleneſter. Ut, *Rhetorum exagitator.*

Exagitatus, a, um, quod exagitavimus, ryllet/ forfuldt. *Cauſa ſenatus, improborum concionibus exagitata eſt.*

Exigo, is, egi, exactum, act. t. extra ſive foràs ago, uddriffuer. *Omnes exegit foràs: exegit reges ex civitate.* Et translatè, *exigere maculas è corpore, animo.* Item peto rem mihi jure debitam, kreffuer ud/ kreffuer. *Ex pacto exigit penſionem, fructum, pecuniam.* Sic *exigere pœnam*, i. e. ſumere. Et paſſivè, *exigor portorium.*

Item

Item amicè poſtulo, venligen begær oc vdfreſſuer. *Exigit amorem, gratiam ab ipſo.* Quò pertinet: *exigit modum monendi,* Stunder eller ſtaaer efter maaden/ toſſuer. Item idem quod dego vel traduco; ut *exigere vitam.* Item examino, inquiro, perdiſco, forfarer/ forſøger. *Columnas ad perpendiculum exigere*: *manu exigit pondus.* Item facio, giør. *Rabies ventris exigit cæcos.* Item compleo, fuldkommer / fluider/ fuldender. *Exigere menſem, tempus.*

Exactio, onis, f. t. exigendi actus, ut, *exactio pecuniæ, operis,* vdfreſſuelſe/vdfreſſuen/kraff.

Exactor, oris, m. t. qui exigit. Ut, *exactor regis,* qui regem regno exigit, vddriffuer. Item qui pecunias publicas exigit.

Exactus, a, um, quod exegimus. Ut, exacti reges, vddreſſne. *Exacta ætas: exacta æſtas,* fuldend. Et amiſſo tempore, qui perfectè agit & ad normam recti quaſi exigit, fuldkommelig / endelig. *Exactiſſimus vir eſt: exactiſſimum judicium. Exactus ſe mihi jactat equis,* i. e. perfectiſſimis.

Exactus, us, m. q. Quint. exigendi actus, vdfreſſuelſe. *Mercis opportunus exactus.*

Exiguus, a, um, quod exigitur & extra ejicitur contemniturq́; ut parva & exilia ſolent: Et ideo pro parvo & tenui ponitur: ſeu, in quo aliquid exigitur & deſideratur. Ideoq́; parvum & tenue, ringe/liden. *Exiguæ copiæ; exiguus pulvis. Exigui fines,* i. e. anguſti: *exiguum tempus: exigua oratio ac tenuis.* Et abſolutè, *exiguum aquæ,* Lider vand. Item cum caſu; *exiguus animi,* Miſtrøſtig/ kleinmodig/ ſom fattis oc mangler moed: *Exiguus veſtium,* ſom mangler/ fattis klæder/ haffuer icke mange klæder / fattig paa klæder.

Exiguè, modo exiguo, ringe. *Exiguè dixit, ſcripſit. Exiguè tributum tibi à Principe.*

Exiguùm, adverb. idem.

Exiguitas, atis, f. t. exiguæ rei affectus & quantitas, ringhed. *Exiguitas corporis, cibi, lactis, copiarum.*

Perexiguus, a, um, valde exiguus. Ut, *perexiguum loci ſpatium.*

Indago, ginis, pen. prod. ex coalitione vocalium, f. t. plagæ venatoriæ diſpoſitæ, intra quas aguntur & capiantur feræ, ab indu ſive endo, i. e. in, & ago, Diurpander/Satt Jegergarn. Et translatè, ſeptum quodvis aliquid includens, qualia ſunt foſſæ, aggeres, continui montes, aquæ, flumina cingentia feras, arces, &c. Item captiones, quas quis non facile effugerit. Ut, indagine ejus capiuntur multi. Item quævis inquiſitio & indagatio. Dicitur & de ipſis canibus indagantibus feras. Aliter deduci poteſt ab indo: aut ex in & ango, ut propango propago.

Indago, as, act. pr. indagine utor, ſive inſtar indaginis ſum, ut *canis ad indagandum natus,* Jager/Sneffter. Et translatè, quidvis ſollicitè quæro invenioq́;, Opleder/opſpørger. *Indagare vias: cauſas exitii: acutè indagat & odoratur omnia: Indagavit ſepulcrum ejus, undique dumis ſeptum: multa de Republica indagat.*

Indaganter, Colum. cum indagatione: *boni venatoris eſt indaganter quàm plurimas feras capere.*

Indagatio, onis, f. t. indagandi actus, ut, *indagatio veri.*

Indagator, oris, m. t. qui indagat, indagaréve ſolet. Ut, *indagator ferarum, aquarum.*

Indagatrix, icis, f. t. quæ indagat. Ut, *Philoſophia virtutis indagatrix.*

Inigo, is, act. t. Feſto, de agaſonibus pecora agentibus, quaſi pecora ago. Item minor, ſublata voce & manu, Høffder med haanden / truer.

Indiges, itis, com. t. qui non ulterius inter homines agit & vivit, ſed inter Deos. Ut Æneas dictus indiges, qvum pugnans cum Mezentio nusquam apparuiſſet. Inde indigites inter Deos relati homines. Item indigites Dii, quorum nomina vulgari non licet, quaſi ab indigito, non dicendo. Item aliter indigites Dii, quaſi quòd nullorum egeant.

Indigito, as, act. pr. quaſi indigites nuncupo ſeu hominem inter Deos refero, Canonicerer / giør Belgen. Item ſimpliciter certo nomine vel voce inſignio nuncupóve, Neffner oc kalder noget ved det eller det naffn/ med de oc de ord. *Veſtales ita indigitant Apollinem: Apollo Medice, Apollo Pæan.* Exponitur & imprecor. Aliter à digito, quaſi digito oſtendo: Item quaſi indicito, ab indico.

Indigitamenta, libri ſunt Pontificiales, qui & nomina Deorum ſeu indigitum & eorum nominum rationes continent, Helgens Naffnebog. Item Feſt. indigitamenta dicuntur incantamenta vel indicia.

Perago, is, egi, act. t. ad finem uſq́; ago, fuldriffuer/ fuldender/ driffuer till pindz ende. *Omnia inchoat nihil peragit: navem peregit in portum,* i. e. perduxit. *Ad mortem uſq́; me peregit,* i. e. pertraxit. *Peragere penſum laboris,* fuldgiøre. *Peragere partes ſuas,* eſt officio ſuo fungi: *peragere noctes inſomnes,* i. e. ducere, holde vaagne nætter. *Peragere reum,* i. e. ita reum perſequi, ut tandem damnetur.

Peractio, onis, f. t. peragendi actus, fuldendelſe/ peractio ætatis.

Peragitatus, a, um, quod peragitavimus; ut, *peragitati ab equitatu montem capiunt,* i. e. ad extremum agitati.

Præterago, is, quaſi præter locum aliquem ago, driffuer forbi/ for offuer. *Diverſoria nota præteragendus equus.*

Prodigo, is, egi, act. t. quaſi porrò vel procul ago, driffuer frem. *Prodigunt in lutum*: prodigendi in ſolem & ſterquilinium, ut ſe volutare poſſint. Item immaniter & præter modum ſine omni ratione bona effundo, & quaſi procul à me abigo, øder oc udøſer i wtilde. *Si quid feſto die prodegeris, profeſto egere liceat, niſi peperceris.*

Prodigus, a, um, qui ſua prodigit, & intempeſtivè, præterq́; modum liberalis eſt, ødſom/fordøjer. *Prodigus æris, argenti, auri, peculii.* Et translatè, *prodigus animæ, vitæ, ſanguinis,* qui his non pareit: Et accipi poteſt modò in bonam, modò in malam partem, pro ut res eſt, cui impenditur factum. *Prodigæ hoſtiæ,* antiquis dicebantur, quæ totæ conſumebantur igni: vel quibus prodigia expiabantur. Aliter legitur prodignæ.

Prodigè, modo prodigo, abundanter & profusè. Ut, *prodigè vivit,* offuerdadigen.

Prodigentia, æ, f. pr. prodigi affectus & vitium, ødſomhed.

Prodigitas, antiquis, idem.

Prodigium, n. ſ. oſtentum & inſolens caſus peſſimi ominis; ſic dictum, quòd porrò agatur, i. e. averruncetur: vel quod in longum tempus dirigat ſignificationem, quaſi porrò agat, Jertegn oc underlig Siun/ ſom betyder allt ont. *Multa ſæpè prodigia vim ejus nomenq́; declarant.* Et translatè, *Clodius Reipublicæ prodigium.* Aliter deducitur à prodico, quaſi quod porrò dicat, ſive dicat quod porrò fiat.

Prodi-

Prodigiator, oris, m. t. qui ex prodigio futura prænunciat, tegns vdleggere.

Prodigialis, le, om. t. idem quod prodigiosus. Item prodigium avertens. Unde *prodigialis juppiter*, qui depellebat & averruncabat prodigia: cuive expiandorum prodigiorum causa sacra faciebant.

Prodigiosus, a, um, quod pro insolentia sua prodigium refert, ut, *partus prodigiosus*, i. e. monstrosus.

Prodigiosè, modo prodigioso, præter naturam, præter morem, vnderligen med it ond behag. *Lien cum jecinore locum aliquando permutat, sed prodigiosè.*

Redigo, is, egi, act. t. quasi retrò ago aliquid, unde erat digressum, Driffuer tillbage. *Captivi præcisis manibus Capuam rediguntur: In castra redigunt: Alcumenam redigit in antiquam concordiam conjugis: redigam te, unde orta es, ad egestatis terminos: potentissimos reges in ditionem hujus redegit, redigit ad insaniam: in id redactus sum loci.* Item cogo, colligo, Sancker i hob/ Samler. *Pecuniam redigit.* Item in ordinem ago, Setter eller kommer i orden och laffue: *redigere sententiam in quadrum numerumq; : redigere in centa in ordinem*: Et *redigere in memoriam*, tencke.

Redactus, a, um, quod redegimus. Ut, *redacta pecunia*: Et *redactus ad incitas, paupertatem*.

Redactus, us, m. q. jurisconsul. pro pecunia ex venditis frugibus redacta.

Retroago, egi, act. t. retrorsum ago, ut *retroagere currus, honores*: Et *retroagit capillos à fronte*, kemmer haaret tilbage.

Satago, is, egi, n. t. nimius sum in re agenda, sollicitus & anxius ex incerto negotiorum eventu, tager mich megen gierding oc bestilling till / som den der vill gienne allevegne: Er wroligi min gierning. *Suarum rerum satagit.* Et divisim, in somnis egi satis, & fui homo exercitus. Item simpliciter festino in re agenda, ut, *nunc satagit, adducit domum etiam ultro, & scribit numos.*

Satageus, a, um, Sen. qui se agendis cruciat, sibiq; ipsi molestus est.

Subigo, is, egi, act. t. quasi sub me ago, tuinger under mig. Subigere hostes, urbes. Et *subigere lembum remigiis*, i. e. vi agitare, & vi magna contra ventum remigare, tuinge/ roe imod været. Item identidem manibus ago agitóve, Elter sammen. *Subigere farinam: subigere massam, ceram*, est subigendo mollire. Et translatè, exagito, vexo, ryller/ fexirer. *Subigor trium nummorum causa.* Item ad perfectionem agito & colo, giør till: *subigere arva, terram: subigere secures in cote*, est agitando acuere, huede/ steene/ giøre till. Et translatè, exerceo, ut, *subigere ingenium.* Item subtus ago, kaster fraa neden op. *Rostro terram subigit*, roder op.

Subactio, onis, f. t. subigendi actus, ut subactio arvi, Jordz dyrckelse: *Subactio ingenii*, øffuelse.

Subactus, a, um, quod subegimus, ut, subacti populi, vndertuingt: *Subacta humus*, tilgiort: *subactum ingenium*, øffvett. *Et multitudine periclitantium subactus*, i. e. coactus.

Subactus, us, m. q. idem quod subactio, vel subacti affectio & conditio.

Prosubigo, is, act. t. valdè subigo, ut *terram pedibus prosubigit*.

Subagito, tas, act. pr. subtus fodiendo aro, pløier op fraa neden. Item aliquantum agito, vexo, ut, *subagitare aliquem blandis & benedictis dictis. Item subagitare mulierem*, est petulanter & lascivè contrectare, faske/ famle/ naske. In hac significatione aliter legitur subicito pro subigito: Item subjicito à subjicio, sed suspectè.

Transigo, is, egi, act. t. idem quod perago, quasi trans, i. e. ultra ago. Ut, *transigere negotium, controversiam, rem*, fuldkomme/ fuldgiøre. *Et transigere vitam*, vivere. Item controversiam decido, & negotium judiciale mutuo consensu dirimo, Omdrager/ bliffuer forligt. *Transigebat cum reo de hac re*: Et *transigebat ternis nummis.* Item convenio & negotium contraho, handler om nogett. *De hoc tecum transigam.*

Transactor, oris, m. t. qui inter alios transigit, seu cujus ministerio ad rei alicujus transactionem utimur, ut, *Timarchides rerum omnium transactor & administer.*

Transactus, a, um, quod transegimus, ut, *re transacta, domum me converti*, fuldent. Et proverbialiter, *facta transacta omnia* dicimus, ubi nihil diligentiæ prætermissum, nihil reliqvum esse ad agendum innuimus. Dicitur &, *hoc, re transacta, reliqvum est.* i. e. præterita.

Veractum, n. s. verno tempore aratura, seu ager verno tempore semel proscissus, deinde quiescens usq; ad sequentem autumnum, vaarlagt jord / Sommer pløjning. Legitur & vervactum.

Composita cum aliis dictionibus, pen. cor. in quibus motus est simplicior, pro facio, versor, dico.

Clarigo, as, act. pr. verbum est feciale, quo significatur solennis illa & clara rerum repetitio, per fecialem, publico nomine, facta in finibus hostium, q. d. clarè ago, dico vel facio, & clara voce repeto, bellumq;, ni fiat restitutio, indico, Herold forkynder och vdraaber fienden feide for wræt / om hand ellers icke retter for sig. *Legati ad hostes clarigatum missi sunt.*

Clarigatio, onis, f. t. clarigandi actus, Herold/ Feide/ Raab och Bud. Fiebat autem in hunc modum: Legatus ubi ad fines eorum venit, qui Romanos læsissent, aut pecoris abactu, aut noxiorum receptatione; aut agrorum vastatione, aut sociorum læsione, aliáve illata injuria, velato scilicet filo lanæ capite, ajebat clarâ & alta voce: *Audi Juppiter, audite fines*, (scilicet, quæ injuriam intulerant) *audiat fas*: *Ego sum publicus nuncius populi Romani justè pieq; legatus venio. Si ego injustè impieq; illos homines illasq; res dedier nuncio populi Rom. mihi exposco tum Patriæ compotem me nunquam sinas esse &c.* Inde si non dedebantur quos exposcebat, diebus tringinta tribus (tot enim solennes erant) peractis bellum indicebat, hoc pacto *audi Juppiter & tu Juno, Quirine, diiq; omnes cœlestes, vosq; terrestres omnes, vosq; inferni audite: Ego vos testor populum* (scilicet qui injuria affecerit) *injustum esse, neq; jus persolvere. Sed de istis rebus in Patria majores natu consulemus, quo pacto jus nostrum adipiscamur &c.* Accipitur etiam clarigatio pro lytro & redemptione hominis comprehensi eo in loco, à quo ex edicto exulabat, Løsen / Løsnings vørd. *Ejus, qui cis Tyberim deprehensus fuerit, usq; ad mille passus 200. pondo clarigatio esto*, q. d. repetitio tanti æris ob violatum publicum edictum.

Fumigo, as, act. pr. Varr. fumum facio, suffio, giør røg/røger vnder. *Mellarius ter in mense inspicere debet fumigans leniter.*

Fumigatio, onis, f. t. fumigandi actus, Røgen/ vnderrøgen.

Suffumigo, as, act. pr. subtus fumum excito, ut *suffumigare oculos acribus medicamentis.*

Humigo, as, act. pr. Apul. humidum facio; humore perfundo, Offuerflaaer/ vøder. *Cesses libamine humigatus.*

Lævigo, as, act. pr. Plin. læve facio, Sletter. *Scabritia chartæ lævigatur dente*: hæc cote lævigari possunt.

Litigo, as, n. pr. Cic. lites sive lite ago, sive id in foro, sive extra forum, trætter. *Litigat mecum; litigat pro me*: *litigat frustra in causis*: *litigat de hac re*: *litigat & judiciis conflictat*: *litigat per se*, scilicet, non dato cognitore. Et, *mira sum alacritate ad litigandum.*

Litigator, oris, m. t. qui litigat, habetq; litem in foro pendentem, Trætter som staaer i trætte med nogen.

Litigium, gii, n. s. idem quod lis sive litis actio, trætte/ flammer. *Ei litigium est cum uxore*: *inter eos contrahere litigium cupio.*

Litigiosus, a, um, litigii cupidus, trættevorn/ flammervorn/ *homo litigiosus.* Inde *litigiosa fora*, quæ litigiis abundant & referta sunt, trættefuld. *Litigiosa disputatio*, litigii plena. *Litigiosum prædium*, ager, de quo est lis & controversia, trætteſom/ som staar i trætte.

Delitigo, as, Hor. valdè litigo.

Vitilitigator, oris, m. t. vitiosus litigator, seu qui cavillis lites in longius trahit.

Mitigo, as, act. pr. mitem facio, paco, lenio, Stiller/ stiller tillfredz/ formilder/ sacter/ temmer. *Eum tibi aut conciliabis, aut mitigabis*: *Te jam ætas mitigat*: *severitatem condimentis humanitatis mitigat. Longinquitas temporis homines mitigat*: *risus mœsticiam mitigat & relaxat*: *mitigat invidiam*: *labor glorià compensatus mitigatur*: *ex agresti vita mitigatur ad humanitatem*: *dolores vetustate mitigantur.* Item mitigo, maturum red do & concoquo, quia sapor maturus mitior est; ut: *Sol æstivâ maturitate multa mitigat.*

Mitigatio, onis, f. t. mitigandi actus.

Mitigatorius, a, um, vim habens mitigandi, ut, *medicamentum mitigatorium*, Linnende.

Mitigatus, a, um, quod mitigavimus. Ut, *animus erga aliquem mitigatus.*

Commitigo, as, Terent. idem quod mitigo. Ut, *caput sandalio commitigari*, scilicet joco quodam, pro tundi: quod nos simili figura dicimus activè, Lægge i Blød/ gjøre Smiddig/ Bløde, Blødgiøre.

Demitigo, as, Cic. idem quod mitigo, lenio. Ut, *nos quotidie demitigamur.*

Navigo, as, n. pr. navi feror, iter facio, & quasi ago & vehor. Er til Skibs/ Seigler: *Tecum ego navigo*: *navigat in mari, in portu.* Et cum accus. *navigat mare Tyrrhenum.* Item impers. *nobis navigandum Isero mari.*

Navigabilis, le, om. t. quod navigari potest, ut *flumen navigabile.*

Navigatio, onis, f. t. navigandi actus, Seigladz. *Bona navigatio his dabatur*: *cursus navigationum.*

Navigium, ii, n. s. omne genus navis, quo navigamus, sive id parvum sive magnum. Unde *navigia minuta*; *navigia luculenta.*

Navigiolum, li, n. s. parvum navigium.

Annavigo, as. Plin. ad locum aliquem navigo.

Enavigo, as, Cic. navigando evado, Vndseigler. Ut, translatâ significatione, *è logicis tanquam è scopulosis cotibus enavigabit oratio*, i. e. evasit.

Pernavigo, as, totum aliquem tractum navigo, ut, *terra pernavigata est*, Offuerseiglett.

Prætervavigo, as, navigando prætereo, Seigler forbj.

Renavigo, as, navigando redeo, retrorsum navigo, Seigler tilbage. *In cumana regna renavigare cogitabam.*

Nego, as, n. pr. dicò non, quasi ne ago, Siiger nej/ necter. *Nego hoc fieri posse.* Et activè, *alia negat, alia fatetur.*

Negans, om. t. quod negat, ut, *axioma negans.* Et, absolutè, *negantia sunt contraria ajentibus.*

Negabundus, a, um, qui semper negat, aut neganti similis, Som siger altid eller gierne nej.

Negantia, æ, f. pr. Cic. idem quod negatio, ut, *negantia conjunctionum.*

Negatio, onis, f. t. negandi actus. Ut, *negatio facti*, *conjunctionum.* In oratione autem duæ negationes affirmant. Item apud comicos, negant more græco, ut, *neq; ego haut committam.* Sic negatio negationi postposita non semper affirmat sed interdum negat vehementiùs, ut cum altera pro universali ponitur, & particulares sequuntur, hoc modo: *nullas à te accepi literas, nec breves, nec prolixas.* Item una sola negatio negationi postposita negat; ita tamen, ut sequens jungatur cum voce Quidem. Ut, *neq; errarent, ne adversarij quidem.* Item tres negationes pro una ponuntur, ut, *neq; haut dicas tibi non prædictum*, quod nos dicimus, du skalt icke heller sige/ det er jo sagt dig tilforn.

Negatus, a, um, quod negavimus, Nectet. *Viâ negatâ tentat iter.* Et absolutè: *Nitimur in vetitum, semper cupimusq; negata.*

Negativus, a, um, Jurisconsul. quod negat, ut, *oratio*, *dictio negativa.*

Negatorius, a, um, idem quod negativus.

Negito, as. Plaut. frequenter nego.

Abnego, as, nego quod maximè profiteri debeo, necter/ siger nej for. *Abnegant impij Deum*: *abnegat deposita.* Item simpliciter nego, renuo. Ut, *abnegat tibi conjugium*: *abnegat Juppiter imbres.*

Denego, as, idem quod nego & renuo, Nectet: *Denegat se mihi hoc daturum*: *quæ jucunda videntur, naturæ denegabam.*

Pernego, as, vehementer & omnino nego, Siger flet och aldelis nej till. *Id suum esse pernegat*: *hoc pernegari non potest.* Et impersonaliter. *itaq; tempore ac primo istius adventu pernegatur.*

Subnego, as, Cic. aliquo modo nego. Ut, *hoc propriè tibi subnegavi.*

Purgo quasi purigo, as, purum à sordibus ago, Giør reen. *Purgat arva ligonibus*, *purgat à foliis à sordibus.* Sic, *purgare apes*, *purgare pisces*, i. e. desquamare & exenterare. *Purgare alvum vomitione*, est sordes medicamentis expellere, Purgere sig. Et *purgat omnia tempus*: *purgare fastidium*, est curare & remedium adhibere. *Purgare rationes*, est superflua aut obstantia, collatione facta accepti & expensi, decidere, klare Regenskab/ slaae mangell oc tage den ud udi Regenskab. Et translatè, excuso, quasi me à criminibus purgo, vndskylder oc renser mig. *Purgo me de istare*: Et *purgo me tibi per literas.*

Purgabilis, le, quod facile purgatur.

Purgamen, n. t. quod per purgationem rejicitur, Rensning / vdfeining.

Purgamentum, ti, n. s. idem. Ut, *purgamentum urbis.*

Purgatio, onis, f. t. purgandi actus, Renselse/ Rensning. *Purgatio peccati.* Purgatio cum factum conceditur, culpa removetur, vndskyldning/ skæren. Et *purgatio fœminæ*, pro menstruis.

Purgatus, a, um, quod purgavimus, Renset. *Loca purgata.* Et *defensione purgatus.* *Purgatæ aures*, i. e. auscultantes.

Depurgo, as, idem quod purgo, ſeu diligenter & omnia purgo. Ut, *terram depurgato ab herba*, Renſer reent. Et translatè, *depurgare crimina*, i. e. diluere & excuſare.

Expurgo, as, idem quod purgo, vel perfectè purgo. Ut, translatâ ſignificatione, *expurgare ſermonem*: Et *me à crimine expurgo*, Skærer / klarer / ſlett undſkylder.

Perpurgo, as, totum ſive omninò purgo. Ut *cerbæ ante partum perpurgant ſe quadam herbula.*

Perpurgatus, a, um, quod perpurgavimus. Et translatè, *perpurgatæ aures*, i. e. facilè percipientes, ſordibus quaſi expurgatis. *Perpurgatus locus*, in Philoſophia, i. e. expeditus, declaratus.

Repurgo, as, idem quod purgo, vel diligenter purgo. Ut, *repurgare humum.*

Repurgatus, a, um, quod repurgavimus. Ut *fuſca repurgato fugiebant nubila cœlo.*

Remigo, as, n. pr. remis navem propello, quaſi remis ago, Roer. *Remigant è portu.*

Remigatio, onis, f. t. remigandi actus.

Remex, igis, m. t. qui remigat, & remigandi miniſterio mancipatus eſt, Roerkarll / Roerknect / Roermand. *Remex de claſſe Coponii.*

Remigium, gii, n. ſ. idem quod remigatio, ut *lembum remigiis ſubigo.* Item remigum multitudo, ut *remigium ſupplet, ſoctis ſimul inſtruit armis.* Item translatè ad aves, ut *remigium alarum*, i. e. volatus.

Eremigo, as, remigando metior, Roer om oc om / ut, *eremigatus ſeptentrio.* Item remigando evado, vndroer.

Subremigo, as, curſum navis, quæ vento fertur, remis adjuvo, Roer imed / naar Skib gaar for Seigll: *læva tacitis ſubremigat undis.*

Alia compoſita pen. prod. in quibus ſcilicet motus eſt violentior & quadam cum agitatione.

Caſtigo, as, act. pr. aliquem verbis agito, ut caſtior & emendatior fiat, Reffſer / ſtraffer / retter nogett. *His gravis Entellum dictis caſtigat Aceſtes: me ſervas, caſtigas, mones: hoc in me ipſo caſtigo: ſegnitatem, moram caſtigat.* Inde punio, vindico, ut, *caſtigatq; auditq; dolos, ſubigitq; fateri.* Aliter deducitur à voce Athamanum propria κάρος, i. e. fuſtis, ut ſit caſtigo, fuſte, loro vel ceſtis percutio.

Caſtigatio, onis, f. t. caſtigandi actus, Reffſelſe; *animadverſio & caſtigatio omnis contumelia vacare debet.*

Caſtigator, oris, m. t. qui caſtigat, ut *Cenſor caſtigatorq; minorum.*

Faſtigo, as, act. pr. Sil. in altum aliquid molior, erigo & quaſi agito, ut ex faſtu quodam emineat & luceat, Topper op / gaffler / reiß i været ſaa at det kand ſeeß langt. *Faſtigare domum, ædificium.*

Faſtigatio, Plin. faſtigandi actus.

Faſtigatus, a, um, Cæſ. quod faſtigavimus, Toppett / Reiſt i væjr. *Collis leviter faſtigatus.*

Faſtigium, gii, n. ſ. quod ex faſtigatione exiſtit, h. e. ſummitas à lato in acumen deſinens, ſeu forma faſtigati, Offuerſte gaffle. *Faſtigia urbis, montis, &c.* Et translatè, majeſtas & ſumma dignitas, ut, *faſtigium Imperatoris, Regis*, Højhed. Item perfectio rei, translatâ ſignificatione ab ædificiis, quibus, ſuperimpoſito faſtigio, extrema manus adhibita eſt; ut *faſtigium operi impoſitum.* Sic, *faſtigium humani ingenii*, det yderſte oc højeſte nogen kand naa. *Faſtigium humanum excreditis*, i. e. humanæ conditionis modum. Item

faſtigium apex & accentus, qui capiti literæ ſuperponitur, Tøddell / accent. Item univerſa quædam altitudo, h. e. profunditas, ut, *hæc ſcrobibus faſtigia.*

Faſtigio, as, act. pr. faſtigium rei induco, topper. *Frumenta hyeme in herba ſunt, verno tempore faſtigiantur in ſtipulam*, ſtackis i hæſt. Sic, *faſtigiare domum*, Reiſe Spær / Sætte gaffll.

Faſtigiatus, a, um, quod faſtigiavimus, toppett / gafflett. *Collis in modum metæ in acutum cacumen à fundo ſatis lato faſtigiatus.* Sic, *in metam id faſtigiatum conſtat.*

Fuſtigo, as, act. pr. fuſte aliquem agito, vender oc lendzer i en kiæp. Dictio eſt recentiùs excogitata.

Fatigo, as, act. pr. aliquem ita agito & labore exerceo, ut fatiſcat, oneri ſuccumbat, quaſi fatim agito; Trætter en / træller / Sprenger / faar hannem formegit at ſkaffe. *Curſu cervos fatigat.* Et translatè, percutio ſupra modum. Ut, *haſtâ terga fatigavimus.* Item perturbo, ut, *cœlum terrasq; metu fatigat.* Item cohibeo, ut, *vinculis & carcere hic fatigandus eſt.*

Fatigatio, f. t. fatigandi actus.

Fatigatus, a, um, quod fatigavimus, trettet. *Curis fatigatus & laboribus*, Sprengt.

Defatigo, as, valdè fatigo, Vdtrellet / Sprenger.

Defatigatio, defatigandi actus, ut *defatigatio exercitationum*, qua exercitationes defatigant.

Defatigatus, a, um, quod defatigavimus. *Defatigatum ſolum*, Vdtrellet / Vdackeret / Sprengt.

Infatigabilis, le, om. t. non fatigabilis. Ut, *curſus infatigabilis.*

Inſtigo, as, act. pr. quaſi inſtando agito, voce agaſonum & armentariorum propria. Inde translata ſignificatione incito, impello, tillſkynder / tilldriffuer. *Irati Romanos in Hannibalem inſtigabant: inſtigantibus Diis hoc factum: vehementer eos inſtigavimus*, i. e. ſollicitavimus. Aliter deducitur à στίζω, pungo, quaſi ſtimulo ago.

Inſtigatio, onis, f. t. inſtigandi actus; tilſkyndelſe / tilſkynden.

Veſtigo, as, act. pr. aliquid per ſua ex ſtando impreſſa ſigna agito & venor quaſi veſtantem agito, & ad ſtantis quaſi imprimenta quædam venor & quæro. Eam enim impreſſionem notat dictio ve. Nos dicimus, Sporer. Inde abſconditum quidvis ſingulari quadam diligentia & labore etiam per indicia quæro & invenire cupio, quaſi valde inſto & ago, Leder flitteligen effter at finde / Randſager. *Cauſas rerum veſtigat: Ubi ſint mœnia gentis veſtigat.* Sic *oculis aut animo aliquid veſtigo.* Aliter deducitur ſimpliciter à veſto. Item à στίζω, eadem cum inſtigo origine.

Veſtigator, oris, m. t. qui veſtigat, Sporer / Randſager.

Veſtigium, gii, n. ſ. ipſa ſtantis impreſſio & relictum ſignum, Foedſpoer / traad. *Gradiens imâ verrit veſtigia cauda.* Sic, *veſtigium corporis*, eſt ipſa corporis impreſſio. Et tropicè, ima pars pedis, Foedblad. Item ſolea equina, Heſteſku. Item translatè, cujuscunq; rei indicium ſeu ſignum, tegn oc kiendemerck; *nulla veſtigia in eo virtutis, multa fraudis.*

Eveſtigiò, adv. ſignificans ſine mora, quaſi ex veſtigio præeuntis, q. d. i hælen / ſtraxen: *hoc audito, eveſtigiò abii*: eveſtigiò *ſubſequitur.* Aliter disjunctim ſcribitur, è veſtigio, aut per hyphen E-veſtigio.

Inveſtigo, as, veſtigando invenio, opſporer / finder. *Nihil tàm difficile, quin quærendo inveſtigari poſſit.* Item

ſimpli-

simpliciter vestigo, quæro, ut *investigare & perscrutari omnia*: *Investigabat de Cæsare.*

Investigabilis, le, om. t. Eccles. quod investigari non potest.

Investigatio, f. t. investigandi actus, ut, *investigatio naturæ, veri.*

Investigator, oris, m. t. qui investigat. Ut, *investigator antiquitatis, rerum.*

Pervestigo, as, diligenter vestigo & vestigando invenio. Ut, *omnia pervestigavimus*: *pervestigat quod quærit.*

Pervestigatio, pervestigandi actus, ut *pervestigatio scientiæ.* Verùm plæraquè hæc, tum prioris, tum posterioris ordinis, aliter per productionem dicta habentur, quasi igo & ago non sint ab ago & agito, sed terminatio tantum verbalis.

Composita nominalia, sive latina, sive Græcorum imitatione.

Aquagium, gii. Fest. n. s. idem quod aquæ ductus, ut Græcorum ὑδραγωγὸν, quasi per quod aqua agitur & ducitur.

Auriga, æ, m. pr. pen. prod. qui currum agit, ab aureis vel oreis equinis, quibus agitat atq; regit equos dictus, Vogn driffuer/Kiøresuend. Sic Græcis ἡνιόχος est ejusdem significationis ab ἡνία, habena, & ἔχω, teneo. Et translatè, *auriga carinæ*, pro Gubernatore. Item auriga signum est cœleste. Aliter auriga simplex habetur, ab aureis tantum dictus.

Aurigarius, rii, m. s. qui præest aurigis, eosq; instituit in spectaculis.

Aurigo, as, n. pr. Svet. aurigam ago, currum ago, ut, *ipse sæpe aurigare voluit.*

Aurigor, aris, dep. pr. Varr. pro moderor, rego, Styrer. Ut, *natura aurigatur, non necessitudo.*

Aurigatio, aurigandi actus.

Bilagium, gii, n. s. Medicis medicamentum quoddam ad bilem, Græcis χολαγός.

Choragus, gi, m. s. Plaut. pen. prod. χορηγὸς, qui chorum ducit, præsultor latinè, Fordantzer / eller Skaffer udi dantz.

Choragium, gij, n. s. Omnis chori apparatus, sive locus ipse, ubi chorus habetur, sive instrumenta, quæ choro adhibentur, Dantze Huuß/Dantze pladtz/ Spill pladtz. Item Dragning / Tapeterj och Senge klæde till Dantz Huuß. Item translatè, thrasonica ostentatio, Offuerdådig oc vnyttig dragning / pract och tilredelse.

Eugium, gij, n. s. veteribus quod postea Græca voce hymen, quasi evagium, quòd sit boni ominis, cum primùm vir cum uxore congreditur. Exponiturq; pars scilicet media & pellicata inter naturalia muliebria: Unde Nævius: *Sine Eugio puellam invenit.* Et Laberius: *Concupiscis Eugium scindere.* Verùm anatomici hoc pro commenticio habent.

Pruriga, pen. prod. gæ, m. pr. qui ad pruritum & coitum equos agitat & instigat, sive qui prurire agitat & facit; à prurio & ago, Strodmester. Aliter legitur Peroriga, quasi qui per auream sive oream agit ad coitum. Solent enim prurigæ coëuntia habenis aureisq; regere aliàs refractaria.

AGRIPPA, æ, m. pr. qui pedibus prius editis ex utero nascitur; ab ægritudine pedum vel partus sic dictus.

AH, Græcis ἆ, interjectio & sonus inconditus, multorumq; affectuum nota, scilicet dolentis, admirantis, dehortantis, indignantis, increpantis, desiderantis, reprehendentis, objurgantis, abnegantis, reclamantis, suspicantis, Ah/Aa.

Aha, idem. Et peculiariter dolentis nota.

Ahu, sonus animi perturbati.

AJO, ais, ait, verbum defectivum significans idem quod dico, vel aliquid simplicius, verbum facio, vocem emitto significandi alicujus gratia, ab ἄω spiro, ut, *ajebat me illam amare*: *Docebo sus (ut ajunt vel quomodo ajunt) Oratorem illum.* Inde affirmo & verbo assentio, Siger ja till. Diogenes ait, *Antipater negat*: *non ego curo, quid ille ajat aut neget.*

Ajus, ji, m. s. Cic. Deus, quem Titus Livius Locutium vocat.

ALÆ, arum, cujus singulare ala, brachia sunt avium, ab ago sic dictæ, quòd his agant se & volent per aërem, vinge. Et tropicè, ala, i. e. velocitas. Item turmæ equitum, sic dictæ, quòd utrinq; pedites alarum more vestiant & tegant, Rytter paa begge Sider aff Krigsfolcket. Item vela navis. Item mustax, Knebelbart. Item sagittarum pennæ. Item alæ dicuntur labra naturæ muliebris. Item ala concavitas subalaris, Armhule. Item in herbis cavus iste anfractus inter caulem & ramulos, unde sinuatim nova proles egreditur. Aliter ala deducitur per concisionem ab axilla: axilla autem ab ago.

Axilla, læ, f. pr. locus concavus subter brachium, ubi pili nascuntur, Armhull.

Alabrum, bri, n. s. machina in quam fila de fuso transmittuntur & evolvuntur, ab alis sic dictum, Haspetræ. Filum de colo ducitur in fusum: de fuso in alabrum: hinc in girgillum. Deinde in glomicellum: hinc in pannum; postea in telam. Aliter legitur alibrum, deduciturq; à librando aut liberando, quòd in eo librentur fila, i. e. solvantur.

Alaris, re, om. t. qui est de ala militari, ut, *alaris cohors*, En fane Rytter for Foedfolckett.

Alarius, a, um, idem. Ut, *milites alarii.*

Alatus, a, um, quod alas habet, sive id propriè sive translatè, ut, *alatæ Mercurii plantæ*: *Alati equi solis. Alata mola*, Værmølle. Et Alatus, Medicis, cui ossa humeraria alarum in modum exstant, Bredhærdett. Item verba dicuntur alata, quia facilè evolant, sed revolare nesciunt.

Ales, itis, om. t. idem quod velox, quasi quod alis fertur, vel alitis instar velociter fertur. Ut, *ales equus*, Snar Hest/ Knap som en Fugll: *ales auster*, ventus impetu ruens. Ponitur & pro alato. Aliter scribitur alis in nominativo.

Ales, itis, substant. masc. & fæm. gen. avis major, sic dicta per excellentiam à magnitudine alarum, quasi avis alis insignis. Gen. plur. est alitum & alituum per Epenthesin.

Composita.

Efaxillo, as, antiq. pro axillam ostendo exerto brachio.

Subalaris, re, om. t. quod sub alis est, ut, *lanugo subalaris; & flos subalaris*, idem, Haar under Armhull. Et *subalares plumæ, culcitæ*; Armpuder.

ALABASTRUM, stri, n. s. ἀλάβαστρον, vasis genus insigni lubricitate, sineq; ansis ex lapide (qui & inde nomen accepit) torno excavatum, ad conservanda

unguenta maximè idoneum, Allebaſter / Byſſe/ Krucke.

Alabaſter, ſtri m. ſ. Cic. idem. Item Plinio ponitur pro ſtibio.

Alabaſtrites, tæ. m. pr. pen. prod. lapis humani unguis candorem referens; unde onyx appellatur, Allebaſter ſteen. Item gemmæ nomen apud Plin. habentis candorem interpunctum variis coloribus.

Alabaſtrus, ri, m. ſ. roſæ globus nondum explicitus totusvé patens, ſed tantum connivens.

ALACRIS, cre, om. t. qui animo erecto ac hilari opera capeſſit & aggreditur, quaſi ἀδάκρυς, i. e. non triſtis, Lyſtig/Leffuend och wforttrodden till ſin gierning. *Catilina alacer atq; lætus: alacer & erectus: alacer ad maleficia: alacris animo: alacri & prompto ore, vultu.* Aliter deducitur à Lacer, quaſi qui eſt integris ſenſibus, eorumq; viribus. Item quaſi alis acer. Item quaſi aliger à velocitate & curſu.

Alacer, cris, cre. om. t. idem.

Alacrè, adverb. Plaut. idem quod alacriter.

Alacritèr, Plin. modo alacri, cum alacritate: Ut, *ſecuta ætas alacriter defendit*, Lyſteligen/Leffuendigen.

Alacritas, atis, f. t. alacris affectus & ſtudium, Leffuendhed: *alacritas ſcribendi: in venando animi alacritas. alacritate & lætitia aliquid agere.* Definitur autem propriè mutatio quædam vultus geſtientis in ſpem aliquam: Et media eſt inter lætitiam & triſtitiam.

ALAPA, æ, f. pr. plaga manu in maxillam alicujus incuſſa à κόλαφος ejusdem ſignificationis, Mundaſk/Mundbaſk. Aliter ab ἀλαπάζω, vaſto, diripio. Et diſtinguunt inter alapam & colaphum, ut alapa fiat palmâ, Mundbaſk: Colaphus digitis compreſſis & in pugnum coactis, Næffue puſt. Unde *colaphis tuber eſt totum caput.*

Alapator, oris, m. t. Gloſſ. jactans, petulcus.

ALAVDA, æ, f. pr. voce Gallica Romanis uſitata, avis eſt quæ olim Galerita, Lerche. Inde nomen militum certorum in legione galeatorum & criſtatorum. Ut, *legio alaudarum.* Aliter alauda avis à laude cantus.

ALBUS, a, um, quod colore eſt niveo, ſed ſine ſplendore, & ad pallorem inclinante, qualis eſt plumbi, ab ἄλφος, quod antiquis erat ejusdem ſignificationis: Unde & alpes dictæ à nivium copia: Item ſpecies quædam vitiliginis cutem tali colore afficientis, Bleg/ Huid/damthuid. Hinc *mus albus*, qui & araneus, Hermelin eller Leckat. *Spina alba*, Maretidzell. *Viola alba*, Damaſk blomme / huide fioller. *Lilium album*, S. Jebs Lilie. Et tranſlatè, bonum, fauſtum, quodq; bonum deſignat auſpicium, ut *albus calculus*, qui erat nota abſolutionis in ſuffragiis. Item *calculi albi*, quibus cretenſes dies lætos numerabant: Et *veſtes albæ*, quæ lætitiam deſignabant. Item *albus color* Hieroglyphicis, ſymbolum erat puritatis, fidei, caſtitatis, integritatis: Unde ſacerdotes veſtibus albis uſi ſunt ad ſignificandam puritatem tum propriam, tùm numinis. Item qui Magiſtratus apud Romanos ambiebant, albis veſtibus incedebant, tanquam ſymbola fidei portantes. In Eccleſia quoq; albis veſtibus induebantur catechumeni, qui ſacrum lavacrum ambiebant: Unde *Dominica*, ſcilicet, *dies in albis*, Huide Søndag.

Albulus, a, um, aliquantum albus, Huidactig.

Albula, æ, f. pr. fluvius Tibris, ſic dicta à colore aquæ. Item albulæ dictæ ſunt aquæ aluminoſæ cutem lavantium mirum in modum aſtringentes, & vulneribus medentes, Allune vand.

Albarium, rii, n. ſ. tinctura ex calce, quâ parietes illinuntur, cùm non aliter ſint pingendi. Et *opus albarium*, huidt anſtroggen/Kalcket.

Albatus, a, um, albedine obductus. Et *albatus lanio*, veſtibus albis indutus, qui mos erat convivantibus antiquitus.

Albedo, inis, f. t. albi color, huid farffue.

Albegmina, n. t. pl. partes albidæ extorum, quæ Diis immolabantur. Aliter legitur ablegmina.

Albeo, es, n. ſ. albus ſum. *Campi oſſibus albent.*

Albeſco, ſcis, n. t. albus fio. *Mare albeſcit ſole.*

Albica, cæ, f. pr. nomen piſcis, Huidling.

Albico, cas, n. pr. idem quod albeo. Et, apud Varronem, albicatur pro albeſcit.

Albidus, a, um, aliquantum album, Huidactig. *Spuma albida; color albidus.*

Albo, as, act. pr. antiquè, album facio.

Albor, oris, m. t. Varr. idem quod albedo. Item Apitio, idem quod album in oculo.

Albugo, inis, f. t. album in oculo. Item in ovo, Det huide i øyet / Y Eg.

Album, bi, n. ſ. tabula alba & gypſata, Vox taffle/ Scriffuet taffle. Item libellus in quo nomina alicujus ordinis notantur, Naffnbog. Item quo ſingulorum annorum acta literis mandabantur à Pontifice Maximo, Aarsfrønicke. Ponitur & aliquando abſolutè ſine adjectione, pro albedine, idq; græca imitatione.

Albumen, inis, n. t. Medicis album oculi. Item ovi.

Alburnum, ni, n. ſ. mollior pars arboris, quæ alba eſt, & maximè teredini obnoxia, Huidved.

Alburnus, ni, m. ſ. nomen piſcis fluviatilis, Skalle.

Compoſita.

Dealbo, as, act. pr. album reddo. *Dealbare parietem.*

Dealbator, oris, m. t. jurisconſ. qui immunitate munerum donatus, quaſi ex albo munerum exemptus, Skatfrj / Tyngefrj.

Exalbeſco, is, albus fio. *Metu exalbeſcit.*

Exalbidus, a, um, idem quod albidus. *Folia urticæ in medio exalbida.*

Exalburno, as, act. pr. alburnum detraho.

Exalburnatus, a, um, quod exalburnavimus. *Exalburnatum robur.*

Inalbeſco, ſcis, n. t. albus fio.

Interalbico, cas, n. pr. inter alios colores album emico; Skinner huitt iblant: id quod fit in quibusdam varii coloris gemmis & in veſtibus quibusdam, quarum ſubtegminis color diſtat à colore ſtaminis.

Subalbico, as, aliquantum albico. *Palea avis ſubalbicans.*

Subalbidus, a, um, aliquantum albidus. *Subalbida folia.*

ALCE vel ALCES, æ, f. pr. ἄλκη, nomen animalis, quod à Julio Cæſare dictatore ſic deſcribitur: Alcium conſimilis capris figura eſt: magnitudine paulò antecedunt: mutilæ cornibus, & crura ſine nodis articuliſq; habent: Itaq; cùm ad arbores ſucciſas acclinatæ unà cum ijs conciderunt, quòd ſeſe erigere non poſſunt, capiuntur. Aliud animalis genus exponit Julius Cæſar Scalig.

Scalig. utpote, cervi formâ, cornibus ramosis, sed quæ cervinis exiliora sunt, atq; in tergum porrectiora & ramis frequentata minùs, ac lanugine quadam obducta. Item sunt qui Alcem esse Tragelaphum existimant. Item, Alce, nomen canis, à roboris præstantia.

ALEA, æ, f. pr. ludus omnis, in quo plus sors vel casus quàm ars & dexteritas valet ad quæstum, ab ἄλη, erratio, vagatio & incertitudo, quia nihil alea incertius, Terninge spill / oc andre Slumpeleeg. Et peculiariter ludus in alveo, qui fit tessaris, Brettspill. Item translatè, quævis fortuna, casus, incertum atq; periculum, de cujus eventu dubitatur: Unde loquendi formæ: *jacere aleam*, i e. committere se periculo fortunæq;. *Aleæ emptionis*, jurisconsul. cùm spe quadam incertum aliquid emitur, ut captura piscium & avium, nondum captarum, Blindkiøb.

Aleator, oris, m. t. qui aleam ludit, Sobler.

Aleatorium, rii, n. s. ludus ipse, aut locus in quo luditur, Sobbel/ eller Sobbelskole.

Aleo, onis, m. t. antiquè idem quòd aleator.

ALGA, æ, f. pr. herba in aquis marinis nascens, sic dicta ab algore sive aquæ, sive quod in algidis locis proveniat, Strandgræs: tang. Aliter deducitur ab alligando, quòd alliget & intricet pedes, vetetq; natationes.

Algosus, a, um, alga abundans. Ut, *loca algosa.*

ALGUS, us, m. q. antiquis frigus dicebatur vehemens, ut cùm membra præ frigore trement & horrent; ab ἄλγος, dolor, molestia, quam scilicet parit frigus, Suiende kuld oc frost. Ut, *vel suda, vel peri algu, vel etiam ægrota.* Et translatè, dolor & tristitia.

Algeo, es, alsi vel alxi, sum. n. s. algu concutior, algus pætior, gyss affkuld / fryss megett. Ejus contrarium est æstuo.

Algidus, a, um, quod alget, ut *nix algida.*

Algor, oris, m, t. idem quod algus, sed usu frequentiori, ut *æstu magis quàm algore vexantur.*

Alsus, a, um, Cic. idem quod algidus, ut, *antio nihil quietius: nihil alsius, nihil amœnius.*

Alsiosius, a, um, quod facile læditur frigore & algore, Kuldskær.

Composita.

Inalgesco, scis, n. t. Cels. algidus vel alsus fio.

ALIUS, a, ud, lius, pr. corr. quod in individuo per se distat & sejunctum est; ab ἄλλος, ejusdem significationis, Anden/ andet. *Aliud equo est natura, aliud bovi: alius tibi affectus: alii mores: signa alia alio in loco intueri: aliud ex alio me impedit: alias res agis*, i. e. non attendis ad id quod dicitur. Et cum casu; *alius Lysippo*, i. e. alius quàm Lysippus: *alia his*, i. e. diversa his & pugnantia. Sic *alius sapiente bonoq;: alius bello: alius vero, & alius veri: aliud vero, aliud à vero*, i. e. dissimile vero, seu quod non est verum. Item cum ac, ut, *ne sim salvus, si alia dico ac sentio: aliud mihi ac tibi videri potest*, i. e. quàm. Et cum atq;. Ut, *aliud atq; ego dicis.* Ponitur aliquando pro alter. Ut, *Hegioni duo erant filii, quorum alius quadrimus à servo venditur: suscipit alia*, i. e. altera respondet. Habetur autem penult. gen. indifferens apud Poetas.

Alis, antiquis idem quod alius. Et gen. alii & aliæ: quæ & apud Ciceronem leguntur. Item alid, idem quod aliud.

Aliàs, adverb. significans alio loco, alio tempore, en Anden tid/ it Andet sted. *De hoc aliàs agam: quid aliàs malim, quàm hodie has fieri nuptias. Quorum pater & sæpe aliàs & maximè censor saluti Reipubl. fuit.* Item de futuro & præsenti: *terra nunquam sine usura reddit quod accepit: sed aliàs minore, plerumq; majore cum fructu. Fluta scribam aliàs.* Ponitur & pro aliquando, & ferè geminatum, Undertiden: *aliàs beatus, aliàs miser: aliàs ut volo, aliàs ut queo.*

Aliò, adverb. in alias terras, ad aliam rem, alium usum, Andensteds hen. *Aliò abit: sermonem aliò transfert: responsionem aliò derivat. Cupiditatis nomen servet aliò.*

Aliter, adverb. significans alio modo, Anderledes i Anden maade. *Aliter fieri non potest: Eadem somnia aliter aliis evadunt: diu aliter visum est.* Et cum at & atq;. *Aliter scribit ac sentit. aliter audio atq; putaram.* Ponitur & aliquando pro aliàs.

Aliata, pen. prod. antiquis pro aliter.

Derivata & inde Composita.

Alienus, a, um, quod ad alium non ad me pertinet; fremmett/ en Andens. *Res est aliena: alienum æs*, quod possidemus, sed alius non nostrum, Bortskyldig gield. Inde quod nobis nullo necessitudinis vinculo devinctus est, fremmet till/ vbekient. *Neq; amicis, neq; alienioribus opera, consilio, labore defui.* Et rursus inde qui immutatus est, & ex amico inimicus factus, fraavendt. *Animo in te est alieno: alienæ voluntates*, i. e. alienatæ: *à me est alienior & abhorrens: hoc alienum est à divina majestate. Alienus ab institutis tuis, ab amore nostro; à nostra amicitia*, i. e. abhorret. Et, *alienus à literis*, i. e. expers. *Epicurus in Physicis totus est alienus*, i. e. imperitus: *homo mihi alienissimus*, i. e. alienatus vel incognitus, abhorrens. Dicitur & alienus apud Plautum de fœmina. Ut, *habeo alienas domi*, i. e. alienas mulieres.

Alieno, as, act. pr. alienum facio, & à nostro dominio in alienum transfero, Affhender: *Parvo pretio ea vendidit & alienavit: alienavit vectigalia.* Sic *alienare voluntatem alicujus ab aliquo: adolescentem à me alienavit*, giorde affspendig / fraavender. *Alienantur illi à nobis*, i. e. recedunt à nostra consuetudine ac studio. Et pass. *pecunia alienatur*, i. e. corrumpitur.

Alienatio, alienandi actus, Affhendelse / fraavendelse. *Alienatio sacrorum: alienatio consulum: tua à me ad illum alienatio.* Et *alienatio mentis*, cùm quis ita ratione perturbatur, ut sui non sit compos, forstyrrelse.

Alienatus, a, um, quod alienavimus. *Animus alienatus*, fraavent. Ponitur & pro alio.

Composita.

Abalieno, as, act. pr. à me alieno in alterius dominium, Affhender / fraavender. *Abalienare agros.* Et translatè, separo, disjungo, frasskiller. *Abalienare animum suum ab aliquo:* Et totum à te se abalienavit.

Abalienatio, f. t. abalienandi actus. Et peculiariter abalienatio dicitur ejus rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in jure cessio, inter quos ea jure civili fieri possunt.

Abalie-

Abalienatus, a, um, quod abalienavimus, ut, *animus abalienatus*: *abalienati à nobis reges*, fraventt.

ALLIUM, lii, n. ſ. genus oleris graviſſimo odore; ſic dictum ab albore, quaſi albium, Huidløg. Aliter ab oleo, quòd graviùs oleat. Item ab ἄλλομαι, exſilio, à modo nimirum naſcendi & creſcendi. Item ab halo, propter vim ejus calidiſſimam, quaſi halium.

Alliatus, a, um, cui allium admiſtum eſt, quodvé allium ſapit aut olet, ut *homo alliatus*, qui allium olet. Et abſolutè, *alliatum* ti, n. ſ. intritum ex allio & nigra oliva factum.

ALNUS, ni, f. ſ. arbor locis aquoſis gaudens; ſic dicta ab alo, quòd aquis alatur, nec extra eas vivere queat, Elle træ. Translatè ponitur pro navi, quia ejus lignum ad navalem materiam commendatur, & ex eo primùm factæ ſunt lintres. *Tunc alnos primùm fluvii ſenſere cavatas*, i. e. lintres. Aliter ex Hebræo allon ſivè alno, ejusdem ſignificationis.

Alneus, a, um, quod ex alno factum eſt.

ALO, is, lui, itum, & altum, act. t. pr. corr. victu & cibatu vitam ſuſtento, ab ἀλδῶ, augeo, føder. *Alere canes, exercitum, copias.* Et *me alit agellus*, i. e. victum ſuppeditat. Et translatè, *alere morbum, iram, ſpem*, i. e. fovere & augere. Sic *furor impunitate alitur*: *mens diſcordiâ.* Item paſs. ali apud Lucret. ſignificat adultum evadere & altum, voxe till.

Alebria, antiquis dicta, quæ benè alunt.

Aleſco, ſcis, n. t. Lucr. & Columell. idem quod creſco, quaſi alturâ augeor.

Oleſco, is, n. t. iisdem idem, a, tantum in o mutato.

Aletudo, inis, f. t. Feſt. corporis pinguedo.

Alibilis, le, om. t. Varr. quod alendi facultatem habet, ut, *lac alibile*.

Alica, cæ, f. pr. farina ex zea & ſiligine: vel ſiligo deglupta ad uſum pulmentarium admiſta aqua concinnata, ſic dicta ab alo, quòd inſigniter alat, Grød/Meelgrød eller Velding. Exponitur & ipſum frumenti genus, ſiligo & zea. Item translatè, quæcunq; confectio, ſivè ex ſiligine ſive ex alio quocunq; genere, alleháande moeßvelling / krafft moeß. Iſidoro græcum nomen habetur: ideoq;, fortaſſe, eadem origine cum ἄλευρον, farina, ab ἀλέω, molo.

Alicarius, a, um, quod ad alicam pertinet. Unde alicarii, qui alicam conficiunt. *Et alicariæ meretrices* in Campania dictæ, quæ ſolitæ ſunt circa piſtrina alicariorum verſari.

Alicaſtrum, ri, n. ſ. farris genus, & ſemen trimeſtre pondere & bonitate præcipuum.

Alimentum, ti, n. ſ. quo alimur, quodq; datur ad vitæ ſuſtentationem, Føde. Jurisconſ. ſignificat ea omnia ſine quibus corpus ali non poteſt, ſicut cibarium, quod ad cibum ſolum ſpectat. Exponitur & pretium educationis & alimoniæ, foſterløn.

Alimentarius, a, um, quod ad alimentum pertinet, ut *lex alimentaria*, quâ filii parentes alere tenebantur. Et in jure *alimentarius*, cui alimenta legata ſunt, Almiſſemand.

Alimonia, æ, f. pr. idem quod alimentum & nutrimentum.

Alimonium, nii, n. ſ. Varr. idem.

Alitus, a, um, quod aluimus, født.

Alitura, Gel. & altura, alendi actus & nutricatio, Opfødzel/føde.

Almus, a, um, alendi facultatem habens, føderig. *Alma tellus*, quia fruges ad victum ſuppeditat. Sic, *alma ceres, alma venus*, eadem formâ. Ponitur & pro ſancto ſive pulcro, item pro tranquillo ſive ſereno, ut *almus dies.*

Almities, ei, f. q. almarum rerum habitus, fuldkommenhed.

Altilis, le, om. t. quod domi vel in villis vel in vivariis ſaginatur, ſive avis ſit, ſive piſcis, ſive quadrupes. Ut *gallina altilis*: *Carduus altilis* græca voce, ſed Romanis recepta, Strobilus, Artiſkock. Item altilis activè, ut *altilis ſanguis*, qui alit. Et translatè, *dos altilis* pro opulenta.

Altor, oris, m. t. qui alit & ſuſtentat, ut, *rerum omnium altor mundus.*

Altrix, icis, f. t. quæ alit. *Vita arboribus altrix.*

Altus, a, um, Cic. idem quod alitus, ut *ſtellæ altæ renovatæq; vaporibus*: *ſic nata & alta eſt eloquentia.* Et amiſſo tempore, quod in inſignem aliquam erectam longitudinem crevit, quaſi quod alitu ad iſtam pervenit dimenſionem, Høy/ ut *arbor alta.* Et translatè, *ex altiſſimo dignitatis gradu præcipitatur.* Inde ponitur pro profundo, Dyb. *Altus puteus*: *virtus altiſſimis radicibus defixa*: *altiſſimus cœli complexus*: *Sulcus altiùs depreſſus*: *altum mare*, i. e. profundum: Et abſolutè, pro eodem *altum*, quod exponitur longè à terra, ut, *in altum vela dabant*, Haff dyb/ Bredning. Sic, *in alto tempeſtas.* Item altum pro cœlo, ut *Maja genitum demittit ab alto.* Item translatè, pro excellente, eminente, glorioſo. Ut *magnus & altus vir*: *alta mente præditus. Sera nil altum mens inchoat.* Item magnus, ut, *altus Apollo.* Item de aliis rebus, ut *alta mente repoſitum judicium*, i. e. profunda: *Alta ſilentia*, i. e. profunda. Aliter altus in dimenſoria hac ſignificatione, deducitur ab ἄλλομαι, quod eſt ab ἄλδω, creſco. Sed res eodem redit.

Altè, adverb. ſignificans in altitudinem, ut *altè extollere manum.* Item ex alto, ut *altè cadit*, Høyt.

Altitudo, inis, f. t. alti affectio & ratio, Høyhed. *Altitudo turris, maris.* Et translatè, *altitudo ingenii.*

Altanus, ni, m. ſ. genus venti à terra conſurgentis.

Alumnus, mni, m. ſ. qui alitur educaturq;, ſive id victu fiat, ſive moribus, ſive doctrina, Madmund / Diſcipell. Unde *alumnus es diſciplinæ meæ.* Item activè, qui alit, Madfader/ ut apud Cicer. *terra omnium alumna.* Et Tacit. *Eloquentia alumna licentiæ*, i. e. quæ alit.

Alumna, æ, f. pr. quæ alit, Madmoder. Et quæ alitur.

Alumnor, aris, dep. pr. Apul. idem quod alo. Ut, *ad præſidia eos alumnati ſunt*, Opdrager.

Compoſita.

Aboleo, es, abolui, abolitum, & abolevi, aboletum, act. ſ. in nihilum redigo, quaſi ſubtracto alitu, giør till intet. *Abolere libros, monumenta*: *aboletur odor.* Et *abolere ſibi Magiſtratum*, i. e. abrogare, Affleggge / Affſkaffe.

Abolitio, abolendi actus. Ut, *abolitio Magiſtratus*, quâ aboletur Magiſtratus, Affſettelſe/ Affſkaffelſe.

Aboleſco, is, n. t. decreſco & in nihilum redigor. Ut, *planta hæc ſiccitatibus aboleſcit*, gaar ud.

Adoleſco, ſcis, levi, ultum, n. t. quaſi valdè aleſco, voxer flux till. *Quæ nata ſunt in fundo aleſcunt, adulta concipiunt.* Propriè de homine creſcente dicitur, dum ei creſcendi tempus, voxer op: *facile intelligitur quàm petulanti pueritia tàm impudens & procax adoleveris.* Inde de ſtirpibus & brutis. Et translatè, ad alia, ut, *cupiditas*

ditas agendi adoleſcit cum ætate: *Ratio cum adolebit atq; perfecta eſt, nominatur ritè ſapientia.* Item *adoleſcunt ignibus aræ*, i. e. incenduntur & creſcunt.

Adoleſcens, tis, com. t. homo, quàm diu adoleſcit & in longitudinem creſcit, primamq; lanuginem emittere incipit, id quod fit ab anno 12 ad 21, Dreng/ Piige.

Adoleſcentulus, li, m. ſ. admodum adoleſcens. Sed & deminuit aliquando ſubſtantiam & ſtaturam, aliquando annos, Liden vng Dreng.

Adoleſcentula, læ, f. pr. idem in ſexu fœmineo, Liden vng Piige.

Adoleſcentia, æ, f. pr. adoleſcentis ætas, vulgo à 14 ad 25 annum, Vngdom / Vngdoms Aar.

Adoleſcentior, aris, dep. pr. Varr. more adoleſcentum luxurio.

Adoleſcenturio, ris, n. q. Laber. in adoleſcentiam redeo, nugando & laſciviendo.

Adultus, a, um, quod ad juſtam adolevit ætatem, fuldvoxen. Inde *adulta virgo*, quæ viro matura eſt, Fuldvoxen / Mandvoxen. *Adulta urbs, civitas*, quæ eſt in ſummo ſuo gradu. *Adultus auctumnus*, Mit i høſt: *adultum ver*, fulde vaar; Løffſpring/ continetq; menſem Aprilem: *adulta æſtas*, Mit i Sommer. *Adultus morbus*, Moed/naar Siugen er fuld oc vill gaa aff igien.

Coaleo, lui, itum. n. ſ. in unum creſco, groer ſammen/voxer ſammen. *Niſi pinguiſſimo ſolo coalere non poteſt.*

Coalitus, a, um, quod coaluit, voxt ſammen. *Homo concretus & coalitus.* Et translatè, *coalita audacia.*

Coaleſco, is, n. t. idem quod coaleo. Ut, *interpoſito triennio coaleſcit ficus oliuæ.* Et translatè, *multitudo nulla re præterquam legibus coaleſcere poteſt in unius populi corpus.*

Deleo, es, levi, letum, act. ſ. idem quod everto & deſtruo, quaſi ſubtracto alimento, Legger ødet grund. *Urbem delebit.* Sic, *ſcripturam delet*, ſcilicet obducendo, vdſletter/ vdſtryger. Item eximo. Ut, *omnes dehinc ex animo mulieres delebo*, vdſlette / ſlaa aff mit ſind. Aliter ab antiquo leo pro lino, q. d. delino.

Delebilis, le, om. t. quod deleri poteſt. Ut, *nullis delebilis annis vivet.*

Deletilis, le, om, t. quod delet. Ut, *ſpongia deletilis.*

Deleticius, a, um, quod deleri ſolet. Ut, *charta ſeu tabula deleticia*, Ulpian. in qua cum aliquid ſcriptum eſt, deleri abradiq; commodè poteſt, rurſusq; ſcribi, græca voce Palimpſeſtos, Voxtaffle/ Skriffuertaffle.

Deletrix, icis, f. t. quæ delet, pernicies. Ut, *illa imperii deletrix ſica.*

Deletus, a, um, quod delevimus, vdſlet / ødelagt/ afflagt.

Indelebilis, le, om. t. non delebilis. Ut, *nomen indelebile*, Som icke kand vdſlettis / eller forgættis.

Exoleſco, lui, levi, letum n. t. ad finem aleſcendi pervenio, nec ultra aleſco creſcóve. Et inde in uſu eſſe deſino, ut *multa negligentiâ exoleſcunt, & fiunt ſterilia.*

Exoletus, a, um, quod exoluit & exceſſit aleſcendi modum. Item vetuſtus & ab uſu remotus, ut *exoleti auctores*, Afflagt. Item adultum, ut *virgo exoleta.* Exponitur & virgo exoleta, quæ provectioris ætatis vitio inepta eſt uſui conjugii, & conceptioni inhabilis. Sic exoleti dicuntur ſcorta maſcula, quæ provectioris ætatis amare deſierunt, Afflagde.

Inoleſco, is, levi, lui, letum & litum, n. t. in alio quaſi aleſco & creſco, Igroer/Ivoxer. *Aliena ex arbore germen includunt, udoq; docent inoleſcere libro.* Item Gell. activè, *natura hoc induit, nobis inolevitq;*, i. e. inſeruit.

Indoles, is, f. t. inclinatio naturalis ſive ad bonum, ſive ad malum in ipſa pueritia ſe exercens & oſtentans; ſic dicta quòd ſit inolita & ingenita naturæ, Art oc Natur i Vngdommen. Aadt eller ædt. Dicitur & de adulta ætate, eſtq; tum indicium præſentis ſive vitii ſive virtutis, Art oc Natur i huert Menniſke. Accipitur autem inprimis in bonam partem: Inde aliquando in malam. Ut, *indoles vitiorum, nequitiæ.* Transfertur & ad muta & inanimata, ut, *indoles frugum, pecudum*, pro naturæ præſtantia, quam nos itidem vocamus, Art/ dyd.

Obſoleſco, is, levi & lui, letum, n. t. in contrarium oleſco, inveteraſco, ab uſu removeor, gaaer aff brug. *Obſolevit oratio: obſoleverunt libri: obſoleſcit hoc vetuſtate & propter vetuſtatem. Vectigal in pace niteat, in bello non obſoleſcat.*

Obſoletus, a, um, quod obſolevit, Afflagt/gaaedt aff brug. *Obſoleta verba fugienda: ſtudiis militaribus apud juventutem obſoletis: oblivione obſoleti mores.* Et amiſſo tempore, *obſoletior eſt veſtis*, i. e. detrita, ſordida, gammel oc forſlitt. *Obſoletus color*, forſlitt. Item abjectus. Ut, *obſoletus Theſſalonicam veniſti.*

Proles, lis, f. t. quod parenti naſcitur ad propagationem generis, quaſi porrò aleſcens & creſcens, Affkom. Diciturq; de hominibus, ut *viri hujus proles eſt.* Item de brutis, Afffødning. *Proles equorum.* Item de plantis, Affvext: *proles oliuæ.* Ponitur & pro copia, ut, *proles equitum peditumque.*

Proletaneus, recentioribus idem quod proletarius.

Proletarii, cujus ſingulare proletarius, m. ſ. pauperrimi erant in Romana Republ. quiq; nullo, aut perquàm parvu ære cenſebantur; ſic dicti, quod in urbe locum haberent. potiſſimum prolis ſufficiendæ gratia. Inde proletarius pro plebejo, vili & infimæ ſortis. Et *ſermo proletarius*, pro vili & plebejo.

Improlis, ſive improles, Feſto, qui nondum aſſcriptus eſt in civitatem. Nam ex ſociis Latinis non habebatur civis, niſi qui prolem Reipubl. reliquiſſet.

Suboleſco, is, n. t. Liv. ſub aliud aleſco & creſco, ſuccreſco. Ut, *Latium præbuit juventutem frequentiorem ſuboleſcentem*, Voxer op effter / vndervoxen.

Suboles, lis, f. t. quod parenti ſuccreſcit. Diciturq; de hominibus, Børn: De pecudibus, vngfree: De herbis, vext. Item ſuboles capilli ſunt ima parte capitis, à ſuboleſcendo, quia aliis ſuccreſcunt, vndervext.

Compoſita ex altus.

Exalto, às, act. pr. in altum levo, Løffter op/ophøjer. Et translatè, magnificè laudo.

Prælatus, a, um, valde altus, ut, *prælta rupes; prælatus alveus.*

ALOE, es, f. pr. ἀλόη, herba eſt amariſſimi ſucci, Aloe. Ponitur & pro ipſo ſucco herbæ. Item translatè, acerbitas & dolor, ut, *plus aloes, quàm mellis;* ſcilicet, ubi multùm doloris & miſeriæ, parùm voluptatis & lætitiæ.

ALTER, a, um, jus, unus de duobus, quaſi ἄλλος ἕτερος, Den ene beant tu. *Hannibal in Alpium tranſitu amiſit alterum oculum: alter ab altero adjutus.*

Ponitur

Ponitur & pro ſecundo in ordinalibus numeris, den Anden. Primus, alter, tertius, &c. *annus alter belli punici*, i. e. ſecundus: *alteris literis nihil ad me*, i. e. ſecundis: *ex tribus partibus altera*. Item pro adverſo & non auſpicato, ut in auguriis dicebatur *altera avis*, quæ mali erat ominis. Item cum adjectione, *unus & alter*, en eller tu/ en eller anden. *Alter ego*, i. e. qui mihi conjunctiſſimus eſt. Sic, *ero ad omnia tu alter*: *te amo quaſi me alterum*. Item aliquando pro alio, reliquo, cætero, ut, *aurea mala decem miſi, cras altera mittam. Hos alteros quinq; libros mitto*, de andre fem. Item altero pro duplo, ut *major hic altero tanto*, dobbelt ſaa ſtoer. Declinabatur autem olim regulariter, altera, alteræ.

Alteràs, antique pro aliàs.

Altercor, aris, dep. pr. contra alterum clamo, & quaſi alternè jurgia jacto, Riffuis/ Mundhuggis/ Skændis. *Labienus altercatur cum Vatinio.*

Altercо, as, n. pr. idem. Terent.

Altercatio, onis, f. t. altercandi actus, & peculiariter concertatio inter actorem & reum, quando non perpetua oratione, ſed interciſis jurgiis, ſeſe mutuò impetebant, Mundhuggen.

Altercator, oris, m. t. qui altercatur, altercarivé ſolet.

Alterculum, li, n. ſ. nomen herbæ.

Alternus, a, um, quod à duobus fit per vices, hueranden. *Alternæ civitates judicant*, Saa en ſaa anden. *Alternis verſibus agit*: *pedes alterni*: *capita alterna* inter ſe contraria: *judicium alternum*: *alterni ſermones*, i. e. dialogi.

Alternè, adverb. modo alterno, ut, *ſupercilia alternè mobilia*.

Alternis, adverb. Virg. idem. *Alternis dicetis.* Aliter adjectivum habetur, ut intelligatur vicibus vel verſibus. Sic *alternis facilis labor*, ſcil. agris intermiſſis. Et *alternis ceſſare nobales*, ſcilicet annis.

Alterno, as, act. pr. alternè pono, Setter en om anden. *Hunc & illum ordinem alternabo.*

Alternatim, adverb. alternis vicibus, en om anden. *Gaudium atq; ægritudinem alternatim ſequitur.*

Alternatio, ſ. t. alternandi actus, & ſucceſſio per vicem.

Altero, as, act. pr. quaſi alterum ex alio facio, forandrer/ forvandler. *Faciem ſuam transformat & alterat.*

Alteratio, ſ. t. alterandi actus & progreſſio ab una qualitate in alteram, forandring. Dictio eſt Phyſicis familiaris.

Compoſita.

Adulter, ri, m. ſ. qui conjugatus ad alterius conjugem it amore ejus in ſe transferendi gratia: quivé ad alteram & aliam quam ſuam abit, Hoerkarll.

Adultera, ræ, f. pr. idem in ſexu fœmineo, Hoerkone.

Adulterinus, a, um, non genuinus, quaſi ex adulteris procreatus, Wecte. Ut *pullus adulterinus & degener.* Et translatè, *adulterina ſigna*, quæ falſis aſſimilatisq; annulis facta ſunt, falſk Seigl/ adulterinæ literæ, falſk Breff. *Adulterinæ claves*, Tiuffnøggell eller Dirick. *Nummus adulterinus*, falſk mynt. Ponitur & pro degenere & ſuppoſititio, vanſkeglig.

Adulterio, onis, m. t. antiquis idem quod adulter.

Adulterium, rii, n. ſ. adulteri peccatum, Horerj i Ecteſkab. Et translatè, *adulteria naturæ* pro operibus non verè naturalibus. *Adulteria mercis*, pro fraude. *Adulteria arborum*, pro inſitione.

Adulteror, aris, dep. pr. Cic. adulterium committo, Bedriffuer Hoer. *Turpe eſt latrocinari adulterari.*

Adultero, as, act. pr. Cic. idem. Et translatè, corrumpo, & arte falſum veri loco induco, ut *voluptas boni naturam fallaciter imitando adulterat*, i. e. corrumpit. Sic, *adulterare judicium, tabulas.* Et paſſ. *adulteratur columba milvio.*, i. e. per adulterium à milvio initur. Legitur & neutraliter adultero pro adulteror.

Adulteratus, a, um, quod adulteravimus & corrupimus, forfalſkert. *Adulteratum gummi*, *aurum*, *argentum*, &c.

Cum alter, veteribus, pro cum altero, brevitatis cauſa.

Sesquialtera proportio, quæ quantitatem aliquam in ſe habet & ejus dimidium. qualis eſt inter 4 & 6: 6 & 9. Sic *ſesquialterum intervallum.*

ALUMEN, inis, n. t. ſalſugo quædam terræ; ab ἅλμη, ſalſugo, æolicè, omiſsâ aſperatione, Alunn. Numerantur autem tres ejus ſpecies: Rotundum & factitium: liquidum & rupeum: ſciſſile & ſciſſum. Aliter deducitur à lumine, quod tingendis præſtat lumen.

Aluminatus, a, um, alumine tinctum, ut, *aqua aluminata*, Allunevand.

Aluminoſus, a, um, alumine abundans vel plenum.

Compoſita.

Exaluminatus, a, um, quod aluminis colore non eſt imbutum. ut, *unio exaluminatus*, Klar/ reen perle/ uden plette.

ALUTA, æ, f. pr. pellis mollior ad calceos, aliave opera concinnata, ex abluo, quaſi abluta, Simslejr. Ponitur & pro marſupio ex aluta facto. item pro ipſis calceis.

Alutamen, inis n. t. &

Alutamentum, ti, n. ſ. opus ex concinnatis pellibus factum.

Alutarius, rii. m. ſ. qui alutam concinnat, Skinder/ Feldbereder.

ALVUS, vi, f. ſ. in homine receptaculum eſt alimentis ab alo, Bug. Et tropicè, inteſtinum, per quod alimenti excrementa eluuntur, Ardz tarm. Item ipſa excrementa. Item translatè, à capaci cavitate, receptaculum apum, Bikube. Item, vas concavum, in quo aliquid reponitur, Skaale/ tru/ terer. Sic *alvus navis*, Skibbanck. Aliter deducitur ab abluo, quaſi proprie inteſtinum, per quod ſordes effluunt & eluuntur. Unde cum adjectione *alvus ſuperior*, pro ventriculo. Item ab anus, podex, ut à ſanus ſalvus. Grammatici veteres ajunt dici proprie de viro; Feſtus de fœmina. Veteres quoq; in maſculino genere uſi ſunt.

Alvinus, ni, m. ſ. qui alveo langueſcit.

Alveus, m. ſ. receptaculum fluvii, amnis, aquarum ſtrøm/ dybet/ quælet/ ſuelgett: nimirum à profunda capacitate alvi. Item vas amplum in balneis, Badekar. Item caudex ſalſamentaris, Salt trw/ olden. Item tabula luſoria, quæ & Plin. albeus ſcribitur, Brett at leege udi. Item receptaculum apum, Bikube. Et tropicè, ipſæ apes. Item navis. Item cunæ infantum, Vugge. Et quidem veteres promiſcuè pro rè eadem uſi ſunt, alvus & alveus.

Alveolus, li, m. ſ. tabula in qua teſſaris latrunculis ve luditur: in qua ſignificatione legitur & albeolus. item parvus alveus, pro vaſe concavo, tru/ tove.

Alveolatus, a, um, Vitr. idem quod alveatus.

Alvea-

Alvearium, rii, n. ſ. locus in quo ſiguntur alvei, Biistade. Item ipſe apum alveus.

Alveare, ris, n. t, idem.

Alvear, n. t. idem.

Alveatus, a, um, inſtar alvei, vel ad alvei modum factus, ut alveatus ſulcus, dybhulet.

Alveum, ei, n. ſ. Feſt. idem quod alveus, & peculiariter; vas aquarium.

Alveolum, li, n. ſ. parvum alveum. Et peculiariter tabula luſoria.

AM, &, antiquè ambu, & ambe, præpoſitio eſt inſeparabilis, idem quod circum, ab ἀμφὶ, ejusdem ſignificationis, Om. Ut, *ambio, amſancti, amtermini.* Sic *ambubajæ*, ſcorta, quæ circum Bajas, urbem Campaniæ, aquis calidis celebrem, ideoq; & hominum genere abundantem, verſabantur. *Et ambarbales, ambarbalia, amburbalia.* Sed & ſeparatim legitur apud Caton. *am terminum.*

An, idem m in n mutato, ſoni gratia; ut *anceps, anceſa;* ſed & ſcribitur *anſancti, antermini.* Item ſeparatim, *an terminum.*

AMA, æ, f. pr. vas eſt ad fundendum vinum accommodum, ab ἄμη, quod ſignificat inſtrumentum hauſtorium, Øſe. Item inſtrumentum foſſorium, ut & Græcis ἄμη ſignificat ſarculum, rutrum, Spade eller Hulſkoell/ quaſi quo terra funditur, ut reſpiciatur ad capacitatem amæ. Legitur & Hama, fuitq; vas aquarium: aliquando etiam ex quo poſcam bibebant. Ama etiam avis nomen, &, ut eſt opinio, eadem cum veſpertilione; aut cum ſtrige, ab amo, quaſi quæ amore ubera præbet infantibus.

Amula, læ, f. pr. exponitur vas luſtrale deportandæ aquæ religionis expiationisq; ergò deputatum. Verùm ne à fundendi ſignificatione longiùs abeas, non malè interpretatus fueris conſpergillum, quo aquam iſtam luſtralem diffundunt & diſpergunt. Aliter quaſi amola, ab amolie.

Amicinum, ni, n. ſ. utris pediculus, ex quo vinum diffunditur, Pibe eller Hals paa nogen Flaſke eller Kande.

AMARUS, a, um, quod ſapore ſuo inſvavi linguam quaſi exedit, ab amo per antiphraſin, quaſi quod nulla ſui dulcedine allicere poteſt; aut à mare propter acretudinem ejus & ſalſuginem. Eſt autem talis ſapor qualis eſt abſinthii, ſalis, &c. Bæſk/ Bidſk. Ut, *amara ſalix.* Et translatè, aſper, ut, *amarus hoſtis.* Item moroſus, ut *amarum me facit ſenectus.* Sic *amara verba,* haarde ord. Unde, *dulcia & amara apud te loquutus ſum omnia,* baade ſuurt oc ſøtt. Aliter ab à & mare, cui eſt ſalſugo.

Amareſco, ſcis, n. t. amarus fio, Bæſker. *Amygdalus, ſi rodatur, amareſcit.*

Amarico, as, act. pr. apud Auguſtinum pro exacerbo, irrito, ut, *amaricarunt Deum peccatis.*

Amarities, ei, f. q. Catul. amari ſapor, Bæſkhed. Et translatè, ſollicitudo & dolor.

Amaritudo, idem. Plin.

Amaror, m. t. Virg. idem.

Amarulentus, a, um, admodum amarus. Ut, *ſuccus amarulentus.* Et translatè, invidiâ & malevolentiâ exacerbatus vel æſtuans, ut, *homo amarulentus librum maledicentiſſimum conſcripſit,* arrig oc ond.

Compoſita.

Inamareſco, ſcis, n. t. Horat. idem quod amareſco, ut *inamareſcunt epulæ.*

Subamarus, a, um, aliquantum amarus, in amaritudinem nonnihil declinans, Bæſkactig.

AMBO, bæ, bo, plur. tantum, duo ſunt ſoli & in eadem re æquè occupati, ab ἄμφω, ejusdem ſignificationis; Begge tu ſammen. *Plato & Ariſtoteles, ambo Philoſophi.* Differt itaq; à duobus, quæ pars ſunt plurium, ut *duo adfuerunt* è pluribus, *ambo adfuerunt,* i. e. illi ſoli duo, de quibus erat ſermo. Item ab uterq;, quòd ambo conjungat & copulet affectus: uterq; ſingulos ſeorſim conſideret. Hinc *qui utrambis comœdiam rectè novit, ambas noverit,* i. e. ſimul & eadem operâ. *Ambo necabo,* i. e. ſimul & uno ictu, *vidi duos homines ambos mihi amicos. Perdidi ambos oculos, ambas manus.* Accuſativus plur. in gen. maſc. eſt ambos, ſed nihilominus legitur ambo in eodem genere, idq; Græcorum imitatione.

AMBULO, as, n. pr. molliori & delicatiore motu, recreandi & delectandi gratia, incedo, ex ambio, per quandam deminutionem, aut ſimpliciter ex ambu, i. e. circum, quaſi, circum, hinc illinc; prorſum, vorſum; eo, incedo, Spadzerer/giør en liden vending/vandrer och vancker frem oc tilbage. *Convivæ ambulant ante oſtium; abit ambulatum.* Inde ſimpliciter incedo, iter facio, gaaer/vandrer. *Rectè tabularius ambulavit: Xerxes claſſe maria ambulavit, terramq; navigavit: transverſo foro ambulat: ambulat in ſole.* Et *cæſar eo modo ambulat,* i. e. contendit, ea perſiſtit ſententia. Dicitur & translatè, de avibus atq; navibus, ut *ambulant aves in liquido aëre: ambulant naves.*

Ambulans cæna, idem quod ambulatoria.

Ambulacrum, cri, n. ſ. locus ambulationi accommodus, Spatzer pladz/Spatzer gang.

Ambulatio, f. t. ambulandi actus, Spadzering/vandring. Item ipſe locus ad ambulandum.

Ambulatiuncula, læ, f. pr. parva ambulatio.

Ambulator, oris, m. t. qui ambulat, ut *villicus ambulator eſſe non debet.*

Ambulatrix, f. t. idem in ſexu fœmineo.

Ambulatorius, a, um, quaſi quod ambulatione quadam fit & conſtat. Ut, *cæna ambulatoria,* in qua paropſides transferebantur à ſuperiore loco menſæ ad inferiores. Sic, *ambulatorium poculum,* omgangs Skaale. *Ambulatoria turris,* quæ rotis & machinis admovebatur ad urbes oppugnandas. Item Jurisconſ. *ambulatoria teſtatoris voluntas,* i. e. mutabilis, vanckeſom/vanckelmodig: quaſi quæ hæreditatem transfert ab uno ad alium.

Compoſita.

Abambulo, las, Feſt. pro abſcedo.

Anteambulo, las, pro præcedo.

Anteambulones, dicti ſunt qui honoris cauſa & deducendi gratia Principem virum præeunt, Forſuenne.

Circumambulo, las, pro circumeo.

Deambulo, as, de loco in locum ambulo, Spadzerer frem oc tilbage.

Deambulatio, deambulandi actus.

Deambulatorium, rii, n. ſ. locus in quo deambulamus, Spadzere pladz.

Prodeambulo, las, foris, ſive foràs ambulo, quaſi pro, i. e. ante ædes aut alium locum.

Funambulo, onis, m. t. ſive Funambulus, li, m. ſ. hiſtrio per funes ambulans, Seglдantzer. Utitur autem plumbeis utrinq; maſſulis, quas Martialis Græca voce Halteres nominat, quibus ſe librat ne excidat fune.

Inambulo, as, idem quod ambulo, vel intus ambulo, ut, *domi inambulat.*

Inambulatio, f. t. inambulandi actus.

Obambulo, las, n. pr. circumquaq; ambulo, gaaer oc vancker allevegne om/hiid oc did. *Totam regionem obambulabit: lupus obambulat ovibus:* Et *obambulat ovilia.* Sic *mœnibus obambulat hostis.* Item idem quod deambulo. Item adversus alios ambulo, & quasi ambulanti me oppono.

Obambulatio, f. t. obambulandi actus.

Perambulo, las, ad finem usq; ambulo, ut, *terras multas perambulabistis.*

Redambulo, las, retrorsum ambulo.

AMES, itis, m. t. pertica aucupalis tendiculam sustentans, qua lapsa obruuntur & capiuntur aves: ex ἄμμη illaqueamentum, Stillingen i Fuglegarn. Item pertica, quâ viscо illitâ aucupes utuntur, Fuglestang/ Liimstang.

AMIO, is, ire, pr. corr. verbum non nisi in derivatis & compositis usurpatum, pro necto, annecto, alligo, vincio; ab ἄπτω ejusdem significationis, quemadmodum & hinc Græcorum ἄμμα, nexus, vinculum, nodus, & ἄεμμα, vestimenti genus.

Amiculum, li, n. s. palliolum sive velamentum, quod non indutu, sed annexu & vinculo potius ad velandum tantum gestatur, Kappe/ huad klæde mand hænger om sig/ oc ej iføris. Unde amiculum sacrum, Bippekaabe/ Kycklin eller Chorkappe. Erat & amiculum meretricum pallium lineum: quo & matronæ veteres in adulterio deprehensæ usæ sunt, ut in tali amiculo potius, quàm in stola polluerent pudicitiam. Sed & inde honestis mulieribus familiare fuit. Aliter deducitur ab amicio, ut à vincio vinculum, à jacio jaculum.

Amiculatus, a, um, amiculo indutus ἀδηλος.

Amicio, cis, civi, ctum, antepen. brevi, act. q. amiculo vestio & velamento tego involvoq;, Offuerhenger/ bekkæder/ indsuøber. *Calciabat se atq; amiciebat.* Et *aroma chartis amicitur ineptis.* Veteribus futurum erat amicibor, pro amiciar. Aliter deducitur ab am & jacio, h. e. circumjicio.

Amictorium, rii, n. s. linteum humeros puellares operiens, seu textum pectorale, Kengell eller Halsdug.

Amictus, a, um, quod amiciyimus. Ut, *amictus togâ purpureâ.*

Amictus, us, m. q. amiciendi actus & ratio. Item idem quod amiculum.

Composita.

Redimio, is, ivi, itum. act. obvincio & capiti alligando aliquem orno & ornamento quodam revincio, Binder noget paa hoffuedet till en prydelse/ Bebinder. *Crinem redimibat corymbis.* Et translatè, *redimitur hyems*, i. e. ornatur. Aliter deducitur à redimo. Item ab amicio per detritionem syllabæ Ci.

Redimitus, a, um, quod redimivimus, prydeligen bebunden. Cervix redimita: *hic lauro tempora redimitus fuit.* Et translatè, *terra quasi quibusdam cingulis redimita & circumdata.*

Redimiculum, li, n. s. vinculum, quo vitta mitravè, aut aliud quodcunq; amiculum, alligatur & nodatur, Kengell. Item quod per se ornatus gratia capiti alligatur, Kendicke / forleggelss.

AMITA, pen. corr. tæ f. pr. soror Patris mei ab amando sic dicta, Farsyster.

Amiternus, a, um, quod est amitæ, ut *amiternus ager, amiterna cohors.*

Amitini, pen. prod. dicuntur, quorum alter ex fratre, alter ex sorore natus est, Sydskinde Børn aff Broder och Syster.

Composita.

Abamita, tæ, f. pr. soror abavi.

AMNIS, is, m. t. fluvius, quà oppidum alluit & quasi ambit, ex am & no, sive græco ἄμ & νεῖν ejusdem significationis, Aa: aut simpliciter idem quod fluvius, sic dictus eadem origine à flexuoso suo tramite, quo terras ambit. Ponitur & pro torrente, ut, *ruunt de montibus amnes.*

Amniculus, li, m. s. parvus amnis.

Amnenses, dicti sunt amnium accolæ, Aaboer / Aabygger.

Amnicus, a, um, quod ad amnem pertinet, ut *amnicus calamus; amnica stirps.*

Composita.

Peramne auspicium dicebatur, qvum amnem auspicato transiret populus rem facturus divinam: aut Magistratus, quoties in campo agere vellent.

AMO, as, act. pr. singulari favore & benevolentiâ virtutis opinione aliquem amplector & prosequor, etiam cum studio benefaciendi & inserviendi ejus commodis, à μάω, vehementer cupio, desidero: aut ab ἄμα, unà propter unionem & conjunctionem, qua se quis alteri nectit: aut simpliciter ab ἄπω, teneo, necto, quod amici vinculo caritatis teneantur, Elsker / haffuer kiær. *Te amo, Charumq; habeo: te nunc amo, ante dilexi: non à me diligitur solùm, verùm etiam amatur: De cæsare multùm te amo.* Et absolutè, *amat filius*, i. e. amore captus est. Inde simpliciter cupio, desidero, delector, haffuer Lyst till: *hoc ego amo: amat periculum: amans periculi.* Et in tertia persona, idem quod solet, græca quadam imitatione. Ut, *aurum per medios ire satellites, & perrumpere amat saxa*: Aliter ab ἄμα, una, simul, ut notetur animorum conjunctio.

Amabilis, le, om. t. amore dignus, ut, *amabilis tua filia: nihil officio tuo, nihil virtute amabilius: amabiles mores*, yndelig/ kiærlig/ elskelig.

Amabilitas, atis, f. t. Plaut. amabilis rei affectio & ratio, yndighed / ynde.

Amabiliter, animo amico, ut *amabiliter in me cogitat*, kiærligen / venligen.

Amabo, pen. corr. Interjectio rogantis & blandientis, q. d. si me amas, kiære giøre vell. *Ipsum, amabò, defendamus: curà, amabò te, Ciceronem nostrum: Exspecta, amabò te, dum Atticum conveniam.*

Amabundus, a, um, qui abundè amat, aut amari studet, fuld aff kiærlighed / eller siug for kiærlighed.

Amans, tis, om. t. qui amat, sive id pudicè, sive impudicè, ut, *nihil difficile amanti puto.* Et amisso tempore, *amans & amantissimus quietis.* Item substantivè positum, idem quod amator. Ut, *palleat omnis amans: color est hîc aptus amanti.*

Amanter, cum amore, venligen: *Amicos paternos amanter complectebatur.*

Amatio, onis, f. t. Plaut. pro amore venereo, Lefflerj/ Lefflen.

Amator, oris, m. t. qui amat: idq; in bonam partem, ut, *amator sapientiæ.* Item in malam, ut,

amator

amator mulierum, Bolere. Hinc Grammaticorum distinctio: Amator, qui se multis amoribus implicat, naturaq; proclivis est ad amandum, Lefflere. Amans, qui ex causa amat, etiamsi alioquin natura sua in amorem non admodum sit propensus, Boler. Amator quoque fingere potest: in amante nihil simulari.

Amatorculus, li, m. s. parvus aut vilis amator. Interdum etiam blandientis est.

Amatorius, a, um, quod ad amores pertinet. Ut, *poësis amatoria*, quæ est de amoribus: *poculum amatorium*, veneficium, quod ad insaniam amoris impellit, Gilliekrog: græca voce Philtrum; *Medicamentum amatorium*, idem. Sic, *virus amatorium*.

Amatoriè, modo amatorio. Ut, *amatoriè scripta Epistola*.

Amecabundus, a, um, antiquis pro amante.

Amicus, ci, m. s. qui honestè & animo sincero amat, Ven. Et adjectivè, amicus, a, um, de re inanimata, quod gratum est & utile, kiært / kiærkommen. *Amicum plantis sidus: amica frugibus æstas. Amicus pratis humor.* Dicebatur autem veteribus amecus, quasi amacus, vel compositè, quasi amæqvus.

Amiculus, li, m. s. qui modicè amat, Aliquando etiam blandientis est. Ut, *dulcis amiculus*.

Amica, cæ, f. pr. quæ amat vel amatur, idq; honestè, venniske. Item inhonestè, Boelskab.

Amicula, læ, f. pr. parva aut vilis amica.

Amicè, adverb. amico modo, venligen. Amicè facis.

Amicabilis, le, om. t. Plaut. quod amicus debet, ut, *opera amicabilis*, Vens stycke. Aliter legitur allaudabilis.

Amicitia, æ, f. pr. amicorum affectus, & summa cum benevolentia & charitate consensio & unio, Venskab.

Amico, as, act. pr. Stat. amicum & propitium reddo, concilio. Ut, *numen prece amicat*, giør till vens.

Amor, oris, m. t. amantis affectus, Kiærlighed. *Amor quietis*, quo quis amat quietem. *Amor Patris in filium*; quo Pater amat. Legitur autem in utramque partem, & utroq; numero, *amor honestus, amores honesti: amor lascivus, amores lascivi. Amor patris in filium* pro honesto: *amor omnibus idem*, pro venereo amore. Amor etiam apud Poëtas nomen est proprium pro cupidine filio veneris, qui insanis istis & belvinis motibus præesse fingebatur.

Composita.

Adamo, as, valde amo. Ut, adamare patientiam alicujus: *adamare liberos suos: sententiam, honores.*

Deamo, as, Terent. valde & ex animo amo.

Inamabilis, le, om. t. amore indignum, wheldig / wæld. *Homine hoc nemo inamabilior.*

Inimicus, qui alium odio persequitur, wven. Et adjectivè, quod inimicum spectat, refert, fiendsk. *Inimicus animus: inimicus vultus.* Et translatè, ad res inanimatas significat noxium & contrarium, Skadeligt. *Inimicæ sunt oculis vomitiones.* Comparat. Inimicior, inimicissimus.

Inimicè, modo inimico, fiendskeligen. Inimicè mecum agit.

Inimiciter, antiquè, idem.

Inimicitia, æ, f. pr. inimici affectus & vitium, Wwenskab / fiendskab.

Inimico, as, act. pr. Horat. inimicum facio. Ut, *ira inimicat urbes.*

Inimicor, aris, dep. pr. Cic. inimicitias exerceo, holder wvenskab. *Abalienant se & facilè inimicantur mali*: nisi hoc pass. dicatur pro irritantur.

Peramo, as, perfectè amo. Ut, amicus peramatur toto pectore.

Peramans, Cic. valde amans.

Peramanter, adverb. valdè amanter.

Redamo, as, amantem vicissim amo, & in amore respondeo, ut, *animus hic redamari potest.*

AMOENUS, a, um, plenum voluptatis & aspectu jucundum, dictum ab amo, quòd in amorem sui alliciat: aut à mœnia, ut sit propriè locorum ad mœnia urbis lætorum, seu quæ sunt sine fructu & muniis, ab agricolatione pura, & pascendis tantum oculis & ambulationibus parata, Lystigt oc deiligt. *Amœna loca, prædia, salicta, vireta, aquæ.* Et translatè, *amœnum ingenium: & amœnus homo*, qui non est tristis aut morosus, yndelig.

Amœnè, amœnissimè, modo amœno.

Amœniter, Gell. idem.

Amœnitas, atis, f. t. amœni loci affectus, yndelighed / lystighed. *Amœnitas orarum & littorum, locorum, fluminum.*

Amœno, as, act. pr. verbum est novum à Diomede & Cypriano usitatum pro delecto. Ut *amœnare oculos*, i. e. pascere. Inde nec infacetè neutraliter dixeris *amœno*, pro in amœnis ago, Græcorum imitatione, quibus eadem forma ἀκπαίζομαι dicitur, h. e. in amœnis littoribus ambulo & oculos pasco.

Composita.

Inamœnus, a, um, Ovid. non amœnus. Ut, *regna inamœna*, Ru Land: *feritas inamœna*.

AMPHORA, æ, f. pr. ἀμφορεὺς, genus est vasis utriuq; ansatum & vino servando destinatum: capiebatq; 8 congios, sive 48 sextarios, En maade paa 48 potter. Æstimabatur autem amphoræ pondus centum libris. Amphora attica capiebat 72 sextarios, som en halff tynde Rum.

Amphoralis, le, om. t. quod est unius amphoræ capax Ut, *vas amphorale*.

Amphorarius, rii, m. s. qui mercedis gratia amphoram portat. Et adjectivè, *amphorarium vinum*, quod de dolio in amphoras est defusum.

AMPLUS, a, um, quod ita magnum est, ut sit multi capax à præpositione am, i. e. circum, & terminatione cum duplo triplo eadem, & copiam significante, viidlefftig / viid och rum. *Amplum theatrum, dolium, navis, porticus, domus, utris.* Et translatè, præstans dignitate, præclarum, ypperlig / drabelig. *Amplus vir, ampla mulier: amplus & grandis orator: amplissimus ad dicendum locus: amplissima Reipubl. gloria. Ampla munera & grata: negotia: familia ampla & honesta: amplissimo loco natus: ampliss. fortuna.* Itaq; amplus, qui quibuscunque animi, corporis & fortunæ bonis abundat. *Amplissimus ordo*, qualis est Senatorius: *Vir concione amplus: spectata fide amplissimus.*

Amplè, ius, issimè, modo amplo, viidtlefftigen / herligen / drabeligen. *Ample domum exornat, dicit, honores gessit. Senatus de hac re amplissimè decernit.* Habet & comparativum ampliùs peculiares quasdam loquendi formas. Sine casu pro præterea: *tibi hoc ampliùs dabo, quòd litteras mittam: etiam hoc ampliùs.* Item *hoc ampliùs docuit Theophrastus*, i. e. supra cæte-

ros, meere/ydermeere. Sic *paulò amplius quàm privatus.* Es cum casibus variis pro plusquam; *amplius octingentæ à littore discesserant: amplius decem nummos habeo: amplius duabus partibus majus: habet classem amplius quàm centum naves: Hora amplius jam laborat: triennium amplius jam ægrotat.* Et *triennio amplius: amplius sex menses: amplius triennium est: patet in latitudinem millibus amplius quingentis.* Hirtius quoq; cum genitivo posuit: *amplius duorum millium terga vertebant.*

Amplitudo, inis, f. t. ampli affectio, Stoerhed/ viidhed / viidlefftighed. *Amplitudo corporis.* Et translatè, *amplitudo tua: amplitudo famæ, nominis.*

Amplio, as, act. pr. Horat. amplum facio. Ut, rem ampliat. Et in judiciis *ampliare reum* dicebatur judex, qvum ei permitteret causam redintegrare propter obscuritatem, giffue Ampelering i nogen Sag. *Nefarium reum ampliarunt judices.*

Ampliatio, f. t. ampliandi actus. Qvum potestas hujus dabatur à judice; notabatur N. L. i. e. non liquet, Ampelering.

Ampliatus, a, um, cui concessa est ampliatio. Ut, *virgo ampliata.*

Amplo, as, apud Pacuv. pro amplifico, Ut, *causam humilem dictis amplant.*

Composita.

Exemplum, li, n. s. ex ampla materia sumptum unum aliquod & propositum ad totum cognoscendum, imitandum aut vitandum, Jt ſtycke ſom forklarer det hele Exempell. *Exemplum virtutis, vitii, dicti, sententiæ, literarum,* quod repræsentat nobis virtutem, vitium, dictum, sententiam, literas. Et *exemplum regulæ*, quod naturam regulæ demonstrat facto vel simili. Sic *mulier singularis exempli*; *uxor rarissimi exempli*, quæ specimen facti alicujus singulare edidit, quod nos efferimus, hueß liige mand ſkal lede efter/ Som haffuer icke ſin lige. Et *pessimis exemplis ipsum interfecit*, Med ſtoer forargelſe. Item *exemplum frumenti, purpuræ, aliarumq; rerum cognoscendarum*, h. e. specimen, ex quo de toto judicare licet, Proffue / Et ſlags/ Jtt ſyn. Ponitur & pro exemplari. Ut, *Domino misimus literarum exempla*, i. e. exemplaria. Item exemplum pro pœna, quæ uni, aliis exemplo, infligitur. Ut *exemplum in te statuam.* Aliter non male deducitur ab eximo, quasi quod exemptum est ad declarandum totum.

Exemplar, aris, n. t. exemplum sive imago rei, quatenus ad id simile facimus, sive quod ad unum exemplum factum est, Efterligneiſe/ Copi. *Exemplar literarum, librorum. Homo exemplar antiquæ religionis*, à quo exemplum religionis capi potest. Sic *vir exemplar virtutis*, qui exemplum & specimen virtutis edidit. *Exemplar antiquitatis*, i. e. ex antiquitate exempla, seu quæ antiquitatem repræsentant.

Exemplare, n. t. Lucret. idem.

Exemplarium, rii, n. s. Plin. idem, si vera est lectio.

AMULETUM, pen. prod. ti. n. s. Remedium erat collo alíve corporis parti appensum alligatúmve contra fascinum & sortilegia; sic dictum abamoliendo, quod amoliatur & depellat pericula, Saa ſom Suerdbreff och ander mand henger paa ſig mod wlycke / vaade oc trylleri.

AMURCA, æ, f. pr. ἀμόργη, sordes olei, &, ut volunt, quæ præcedunt. Nam quæ sequuntur fæces yocantur, Olie ſkimmel eller giærd. Exponitur & generaliter quicquid detergitur, Skum/ giærd. Aliter deducitur ab emergendo, quod ab oleo emergat, diciturq; pars olei aquosa. Ita ἀμόργη Isid. videtur factum ex Latino.

Amurcaria, dicuntur dolia, in quæ amurca infunditur.

Composita.

Examurco, as, Apul. act. pr. amurca purgo, ut *oleum examurcatur*, i. e. amurcâ defæcatur.

Examurcatus, a, um, amurcâ & sordibus purgatum.

AMUSIUM, sii, n. s. tabella ex qua ad libellam collocata deprehenduntur plagæ, unde ventorum certi flatus spirent, ab ἄμαθος, imperitus, quasi instrumentum pro imperitis inventum, Compaß.

AMUSSIS, is, f. t. regula fabrorum, & funiculus cretâ aut rubricâ illitus, quo dirigunt saxa aut ligna, ab ametior, Rettesnor. Unde translasâ significatione, *hæc ad amussim facta*, i. e. exactissimè & ordine certissimo. Exponitur & ferramentum, quo in poliendo utuntur. Aliter ab ἅπτω, tango, quòd tactu & tractu vestigia sui relinquat.

Amussitatus, a, um, ad amussim factus. Ut, *opera amussitata.* Et *amussitata indoles*, quasi adamussim facta.

Composita.

Adamussim, adverb. significans modo quodam ad amussim, Lige ſom / ochſaa rætt ſom en traad.

Examussim, adverb. idem. *Hanc rem ex amussim disputat.*

AMYGDALUS, li, f. s. ἀμυγδαλέη, nomen arboris, Mandeltræ.

Amygdala, læ, f. pr. fructus amygdali, Mandel. Accipitur & pro arbore ipsa.

Amygdaliceus, a, um, quod ad amygdalum pertinet. Ut, *folium amygdaliceum.*

Amygdalinus, a, um, pen. corr. idem. Ut *nux amygdalina*, Mandelkierne.

Amygdalum, li, n. s. Pall. fructus amygdali.

Amygdalites, m. pr. herba habens folia similia amygdalo.

AN, particula dubitationem sermonis ex incertitudine rei denotans, à potentiali ἂν sumpta, Om. Ponitur ferè in subjunctivo. Ut, *nescio an pater vivat*: Repeteturque toties ferè, quot membra sunt dubitationis. Ut, *refert etiam qui audiant, Senatus an populus, an judices, frequentes, an pauci, an singuli.* Interdum est adverb. interrogans, de facto, Mon. Ut, *an Romulus, aut pastores, aut convenas congregasse videtur?* Quærit autem ita, ut usitatè postulet negativam responsionem: interdum tamen affirmativam, ut ad hanc quæstionem: *an hoc tuum scelus?* responderi potest & affirmatè & negatè.

Composita.

Forsan, à fors & an, adverb. dubitandi, Maa ſkee/ kand ſkee.

Forsitan, idem. q. d. fors sit an. Sic per hyphen.

Forte-an, idem.

Hercle-an, pro sine dubio, certò.

ANAS, atis, f. t. pen. gen. corr. avis anceps, ſed natatu maximè tamen gaudens, unde & à no nato deducitur, ut, νῆσσα, ejusdem ſignificationis à νεῖν, nare, And/ Andrick.

Anaticula, læ, parva anas, aut pullus anatinus.

Anatarius, a, um, quod eſt anatis, ut *anatariæ plumæ.* Item quod ad anates pertinet. Ut *anataria aquila*, quæ venatur anates. Et abſolutè, *anatarius*, qui anates cuſtodit.

Anatinus, a, um, quod eſt ex anate, ut, *anatina caro.* Item quod eſt anatis, ut *fortuna anatina*, i. e. fortuna, quâ anas utitur; nempè quàm primùm ex aqua exierit, ſtatim areſcit; & licet diu in aquis, tamen non madet, neq; alget.

Anſer, eris, m. t. avis nomen per derivationem inquit Iſidorus ab anas, vel à ſimilitudine, vel quod & ipſe natandi frequentiam habeat, Gooß/ Gaße. Ponitur & in obſcœnis.

Anſerculus, li, m. ſ. parvus anſer, aut pullus anſerinus.

Anſerinus, a, um, quod eſt anſeris, aut ex anſere. Ut *anſerinus adeps*: *anſerina caro*, Gaaſe kiød. *Anſerinus pullus*, Gæßling.

Anſerina, æ, f. pr. herbæ nomen, quæ aliàs dicitur argemone.

Compoſita.

Vulpanſer, nomen anatis, Berg And/ Graff And.

ANCHORA, ſive ancora, æ, f. pr. ferramentum aduncum, quo in mari projecto retinentur naves; ab ἀγκύρα, ejusdem ſignificationis, Acker. Translatè ſignificat ſpem firmiſſimam. Eſt enim ſpes in caſibus vitæ & fortunarum id, quod ancora in tempeſtate. *Ancoras tollere* apud Varr. eſt moliri diſceſſum, Laſſuer till at vandre / oc reiſe.

Anchorago, inis, f. t. piſcis eſt adunco roſtro.

Anchoralis, le, om. t. quod ad anchoram pertinet. Ut, *anchorale ſuber*, Boje. *Anchoralis tractus.* Et, abſolutè, *anchorale* pro fune, quo ſubſiſtit navigium, Fabbell/ tov.

Anchorarius, a, um, Hirt. idem quod anchoralis. Ut *funes anchorarii*, Anckertov/ Raabenning. Et abſolutè, *anchorarius*, qui curam habet anchoræ, ut eam vel demittat vel elevet.

ANCULO, & anclo, as, antiquis idem quod miniſtro, ab ἀγκύλη, vas miniſtratorium & amentum, quaſi opis quædam adminiſtratoria: aut ab ἄγκων, cubitus, ut amanuenſis à manu: quaſi cujus miniſterio ſit actio. Ut *florem anculabant Liberi ex carcheſiis.* Aliter legitur antlare, ab ἀντλᾶν, haurire: verum id aut corruptè, aut permutatione quadam c in t.

Anclabris, Feſt. menſa miniſteriis divinis apta & ex qua, in ſacrificando Diis, anclabatur. Vaſa quoq; ænea, quibus ſacerdotes utebantur, anclabria dicta ſunt. Sed & hîc aliter legitur, Antlabra.

Ancula, læ, f. pr. antiquis fœmina miniſtra. Item Dea ancillarum, ut & anculi Dii earundem.

Ancilla, læ, f. pr. fœmina ſerva, mancipium fœmineum, tieniſte Piige. Aliter deducitur ab Anco Martio, qui in bello magnum fœminarum numerum cepit & mancipio deſtinavit.

Ancillula, læ, f. pr. deminutivûm, modò ſubſtantiæ, modò conditionis, Liden eller ringe tieniſte Piige.

Ancillaris, re, om. t. quod ad ancillam pertinet, ut *ancillare artificium.* Et *ancillares inſidiæ*, per contemptum, quaſi quæ fiunt ab ancillis, aut alieno ex arbitrio & imperio ſine judicio, qualia ſunt opera ancillarum; ſive quæ ancillam potius decent, quàm virum.

Ancillariolus, li, m. ſ. ancillæ addictus, qui ancillam amat.

Ancillor, aris, dep. pr. more ancillarum ſervio, miniſtro, ut, *ipſis privatim ſum ancillatus.*

ANETHUM, thi, n. ſ. ἄνηθον, nomen herbæ, Dild.

ANGELUS, li, m. ſ. Eccleſiaſticis Spiritus ſubſtantialis, à Deo qui mittitur ad obeunda miniſteria, ex ἄγγελος, nuncius, Engell. Dicitur autem indifferenter de malis Spiritibus & bonis: & interdum cum adjectione, Angeli boni, angeli mali.

Angelicus, a, um, quod eſt Angeli aut ſimile angelis, ut *chorus angelicus*, Engle Choer. *Angelica vita*, i.e. pura, Reent Leſſnet: *angelicum metrum*, celeritate nunciis aptum.

Evangelium, lii, n. ſ. eadem cum angelus origine, ab ἀγγέλλω, nuncio, εὐαγγέλιον, Græcis ſignificat omne lætum nuncium: Eccleſiaſticis autem peculiariter lætum illud ſalutis nuncium & doctrina de gratuita remiſſione peccatorum & æterna ſalute per Chriſtum Jeſum credentibus donanda, Evangeli / Saligheds gladelige Budſkab. Item pluraliter Evangelia, orum, Latinis, imitatione Græcorum, ſignificat mercedem, quæ pro inventæ rei nuncio datur; Findeløn. Item ſacrificia & ſupplicationes, quæ ob rem benè geſtam decerni ſolebant, Seirſang oc tackſigelſe udi Kircken for lycke och fremgang udi Krig oc andet. Item præmia quæ ob lætum nuncium dantur, Dricke penge for gode tidinger.

ANGO, is, act. t. propriè erat idem quod fauces conſtringo & Spiritum intercludo ab ἄγχω, ejusdem ſignificationis. Inde quidvis quocunq; modo ita conſtringo & involvo, ut exſerere ſe non poſſit, Engſter/ trenger. *Angere animum alicujus*: *bos robuſtus angit imbellem*: *angis te animi*: *angit eum dictis*: *multa ſunt quæ me ſollicitant anguntq́* : *hæc cura me angit.* Et paſs. *angor animi*, & *animo*, Jeg er bange. *Angebantur Romani*, i. e. oppugnationibus coarctabantur, ut ſe extricare non potuerint. Legitur & paſſivè angeor in ſecunda conjugatione.

Angina, pen. prod. næ, f. pr. morbus quo fauces anguntur & meatus cibi & Spiritus intercluduntur, ea forma ſic dicta, qua Græcorum ἀγχόνη, ab ἄγχω, ejusdem ſignificationis, Halsbyld/ Halsvæ/ Quærkebyld. Item funis navis, quo antenna ad malum conſtringitur, Racke eller draff. Sed in hac ſignificatione legitur & anguina & anquina.

Angor, oris, m. t. cura animum angens & diſcrucians, Angiſt/ Sorg oc Bekymrelſe; *angoribus ſe dat*: *ab angoribus ſe abducit.*

Angerona, ſive angeronia, æ, f. pr. Dea apud Romanos angores ac ſollicitudines depellens, cujusq́; ſimulacrum ore obligato ac obſignato in ara Voluptæ poſitum erat, ad ſignificandam voluptatem quæ patientiam in doloribus ſequi ſolet. Item ſacrificari ei ajunt, quod populus Romanus angina morbo præmiſſo voto eſſet liberatus. Aliter ſcribitur angenora ab angendo & cohibendo ore, quaſi ſilentii & taciturnitatis Dea: Eratq́; conſiliorum Dea.

Anguis,

Anguis, is, m. t. ſerpentis genus aquatile aut terreſtre, ſic dictus ab angendo corpore, quòd mirè ſe torqueat & in gyrum reflectat, Snog. Legitur & in genere fœminino.

Anguiculus, li, m. ſ. parvus anguis.

Anguineus, a, um, quod eſt anguium, ſeu quod ex anguibus conſtat, ut *anguineæ comæ Meduſæ; anguineus capillus.* Item quòd anguis ſimilitudinem exhibet, ut *anguineus cucumis*, i. e. tortuoſus & ſinuoſus ut anguis.

Anguinus, a, um, idem. Ut *anguina vernatio* pro pelle, quam verno tempore angues exuunt, Snoge-ſkind / *anguinum ovum*, Snogeg.

Anguilla, læ, f. pr. nomen piſcis à ſimilitudine anguis ſic dicta, Aael. Habet & aliquid à Græco ἔγχελυς, ejusdem ſignificationis.

Angulus, li, m. ſ. ſpatium inter duas concurrentes lineas & ſe invicem ſecantes, ſic dictus, quod ibi angatur & conſtringatur ſpatium: Unde *angulus ædificii*, ubi duo parietes coëunt, Krog/vraa. Sic in agris & regionibus, ubi duo latera conveniunt, atq; in acutum deſinunt. Et translatè, locus abditus & ſecretus, eò quod in ædificiis ſolent anguli eſſe obſcuriores & ſecretiores: ut *in angulum aliquò abeam*, gaa i ſkiull: *in nullo angulo totius Italiæ inveniri poteſt*: *revocat me ad verborum anguſtias & ad omnes literarum angulos.* Aliter deducitur ab ἀγκύλη, quòd incurvationem cubiti ſignificat. Conſtituit enim hæc curvatio talem figuram.

Angellus, m. ſ. Lucr. parvus angulus.

Anglones, Næv. triangulæ ſunt menſæ quaſi angulones, trekantet Bord oc Skiffue.

Angularis, re, om. t. quod angulos habet, ut *pilæ ex lapide angulari*, kantet Steen.

Angularius, a, um, jurisconſ. idem.

Angulatus, a, um, Cic. angulis præditum, hiørnet/kantet. *Corpuſcula alia rotunda, alia angulata.*

Angulatim, adverb. ſignificans per angulos, krogviiß.

Anguloſus, a, um, quod plures habet angulos, Mange kantet.

Anguſtus, a, um, quod eſt ſpatio exiguo, arcto & conſtricto, Sneffr/trang. *Pons, locus anguſtus, anguſtus clavus*, tunica erat anguſti clavi, ordini equeſtri propria, ut *latus clavus* ſenatorio. Et translatè, *anguſta oratio, animus anguſtus*, i. e. abjectus. Et abſolutè in neut. gen. *res in anguſtum contracta*, i. e. difficultatem, Trang. Et *ſocietatem humanam in anguſtum concludit*, i. e. numero exiguum facit, giør ind/kniber ind/giør ringe. Comparat. anguſtior, anguſtiſſimus.

Anguſtè, ſtiùs, ſtiſſimè, modo anguſto, ut *anguſtè deſinit, dicit*, i. e. valde breviter & jejunè, alt for kort.

Anguſtia, æ, f. pr. anguſti affectio, trang/Sneffrhed. *Anguſtiæ fretorum, maris, littorum.* Et translatè, *anguſtia orationis, rei familiaris, pecuniæ publicæ. Anguſtiæ pectoris tui*, i. e. infirmitas: *Anguſtiæ temporis*, i. e. ærumnæ. *In anguſtias maximas conjectus*, i. e. difficultates, vaade oc beſuerlighed.

Anguſtitas, atis, f. t. antiquè, idem.

Anguſto, as, Lucano, act. pr. anguſtum facio. Ut, *qua maris anguſtat fauces ſaxoſa caryſtos.*

Anguſtandus, a, um, Sen. quod anguſtari debet, ut, *anguſtanda ſunt patrimonia, ut minus ad injurias ſimus expoſiti.*

Anguſtatus, a, um, quod anguſtavimus, quodvè anguſtè contractum eſt, ut, *terra anguſtata verticibus, lateribus latior.*

Anxius, a, um, qui animo angitur, quivé natura eſt ad angores procliviior, Angiſt oc bange. *Homo anxius, animus, amor, ægritudo: non omnes anxii ſunt, qui anguntur aliquando, nec anxii ſemper anguntur*, Engſtige/Harmgiffne. Et cum caſu, *anxius ſuam vicem magis quàm ejus*, i. e. ſollicitus, Ombyggelig. Legitur & *anxus* apud Diomedem.

Anxiè, modo anxio, anxiè quærit, i. e. ſollicitè: *anxiè fert*, i. e. ægrè.

Anxietas, atis, f. t. motus & affectus anxii, Angiſt oc banghed. *Anxietas non eſt angor.*

Anxitudo, f. t. Cic. idem.

Compoſita.

Argentingina, æ, f. pr. ficta voce, quaſi angina ex argenti & pecuniæ cupiditate proficiſcens, Penge ſtuge.

Coanguſto, as, in unum anguſto plura: vel ſimul anguſto.

Inangularis, re, om. t. Plin. ſine angulis, ut tubercula, quæ in angulis oculorum oriuntur, dicuntur inangulares.

Multangulus, a, um, multos habens angulos.

Peranguſtus, a, um, admodum anguſtus, ut, *fretum perangustum.*

Quadrangulus, a, um, quod quatuor habet angulos.

Rectangulus, a, um, quod habet lineas in rectum productas, & ita coëuntes, ut nulla ſit, quæ magis promineat, quàm altera.

Septangulus, a, um, ſeptem habens angulos.

Sexangulus, a, um, ſex habens angulos, Sex kantet. *Latera ſexangula; ſexangulæ cellæ apum: ſexangula cera*, i. e. cella apis.

Sexangulatus, a, um, idem.

Triangulus, a, um, tres habens angulos, ut, *ager triangulus, pedum quoq; verſus trecentorum.* Et abſolutè triangulus, figura tres habens angulos.

Triangularis, re, om. t. quod trianguli forma eſt.

Triangulatus, a, um, quod habet tres angulos. Et abſolutè Mathematicis, figura quæ conſtat tribus angulis.

ANIMUS, mi, m. ſ. propriè idem quod ſpiritus, ab ἄω, ſpiro, flo, & ἄνεμος, ventus. Ut, *Deus eſt animus*, i. e. Spiritus. *Si anima animus eſt*, i. e. Spiritus, flatus, *diſſipabitur. Animum recipe*, i. e. Spiritum pro reſpira. Inde uſitatius animus, interna vis, quâ regitur homo, quia ejus ſedem putabant eſſe Spiritum, Sind. Ut, *animus eſt qui vivit, qui ſentit, qui meminit, qui prævidet & movet & moderatur id corpus, cui præpoſitus eſt: animo ſuo morem gerit: animus gloriæ cupidus.* Sic, pro variis animi motibus: *noſtris animus; hoſtibus timor*; i. e. noſtris, ſpes, virtus, audacia: *ejus animos atq; impetus retardavit*, i. e. feritatem, temeritatem, iram. *Animis veſtris mandate*, i. e. memoriæ. *Novi animum tuum*, i. e. ingenium. Item pro voluntate, affectu & jucunditate, ut *animi cauſa* hîc ſum, for lyſt ſkyld. Item animus pro libidine. Definitur & animus, vis ipſa animæ, qua homo ſapit & intelligit. Sic anima ſubjectum eſt, animus adjunctum: Unde Cic. *animus anima continetur.* Poniturq; alterum ſæpè pro altero, ut animus pro anima: *animos immortales credo.*

Animulus, m. ſ. vox eſt blandientis, ut, *mi animule, mi olympio, mea vita.*

Animoſus, a, um, plenus animi, Modig. *Vir fortis & animoſus. Senectus animoſior eſt quàm adoleſcentia.* Et translatè, *animoſus Eurus*, i. e. impetuoſus. Et tropicè,

animo-

animosum equi pectus, quod latitudine sua animositatem equi ostendit.

Animosè, magno animo, Modigen. *Animosè & fortiter facit.*

Animositas, atis, f. t. animosi affectus, Modighed.

Anima, æ, f. pr. Spiritus vitalis omnium, quæ vivunt: diciturq; non tantum de animalibus, sed & plantis, Liff oc Aand. Et peculiariter de parte hominis immortali, Siæll. Inde simpliciter ipsa vita, ut, *nihil nobis domi præter miseram animam: ventis & navibus animam committit nauta.* Ponitur & pro ipso homine, ut, *egregiæ animæ, quæ sanguine hanc nobis peperere patriam.* Item pro animo & ira, ut *animam comprimè.* Item pro sono, ut *Phrygias audire animas.* Sic pro spiritu & aëre, ut, *inter ignem & terram, aquam Deus animamq; posuit: quantum ignes animæq; valent: Si animus simplex, utrum sit ignis an anima an sanguis.* Anima, inquit Varro, aër conceptus ore, defervefactus in pulmone, tepefactus in corde, diffusus in corpore. *Anima senis fœtida*, i. e. halitus: *animam compressi*, i. e. spiritum: *ne quid amittat animæ dormiens.* Sic *animæ secundæ*, i. e. venti. *Anima putei* apud Plaut. pro aqua, vel halitu ex fœtore prodeunte ex puteo, qual oc damp. Item anima pro pecunia, ut *animam cum cista everrit.*

Animula, læ, f. pr. vox est blandientis. Item contemnentis.

Animal, lis, n. t. quod anima sentiente præditum est, Diur/ Creatur. *Inter omnia animalia homo animal est probidum & sagax.*

Animalis, le, om. t. quod animam habet, vel animam præbet, Leffuendigt. *Natura animalis: intelligentia quædam animalis per omnia permeat & transit: corpora colligata animalibus vinculis.* Et *terra circumfusa undiq; animali spirabiliq; natura*: sed in hoc exemplo aliter legitur *animabili*, pro unde anima ducitur. *Exemplum animale*, i. e. vivum. *Animalis hostia*, quæ mactabatur eam solum ob causam, ut ejus anima Deo alicui offerretur. *Animales Dii*, qui facti sunt ex hominibus.

Animalitas, f. t. Scholasticis, ipsa animalis essentia.

Animo, as, act. pr. animam seu vitam inspiro, giffuer liff. *Tot diebus animantur.* Item animum do, giffuer moed. *Ipsum ad prælia animabat.*

Animans, tis, om. t. anima vitali præditum, ut cum dicunt, *mundum animantem sapientemque esse.* Sic *animans natura.* Et translatè, *animans lex*, i. e. vivens. Item absolutè, *animans*, in genere fœminino, idem quod animal, ut *animantum aliæ coriis tectæ, aliæ villis: cæteras animantes abjecit ad pastum.* Dicitur & de arboribus, fructibus & herbis, quibus anima inest vegetativa: sed hoc neutro genere.

Animatio, f. t. animandi actus, Leffuendiggiørelse och Skabning. *Animantum animatio cœlum divina quædam est animatio ex igne.*

Animatus, a, um, quasi quod animavimus, vel anima est præditum, ut, *stellæ mentibus animatæ.* Animatum est quod motu cietur interiore & suo. Item animo & voluntate affectus, till Sindz. *Animatus sum in te bene aut male.* Item magnanimus & animosus.

Composita.

Æquanimis, e, om. t. Auson. & æquanimus, a, um, qui est animo æquo, qui nec prosperis extollitur, nec adversis frangitur, vell tilfredz/ stadig sindet/ som lader verden jeffne sig selff.

Æquanimiter, idem quod animo æquo, tolmodelig/ vell tillfredz.

Æquanimitas, f. t. Ter. æquamini affectus, cum scilicet omnia in bonam partem interpretatur

Exanimus, a, um, & exanimis, me. om. t. animâ cassus, quasi sine anima, Død. *Corpus exanimum auro vendebat Achilles.* Item animo turbatus, forfærdet/ forskrecket. *Audiet exanimis.*

Exanimalis, le, om. t. Plaut. quod exanimatur. Ut, *faciam ipsum exanimalem.* Item quod exanimat, ut *curæ exanimales.*

Exanimo, as, act. pr. quasi animo perterreo, ut, *oratio hæc me miseram exanimabit metu.* Et pass. *exanimatur metu*, Band daaner. Item animâ privo. Ut, *multos exanimabit rigor nivis insolitus*, tog liffuet aff.

Exanimatus, a, um, quod exanimavimus, sive idem quod exanimus.

Exanimatio, f. t. exanimandi actus.

Flexanimus, a, um, quod animum flectere potest, ut, *oratio flexanima.*

Inanimus, a, um, quod anima & vita caret.

Inanimalis, le, quod animal non est, ut lapis, arbor.

Inanimatus, a, um, idem quod inanimis.

Longanimis, me, om. t. recentioribus, imprimis Ecclesiasticis, qui æquo animo omnia tollerat, Langmodig.

Longanimitas, atis, f. t. longanimis hominis affectus.

Magnanimus, a, um, qui est magno animo: accipiturq; in bonam partem, Stoermodig/ Modig. *Magnanimus Dux, magnanimus leo.*

Magnanimitas, f. t. magnanimi affectus & motus, Modighed/ stoer modighed.

Pusillanimus, a, um, qui est animo pusillo, exiguus animi, Mistrøstig.

Pusillanimitas, atis, f. t. pusillamini affectus, Mistrøstighed.

Pusillanimiter, modo pusillanimi.

Semianimis, me, om. t. qui non est integra vita & anima, sed ad mortem propius accedit, Halff død. *Mulier semianimis.*

Semianimus, a, um, idem, ut, *corpus semianimum.*

ANISUM, si, n. s. ἄνισον, nomen herbæ ejusq; fructus, Aniis.

ANNUS, ni, m. s. tempus, quantum Sol suo cursu conficit à puncto in idem facta revolutione, ab ἔννω, ejusdem significationis, Aar. Constat autem diebus 365 horis 6 cum aliquot minutiis. Dicitur & de mensura spatii lunaris. Unde *annus lunaris*, En Maaned. Et *Arcadum annus tribus constabat mensibus* Item de revolutione omnium planetarum ad suum cujusq; locum, unde sunt digressi; ut *annus magnus* continet solares secundum Cicer. Hortensium, duodecies mille nongentos quinquaginta quatuor. *Annus Saturni* ex revolutione Saturni dicitur triginta annorum. Aliter annus à præpositione am significante circum. Item per concisionem ab annulus, propter circularem revolutionem. Et definitur à Varrone tempus à Bruma ad brumam dum sol redit.

Anniculus, li, m. s. deminutivum denotans parvitatem substantiæ, quam annus meritur, non deminutionem anni, ut, anniculus agnus, Lidet Aaargammell Lamb. Sic annicula vitis.

Anna,

Anna, næ, f. pr. Dea Romanis, cui in auſpicium anni bonum ſolebant ſacrificare.

Annalis, le, om. t. quod ad annos pertinet. *Annalis lex*, quæ præſcribebat legitimam ætatem ad petendum magiſtratum. *Annale tempus*, quod eſt unius anni. *Annalis clavus*, qui parieti figebatur ad obſervandum annorum numerum, Aarßmercke. Sic *annalis baculus*, dici poteſt, in quo notatur ratio anni ejuſq; dierum, rimſtock. Item abſolutè, numero plurali, & gen. maſc. Annales, narratio conſequens rerum geſtarum plurium annorum, Aarsfrønnicke: *annalium vetuſtas, ordo, monumenta.* Legitur & ſingulariter, bis in Cicerone.

Annarius, a, um, idem quod annalis, ut, *lex annaria.*

Annata, tæ, f. pr. Eccleſ. unius anni fructus Romanæ Eccleſiæ a b Epiſcopatu ſolvendus.

Annò, adverb. pro anno præterito, I fiord. *Utrum annò an hornò te abſtuleris à viro? habebat me annò unà dum hic fuit*, i. e. præterito anno. Sic *venit annò*, i. e. ante annum.

Annona, pen. prod. f. pr. fructus omnis quantusvé ad annuum victum reponitur, forraad oc Aarsgrøde. *Annona frumenti, lactis, carnis.* Sic *annona veneni.* Et translatè, *annona vilis amicorum.* Ponitur & pro certa finitaq; annuorum cibariorum ratione, Forraad. Item abuſivè, pro ipſo victu. Item veteribus pro annua mercede & ſtipendio. Item pro pane, ſicut panis rurſus pro annona.

Annonarius, a um, quod ad annonam pertinet, ut *lex annonaria*, quæ eſt de curanda annona: *annonariæ expenſæ*, quas provinciales militibus expendebant, Mad ſkatt.

Annonatinus, a, um, idem, ut *annonatina navis*, quâ annona comportatur.

Annoſus, a, um, quod multorum eſt annorum, Gammell.

Annotinus, a, um, quod eſt unius anni. Ut, *annotini ungues, fructus.*

Annuus, a, um, quod ſpatio unius anni conficitur, Itt Aars. *Annuus Magiſtratus: annua provincia.* Sic, Jurisconſ, *annua die*, en viſſe Dag om Aaret. Item quod fit ſingulis annis, ut *annua ſacra; annua ſacrificia*, Aarlige Offer. Item abſolutè, annua dicuntur, alimenta in ſingulos annos.

Annuatim, adverb. ſingulis annis; ſed dictio eſt Claſſicis ſuſpecta.

Compoſita.

Abannatio, f. t. unius anni exilium.

Abannitus, qui in annuum exilium cædis perpetratæ cauſa ejectus eſt. Fictæ autem ſunt voces ad Græcorum ἀπεννιαυτισμὸν, i. e. abennatio, ab ἔτος, annus.

Biennis, ne, om. t. quod eſt duorum annorum, tu Aar gammell.

Biennium, nii, n. ſ. ſpatium duorum annorum.

Decennis, ne, om. t. decem annorum.

Decennalis, le, idem.

Decennarium, rii, n. ſ. ſpatium decem annorum.

Peranno, as, n. pr. integrum anni tempus vivo, & quaſi annum perago, ut, *puellâ natâ non perannavit.* Legitur & perenno.

Perennis, ne, om. t. per omnes annos, aut toto anno durans. Habeturq; vox paſtorum, qui cum torrentes æſtibus deficere viderent perpetuarum beneficium aquarum hoc nominis per univerſum anni tractum traduxere, Stedze varende. Hinc *aqua perennis*, quæ anni

nullo tempore deficit: *mola perennis*, quæ aquis perennibus utitur. Inde ſimpliciter idem quod perpetuum, ut, *perenne lucrum: perennia ſtudia: perennes & perpetui curſus ſtellarum. Perennis ſervus*, qui perpetuo ſervit uni domino. Et comparat. *perennius æs*, i. e. durabilius. Et plural. neut. gener.

Perennia, orum, ceremoniæ in auſpiciis ſervari ſolitæ: quo tamen loco aliter legitur peremnia ex amne.

Perennè, Colum. Ut, *perennè fabricandæ decimodiæ & trimodiæ.*

Perennitas, f. t. perenni tempus, Langvarendhed. *Ea cœli poſitio perennitatem fructibus affert*, At de giemmis Aaret offuer eller vare lenge. *Cibus perennitatis*, Plaut. pro cibo perenni.

Perenno, as, n. pr. annum duro, aut per multos annos, per multum tempus, vare lenge. *Roſa multis annis perennat: boves perennant: arte perennat amor.*

Quadriennium, n. ſ. ſpatium quatuor annorum.

Quinquennis, ne, om. t. quinq; annos natus, ut, *filia quinquennis.*

Quinquennalis, le, om. t. quod fit quinto quoq; anno, ut, *quinquennales ludi.* Et *quinquennalis Magiſtratus*, qui quinq; annis continuis gerebatur.

Quinquennium, n. ſ. ſpatium quinq; annorum.

Quotannis, adverb. ſignificans ſingulis annis, q. d. quoto anno, Huert Aar/ Aarligen. *Siculi ex cenſu quotannis tributa conferunt.*

Quotennis, ne, om. t. ætatis interrogativum, ſignificans quot annorum, Huor gammell? *Quotennis ille eſt? biennis.* ἔτηλον.

Septennis, ne, om. t. quod eſt ſeptem annorum. Ut, *puer ſeptennis.*

Solennis, ne, om. t. pr. prod. Feſto, quod omnibus annis præſtari debet, ex oſca voce, Sollo, i. e. toto Scribiturq; ſolennis & ſollennis. Inde ſolenne, quod quotannis fieri ſolet. Ut, *ſolennes ludi, ſolennia ſacra. Solenne ſacramentum*, in quo quilibet miles jurat ſe non diſceſſurum militiâ, niſi poſt completa juſta ſtipendia, quæ viginti quinq; annorum erant. Ponitur & pro ſolito, recepto, & conſueto, ut *mulieribus ſolenne fuit ex ſuperiori loco ſpectare gladiatores.*

Solenne, is, n. t. & ſolennia, plural. feſta quæ ſingulis annis certo tempore fiunt, Aarlig Feſt oc Høytid. Inde *ſolennia funerum*, pro ſolenni funeratione.

Solenniter, adverb. ſolenni modo. Item ſingulari quadam majeſtate.

Triennis, ne, om. t. quod eſt trium annorum.

Triennium, nii, n. ſ. ſpatium trium annorum, Tre Aars tid. *Triennium fuit in Aſia.*

ANSA, æ, f. pr. projectura quædam ſtricta & incurva vaſi addita, ut ea faciliùs apprehendatur & feratur, ex ango quaſi anxa: aut ab ago, quaſi aſa, qua agebatur ferebaturq;, Hancke. *Attrita perdebat cantharus anſa.* Inde quodvis manubrium, øre/ Haandfang/ Skafft. Item unde aliquid ſuſpendimus, Haage krog. Item fibula, quæ calceo aſſuitur, Skuſpende. Item *anſa gubernaculi*, Roerſtock eller Speger. *Anſa auriculæ*, ørelep. In catenis quoque vocantur anſæ annuli ex quorum connexione conſtat catena. Item anſa in quo examen verſatur. Item translatè, occaſio. Ut, *hæc tibi anſa eſt ad reprehendendum: anſa ſermonis, reprehenſionis, controverſiæ: anſa dicendi, rogandi, &c.*

Anſula, læ, f. pr. parva anſa, tùm propriè, tùm translatè.

Anſa-

Anſarium, rii, n. ſ. cultellus ſutoris, quo pelles purgant, Skaffuekniff. ἄδηλον.

Anſatus, a, um, quod anſam habet. Ut, *Vas anſatum*, med hancke eller øre. *Anſatus homo*, qui incedit brachio utroq; anſarum in modum ad latera applicato, En med næffuene udi Siden. *Anſatum telum*, quod anſam ſeu amentum habet. Et abſolutè, Ennio, *anſatæ, arum*, jaculamenta cum anſis.

ANTE, præpoſitio denotans ſitum in conſpectu & pro fronte, ab ἄντα, ejusdem ſignificationis, For: idq; propriè ratione loci: inde temporis. *Ante pedes; ante templum, portam. Ante lucem ſurgit*: *ante tempus deficit*, Slipper i wtide. *Ante duos annos*: *ante Prætorem mortuus*: *ante oculos.* Item ratione comparationis, fræm for. *Eum ante me diligo*, i. e. magis: *ante alios fortunatus*, i. e. præ. Item ſine caſu, *non ante, ſed retrò.* Item adverbialiter ſub ratione temporis, før. *Quid me mones, quæ triduò antè cogitaram*: *qui volunt eſſe aſoti, Philoſophi antè fiant*: *De his ante ad te falſum ſcripſit. Anno ante erat Magiſtratus.* Componitur & cum nominibus diverſorum caſuum, idq; itidem ratione temporis. Ut, *antemalorum memoria*, i. e. præteritorum. *Antecomæ*, quæ ſunt ante. Sic, *anteparta, antelino, antecupidinibus.* Scribi autem ſolent *ante malorum*, nimirum duæ dictiones uno accentu. *Ante exſpectatum*, ſive una dictio ſive duæ, pro citiùs quàm exſpectatur, førend mand viſte aff. Aliter deducitur ex an, i. e. circum, & enclitica te; habeturq; vox caſtrenſis. Nam cum aliquid circumcinctum obſiderent oppidum, dicebant ſe eſſe ante oppidum.

Anterius, Boëtio, comparativum oppoſitum poſteriori.

Antæ, arum, ſive antes, arrectaria oſtii, ad quæ repagulo clauditur janua, forſtolpe. Item ultimæ columnæ quadratæ, quibus ſuſtinetur fabrica, ſive pilæ lapideæ in parietum extremis partibus. Aliter antes dicuntur quadraturæ: antæ verò columnæ quadratæ. Legitur & ſingulare anta. Item antes m. plur. extremi ordines vinearum.

Antiani, inquit Calepinus, videntur dicti Magiſtratus in urbibus, qui ſemeſtrem Magiſtratum exercent: qui velut antes columnæ totius urbis onera ſibi incumbentia ſuſtinent.

Antarii, ſive antani, Vitruv. funes, qui per trochleæ orbiculos trajiciuntur. Sed ſuſpecta eſt lectio, legentibus aliis ductarii.

Antarium, rii, n. ſ. exponitur bellum, quod ad urbem geritur. Aliter legitur antarſum.

Antenna, næ, f. pr. lignum transverſum in malo, quo velum diſtenditur, Raae/Seiglſtang. Aliter antenna non per productionem, ſed per compoſitionem habetur quaſi antenſa, ab an, circum, & tendo. Legitur & antemna ex Iſidoro ab amne. Sed ridiculè confuſis antemnis, urbe Italiæ cum antenna navis.

Antiæ, arum, f. plur. capilli muliebres propenduli, Gil/lielock.

Anantiæ, arum, capilli à fronte de pendentes. Si vera eſt lectio, videtur dictum per Battiſmum. Legitur & alibi ananſiæ.

Anticus, a, um, pen. prod. quod anterius eſt, for till. Unde anticas vocaverunt fores templi anteriores. Item ædium, gadedør / for dør. Erant autem antica & poſtica, verba augurum pro parte quæ ante eſt & poſt, ſive latere ante & poſt.

Antilena, æ, f. pr. lorum ante pectus jumenti, Bryſtrem/ Bryſtycke.

Antiqvus, a, um, quod multo tempore ante nos noſtraq; tempora fuit, gammelt/fordomt. Et translatè, bonum, præſtans, ſine dolo, quoniam major fuit antiquorum probitas, candor & ſimplicitas. Ut, *homo antiqvus*: *homo antiqua virtute*: trofaſt oc Retſindig. Sic, *antiqvum obtines*, i. e. probitatem, ſive es antiqua probitate: *noſtra amicitia nihil antiquius*, i. e. melius, ſanctius, præſtantius. Et *pauperibus multis pecunia antiquior eſt officio*, i. e. melior, *de te mihi antiquiſſimum eſt*, i. e. ſanctiſſimum: *hujus rei cura ſemper mihi antiquiſſima.* Item antiqvus dicitur, qui ex longinquo & diuturno tempore nobis eſt conjunctus, gammell ven. Aliter dictio habetur compoſita, quaſi ante ævum.

Antiquè, more antiquorum, ſive tempus, ſive mores reſpexeris, ut, *antiquè dictum, antiquè dicit.*

Antiquarius, m. ſ. qui antiquitatis ſtudioſus priſca monumenta aut veterum monetas exquirit.

Antiquitas, atis, f. t. ipſa ætas antiquorum, gamle dage/ fordom tid. *Multa ab ultima antiquitate repetit.* Item mores & facta; ut *à quibusdam commendatur antiquitas*: *non omnia antiquitati concedenda*: *tantum in gente Italica antiquitatis fuit*, i. e. probitatis. *Vir documentum antiquitatis*, i. e. probitatis.

Antiquitùs, adverb. pro olim vel antiquorum tempore, i gammell dage / i fordom tid. *Auctoritas ſumma antiquitùs erat in Heduis.*

Antiquo, as, act. pr. in antiquis habeo, i. e. obſoletum facio, Affligger. *Antiquare legem, rogationem*: Exponitur & in antiqvum morem reduco.

Antiquatio, onis, f. t. antiquandi actus, ut antiquatio legis.

Compoſita.

Perantiqvus, a, um, valdè antiqvus.

ANTERIS, pen. prod. idis, f. t. ἀντηρίς, tignum cui arrectaria ſucculæ, capite nituntur, Saa ſom det Been oc Sparre / der ſettis imod en Vind eller Kran. Item cujuscunque ſtructuræ inclinatæ ſuffulcrum, Vnderſtander/ Sule / hielpe ſtytte. Item alterum latus tecti domus faſtigiati, anteris dicitur, quia alteri quaſi fulcrum quoddam eſt, det halffue Tag paa Huuß. Item anterides, lapideæ ſtructuræ altiora ædificia fulcientes, bygt pille till nogen bygning.

ANTIDOTUM, pen. corr. ti, n. ſ. ἀντίδοτον, remedium, quod contra venena aut morbos, quos timemus, datur, Gifft/ pulffuer / teraggels oc andet ſaadant.

Antidotus, ti, f. ſ. idem.

Antidotarius liber, in quo de antidotis tractatur.

ANTLO, as, act. pr. antiquis pro haurio, ex ἀντλέω, ejusdem ſignificationis. Ut, *florem antlabant Liberi ex Carchèſiis*, i. e. vinum hauriebant. Vide ſupra in anculo.

Antlia, æ, f. pr. machina hauſtoria, quâ è ſentina attrahitur exinaniturq; nautea, Pomp. Item inſtrumentum quodcunq; hauriendis aquis paratum, Vandhiul/ Bryndjunge/ øſe/ etc.

Compoſita.

Exantlo, as, act. pr. quaſi ex aliquo antlo, vel totum antlo, ut, *vinum poculo exantlabit.* Et translatè, *exantlare annos, labores, ærumnas*, eſt perferre, vdſtaa/ dricke i ſig/ tage imod.

Exantlatus, a, um, quod exantlavimus, vdſtaaedt. *Exantlati labores.* Et *exantlatum corpus*, cui vires ſunt exhauſtæ, vdmarterett.

ANTRUM, tri, n. ſ. caverna, à natura facta, ἄντρον, Syb hule under Jorden. Erant autem antra Nymphis ſacra.

Antræ, Feſt. convalles vel arborum intervalla. Aliter legitur angræ.

Antruo, as, n. pr. antiquis pro in antris ago.

ANUS, pr. prod ni, m. ſ. cutis ſuperans umbilicum, cujus rugæ ſenii indicium, ex an, i. e. circum deducta voce, Bugryncke. Item podex, Røff.

Anulus, vel uſitatiùs annulus, li, m. ſ. idem quod circulus ſive orbis quaſi parvus anus: Peculiariter eſt ornamentum digitorum, quod ferreum primum geſtaſſe fertur Prometheus: atquè inde erat annulus inſigne ordinis equeſtris, Finger ring. *Digitis elabitur annulus unctis.* Ponitur & pro quocunq; orbe ad hujus ſimilitudinem facto, Ring. Ut, *annulus rotæ*, Hiulering. Item translatè, de capillo intorto, Kryllet haar. Aliter deducitur ab annus.

Annellus, li, m. ſ. parvus annulus.

Annularis, re, om. t. quod ad annulum pertinet. Unde *annularis digitus*, qui annulo exornatur, proximusq; eſt minimo ſiniſtræ manus, Prange finger. Præbuerunt autem huic digito hunc honorem veteres, quòd in tutiſſimo manus loco ſitus eſſet: quòd nervus tenuis à corde in digitum iſtum ſiniret: quòd digitus iſte aliàs ignobilior eſſet inter omnes, &c.

Annulare, Plin dicitur candidum quoddam, quo muliebres picturæ illuminantur: fitq; ex creta admixtis vitreis gemmis ex vulgi annulis.

Annularius, rii, m. ſ. qui annulos facit.

Annulatus, a, um, annulis ornatus. Unde *annulatæ aures*, quæ inaures habet, øre med ørering eller ſmycke.

ANUS, pr. corr. us, ſ. q. mulier eſt vetula ab anis umbilici circulis ſic dicta, quaſi multos habens anos, gammell Kyncket/ Skrumpen fierling. Aliter deducitur ab anno, quaſi annoſa. Aliter ex α privativa & νῦς, quaſi ſine mente, quòd jam deliret, & mente quodammodo careat.

Anicula, læ, f. pr. deminutivum, notans modò parvitatem ſubſtantiæ, modò annorum paucitatem.

Anicularis, re, om. t. quod eſt anus, ut *verba aniculæ*, fierling ſnack.

Anas, atis, f. t. morbus anuum, ſicut ſenium morbus ſenum.

Anilis, le, om. t. quod eſt anus, vel anum refert, ut, ſtudium anile, fierling gierning.

Anilitas, atis, f. t. ætas anilis. Item mores aniles.

Aniliter, more anus, ut *aniliter multa loquitur.*

Anitas, atis, f. t. Gloſs. Idem quod anas morbus.

APER, pri, m. ſ. porcus ſylveſtris & ferus, à κάπρος, ejusdem ſignificationis, Vildſuin/ Vildbaße. Hieroglyphicon eſt hyemis propter horrorem & aſperitatem.

Aprarius, a, um, quod ad aprum pertinet, ut, retia apraria, Vildſuin Pander.

Aprinus, a, um, idem. Item quod ex apro eſt, ut, *caro aprina.*

Aprugnus, a, um, quod ex apro eſt, ut *caro aprugna.* Et pro eodem abſolutè, *aprugna*: *callum aprugnum*, eſt apri caro calloſior.

APICUS, a, um, Feſt. ſine vellere & lana, ex α privat. & πέκος πεκὸς, lana. Unde *apica ovis*, i. e. glabra, Nøgen Faar eller Stackvldet.

APINÆ, arum, f. pl. de re dicitur quacunq; viliſſima & contemtiſſima, ab oppido quodam Apuliæ ignobili, ejus nominis. Peculiariter ſignificat genus nucis viliſſimum, quod cutem verius habet, quàm putamen: in qua tamen ſignificatione ſuſpecta eſt lectio: legentibus aliis ſapinæ; aliis appiniæ.

APLUDA, ſive appluda, æ, f. pr. antiqua & ruſtica voce, purgamentum milii, panici & Zizaniæ, qvum in frumento palea dicatur, ex adplodendo ſic dicta, quòd flatu dejiciatur, & quaſi adplodatur, Jt ſlags klid/ affdrifftning. Exponitur & ſorbitionis liquidiſſimum genus, eadem ex cauſa.

APLUSTRE, ſtris, n. t. ornamentum navis, quaſi ampluſtrum, ut ajunt, quòd erat amplius, quàm neceſſarium uſu: aut ex α privat. & πλέω, navigo, quaſi velum ad navigandum non neceſſarium, Skibsflag. Gloſſario exponitur πτερὸν πλοίου, ala navis, quod quidem congruit cum Græco ἄφλαστον, quod interpretantur idem eſſe, nec non aſſumentum ad proram: Item partem navis, quaſi ἄφλαστον. Adeoq; Apluſtre non inepte inde deduci videtur. Apluſtria etiam Iſidoro græca voce dicuntur trudes ferratæ, h. e. amites cum ferro lunato, alas quaſi referente quasdam.

APO, is, act. t. verbum priſcum & antiquatum ſignificans necto, annecto, vinculo comprehendo, aſſequor, ex ἅπτω, ejusdem ſignificationis. Item legitur antiquè ape pro compeſce, prohibe.

Amentum, ti, n. ſ. anſula ex loro facta in media haſta, in quam inſeritur digitus ad adjuvandum ictus conatum, ita dictum ex apo, propter nexum, ut Græcorum ἄμμα, ejusdem ſignificationis ex ἅπτω, eadem ex cauſa, Hielpe rem. Exponitur & nervus in arcu, Bue ſtreng. Et translatè, omne genus ligamentorum, Baand/ Rem. Aliter hoc nomine habetur propriè dictum eſſe ligamentum, quod infra mentum conſtringitur ad retinendum pileum, quaſi ex ad & mentum. Verùm ſignificatio hæc conveniens quidem, ſed originatio inepta.

Amento, as, act. pr. Lucan. amento munio, ut *jaculum amentabit habena.*

Amentatus, a, um, cui annexum eſt amentum, ut, *haſta amentata.*

Apex, icis, pen. gen. corr. m. t. lana modica faſtigio pilei Flaminii annexa & apta, top/ſip/ Silcke buſk eller viſk offuen paa en hue eller hette. Inde, translatè, ſummum rei faſtigium. Item ſumma dignitas. Item apices dicuntur notæ accentuum literis ſuppoſitæ, Tød/ deil/ accent. Item tropicè, ipſe Flaminis pileus. Item quicunq; alius faſtigiatus, Spitz/ toppedt Hue eller hatt. Dicitur & criſta avium, Fuglekam. Item in roſa apex dicitur, quod veluti filamentū è calicis ſinu proſilit.

Apiculus, li, m. ſ. parvus apex.

Apiculum, li, n. ſ. filum quo Flammines velati ſive velatum apicem gerebant.

Apexabo,

Apexabo, onis, inteſtinum ſanguinis plenum adjuncta arvina, dictum quod in ſummitate quoddam quaſi apicem in capite habeat, Strudpølſe / Blodpølſe.

Apis, is, f. t. inſecti genus melli opifex, ſic dicta ex apo, vel quòd pedibus mutuò ſe alligent & annectant: vel à colligendo & acquirendo melle: vel à favorum connexione & ſtructura, Bj. Aliter deducitur ex privat. α & πούς, pes, quaſis ἄπους, i. e. ſine pede, quia ſine pedibus naſcitur. Unde Lucianus apem vocat ζῶον ἄπουν: Et Virg. de apum generatione, *trunca pedum primò, &c.* Malunt autem alii apes in nominat. Unde accuſat. apem non apim.

Apicula, ſive apecula, æ, f. pr. parva apis.

Apianus, a, um, quod apes avidè ſumunt, ut *uva apiana*, quam muſca etiam inſectatur, Muſkatell drw *Vinum apianum*, Muſkatell / quod & Falernum dictum eſt. Et abſolutè, gen. fœm. *Apiana*, nomen oleris, aliàs crambe criſpa, Ridderkaall.

Apiarium, rii, n. ſ. locus ubi alvei apum collocantur, Bijſtock/Bijſtade.

Apiarius, rii, m. ſ. qui apes curat.

Apiaſtra, æ, f. pr. avis apibus infeſta.

Apiaſtrum, n. ſ. herba qua apes mirum in modum delectantur.

Apiatus, a, um, quod apum impreſſam habet ſimilitudinem. Unde *apiata menſa*, quæ denſa quaſi granorum congerie criſpata aut interſperſa eſt, qualis eſt acerna: quæ & inde dicta putatur, quòd apum excrementa paſſim quaſi aſperſa imitetur, Saa ſom Vald-birckebord.

Apium, ii, n. ſ. herba eſt hortenſis, quâ præcipuè apes delectantur. Variæ ejus ſpecies ratione locorum, ut *apium hortenſe*, Perſilie. *Apium ſylveſtre*, Theodoro ficta voce dictum paludapium ad Græcorum ἑλειοσέλινον, q. d. paluſtre apium, Buckar/Skowmercke. Sic *apium montanum, paluſtre & ſaxatile.* Deducitur autem aliter ex apice, quia antiqui apicem capitis apio coronabant. Aliter ab ἄπιον, ejusdem ſignificationis.

Apiſcor, eris, aptus ſum, Dep. t. antiquis idem erat quod aſſequor, conſequor, Naaer oc bekommer. *Cupis hoc apiſci: aptus ſum hæreditatem ampliſſimam, infamiam, &c.*

Aptus, a, um, nomen cum comparat. aptior aptiſſimus, ptoprie commode & benè connexus, quaſi convenienter alicui junctus, Sart vell ſammen. *In vita omnia apta & inter ſe convenientia: apta vincula, corpora, oſſa: apta diſſolvere: apta & cohærentia dicere: cœlum ex conjunctione aptum.* Inde ſimpliciter quocunq; modo conveniens, accommodus & utilis, Bequem/ Bequemmeligt/ brugelig / nyttelig. *Hoc tibi ad laudem aptum: locus ad inſidias, ad dicendum aptus. Simulatio apta ad tempus*, i. e. utilis: *quod verum ſimplexq; eſt, id eſt natnræ hominum aptiſſimum.* Item commenſuratus, Skickett. *Eo nemo aptior habitu atq; forma.* Eſt etiam ejus uſus in circumſcriptionibus poeticis, ut, *cœlum ſtellis aptum*, i. e. ſtellatum: *locus opacus teneris fruticibus aptus*, i. e. fruticoſus: *equis aptus argos*, i. e. equiferum: *apta pennis*, i. e. pennata.

Aptè, modo apto, Bequemmeligen. *Aptè dicit: ad pedem aptè convenit: aptè ad dignitatem rei.*

Aptitudo, inis, f. t. apti affectio & ratio. ἁδηλον.

Apto, as, act. pr. convenienter aliquid rei jungo ſeu accommodo, Laffuer/Lemper. *Studia populi aptarunt ſe laudi tuæ.*

Aptatus, a, um, quod aptavimus, ut, *verbum hoc ad id aptatum eſt*, Laffuet/ lempet.

Compoſita.

Adapto, as, act. pr. idem quod apto.

Adipiſcor, eris, dep. t. rei cupitæ compos fio, aliquid obtineo, aſſequor, conſequor, & quaſi ei adjungor conjungorq; , Naaer/ faaer / bekommer/ faar fat paa. *Gloriam adipiſcantur, optant omnes; exercitatio omnia adipiſcitur.* Et *adeptus ſum eum medio itinere*; i. e. conveni, vel ad ipſum perveni, Naaede / kom till hannem/ eller talede med hannom. Item paſs. *non ingenio, verùm ætate adipiſcitur ſapientia.* Sic particip. paſs. *adipiſcenda ſapientia, honores, Magiſtratus: adeptam gloriam accuſant.*

Coapto, as, act. pr. idem quod apto, vel in unum aut ſimul apto.

Examen, inis, n. t. apum eſt multitudo unita in modum ſcilicet uvæ penſilis, ex apta connexione ſic dictum, quòd ligatæ & adunatæ quaſi videantur, Klynge Bier/ Biſuerm. Inde quævis alia copioſa multitudo. Ut, *examen piſcium, infantum, glirium*, Flock/ dynge. Item ſtylus ſcapo libræ exaptus ad inveſtigandam & cognoſcendam ponderum æquationem, Tunge paa Skalevect. Et translatè, judicium exactum & penſiculata alicujus inveſtigatio, Flittig Randſagelſe. Aliter examen quaſi exagmen ab exigo, ut ſit propriè agmen apum ad novas quærendas ſedes exactum.

Examino, as, act. pr. quaſi librali examine expendo, Offuervejer. *Singulorum examinat verba* Et abſolutè *apes examinant*, i. e. vernantur, Bjer ſuermer.

Examinatio, examinandi actus.

Examinatus, a, um, quod examinavimus, Offuervejet. *Animus æquis examinatus eſt ponderibus.*

Exaptus, a, um; idem quod annexus, connexus. Ut, *pelliculâ extremâ exaptum pendere onus ingens*; de teſtibus arietis loquitur Lucillius. Exponitur & hoc loco, ex aliquo pendens. In Lucret. exponitur idem quod aptus.

Indepiſcor, eris, ptus, idem quod adipiſcor, ut, *navem indeptus eſt, magnas divitias.*

Indepiſco, is, Plaut. idem. Ut, *partem indepiſces nullam.*

Indepto, as, veteribus frequentativè pro eodem, ut, *nec partem aliquam indeptavit hæreditatis.*

Ineptus, a, um, non aptus, ubequem / vnderlig. Et peculiariter de homine, qui nullam decori rationem habet, quiq; nugas agit, uſkickelig / gækkelig / Slasdervorn. *Homo eſt ineptus: & ineptum quicquid dicit.*

Ineptè, modo inepto. Ut, *ineptè facis; ineptè ſtultus es.*

Ineptiæ, arum, f. pr. inepti affectus & vitium, Gækkerj och Sladder. *Mitte iſtas ineptias: aniles ineptiæ*, Kierling ſqualder.

Ineptitudo, inis, f. t. idem.

Ineptio, is, n. q. ineptias ago, facio aut dico, quod nec tempori, nec loco, nec rebus, nec perſonis convenit, far med gækkerj / ſqualder / priimer. *Libet ineptire quia cum inepto agimus.*

Redipiſcor, eris, ptus, d. t. rem amiſſam recipio, rurſus acquiro, ut, *inter eósne homines condalium te redipiſci poſtulas.*

APOCHA, æ, f. pr. ἀποχή, tabella, qua creditor teſtatur ſibi ſatisfactum à debitore, Quittantz.

Antapocha, f. pr. ſchedula, quam debitor dat creditori.

APOSTOLUS, li, m. ſ. ἀπόστολος, q. d. latinè, miſſus vel legatus: peculiariter Eccleſiaſticis dicti ſunt Apoſtoli primi illi doctores Eccleſiæ miſſi immediatè ab ipſo Chriſto ſervatore in univerſum mundum, Apoſtler. Erant autem numero 70.

Apoſtolicus, a, um, quod eſt Apoſtolorum, aut ad Apoſtolum pertinet. Apoſtolicum Symbolum, ſumma doctrinæ Apoſtolorum: apoſtolica fides, quam Apoſtoli docuerunt.

APRICUS, a, um, quod ad ſolem apertum eſt, ex *a* priv. & φρίκη, horror frigoris, quaſi ſine horrore frigoris, Soell bar. locus apricus. Inde quod locis apricis gaudet, vel in iis vivit, agit, ut, avis aprica, quæ ſole gaudet. Sic *ſenes aprici*: *apricus homo* in loco aprico deſidens, Som ſlicker Soel ſkin. Et translatè *aprica cura*, quæ curioſa non eſt, quales incurioſi ſunt, qui in ſole apricantur. Comparatur apud Colum. Apricior, ciſſimus.

Apricitas, atis, f. t. aprici loci affectio, & tepor hybernus in locis apricis, Vinter/ Soel ſkin. Inde *apricitas Diei; regio inclytæ apricitatis.*

Apricor, aris, dep. pr. in apricis locis ago, Slicker Soel ſkin: Soelbager mig. *Multi in hyeme, in ſole apricantur.*

Apricatio, onis, f. t. apricandi actus, Soelbagelſe. *Apricatione caleſcit.*

APRILIS, is, m. t. menſis eſt veris ſecundus, ſic dictus ab aperiendo, quod aperiat & recludat terram, Aprill/ Faaremaanet. Aliter deducitur ab ἀφρός, ſpuma, unde venus orta creditur. Romulus enim putatur primum menſem à Patre Marte Martium; ſecundum à Matre Æneæ Venere, ἀφροδίτη, Aprilem denominaſſe. Aliter ejusdem originis cenſetur cum aprico, quia tum maximè apricantur animalia ob renovatam locorum apricitatem.

APSIS, idis, f. t. ἄψις curvatura eſt rotæ, Hiulerand/ Feele. Item curvatura fornicis, Huelling. Item circuli ſtellarum apſides dicuntur. Item apſides pro parapſi. Aliter cum aſpiratione legitur hapſis, quia Græcum aſpiratur.

Apſida, dæ, f. pr. Aug. idem quod apſis rotæ.

Compoſita.

Parapſis, idis, f. t. vas eſcarium ſive quadrangulum ſive rotundum, ſic dicta à forma apſidi ſive fornici contraria. Aliter legitur paropſis ab ὀψώνιον, quaſi vas in quo obſonia apponuntur: ſive id profundius, Syb Fad, ſive patulum, flad Fad. Verum cedit hæc ſcriptura & originatio priori.

APUA, æ, f. pr. ἀφύη, piſciculus, qui è pluvia naſcitur: Unde apua cobitis, quæ à gobionibus parvis terram ſubeuntibus creatur, Stinte. Hinc *apua mœnidum & mullorum*, parvi ſunt mulli, præſertim in ſtagnis marinis, qui ex putredine naſcuntur. *Apua mugilum*, i. e. ſpecies mugilis ſine fœtura ex terra arenoſa vel limo naſcitur.

APUD, præpoſitio, denotans terminum, cui aliquid localiter præſens eſt, & quaſi conjunctum, quaſi ad pedes, vel ex apo, tango, necto; Boß. *Apud eum ſedebat*: *apud amicum cœnat*: *apud ſe ambulat*, i. e. domi: *apud regem; apud urbem eſt.* Et ratione aſſenſus animiq; affecti: *præmia apud me minimum valent*: *amicitiæ & dignitate apud me valet plurimum.* Item ratione auctoritatis, ſeculi præteriti, futuriſve: ita *apud Agatoclem ſcriptum eſt*: *apud Ciceronem*, i. e. in ejus ſcriptis: *quæſitum apud Majores noſtros*: *apud poſteros noſtros conjurationis auctor videbitur.* Legitur & *apud te veniat*, in Plauto, pro ad te. Inde pro aliis uſurpatur præpoſitionibus, ut, *apud forum de Davo audivi*, i. e. in: *apud ſolem*, i. e. in æde ſolis: *apud Pontifices; apud me quæritur per literas; nulla apud populum gravior oratio*, i. e. coram.

AQVA, æ, f. pr. pr. corr. omnis in terris humor eas alens, ab antiquo ἄχα, ejusdem ſignificationis, cujus veſtigia apparent in voce ἀχελῶς amnis, fluvius, Vand. Ponitur ſæpè pro humido. *Aqua oculi*, vitium eſt oculorum, ubi immodicè humores lenti defluunt congelati inter corneam & cryſtallidem. Et pluraliter aquæ pro ærumnis vehementioribus, tàm apud gentiles quàm Chriſtianos ſcriptores.

Aqvula, læ, f. pr. exigua aqua.

Aquaculo, as, Gloſſ. pro lenocinor.

Aqualis, is, m. t. vas, quo aqua infunditur, Vandkar eller øſe. Item vas quoddam anguſti oris, unde guttatim inter manus effunditur aqua, Handfad/ Løffkar/ Vandkande.

Aqualicus, ci, m. ſ. alvus, quà ſordes defluunt, Endetarm. Item inteſtini lati genus, ex quo farcimina fieri ſolent.

Aqualiculus, li, m. ſ. alveus ligneus porcorum, Suinetrug. Et translatè, ventriculus obeſus hominis, Mage/fæd Bug.

Aquarius, a, um, quod ad aquam pertinet. *Aquaria provincia*, ubi ad mare eſt negotiatio: *aquarius ſulcus*, qui aquam educit ac fert, Vandrende. *Cos aquaria*, quæ in aqua circumagitur, Slibeſteen. Et abſolutè, gen. maſc. aquarius, qui aquam in ædes ad miniſteria portabat: vel qui aquæ ductum curabat, Vandmeſter. Item qui impudicus aſſectatur mulieres, Horejagere. Item ſignum cœleſte, & undecimum in Zodiaco.

Aquariolus, li, m. ſ. ſordidus impudicarum mulierum aſſecla, Horefører: Horejager. Item qui lavandis mulieribus miniſtrat, Suompetrycfere.

Aquarium, rii, n. ſ. quo jumenta potum aguntur, Vanding for Fæ oc Quæg.

Aquariolum, li, idem. Item latrina, in quam lotura projicitur, Rendſteen.

Aquaticus, a, um, quod in aquis degit, ut *piſces aquatici*: *ranæ aquaticæ*: *lens aquatica*, Andemad: *naſturtium aquaticum*, Vandkarß. *Inſecta aquatica*, quæ in agis degunt. Ut, *Vitulus aquaticus*, Vandkalff. *Muſcæ & Cantharides aquaticæ. Scarabæi aquatici. Tineæ aquaticæ. Serophulæ aquaticæ. Pediculi aquatici.* A ſimilitudine vel quadam analogia inſectorum iſtorum terreſtrium.

Aquatilis, le, om. t. idem, quod aquaticus, ut, *beſtiæ aquatiles.*

Aqueus,

Aqueus, a, um, quod ex aqua eſt, vel aquam refert, ut *aqueus color*, Vandfarffue.

Aquila, læ, f. pr. nomen avis cœterarum Principis, citiſſimi & altiſſimi volatus, ſic dicta vel à colore aquæ ſuffuſco, vel à motu incitatiſſimo, Ørn. Romanis erat Symbolum militare virium præſtantium, concinnitatis, ſtrenuitatis & liberalitatis. Eſt & ſidus cæleſte. Item piſcis quidam marinus.

Aquilinus, a, um, quod eſt aquilæ, vel quod ad aquilam pertinet, ut, *ungulæ aquilinæ*, Ørnekloe. Et translatè, *aquilinæ ungulæ*, pro rapacibus manibus.

Aquilo, onis, m. t. ventus flans ab ortu ſolſtitiali, ita dictus à concitatiſſimo volatu aquilæ, Nordoſt. Item ſeptentrionalis mundi plaga, Norden.

Aquilonaris, re, om. t. quod eſt aquilonis, ut regio aquilonaris.

Aquilonius, a, um, in quibus flat aquilo, ut *loca aquilonia*.

Aquilus, a, um, quod eſt aquilæ colore, Brunſort. Aliter immediatè ab aqua quaſi aqueo colore. Aquæ enim color, neq; albus, neq; niger, ſed incertus, vel etiam nigrior; unde fluctus aquilus. Legitur & aqvulus, quaſi ex aqueus.

Aquiminarii, m. ſ. Jurisconſ. omnia vaſa deferendis aquis deputata.

Aquiminarium, rii, n. ſ. idem quod aquiminarius. Legitur & aquiminale, ſive aquimanile, pro vaſe aquario, quòd manu fertur: ubi terminatio aliquid ſapit de voce manus, ad Græcorum χέρνιβον, vas in quo manus abluuntur.

Aquor, aris dep. pr. aquam haurio, aquam fero ad uſum exercitus. Ut, *aquantur ſub mœnibus urbis: proficiſcuntur aquatum*, vander Heſte eller Fæ.

Aquatio, aquandi actus, Vanden. Item aquarum pluvialium abundantia.

Aquator, oris, m. t. qui aquandi miniſterium obit.

Aquatus, a, um, aquâ mixtus & dilutus. Ut *aquatum vinum*, i. e. dilutum. Item copiam aquæ habens, Vandig / *lac aquatum*. Legitur & comparat. aquatius.

Aquoſus, a, um, aquis abundans, Vandrig / vandig / vaaed: *Aquoſa hyems: loca aquoſa: aquoſus humor*, Græca voce hydrops, Vatterſott. Legitur & ſuperlativus aquoſiſſimus.

Compoſita.

Adaquo, as, act. pr. aquâ reficio, effundo, Vandrer. *Aquare arbores, jumenta.*

Subaqueus, a, um, ſub aquis latens, ut *ſcopulus ſubaqueus*. Item aliqua ſui parte aqueus, & aqua miſtus, Vandig. Item colore aqueo, ut *ſubaqueus color*.

Subaquilus, a, um, aliquantum aquilus, aqueo colore, vel potius aquilæ colore, Sortebrun / Brunſort. *Corpus ſubaquilum*.

ARA, æ, f. pr. locus planus admoto vaſe, ubi ſacrificabatur, ſive craticula aut machina humilis & anſatâ, ideoq; portatilis & ambulans, in qua in templis Diis ſuis adolebant, ab ἀρὰ, preces, ſupplicatio, Altere. In his autem ſacrificabant Diis terreſtribus, ſicut inferis in terra effoſſa. Sed & ſacra erat tùm inferis, tùm ſuperis: nec non privata & publica. Translatè, dicitur *ara ſalutis*, ad quod quis ſalutis cauſa ſe confert. Item *ara virtutis*, in qua quaſi ſacra fiunt virtuti. Eſt & ſidus cœleſte. Item aræ dictæ ſunt inſulæ quædam inter Africam & Sardiniam medio mari eminentes, ſic dictæ, quod iis in locis fœdus pactum erat inter Romanos & Africanos. Aliter deducitur ex antiquo Aſa pro anſa; habeturq; propriè foculus, qui manu portabatur, ut ignitabulum. Aliter ab αἴρω, tollo.

Arula, læ, f. pr. foculus, quo cibus coquitur, Arne. Aliter hoc ab area.

Ariolus, li, m. ſ. qui circa aras & ex ſacrificiis divinabat, Spaamand. Ponitur & pro furioſo, quia ita ſe gerere divinando ſolebant. Videtur & ariolus eſſe, qui non ex officio ad aras, ut aruſpex, ſed privata quadam temeritate divinabat & conjectabat. Aliter cum aſpiratione ſcribitur, Hariolus, deduciturq; à fando, quaſi fatiolus.

Ariola, læ, f. pr. idem in ſexu fœmineo, Spaakuinde.

Ariolor, aris, dep. pr. ariolum ago, divino.

Ariolatio, ariolandi actus.

Compoſita.

Altare, ris, n. t. alta ara, à terra ſcilicet exaltata, in qua Diis ſuperis ſacrificabant, Alter.

Altarium, rii, n. ſ. idem quod altare. Item quod altari ſive aræ imponitur; ſive quod ad altare pertinet.

ARANEUS, ei, m. ſ. inſecti genus, tela capiendis muſcis faciens, ab ἀράχνης, ejusdem ſignificationis, Edderkop. Eſt & nomen piſcis marini, noxiam in dorſo habentis ſpinam. Item genus cancrorum rotundum, Krabbe / Rundkrabbe. Item vitium quoddam vitibus & oleis, qvum veluti telæ involvunt & abſumunt fructum. Item animal ex genere muſtelarum morſu venenato: quod ſi orbitam tranſierit ſtatim emoritur.

Araneolus, li, m. ſ. exiguus araneus.

Aranea, æ, f. pr. tela aranei, Spindelvæff. Ponitur & pro ipſo animali.

Araneola, læ, f. pr. parva aranea.

Araneoſus, a, um, aranearum faciem habens, ut *araneoſa caulis*: *araneoſa lanugo*, Som Spindelvæff. Item quod araneæ telæ implicatum eſt, ut, *locus araneoſus*, in quo aranei telas ſtruxerunt: Et conſequenter *loculus araneoſus*, diu vacuus, tom pung.

ARBITER, tri, m. ſ. judex honorarius non à lege datus, ſed privatim ab iis qui litigant, lectus, quaſi αἱρετὸς, electus, delectus, creatus, quomodo & Græcis dicitur αἱρετὸς δικαστής, Voldgifftsmand. *Rerum harum arbiter eſt: in hanc rem eſt ille arbiter.* Ejus autem officium eſt, judicare non ex lege & ſtricto jure, ſed pro ut ipſe æqvum eſſe exiſtimet: idq; plenaria poteſtate. Ponitur inde pro ſpeculatore, inſpectore, obſervatore, Synings mand / tilſeer. *Mihi arbitri vicini ſunt: immunis ſum ab arbitris: locus ab arbitris remotus.* Et *arbiter bibendi*, i. e. inſpector, Tilſynsmand. Sorte in conviviis eligebatur & imperabat huic ut biberet, illi ut vinum miſceret, alii ut abiret, alteri rurſus ut adeſſet, Skaffer / Oldermand i Laugshuuß. *Arbiter funerum*, qui funeri & funebri pompæ ordinandæ præfuit. *Arbiter initiationis*, qui ſacro lavacro ut teſtis

& ſuſce-

& ſuſceptor adeſt, Faddere. Aliter arbiter ab ara, quaſi ſacra quædam cauſarum ara, ad quam confugiebant extra forum: aut ab arrha & arrhabo, quaſi qui initio dabatur, in ſponſionum & promiſſionum cauſis amicè dirimendis.

Arbitra, træ, f. pr. quæ munus arbitri obit.

Arbitrium, trii, n. ſ. ſententia, quæ ab arbitro ſtatuitur, Affſigelſe. Item poteſtas arbitro data. Item quæcunq; poteſtas, ut non eſt tui arbitrii. Item opinio. Item proſpectus.

Arbitrarius, a, um, quod alicujus arbitrio eſt relictum, ut, *hoc quidem profecto certum eſt, non arbitrarium*, frivilligt eller ſom mand kand ſige. *Arbitraria pœna*, quæ non ex lege, ſed ex arbitrio judicis venit. Et abſolutè num. plur. *arbitraria funeris* dicuntur impenſa & precium funeris: quòd in arbitrium alicujus, ab eo qui teſtatus fuerat, conferebantur. Aliter legitur arbitria. Sic, *arbitraria ſive arbitria victoriæ*, i. e. præmia victoriæ.

Arbitrariò ſive arbitrariè, ad arbitrium, ex arbitrio, Ut, *perii non arbitrariò.*

Arbitror, aris, dep. pr. arbiter ſum, arbitri officium facio, h. e. cenſeo, ſententiam ex mea quadam opinione fero, Meener/ ſyner noget. *Hoc ego, vel de hoc arbitror.* Item ſimpliciter idem quod judico. Item, ad oculos translata ſignificatione, proſpicio, obſervo. Ut, *hinc ego huc & illuc potero quid agant arbitrarier.* Item paſs. *arbitretur uxor filio*, i. e. diſpiciatur, eligatur. Dicimus & *arbitro tibi fidem*, i. e. habeo.

Arbitramentum, ti, n. ſ. idem quod arbitrium & arbitri ſententia.

Arbitratus, us, m. q. arbitrandi actus, ut *arbitratu tuo jusjurandum dabo.*

ARBOR, & veteribus arbos, oris, pen. gen. corr. f. t. planta uno & magno ſcapo, & perpetuo dimenſionum incremento ipſum aëra ſubiens, quaſi ἀερόβας, per aërem gradiens, ſive ἀερόβαλῶν, aëra ſcandens, unde & erat Hieroglyphicon aeris, træ / groendis træ. *Fagus arbor*, Bøg: Et *arbor ſici*, i e. ficus. Inde tropicè malus navis, Skibs maſt. Item remus, Aare. Eſt & piſcis nomen in Oceano Gaditano. Aliter deducitur ἀπὸ τῦ ἄρδειν βίᾳ, ex eadem creſcendi vi; Item ab arvo, quòd fixis radicibus terræ adhæreat: Item ab arduo, quaſi ardubus, arbos.

Arbuſcula, læ, f. pr. parva arbor Unde *arbuſcula topiaria*, quæ flexilis & lentore ſuo ſequax ad decorem in hortis conformatur in fornicis concumerationem.

Arborarius, a, um, quod ad arborem pertinet, ut *falx arboraria*, quâ arbores frondamus, Snitkniff/ tiør/ nekniff. *Arborarius picus*, qui in arboribus nidificat, Nødhacke.

Arborator, oris, m. t. frondator, qui arbores putat.

Arboreſco, is, n. t. arbor fio, in arborem creſco. Ut, *in Arabia malvæ arboreſcunt.*

Arboretum, ti, n. ſ. Gell. idem quod arbuſtum.

Arboreus, a, um, quod eſt arboris, ut *arborei fœtus*, i. e. poma.

Arborideus ramus, Colum. qui alitur ut arboreſcat, h. e. arbor fiat, & arborea magnitudine adoleſcat.

Arbuſtum, ſti, n. ſ. locus arboribus conſitus, unde & ligna in uſum ſucciduntur, Holt / vid oc tømmer ſkow. Item arborum diſpoſita ſeries, quibus vites maritantur.

Arbuſtivus, a, um, quod ad arbuſta pertinet, ut *arbuſtivæ vites*, quæ arbuſtis maritantur. *Arbuſtivus locus*, idem quod arbuſtum.

Arbuſto, as, act. pr. agrum arboribus conſero ad maritandas vites.

Arbutus, ti, f. ſ. arboris nomen raris frondibus.

Arbutum, ti, n. ſ. fructus arbuti.

Arbuteus, a, um, ex arbuto factum, ut *arbuteæ crates, arbuteæ virgæ.*

ARCEO, es, cui, arctum & arcitum in compoſitis, act. ſ. invadentem irruentemve reprimo & abigo, vel prohibeo ne accedat, ab ἀρκέω propulſo, vel εἴργω, ejusdem ſignificationis, Jager hen fraa/gienner/holder fraa. *Hoſtem à mœnibus arcet Deus: hoſtem invadentem in Aſiam à progreſſu arcuit.* Inde defendo. Ut *natura, non pœna debet arcere homines ab injuria.* Item ſtrictè contineo & quaſi includendo prohibeo exitu, ut & Græcorum εἴργω ſonat, Holder inden/ gienner for. *Albus arcet & continet illud quod recepit: famulos vinculis & cuſtodia arcemus*, holder i tuang. Sic *arcere flumina, aquam*, gienne eller ſtemme for Vand / ſaa det faar icke ſin rette løb. Item conſtringo vel conſtringendo contineo, ut, *arcebant vincula palmas*, binder faſt/ eller holder bunden fraa. Arctus, a, um, tior, tiſſimus, quod arcet & ſtrictè continet, faſt/knytt. *Arctus ſomnus me complexus eſt; arctis laqueis tenetur: arctiſſima vincula amoris: hæc non ſunt ita arcta & aſtricta, ut ea laxare nequeamus. Arcti homines*, i. e. attenti & reſtricti in re familiari, gienholden.

Arctè, modo arcto, faſt/faſteligen. *Arctè me complectitur: arctè dormit*, Soffuer hart: *arctè teneo; arctè aſtringo; arctè accuratèq; defendit pietatem.*

Arcto, as, act. pr. arctum facio, vel arctè contineo, holder eller ſetter tett ſammen. *Vimine hæc contineri debent, non arctari: arctare perticas transverſas.* Item anguſtius facio, giør Sneffr oc trang. *Atrium arctat imaginibus immodicis*, Aliter legitur atto, mollioris ſoni gratia.

Arca, cæ, f. pr. inſtrumentum ſive machina, qua ſuppellectilem, utenſilia, aliáve incluſa contra vim arcemus & cuſtodimus, Arck/ Kiſte. Inde ponitur pro cuſtodia & carcere. Item pro loculo in terra, in quem mortui conduntur, Muret graff. Item capulo, ſed quo plebejum funus effertur, Ligbare. Eſt & uvæ ſpecies apud Plinium.

Arcula, læ, f. pr. parva arca, Skriin / Budbick/ Eſſe. Item avis quæ in auſpiciis fieri aliquid vetabat, conſulentesq; à re aggredienda arcebat.

Arculus, li, m. ſ. Deus, qui arcarum tutelam gerebat.

Arcarius, a, um, quod ad arcam pertinet. Et abſolutè, Juriſconſ. arcarius, cui arcæ pecuniariæ ſive Domini ſive urbis alicujus cura commiſſa eſt. Sic in gen. fœm. Arcaria, Nøgle piige.

Arcanus, a, um, quod è conſpectu hominum arcetur, ſive in arca occultatur & cuſtoditur. Inde quidvis tectum & occultum, Hiemmeligt/ forborgen. Unde abſolutè, *arcana tacere nequit:* Item activè, *arcanus homo*, qui commiſſa tacet, Som kand tie.

Arcanè & arcanò, modo arcano, Hiemmeligen. *Arcanò cum paucis familiaribus loquebatur.* Colum. utitur Compar. arcaniùs.

Arcera, ræ, f. pr. vehiculum undiq; tectum & munitum arcendæ aëris injuriæ, & in formam arcæ tabulis conſtratum, nec non veſtimentis ſtragulisq; inſtratum, quo ægri aut ſenes portari cubantes ſolebant, luct

vogn/

vogn/ Farm eller Roßbare. Aliter legitur arcerra, ex ar, i.e. ad & carrus, ut reſpondeat Græcorum Epirhedium.

Arcellatus, a, um, quod ad figuram arceræ factum eſt, ut *arcellata bitis*, quæ in formam arceræ diſpoſita eſt.

Arcuma, Feſt. genus plauſtri modici, quo homo geſtari ſolebat, aut quod homo geſtare potuit. Aliter legitur arcirma.

Arcus, us, m. q. machina, quâ ſagittam in hoſtem ejaculamur, eumq; arcemus, Armbyſt/ Staal Bue. Et translatè, curvatura in ædificiis, quæ alio nomine fornix dicitur, Suibue/ Buelning. Item iris cœleſtis, Regnebue. Apud Ennium legitur in gen. fœm.

Arculus, li, m. ſ. parvus arcus. Item circulus capiti impoſitus ad ſuſtinenda vaſa, quæ ad ſacra publica capite portabantur.

Arculata, cujus ſingulare arculatum, dicebantur circuli, qui ex farina in ſacrificiis fiebant, Kringlebrød.

Arcuo, as, act. pr. in modum arcus curvo, giør i Bue/ bøier krum *Non omnis ſerpens arcuatur.*

Arcuatus, a, um, & per ſyncopen, arcatus, in modum arcus curvatus. Ut, currus arcuatus, Halffſpetrit vogn / eller halffkarm. Et abſolutè, arcuatus, qui correptus eſt morbo regio à colore ſcilicet iridis, gulſotrig.

Arcuatim, adverb. in modum arcus; ut, *multipeda, ſerpens arcuatim repit.*

Arqvus, us, m. q. idem quod arcus.

Arquatus, a, um, idem quod arcuatus. Arquata opera, quibus aqua duci ſolet, eò quòd multis arcubus æqualiter diſtantibus fulciantur, hualdt verck. *Arquatus morbus*, i. e. regius à colore iridis, gulſoett. Item arquatus, qui arquato morbo affectus eſt, nimirum cum oculi virent in arcus cœleſtis ſimilitudinem.

Arquites, qui arcubus præliantur, quos hodiè ſagittarios vocamus, Skytter.

Arx, cis, f. t. locus urbis in monte ſitus & natura munitus, ſic dicta ab arcendo, vel quòd arcta & concluſa ſit, vel hoſtem arceat, Slott Inde quævis montium & cujuscunq; altitudinis ſummitas & cacumen, ex qua depelli poſſunt hoſtes, Vern. Et translatè, tutiſſimum ac validiſſimum præſidium, vel confugium, tilfluct och ſkerm / *Roma bonorum & gentium arx: in arce legis præſidia ſunt conſtituta:* Item, *arx corporis*, i. e. caput. Aliter deducitur ab Arcadibus, qui munitiſſimos quosq; colles ſub Evandro tenuerunt.

Compoſita.

Abarceo, ſive aberceo, ces, Plaut. à loco arceo, fraa jager/ *mulierem domo abercet.*

Coerceo, es, aliquid ne erumpat, aut invadat derineo objice quodam, gienner imod/ ſpæger / tuinger/ holder i tuang *Coercere aquam*, ſtemme for vand. *Coercere ſtubios, temeritatem, cupiditatem.* Sic, *vittâ coërcere capillos*, binde Haar op/ ſuobe ind. Item *cœlum omnia coërcet*, complectitur. Quibusdam ſcribitur, Coherceo.

Coërctio, & coërcitio, onis, coërcendi actus. Ut *coërctio ſpirituum.*

Coërcitus, a, um, quod coërcuimus, giennett imod/ tuingt. *Homo vinclis coërcitus.*

Coarcto, as, act. pr. in unum vel unà arcto, tetter ſammen. *Coarctabit multa & anguſtè refarſit in oratione.*

Coarctatio, f. t. coarctandi actus. Ut, *coarctatio militum in anguſto.*

Coarctatus, a, um, quod coarctavimus.

Percoarcto, as, valde arcto, tetter vel ſammen. *Fœnum utrinq; ſiccatum percoarctabimus in ſtriam*, ſtecke hø.

Exerceo, es, cui, citum, quaſi extra arceo. Inde, ab exercendi modo, qui eſt in arcendis hoſtibus, aut cuſtodienda & arcenda re, aliquid cum continuatione, diligentia, viribus, ſtudio proſequor, ago, facio, øffuer/ faar at ſkaffe och tage vare. *Exercebo te hodie ut dignus es: exercebo te odiis*, hade dig ſtedze: *Exercebo te laboribus*, trælle dig/ vdſlæbe. *Exercere terram*, eſt diligenter colere. *Exercere ſumptum*, giøre ſkæll for ſin bekoſtning/ fortiene ſin omkoſt: *Exercere artes*, eſt ſtudioſè tractare: *exercere ſimultates, odia*, leffue i Had oc Affuind.

Exercitor, oris, m. t. qui alium exercet. Et Jurisconſ. *exercitor navis*, ad quem reditus & obventiones navis perveniunt, ſive is navis Dominus ſit, ſive navem per averſionem conduxit, vel ad tempus, vel in perpetuum, Skibsræder.

Exercitorius, a, um, quod ad exercitorem pertinet, ut, *navis exercitoria*, fracret Skib. Exercitoria actio, Skibsfract/ fracten/ Bodmerj. Aliter legitur exercitatoria.

Exercitio, onis, f. t. idem quod actio exercitoria.

Exercitium, n. ſ. ipſa exercendi actio, øffuelſe / haandtering. *Exercitium virtutis*, quo virtutem exercemus.

Exercitus, us, m. q. copiæ militum, ſive quod bellicis artibus exerceatur; ſive hoſtem extra arceat; Krigshær.

Exercitus, a, um, quod exercuimus, øffuet / ſom altid haffuer hafft at ſkaffe / forfaren. *Homo eſt exercitus.* Et inde fatigatus, tret och plaget med it och andet. *Fatis Iliacis exercitus: non miſer, ſed certè exercitus ſum: exercitum corpus*, vdtrællet / vdmattet/ vdſlæbt.

Exercito, as, act. pr. multum vel valde exerceo.

Exercitator, oris, m. t. qui exercitat.

Exercitatrix, idem in ſexu fœmineo.

Exercitatio, exercitandi actus; ut, exercitatione firmatur memoria.

Exercitatus, a, um, tior, tiſſimus, pro exercito & perito, øffuett oc forfaren. *In navalibus rebus exercitatiſſimi.*

Coëxercitatus, a, um, ſimul vel unà exercitatus.

Inexercitatus, a, um, non exercitatus. Ut *inexercitatus hiſtrio*, uforfaren.

Inexercitus, a, um, Cic. idem, ut, *inexercitus Philoſophus.*

Inarculum, li, n. ſ. virgula erat ex mala punica incurvata, quam regina ſacrificans in vico geſtabat.

Porceo, ces, antiquis, pro prohibeo, quaſi porrò & procul arceo.

Porcæ, arum, cujus ſingulare Porca, ſulci ſunt agrorum: ſic dictæ, quòd porcent, i. e. prohibent aquam frumentis nocere. Vide Porca in Porcus.

ARCHITECTUS, ti, m. ſ. fabrorum materiariorum Princeps, primariusq; ædificii ſtructor, ab ἀρχὶ τέκτων, ejusdem ſignificationis, Bygmeſter. Inde inventor, Princeps & auctor rei alicujus, Hoffuetmand/ Meſter till noget. *Omnibus architectus Juppiter*, i. e. omnes habent ipſum architectum & auctorem bonorum, beneficiorumq;. Sic architectus Reipublicæ. *Architectus verborum*, i. e. ſermonis artifex.

Archi-

Architectura, ræ, f. pr. ædificandi artificium & scientia.

Architector, aris, dep. pr. idem quod fabricor, struo. Unde Cic. translatè, *architectari voluptates*, pro comminisci & præscribere formam & rationem fruendarum voluptatum.

Architecton, onis, m. t. forma tota græca, sed & Latinis aliquando usurpata, idem quod architectus.

Architectonicus, a, um, quod ad Architectonem pertinet, ut, *rationes Architectonicæ.*

Architectonice, es, f. pr. idem quod architectura.

ARDEO, es, arsi, sum, & assum, n. s. igne incensus præ ariditate materiæ flammam splendidissimam emitto, à voce aridum, ardum, Staar i Liuß lwe / Blußer. *Ardet domus*: *ardet in palatio*: *puero ardet caput*, i. e. uritur sine noxa. Inde splendeo, fulgeo, Skinner / glandzer. *Lana ardebat Tyrio murice.* Et translatè, à vehementia, æstuo affectu aliquo, Brender. *Ardeo amore, dolore, metu, cupiditate, irâ, odio, desiderio te videndi, & te videre; mori pro patria. Ardet conscientia*: *Gallia ardet bello*: *ardent oculi* scilicet ira: *ardet mihi animus* & cor ira cumulatur: *res ardet invidiâ*: *omnia bonorum odia in te ardent*: *ardet podagræ doloribus*, plagis jammerligen. Et, activè, cum casu, *Coridon ardebat Alexin*, i. e. ardenter, vehementer amabat. Aliter deducitur ab ἄρδω, irrigo, per antiphrasin.

Ardens, tis, tior, tissimus, quod ardet, Brendende / blußende / Brendende hæd. *Dies ardentissimæ; horæ ardentissimæ. Ardens febris*, quæ est cum multa inflammatione, hitzig Faaldsiuge. *Ardentissimus color*, megit Liuß farffue. *Ardentes literæ*, Brendende oc affhiertett. Sic *ardens oratio.* Et *homo ardens & erectus ad libertatem. Instant ardentes Tyrii*, i. e. festinantes.

Ardenter, ardenti modo, Brendende / fyrrigen. *Ardenter ibi flant austri, ut sylvas accendant.*

Ardesco, is, n. t. ardens fio. Ut, *videndo ardescit amore.*

Ardor, oris, m. t. ardentis affectus, Brynde / blußen / fyrrighed. *Ardor solis*, flammæ, cœli: *ardor stellarum*, i. e. fulgor. *Ardor mentis, animi ad gloriam*: *ardor cupiditatum, amoris*, i. e. vehementia & vis ingens.

Arse, antiquis, ignem significabat. Unde verse arse, i. e. verte & averte ignem. Eratq; votum ostiis & parietibus inscriptum, adversus fatales ignes.

Arsurus, a, um, quod ardere debet, ut, *luridaq; arsuro portabat membra pheretro.*

Assir, antiquis idem quod sanguis, sic dictus à colore, aut puritate & sinceritate.

Assiratum, genus potionis ex vino & sanguine temperatum.

Assus, a, um, & antiquis arsus, quod ardet, vel ardore torridum. *Sol assus*, i. e. torridus, calidus, aridus, æstuosus, siccus: ubi etiam activè significat, quasi quod assat; Soelbagende. Item *assus* pass. pro ad ignem tostus, Stegt. *Caro assa*, Stegt Kiød. *Daps assa*, Steg. Et plural. *Assa, orum*, locus in balneis, quo utuntur non ad lavandum, sed quasi ad se assandum, Suedbenck / Suedstue. Quidam conjungunt cum Laconico. Item assus, idem quod solus, merus; quia quod aruit & tostum est, jam solum & merum est, sine aqua & sine humiditate. Unde *assa vox*, quæ est sine tibiis: Et *assæ tibiæ*, quæ sunt sine voce: aliter *assa vox* ab ὄσσα, quod vocem significat.

Assarius, a, um, Caton, idem quod assus sive assatus; ut, *caro assaria.*

Assatura, ræ, f. pr. carnes assæ, Steg.

Asso, as, act. pr. cibum ad ignem torreo, & sine admota aqua excoquo, Steger. Item *assare dicuntur tibicines*, cum tibia canunt, nulla aliorum voce admista. Item *assare dicebantur veteres Poëtæ* cum in unum solum hominem poëma condebant: Unde assamenta dicta sunt hujusmodi poëmata. Vide infra axamenta & assamenta in asso & axo, ex axis & assis.

Composita.

Exardeo, des, n. s. valdè ardeo, transferturque ad animi affectus. Ut, *exardet ira, dolor, injuria, ambitio. Et ardet hic irâ, odio, ambitione: Et exardet in iras.*

Exardesco, is, ardens fio, ut, *ferrum in igne exardescit.* Et translatè, *exardescit amor*: *exarsit amore.*

Inardeo; des, in re aliqua ardeo, ut *humeris Herculis inarsit*, i. e. in humeris.

Inardesco, is, flammam concipio, ardere incipio.

Inassatus, a, um, idem quod assatus.

Redardesco, is, iterum ardesco, dicturq; propriè de igne sopito. Ut *flamma redardescit, quæ modo nulla fuit*, Brender op igien.

Semiassus, a, um, non totus assus, sed parte dimidiâ, Halffstegt. *Homo semiassus.*

ARDUUS, a, um, quod est insigni quadam altitudine cum ascendendi difficultate, quasi ἀέρος δύων, i. e. aërem subiens, høiet oc vanskeligt at klyffue eller bestyffue. *Oppidum ascensu difficili atq; arduo.* Inde translatè, difficile & laboriosum, vanskeligt. *Res arduæ:* opus arduum: *cogitationis arduæ res hæc indiget.* Et *ardua virtus, arduæ gloriæ*, quasi in arduo positæ & acquisitu difficiles. Aliter deducitur ab ardeo, quasi ardentium more summa peto: vel ut propriè sit intractabile, cujusmodi sunt ardentia. Item ab ἄρδω, altè, quod est ab αἴρω, sursum tollo, elevo.

Arduitas, atis, f. t. Varr. ardui affectio. Ut, *arduitas montium.*

Ardea, æ, f. pr. nomen avis in arduum volantis, Hejre. Aliter, ardea à Græco ἐρωδιὸς ejusdem significationis. Est autem avis diversorum generum.

Ardeola, parva ardea.

Ardelio, onis, m. t. homo inquies, à vagabundo volatu ardeæ, sic dictus, Kringeldriffuer. Vocem ajunt ex fabula quadam natam, in qua fatuus servus alatus introducebatur affectans volatu sequi ardeam in sublimi volantem.

Composita.

Perarduus, a, um, valde arduus & difficilis.

AREO, es, ui, n. s. humorem naturalem exuo, humore naturali spoliatus rarus sum & tenuis, ab ἀραιὸς, rarus, tenuis, Er vißen / Suunden. *Aret herba*: *aret manus.* Item humorem ascititium exuo, er tør. Aliter deducitur ab ἄρδομαι, irrigo, per antiphrasin.

Aresco, is, n. t. aridus fio, tørris / vißner / suinder ind. *Ubi ex aqua exiissem, arui. Arescunt herbæ*, scilicet amissâ viriditate. *Arescit succus*: *Citò arescit lacryma.*

Aridus, a, um, quod aruit vel aret, vißen / tør / suongt. *Arida folia*: *aridæ herbæ*: *aridus fons.* Et *arida pix*, Pæg / ad differentiam fluidæ & liquidæ. Sic *aridum argentum* dicitur respectu fluidi & liquidi, quod hydrargyron vocant, nisi sit purum & lucidum. Item, translatè, *aridus victus*, i. e. abjectus, tenuis. Sic *arida oratio*: *aridum orationis genus*: *vita arida. Frugor aridus*, i. e. hor-

i. e. horriſonus, quia ſonantior eſt ſonus aridorum, Spragende. Item *homo aridus*, pro parco, avaro & tenaci, quaſi qui nullum ex ſe emittit ſuccum, i. e. pecuniam. *Amor aridus*, quaſi ardens, vel quia amantes facit ſiccos & aridos. Legitur & antiquè ardum per conciſionem.

Aridulus, a, um, aliquantum aridus.

Ariditas, atis, f. t. ipſa aridi qualitas & affectio, tørhed / viſſenhed.

Aritudo, inis. Varr. idem. Plautus utitur pro parſimonia.

Area, æ, f. pr. propriè locus vacuus, quaſi qui exaruit, nec quicquam generare poteſt, Bar oc øde pladz oc jord. Inde quivis locus patens & vacuus ab ædificiis, Gaard/ gaardzrum. Et peculiariter locus, in quo frumenta excutiuntur, Lov/ Lovgulff. Item, translatè, *area ſcelerum*, i. e. copia vel amplitudo. Item pulvinus hortenſis, vel terra arboribus & fruticibus vacua, & in pulvinos diſtribuenda & ſerenda, Bed till at Saae udi. Item Geometris ſpacium vacuum in aliqua figura, Rummet/ det bare. Item area pro capite calvo. Eſt & phaſis quædam & circulus in aerea regione apparens juxta Solem & Lunam.

Areola, læ, f. pr. parva area. Et peculiariter terra in hortis ſubacta & ſerenda. Item ſpacium illud Geometricum.

Areator, oris, m. t. qui aream purgat, & in ea frumentum triturat, Terſker. Verùm ſuſpecta eſt lectio pro aratore.

Arena, æ, f. pr, terra eſt aridior & ſoluta, & quaſi exutò humore rara atq; tenuis, Sand. Inde terra quævis arida & infœcunda, licet non adeo ſolutilis. Item copia & multitudo innumerabilis, ut eſt arenæ. Item locus in quo depugnabant gladiatores, quòd arena & pulvere ſolebat eſſe conſperſus, Ficterpladz. Et hinc, translatè, forum ipſum, in quo litigantes depugnant. Item quicunq; locus ubi vel verbis, vel pugnis cernitur. Item ipſa concertatio, ut, *in arenam tecum deſcendam*, i. e. certabo.

Arenula, læ, f. pr. parva, exigua aut tenuis arena, Litt eller ſmaa Sand.

Arenaceus, a, um, quod ex arena eſt, ut *alia arenacea, alia argillacea.*

Arenarius, a, um, quod ad arenam pertinet. Ut, *theca arenaria*, Sandbyße: *tumulus arenarius*, Sandhøy/Bancke/Synge. Et abſolutè, gen. maſc. Arenarius, qui cum beſtiis in theatro pugnat. Item gladiator. Item qui in ſchola tanquam in arena numeros exercet & docet, à Circenſi arena & amphitheatrali translatione profecta, Regne Meſter: aut qui impoſſibilia ſuſcipit, ut is qui arenas numerare velit. Item in gen. fœm. *arenariæ* dicuntur arenariæ fodinæ, Sandgraff.

Arenatus, a, um, arena mixtum, ut *calx arenata.* Et abſolutè, *arenatum*, quod ex arena factum eſt.

Arenoſus, a, um, atena abundans, ut *terra arenoſa*, Sandig jord.

Arenidum, antiquè, furfuroſum.

Ariſta, æ, f. pr. barba & quaſi ſetus quidam ſive ſpiculum hordei, ſic ab ariditate dicta, quod ſit exſucca, omnium-vè primò areſcat, Are ſkeg. Et tropicè, ipſa ſpica, vel fruges. *Chaoniam pingui glandem mutavit ariſta.* Item æſtas, ut, *poſt aliquot mea regna videns mirabar ariſtas.* Aliter ab ἀΐσσω, ejusdem ſignificationis, quaſi atheriſta,

Arundo, dinis, f. t. frutex exſuccus & aridus, in locis tamen aquoſis proveniens, Røer. Et tropicè ſagitta, quia ex arundine fiebat. Item virgula piſcatoria, eandem ob cauſam, Medevoll.

Arundinaceus, a, um, arundini ſimilis. Ut, *folia arundinacea*: *gramen arundinaceum*, genus graminis foliorum magnitudine ad arundinem pene accedens.

Arundinetum, ti, n. ſ. locus arundinibus conſitus, Røerbund.

Arundineus, a, um, idem quod arundinaceus, ut, *frondes arundineæ.*

Arundinoſus, a, um, arundinibus abundans.

Compoſita.

Adareo, es, Caton. idem quod exareo.

Exareno, as, Plin. act. pr. arenâ purgo.

Exareo, es, vel exareſco, is, totus aridus fio, Slet vißner: *Seges calore nimio ſolis exaruit.* Et translatè, *exaruit facultas dicendi*, Bleff ſlett till intet. Sic *exareſcit amor.*

Inareſco, is, idem quod exareſco.

Interareſco, is, quodammodo vel ſubinde areſco.

Obareſco, is, circumquaque areſco.

Perareſco, valde aridus fio.

Peraridus, a, um, valde vel prorſus aridus.

ARGENTUM, ti, n. ſ. metalli genus conſpicuo & grato candore, ab ἄργυρος, ejusdem ſignificationis: vel immediatè ab ἀργὸν, candidum, Sølff. Et tropicè, nummi ſive argentum ſignatum, Penge/Sølffpenge. Item ſuppellectilis argentea, Sølffgiord. *Argentum primùm Romæ ſignatum eſt anno urbis 585. Fabio conſule quinq; annis ante bellum punicum.*

Argentarius, a, um, quod ad argentum pertinet, ut *ratio argentaria*: *auxilium argentarium*, quod fit beneficio argenti: *metallum argentarium*, Sølffmalm.

Argentaria, æ, f. pr. officium argentarii, Vexleri. Item ipſa menſa ſive taberna, Vexlebenck. Item quæcunq; alia taberna, in qua argentum cuditur aut præparatur, Sølff Smedie eller Myntehuuſ.

Argentarium, rii, n. ſ. argenteæ ſuppellectilis repoſitorium ſeu theca, Treſöer / Sølffſkab eller Skrin.

Argentarius, rii, m. ſ. qui argentum ſive rationes argentarias exercet & pecuniam depoſitam certo loco & tempore reddit, Vexler.

Argentatus, a, um, argento obductus, Sølffſlagen/ Forſølffuedt.

Argenteus, a, um, ex argento factus, ut *denarius argenteus.* Inde *argenteum folium*, argenti colorem referens: *argentea amica*, quæ argento venditur: *argentea tela* pro pecunia, quâ omnia expugnantur. *Argentea ſalus*, quæ argenti & nummorum conſtat beneficio. *Magna vis argentea*: argenti.

Argentinus, Deus, qui argenti & locupletandorum hominum poteſtatem habet.

Argentoſus, a, um, cui argentum immiſtum eſt, ut *aurum argentoſum.*

Compoſita.

Exargento, as, act. pr. Juriſconſ. pro in pecuniam redigo, giør i penge.

Inargentatus, a, um, idem quod argentatus.

ARGILLA, æ, f. pr. terra tenax alba & pura, qua figuli utuntur ad facienda vasa, ab ἄργιλος, ejusdem significationis, Leer. Isidorus deducit ab Argis, apud quos ea vasa primùm confecta sunt.

Argillaceus, a, um, quod est ex argilla, aut quod tenax est in modum argillæ, ut, *terra argillacea*, Leere jord: *Vas argillaceum*, Leerkar.

Argillosus, a, um, argilla abundans, Leere. *Locus argillosus.*

ARGUO, is, ui, utum, act. t. tectum facto indicio conspiciendum exhibeo, indico, ostendo, & quasi in luce pono, ab ἀργὸν, album; quia candida illustrant, Viser/ Bevi ser/ før till liusett/ giffuer tilkiende. *Timor arguit omnes: humor delapsus in genas, arguit quàm maceretur ignibus: Homerus arguitur vinosus vini laudibus*, i. e. indicatur, ostenditur. Inde ad forum, translata significatione, idem est quod accuso & convinco, Skylder/ Beskylder/ Bevi ser. *Arguit eum conjurationis, sceleris: hoc te crimine arguo: arguo te hominem occidisse:* Et pass. *id quod argueris, confiteris: arguitur de crimine, de scelere.* Item simpliciter affirmo, tilsiger. *Arguo te hoc contra leges fecisse: multa sunt falsa, quæ argui suspiciosè possunt.* Facit autem parricipium arguiturus, non arguturus, licet supinum sit argutum.

Argumentum, ti, n. s. indicium, quo aliquid arguitur, viβe tegn. *Hoc mihi maximo est argumento, me hoc voluisse: hoc argumentum fidei meæ.* Inde causa vel occasio, ut *hoc fuit argumentum erroris.* Item materia & subjectum operis alicujus, Indhold. *Argumentum scribendi, Epistolæ: in uno argumento versatur mens: Epistola sine argumento & sententia.* Item summa ejus operis: vel opus ipsum in summam contractum, Sum oc Indhold. Item Emblema & ingeniosum artificium. Ut, *ex ebore diligentissimè argumenta perfecta erant in valvis.* Item Dialecticis ratio & sententia, quâ aliquid arguitur & convincitur, Bevisning. *Argumentis & rationibus agit, non exemplis.*

Argumentor, aris, dep. pr. argumentis ago, argumentis utor ad aliquid probandum, Bevi ser. *Non in omnibus causis argumentor: de hoc argumentor: quantum opus est argumentor.*

Argumentalis, le, om. t. quod argumentis indiget: de quo argumentari possumus.

Argumentatio, f. t. argumentandi actus, Bevisen/ Bevisning. Argumentatio est argumenti expositio.

Argumentosus, a, um, argumentis refertum; ut *scriptum argumentosum: argumentosa opera*, quæ ingeniosè facta sunt, Konstelig arbeid/ Konstelig stycke.

Argutus, a, um, quem arguimus, Beskyldt. *Argutus est multorum scelerum.*

Argutus, a, um, tior, tissimus, qui singulari ingenii acumine & elegantia dicit vel agit, veramq; arguendi rationem tenet, ut plane omnibus satisfiat, Skarpsindig i sin ord och tale: Kand gribe anden i sin tale: Som ved rett at legge sine ord; En træring/ som ved ret at giøre sig til. *Vir in sententiis argutus: meretrix arguta*, forsmidzett. Et *argutus homo*, qui arguit & falsè perstringit, En skarp giæst i en andens forseelse: Som ret kand sette noder paa folck. Item argutus, qui celeriter & multum loquitur, quod & Græcorum ἀργὸς, significat, Snar/

meldt. Sic *arguta hirundo, cicada*, Snar/ Snurrende. *Et arguta dicta, literæ, sententiæ*, i. e. sonoræ, festivæ, concinnæ: vel quæ insigniter aliquid arguunt. *Arguta musica*, i. e. resonantior. *Arguti oculi*, i. e. mobiles, løbbende. *Arguta digitis manus*, Knap paa Finger. *Argutum equi caput*, quod breve est & exile, Snaaen. *Exta argutissima*, i. e. magnæ significationis, certa, solida, Som haffuer megit at betyde. Atq; ita in his & similibus notatur dexteritas, celeritas, elegantia, quæ animo aut sensibus satisfacere potest.

Argutè, tissimè, modo arguto, ut *argutè dicit, disputat, conjicit*, Skarpsindeligen.

Argutulus, a, um, aliquantum argutus.

Argutiæ, arum, f. pr. plur. arguti oratio & dicta, Vise ord/ Skarpe sting i tale/ Kraag i Ord oc tale. *Multum ei est argutiarum: mastigia inter patinas mihi exhibes argutias.* Item *argutiæ digitorum*, i. e. celeritas expedita, ut cum dicimus, hueß finger ved ret at løbe: Hand kand ret bruge sine fingre: Hans fingre soffue intet.

Argutor, aris, dep. pr. argutiis utor, argutè loquor, Bruger vise ord. Item blatero, pladrer. Et translatè; *argutatur pedibus*, i. e. subsilit, ved at bruge sine Føder/ giør Caprioll.

Arguto, as, Propert. idem, vel argutè objicio. Ut, *illa mihi totis argutat noctibus.*

Argutatio, argutandi actus.

Argutator, oris, m. t. qui argutatur, Som bruger kraag i sin tale: Træring/ som haffuer en viß mund.

Composita.

Coarguo, is, idem quod arguo, vel simul aut unà arguo.

Inargutus, a, um, non argutus, ut *oratio inargutæ.*

Inargutè, Gell. non argutè, ut *inargutè opposuisti hoc Tullianum.*

Perargutus, a, um, valde argutus.

Redarguo, is, iterum vel graviter arguo, ut, *redarguit ipsum impunè: verba redarguit.*

Subargutus, a, um, aliquantum argutus.

Subargutulus, a, um, aliquantulum argutus.

ARIES, & antiquis ares, ietis, m. t. mas ovium, animal valde pugnax, ab ἄρης, quod masculum significat & fortem, Væder. Inde per translationem machina quædam bellica, qua concutiuntur & dejiciuntur muri, Murebrecker/ Rende Buck. Et rursus quæcunq; defensio & impugnatio. Est & aries, primum signum cœleste in Zodiaco quasi caput cœli; sacrum Martii & mensi æquinoctialis verni, i. e. Martio. Item belva quædam marina, quæ hominibus insidiatur. Apud Hieroglyphicos significat amorem, qui se à meretricibus decipi patitur; Et simpliciter, quicunq; est stupidi ingenii. Aliter deducitur ab ara, quòd soleret in ara imponi ad sacrificia.

Arietarius, a, um, quod ad arietem pertinet, quodve arietis similitudinem habet. Ut, *machina arietaria*, pro ariete.

Arietinus, a, um, pen. prod. quod est ex ariete, ut *arietina pellis*, Væderbelle. Sic *arietinum jecur: arietinum cicer*, quod arietino capiti simile est: *homo mente arietina*, i. e. stupidus.

Arieto,

Arieto, as, act. pr. Plaut. Sen. & Curt. arietè machinâ concutio, dejicio, Stormer till. *Quis ædes noſtras arietat: adverſarium arietabit in terram*, i. e. more arietis dejecit, Rende till/ rende omkuld. *Acies interſe arietant*, i. e. cum impetu concurrunt, Løber ſammen.

Arietatio, onis, f. t. arietandi actus.

Arietatus, a, um, ad pugnam paratus, *ut arma arietatæ*, ferdig till Strid. Et translatè, *arietati dentes*, qui quaſi inſtructi ſunt ad edendum.

ARITHMETICUS, ci, m. ſ. ἀριθμητικὸς, qui numeros eorumq; rationem exercet, Regnemeſter.

Arithmeticus, a, um, quod ad Arithmeticum pertinet, aut arithmeticam, ut, *ratio Arithmetica*.

Arithmeticè, modo & forma arithmetica.

Arithmetica, cæ, f. pr. ipſa ſcientia numerorum, prima inter artes mathematicas, Regnekonſt.

ARMA, orum, n. plur. inſtrumentum omne, quo quis in obeundo ſuo munere inſtruitur: quodq; aptum eſt eidem faciendo muneri, ab ἄρω, apto, inſtruo; unde & Græcorum ἁρμόζω, congruens, conveniens, accommodus, Redſkab och huad mand ſkall holde paa till at udrette ſin gierning. *Arma bellica*, quibus miles inſtruitur, Vaaben oc Verie; *coquinaria*, quibus coqvus utitur, Køcken tøye/ ut, lebes, patella, tripus, &c. *Scholaſtica*, quibus ſcholaſticus, ut ſtylus, libri, pugillares, &c. Scholetøy: *nautica*, quibus nautæ, Skibs Redſkab: *piſtoria*, quibus piſtor: Bagger tøy: *Ruſtica*, quibus ruſticus, Bonde redſkab: *Piſcatoria*, quibus piſcator, Fiſker tøy oc Redſkab. Item arma dicuntur, quæ animal à natura habet ad ſui defenſionem, ut, cornua, dentes, ungues. Inde peculiariter à bellicis inſtrumentis arma dicuntur bellum ipſum, ut, *res ad arma ſpectat: armorum exitus ſemper incerti*. Item potentia, ut *ad arma ejus me contuli*. Item defenſio, propugnaculum, ut, *arma legum, judiciorum, ſenectutis, prudentiæ*. Item conſilia & fraudes, ut, *arma quærunt*. Aliter arma deducitur ab armis (humeris) vel quòd bellica iſta, (ut ea prima ſit ſignificatio,) ab humeris dependeant; vel eos etiam tegant: qua ratione excluduntur Ocreæ, caligæ, lanceæ & id genus alia: Aliter ab arceo, quaſi arcuma, ſive arcema, quòd iis arceatur hoſtis.

Armarium, rii, n. ſ. Plaut. locus ubi cibaria, pecuniæ & utenſilia reconduntur & depromuntur.

Armariolum, parvum armarium.

Armille, is, n. t. Apul. inſtrumentum & apparatus verſutiarum, ab armis pro dolis & fraudibus, fund/ prætick.

Armo, as, act. pr. armis induo, inſtruo, Vebner. *Armat milites: cogit & armat multitudinem hominum: muri reficiuntur & armantur propugnaculis*. Et translatè, *armare accuſatorem omnibus rebus: armare multitudinem auctoritate publica: armare aliquem in perniciem alterius*, i. e. conſiliis & auxiliis inſtruere & munire. Sic *armabat eum ingenium*, i. e. muniebat, inſtruebat.

Armamenta, orum, n. pl. omnis generis inſtrumenta & arma, quibus aliquid munitum eſt & inſtructum. Ut, *armamenta navis*, plauſtri, belli, Alleſaande ruſtning och verckтøy.

Armamentarium, rii, n. ſ. locus ubi armamenta & arma ſervantur, Tøyhuus/ Ruſtkammer.

Armator, oris, qui armat.

Armatura, ræ, f. pr. armandi genus & forma, Ruſtning/ Vebning.

Armatus, a, um, quod armavimus, Ruſtett/ Bevebnet oc Beruſtett. *Armatæ cohortes: urbs muris armata*. Et Juriſconſ. *armata militia*, quæ bello occupata eſt, & armis contra hoſtem agit: idq; ad differentiam *palatinæ militiæ*, quæ iis conſtat, quæ munus in Republ. Principis nomine gerunt. Et translatè, *armatus audacia, animis*. Et *armata oſcula*, quæ animum feriunt. Item ſuperlat. amiſſo tempore, *armatiſſimus*, qui multùm armatus eſt.

Armatus, us, m. q. idem quod armatura.

Armus, mi, m. ſ. ſolidiſſima illa membrorum agmentatio & compages in animali, in qua onera impoſita feruntur, ſic dicta vel immediatè ab armis, quaſi quibus arma & armamenta feruntur: vel ab ἁρμὸς, compages, eadem cum armis origine ab ἄρω. Olim tam de hominis, quàm de bruti parte, & quidam ita, ut eodem compræhenderetur ipſum brachium: Unde remanſit ſignificatio pro humeris, Skulder: Hodie propriè de jumentis, Boſſue.

Armea, æ, f. pr. armi ornamentum, pro quo uſitatiùs deminutivum armilla.

Armilla, læ, f. pr. ornamentum circulare armi, brachii, Armbond. Et inde armillæ annuli ferrei, quibus forium axes capitibus verſantur, Porte ring/ Ledkraag. Aliter deducitur ab armis bellicis, quaſi ob virtutem armorum militi datum ab Imperatore: ſolebatq; in ſiniſtro brachio geſtari.

Armillatus, a, um, qui armillas geſtat. Inde *canis armillatus*, qui in collo armillam geſtat. *Armillatus curſor*, pro curſore publico, ſic dictus ab armilla, quâ in fidem inſigniebatur.

Armillum, li, n. ſ. vas vinarium in ſacris, quòd armis humeris deportari ſolebat.

Compoſita.

Dearmatus, a, um, armis exutus, cuiq; arma ſunt detracta.

Exarmo, as, act. pr. armis ſpolio, fører aff/ tager vebrie oc mact fraa. Et *exarmare feras*, eſt dentes vel ungues adimere, & ex feris manſuetas facere. Item translatè, *exarmare accuſationem*, eſt infirmare & debilitare, Suecke/gøre Mactløs.

Inermis, me, om. t. qui eſt ſine armis, Wvebnet/ Bar. Unde translatè, *oſcula inermia*, quæ nullarum ſunt virium, nec animum feriunt; Kaaldkyß. Et inermis, qui nihil habet, quo ſuam cauſam defendat.

Inermus, a, um, idem.

Inermo, as, Feſt. idem quod exarmo.

Obarmo, as, Horat. armis tego, vel circumquaq; armo.

Perarmo, as, benè & perfectè armo.

Semiermis, me, om. t. non integrè, ſed dimidiâ quaſi parte, armatus.

Subarmalia, dicta ſunt veſtimenta, quibus arma ſuperinduebantur, ut, Sagum.

Subermis, me, om. t. ex parte armatus.

ARO, as, avi, atum, act. pr. corr. pr. propriè terram jam ante proſciſſam vomere verto, ab ἀρόω, ejusdem ſignificationis, Pløjer om igien: ponitur q; abſolutè; Item cum caſu, *arabant terram*: *arabant decem medimna ex jugere*. Translatè ponitur pro navigo, ut, *arabat æquor*. Item in re venerea, *fundum alienum arat; incultum familiarem deſerit*, i. e. alienas mulieres ſubigit, uxorem deſerit.

Arabilis, le, om. t. quod arari poteſt; ut *campus nullis arabilis tauris.*

Aratio, onis, f. t. arandi actus. Et tropicè ipſi agri arati. Numerantur autem tres arationis ſpecies, proſcindere, offringere, lirare, de quibus ſuis locis, Pløjning.

Aratiuncula, læ, f. pr. parva vel levis aratio.

Arator, oris, m. t. qui arat, diciturq; de bove, Pløjſtud. Et de agente bovem, Plougmand.

Aratrum, tri, n. ſ. machina, qua aramus, Græcis dicta etiam ἄροτρον, Ploug.

Aratro, as, act. pr. arando itero, natas ſegetes, cum bina vel terna folia emiſerint calami rurſus aratro proſcindo impinguandi cauſa.

Artro, as, veteribus idem.

Armentum, ti, n. ſ. animal majus, cujus opera in arando præcipuè utimur, Stoert Fæmon / ſom Heſte/ Øxød/ etc. Inde translatè dicitur de beſtiis majoribus, quorum tamen uſus in arando nullus eſt, ut ſunt cervi, &c. Item de marinis, ut cete, balenæ, &c. Aliter deducitur, ab arma, quaſi quod ad armorum uſum in bello adhibetur.

Armentalis, le, om. t. quod eſt armenti, ut *equa armentalis.*

Armentarius, m. ſ. armenti cuſtos, Fæhyrde/ Øxendriffuere.

Armentinus, a, um, quod ad armentum pertinet, ut, *ſimus armentinus*, Fæmøg.

Armenticius, a, um, quod armentorum eſt, ut, *pecus armenticium.*

Armentoſus, a, um, armentis abundans, ut, *armentoſa Italia*, Færiig.

Arvum, vi, n. ſ. propriè pars agri, quæ ſementi datur, ſive ager aratus, nec tamen ſatus, ſed ſerendus, Pløjet Land. Inde tropicè, ipſum frumentum quod naſcitur. Item translatè, uterus muliebris, ſed ferè cum adjectione, arvum muliebre, arvum genitale.

Arvus ager, idem quod arvum.

Arvales fratres, dicti ſunt ſacerdotes, quos Romulus primus inſtituit, ſeq; inter illos duodecimum fratrem appellabat. Eorum autem erat ſacra facere & arva luſtrare, ut fruges ferrent: habebantq; inſigne, infulam albam & coronam ſpiceam.

Compoſita.

Ambarvales hoſtiæ, Feſto, quæ pro arvis à duobus fratribus ſacrificabantur: ſeu ambarvalis hoſtia eſt, quæ rei divinæ cauſa circum arva ducitur ab iis, qui pro frugibus faciunt.

Exaro, as, act. pr. arando eruo, Oppløjet. Ut, hominem exaravit. Item arando fructum percipio ſeu colligo, ut, *non tantum exarabant, quantum frumenti ipſis imperabatur.* Item translatè, tumultuariè & feſtinanter ſcribo, ex ſulcorum ſcilicet ſimilitudine ſumpta metaphora, vdſkriffuer / vdkaſter/ vdrebler. Item exſcindo, deleo, translatione inde capta, quòd aratrum urbibus expugnatis admovebant hoſtes libidinis exercendæ cauſa, & in omen nunquam reſtaurandi loci, ſed relinquendi ad uſum agrorum.

Inaro, as, idem quod aro. Item arando obruo, ut *inarare fabalia*, pløje neder. Sic, *inarare arbores.*

Inaratus, a, um, non aratus. Ut *terra inarata*, Vø pløjet.

Obaro, as, circum aro, vel arando excolo.

Peraro, as, altius aro, Pløjer dybt: vel, ad finem arando usq; deduco. Inde translatè, *perarabit ora rugis animi*, i. e. rugas contraxit. *Perarare pontum*, i. e. peragrare: *Perarare literas*, i. e. Scribere.

Subaro, as, ſubtus arando terram effodio, pløjer op fra neden. Subarare arborem, eſt fructificationis ergò ſubter arando & fodiendo terram removere.

Subaratio, ſubarandi actus.

Subarator, m. t. qui ſubarat arborem, ut *ſubarator imprudens luxavit radices.*

AROMA, pen. prod. atis, n. t. ἄρωμα, odoramentum omne ſolidum, ſive id eſui, ſive olfactui, Specerij / Kryderij.

Aromatarius, m. ſ. qui aromata vendit, Urtekremer/ Apotecher.

Aromaticus, a, um, quod ad aromata pertinet, vel odorem habens aromatum.

Aromatites, æ, m. pr. vinum aromatibus conditum, Lutendranck. Et adjectivè, *vinum aromatites.* Item aromatites, nomen gemmæ myrrhæ odore.

ARRHABO, onis, m. t. ἀρραβών, quod emptionis nomine datur, ut conſtet fides de pretio, quod convenit. Penge paa kiøbet. Inde ponitur pro pignore. Item pro obſide. Poſuit & Plautus rabonem pro arrabonem, jocans & ridens vulgi barbariſmum truncantis voces.

Arra ſive arrha, æ, f. pr. idem.

Arrilator, oris, m. t. qui empturiens datâ arrâ poſtulat ſibi credi; qui & cunctio à cunctando dicitur, & negotiator. Aliter legitur Arilator, & exponitur Gloſſa βωμοφόρος, quaſi aræ lator, ab ara ferenda.

Compoſita.

Subarrho, as, apud Ambr. fictè, pro arrhâ datâ confirmo, ut *ſubarrhabit me Dominus meus annulo ſuo.*

ARS, tis, f. t. propriè voce architectonicâ, ſcientia ſtruendi, ſive ingenioſa quædam compoſitio & coarctatio, ab arto pro arcto; vel ab ἄρθρον, perfectum; vel ἄρω, apto, ſtruo, ut Græcorum τέχνη ejusdem ſignificationis à τεύχω, ſtruo. Et inde omnis ingenioſa actio in re quacunq;, h. e. quæ non ſua natura, ſed ingenioſa inventione ab homine proficiſcitur, Konſt. *Ars dux certior eſt quàm natura.* Tum translatè, aſtutia, ſive ea in virtute ſive in vitio; ut *dolis inſtructus & arte Pelaſga.* Item artes dicebantur inſtituta quævis, quæ ſtudiosè ſectamur. Item vitia & virtutes: Unde Horat. juſtitiam & conſtantiam vocat artes. Et Plautus fidem & taciturnitatem. Item peculiariter ars eſt collectio præceptorum quorundam in unum corpus diſcendi gratia; qualis eſt collectio Grammat. Rhetor. Dial. Aliter deducitur ab ἀρετή, virtus; vel immediatè ab ἄρης, fortis, quia virtus ſive fortitudo veteribus pro ſumma excellentia cujusq; ſcientiæ.

Articula, læ, f. pr. parva vel vilis ars.

Artitus, a, um, pen. prod. Feſt. qui bonis artibus inſtructus eſt. Exponitur & validus, facta relatione ad originem ex ἄρης, fortis: aut ab artus, quaſi artubus inſtructus, i. e. validus. Item antiquè pro artatus.

Compoſita.

Iners, tis, om. t. veteribus dicebatur, qui nullam artem ſciebat. Inde modò accipitur pro ignavo, deſide & ſtupido, Lad / Doffuen / Dorſk. *Homo iners: ætas iners: ſenectus iners*, quæ hominem facit inertem. Et

iners in venerem, i. e. segnis ad coitum. Iners corpus, Doffuen krop. *Iners cor*, forſømmelig. Et translatè, *aqua iners*, quæ non movetur.

Inertia, f. pr. inertis vitium & affectus, ut *inertia hominis, corporis*. Et *inertia animi*, forſømmelighed.

Inerticula, læ, f. pr. vitis genus, vinum ferens iners, & quod non facile hominem inebriat.

Quinquertio, onis, m. t. qui quincupla arte & robore in publicis certaminibus vicit: ſcilicet ceſtu, pugna, luctâ, pugillatu & curſu.

Quinquertium, tii, n. ſ. quinquertionis victoria, ſive victoria ex quinq; iſtis certaminibus. Item, ipſum exercitium quinq; certaminum.

Solers, ſive ſollers, tis, tior, tiſſimus, om. t. omni bona arte inſtructus, quaſi ſollus, i. e. totus in arte, h. e. perfectus, fuldkommen i nogen konſt / artig / konſtig. *Fac periculum in literis, fac in paleſtra, in Muſicis, quæ liberum ſcire æquum eſt adoleſcentem, ſolertem dabo.* Sic, *ſolers cuſtodia*, flittig varetegt. Et in agricultura, *inciſionibus nihil ſolertius*, Konſtigere.

Solerter, modo ſolerti, Konſteligen / Arteligen. *Solerter hæc excogitavit: operum lineamenta ſolertiſſimè perſpexit.*

Sclertia, æ, f. pr. ſolertis affectus, ingenium & opus, Konſt / artighed. Accipitur tàm in malam, quàm in bonam partem.

ARTEMISIA, æ, f. pr. ἀρτεμισία, nomen herbæ, ab Artemiſia Mauſoli uxore, Bynckе / Graabone.

ARTERIA, æ, f. pr. ἀρτηρία, vena in qua ſpiritus vitalis continetur, veteribus dicta pulſus, à perpetuo motu, Puls Aar.

ARTUS, uum, m. pl. q. naturalis oſſium compages, ſive membrorum junctura & vincula ab ἄρθρον, ejusdem ſignificationis, Lid. Ponitur & pro ipſis membris, Lemmer. Aliter deducitur ab arcto, propter connexionem.

Artua, Plaut. n. pl. quaſi ab artu idem quod artus.

Articulus, li, m. ſ. idem; & propriè nodoſa illa junctura, Lidet. Inde membrum, Lidmod / Lem. Item tropicè digitus, vel pars digiti, ut computat articulis, Regner paa ſine Fingre. Item translatè, nodus vitis, è quo erumpit germen. Item *articuli montium* ſunt colliculi, hinc inde in montibus protuberantes & annexi, Buncker. Item articulus, particula cujuſcunq; rei, ut *articuli fidei*. Item momentum ſeu punctum, ut *articulus temporis*, Lidet ſtund / øyblick. Item membrum periodi, ſeu quod commatibus ſaltem comprehenditur. Item apud Grammaticos, particula, quæ in declinando diſcernendi generis cauſa præponitur.

Articularis, re, om. t. quod ad articulum pertinet, ut, *morbus articularis*, Lidverck; qualis eſt chiragra & podagra.

Articularius, a, um, idem, ut *morbi articularii*.

Articularius, rii, m. ſ. qui morbo articulari laborat.

Articulatè, adverb. pro diſtinctè, quaſi per articulos, Lidviiß. *Articulatè loquitur, pronunciat*, vdtrycke / ligen / klarligen.

Articulatim, adverb. idem.

Articuloſus, a, um, articulis plenum, knudervoren. *Articuloſa herba, partitio.*

Articulatus, a, um, Auguſt. per articulos diſtinctum, ut, *membra compactis oſſibus articulata.*

Articulatio, onis, f. t. in vitibus articulorum dicitus germinatio. Exponitur & articulatio, cùm vi tempeſtatum germina vitium auferuntur, aut imperitia læduntur, aut vitioſè cæduntur.

Artericus, m. ſ. Græcâ quadam formâ, qui artuum morbo laborat.

Arteſis, Prudent. morbus eſt artuum.

Artio, tis, apud Caton. pro arto, ut artire pro artare: vel pro immitto, infero. Ut, *artio ſurculum*, i. e. in arborem implanto. Aliter legitur arcio.

Artuo, as, act. pr. per artus divido, Skiller lid fraa lid. *Artuare membra alicujus.* Et *artuatis viſcerum partibus.*

Compoſita.

Dearticulatio, onis, f. t. mutatio vel corruptio oſſis ſecundum naturam in locum præter naturam, Maar noget er aff lid / Lammen / eller forryckelſe.

Deartuo, as, act. pr. idem quod artuo.

Deartuatus, a, um, quod deartuavimus. Unde translatè, technis deartuatus.

Exarticulatio, articuli alicujus amotio in locum non naturalem.

ARUNCUS, ci, m. ſ. barba capræ, ab ἤρυγγος, ejusdem ſignificationis. Veteres vocarunt ſpirillum.

ARVINA, æ, pen. prod. f. pr. ſevum ovinum, à voce ficula ἀρχάβινη, ejusdem ſignificationis. Inde accipitur pro quavis pinguedine inter viſcus & cutem, Fleſk / fætt / talge. Legitur & arbilla pro eodem. Et ſi fides exemplaribus conjunctim arbilla arvina; Et ruſus abſolutè, arabilla.

AS, gen. aſſis, m. t. in re nummaria, nummus æreus, valens quinq; numulos, ab æs, ex quo conſtabat, deducta voce, ſaa ſom fem blafferter / noget nær danſke ſkilling. Hinc homo aſſis, i. e. exigui pretii. Item in re ponderali, pondus continens 12 uncias, qualis eſt libra, tolff uncer. Inde translatè, omne totum quod per partes numerari poteſt. Ut, as pro hæreditate, & partes hæreditatis, dictæ unciæ. Hinc loquendi formulæ: *ad aſſem usq; reddere*, i. e. totum. *Ex aſſe hæres*, i. e. totius hæres. Dicitur & de menſuris liquidorum, ut *aſſis bini* Item aridorum, ut *aſſis pedis*, En Fod lang.

Aſſarius, rii, m. ſ. Recentioribus Græcis ficta voce ab aſſis pro numulo ſive dimidio aſſis. Exponitur & genus ponderis.

Compoſita.

Bes, gen. beſſis, m. t. pondus continens binas aſſis partes, h. e. duas octonas, Otte vncer / tu ferding dee l aff tolff. Nam as in tres dividebatur octonas. Item menſura apud Geometras continens octo partes jugeri in duodecim partes diviſi. Aliter bes, dicitur, quaſi des, cui deeſt triens.

Beſſis, apud Feſtum, idem, ſi modò vera ſit lectio.

Beſſalis, le, om. t. quod quantitatem beſſis in ſe continet, ut, *beſſalis uſura*, Otte till tenre aff hundret.

Centuſſis, m. t. nummus valens centum aſſes, h. e. decem denarios.

Decuſſis, m. t. nummus valens decem aſſes, ſignabaturq; Græcorum χ aut latinorum X. Ponitur & pro numero denario. Item figura ad modum literæ X.

Decuſſo, as, act. pr. ad figuram decuſſis redigo, giør noget Kaarßviiß.

Decuſſatim, adverb. per decuſſes.

Octuſſis, m. t. nummus valens octo aſſes.

Semiſſis, m. t. nummus valens dimidium aſſis, en Syßeling. Unde *homo ſemiſſis*, qui eſt nullius pretii. Item pondus valens dimidium aſſis, Sex vnce. Inde omne dimidium, ut, *ſemiſſis uſura*, cum ſex de centum uſuræ nomine quotannis, ſive in menſe dimidium unius penditur, en halff Daler aff hundrede till Rente.

Semis, idem quod ſemiſſis.

Semiſſal, idem quod ſemiſſis uſura.

Semiſſalis, le, quod eſt unius ſemiſſis. Ut, *ſemiſſalis uſura*.

Semiſſarius, a, um, idem.

Treſſis, m. t. nummus trium aſſium. Unde *homo treſſis*, i. e. minimi pretii.

Treſſe, is, n. t. idem.

Vigeſſis, is, m. t. viginti aſſium, ut *amphora vigeſſis*.

ASCIA, æ, f. pr. ferramentum, quo fabricæ materiæ lævigantur, ab ἀξίνη, ejusdem ſignificationis, aut ab ἀσκέω, polio, concinno, Slættøxe/ høyøxe/ høfføxe/ Bil. Aliter deducitur ab ago, ut Græcorum ἀξίνη, à Græco ἄγω.

Aſcio, as, act. pr. Vitr. aſciâ cædo, ut *calx in lacu maceratus aſcietur*.

Compoſita.

Exaſcio, as, idem quod aſcio. Et translatè, opus exaſciatum, i. e. elaboratum.

ASILUS, pen. prod. li. m. ſ. inſecti genus aculeo armentis infeſtum, ab ἀνασείω, concutio, ut œſtrum ejusdem ſignificationis ab οἴω, impetum facio, Bremß. Item animalculum marinum ſcorpionis effigie, aranei magnitudine, piſcibus quibusdam infeſtum, Vandbj eller Vandkall. Item Aſilus, nomen avis.

ASINUS, ni, m. ſ. jumentum deforme auritum & ferendis oneribus accommodum, quaſi ὤπιν, ab ὦς, auris; & antiquè auſis: aut quaſi aſonus, ab ingrato ruditu, Eſell/ Aſen. Inde accipitur pro unione in teſſera, Eß/ it øye paa terning. Item pro lapide molæ inferiori, Liggeren eller underſteen udi Mølle. Item pro homine inepto & ſegni.

Aſini etiam nomine veniunt cornuta quædam animalia. Ut *Aſinus Scythicus*: *Aſinus Africanus*: *Aſinus Indicus*. Indicus autem cornu gerit ſingulare; ſed qui diverſus tamen eſt à Rhinocerote, Monocerote & Orygi, qui omnes ſunt unicornes. Cornu Indici Aſini in maximo eſt pretio, quia venenis reſiſtit, & multis difficilibus morbis ex convulſione ortis, medicina eſt. Aliter à tolerantia & ſimpliciter dicitur quaſi ἀσινής, i. e. innocuus.

Aſellus, li, m. ſ. parvus aſinus. Item piſcis quidam ſic dictus à colore aſinino, nimirum cineritio, Torſk/ Lange/ Kabbellav. Item dilutiore qui eſt colore, & minore quantitate, Falle. Et translatè, ſtupidus & indocilis.

Aſina, æ, f. pr. fœmineus aſini ſexus, Aſeninde/ Eſelinde.

Aſella, æ, f. pr. parva aſina.

Aſinarius, a, um, quod aſinos pertinet, ut *mola aſinaria*, quam agit aſinus, Beſtemølle.

Aſinarius, rii, m. ſ. qui paſcit vel cuſtodit aſinos.

Aſininus, a, um, quod eſt aſini. Ut, *aſininum lac*.

ASIO, onis, noctuæ ſpecies bubone minor, noctuâ major, auribusq; plumeis eminens, ab ὠτὸς ejusdem ſignificationis q. Oſio, Itt ſlags Horn vgle. Aliter immediatè ab auſis, i. e. auris.

ASPER, ra, rum, cujus partes aliæ eminent, aliæ ſubſidunt, & ſuperantur, ab ἄπορος, terra nondum ſeminata aut æquata, wjæffn/ knubberet/ huaß/ humpelvorn. *Loca aſpera*, wrydde ſteder. Sic *aſper nummus, cujus* utpotè recenter cuſi partes inæqualiores tactui, Nyſlagen Penge. *Aſpera ſigna pocula*, dreffuet eller ſtueket drickekar. *Paſſer aſper*, Piighuare. Indè transfertur ad alia, in auditu ſcilicet, guſtu, moribus, &c. Ut, *aſpera vox*, i. e. rauca: *aſpera oratio*, haard oc huaß. *Aſperum vinum*, haard Vin: *Aſper victus*, haard mad: Aſper homo, haard oc ſtreng. Sic *aſperum tempus*, haard tiid: *Aſpera juno*, vbillig: *Aſper aſilus*, Skadelig. Aſpri poëtica eſt ſynæreſis pro aſperi.

Aſperè, modo aſpero, ut *aſperè ipſum alloqvutus eſt, dicit, tractat, accuſat*, haardeligen.

Aſperiter, antiquè idem quod aſperè.

Aſperitas, atis, f. t. aſperi affectio & qualitas, wjæffnhed/ haardhed/ huaßhed. *Aſperitas viarum, ſaxorum. Aſperitas ædificiorum*, vdbygning. *Aſperitas contentionis*, i. e. vehementia. *Aſperitas animæ*, eſt ſpirandi difficultas, Trangbryſtighed. *Aſperitates rerum & anguſtiæ temporum*, haarde vilkaar.

Aſpero, as, act. pr. aſperum facio. Ut, *aſperentur aſſerculi formatis gradibus, ne ſint volantibus lubrici*, giør wjæffn oc knubberet. *Hyems aſperat undas*, i. e. congelando facit aquam aſperam.

Aſpretura, ſive aſpratura, ræ, f. pr. permutatio pecuniæ. Nam qui nummum permutabat pro trita aſperam voluit habere.

Aſpredo, inis, f. t. Gell. idem quod aſperitas. Item nomen piſcis aliàs dicti, perca, Borcke.

Aſpretudo, Gell. idem.

Aſpretum, ti, n. ſ. locus aſper & abruptus. Ut, *tabernacula ſtatuebant in aſpretis*.

Compoſita.

Exaſpero, as, act. pr. valde aſperum facio, hueßer. *Saxo exaſperant ferrum*. Et translatè *rem verbis exaſperavit*, giorde ſagen ſkarp och ſtreng: *Exaſperavit animum ejus*, i. e. concitavit.

Exaſperatus, a, um, quod exaſperavimus, ut, *animus exaſperatus*: *apes exaſperatæ*.

Peraſper, a, um, valdè aſper.

ASTRUM, ſtri, n. ſ. ἄστρον, Græca voce, Latinis uſurpata, idem quod ſtella, & quodvis cœleſte corpus luminoſum; ut, *annum metiuntur anniis aſtri reditu*, i. e. ſolis. Sic *aſtra errantia*, i. e. planetæ. Item ſidus pluribus conſtans ſtellis, ut Leo, Libra, &c. Himmelstegn.

Aſtralis, le, om. t. Auguſt. quod ad aſtra pertinet, ut *aſtralia facta*, i. e. cœleſtia.

ASTU, ἄστυ, Græca dictio, idem quod urbs, qua omnes Græciæ civitates appellabantur: & peculiariter Athenæ & Alexandria, ſicut Roma urbs. Unde apud Cic. & Terent. *in aſtu ſe conferre*: *in aſtu venire*, i. e. Athenas. Ponitur & aliquando adverbialiter pro aſtutè; ut aſtu rem hanc tractavit.

Aſtus,

Aſtus, m. q. dictio in nominat. & ablat. tantum uſurpata, ſignificat calliditatem, qualis ſolet eſſe eorum, qui in urbibus frequentes ſunt, & ſimplicitatem ruſticam dedidicerunt. Inde *aſtus belli*, pro ſtratagemate, Krigspudz.

Aſtæ fallacia apud Plaut. quaſi adjectivè poſitum. Et *animus aſtus*. Sed lectio eſt ſuſpecta.

Aſtutus, a, um, quaſi aſtu & caliditate præditus, Snedig/ Liſtig: accipiturq; fere in malam partem.

Aſtutè, modo aſtuto; ut *aſtutè agit, reticet*, Tredſkeligen / Liſtigen.

Aſtutia, æ, f. pr. aſtuti affectus, Tredſkhed / Snedighed. Aſtutia intelligendi: *leges tollunt & fugant aſtutias.*

Compoſita.

Peraſtutus, a, um, valde aſtutus.

Peraſtutè, adverb. ut *peraſtutè in fraudem injicit.*

ASYLUM, li, pen. prod. n. ſ. ἄσυλον, locus ſacroſanctus, in quem fugientes violare aut detrahere fas non erat, Frjſted/ Skermelſe ſted / frelſe. Dicebatur etiam ſtatua, ad quam confugientibus jus erat aſyliæ.

Aſylia, æ, f. pr. jus illud, quo quis tutus eſt, nec niſi per ſummum nefas violari poteſt, cum ad aſylum confugeret, frelſe oc frj leide.

Aſylus, li, m. ſ. qui ſacroſanctus à violentia tutus eſt.

AT, conjunctio adverſativa differentiam rerum denotans, ab ἀπὸ, ejusdem ſignificationis, Men. *Scipio eſt bellator, at Cato Orator.* Interdum eſt conditionalis, pro ſaltem; ut *quid me mors terret? at ſemel ſum moriturus. Si minus affectus ſupplicio, at cuſtoditus*, i. e. ſaltem. *Si non ſapiens, at amicus.* Item diſcretiva, Dog. *At mihi ſcrupulus unus* reſtat. Apud Poëtas frequenter eſt particula periodum incipiens, præſertim cùm aut indignationem aut dolorem exprimere volunt; ut, *at tibi pro ſcelere perſolvant Dii dignas grates: at tibi Dî dignum factis exitium duint.* Ponitur & cum dictione verò; ut, *at verò extra Græciam magna dicendi ſtudia fuerunt.*

Aſt, Poëtis propria, ſed & Cic. uſurpata, idem quod at, à quo & deſcendit per interpoſitionem literæ.

Atat, interjectio eſt paulatim percepti ac intellecti mali, ej ej/ ſe ſe. *Atat data herculè ſunt verba mihi.* Item interjectio timoris; ut, *atat mi homo, formidoloſus es.*

Attate, Plaut. interjectio, modò increpantis, modò expaveſcentis, ſeu re aliqua geſtientis.

ATER, tra, trum, pr. prod. quod carbonis colorem refert, ab ἄνθραξ, carbo, Kullſoert. *Tàm excoctam reddam, atq; atram quàm carbo eſt.* Inde *atra bilis*, quæ colore ex aduſtione atro ſolidiora membra alit, cujusmodi ſunt oſſa, & lienem permeans in ventriculum cibi appetitionem excitat & retentionem ejus tantiſper adjuvat, donec perficiatur concoctio. Item *atrum olus* nomen herbæ, ſic dictum quod pallorem quaſi atrorem quendam gignat. *Atrum agmen*, i. e. nube pulveris obductum, fuld oc ſort aff ſtøff. Eſt & hic color triſtitiæ & honoris ſymbolum, ut album lætitiæ & ſimplicitatis. Unde ponitur pro funeſto, wlyckelig. *Atra cupreſſus*, quæ inferis conſecrata erat. *Ater dies*, forvorpen dag. *Mors atra*, quæ horrorem incutit hominibus, vel quæ homines facit atros. Aliter ater deducitur ab a & terra, ut proprié dicatur de colore, qui præſtantiſſimam terræ glebam refert, ut, cum nos dicimus, Sort / ſom den ſorte muld. Aliter à Chaldæis trahitur, quibus fumus ita appellatur. Item ab atrox, ut

ſit propriè dictum de colore atrocis, atrox autem à Græco.

Atramentum, ti, n. ſ. ſuccus ater, quo atrorem rei alicui inducimus, ut, *atramentum ſcriptorium*, Bleck: *atramentum ſutorium*, Suerte: *atramentum tectorium*, Sort farffue.

Atramentarium, rii, n. ſ. vaſculum, quo atramentum continetur, Bleckhorn.

Atratus, a, um, quod atrum factum eſt, giord ſort/ Suertet. Inde atratus, qui veſtibus erat atris & lugubribus, Sort klæd, *Atratus flubius*, qui atrum colorem induit.

Atritas, atis, f. t. Plaut. ipſa atri qualitas & color; capiturq; aliquando pro immanitate.

Atrium, trii, n. ſ. cavum erat ædium ad latera & frontem variis variorum uſuum cauſa diſſeptis, cubiculo ſcilicet, cella, cœnaculo, penaria: in quo focus erat & commune familiæ miniſterium, ſic dictum ab atrore, quia locus erat obſcurus fumo & pauco lumine; unde & oſtium epulantibus aperiri ſolebat, Sall / Stue/ Røgſtue/ Framgulff. Hinc aliis idem quod veſtibulum; aliis locus inter veſtibulum & aulam: aliis univerſa domus pars continens veſtibulum, portulam & culinam. Aliter deducitur ab Atriatibus Hetruriæ populis, à quibus id genus ædificiorum inſtitutum. Aliter ab ἄιθριον, quaſi quod fornice & amplitudine & ornatu repræſentat æthram, quaſi proprié ſit magnificum aliquod & regale. Verum hoc ab re. Res enim fuit plebeis familiaris primò, inde Magnatibus magnifico apparatu & ſine fumo, præſertim inventis tubis per quos fumus exiret.

Atriolum, li, parvum aut vile atrium.

Atrici, idem, quod Atrienſes.

Atrienſes, cujus ſingulare Atrienſis, m. t. quibus cura atrii erat demandata eorumq;, quæ in eo ſervabantur, Huußknect / Borgeſtveknect. Et Atrienſis in gen. fœm. Stvepige.

Atror, oris, m. t. Gell. idem quod atritas.

Atrox, ocis, om. t. pr. indiffer. quod eſt atro & horrendo aſpectu, ut irati qui fuſceſcunt turbatis ſpiritibus & ſanguine, Grum / Skrækelig/ Græſelig. Plerumq; de animo dicitur, ut *atrox inimicus*, non qui vultu, ſed qui animo atrox eſt. Et *Catonis atrox animus*, i. e. admodum & ad vitium conſtans, in qua ſignificatione & deducitur ab α privat. & τρεῖν, timere, quòd nihil timeant ita turbati. Aliter ab ἀτρὼξ, i. e. immaturus, ut ſit propriè à crudis, & inde translatè ad animum, eâ formâ, quâ crudelis à crudo. Atq; ita apud Nævium exponunt *atrocia exta*, i. e. cruda: non quæ atrocia minantur.

Atrocitas, f. t. atrocis affectus, Grumhed. Ut *atrocitate rei ſum commotus.*

Atrociter, adverb. modo atroci, Grummeligen. *Atrociter multa fiunt* comparat. atrociùs, atrociſſimè.

Compoſita.

Obater, a, trum, quodammodo ater, ut, *Lunæ cornua obatra.*

ATHLETA, tæ, m. pr. ἀθλητης, idem quod Luctator & pugilis: niſi quod latius ſe extendat, nimirum ad curſu ſaltantes & alios gymnicos.

Athleticus, a, um, quod eſt Athletarum. Ut, *Athletica certamina*, Allehaande fecten oc Kempeſpill.

Athletica, æ, f. pr. *ſcientia & ars athletica*, Fechterkonſt.

Athle-

Athleticè, Athletarum more. Et translatè, validè; ut *Athleticè valet*, Lider vell/er sterck som en kæmpe.

ATOMUS, mi, m. ſ. ἄτομος, corpuſculum, quod in partes ſecari non poteſt. Inde atomus temporis pro momento. Item pro unitate in numeris. Item pro puncto Mathematico. Atomi autem dicuntur Epicuro corpuſcula, quæ in radiis ſolaribus conſpiciuntur, ex quorum concurſu, mundus hic concretus eſſet, Solegrand.

ATTA, æ, m. pr. qui ſummis pedum articulis incedit, ab attingo, quod terram attingat, potius quam calcet: vel qui primum incipit ambulare; ab ἄτω, ſubſilio, ſubſulto. Eſt etiam Atta, ἄττα, Græcis familiaris dictio, ab infantum primum loquendi tentamentis, qua compellabant Seniores. Transferturq; peculiariter ad patrem & avum.

ATTAGEN, ἀττάγας, nomen avis, Haſelhøne. Et translatè, ſervus ſtigmatias, quaſi qui dorſo eſt loris picto, ut eſt attagen avis, coloribus.

AV ſive Hav, interjectio eſt & vox incondita ad imitationem latratus canum. Eſtq; conturbantis, ſeu percellentis alios. Item increpantis. Item conturbati. Item injungentis ſilentium. Item exclamantis, Av/ Av.

AUDEO, es, auſus ſum, n. ſ. viribus fretus magna capeſſo & aggredior, ab ἄτω, vi ſeu motu violento à me aliquid amoveo, Haffuer mod till at giøre noget: driſter mig till / voffuer mig till / Tørſf. *Audeo confiteri, rogare, optare, negare.* Et eum caſu, *multa audet.* Item impersonaliter, *audendum eſt*, *fortes adjuvat ipſa Venus.* Veteres etiam uſi ſunt pro volo & poſſum; ut, *audes mihi aliquam gratiam argenti facere*, vilt du/eller kandſt du. Aliter ab αὐχέω, glorior, jacto, quaſi aucheo. Item ab αὐθάδης, arrogans, quaſi arroganter & mihi magna ſumens aggredior. Unde Iſidoro audax propriè pro arrogante ponitur.

Audens, tis, om. t. qui audet aliquid facere, haffuer mod till nogett. *Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito.*

Audenter, audenti animo, ut, *audentius viſi ſunt in collibus.*

Audentia, æ, f. pr. audentis affectus. Et, ut volunt, in virtute, Driſtighed.

Audax, cis, om. t. qui quidvis audet ſive id ex judicio & ratione, Driſtig/Modig: ſive temeritate, Voffue/hals. *Viribus audax; facinus audax: homo audax: Homo temerarius & audax.*

Audaciter & audacter, adverb. animo audaci, plerumque in bonam partem. Ut *audaciter exſultat: audacter agit, dicit.*

Audaculus, a, um, allquantulum audax, & ferè in malam partem. Ut, *audaculus reprehenſor*, Nøſeviiß/ Nørgaarende.

Audacia, æ, f. pr. audacis affectus, Driſtighed. Eſtq; vel cum ratione & in virtute poſita licet fortuna & ſucceſſus non reſpondeat, Mandelighed: vel ſine tecto judicio & cum temeritate, formaſtelſe.

Auſim, is, it, pro audeam. Ut, *nec ſi ſciam dicere auſim.*

Auſio, onis, f. t. idem quod auſus.

Auſus, a, um, præter. & auſurus futur. ut, *mulier auſa atq; auſura multa nefanda manu.*

Auſum, ſi, n. ſ. quod auſi ſumus, Driſtig ſtycke. *Auſi omnes immane nefas, auſoq; potiti.*

Auſus, us, m. q. audendi actus & ipſum auſum, Driſtelſe/ driſtig ſtycke.

Compoſita.

Inaudax, om. t. non audax, i. e. timidus, Red/ frycte actig.

Inauſus, a, um, quod non audemus, ut *hic inauſa audet*, det ellers ingen tør giøre.

Sodes, dictio eſt blandientis imperativum adjunctum emollientis, q. d. ſi audes, fiære om du vilt. *Dic mihi ſodes, quis ea eſt.*

AUDIO, dis, ivi, itum, act. q. auribus capio, ab ὠάζω, ejusdem ſignificationis; vel ab audes: i.e. aures ex Tarentino αὖς αὐτος, auris, Høret. *Hæc audio: nuncium aliquem audio de me: de malis noſtris prius audis, quàm nos: audio ex te; audio hoc in te*, i. e. contra te: *Audivi à majoribus natu*, i. e. de. *Audivi de ſocero meo*, i. e. à ſocero. Inde audiendo cognoſco & inquiro, Forhører / Offuerhører. *Audire cuſtodias.* Item exaudio. Ut *Deus noſtras preces audit.* Item aſſentior, fidem habeo, tröer/ holder med. *Homerum audio, qui Ganymedem à Diis raptum ait.* Item ſum diſcipulus. Ut *Cleantes Zenonem audivit*, i. e. diſcipulus ejus fuit. Item agnoſco & intelligo. Ut *de ſingulis audit Deus.* Item obedio, ut *ſi me audies, ſi te ipſum audies, nunquam labere: non audit amiciſſimè id monentem.* Item neutraliter, habeor, dicor, Boldis for/ Høret. *Audio malus; audio benè, malè.* Dicitur & translatè de iis, quæ auribus & ſenſu carent. Ut, *currus non audit habenas*, quando ſcilicet præceps ruit, nec teneri habenis poteſt. Antiquè etiam dicebatur *audibo*, pro audiam. Aliter deducitur ab αὐδάω, loquor, quia vox objectum eſt auditus.

Audiens, tis, om. t. qui dicentem alium, audit. Ut, *audientium animi permovendi.* Item monentem qui audit, Lydig/ Høreſom. *Dicto ſunt audientes.* Sic apud Plaut. *audiens imperii.*

Audientia, æ, f. pr. audientis attentio, Lyd / Audienz/ høreſombed. *Audientiam* (i. e. ut audiatur) *facit. Præco audientiam facit aliis:* Et *populo facit audientiam*, i. e. ut audiat populus.

Auditio, onis, f. t. audiendi actus; ut, *auditio fabularum*, qua quis audit fabulas.

Auditiuncula, æ, f. pr. parva auditio.

Auditor, oris, m. t. qui audit, quiq; diſcipulus eſt, Tilhører.

Auditorium, rii, n. ſ. locus ubi auditur Præceptor aut Orator, Leigſe. Et tropicè ipſa turba auditorum. Item translatè, juriſconſul. forum & tribunal.

Auditus, us, m. q. audiendi actus, Hørelſe. *Auditu hoc intelligitur.* Item fama, rumor, ut, nihil per auditum habeo. Item ſenſus ipſe audiendi, ſive vis illa, qua ſonum percipimus, Hørelſe.

Auſculto, as, act. pr. eadem origine cum audio, quaſi frequentativum ab auſculo, ut occulto ab occulo, ſignificat attentè audio, Høre nøje till. *Auditis non auſcultatis Pharmacopolam.* Inde idem quod obedio. Ut, *iſtis magis audiendum quàm auſcultandum cenſeo.* Ponitur & antiquè pro aſpicio, cerno. Ut, *ludos hinc auſcultabi procul.* Legitur & impersonaliter, *auſcultabitur.* Aliter compoſitum habetur, ab οὖς auris & κέλω, moveo, quaſi aures adhibeo.

Auſcul-

Auſcultatio, f. t. auſcultandi actus.

Auſcultator, m. t. qui auſcultat.

Compoſita.

Exaudio, dis, perfectè audio, Lydeligen høre: *Hoſtis clamorem exaudivit.* Item audiendo quaſi do & concedo roganti, Bønhører. *Votem ſupplicis exaudivit.*

Exauditus, a, um, quod exaudivimus, ut, *exaudita vox, clamor:* Et *nulli exaudita Deorum vota precesq; meæ.*

Inaudio, dis, rem occultam auribus percipio, faar at høre eller viide; *Hoc tandem inaudivi: inaudivit mihi theſaurum eſſe domi.*

Inaudibilis, le, om. t. Cic. qui non eſt audiendus. Ut, *fidem infirmat filio inaudibili.*

Inauditiuncula, læ, Gell. narratiuncula auditu non indigna, ſeu quæ audiendo ab alio hauſta eſt. Ut, *inauditiunculæ diſciplinæ Grammaticæ.*

Inauditus, a, um, non auditus, ut, *hoc mihi erat inauditum: nomina inaudita. Inauditus capite plexus eſt,* Bleff Halshuggen whørt. Item antiquè, *animal inauditum* dicebatur, quod ſenſu audiendi caret.

Obaudio, dis, antiquè idem quod obedio.

Obedio, dis, quaſi audiendo pareo, morem gero, Adlyder. *Obedire Magiſtratui:* Et *ad verba ejus obediunt,* Lige effter Ordene/ſom de lyde.

Obediens, tis, om. t. qui obedit, Børſom. *Appetitus orationi obediens:* Et amiſſo tempore, *homo obediens: nemo eſt me obedientior,* Lydig / Lydactig.

Obedienter, obedienti modo, Lydactigen. *Obedienter id curatum eſt.*

Obedientia, æ, obedientis affectus ſive habitus, Lydighed/ Lydactighed/ Børſomhed.

Subauſculto, as, leviter & quaſi prætereundo auſculto, Lyder / Lyder till. *Subauſcultemus, ecqua de me fiat mentio.*

AVENA, æ, f. pr. genus ſegetis exſuccum & præ cæteris leve, ab ἄω, ſiccum, aridum, propter ariditatem, Haffre. Numeratur autem inter vitia ſegetis, quia ſæpè ex hordeo per degenerationem provenit, ſive cœli, ſive loci, ſive ipſius ſeminis corrupti vitio. Ponitur interdum pro ipſo calamo frugis, Item pro fiſtula ruſtica, quæ ex iſta materia fiebat. Et hinc rurſus pro ſtylo bucolico: ut, *ſylveſtrem tenui Muſam meditaris avena.* Eſt & certum avenæ genus in hordeo naſci ſolitum, illudq; enecans, Vildhaffre eller Flyſſhaffre eller och Suingell Item morbus quidam, qui hoc genere avenæ curatur. Item *avenæ* cum adjectione *ſteriles aut vanæ*, dicuntur culmi frugum ſteriles, gaalde ſtraa. Steriles avenæ. Aliter ab ἄω, flo, vel quòd infletur, ut & Græcorum σῦφώνιον, ejusdem ſignificationis, à σῦφων ſiphotubus, propter eundem uſum: vel vento latè diffletur. Grammat. avena ab occupandi aviditate.

Avenaceus, a, um, quod ex avena factum eſt, ut *avenacea farina,* Haffre meell.

Avenaria, æ, f. pr. cicadæ ſpecies in avenis degens.

AVEO, es, ſine præterito & ſupino, cum deſiderio cupio, ex Hebræo aveh, i. e concupivit, Inderligen begær/attraaer effter. *Aveo ſcire quid agas: valde aveo audire.* Et participial. *non eſt mihi tempus aventi.* Inde ponitur pro gaudeo,

Ave, imperativus ſalutantis & benè precantis, q. d. gaude, Hilvere. Aliter Punicum habetur, & ſignificat vive, ſcribiturq; per aſpirationem Have.

Avarus, a, um, rior, riſſimus, qui plus æquo avet & deſiderat, nec tamen ſaturatur, Gærig/begærlig/graadig. *Homo avarus: avara meretrix: avarus ſemper eget. Avara terra,* quæ minus reddit quàm accepit. *Avaræ adulationes,* i. e. avarorum. Ponitur & aliquando in bonam partem, ut *præter laudem nullius eſt avarus.* Aliter compoſita habetur dictio, quaſi avens æris, ut propriè dicatur de inſatiabili pecuniarum cupiditate.

Avarè, modo avaro, ut *nihil temerè, nihil avarè faciendum.*

Avariter, idem apud Plautum.

Avaritia, æ, f. pr. ipſum avari deſiderium & ſtudium in acquirendo, Gærighed. *Avaritia gloriæ,* qua quis ſupra modum avet gloriam.

Avarities, ei, f. t. Lucret. idem.

Avidus, a, um, qui avet, Begærlig / graadig. *Avidus laudis, nobilitatis.* Et *avidus in pecuniis.* Et pro avaro; *Senex avidus, miſer atq; aridus.*

Avidè, cum aviditate; ut *avidè ſum affectus de caſare: avidè appeto, arripio.*

Aviditas, f. t. avidi affectus, Begærlighed/graadighed. *Aviditas cibi, ſermonis, legendi.*

AVELLANA, æ, f. pr. olim abellana, genus nucis, ſic dicta ab avella ſive abella Campaniæ oppido, hujus generis nucum feraciſſimo, Haßelnød. Sic & *ponticæ* dicitur à Ponto regione: Et *prænestina*, à Prænestinis populis.

AUGEO, es, xi, ctum, act. ſ. majus facio, ab αὔξω ejusdem ſignificationis, øger / forøger. *Augeo moleſtiam: augeo te ſcientia & exemplis, divitiis; Rempublicam agris & urbibus; linguam copia verborum; beneficium magno cumulo; peccati atrocitatem:* conſvetudo *auget benevolentiam: Epiſtolæ augent mihi dolorem: rem laudando auget: auget Deos victimis.* Et paſſ. *augetur honore: augetur honos: augetur ſenectus.*

Augeſco, is, n. t. auctus fio, incrementum capio, voxer oc tager till. *Uva & ſucco terræ & calore ſolis augeſcit: augeſcunt corpora cibis.*

Auctio, onis, f. t. augendi actus, forøgelſe. Et peculiariter publica venditio, in qua pretium licitando augetur, Vaar en Byder offuer en Anden. *Nunc mihi auctio facienda eſt.* Et *auctio haſtæ*, quæ fiebat poſita haſta in rei ſignum.

Auctionalia, n. pl. tabulæ & inſtrumenta auctionis, Regiſter paa det ſlags Sall och kiøb.

Auctionarius, a, um, quod eſt auctionis, ut *auctionaria atria*, in quibus auctio fiebat, Palterorffve/ Luſerorffue: Et *tabulæ auctionariæ*, in quas bonorum auctione venditorum ratio relata eſt.

Auctionor, aris dep. pr. per auctionem vendo, auctionem facio, holder fall for den der byder meeſt. *In compitis auctionabatur: deterrebat eum verbis, ne auctionaretur.*

Aucto, as, multùm vel ſæpe augeo; ut, *res rationeſq; noſtras lucro bono atq; amplo auctat.*

Auctito, as. Tac. Idem, ut, *auctitare pecunias fœnore.*

Auctor, oris, m. t. qui auget. Et peculiariter in auctionibus, qui aucto pretio jus Dominii in ſe confert, ſive qui rem ſub periculo vendit. Inde qui in re aliqua acta vel agenda principem locũ tenet, aliisq; facienda ſuggerit vel

præſcribit, ſive cujus periculo & fide res geritur, Forſ mand/ Boffuitmand/ Boffuett oc Stifftere till nogett. *Hujus rei ſive auctor ſive impulſor, ſive conſervator & rector fuit. Auctor pacis, carminis, ſcripti, libri, ædificii, ſceleris, deditionis, conjurationis, belli, civitatis, Reipubl., ſententiæ, latinitatis, rumorum*: Et *nobis auctoribus hoc ad vos pervenit*, ſubintellecta ſcilicet re ſubjecta, ut rumorum & famæ. Ponitur & pro promiſſore, ut *auctores ſumus tutam tibi majeſtatem Romani nominis fore.* Item pro propugnatore; ut, *auctor legis hujus.* Item cum caſu; *auctor ſum aliis ad te juvandum.* Erat autem olim comm. gen. Unde apud Poëtam *optima auctor.* Et figuratè, *fata auctores.* Aliter ſine C ſcribitur autor, quaſi ex αὐτουργὸς, h. e. qui per ſe ſuo artificio aliquid perficit. Item ſimpliciter ab αὐτὸς, reſpicientes ad illud auctoritatis plenum, αὐτὸς ἔφα. Item author quaſi ex αὐθέντης, qui ſua manu facit, & agendi poteſtatem habet pro arbitrio.

Auctoritas, atis, f. t. auctoris jus & dignitas, Myndighed. *Vir eſt magna auctoritate: auctoritas patrum.*

Auctoro, as, act. pr. ſacramento obligo, & quaſi auctoritate publicâ accepta manu, accepto jurejurando & data pecunia ad militandum aſtringo, Baandfeſter/ giffuer penge paa haanden. *Auctorare militem.* Dicitur & de gladiatoribus, cum ſcilicet merces illis & præmium dabatur, ut in ludo depugnarent: quo etiam ſacramento ipſis quaſi auctoribus pugnandi & jus gladii dabatur. Inde privata auctoritate dato ſacramento obligo & aſtringo, Kiøber eller lejer en till at giøre nogen tieniſte: Baandfeſter. Et translatè, *auctorabit Romanis victoriam, partibus ſuis excidium & ſibi mortem peſſimo ſcelere.* Sic noſtris moribus: jus gladii concedo, giør verafftig.

Auctoramentum, ti, n. ſ. quo miles auctoratur & ad militandum obligatur, Baandfeſtning/haand-feſten/ Feſtepenge. Item merces & præmium gladiatorum. Item translatè, arrha, quæ ſervitiis datur, Feſtepenge/ Gudzpenge. *Auctoramentum ſervitutis*, quo mercenarius accepto cogitur ſervire.

Auctoratus, a, um, auctoramento obligatus, quem auctoravimus, Feſt/ Baandfeſt. *Miles auctoratus: auctoratus ſervus, vindemiator. Et auctoratus proditor*, i. e. obligatus. Inde ſimpliciter, qui perpetuo eſt obligatus. Item peculiariter gladiator mandatum habens interficiendi aliquem.

Auctus, a, um, quod auximus, forøgt / formeerit. *Auctus beneficio, prædâ, lætitiâ, filio, pecuniâ.*

Auctuarium ſive **auctarium**, rii, n. ſ. quod ſuper menſuram & pondus juſtum adjicitur, tilgifft/ offuermaaell. *Auctuarium adjicio, vel mille nummum, plus quàm poſcit.*

Augmen, inis, n. t. Lucret. quo quid auctius fit. Ut, *augmen corporis. Et donare augmine*, i. e. augere.

Augmentum, ti, n. ſ. Varr. obſonii genus, quod ex immolata hoſtia defectum in jecore imponendo augendi cauſa. Legitur & pro eodem augumen.

Auctumnus, ni, m. ſ. tertia pars anni, quæ auget nos frugibus & fructibus, Høſt. Scribitur & ſine C autumnus.

Auctumnus, a, um, quod eſt auctumni; ut, *æquinoctium auctumnum*, Om Høſten/naar Dag oc Nat ere lige lange.

Auctumnalis, le, om. t. idem. Ut, *auctumnale tempus.*

Auctumnal, apud Varr. pro eodem.

Auctumnitas, Varroni idem quod auctumnus, vel auctumnale tempus.

Auxilium, ii, n. ſ. opera, quâ alicujus rebus vel augendis vel confirmandis ſubvenimus, Hielp/Biſtand. *Sum tibi auxilio. Reſpublica Dei ope & auxilio geritur.* Et plural. auxilia pro copiis militaribus. Ut, *magna tibi miſit auxilia: auxilia equitum & peditum*, i. e. copiæ. Volunt autem auxilium proprie dici in rebus adverſis, & quod ex inſperato offertur.

Auxiliaris, re, om. t. vim auxiliandi habens, Hielpeſom/Lægeſom. *Vis eſt auxiliaris contra venenum.*

Auxiliarius, a, um, quod eſt auxilio, ut, *auxiliaria cohors: auxiliarius miles.*

Auxilior, aris, dep. pr. auxilium fero, Hielper/ kommer till hielp. *Tibi auxiliari non poſſum.*

Auxiliator, oris, m. t. qui alicui auxiliatur, auxiliarive ſolet, Hielpermand/ Hielpeſom.

Auxiliatum, ti, antiquis idem quod auxilium.

Compoſita.

Adaugeo, es, inſuper, vel valdè augeo. Ut, *hæc adaugent ſuſpicionem: ſcelera aliis adaugent: honeſtas facti per ipſum adaugetur*

Adauctus, a, um, quod adauximus.

Adaugeſco, is, inſuper augeſco.

Adaucto, as, idem quod adaugeo, vel ſæpiùs aut multum adaugeo.

Exaugeo, es, valde, vel magis atq; magis augeo. Ut, *beneficia tua in me exauges: multa ſunt quæ animum mihi exaugent.*

Exauctoro, as, act. pr. auctoramento ſolvo, libero, Giffuer forloff. Milites exauctoravit. Accipitur & in malam partem pro cum ignominia ejicio, forviſer en Lejren.

Exauctoratus, a, um, quem exauctoravimus. Ut, miles exauctoratus, Forloffuett.

Perauctor, oris, m. t. apud Sveton. pro progenitore.

AUGUR & antiquis **auger**, uris, m. t. divinator, qui ex avium volatu, paſtu, cantu, futura prædicit, ſic dictus vel à geſtu, vel à garritu earum, quem obſervat, Spaamand/ſom acter paa Fugleſkrig/etc.

Auguralis, le, om. t. quod ad augurem pertinet. Ut, *auguralis porta, virga: augurales libri: auguralia inſignia.* Et *vir auguralis*, qui præfuit auguriis. *Cœna auguralis*, quam dabat augur munus augurandi capeſcens. Et inde omne convivium in cujuscunq; initi muneris auſpicium exhibitum.

Augurale, lis, n. t. inſigne augurum.

Augurius, a, um, idem quod auguralis, ut, *jus augurium.*

Augurium, rii, n. ſ. ipſa divinatio ex avibus. Item auguralis dignitas. Item translatè, quævis divinatio & conjectura.

Auguror, aris, dep. pr. augurium exerceo, ex avibus futura prædico. Ut, *auguratus eſt annos belli ex paſſerum numero: auguratur bellum: de illo nihil auguror.* Et translatè, conjectura auguramur. Et imperſ. *pulcherrimè auguratum eſt Rem Roman. publicam ſummam fore.*

Auguro, as, Virg. n. pr. idem quod auguror. Diſtinguunt autem Grammatici: auguro, cùm præſagio mentis futura colligimus: auguror tum cùm futura veris captamus auguriis.

Auguraculum, li, n. ſ. Feſt. ita appellabant antiqui quam nos arcem dicimus, quòd ibi augures publicè auſpicarentur.

Augurandus, a, um, part. pass. de quo augurium capi debet. Ut, *aves augurandarum rerum causa natæ.*

Auguratio, f. t. augurandi actus.

Auguratus, us, m. q. scientia & dignitas auguris. Ut *de auguratu tuo multa dixit: scientia auguratus.*

Auguratus, a, um, quod augurio constat vel factum est, ut *auguratum templum: auguratus locus.*

Auguratò, adverb. cum augurio, vel per augurium, ut, *Romulus auguratò in urbe condenda regnum adeptus est.*

Augustus, a, um, propriè quod augurato & addicentibus avibus constabat, vel per augurium consecratum, ut *hodie reges & Principes intervenientibus Christianis sacris inaugurantur*, Indviet/ helliget/ hyldet/ salffuet. Inde quod divinis honoribus, summaq; veneratione dignum: Item majestatis plenum; & summa dignitate conspicuum, Helligt/ begaffuet med Helligdom/ Guddommeligt/ ærreverdigt/ Majestetisk. *Augustum templum, simulacrum, locus, fons; augusta alicujus forma, dignitas.* Et peculiariter titulus Imperatorum, Regum & Ducum, qui diviuitus dotati & ornati sunt, ut, *Octavius Augustus*, qui devictis hostibus & pacato imperio primus Monarchiam Romanam confirmavit. Et *chartâ augusta* ab Augusti hujus nomine, Reall Papiir. Item absolutè Augustus, nomen mensis ab eodem Augusto, ante dictus Sextilis, Høstmaanet.

Augustè, modo augusto, magnificè, ut *augustè & sanctè veneratur Deos: augustè consecrare aliquem: nihil eo augustius dici potest.*

Augustale, is, n. t. recentioribus idem quod prætorium, Førstelig huuß. Et in castris, Imperatoris tabernaculum & prætorium. Item pluraliter augustalia, pro ludis augustalibus.

Augustalis, le, om. t. quod est Augusti Principis, ut augustales ludi, qui in honorem augusti sunt instituti. Et absolutè, augustales, qui ab Augusto delecti erant ad docendos primos ordines. *Ita & dici possunt hodie, à singulari virtute & felicitate in bello, qui vulgò aurati dicuntur*, Riddere. *Item augustales dicti sunt*, adolescentes & juvenes, qui Neroni cantanti plaudebant.

Augustatus, a, um, Macrob. Augustum factum, ut *mensa augustata*, quæ sacris usibus est inaugurata.

Augustei, termini in locis montanis positi, quod Augustus eos recensuit, & ubi fuerunt, lapides aliquot constituit, omnemq; terram suis temporibus remensurari voluit, ac veteranis militibus assignari.

Composita.

Exauguro, ás, act. pr. auguratum profanum sive auguratum non auguratum facio, & sacris majestateq; exuo. Ut *exaugurare sacerdotem*, Sette aff Embedet. Ecclesiastici vocant degradare. *Exaugurare templum* est ex augurato profanum facere, & avertere usum ejus sacrum, Vende Kircken hen til Verdzlig brug.

Exauguratio, exaugurandi actus, Ecclesiasticis dicta degradatio.

Inauguro, as, act. pr. addicentibus avibus & auguriis initio atq; consecro, Indviier. *Inaugurare templum.* Et *inaugurare Regem*, Hylde oc Kronce en Konge. Sic *inaugurare consulem.*

Inauguratè, modo inaugurato, addicentibus avibus, sive præcedentibus sacris. Ut, *inaugurato hoc fecit Romulus.*

AVIS, vis, f. t. animal volucre pennatum & ova pariens, ab ἀΐσσειν, i.e. cum impetu ruere & ferri, Fugl. Excluduntur itaq; hinc insecta. Item vespertilio. Aliter deducitur ab avium, quod certas vias non habeant aves, sed per avia discurrunt, iisq; delectantur: unde illud ad Herennium: *avium dulcedo ducit ad avium.*

Avicula, læ, parva avis.

Aviarius, a, um, quod aves spectat.

Aviarius, rii, m. s. qui avium curam gerit.

Aviarium, rii, n. s. locus, ubi aves domi nutriuntur, sive quò aves includuntur, Fuglehuuß / Fuglebur. Et absolutè, numero plur. aviaria pro locis nemorosis & secretis, quæ avibus abundant.

Avernus, ni, m. s. sed pluraliter averna, orum, locus Campaniæ propè Bajas, qui credebatur inferorum esse limen: unde & pro inferorum sede à Poëtis usurpatur, Helffuede. Nomen habet vel quod aves supervolantes gravi suo odore enecet; vel quia sulphureis suis exhalationibus aërem eò usq; extenuet, ut aves sustinere non possit. Aliter composita habetur vox, quasi ἄορνος, i. ê. sine avibus.

Avernus, a, um, quod est averni, ut *averna vallis; avernum fretum.*

Avernalis, le, om. t. idem, ut, *aquæ avernales: Nymphæ avernales.*

AULA, æ, f. pr. αὐλὴ propriè locus est subdialis & perflabilis, sive vestibulum subdiale ante locupletum domus, Forgaard. Inde atrium sive vestibulum tectum & amplum in quo milites pro Principe excubabant, Vactstue. Tum ipsa Regia, sive atrium in quo agit Princeps, Førstelig Sall.

Aulæum, n. s. vel usitatiùs aulæa plural. vestis stragula, qua exornantur aulæ, Stragning/ Tapeterj. Dicta sunt autem olim *attalia*, ab Attalo Rege in cujus aula primum inventa sunt: *Babylonica* à Babylone, ubi erant vel inventa, vel impensius texta: qualia & nobis hodie *Flandrica* à Flandria regione, Flamsk/ Flamsk Senge Klæde. Legitur & singulariter aulæa, æ, Græcorum imitatione.

Aulicus, a, um, quod ad aulam pertinet, ut, *aulicus apparatus: Luctator aulicus: vita aulica*, Hoffleffnet.

Aulicus, ci, m. s. aulæ sectator assiduus, Hofftiener. Et aulici recentioribus qui Romanis dicebantur prætoriani, Hoffolck.

AURA, ræ, f. pr. αὔρα, leniot est ventorum flatus, Sactvejr/ sactvind/ lufft. *Aura aquilonis.* Et translatè, favor; ut *aura popularis*, honoris, rumoris: sumpta metaphora à vento leniter spirante æstuantibus. Item illecebræ. Ut, *tua aura retardat maritos.* Ponitur & pro splendore, ut *discolor aura auri per ramos refulsit.*

Aurarii, Serv. dicti sunt fautores, ab aura significante favorem.

AURIS, is, & antiquè ausis & audis, f. t. instrumentum animale, quo sonos percipimus, ab ὦς, sive ἓως, ejusdem significationis, Øre. Comprehenduntur q; sub hac voce, tum ipsi meatus in caput penetrantes, Øre hull/ tum cartilagines foris prominentes, Ørering. Dicitur autem quis *auribus probebi*, cum delectamentis aurium captus iter & pedum laborem non sentit. Item translatè, aures in rebus inanimatis, quæ aliàs vocantur ansæ, Øre. *Binæ aures aratri.*

Auricula, æ, quasi parva auris. Et peculiariter quod circum foramen auris eminet. Inde *auricula infima*, ørelep. Item *auricula muris*, nomen herbæ, à similitudine aurium muris, Mus øre/Tandurte.

Auricularis, re, quod aures spectat: ut *auricularis digitus*, i. e. minimus, quo aures mundantur, Den lidle finger. *Auricularis vermiculatio*, cum putridæ aures vermibus scatent. Et absolutè gen. mascul. auricularis, nomen herbæ.

Auricularius, a, um, idem quod auricularis. Ut, *auricularium specillum*, quod curandis purgandisq; auribus adhibetur, øre|fee.

Auricularii Glossæ r. ὠτακόσται, i.e. delatores & Corycæi Principis alicujus.

Oricularius, Cels. idem quod auricularius.

Aureæ, pars habenæ, quæ circa aures ponitur, Hoffuitlag/ hoffuetstycke/ hoffuetstoell til hest. Aliter antiquè videtur aurea, ab orea deductum, ni duo sint diversa.

Auritus, a, um, auribus insigne sive deforme, Stoerøret/ Slogøret / Slubberøret. Unde *auritus pavens*, i. e. lepus. Item qui acutè audit, Lydhørende. *Populus auritus*: *aurita quercus*, i. e. sensum quasi audiendi habentes. *Et aurita plaga*, i. e. aures, quibus ceu plagis quibusdam sermones aliorum venamur.

Composita.

Inauris, f. t. ornamentum quod auriculis inseritur & appendet, øresmycke/ øresspang/ ørering.

Inauritus, a, um, Gel. sine auribus, øreløß. *Inauritum animal.* Sed lectio est suspecta.

AURUGIA, æ, f. pr. cuniculus subterraneus, ex quo effoditur aurum, voce ficta ad Græcorum χρυσωρυχία, ex aurum & ὀρυχὴ, fossio, Guldgrubbe. Aliter legitur arrugia.

AURUM, ri, n. s. metalli genus omnium pretiosissimum, ex prisco αὐσὸν, splendens, fulgens, colore ad rubrum flavescente, Guld. Inde tropicè suppellectilis & ornamentum ex auro, Guldverck. Item moneta ex auro, Guldmynt/Myntet Guld. Aliter deducitur ab ὠρεῖν, custodire, vel quòd præcipuè custodiatur, vel quòd se sua vi servet & curet.

Aurarius, a, um, quod aurum spectat, ut *metallum aurarium*, Guldgrv. *Faber aurarius*, qui in auro operatur, Guldsmed. *Aurarium negotium*, quòd in auro versatur. Et translatè *aurarii fautores*, qui auro corrupti favent alicui. Sed in hac significatione deducitur & aurarius ab aura pro favore.

Auraria, æ, f. pr. auri fodina, Guldgrubbe.

Aurarius, rii, m. s. qui in auro operatur, Guldsmed. Et plural. Aurarii pro aurariis fautoribus.

Auramentum, n. s. instrumentum auro effodiendo accommodum.

Auratus, a, um, auro obductum, Forgylt. *Auratum tectum.* Et *aurata fronte juvenus*, En Stud med forgylte Horn. Item hodie, *auratus eques* dicitur, qui ob singularem in præliis virtutem, honoribus singularibus, eorumq; argumento, auratis armis à duce donatur, Ridder.

Aurata, æ, f. pr. nomen piscis, sic dicti ab aureis punctis, quibus conspersus est, ørett. Accommodatur & ad characem, Karuse.

Auratura, æ, f. pr. aurati affectio & qualitas, Forgylding.

Aurescо, is, n. t. aureum colorem induo, ut, *aurescit aër*, i. e. fit aurora, Sett dagis / dagen skeer igiennem.

Aureus, a, um, quod est ex auro, ut *annulus aureus*, Guldring. Item quod colorem auri refert, ut, *aureus color*, Guldfarffue: *aureum pomum*, Pommerantz. Et translatè, speciosissimum atq; pulcherrimum, ut, *aurea Regina*: *aurea Venus*: *aureus ocellus*: Sic *aureæ compedes*, i. e. splendida servitus, ut est aulæ. *Aureus hamus*, instrumentum agendi nimis pretiosum. Ponitur & pro aurato, ut *aurea domus.*

Aureus, ei, m. s. nummus aureus. Et peculiariter nummus aureus valens 25 denarios, Saa som en dubbelt Ducat.

Aureolus, a, um, deminutivum deminuens non ipsum aurum, sed quod ex auro constat, ut, *aureola catena.* Item *aureolum collum*, auri colorem referens.

Aureolus, li, m. s. parvus nummus ex auro, Guldgylden.

Aurigo, inis, f. t. morbus quidam aureo colore apparens, Gulsoet. Legitur & aurugo.

Auriginosus, qui aurigine laborat, Gulsottig.

Auro, as, act. pr. aurum induco, ἄδηλον.

Aurosus, a, um, auri plenum, auro abundans, ut, *aurosa arena.*

Composita.

Deauro, as, act. pr. auro obduco, Beslaaer med Guld vel inauro, Forgylder.

Inauro, as, aurum induco, Forgylder. Et translatè, *homo hic inaurari cupit*, i. e. dives fieri, seu divitiis tumulari.

Inaurator, oris, qui inaurat.

Inauratus, a, um, quod inauravimus, Forgylt. *Statua inaurata.*

AUSTER, stri, m. s. ventus est à meridie flans, nebulosus & humectus, sic dictus ab hauriendis aquis, Synden vejr/ Synden vind.

Austellus, li, m. s. deminut. apud Lucill.

Australis, le, om. t. quod austrum spectat, ut, *australis regio*, quæ est sub ista plaga cœli, Synden Land.

Austratus, a, um, Plaut. quasi austro humefactus; ut *austrati ad ignem sedent.* Sed lectio est suspecta.

Austrinus, a, um, idem quod australis.

AUSTERUS, a, um, pen. prod. αὐσηρὸς, quod sapore linguam urit, & siccat; dicitur q; propriè de liquidis, drv/ haard/ huaß. *Vinum austerum*, *potio austera*: *cerevisia*, *pomum.* Indè translatè, nimium severus, haard oc streng. *Austerus homo*, *vita*, *mores*, *labor.* Dicitur & de colore, ut, color austerus, mørck farffue/ tung farffue.

Austerè, modo austero, cum austeritate, Strenge ligen. *Austerè & stoicè mecum agit.*

Austeritas, atis, f. t. austeri hominis affectus & mores, Strenghed/ haardhed.

AUT, conjunctio est disjunctiva, unum ex orationis membris tollens, ab αὖτε, Enten. Estq; oppositorum vel contrariè, ut, *aut sanus aut æger*; vel privatè & ut,

ut, *aut dies, aut nox:* vel relativè; ut, *aut Pater, aut filius.* Sic: *Cætera assentior Cressо, ne aut de Lælii, aut de hujus genere, aut arte, aut gloria detraham.* Ponitur aliquando cum verò. Ut, *quem tibi aut hominem, aut verò Deum auxilio futurum putas.* Aliter ab ἤτε ejusdem significationis.

Autem, Conjunctio adversativa, diversam inferens superiori sententiam: ponitúrq; semper antecedente aliqua dictione, Men. *Poëta numeris astrictior paulò, verborum autem licentiâ liberior, multis verò ornandi generibus socius ac penè par: Cræsus hostium vim se perversurum putavit: pervertit autem suam.* Ponitur aliquando pro imò; ut *ego hic cesso, quia ipse nihil scribo, lego autem libentissimè.* Item pro igitur: *ea restitui nullo modo possit, vix autem aliquantum recreari posse videatur.* Item pro Et; *vereor ne longior fuerim: erat autem difficile rem tantam inchoatam relinquere: vehit hic clitellas, vehit hic autem alter senex*, i. e. &, vi scilicet copulandi, ex Hebræorum idiotismo. Item pro an & ne, ut, *cur non in media oratione mea consurgitis ac disceditis? Vultis autem istorum audacias ex parte resecare.* Item pro tamen, ut, *incredibile hoc quibusdam videtur; sit autem necessarium nihil sese plus quàm alterum diligat.* Item pro omninò, & quidem in membro Epistolæ priore posítum, ut: *Pridiè autem apud me Crassipes fuerat.* Aliquando etiam subjungitur & postponitur, cum per interrogationem verbum repetimus, ut: *sed ferendus tibi in hoc meus error? ferendus autem.*

Haut, adverb. negandi & quò ad sensum idem quod aut, à quo & defluit addita aspiratione ad vitandam ambiguitatem, icke. Ut, dies est, non nox: ubi negatio apparet ex disjunctione tali: aut dies est, aut nox, h. e. dies est, non nox: vel nox est, non dies. Aliter scribitur Haud, sed id ex linguæ mollitie.

AUTUMO, as, n. pr. veteribus idem quod dico, ab αὐδάω, loquor. Inde usitate, idem quod censeo, opinor, & quasi auctor sum, unde & vox deducitur, Meener / holder det saa. *Quam benè meritam autumas, dicis malè mereri: Iterum natus videor, si vera autumas.*

Avus, vi, m. s. pr. corr. patris aut matris pater, à peregrino ἀββᾶ, quod Patrem significat, Fadrfader / Modrfader. Aliter deducitur ab ævo: aliter ab αὖος, siccus, aridus. Item ab αὔω, clamo, strepo ob mores impendio morosos & loquaces. Item Græcis κατ' ἐπωνυμίαν à pueris dicitur pater ἀπφύς.

Avia, æ, f. pr. patris aut matris mater, Fadrmoder / Modrmoder.

Avitus, a, um, pen. prod. quod ab avo aut avia ad nos pervenit, ut, *bona avita*, Fædrnegodtz / Oldgodtz.

Avunculus, li, m. s. matris frater, sic dictus per deminutionem quasi pusillus avus, quia remotior est quàm Patruus, Modr Broder.

Composita.

Abavus, vi, m. s. avi avus, sive proavi pater, Fadrfaderß Fadrfader.

Abavia, æ, f. pr. mater proavi, Modrmoders Modrmoder.

Abavunculus, li, m. s. frater abaviæ, Modrmoders Modr Broder.

Abatruus, frater abavi, quasi abavatruus ad similitudinem vocis Patruus.

Atavus, vi, abavi aut abaviæ pater, quasi atta avus. Exponitur & avi avus: quòd atta etiam avum significet, ut cùm Cic. lineam generationis instituit: *Pater, avus, proavus, atavus.* Item promoto adhuc uno gradu, abavi Pater: deduciturq; à tata voce infantum patres appellantium, & avus. Accipitur & indefinitè pro majoribus. Ut *atavis edite Regibus.*

Proavus, vi, avi paterni & materni pater, Fadrfaders Fader.

Proavia, æ, aviæ mater.

Proavunculus, li, proaviæ frater.

Tritavus, vi, atavi pater, & quartus ab avo, quasi tetravus. Estq; ultimum cognationis nomen, Oldefaders tip. Aliter idem quod atavus. Lineam autem sic notat Plautus: *Pater, avus, proavus, abavus, tritavus.*

AXIS, is, m. t. lignamentum teres circa quod currus rota agitur, ita dictus ab ago & inusitato supino axum, ut, Græcorum ἄξων, ejusdem significationis ab ἄγω, Vogn Axell / Steld / Arm. Inde tropicè, totus currus. Et translatè imaginaria illa in cœlo linea, per quam tota cœli machina imaginariè quasi rota quædam volvitur: cujus alter terminus seu extremum, polus arcticus: alter, polus antarcticus. Et inde rursus ponitur pro ipsis polis. Item pro toto cœlo. Item axes Vitruvio, idem quod assis.

Assis, is, sive asser, ris, m. t. quasi axis, facta mutatiuncula ad vitandam ambiguitatem: Materia structoria crassior & angustior fereq; trientalis, quatuor pollices lata, & in modum axis sive parvæ trabis, Sparre / Ravte. Item asseres ligna, quibus utebantur lecticarii, Roßbarstang / træskaggell. Aliter assis, ab assidendo. Item immediatè ad Græcorum ἄξονες.

Asserculus, li, m. s. parvus asser, Legte.

Assis, is, m. t. tabula sectilis, qualibus asseres consternuntur, Selle / Fiell / Plancke.

Assiculus & axiculus, parvus asser, aut parvus assis.

Asso, as, & **axo**, as, act. pr. asseres assesvé facio, compingóve. Item veteribus idem quod nomino, quòd in axibus, quos & Græci ἄξονες vocabant, & tabulis scribebatur.

Assamenta, & axamenta, dicta sunt carmina, quæ à Satyris in honorem singulorum Deorum ponebantur. Item versus qui sacris Herculis cantabantur. Item, qui componebantur in universos homines. Vide & supra in classe, Ardeo.

Composita.

Coasso & coaxo, as, act. pr. asses connecto, Felder i hin Anden / felder sammen.

Coassatio, & coaxatio, s. t. coassandi actus, Sammenfelden / felding.

Semaxii, Tertul. qui ad stipitem dimidii axis, revincti sarmentorum ambitu exuruntur, Smøget thiel.

B.

BACAR, veteribus vas vinarium, per dorismum à ποτήρ, poculum, quasi ποκήρ, Begger.

Bacarium, rii, idem.

Bacrio, onis, m. t. vasis genus longioris manubrii. Exponitur & trulla. Aliter legitur Batrio, quasi potrio, à ποτήριον.

BACCA,

BACCA, ſive **baca**, cæ, f. pr. fructus quarundam arborum fruticumq; rariùs diſperſiusvé creſcens, quales ſunt lauri, corni, oleæ, myrti, mori, rubi, &c. à Dorico βάκ⊙ ſive βάκκ⊙ pro βάτ⊙, rubus, quaſi ejus à fructu prima denominatio: aut ab Hebræo Bacah, morus, arbor baccifera, **Bær**. *Bacca juniperi*, **Enne-bær**. Bacca lauri, **Lavrbær**. Inde translatè unio, pro margarita; ſed cum adjectione, *concbea bacca*, **Perle**.

Baccula, læ, f. pr. parva bacca, **Smaa Bær**. *Bacca capparis*, **Capirß**.

Baccalia, f. pr. lauri ſpecies baccarum fertiliſſima.

Baccatus, a, um, baccis unionibus conſitus ſive conſtans, ut baccatum monile, **Perle Snoer / eller beſat med Perler**.

BACCHUS, chi, m. ſ. βάκχ⊙, nomen viri proprium, qui primus uſum vini monſtravit aut excoluit. Inde ponitur pro ipſo vino. Item pro temulento, **Drucken Bolt**. Item pro furibundo præ temulentia, **Suærmbroder / Suærmere**.

Bacchæ, dictæ ſunt mulieres furibundæ peragentes ſacra Bacchi, **Faſtelaffns Quinder / Dricke Syſter**. Item Bacchæ ſigna Thracum mulierum bacchantium, à quibus Orpheus diſcerptus legitur.

Bacchanal, lis, n. t. locus ubi ſacra Bacchi celebrabantur.

Bacchanalia, orum, n. pl. ſecundæ & tert. declinat. ſacra erant Bacchi: Et quorum reliquiæ turpiter etiam Chriſtianis ſervantur quadrageſimali tempore, **Faſtelaffn**.

Bacchor, aris, dep. pr. more Baccharum inſanio, voce, clamore, ululatu furo, **Løber gall / Raſer / Løber Faſtelaffn / Stormer / Staajer / Suærmer / Rutter / tager ilde oc gallend aff ſted**. *Per urbem bacchatur: ardentiore oratione bacchatur: in voluptate bacchatur.* Et participal. *furor Cethegi in veſtra cæde bacchantis: incomptis unguibus bacchantes mulieres.*

Bacchatio, bacchandi actus; & propriè, bacchantium furor, & inde quævis alia inſaniendi ratio, **Suærmen / Rutten / Stormen / Raſen / Raſenhed / Raſerj**.

Bacchatus, a, um, Virg. paſs. *bacchata Taygeta*, i. e. à bacchantibus frequentata.

Bacchatim, Apul. bacchantium more; ut, *bacchatim hunc diſcerpſimus.*

Baccheîs, pen. prod. idos. Græcâ formâ, βακχηΐς, quod à Baccho originem habet. Ut, *Ephyra baccheis*, i. e. Corinthus à Bacchi nepotibus habitata.

Baccheus, a, um, triſyl. pen. prod. Græcâ forma, βακχεῖ⊙, quod eſt Bacchi, ut vox bacchea, **Stort raab och ſkrig / Huien**. Et per Diæreſin, quatuor ſyllabis, *Baccheia dona*, i. e. vinum.

Baccheus, m. ſ. Grammaticis pes poëticus, ſic dictus quod præcipuus ejus uſus erat in ſacris carminibus Bacchi. Sic antibacchius, pes eſt Baccheo oppoſitus.

Baccheum, n. ſ. genus vaſis vinarii, quo in ſacris Bacchi utebantur.

Bacchicus, a, um, quod eſt Bacchi, ut, *ſerta Bacchica.*

Compoſita.

Debacchor, aris, dep. pr. multum bacchor. Inde cum tumultu & inconſideratè ago. Ut, *jam ſatis es debacchatus: in me debacchatus eſt*, **Tager hart eller ilde aff ſted / Offuerfuſer**.

Perbacchor, aris, valde bacchor, perpoto & luſito convivii frequentatis, **Suærmer oc Rutter**. *Turpiſſimè perbacchatus es in ea villa.*

BACULUS, li, m. ſ. & Baculum, n. ſ. lignamentum manuarium, cui quis inter eundum nititur, à βάκτρον, ejuſdem ſignificationis, ſive immediatè à βάω, gradior, **Staff / Styttekiæp**. Aliter deducitur à Baccho quaſi ejus inventore.

Bacillum, li, n. ſ. parvum vel ſubtile baculum, ſive virga, **Liden kiæp / ſom en voend**.

Compoſita.

Imbecillis, le, om. t. & **imbecillus**, a, um, quaſi ſine baculo, ſuſtentaculo & viribus: Diciturq; de animo & corpore, **Skrøbelig / Affmectig / Suag**. *Imbecille corpus, ingenium: Homo valetudine & natura imbecillus: homo animo & fortuna imbecillior: imbecillus agrorum cultor: Imbecilla Reſpubl. ad pugnandum.* Imbecille, & comparat. liùs, modo imbecilli, **Skrøbeligen**. *Imbecilliùs aſſentiuntur: Imbecillius dolorem horrent & reformidant.*

Imbecillitas, atis, imbecillis rei affectio, **Skrøbelighed**. *Imbecillitas corporis, virium, ætatis, murorum.*

Perimbecillus, a, um, & perimbecillis, le, valde imbecillus, ut, *quod natum eſt, per imbecillum eſt.*

BAJULUS, li, m. ſ. mercenarius qui ſuo corpore onera vehit à βαστάζω porto, bajulo: vel à βάω gradior, q. qui gradiens aliquid portat, **Drager**. Aliter à Bajis oppido Campaniæ, ubi propter celebritatem thermarum inſignis erat horum mercenariorum copia.

Bajulo, as, act. pr. Plaut. vehem ſeu onus in me ipſo fero & porto, & vice vehis ſive vehiculi fungor, **Bær Læß / bær ſtor Byrden**. *Ego bajulo Dominum.*

BALÆNA, æ, f. pr. bellua marina vaſtiſſima, de Cetorum genere, à βάλλειν, jaculari, vel quòd ſeipſam vel aquas quaſi jaculetur & in altum projiciat, **Springhuall**. Græcis etiam dicta φάλαινα, ut habent Lexica, per quandam ſimilitudinem, ab εἰς φῶς ἅλλεσθαι, h. e. in lucem inſilire.

Balinata virga, quæ fit è cartilagine balenæ, ſive virgata cartilago, quæ oribus balenarum eximitur, **Huall finde / ſom der findis mange i Munden**.

BALANUS, ni, f. ſ. βάλανο⊙, Latinis idem quod glans. Et Peculiariter caſtanea. Item aliud glandis genus ex cujus cortice exprimitur liquor quidam odoriferus.

Balanatus, a, um, balanino oleo perfuſus.

Balaninus, a, um, ex balano factum, ut, *oleum balaninum.*

BALBUS, a, um, qui inarticulatè loquitur, ſive qui lingua eſt impedita, ut ægrè loqui poſſit, certasq; literas effari nequeat, quales fuere Demoſthenes, Ariſtoteles, Alcibiades, qui R exprimere non potuerunt, eamq; in L detorquebant, ut alii C aut S non poſſunt: nec non infantes primùm loqui incipientes, à balando quaſi, quod balet potius, quàm loquatur, **Vaalmundet / Leſp / Stam**. Aut à πάλλω, vibro, quod cum trepidatione loquatur: aut à ψέλλο⊙, quaſi pelbus, ablato ſibilo initiali.

Balbè, balbi more, obſcurè & imperfectè.

Balbu-

Balbutio, is, n. q. balbè loquor, **Stammer / tàm lingnæ quàm materiæ ſubjectæ vitio.** Inde obſcurè, imperfectè & quaſi cum trepidatione loquor, & verba facio, **Slaaer feill i min tale / ſludrer / hacker udi.** *Deſinant Academici balbutire.* Et cum caſu: *balbutit Scaurum*, i. e. balbutiendo appellat.

Balbucinor, aris, dep. pr. idem quod balbutio; ſed ἄδηλον.

BALISTA ſive balliſta, æ, f. pr. tormentum bellicum propriè quo tela & grandiores ſagittæ in hoſtes emittebantur, à βάλλειν, mittere, jacere: conſtabatq; arcu, nervo, trabe & jaculo, **Staalbue.** Inde, ſed impropriè, tormentum, quo lapides & ſaxa torquebantur, aliàs dictum, Catapulta.

Baliſtarium, rii, n. ſ. locus unde baliſtæ mittebantur. Ponitur & pro ipſa baliſta.

Baliſtarius, rii, m. ſ. qui baliſta utitur, aut baliſtas facit.

Compoſita.

Arcubaliſta, æ, f. pr. ita quibusdam vocatur Scorpio, tormenti genus.

Exbaliſto, as, act. pr. Plaut. baliſta proſterno, **Giffue en en tryck med en ſteen.** Et translatè, decipio, ut *hoſtem noſtrum communem exbaliſtabo lapide*, **giffue hannem en ſtød / giøre hannem ett pudz.**

Manubaliſta, aliis idem quod arcubaliſta & Scorpio.

BALNEUM, n. ſ. βαλανεῖον, locus, ubi quisq; ſuæ domi privatim lavabatur, **Badſtve.** Erant autem tres balneorum partes, ſive regiones, quarum ſuprema vocabatur Laconicum ſeu caldarium & ſudatorium, **Suedeſtve eller Suedebenck:** media dicta tepidaria, continebat aquas ealidas, **Varmtvandbad:** infima frigidaria, frigidas ad temperamentum & refrigerium, **Sualeſtve / Sualebenck.** Numerantur & ita partes: prima tepidaria: ſecunda ſudatoria: tertia aſſa: quarta frigidaria.

Balneolum, li, parvum balneum.

Balneum, n. ſ. idem. Plaut.

Balneæ, arum, f. pr. plur. tantum, bina ædificia conjuncta, alterum ubi viri, alterum ubi mulieres, publicè lavabantur, **Byesbadſtve.**

Balneolæ, arum, parvæ vel viles balneæ.

Balnearia, orum, n. plur. locus villæ ſive ædium in qua ſunt balneæ. Ponitur & pro ipſis balneis.

Balnearis, re, om. t. idem quod balnearius; ut *balneare argumentum*, quo in balneis utuntur lavantes, i. e. vanum & futile.

Balnearius, a, um, quod ad balneum pertinet, ut, *veſtis balnearia*; *ſervus balnearius*: *inſtrumenta balnearia*: *balnearii fures*, i. e. lavantium prædones.

Balneator, oris, m. t. qui curam habet balnearum, **Badſtvemand.**

Balneatrix, f. t. idem in ſexu fœmineo.

Balneatorius, a, um, Juriſconſ. idem quod Balnearius.

BALO, as, n. pr. de voce ovium dicitur, ſumpta ex eadem, quam edunt, appellatione, Bæ; unde & Græcorum μῆλον, quaſi βῆλον, i. e. ovis. Ovium enim vox eſt μῆ & βῆ, **Bræger.** *Balat ovis, balant lanigeræ.*

Balito, as, n. pr. Plaut. ſæpe vel multùm balo.

Balatus, us, m. q. balandi actus, & ipſa vox ovium, **Brægen.**

Balatro, onis, m. t. homo eſt vaniloqvus, à balando ſic dictus, **Pladderer / pladderpoſe / Sladderhanck.** Exponitur & qui nullius uſus eſt, homo nequam frugibus tantum conſumendis natus, à voce barathrum, quod inter alia idem ſignificat, **Drog / ǽder / der dwer til ingen ting uden at ǽde.** Item antiquis ſic dicebatur bulla luti ex itinere, aut quod de calceamentorum ſoleis abraditur, **Skuſkarn.**

BALSAMUM, mi, n. ſ. βάλσαμον nomen arbuſculæ præ cæteris odoriferæ, cujus ſuccus Seplaſiariis dicitur opobalſamum: fructus, carpobalſamum: lignum, xylobalſamum, **Jødiſke Balſom.**

Balſaminus, a, um, quod eſt ex balſamo. Ut *balſaminum oleum*, quod & Græci opobalſamum appellant.

BALTEUM, ei, n. ſ. cingulum è corio bullis ornatum, ad quod alligatur gladius, dictum quaſi bullateum balteum à bullis, **Suerd Belte.** Baltea etiam dicuntur lora ad alligandum apta. Scribitur & cum aſpiratione Baltheum.

Balteus, tei, m. ſ. cingulum militare, inquit Iſidorus, dictus propterea quod ex eo ſigna dependent ad demonſtrandam legionis militaris ſummam, **Feltegn.** Item idem quod Balteum. Exponitur & funiculus.

BAPTIZO, as, act. pr. βαπτίζω, Eccleſiaſticis, hominem in fidem novi fœderis & in Chriſto, abluendum aquis immergo, **Døber.**

Baptiſmus, mi, m. ſ. baptizandi actus, **Daab.**

Baptiſmum, mi, n. ſ. idem.

Baptiſma, atis, n. t. idem.

Baptiſta, æ, m. pr. qui baptizat, **Døbefader.**

Baptiſterium, rii, n. ſ. locus in quo baptizatur homo, **Fundt.** Gentilibus autem baptiſterium, in quo lavabant, **Badekar.**

BARATHRUM, n. ſ. βάραθρον, Athenis erat locus profundus, in quem fontes & capitis damnati deturbabantur. Inde locus quicunq; immenſæ profunditatis, è quo nihil exiſtere poteſt: præceps quoq; hiatus, quo hauriuntur etiam flumina, latine vorago. Tum translatè, de aliis, ut *barathrum ſtomachi*, i. e. imus fundus. *Barathrum fœmineum*, i. e. natura muliebris. Et *barathrum macelli*, i. e. homo edax, qui omnia exhaurit, **En ǽder / en Fraadzere.**

Barathro, onis, m. t. qui in barathrum gulæ patrimonium abſumpſit, cuiq; nihil ſatis eſt, **Skyllhals / Slug / Bondeløß.**

Barathrus, thri, m. ſ. qui dignus eſt barathro.

BARBA, æ, f. pr. villus viri ad mentum, quaſi πάρ ὤπτι, ad vultum, faciem; vel quaſi βαρύπωπι, h. e. gravis facies, ſive dignitatis plena, ſive aſpectu horrida, **Skæg.** Dicitur & de brutis, ut *barba hirci*, **Giedeſkæg.** *Barba piſcis*, qualis eſt mullorum & cerri cancrorum. Item de inanimatis, ut *barba hirci*, quæ & *barba petræ*, nomen herbæ, **Giedeſkæg / Joſephs Blomſter:** *barba ſylvana*, **Veibred / ſom voxe i Vand.** Aliter barba à φέρβω, alo, nutrio, quòd longo tempore alebatur nec tondebatur. Cæruere enim tonſoribus Romani annos 454. Inde primùm barbam radere cœperunt. Tum barbati quoq; dicti ſunt, qui moribus erant antiquis, priſcis ac ſimplicioribus. Aliter à βαρὺ, gravè, quòd barba graves habeantur viri. Ut imberbes, molles & effœminati.

Barbu-

Barbula, læ, f. pr. parva vel exigua barba, Lidet/tynd/ſtacket Skæg.

Barbatus, a, um, barbam habens, Skægget. *Situlus barbatus*, antiquis vulgò dicebatur vaſis quoddam genus, aliàs Nanus.

Barbatulus, a, um, ferè imberbis, vel cum parva barba, Barmundet eller Tyndſkægget.

Barbitium, Apul. idem quod barba.

Barbator, Gloſs. pro tonſore.

Barbatorium, rii, Gloſſ. pro tonſtrina.

Barbus, bi, m. ſ. Auſon. nomen piſcis barba gemina inſigniti inferiore labro, Barb.

Compoſita.

Imberbis, be, om. t. & imberbus, a, um, quod eſt ſine barba, Wſkægget/Barmunder.

Multibarbus, Apul. qui habet multam barbam, Stoer-ſkægget/Bomſkægget.

BARBARI, cujus ſingulare barbarus, βάρβαροι ab Arabico ſive Hebræo Barbar, i. e. deſertum, quaſi incolentes deſertum: ſic Græcis dicti ſunt, qui ipſis lingua & moribus erant peregrini. Unde *barbarus Poëta*, apud Plautum pro Latino: Et ipſi Itali & Romani dicti ſunt barbari. Inde Romanis etiam translato ad ſe imperio cum diſciplinis & morum elegantia, cæteri dicti ſunt barbari.

Barbarus, a, um, quod lingua ſeu oratione incondita, aut moribus barbarum refert, Groffue / Barbariſk. *Gens barbara*: *Oratio barbara*: *Philoſophi barbari*. Item peregrinus: ut, *barbarum tegmen*, i. e. peregrinum pro brachis per periphraſin.

Barbarè, modo barbaro. Ut, *barbarè loquitur*.

Barbaria, æ, f. pr. locus barbarus, vel Gens fera & barbara. Ut, *non ſolùm Italia & Græcia, ſed etiam omnis barbaria commota eſt*. Item vita barbara ac mores duri ac feri. Ut, *barbariæ iſti reſiſtamus*. *Inveteratam barbariam ex Gaditanorum moribus delebit*.

Barbaries, ei, f. q. idem quod barbaria, ut *Ægypti & Syri & ferè cuncta barbaries*, i. e. regiones barbaræ & feræ. Item vitioſa loqvutio alienaq; à latinitate, Ont Latin. *Multos infuſcat barbaries, quò minùs rectè loquantur*.

Barbaricus, a, um, Virg. idem quod barbarus. *Barbaricum aurum*, i. e. peregrinum, aliunde advectum, Phrygium aut Perſicum, aut etiam multum: *barbarica veſtis*, i. e. phrygia: *barbarica pavimenta*, quæ & ſubtegulanea dicebantur, ex teſtis tuſis rudere & calce conſtantia & fiſtucis pavita: *opus barbaricum*: *Lex barbarica*, i, e. Romana: *Barbaricum cœnum*, pro vehementi ſtupore mentis.

Barbaricum, n. ſ. clamor exercitus, quod eo vociferandi genere barbari utuntur, Angrib med Raaben oc ſkrigen. Græci enim & Romani claſſicum canebant.

Barbaricarii, recentioribus, m. ſ. dicti ſunt textores artificesq; barbarieæ veſtis, quâ ex auro & coloratis filis effigies hominum & animalium exprimuntur, aliàs Phrygiones.

Barbariſmus, m. ſ. vitium in loqvutione & contra Romani ſermonis legem aut ſcripra aut pronunciata dictio, Ont Latin / Ilde taldt.

BARBITUS, ti, com. t. βάρβιτος, inſtrumentum muſicum majus, fidibus & ſono multiforme & plectro percuti ſolitum, quale claviculatum illud, quod vocamus, Clavichord / Symphonje. Sed & alii idem cum ſambucca ſtatuunt, ita tamen ut barbitus ſit inſtrumentum majus & gravioris ſoni: Sambucca minus & exilioris. Fuit autem initio ſeptichordis.

Barbiton & Barbitum Auſon. n. ſ. idem.

BARDUS, a, um. Cic. idem quod ſtultus vel ſtupidus, à βραδὺς, tardus, Druntere / Dorſk. Bardus etiam Gallicè cantor appellatus eſt, qui virorum fortium laudes canebat, à gente Bardorum: Aṙq; & inde deducitur Bardus, ſtupidus, quia eorum Poëſis inſvavis erat & inculta.

Bardaicus judex apud Juvenal. i. e. militaris, quòd Galli plurimùm militarent. Aliter deducitur à Bardæis Illyricis populis, qui & Vardæi vocantur.

BARO, onis, m. t. Cic. pro viro Principe, à βαρὺς, gravis; ſive βάρος, quod aliquando faſtum ſignificat. Ut, *apud Patronem & reliquos Barones te in maxima gratia poſui*. Inde opinantur natum recentius illud Baro pro nobili præ cæteris, novis privilegiis & libertatibus dotato, Frj Herre. Item Cic. Baro pro bardo & ſtupido: ſed ſuſpectè, corrigente Turnebo & ſubſtituente Varo vel Varro, à varis vel varris, i. e. perticis: ut longurio à longuriis pro longo vel inepto. Item exponitur Baro, nomen mulieris Philoſophiæ ſtudioſæ, ex qua interdum Cicero Philoſophos effœminatos & molles Barones appellat.

BARRUS, ri, m. ſ. lingua Sabina idem quod Elephas, ſic dictus à ſono quem edit, vel à peregrino Bar, i. e. deſertum.

Barrio, is, n. q. de ſono quem edit Elephas.

Barritus, us, m. q. vox ipſa Elephantis. Inde Barritus pro Romanorum clamore, jam jam pugnam capeſſentium. Incipiebat autem à tenui ſuſurro, & paulatim progrediens tandem vehementiſſimus factus terrorem incutiebat hoſti, Krigsraab oc ſkrig.

Compoſita.

Ebur, oris, n. t. & antiquis Ebor, dens eſt Elephanti, quaſi è barro, Filsbeen/Elephant tand. Inde tropicè ipſum quod ex Ebore conſtat.

Eboreus, a, um, idem quod Eburneus:

Eburneus, a, um, quod ex ebore conſtat, ut, *ſtatua Eburnea*. Item quod Eboris colorem refert, Huid ſom Filsbeen / huid ſom en Kride. Ut, *collum eburneum*: *facies eburnea*.

Eburneolus, a, um, deminutivum deminuens quantitatem rei ex ebore factæ, ut, *fiſtula eburneola*. Aliter legitur Eburnea fiſtula.

Eburnus, a, um, idem quod Eburneus.

Eburatus, a, um, ebore obductus, ut, *eburatum vehiculum*, Indlagt med Filsbeen.

BASILICUS, a, um, βασιλικὸς Græcâ voce Latinis, præſertim Comicis, uſurpata, idem quod regius & regalis, Kongeligt. *Baſilica edictio*, Kongelig befalning. Inde ſignificat excellentem, & quod regium ornatum & magnificentiam refert, ut, *ſtatus baſilicus*, Høj oc prectig Statt. *Baſilicus victus*, Koſtelig mad oc ſpiſe. *Baſilica facinora*, ypperlige gierninger oc bedrifft. *Baſilica veſtis*, Prangeklæde / Søndagsklæde: *jactus baſilicus*, qui ſupremus eſt in alea, højeſt øyne. *Baſilica nux*, & pro eodem abſolutè, baſilicon, juglandis genus optimum; ſic dicta vel à præſtantia, vel quòd à Regibus primùm è perſide in Græciam translata ſit.

Baſilicè,

Basilicè, adverb. Plaut. pro regiè, magnificè, splendidè. Ut, *basilicè ornatus incedit : basilicè interii*, i. e. summis modis; quod & nos efferimus, Omkommer som en Mand/stateligen paa det høieste.

Basilica, æ, f. pr. domus erat publica magnificè exstructa, templo persimilis, amplissimis porticibus; & causarum cognitioni destinata, Raadhuuß/Domhuuß. Inde domus Principis, utpote structuræ magnificentioris, Førstelig Huuß och Slott. Item genus structuræ in parte urbis nobiliore in usum negotiantium porticibus instructum, adversus cœli aëriséq; injuriam, Huuß med Aabne spadzergang for Kiøbmend: Exteris, Børse.

Basilicanus, ni, m. s. Basilicæ custos sive tutor.

Basilinda, æ, f. pr. ludi genus, qvum Rex sorte creatus facienda præcipit, ministriq; jussa tenentur facere, Stage Haandsk.

Basiliscus, sci, m. s. Lucan. serpens acutissimo capite, rubeis oculis colore ad nigredinem vergente, candida in capite macula ceu diadema, sibiloq; reliquos serpentes fugante, unde & nomen à basilico, quasi rex parvus, adeptus est. Interpretantur quidam Regulum. Exponitur & animal venenosum apud Plin. Et sine veneno apud Discorid. Item animal quoddam fabulosum solo visu interficiens, Basilisk.

Composita.

Subbasilicani, dicti sunt rumorum alienorum aucupes & causarum auscultatores, quiq; fora & basilicas totos dies otiosi terunt, Torffuedriffuere oc Tinglurere.

BASIS, is, f. t. βάσις, spira sive pes columnæ erectæ, Blad oc Foed / som Stytte eller Pille staa paa. Item quod statuis aliisvè fabricis substernitur. Item Trebat. Jurisconsul. orbiculus, cui vasa vinaria & escaria mensæ illata imponuntur, ne mappas polluant, Bordfrandz. Item Rhetoricis figura oratoria, qvum omnia pedetentim insinuandi gratia proferuntur.

Basium, ii, n. s. Catul. idem quod osculum, sic dictum quod sit amoris basis & fundamentum, Kyß. Dicituq; tum de honesto, tum de impudico osculo.

Basio, as, act. pr. Mart. basium do, osculo, Kyßer.

Basiatio, onis, f. t. Mart. basiandi actus, vel ipsum basium.

Basiator, Catul. qui basiat, Slickmund.

BAT. Plaut. Interjectio & vox incondita corripientis aliquem, & jubentis tacere. Exponitur & sonus cornicinis lituum ex ore eximentis.

BATILLUM, n. s. pala ferrea, qua cineres & prunas tollimus, alioq; transferimus, à Græco βατάνιον βατύλλιον sive πατύλλιον, patella sive ampla quædam patina, Jldskee / Jldskoel. Item pala rustica, quâ utuntur ad sulcos, illices fossasq; in agris faciendas, Bredjernskoel. Item instrumentum messorium, quo usi sunt Picentes. Aliter deducitur à patulum quasi patillum.

Batillus, li, m. s. idem.

BATIOLA, æ, f. pr. Gloss. exponitur ποτήριον, quasi à ποτὴρ, poculum, vel πόσις, potio, potus, addita latina diminutionis terminatione. Est enim vasis genus sive fundendo sive bibendo. Aliter legitur Batiaca & Batiacium, Gloss. βατιάκη & βατιάκιον.

BATUO, is, n. t. Svet. pugnis congredior sive ferulis velitor à βατεύω, congredior, pugna alium ineo, Fegter med Kiæp / eller slaaes med Kæffver. *Rudibus batuebant : batuebat pugnatoriis armis.* Et Plaut. pass. *Os tibi probè sculponeis batuatur*, i. e. verberetur, Klappis. Sic, *batuenda tibi litera.* Item in obscœnis, batuere est fœminam inire, quod & Græci vocant βασᾶν.

Batualia, orum, n. pl. locus in quo batuendo se exercebant.

Batuatores, dicti sunt, qui batuebant & ferulis se exercebant.

BAXEÆ, f. pr. Plaut. lignei sunt calcei Philosophis olim in usu, hodie quoq; Monachis quibusdam, à βάσσω, incedo, Patiner. Exponitur & genus crepidæ, à βάξις.

BELLUA, sive belva, æ, f. pr. vasta, immanis & formidabilis fera, quasi minimè bella, Stoer / grum oc forferdelig diur: quales sunt Leo, Elephas, taurus, urus, cete, &c. Translatè, ponitur pro homine, vultu, moribus aut animo immani, ut cum Cicero Clodium vocat belluam propter audaciam & vires, quibus difficulter resisti poterat. Aliter à bello, quòd ad bellandum & pugnandum quasi à natura nata.

Belluata sive belvata tapetia, dicta sunt, quæ belluarum figuris picta intextaq; sunt, Væffuet i Diurevercf.

Belluinus sive belvinus, a, um, quod est belvæ. *Belvina rabies : belvina pastitas.*

Belvosus, sive belluosus, a, um, quod belluis abundat: *Belluosus Oceanus, mare.*

Bellutus, a, um, Fest. bestiæ similis.

BELLUM, li, n. s. motus hostiles in armis, à voce duellum ejusdem significationis: non duorum tantum hominum, sed & duarum quantarumq; partium, Krig/ Feide/ Orlog / compræhenditq; totum illud tempus, quo hostes sunt in armis. Inde tropicè ipsum prælium & pugna, Slag/ Strid. Et translatè, discordia naturarum. Ut *naturale bellum est milvio cum corvo. Bellum sine hoste* apud Lucanum, pro bello civili. Aliter à bellè, quasi minimè bellum: Item à belvis, quòd belvarum sit ita se mutuo dilaniare, Item à bono, quòd boni, nempè defensionis gratia suscipiatur. Item à πόλεμος, ejusdem significationis; quasi bellomum, bellum: aut immediatè à πολεῖν, vertere, vertendis nimirum hostibus & avertenda injuria.

Bellicus, a, um, quod ad bellum pertinet: *bellicæ coronæ*, quæ victori dabatur: *machinæ bellicæ*, quibus in bello utimur: *bellica laus, disciplina.*

Bellicosus, a, um, armis & bellica virtute valens, Stridbar / Modig oc Mandig till Krig / Dapper. *Gentes bellicosæ: bellicosissimæ nationes: nihil bellicosius quàm Romanam virtutem vincere.*

Bellicosè, modo bellicoso. Ut virum bellicosum decet.

Bellica, æ, f. pr. Fest. Columella ante templum Bellonæ posita, super quam jacebant hastam cùm bellum indicerent.

Bellicum, ci, n. ſ. cantus ad arma vocans, & ſignum inundi prælii tubâ datum, Allarm blæſ.

Bello, as, n. pr. Cic. bellum gero, Kriger/ Feider: *Cum Pœnis, cum Diis bellat: longe à domo bellat.*

Bellator, oris, m. t. qui ſtrenuè bellum gerit, bellicoſus, Krigiſk. *Minus hic orator quàm bellator.* Dicitur & de brutis: *Equus bellator.*

Bellatorius, a, um, quod ad bellatorem pertinet; ut, *galea bellatoria, cono criſtisq; decorata.*

Bellatrix, cis, f. t. mulier bellicoſa, quales fuere Amazones. *Mens bellatrix*, i. e. belli appetens: *bellatrix iracundia.*

Bellax, acis, om. t. belli avidus, ἄδηλον.

Bellona, æ, f. pr. Dea belli.

Bellor, aris, dep. pr. Virg. idem quod bello: *pictis bellantur Amazones armis.*

Belloſus, a, um, Cæl. idem quod bellicoſus.

Compoſita.

Debello, las, act. pr. bello vinco, bellum ad finem deduco, Vinder Sejr/ Offuervinder. *Darium debellavit Alexander.* Et *debellatum eſt cum Græcis*; i. e. finitum eſt bellum.

Debellator, oris, m. t. qui debellavit, debellat, debellaréve ſolet, Sejervindere.

Debellatrix, icis, f. t. idem in ſexu fœmineo.

Debellatus, a, um, quod debellavimus.

Debellatò, adverb. apud Livium.

Imbellis, le, om. t. bello non aptus, h. e. timidus, ignavus, cuiq; nec animus nec vires ſunt, Ræd / Blød/ Haffuer intet mod/ Ingen ſtyrcke. *Imbellis ſenex: imbellis mulier*: *imbellis Dama.* Et translatè, ad inanimata, *imbelle telum*, quod eſt nullarum virium, ſeu quod imbellè agitur, forfløjen. *Imbellis cithara*, quæ molle quid & effœminatum reſonat; & à Martio tubæ ſtrepitu plurimum diſtans. Sic *imbellis Lyra.*

Imbellia, æ, f. pr. Macrob. pro inertia & belli imperitia, Wforfarenhed til Krig/Blødactighed.

Rebello, as, n. pr. contra bello; diciturq; propriè de ſubditis aut victis bellum contra Principem aut Rempubl. moventibus, Giør Oprør/er Affſpendig/ er Oprørſk. *Galli rebellabant.* Item bellum redintegro. Et translatè, *rebellare dicuntur vulnera*, qvum ſemel curata recrudeſcunt, Bryder op igien. Sic *rebellat humor.*

Rebellator, oris, m. t. qui rebellat, Opſtødſk/Oprørſk.

Rebellatrix, idem in ſexu & genere fœmineo, ut *Provincia rebellatrix.*

Rebellio, onis, f. t rebellandi actus, Oprør.

Rebellis, le, om. t. rebellator pertinax.

Rebellium, ii, n. ſ. idem quod rebellio.

BENNA, æ, f. pr. Caton. linguâ, inquit Feſtus, Gallicâ, genus vehiculi appellatur.

Combennones, in eadem benna ſedentes.

BEO, as. act. pr. propriè victum & cœtera commoda vitæ præbeo, à βίος, victus & res omnis ad victum neceſſaria: Et inde aliis quibuscunque modis benefacio, Giør till gode/giør en gaar: *me multum beas: quod domi eſt, beat*, i. e. ad victum & ſuſtentationem facit.

Beatus, a, um, quem beavimus. Et amiſſo tempore, cui benè eſt, cui nihil neceſſarium deeſt, ſive animo, ſive corpore, Salig. *Opto ut beatus ſis*, i. e. omnia tibi proſpere veniant. *Nemo eo beatior; beata civitas, mors, vita nihil beatum honeſto detracto.* Et peculiariter dives: nimirum quia opinione vulgi ſoli divites felices habentur. Item translatè ad alia. *Beata vox*, i. e. ſonora, cui nihil ad perfectionem deeſt. Aliter beatus, quaſi benè auctus.

Beatè, modo beato, & feliciter: *beatè vivit.*

Beatulus, a, um, aliqua ex parte beatus: vel beatus opinione vulgi, cùm tamen non ſit.

Beatitas, f. t. Cic. beati ſtatus, Sælighed.

Beatitudo, inis, f. t. idem. Beatitas & beatitudo, inquit Cicero, utrumq; durum, ſed uſu mollienda nobis verba ſunt.

Compoſita.

Ebeo, as, act. pr. beatitudine privo: Unde Ebeatus, beatitudine privatus, ἄδηλον.

Perbeatus, a, um, valde beatus.

BESTIA, æ, f. pr. fera crudelis, morſu unguibusq; ſæviens, à θεῖνειν, cadere, quod cadere faciat, i. e. perimat, Bæſt. Diciturq; non tantum de terreſtribus, ſed & volucribus & piſcibus rapacibus & noxiis, quales ſunt corvi, cornices, lupi, canes marini, conchylia, &c. Peculiariter autem animal quodvis venenatum. Et translatè, homo in quosvis furens. Aliter à vaſto, quòd vaſtet: à peto, quòd vi petat alia: Item à fera, quaſi feſtia: à vi, quâ ſæviunt, quaſi veſtiæ.

Beſtiola, læ, parva beſtia, comprehendens etiam araneas.

Beſtiarius, rii, m. ſ. qui cum beſtiis pugnabat in publicis ludis.

BETA, æ, f. pr. nomen herbæ fatuæ, ſic dicta à litera βῆτα, cujus figuram refert. *Beta alba*, Huid oc Almindelig Bede. *Beta nigra*, cujus radix colore rubro inſigniter craſſeſcit & murice conditur ad eſculenta, Rød Bede. Et translatè, Betæ à Diogene dicti ſunt homines molles & effœminati: Unde betizare Auguſtino pro languere.

Betaceus, a, um, quod eſt betæ ſive betis conſtat. Ut, *pes betaceus*: Et abſolutè, betaceus pro eodem.

BETO, ſive **Bæto**, tis, betere & betire, Varr. & Plaut. verbum eſt antiquatum pro eo, vado; à βαίνω, ejusdem ſignificationis: *mulierem foràs betere juſſit*: *illa ad me betat.*

Bitienſes, dicti ſunt, qui aſſiduè peregrinantur.

Compoſita.

Imbito, is, ut, *viam imbitit.*

Interbito, tis, quaſi totus beto & intereo, ut, *hic præſidebo, ne interbitat quæſtio.*

Perbito, is, pro pereo, ut, *perbitere cruciatu, fame.*

Præbito, tis, pro perimo, ut *interminatus eſt ſe cruciatu maximo eum præbiterè.*

Præterbito, tis, pro prætereo, ut, *cave præterbitas has ædes.*

Rebito, tis, pro redeo, revertor.

BETONICA, cæ, f. pr. nomen herbæ, dicta quaſi Vettonica, à Vettonibus Hiſpaniæ populis, Betonie. Hinc *Betonica ſuperba*, hoffmod. *Betonica coronaria*, Villeke.

BETULA, ſive **Betulla**, æ, f. pr. nomen arboris ex Gallia in Italiam à Romanis translatæ: è cujus virgis conficiebantur faſces Magiſtratibus præferendi, dicta quaſi πετάλη, i. e. tenera propter teneritatem, Birck.

Betulaceus, a, um, quod ex betula factum eſt.

BIBLO, is, n. t. verbum fictitium à ſono, qui in vaſe fit.

BIBO, is, bibi, itum, n. t. ore laticem haurio, à πίνω, ejusdem ſignificationis, Dricker. *Sitiens bibit: aquam bibit.* Et translatè, *prata bibunt*, i. e. hauriunt: *haſta corpori infixa bibit cruorem*: *Æger mœrorem bibo.* Et *aure bibit*, i. e. ſtudiosè auſcultat.

Bibax, acis, om. t. Gell. bibendi avidus, qui ſæpiùs atq; multùm bibit, Drancker.

Bibaculus, a, um, aliquantum bibax, Dricke Broder.

Bibacitas, f. t. bibacis affectus.

Bibeſia, æ, f. pr. Plaut. dictio ficta pro nimia bibendi aviditate.

Bibiones, antiquis dicti ſunt vermiculi, qui in vino naſcuntur. Unde Afranius, *Cùm ad me aſpectas & fabulari incipis, ex ore in oculis tuis bibiones involant.*

Biboſus, a, um, Laber. idem quod bibax.

Bibulus, a, um, facile quod imbibit, ut *lumen bibulum*, quod imbibendo conſumit oleum. *Charta bibula*, quæ ſcripturam imbibit, Papir ſom ſlaaer igiennem *Lapis bibulus* pro pumice, quaſi qui fiſtulis ſuis aquam bibit. *Potor bibulus*, qui ſine ſacietate bibit, Slemmer oc Drancker. Ita enim rectiùs accipi videntur verba illa Horatii: Potores bibuli mediâ de nocte, Falerni oderunt porrecta negantem pocula: quàm paſſivè bibuli Falerni, pro eo quod facilè hauritur. Item bibulus nomen familiæ apud Romanos.

Compoſita.

Adbibo, largius bibo: ubi adbibit, ſua narrat facinora. Item Imbibo: *adbibe puro pectore verba puer.*

Combibo, cum alio bibo. Unde translatè, *combibere artes* pro diſcere.

Combibo, onis. m. t. qui combibit, Dricke Broder.

Ebibo, bibendo evacuo, Dricker ud: *Cirneam vini ebibit.*

Imbibo, quaſi bibens humorem in me attraho, propriè & translatè, Dricker i mig: *Succus iſte imbibitur adverſus ſerpentium ictus*: *imbibitur nidor per infundibulum*: *imbibit animo opinionem*: Et *certamen animis imbibet.*

Interbibo, totum vel funditus ebibo. Dricker ſlet ud: *fidicina hæc fontem hunc, ſi vino ſcateat, interbibere ſola poteſt.*

Meribibulus, m. ſ. qui merum bibit.

Merobiba, mulier, quæ merum bibit.

Multibibus, a, um, Plaut. multum bibens. Ut, *mulier eſt multibiba.*

Obbibo, is, Cic. idem quod bibo: *venenum ſitiens obbibebat.* Item circum circa bibo, Dricker om / eller dricker Anden till.

Obba, æ, f. pr. amplum poculum, ex quo obbibimus, Bolde eller Omgangsſkaale.

Perbibo, totum bibo; *laſſitudo mihi medullam perbibit*, i. e. exhaurit, conſumit: *perbibit medicamenta.*

Subbibo, paulò liberius liberaliusvé bibo, Dricker gierne.

Superbibo, Plin. poſt cibum potumvé aſſumptum, alium potum ſuper ingero: *jugi ſuperbibit ebrietati*, Dricker paa.

BILIS, lis, f. t. humor in animali mordax & amarus, partim naturalis ſanguini immiſtus nutritioni aptus; partim excrementicius, qui in veſiculam quandam ſub epate ſive folliculum fellis dilabitur, à Fel ejusdem ſignificationis, quaſi philis, Galde. Inde tropicè ira, utpote, quæ à bile movetur. Sic *bilis eſt iſte mihi*, i. e. movet & excitat iram. Aliter quaſi biris, à πῦρ, ignis propter calorem.

Bilioſus, a, um, Celſ. in quo bilis abundat, ut, *ſputum bilioſum.*

Atribilaria, vulgò Medicorum dicuntur corpora atræ bili obnoxia.

BILBO, is, n. t. verbum fictitium à ſono, de ſonitu, qui fit in vaſe, ut, *bilbit amphora.* Aliter legitur biblit.

Bilbinus, Gloſſ. vaſis genus.

BIS, adverb. ſignificans duabus vicibus, à δὶς, ejusdem ſignificationis, To gange. *Bis pueri ſenes*: *bis falleris*: *de eo mihi bis eodem exemplo ſcripſiſti*: *in una civitate bis improbus fuiſti*: *bis bina quid ſint, Epicurus non didicit. Et bis tanto amici ſunt inter ſe quàm prius*, i. e. duplo, dubbelt eller tu gange ſaa megit.

Bimus, a, um, quod eſt duorum annorum, tu Aar gammell: *bimus puer*: *bima ſententia*, quæ eſt de duobus annis: Et *bima die*, Jurisconſ. thu viſſe dage om Aaret.

Bimulus, a, um, quod bima ætate eſt corpore parvo, ſed quod incrementum capere poteſt. Ut, *bimulus puer*; non bimulus canis, qui incrementum capere non poteſt.

Bimatus, us, m. q. ætas duorum annorum.

Bini, næ, na, duo ſunt junctim ſumpta ex diſtributione, tu till haabe / huer tu / tuende / tu oc tu par ſammen. *Bini milites in ordine*: *bini conſules*, i. e. duo ſingulis annis, *bini milites*, i. e. duo ſingulis ordinibus. Inde ſimpliciter idem quod duo. Ut, *binæ literæ*, *ludi*, *caſtra*, *frena*, *cubiti*, *contentiones.* Poëtæ in ſingulari etiam declinant. Ut, *bina manus*, i. e. duæ manus. Item ut Turnebus Catonem interpretatur; *bini boves*, i. e. duo paria boum: & *trini boves*, i. e. tria boum paria.

Binarius, a, um, quod bina continet rei alicujus ſubintellectæ, ut *binarius numerus*, qui duas unitates in ſe continet: *binarius exercitus*, qui binas habet legiones: *binaria diviſio*, cui binæ ſunt partes.

Compoſita.

Combino, as, act. pr. bina jungo, conglutino & coagmento, Setter ſammen / Binder / Limer ſammen. Sipont.

Combinatio, f. t. figura Rhetorica, Græca voce dicta Epizeuxis.

Virbius, bii, m. ſ. cognomentum Hippolyti, qui in vitam reſtitutus ab Æſculapio, dictus ſic, quaſi bis vir natus.

BITUMEN, inis, n. t. limus ſeu terra quædam tenax ac lenta pici perſimilis, in Judæa de lacu Aſphaltite emergens, aut in Syria à terra paſſim exæſtuans, à מדה, pix, q. pitumen, Jt ſlags Lim / Jødſke Lim Eſt autem ratione locorum, ubi invehitur, ſulphurea, dura, mollis, liquida, pinguis, oleacea.

Bituminеus, a, um, quod bituminis naturam tenacitate aut odore refert, ut, *vites bitumineæ*, quæ ſucco oleoſo abundant.

Bituminatus, a, um, cui bitumen admiſtum eſt, ſeu quod per bituminoſas terræ venas labitur, ut, *aqua bituminata.*

Bitumino, as, act. pr. Plin. bitumine lino.

Bituminoſus, a, um, bitumine abundans. *Bituminoſus ceſpes;* qui altè effoſſus eſt, ſoleq; excoctus pro ignis fomite: ſic dictus, quod bituminis & ſulphuris particeps videatur, Klyntørffue.

BLÆSUS, a, um, cui os eſt diſtortum, à βλαισὸς, quod in genere ſignificat quodvis diſtortum membrum, Skæffmundet/ vrangmundet. Inde qui ex tali vitio aut aliunde linguam inter loquendum intorquet, quodam cum ſibilo, Læſp.

BLANDUS, a, um, dior, iſſimus, qui verba ſua componit & confingit ad conciliandam familiaritatem, à πλάθω, fingo, confingo, ſimulo, Smigrende/ Sødtalende/ Blødtalende/ Slædſk/ Slæt. Accipitur modò in bonam, modò in malam partem. Item non tantum ex oratione, ſed alio quocunq; molli geſtu. *Sum ego minimè blandus, itaque minus aliquando dico quàm ſentio.* Aliter à πλάω, πλάθω, appropinquo, conjungo, quaſi qui oratione ſua inſinuat ſe in familiaritatem alicujus. Item à πλανάω, fallo, decipio.

Blandulus, a, um, aliquantum blandus.

Blandiculus & blandicellus, idem quod blandulus: ſed uſitatè minus.

Blanditia, æ, f. pr. blandi affectus & oratio, Søde ord/ Smigger/ Sledſkhed. *Blanditia popularis: blanditiam deſiderat: blanditiis ſe inſinuat in ejus gratiam: malitioſis blanditiis officiorum, non veritate, ſed ſimulatione quæſivit hæreditates: blanditiis voluptatum immerſus.* Dicitur & de brutis.

Blandior, iris, dep. q. blandè ago ſive verbò ſive oratione ſive ſenſu aliquo, ſive animi affectu, Smiggerer. *Blandior matri: blandior ſenſibus: blandior dolori: voluptàs blanditur ſenſibus.* Et abſolutè ſine caſu: *litigare ſimulans blanditur.*

Blandimentum, ti, n. ſ. quo alicui blandimur. Ut, *multa nobis blandimenta ipſa natura genuit, quibus ſopita virtus conviveret: blandimentis corruptus eſt.*

Blanditus, a, um, Plin. pro grato & quod quaſi initiò blandiebatur; ut, *peregrinatio blandita.*

Blanditus, us, m. q. Lucr. blandiendi actus, ſive blanditia.

Compoſita.

Eblandior, blanditiis aliquid extorqueo, impetro, Smigrer mig till. *Hoc ſibi eblanditus eſt.*

Eblanditus, a, um, paſſ. quod eblanditi ſumus, tilſmigeret. *Eblandita ſuffragia,* quæ precibus & blanditiis impetrantur.

Perblandus, a, um, valdè blandus.

Subblandior, paululum ſive leviter blandior. Ut, *meretrix viris alienis ſubblanditur.*

BLASPHEMO, as, act. pr. βλασφημῶ, Eccleſiaſticis peculiariter, in contumeliam vel ignominiam Dei aut hominum loquor, Beſporter.

Blaſphemus, a, um, qui blaſphemat.

Blaſphemia, æ, f. pr. blaſphemi oratio vel impietas.

BLATIO, is. Plaut. n. q. inconditè & inaniter loquor, à φλάζω, inarticulatè loquor, Pladderer. Hic blatit: Et cum caſu, *nugas blatit.* Aliter à βλὰξ, i. e. qui inaniter loquitur, inaniter ſe jactat.

Blatero, as, n. pr. Horat. prim. corr. idem. Dicitur & de incondita voce Camelorum, & quibusdam propriè, dictione etiam ipſa inducta per Onomatopœiam. Aliter ſcribitur blactero, idq; ratione derivationis, à βλαξ βλακὸς.

Blatero, onis, m. t. qui blatit ſive blaterat, homo futilis & immodicæ loquacitatis, Pladderer/ Sladderer.

Compoſita.

Deblatero, as, n. pr. multum blatero, ineptè multa loquor, Sladderer/Pladdrer.

BLATTA, æ, f. pr. vermiculus libros, veſtimenta, alvearia erodens, à βλάπτω, noceo, Møll. Item vermiculus, qui è cocci granis rubeus erumpit, cujusq; cruore floridiſſimus inficitur color. Inde ponitur pro colore purpureo. Item pro frumento rubido, cujus color inclinatur ad purpuram. Item blatta pro bombyce, Silkeorm.

Blattaria, æ, f. pr. nomen herbæ, ſic dictæ, quod abjectas blattas in ſe contrahat.

Blatteus, a, um, quod colorem blattæ refert, ut, *color blatteus.*

Blattium, tii, n. ſ. cruor ſive blattæ ſive conchyliorum, tingendo velleri expetitus.

BLENNUS, ni, m. ſ. Plaut. homo ſtultus & ignavus, à βλέννα, mucus, quaſi mucoſus, ſordidus. Eſt & Blennus, βλεννὸς, & βέλενος Belenus, piſcis quidam pelagius & rariſſimus, capite magno, roſtro acuto, ore parvo, carne humida & planè inſipida.

BLITUM, ti, n. ſ. genus oleris inſipidum & vile βλίτον quaſi βλητὸν, i. e. abjiciendum; aut βλὰξ, i. e. inſipidus, ſtolidus, iners. Inde proverb. *Blito deſpectior.*

Bliteus, a, um, Plaut. quod eſt nullius pretii. Ut, *blitea meretrix.*

BOLUS, li, f. ſ. βῶλος, Græcâ voce, Latinis etiam uſurpata, ſignificat fruſtum cujusq; rei, Styck/ Stumpe. *Bolus terræ,* i. e. gleba: *bolus argenti,* i. e. maſſa: *bolus armeniæ,* ſeplaſiariis eſt genus rubricæ. Et peculiariter bolus, offa, ſive quantum ore ſemel includitur, Bid/ Mundfuld.

Boletus, ti, m. f. fungi genus ſolius innocui, ſic dictus, vel quod convolutus ſit & quaſi globoſus, vel à colore boli, h. e. rubricæ, qua pictores aurum operibus ſuis inducunt.

Bolone, ſive bolones, Gloſſ. tabernæ cetariorum, à bolis piſcium.

Botulus, li, m. ſ. Feſto, genus farciminis propter connexionem, à bolis, h. e. fruſtulis carnis, ſic appellatus: conſtat autem carne ſuilla, Mediſter.

Botellus, li, m. ſ. idem.

BOLUS, li, m. ſ. βόλος, Græca voce idem quod jactus. Et peculiariter jactus aleæ, Kaſt paa Bretſpill/ eller med Terning. *Nete aleator ullus ſapientior eſt: profectò nimis lepidè jeciſti bolum, perjurum peradiſti.* Item peculiariter jactus retis, ſive rete piſcatorium, quò etiam alluſiſſe videtur comicus.

Bolis, idis, f. t. ejusdem originis cum bolo, linea eſt, quâ appenſo plumbo & in altum jactâ nautæ deprehendunt fundum maris, Dybslod.

Bolbiton, βόλβιτον, eadem origine à βάλλω jacio: ſtercus eſt bubulum, ſic dictum, quod excernatur. Inde Latinis:

Imbulbito, tas, act. pr. puerili, alióve ſtercore inquino.

BOMBUS, bi, m. ſ. βόμβος, ſonus, quem edunt apes, Bjdrum/ Bjbrum.

Bombar-

Bombarda, æ, f. pr. dictio est recentioribus ficta à bombo cum terminatione Italica, significans tormentum majus instar tonitru fulminans, Groff Stycke / Stoer Stycke.

Bombax, vox incondita hominis cum admiratione approbantis vel negligentis: aut etiam lætè alterius dicta referentis. Exponitur & contemnentis vel negligentis.

Bombilius, genus apis insigniter obstreperum. Item vasis anguſti genus bombum sonitumque edens.

Bombilo, las, n. pr. bombilum emitto. Ut, bombilatore legens munera mellis apis.

Bombilatio, bombilandi actus, sonusq; apum. Legitur & Bombitatio.

BOMBYX, cis, m. t. βόμβυξ, vermiculus tenuissima fila & stamina serica telis aranearum similia deducens, Silckeorm. Inde tropicè, ipsum sericum, Silcke.

Bombycinum, ni, n. s. opus & tela bombycum, Silcke. Et pluraliter bombycina pro vestibus bombycinis.

Bombycinus, a, um, quod ex bombyce tela, sive bombycino fit aut constat. Ut, *vestis bombycina*, Silcke Klæde.

BONUM, ni, n. s. veteribus significabat utile, ab antiquo duonum, pro donum. Inde quicquid utile est & honestum, Gaat/nyttigt/ærligt: adeoq; dicitur de rebus omnibus & actionibus, quibus inest honestum & utile. Peculiariter numero plurali bona dicuntur, quæ sunt nostri peculii nostræq; facultatis, Godz / Effne / formwe.

Bonus, a, um, melior, optimus, à quo bonum emanat, sive quod in se bonum continet, & in suo genere perfectum est, vel perfectè agit. Ut, *bonus homo*, i. e. probus, Sydig oc from: *Bonus imperator*, i. e. prudens: *Bonus orator*, i. e. facundus: *Bonus Grammaticus*, i. e. literatus: *Bonus miles*, i. e. fortis: *Bonus judex*, i. e. Justus: *Bonus odor*, i. e. gratus: *bonus cibus*, i. e. salutaris. Sic de re omni & quacunq; : *res bona, & res bonæ*, i. e. opulentia: *bonæ ætas*, i. e. juventus: *bona vita*, in qua quis lautè, delicatè, genialiterq; vivit: *bona mors*, quæ facilis est, & à malis vitæ liberat: *bona fides: bona spes, benevolentia, gratia: bona pars sermonis*, i. e. magna: *bono sum animo; bono consilio hoc facio: bono cæsare utor*, i. e. fautore & amico: *bona sinceraq; fide hæc dico*, Paa god troe oc loffue. Et absolutè, sine verbo, *bona fide*, jurandi formula, Paa god troe oc loffue. *Bona sive optima, oportunitate advenit*, I rette tide/ i laffue tide. *Bona venia faciam*, Med forloff. *Bonæ fidei possessor*, qui ignoravit rem, quam emit, alienam esse: vel, qui putavit eum, qui vendidit, jus vendendi habuisse, Som haffuer icke fuld eller Lowfuld hiemmell paa det hand haffuer kiøbt. Item *bonæ fidei homo*, qui rem sibi creditam fideliter servat, seu qui fideliter præstat, quod promisit, Trofast / Loffactig. *Bonum factum*, Velgiort. Item absolutè, *urbs bonorum plena*, i. e. optimatum, Godemend: *forum à bonis vacuum: inter bonos bene agit*. Item bonum interjectivè positum, pro nota animi pacati. Ut, scisscitatus deniq;, quid (bonum) rideret familia. Aliter bonus, à πόνος, labor, studium, opera & industria, ut sit propriè, qui actiones & officium suum probè obit & exsequitur, opponiturq; malo, quod mollem, ignavum & imbellem significat.

Bonitas, atis, f. t. boni affectus & ratio. Ut, *bonitas hominis*, i. e. probitas; *bonitas agrorum*, i. e. fertilitas.

Benè, adverb. quasi bono modo, I gode maade/ vell: *Benè de te sentio: benè valet: benè doctus*, vellærdt: *benè longus*, vell lang: *benè nummatus: benè capillatus*, i. e. valde. Et subintellecto verbo: *benè me, benè te, benè nostram etiam Astaphium*: forma est precantis sibi & aliis benè.

Benignus, a, um, qui aliis benè facit, God oc vel villig/ gaffue mild/ Dannis. *Benignus ad commodandum: facilius in honore benigni, quam in victoria gratè reperimur: Oratione benigna animos multitudinis allicit: benignior est quàm res patitur*, i. e liberalior, munificentior. Dicitur & de inanimatis. Ut, *benigna tellus*, quæ abunde fructum reddit sine multo labore. Aliter dictio habetur composita, à bene & gignendo, quasi qui bonum ex se aliis gignit.

Benignè, iùs, issimè, modo benigno, velvilligen/ godvilligen. *Benignè salutat, communicat cum aliquo, invitat, defendit, facit alicui: benignè facis*, formula est honestè gratias agentis largienti, giør vel mod mig. *Operâ aut pecuniâ benignè fit indigentibus: benignè factum ei ab eo: benignè ac liberaliter emit, vendit*.

Benigniter, Veter. idem quod benignè.

Benignitas, atis, f. t. benigni affectus vel virtus, pro humanitate, comitate & clementia. Item pro liberalitate & magnificentia, Godhed/ velvilighed/ mildhed.

Bellus, a, um, contractum à bonus, quasi bonus, bonulus: bonellus, bellus. Veteribus erat ejusdem significationis cum bono. Inde accipi cœptum est pro pulcro, Smuck. *Bellus puer; bella puella; bellum corpus*: in quibus etiam non tantum forma spectari potest, sed & morum elegantia. Sic, quicquid gratiam, lepore, venustate, festivitate sua sibi conciliare potest, fin och yndelig. Item de rebus inanimatis. Ut, *locus pueris bellissimus*, i. e. aptus, conveniens. *Bella civitas*, i. e. tranquilla: *bellum est cavere malum*, i. e. laudabile: *bella juris licentia*, i. e. honesta: *bellissimum subsidium*, i. e. gratum. *Satis bella affert*, i. e. quæ placent. Legitur & comparat. apud Varron. bellior.

Bellulus, a, um, Plaut. aliquantum seu parum bellus.

Bellulè, modo bellulo.

Bellatulus, a, um, Plaut. idem quod bellulus. Utrumq; autem ferè cum festivitate & joco aliquo dicitur.

Bellitudo, antiquè pro ornatu & pulcritudine.

Bellaria, orum, n pl. irritamenta gulæ, quæ remotis mensis appponuntur, ut sunt fructus & condimenta, Kræs paa Bord effter Maaltid er giort.

Bellis, is, f. t. herba primo vere rediviva bellè erumpens, Tusind Fryder/ Puttibug.

Melior, com. & melius neut. oris. comparativum est irregulare à bono, ad Græcorum μείων, ejusdem significationis, Bedre. *Vir melior: spero meliora: melius it: melius ei est: res meliore loco est: plagæ faciunt improbum meliorem*.

Melioresco, is, n. t. Colum. melior fio.

Optimus, a, um, Superl. valde bonum, aut summè bonum, Best. *Optimus homo: optima Respubl.* Et, *hoc omni in re optimum. Prædium optimo jure*, Fridt Jord degodz / eydomb jord. Esse autem origo dictionis, opto.

Optimè, modo optimo, gandske vell / best. *Optimè omnium facit*. Et peculiariter, *optimè adest*, i. e. opportunè, I rette tide.

Optimitas, atis, Plaut. idem quod commodum & utilitas.

Opti-

Optimas, atis, com. t. civitatis alicujus vir primarius, ut, Senator aut nobilis, En god Mand/ Beſte Mand/ Raadmand. *Optimates matronæ*, i. e. clariſſimæ, viris optimatibus nuptæ. Item optimates dicti ſunt, qui optimatum partes defendunt, ſicut populares, qui populi.

Compoſita.

Perbellus, a, um, valde bellus.

Perbellè, adverb. ut, *perbellè feceris, ſi ad nos veneris*, Megit vell.

Perbenè, adverb. valde benè, ut, *perbenè loqui Latinè putatur.*

Perbenignè, valde benignè. Ut, *perbenignè mihi reſpondet.*

Perbonus, a, um, valde bonus, ut, *ager naturâ perbonus.*

BOREAS, æ, m. pr. Βορέας, ventus, qui aliàs aquilo, Nordooſt. Siccus eſt & frigidus.

Borealis, le, om. t. quod boream ſpectat, ut, *regio borealis.*

Boreus, a, um, pen. prod. quia eſt Βόρεα, idem quod borealis, ut, *axis boreus*, i. e. polus arcticus.

BOS, vis, com. t. genus pecoris majus, laboribus ad humanos uſus natum, à βῶς ſive βοῦς ejusdem ſignificationis, Nød/ fæ: Hieroglyphicum eſt laboris & patientiæ. Item *bos luca* pro Elephante, quia in Lucanis primùm viſus eſt: Et à magnitudine bovis ſic dictus, quòd bos ipſis animalium maximum. Item bos, vaſtiſſimum Rajarum genus, latiſſimum & amplum, ett ſtags Rocke. Item boves feri Indiæ, qui & Æthiopici, unicornes ſunt, ſeu monocerotes. Et boves Lybici, quibus terram verſus diriguntur cornua, eamq; ob cauſam retrocedentes paſcunt. Item apud Græcos bos, didrachmus aureus, ſic dictus vel ab impreſſa bovis nota; vel quo boves ſinguli emi ſolebant, Saa god ſom en Roſennobell. Aliter à βόσκω, paſco, quaſi quòd laboribus ſuis paſcat homines. *Boum enim cervices*, inquit Cicero, *natæ ad jugum & vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda.* Facit & abl. plural. bubus, pr. prod. contra naturam reliquorum obliquorum.

Boa, ſive bova, f. pr. auctoribus rei ruſticæ, morbus eſt boum. Item crurum tumor viæ labore collectus. Item ſerpens aquaticus, Græcè dictus hydrus, à quo icti obturgeſcunt: ſic dicta, quòd lacte bubulo primùm alatur. Item genus morbi, qvum corpora papularum multitudine rubent à ſimo bubulo, cujus litu maximè tollitur.

Boalia, orum, n. pl. ludi boum gratia inſtituti. Exercebantur autem boum & taurorum venatione.

Boarius, a, um, quod boves ſpectat, ut, *forum boarium*, locus Romæ, in quo boves vendebantur, Fætorffue. Inde etiam ubi caro bubula venditur, Slacter Torffue/ Kiød Manger Torff oc Boe. *Pabulum boarium*, Fæ Fodr. *Regio boaria*, quæ bobus abundat, Færiig.

Boja, æ, f. pr. Plaut. genus vinculi ſive collare è boum corio. Exponitur & ligneum, ferreumvé, quo ſontium colla ceu jugo quodam vinciebantur, Boje / Halsjern.

Boo, as, n. pr. imitata voce boum clamo, mugio, Vraaler/ Broler. Inde translatè *boat cælum*, Lummerer/ dummerer. *Boat mare*, Skryder. Item, Græcorum imitatione, idem quod clamo, Βοάω.

Boo, is, n. t. antiquis idem.

Bovatim, adverb. more bovis.

Bovile, lis, n. t. Colum. locus, in quo ſtabulantur boves, Fæhuuß/ Fæſtald. Sed uſitatiùs dixeris bubile.

Bovinor, aris, dep. pr. antiquè pro convitior, quaſi in aliquem more boum mugio. Unde bovinatores dicti deriſores; item tergiverſatores. Et bovinatio ipſum convitium.

Bovinus, a, um, quod ex bove eſt; ut, *bovina caro*, Nød kiød/ Oxekiød/ Kukiød.

Bovillus, a, um, idem. Plin.

Bovo, as, Veteribus, idem quod boo.

Box, boacis, m. t. genus piſcis, à magnitudine boum ſic dicti: aut immediatè à boando. Græcis etiam βῶξ dicitur.

Bubalus, li, m. ſ. animal bovi ſimile in Africa, ſive bos ſylveſtris, Romanis olim nomine & fama tantum notus: nunc verò etiam uſu notiſſimus, Byffell. Græcorum autem βούβαλος, ſeu βουβαλὶς inter Capreas pertinet.

Bubalinus, a, um, quod ex bubalo eſt, ut, *bubalinus thorax*, Kollert aff Byffellhud: *bubalina ſtragula.*

Bubulcus, ci, m. ſ. cuſtos boum, Færycter/ Fædriffuer / Fæhyrde.

Bubulcinor, aris, dep. pr. Plaut. bubulci officium facio, giør Færycter aff mig/ Rycter Fæ.

Bubulus, a, um, quod eſt ex bove. Ut, *bubula caro*, Nødkiød. *Muſcarium bubulum*, ex corio bubulo, Fluſmecke / Fluveffte.

Bucolica, orum, n. pl. poëma agens de bubulcis & paſtoribus, à Græcis ſumpta inflexione, quibus βουκολικὰ, i. e. paſtoralia, paſtoritia dicuntur.

Bucolici milites, Capitol. Ægyptii erant paſtoritiam vitam colentes: ſed & ſic dicti à loco quodam dicto Bucolia, qui exponitur vallis, quæ Nili exundationes receptabat, immenſa in medio altitudine, extremis in paludem degenerantibus. Revera tamen, inquiunt, latrones erant non paſtores.

Bucula, læ, f. pr. vacca juvenis, & adhuc tenera, Quie.

Buculus, li, m. ſ. bos parvus, ſive ætas, ſive ſtatura reſpiciatur, Liden ung Stud/ Studling.

Compoſita.

Reboo, as, n. pr. adverſus aliquem boo. Item ſono. Ut, *reboant ſylvæ*:

Semibos, vis, dimidiata ſui parte bos. Ut, *Minotaurus ſemibos.*

BRACHÆ, arum, f. pr. veſtimenti genus partes pudendas tegens, ab umbilico ſcilicet ad genu, à βραχὺς, breve & anguſtum. Sed & laxum exponitur, quia & partem aliquam fluxam & verſicolorem ad ornatum habebat, Brog/ Buxer eller Offuertog. Aliter ſcribitur ſine aſpiratione, braca & bracca, deduciturq; à ῥάκος, i. e. veſtis lacera & detrita.

Bracatus, a, um, brachis qui utitur. Ut, *Gallia bracbata*: *Galli brachati*, qui hujusmodi genere veſtium uſi ſunt. Sic, *brachatæ nationes.*

Brachiarius, Lamp. qui brachas conficit.

BRACHIUM, ii, n. ſ. pars corporis ab humero ad cubitum brevior quàm inferior, quæ lacertus dicitur, à βραχίων, ejusdem ſignificationis. Inde ponitur pro univerſo hominis membro ab humeris ad vertebram manus, Arm. Item translatè, ad inanimata, *brachium maris*,

maris, pro sinu, Vig: *brachium montium,* cum sinuoso flexu procurrunt: *brachium arboris*, i. e. rami. Item in cancris brachia dicuntur forcipes, quibus prænendunt, Krabbesax.

Brachiolum, li, n. s. parvum brachium.

Brachiale, lis, n. t. ornamentum annulare brachiis circumdari solitum, Armbond. Item tegumentum brachii, Erme. Item instrumentum Chirurgicum, quo contusum brachium colligitur, Armesinner. Legitur & pro nodo, quo manus cum brachio coarctatur, alia voce carpus, Haandled.

Brachiatus, a, um, quod ad modum brachiorum factum est. Unde *vineæ brachiatæ,* quæ vitem in brachia compositam habebant.

Brachionarium, rii, Gloss. pro armilla.

BRACTEA, æ, f. pr. lamella metallica plicatilis & crepitans dum plicatur, à βράχω, crepo, sive crepitum edo, Brase / blick / Smidie / tynd Malm. Plade eller Blad. Sortitur autem cognomentum à materia; ut *bractea aurea, argentea, &c.*

Bracteola, læ, f. pr. parva vel tenuis bractea, ut est foliolum auri aliúsve metalli, quo pictores utuntur ad incrustationes, Malerguld.

Bracteārius, m. s. qui bracteas facit, Guldslaaer / Plattenslaaer.

Bracteator, m. t. Firm. idem.

Bracteatus, a, um, bracteis incrustatus, Forgylt / forsølffvett.

BRANCHIÆ, f. pr. βράγχια, piscium sunt quasi folliculi aversi ad collum; quibus halitum reciprocant, Fiskegel.

BRASSICA, æ, f. pr. genus oleris, sic dicta quasi præsica, à præsecando, vel quod ad usus humanos præsicetur quadam quasi pampinatione, salvo caule, potiùs quàm exscindatur: vel minutatim secetur ad cibos, Kaall: Est autem varii generis ratione formæ aut coloris: crispa, rubra, capitata, &c. Item à locis, rustica, sylvestris, marina, &c. de quibus suis locis. Aliter à πρασιὰ area, in horto quasi olus hortense per excellentiam, ut & Cato ei hortorum principatum adscripsit: Et Pythagoras ejus laudes ante omnes celebravit. Scribitur etiam unico S. Brasica.

BREVIS, ve, vior, issimus, om. t. pr. corr. in longitudinem parvum, à βραχὺς, ejusdem significationis, Stacket/kort. *Breve corpus: breve tempus, dies, annus.* Et translatè, *homo brevis,* qui brevi oratione agit, Korttalende.

Brevè, ius, issimè, adverb. brevi modo, Korteligen/ Stacket. *Brevè dicam; brevè faciam.*

Brevi, adverb. temporis, brevi tempore, paucis diebus, Inden stacket tid / Om en stacket tid. *Brevi veniam: brevi magnas habiturus es copias.* Item, breviter & paucis verbis: *brevi expediam hoc: brevi causam agam.*

Breviter, adverb. idem quod brevè, sive brevibus verbis: *Breviter dicam, agam.*

Brevis, is, f. t. Lamp. idem quod Epitome & breviarium.

Breve, is, n. t. Vopisc. idem.

Brevia, ium, n. pl. t. vadosa loca maris navigantibus insidiosa, quæ & Græcis βραχέα, quòd ibi breves sint undæ, nec in altum assurgant, Grunder. Aliter bre-

via, quasi quæ brevem hominis vitam efficiunt ac navem pessundant. Item quasi fremia à fremo; aut quasi βράχωα, à βράζω, æstuo, ebullio.

Breviarium, rii, n. s. Plin. & Svet. brevis summa rei, Kort Sum oc Indhold. *Breviarium culturæ; breviarium Imperii.* Et adjectivè, *breviariæ rationes,* quæ in breve contractæ sunt.

Brevio, as, act. pr. Quint. breve reddo, in pauciora contraho, ut, *alia breviat, alia exornat.*

Brevitas, atis, f. t. brevis rei affectio & ratio. Ut, *brevitas diei, temporis.*

Composita.

Abbrevio, as, act. pr. Veget. in breve redigo. Ut *abbreviare multa per diversos auctores libros q.*

Abbreviatura, æ, f. pr. vulgò Jurisconsul. instrumentum notarii abbreviatum. Item nomen officii in aula Romani Pontificis.

Perbrevis, ve, valde brevis. Ut, *perbreve ævum.*

Perbreviter, valde breviter. Ut *perbreviter exponam.*

BRIA, æ, f. pr. veteribus mensuræ genus, vel vasis vino pleni, à βρύειν, scatere, plenum esse, aut à βρίθειν, quod itidem significat plenum esse.

Brisa, æ, f. pr. Colum. magmentum in vinaceis & vino passo, ex quo aliquid quasi secundarium exprimebant vinum, eadem origine cum bria, à βρύειν, aut βρίθειν.

Briso, ās, veterib. pro exprimo. Item comedo, consumo.

BRONCUS, sive Bronchus, m. s. qui est superiore labro tumidiore & productiore, à βρόγχος, Guttur, propter tumorem & eminentiam, Langmundet/ Stoorlæbet. Item qui dentibus est prominulis, Langetand. Diciturq; de homine, equis, suibus, canibus, &c.

Brochus, sive brocus aut broccus, m. s. idem.

Brochitas, atis, f. t. Plin. Brochi affectio, ut, *brochitas dentium,* i. e. prominentia.

BRUCHUS, chi, m. s. βρῶχος, vermis è genere locustarum, sed sine alis, herbas & arborum frondes erodens, Græsorm/ Orm paa træ.

BRUMA, æ, f. pr. brevissimus anni dies & hyemale solstitium, quasi βραχὺ ἦμαρ i. e. brevis dies, Steckiste dag. Inde tropicè quarta pars anni, quæ incipit à bruma, Den störste Vinter/fuld Vinter. Aliter à Brumo, i. e. Baccho, cujus sacra eo tempore agebantur.

Brumalis, le, om. t. quod est brumæ. Ut, *brumale tempus, dies,* Solstitium, Soelhuerffue/steckiste dag. Brumalia, orum. n. pl. Bacchi sacra bis quotannis celebrari solita, semel in fine brumæ, Fastelaffns tid: atq; iterum in mense Septemb.

BRUMA, æ, f. pr. in Isid. pro edacitate, quasi βρῶμα, cibus, esca, à βρόω, edo.

Imbrumatus, cui est fastidium cibi.

BRUSCUM, n. s. tuber aceris arboribus intortius Crispum, à βρύω, pullulo.

BRUTUS, a, um, pr. prod. cui sensus est hebetior, qui animo aut corpore tardior est, à βρότος, mortalis, quasi,

quasi qui tarditate sua & sensus hebitudine mortuum retert potius quàm vivum, quâ formâ & nos dicimus, Dyd oc Doffuen/ Dorsk/ Drumtere. Inde transfertur ad alia; ut, *corpus brutum*, quod tardum est, grave & quasi sine sensu respectu animi immortalis & cœlestis partis hominis. *Brutum animal*, i. e. irrationale, ratione carens, vmelende dyr. *Bruta tellus*, quæ horridior est, & tardiùs operosiusq; fructum fert, Stiff haard jord: aut etiam simpliciter inculta, atq; informis. *Brutum fulmen*: quod nulla ratione naturæ contingit. Aliter brutum à βρωτὸν edule vescum, quasi propriè de brutis animantibus. Item quasi obrutum, & propriè de terra.

Bruteo, n. s. antiquis pro stupeo sensu privatus.

Compos.

Obbruteo, Afran. brutus sum.

Obbrutesco, Lucr. brutus fio: sensum & vitam amitto, intereo.

BUBO, onis, com. t. avis nocturna, feralis & ad volandum debilis, sic dicta à sono, quem edit, ut & Græcorum βύας, ejusdem significationis, Vgle. Bubo etiam græca origine, βουβὼν, morbus & tumor quidam inquacunq; parte corporis; Et peculiariter in inguinibus.

Bubo, as, n. pr. in morem bubonis cano.

Bubulo, as, n. pr. idem.

Buteo m. t. avis ex genere accipitrum, & volatu faciens auspiicia, à bubone, cui non est absimilis, sortita nomen, ut nuuit Festus, Muusvog.

BUCCA, æ, f. pr. os inflatum, sive interior malarum pars concava, à sono sic dicta, quem os inflatum displodendo edit, Opblæst Mund. Inde tropicè, ipsæ malæ, Backe. Item tuba, quam in buccis & ore inflato insonant. Item Tranquil. bucca, frustulum panis, quantum commodè buccâ capi potest. *In buccam venire*, formula est loquendi, significans in mentem aut in os dicendum venire: de eo quod inconsiderate atq; incogitanter proferimus, Kommer i Munden eller i sinde at sige eller tale. Aliter à βύομαι, turgeo, quasi os turgens.

Buccula, læ. f. pr. pusilla, vel tenuior bucca, Smaa eller smale Backer. Item pars cassidis, per quam mittitur spiritus, quod buccam tegat, Hielmvuser/ Visere.

Buccularius, m. s. qui galeas apparat, à buccula parte galeæ sic dictus, Hielmmager.

Buccea, æ, f. pr. Svet. frustulum, quantum buccâ semel commodè capi potest, Mundfuld.

Bucella, læ, parva buccea.

Buccellarii, dicti sunt Gallogræci. Item Cataphracti Equites per orientem qui Magistro militum suberant. Item latrones, qui oribus captivorum lignum inserebant, ne clamarent.

Buccellatum, ti, n. s. Amm. panis castrensis in buccas, & quasi esculata frusta confectus, Saa som Hoffknecte eller Kauringe Brød.

Bucco, onis, m. t. cui tument buccæ, cuiq; os grandius est, Puus Mundet. Et tropicè, stupidus, quasi mente aut voce informis, Plosmundet/ Dryner/ Dryn Brodr.

Bucculentus, a, um, cui natura os tumet, Stoermundet/ Viidmundet.

BUCCINA, æ, f. pr. cornu recurvum & ad varios usus inflari solitum, à βυκάνη, ejusdem significationis: eratq; *pastorum*, Hyrdehorn: *Venatorum*, Jegerhorn: *Cantatorum*, Krumhorn/ Zincke/ Kornett/ Skalmej: *Præconum*, Tromete/ Tudehorn/ Lyd: *Vigilum*, Vacthorn/ etc. Inde peculiariter tuba, ad rem bellicam translata, Bajune/ Tromete/ Skalmeje. Aliter à bucca, quòd infletur buccis: item à voce, quasi vocina.

Buccino, as, Varr. n. pr. buccina cano, Blæsi Horn.

Buccinator, oris, m. t. qui buccinâ canit ad incitandos militum animos, Trometer/ Skalmejblæser. Communi enim notione ponitur pro tibicine, tubicine & æneatore Item buccinator, Præco sive laudator.

Buccinum, ni, n. s. Plin. idem quod buccina. Item conchæ genus minus petris adhærescens à similitudine buccinæ, Kinckhorn.

BUCERUS, a, um, Ovid. bubula habens cornua, à βῦς, bos & κέρας, cornu; vel potius magna habens cornua, ad differentiam minorum pecudum, à βῦ particula intensiva. Ut armenta bucera, Stoor hornet quæg.

Buceriæ greges apud Lucill. i. e. magnorum cornuum, vel magnæ gregis. Opponitur enim lanigeris pecudibus, quæ minora sunt pecora.

BUFO, onis, m. t. pr. prod. serpentis genus in orbem turgens & venenatum, à βύομαι, turgeo, Padde/ tudse/ skrup tudse.

Bufonius, a, um, quod est bufonis. Ut, *bufonius lapis*, qui in capite bufonis inventus eximitur ad usus medicos, Tudse Steen.

BULBUS, bi, m. s. βολβὸς, omnis generis radix rotunda tunicata, ut sunt liliorum & similium. Et peculiariter genus quoddam venerem stimulans.

Bulbosus, a, um, bulbis plenum vel abundans, aut bulbis constans. Ut, *radix bulbosa*, in qua bulbi conspiciuntur, quales in radicibus arundinum.

BULGA, æ, f. pr. pera sive sacculus scorteus, quo pecuniam aliavé vitæ necessaria ferre solent peregrinantes, à μολγὸς, ejusdem significationis, voce nimirum sive Græca sive Tarentina, Vedskiaske/ Vadseck/ Klædersæck. Translatè, significat sinum cum laxitate, sive vulvam maternam: Ut, *è bulga matris in lucem editus*. Sic, obscœnâ significatione, *in bulgam penetrare pilosam*. Est & nomen piscis. Legitur & vulga propera & vulva muliebri. Aliter, dictio habetur Gallica.

BULLA, æ, f. pr. propriè vesicula aquæ superstans, instar bucculæ tumens, sic dicta quasi buccula, & per concisionem bulla, aut immediatè à βύομαι, turgeo, Vandbuble. Item bracteola aurea vel deaurata, concavata & in cordis speciem efformata, ut docet Cicero, vel, ut Plutarchus, bullæ in aqua surgentis similis. Eratq; ornamentum pueritiæ prætextatæ de collo suspensum, Guldsoppe. Et quia bullæ huic includebatur odoramentum aut remedium adversus infortunium, rectè transfertur ad sphærulas, quibus odoramenta inclusa circumferuntur, Desuarknap/ Vrtekuap/ Vrtepose eller Pung. Item bulla ornamentum muliebre ex tuberante bractea factum, Brase/ doppe/ spang. Item ornamentum equorum, quod simili cava & rotunda forma, sive ex auro, sive argento, ære aliavé materia fabrefactum est, & Ephippiis pectoralibus atq; habenis insertum, Hestedopper/ Dopper til Hestetøi.

τος. Et ſpecialiùs ornamentum quod oreis affigitur, Buckl/ Puckl. q. d. buccula. Item clavi caput umbellatum in bullæ modum faſtigiatum, quo ſuperbarum ædium fores configi ſolent, interdum deaurato, Porte ſøm/ eller dopper. Aliter bulla in ſignificatione ornamenti puerilis deducitur à βάλη, forma Tarentina βόλα, conſilium, quòd eſſet conſilii monumentum, & eà ætas alteriùs regenda eſſet conſilio.

Bullula, læ, parva bulla.

Bullatus, a, um, bullâ ornatus & inſignitus. Ut *bullata teſta*. Et translatè, tumidus, inflatus & inanis. Ut, *homo bullatus*, Opblæſt Menniſke. Et *bullatæ nugæ*, i. e. inanes.

Bullio, lis, n. q. Celſ. de aqua dicitur, cum bullas æſtuans vel ferveſcens emittit, Bubler/ ſkyder Bubler. Et conſequenter ferveo, æſtuo, Syer/ Volmer/er meſ git heed.

Bullo, as, Cat. & Plin. idem.

Compoſita.

Abolla, læ, f. pr. veſtis ſenatoria, quaſi ambulla, undiq; bullata. Exponitur & veſtis militaris chlamis. Item tunica ſuffulta & duplex. Item genus philoſophicæ veſtis. Item pallii genus.

Ampulla, æ, f. pr. vas vitreum ventre amplo & inflato, ad ſervandum oleum, quo ſe in balneis ungebant aut itineribus, dicta quaſi ambulla, à ventre inſtar bullæ tumente, aut quaſi ampla bulla, Bugede glaß. Inde translatè, ampullæ, verba magnifica, turgida & grandiloqua, ſtore Ord. Ut, *projicit ampullas & ſeſquipedalia verba:* Ubi etiam interpres: ampullæ ſunt ἀλαζονίας, ſeſquipedalia λέξεως. Utebantur autem Romani ampulla ad hauriendas potiones, Bugede drick Feglaß.

Ampullarius, a, um, quod ampullas ſpectat. Ut, *ampullaria unctiones*, quæ fiunt de ampullis.

Ampullarius, rii, m. ſ. qui ampullas facit, Glaßmager: vel qui ampullas corio integit.

Ampullaceus, a, um, quod ex ampulla eſt, ut *fruſtum ampullaceum*. Et *pyra ampullacea* ab ampullæ figura.

Ampullagium, Aurel. n. ſ. caducum & flos mali (fructus) à forma ſcilicet ampullæ.

Ampullor, aris, dep. pr. Horat. pro ſuperbio & ampullæ inſtar verbis vel ſententiis turgeo, tall ſtore ord/ hoffverer med ſtore ord / prænger. *In tragica ampullatur arte*, i. e. verbis utitur tumidis, grandiloquis.

Ebullio, is, valde bullio vel bulliendo effundor, Syder Offr. Et translatè, jacto, oſtento. Ut, *virtute & ſapientiâ ebullit.*

Ebullo, as, Perſ. pro erumpo. Ut, *ô ſi ebullet patrui præclarum funus.*

BUO, is, act. t. antiquis pro impleo, à βύω, ejusdem ſignificationis.

Bua, æ, f. pr. potio omnis. Et peculiariter potio puerilis, idq;, ut volunt, ineptia quadam nutricum infantibus ea voce blandientium, & ad bibendum allicientium.

Bubino, as, act. pr. antiquis pro madefacio, buâve offundo. Exponitur &, menſtruo ſanguine polluo.

Compoſita.

Delibutus, a, um, qui aquis odoratis conſperſus, q. deluendo imbutus, ut ſcilicet ſignificetur prodigalitas ungendi, q. d. toen i dyrbar Vand/ beſtenkt/ offrſlagen. *Capillus unguentis delibutus.* Et translatè, *terra ſanguine delibuta*, aliter delibutus, oleo imbutus.

Exbuo, is, antiquis pro exinanio, exhaurio.

Imbubino, as, antiquis, idem quod bubino. Ut, *hæc te imbubinat.*

Imbuo, is, ui, utum. act. t. liquore aut odore aliquo inficio, & quaſi impleo, Bedricker/beſtencker. *Imbuit lanam liquoribus*, Lydder/ farffuer: *manus ſanguine imbuantur: gladius ſanguine imbuitur: teſta odore imbuitur.* Et omiſſa materia: *imbuat aram agnus*, ſcilicet ſanguine, Beſtencke Alteret med ſit Blod. *Dolium imbuito*, ſcilicet, vino, cereviſia, &c. Et translatè, ad animum ejusq; affectus: *ſtudiis ſe imbuit*, q. d. forfylder ſig med Bogelige Konſter/ i.e. Lærer: *Gaudium ſcelere imbuit*, q. d. forfylder / lydder eller farffuer ſin glæde med Synd oc Skalckhed. *Deorum opinio imbuit hominum mentes*, Betager. *Imbuere animum malis opinionibus*, forfylde med vrange Menninger. i. e. docere. Sic *imbuere aliquem ſuperſtitione, erroribus, doctrina, bonis moribus, &c.*

Imbutus, a, um, quod imbuimus. Ut, *teſta odore imbuta: manus imbuta ſanguine: homo literis, præceptis, uſu, odio, Dialecticis imbutus.*

Vinibuæ, antiquis pro Ebrioſæ.

BURA, æ, f. pr. Varr. pars aratri curva, quaſi βοὸς οὐρά, bovis cauda, propter ſimilitudinem, Plougſtert/ Aaſed. Exponitur & temo ille longus, qui inter boves eſt protenſus.

Buris, is, f. t. Virg. Idem.

BURRUS, a, um, Antiquis idem quod rufus, à πυῤῥὸς, ruber. Ut, *burra bucula*, quæ roſtrum habet rufum. Et burrus dicebatur, qui rubeus eſt cibo ac potione.

Burra ſive burrha, genus veſtis rufi coloris: eratq; vilior & pilis hirſuta. Unde translatè, burræ pro rebus ineptis & nugis.

Butranica potio appellatur è lacte & ſapa, à colore ſcilicet rufo.

Burranicum, n. ſ. genus valx.

BUTUBATA, dictio eſt compoſita à Bu, quod eſt bibere: TU, quod eſt cibus: ba, quod eſt mamma: ta, i. e. tota. Nævius poſuit pro nugatorii, h. e. nullius dignationis, inquit Feſt.

BUTYRUM, ri, n. ſ. βούτυρον, ros lactis exagitatione excoctus & extractus, quaſi βοὸς τυρὸς, i. e. bubulus caſeus, Smør. Græcis producitur penultima. Valgius autem Latinus poeta eandem cum prima corripit.

Butyratus, a, um, butyro litus. Ut, *panis butyratus*, Smøred Brød.

BUXUS, xi, f. ſ. arbuſcula ſemper virens, ac tonſilis; à πύξος, ejusdem ſignif. Buxbum.

Buxeus, a, um, quod ex buxo eſt. Ut, *menſa buxea.* Item quod buxi colorem habet, ut, *dentes buxei*, Mørckegule/ eller Blægetand.

Buxetum, ti, n. ſ. locus buxis conſitus.

Buxoſus, a, um, quod buxo ſimile eſt, ut, *buxoſum balſami lignum.*

Buxum, xi, n. ſ. lignum buxi, Buxbumtræ.

BYSSUS, ſi, f. ſ. βύσσος, genus lini tenuiſſimi, ex India aut Ægypto, Syrebar ſmaatt Lereret.

Byſſinus, a, um, quod ex byſſo eſt factum, ut, *veſtes byſſinæ*, Koſtelige Linklæder. *Byſſinus color*, qui auro eſt proximus, qualis in crudis filis ſericis conſpicitur, Liusguul.

C.

CABALLUS, li, m. ſ. καβάλης, Equus dorſuarius, & ferendis oneribus accommodus, à καβάλλειν pro καταβάλλειν, injicere, injiciendis ſcilicet dorſo oneribus, Rideheſt/Bøffheſt/Arbeidzheſt. Inde Equus omnis viribus aut magnitudine monſtroſior: Item emeritus ad aratra, moles aut birota damnatus, Stoer plump och whendig Heſt/afflagt. Dicitur & aliquando cum deriſione.

Caballinus, a, um, quod ex caballo eſt. Ut, *caro caballina*. Et *caballinus fons*, quem in monte Helicone Pegaſus ſaxum feriens aperuit.

Caballitio, onis, f. t. Jurisconſ. munus alendi Equos publicos. Sed ſuſpecta eſt lectio.

CACABO, as, n. pr. de voce quam edit perdix, per Onomatopœjam, à ſono: unde & ipſa avis καγκάβα Græcis dicitur.

CACABUS, bi, m. ſ. olla pulmentaria, per Onomatopœjam ſic dicta, à ſono quem edit ebulliens, ut & Græcorum καγκάβη, ejusdem ſignif. Grødgryde.

CACHINNUS, m. ſ. riſus ſolutior & effuſior, ſic dictus per Onomatopœjam, à ſono, ca ca che, qui editur, ut & Græcorum καχάζω, effusè rideo, Stoer Ladder/hiertelig Ladder. Et translatè, ſonitus omnis vehementior & acutior, qualis & undarum ad littora afflictarum. Ut, *procdunt lebiterq; ſonant clangore cachinni*. Sive: *procidum leni reſonant plangore cachinnum*.

Cachinnor, aris, dep. pr. ſolutiùs rideo, effusè rideo, Leer høyt/Leer ſaa det ſkielder eller ſkringler. *Rident, cachinnantur convivæ*.

Cachinno, as, Luc. n. pr. idem. Ut, *Cachinnant famuli*. Et translatè. Accio: *Sæva ſonando crepitu clangentes cachinnant*, i. e. vehementiùs ſonant.

Cachinnatio, Cic. f. t. cachinnandi actus. Item idem quod cachinnus.

Compoſ.

Decachinno, aris, apud Tertulian. pro derideo.

CACO, as, Mart. n. pr. alvum exonero, excerno, à voce puerorum, quam exoneraturi & exonerantes edunt, ut & Græcorum κακκῶ ejusd. ſignif. quod honeſtè efferimus, Kræffuer ſig / Pomper. Aliter per infamiam deducitur à κακὸν, quo & ignominioſum ſignificatur.

Cacatus, a, um, quod concacavimus. Ut, *charta cacata*.

Cacaturio, Mart. cacare deſidero.

Compoſita.

Concaco, as, cacando fœdo, Begiør / Beſlicker/ Beſkidder.

CACULA, æ, m. pr. Servus militis, non merens, ſed ferendis armis aſcitus, à κακὸς, imbellis prima ſignificatione.

CACUMEN, inis, n. t. cujusq; rei ſummitas, ab acumen, quaſi coacumen, & in quo coit acumen, Top. Ut, *cacumen montis, arboris*. Aliter à χάζεσθαι, cedendo, vel quod ſit inacceſſibile, vel cedere appareat, quò propiùs accedas, aut longiùs abſceſſeris. Item à cado, quaſi cadumen; undè quid facile cadat.

Cacumino, as, act. pr. acuminatum reddo: Ut, *cacuminat aures*, Spitzer.

Cacuminatus, a, um, Plin. in modum cacuminis effigiatus, Spitz for till/eller ved enden. *Obum faſtigio cacuminatum*.

Compoſita.

Decacumino, as, act. pr. Colum. pro cacumen præcido vel cacumen privo, Topſtiffuer / Steffuer Topen aff. *Herba decacuminatur*.

Decacuminatio, f. t. Plin. decacuminandi actus, Steffuelſe.

CADO, is, cecidi, caſum, n. t. deorſum naturâ feror, ſubducto eo, quo violenter ſuſtinebar, à χάζω, cedo, recedo, Størter/falder om. Poniturq; vel abſolutè, ut *cadit homo; cadit domus*: vel cum caſu, & quidem vel ſine præpoſitione, ubi ſtatus ferè ſignificatur; ut, *cadunt mihi dentes*, Tenderne falder ud/ſkiffter Tender: vel cum præpoſitione ſitum ſignificante, ut; *cadere ab alto; cadere de equo: cadere ex arbore: cadunt de arboribus folia: cadere in terram*. Sed & Dativus ille æquipollet caſui cum præpoſitione & in eam reſolvitur. Et promiſcuè, ſignificatione metaphorica: *cadunt mihi res feliciter vel infeliciter*, Det gaar mig lyckelig eller ilde. *Cadit*, i. e. moritur: *Enſe cadit*, i. e. interficitur: *Altè cadit*, falder udi ſtoer wycke. *Cadere commodè, optatè*, falder eller ſkeer vell oc lyckelig / ſlider ſig vell. *Cadere cauſa*, tabe Sagen: *cadere formula*, Slaae feil udi ſin Beretning. *Cadere in cogitationem, in deliberationem, in offenſionem*, falder eller kommer i tancker/Beraad/wgunſt. *Cadere in manus, in poteſtatem*, falder eller kommer en udi Hender ne/ vdi hans vold. *Cadere bonis ſuis*, forbryde ſit godz. *Cadere uxoris ſeu ſponſa*; falder igiennom kurffuen. *Umbræ de montibus cadunt*: cùm montes ſoli oppoſiti umbram ad inferius projiciunt. *Cadit in conſpectum*, Lader ſig ſee/ til ſyne. Aliter à χαίνω hiſco, quia in omni caſu fit intervallum. Item à κάτω, deorſum, quia motus ſit deorſum.

Caſura, æ, f. pr. Hiero. cadendi actus.

Caſus, us, Cic. m. q. cadendi modus vel ratio, Fald. *Caſu rhedæ oppreſſus*. Inde quod præter opinionem & incerto eventu accidit, Tilfald/Hendelſe: ſive is fortunatus, Lycke: ſive infortunatus, wlycke. *Caſu & temerè hoc fiebat: caſus & fortuna: fortuna habet caſus: ille in bono caſu eſt: caſum relevat*, i. e. ærumnas levat: *In caſum demittitur*, i. e. præceps datur: *ad caſum datur*, i. e. ad ruinam impellitur. Item Grammat. affectus nominis, aliam atq; aliam terminationem inducens ex natura ſitus vel termini, quem cauſatur oratio ſeu compoſitio.

Caſo & caſito, n. pr. Jurisconſ. pro frequenter cado.

Cadaver, eris, n. t. corpus anima caſſum, à cadendo ſic dictum, Død krop. *Cadaver Clodii*. Et translatè, *oppidorum cadavera*, i. e. ruina & deſtructio.

Cadaveroſus, a, um, cadaveri ſimilis, ut, *cadaveroſa facies*, quæ mortuo quàm vivo eſt ſimilior.

Cadivus, a, um, Plin. quod per ſe cecidit. Ut, *cadivum folium; pomum cadivum*, h. e. caducum.

Cadu-

Caducus, a, um, Cic. quod facile cadit. Ut, *morbus caducus*, fallend Siuge. Et translatè, quod facilè diffluit, dilabitur, interit, evaneſcit, Affeldig/bliffuer till inter/gaar paa fald/ forgengelig / dødelig. *Res humanæ caducæ.* Hinc, *caduca hæreditas*, qua hæredes exciderunt & interierunt, Arff/ſom icke haffuer Arffuing. Item quæ Magiſtratui jure cedit, etiam excluſis legitimis hæredibus, Forfalden Arff. *Caduca bona*, quæ hæredem non habent, vel quæ non ſunt ſtabilia, utpote damnatorum. *Aqua caduca*, quæ è lacu abundat, aut è caſtellis effluit, vel è fiſtularum hiaturis. *Caduca littera*, quæ magis increſcit, qvum calamo exaratur, Bogſtaff / ſom flyder oc ſlaaer igiennem. *Caduca auſpicia*, veteribus dicebantur, qvum aliquid in templo excidit, veluti de manu virga. *Caducum pomum*, quod non manu decerpitur, ſed ex ſeſe cadit. Caducum, abſolutè, forfengeligt/ forgengeligt. Item flos malorum, ſive primus tàm ſativæ quàm ſylveſtris partus florere incipientis.

Caduciter, Varr. pro præcipitanter. Ut, *aqua caduciter ruens.*

Caducarius, qui caducam hæreditatem accipit.

Caduceus & caduceum, virga Mercurii, qua dicitur uſus ad lites & jurgia tollenda, ad inducendum ſomnum, ad evocandas ex inferis animas, aut etiam immittendas. Inde tropicè, virgà, quæ eſt alicujus ominis, & ſymbolica, qualis eſt *legati* nunciantis pacem, Herold ſtock / Fredz ſtock. Item *miniſtri publici*, diſſidiis tollendis, Regement ſtock. Item *Abbatum & Epiſcoporum*, Biſpe oc Abbede ſtaff. Item, *Regum*, quæ alias Græca voce Sceptrum dicitur, Konges lige Spiir. Aliter à cadendo dicitur, quòd eo, quaſi diſſidia cadere faciat. Aliter dictio habetur peregrina. Aliter idem quod baculus q. quo cavemus nobis ſagam.

Caduceator, m. t. Legatus pacem denuncians, caduceo inſignitus, Herold.

Compoſita cum Præpoſitionib.

Accido, is, n. t. ad aliquid, h. e. juxta cado, falder hoeß/adt eller till. *Accidebat ad omnium pedes: ei in genua.* Et in tertiis plurimùm perſonis, *accidit*, pro præter ſpem venit, Hender / ſkeer/ tilfalder. *Nihil boni, nihil mali ei accidit: accidit novum: accidit divinitùs; humanitùs. Accidit, ut ad Regem iret. Benè accidit conſilium*, det faldt vell / Lyckedis. *Incertum eſt quorſum hoc accidat*, huad ende det vill tage.

Accidens, qui procumbit ad aliquem ſupplex. Et Logicis, quod adeſt aut abeſt præter ſubjecti corruptionem.

Accidentia, æ, f. pr. Plin. quâ quid accidit, tilfald. *Naturæ accidentia.*

Concido, is, totus cado, propriè & translatè. Ut, *concidit homo, urbs, mens, animus, fides.* Et *animo concidit.*

Decido, is, act. t. pen. corr. deorſum cado, falder nedr. *Ficta omnia celeriter tanquam floſculi decidunt: decidit equo, vel ex equo.* Et translatè, *ſpe vel à ſpe decido*, haffuer intet at lide paa/haaber intet. Item *decidit*, i. e. moritur. Item *decidere* dicimur in re, cum minus ſolvitur, quàm quod petitum eſt, Brydet aff.

Decidium, Senec. pro interitu. Ut, *fortiter ferre decidium ſui*, Affald.

Deciduus, a, um, quod decidit aut decidere ſolet. Ut, *folia decidua*, Affeldig. *Cornua cervi decidua.*

Excido, excidi, excaſum, ex loco ſuperiori cado, falder fraa offuen. *Incautis paſtoribus excidit ignis.* Et translatè, *Ab ipſo excidi*, Faldt gennom/ fraa: diſſentiens ſcilicet, vel officium ſubtrahens. Et *animo hoc mihi excidit*, gick mig aff ſinde/ glemme. Et excidit mihi verbum, Slap wforvarendis ud / gick mig aff Munden. *Excidit è manu victoria*, gick mig aff henderne: *Excidit victoria*, miſte / ſlog feil ad. Sic *excidit uxore.*

Incido, is, incidi, quaſi in aliquem cado, falder ind eller neder paa en. *Saxum ex ſpelunca in crura ejus incidit.* Et translatè, caſu ſeu præter ſpem & opinionem in aliquem venio, obvenio, wforvarende paakommer/forkommer/ falder/tilfalder. *Incidit in manus hoſtium, : hoc mali incidit Reipublicæ: Incidit fortè in me: incidit in morbum, furorem, inſaniam, in foveam: mihi incidit ſuſpicio: incidit hujus rei mentio*, kom for eller falt i tale.

Superincido, dis, deſuper in rem aliquam incido. Ut, *ſuperincidunt tela.*

Intercido, cidi, n. t. quaſi inter alios cado, falder imellom. Ita *in arcto ſtipatæ erant naves, ut vix ullum telum in mare vanum intercideret.* Et translatè pereo, vel cum aliis pereo, Omkommer oc bliffuer med iblant. *Pereant amici, dum unà inimici intercidant: Ova excludenda multa propter numerum intercidunt*, Bliffuer iblant till inter. Sic *memoria facti hujus intercidit*, den bliffuer till inter/bliffuer borte.

Occido, cidi, occaſum, n. t. totus vel omninò cado, falder ſlet om/och bliffuer liggende: Et potiſſimùm translata ſignificatione pro pereo, omkommer. *Sunt qui animum cum corpore occidere putant. Exſtincto calore occidimus & exſtinguimur.* Et in deſperata fortuna, Jeg er om en hals/ det er ude med mig. *Occidi, neq; virgo eſt, neq; maſculus.* Sic *occidit herba: occidit ſpes*, i. e. interit. Item occido ſimpliciter pro cado, vel deſcendo; ut, *ſigna de cœlo in terram occidunt.* Unde & *Sol occidere dicitur*, quia cadere videtur dum deſcendit & mergitur. Sic & *Canis, ſidus cæleſte, occidit, &c.*

Occidens, tis, om. t. quod occidit. Ut, *Reſpublica occidens*, Som falder om och bliffuer till intet. Et abſolutè, *occidens* dicitur plaga illa, in qua Sol occidit, Solens nedergang/veſter.

Occidentalis, le, om. t. quod ad occidentem vergit, ut *occidentale latus ſeptentrionis.*

Occaſio, onis, f. t. oportunitas temporis caſu proveniens, ſive qua aliquid accidit, quaſi adcaſio veteri more, Leilighed. *Occaſio oblata ipſi ad occupandam Aſiam. Occaſio & agendi tempus locusq;.* Ponitur & pro copia, Columel. Effne. *Id fabricatur ex quereu, robore vel ſubere. Nam oleæ rara eſt occaſio*, Stelden effne paa Olietræ.

Occaſiuncula, parva vel exigua occaſio.

Occaſo, as, n. pr. Plaut. idem quod occido.

Occaſurus, a, um, particip. Ut *beneficia veſtra in hujus exitio occaſura jubet.*

Occaſus, us, m. q. occidentis affectus, Affald/død. *Occaſus Lælii: occaſus urbis & imperii. Occaſus ſolis*, Solens nedrgang. Et *Sol occaſus*, antiquè pro eodem, adjectivè ſumptâ voce. Item *occaſus*, locus in quo occidit Sol, Veſter/ Solens nedergang.

Occiduus, a, um, idem quod occidentalis. Ut, *orbis occiduus: Sol occiduus: aquæ occiduæ*, i. e. mare Heſperium. Et *Senectus occidua*, i. e. occidens.

Inoccidnus, a, um, Stat. non occiduus. Ut, *viſus inoccidui*, i. e. oculi ſemper vigilantes.

Præoccido, prius occido. Ut, *præoccidit canicula.*

Procido, is, ultrà vel porrò cado, falder ud / fram. *Procidit lapis ex capitolio in vicum jugarium: muri*

pars procidit. Exponitur & pronus cado, falder Uæßgrv.

Procidentia, æ, f. pr. procidendi actus, vdfald. Unde *procidentia oculorum, ani, vulvæ*: ubi horum ullum procidit, & prominet à ſuo naturali loco ad exteriora.

Prociduus, a, um, quod procidit, vdfeldig/vdhengende. *Umbilicus prociduus: ſedes procidua* de natibus: *Cachinnus prociduus*, pro ſono aquæ decurrentis ab alto.

Recido, dis, cidi, caſum, n. t. retrorſum aut iterum cado, falder tilbage / falder om igien. *Ramus in oculum recidit: Ex lætitia ad luctum hæc recidunt. Recidere in fortunam, in vigiliam amicorum: ille recidit in annum ſuum: ſuſpicio in te recidit: ad nihilum tua conſilia recidunt: in te recidunt maledicta.*

Recidivus, a, um, quod recidit & iterum cadit & accidit. Ut, *recidiva Troja*, quæ poſt expugnationem reſtaurata fuit. *Arbor recidiva*, quæ deciſa repullulat. *Febris recidiva*, quæ reviviſcit & integratur. Exponitur & *Troja recidiva*, quæ ſecunda vice, etiam tertiâ deſtructa eſt, ſcilicet ab Hercule, à Græcis, à Romanis.

Succido, ſub onere aut præ laſſitudine in genua cado, falder oc gaar i knæ. *Labore, laſſitudine ſuccidunt.*

Succiduus, a, um, ad cadendum pronus, ſive fermè cadens, Snublende. *Succidui titubant greſſus: Succiduo poplite intremuere genua.*

Supercido, dis, Colum. ſuper rem aliquam cado. Ut *cicatrix transverſa ſupercidentem cœleſtem aquam continet.* Aliter hoc loco legitur ſuperincido.

Compoſita cum nominibus.

Gelicidium, n. ſ. quaſi gelu cadens, Isfroſt/Isfald/Isſlag: vel ipſa glacies, aquævé concretio, Iis.

Stillicidium, n. ſ. locus, per quem ſtillæ de tectis cadunt, ſive ipſæ ſtillæ de tecto cadentes, Tagdraabe. *Urinæ ſtillicidium*, kaaldpiß/ Græca voce, ſtranguria.

CADURCUM, ci, n. ſ. lineum velum lectum integens, à cadurcis populis Galliæ, Spærlaggen. Item tegmen illud Principum ſolenne, quo ſibi ab aëris injuria cavent, Himmell. Item inſtitorum velum merces ab injuria aëris muniens, Kramlaggen.

CADUS, di, m. ſ. κάδος, vas vinarium, Viinfad: cujus menſura capiebat duodecim congios, tolff Kander / ſex Potter i Kanden. Aliter decem habetur congiorum, & Græca voce Metreta.

Cadiſcus, m. ſ. vaſculum, quo ſuffragia colligebantur. Inde vaſculum quo ſtipem colligunt, Spaerbyße.

CÆCUS, a, um, oculorum uſu carens, à χάσκω, hio, quòd eruto oculo, aut exſtincto viſu, oculus nihil aliud quàm hiatus quidam: aut à χάλυμμα, privor, quaſi viſu privatus, Blind. *Homo cæcus.* Et translatè, *mens cæca: animus cæcus*: Et *crudelitate cæcus.* Item ad inanimata, quod latet, nec videtur. Ut, *cæca vada: cæci ſcopuli: cæcus morbus*, cujus cauſa nullo modo dignoſcitur. *Cæca nox*, in qua non videmus. *Cæca veſtigia*, quæ in via incognita verſantur, vel quæ non apparent, vild ſtije. *Cæcus locus: cæcæ foſſæ: cæci aditus*, qui ſunt inſepti, ut viſum prohibeant: *cæcum vallum*, in quo peracuti pali affixi, herbis vel frondibus occultantur: *cæcus fluctus*, cujus non ſentitur nec apparet cauſa, ut cum venti quieſcunt. Et translatè, *cæcus fluctus* pro malo latente & tacito. *Cæcum inteſtinum*, quod unicum tantum os ſeu foramen habeat, Bondtarm. *Cæca dies*, quâ nihil præſens datur: non præſens pecunia numeratur, ſeu *cæca die emere*, eſt emere ſolutione in diem prolata. Sic *cæca teſtimonia*, quæ ſcripto perhibentur abſentibus, benckevinde/benckebreff. *Colubra cæca*, Columel. vermis humanam alvum infeſtans, Orm i Liffuet. Aliter à cædo, quaſi cui oculi conciſi.

Cæculus, a, um, aliquantum cæcus. Item cæcutiens.

Cæcitas, tis, f. t. cæci habitus & affectio, Blindhed. Diciturq; tàm de animo, quàm de corpore.

Cæco, as, act. pr. cæcum facio, Giør blind / forblinder. *Spes impiendi cæcat animos.*

Cæcatus, a, um, Cic. cæcus factus, occæcatus. Ut *celeritate cæcata oratio: homo cupiditate cæcatus.*

Cæcutio, is, Varr. n. q. parum video. Ut, *oculi mihi cæcutiunt lectione.*

Cæculto, as, Plaut. n. pr. idem quod cæcutio, vel cæco ſum ſimilis. Ut, *oculi mihi cæculuant.*

Compoſita.

Excæco, as, Cic. cæcum facio. Ut, *is nos excæcavit & ſenſibus exorbavit.*

Occæco ſive obcæco, idem quod cæco, forblinder. Et translatè; obſcuro. Ut, obcæcat orationem: Et *occæcare foſſas in agro*, pro obtegere, tiltecke/ offuet decke.

Occæcatus, a, um, quod occæcavimus: Ut, *ſtultitiâ occæcatus.*

CÆDO, cecîdi, cæſum, Cic. act. t. voce militari ſignificat propriè verberibus neco, à κεάνω, occido, ſlaaer ihiell / hugger nedr for fode. Inde transfertur ad alia. Ut, *cædo ligna*, hugger ved: *Cædo arborem*, hugger træ aff. Item ſimpliciter verberibus afficio, ſlaar. *Cædere virgis*, Rudſtrygc/Rudflette: *Cædo manu*, ſlaar med haanden: *Cædere os*, ſlaa paa munden: *Cædere faciem*, idem. *Cædere januam ſaxis*, ſlaa paa dørren med Steen. *Cædi teſtibus*, eſt teſtium multitudine convinci, Driffuis tilbage med vidnisbiurd. Ponitur & in obſcœnis pro coire.

Cæſio, onis, f. t. Colum. cædendi actus.

Cæſitius, a, um, Plaut. ut *linteum cæſitium*, i. e purum & candidum, ſic dictum, vel quod cædendo ad candorem perveniat; vel quod oras circumciſas habeat.

Cæſura, æ, f. pr. cædendi actus, aut cæſi habitus, Indſkærelſe/ Indgraffuen. Item affectus verſus ex decora ſyllabarum terminatione in medio verſus notatâ.

Cæſuratim, adver. apud Sidonium, per cæſuræ commata, breviter, ſuccinctè.

Cæſus, a, um, quod cæcidimus, ut *cæſa copiæ hoſtium; cæſa victimæ: cæſæ arbores. Cæſa cava*, in quam capreolus inſeritur, Nocke hull/ſpund udi tømmer till nocke eller Blad.

Cæſim, Liv. adv. more cædentis, Hugviiß/ſlætteviiß/ med hug oc ſlag. *Cæſim petit hoſtem.*

Cæſum, n. ſ. pars orationis imperfecta & nondum abſoluta, quæ aliàs græca voce comma dicitur. Cæſum quoq; dicitur cum non efficiuntur membra ex connexione verborum, ſed ſingula verba aliquid ſignificantia proferuntur.

Cæſa, orum, in venditione, quæ cæſa quidem ſunt, ſed nondum in opus converſa, ut arbores cæſæ, carbones & his ſimilia.

Cædes,

Cædes, is, f. t. mors vi illata, Hielslætt / Drab.

Cædicula, æ, f. pr. vilior cædes, non multa.

Cæduus, a, um, quod cædi potest vel licet, ut *sylva cædua*, quæ ad usum cæditur. Sic *arbor cædua*.

Cælum, li, n. s. ferramentum, quo imagines & formas materiis incidunt fabri, à cædo, D in L mutato, Graffstick/graffstiil/puntzel/huggejern/hulejern.

Cælo, as, act. pr. cælo sculpo & incido, vdgraffuer/vdsticker. *Hanc speciem cælavit argento, &c.* Aliter à cælum stellatum deducitur, quasi sculpendo cæli imagines effingo. Verisimile enim siderum tùm pulchritudinem, tum fictas imagines, primùm dedisse hominibus occasionem artis: hosq; cùm ea Deos crederent voluisse sibi præsentes & familiares ficta sibi in aliqua materia eorum imaginem habere. Inde tropicè, quacunq; forma & modo sculpo.

Cælamen, inis, n. t. idem quod cælatura.

Cælator, oris, m. t. qui cælat, quales sunt argentarii, statuarii.

Cælatura, æ, f. pr. ars cælandi. Item ipsa incisio & sculptura.

Cælatus, a, um, quod cælavimus, vdgraffuen/vdstucken. *Cælatum poculum.*

Cæmentum, ti, n. s. lapides rudes & infracti, quibus ædificia consurgunt, sic dicti per antiphrasin, quasi non cæsi, Brudsteen / vdhugne steen. Inde omnis rudior materia structuris destinata, Groff oc whuggen bygning/ Tømmer/ Steen/ Kalck/ grud/ etc. Item ipsum opus lapidibus exstructum, Steenhuus.

Cæmentarius, m. s. qui ex lapidibus struit, Murer/Muremester/Muurkarl.

Cæmentitius, a, um, Vitr. quod ex cæmento est. Ut, *cæmentitii parietes*, Muredt veg/ Muur.

Cæsaries, ei, f. q. coma est viri, sic dicta à crebra cæsione, Mandz Hoffuethaar.

Cæsariatus, Plaut. Cæsarie vestitus.

Cæso, onis, m. t. qui cæso matris utero in lucem editur, Skaaren aff Moders Liff.

Composita.

Accido, cædendo imminuo, Kniber aff. Inde *bello accidere vires & res hostium*, est attenuare, Knæger/ giffuer knæg / suecker.

Accisus, a, um, quod accidimus. Ut, *res eorum accisæ*, Knæget/ Succket.

Circumcido, dis, circum vel hinc inde cædo, Sker runden om. *Circumcidere arborem, corticem.* Et *circumcidere vinum*, est vini usum interdicere, quâ formâ dicimus, Maa skære aff med Vin / eller Ander. *Circumcidere hominem*, Ecclesiasticis significat præputium amputare, Omskære. Mos Judæorum ex instituto veteris testamenti.

Circumcisio, onis, f. t. Lact. circumcidendi actus.

Circumcisura, Plin. idem; vel circumcisi habitus.

Circumcisus, a, um, quod circumcidimus.

Circumcisè, Svet. adverb. Ut, circumcisè & sordidè verbisq; trivialibus agit.

Circumcisitius, a, um, Varr. idem quod circumcidaneus.

Circumcidaneum vinum, Cat. quod postremò exprimitur, vinaceis, ubi fluere desierint, circumquaque accisis.

Concido, minutatim cædo, Hugger i stycke / smeld hugger. Item minutatim frango, Knuser smaa.

Item idem quod cædo & accido. Ut, concidere nervos: *concidere aliquem virgis*: *concidere auctoritatem alicujus*: *concidere aliquem*; *concidere sententias, numeros* Et *concidere fidem est frangere*, Bryde tro oc loffue.

Concisus, a, um, quod concidimus. Ut, *concisi Equites, exercitus*: Et *oratio concisa*, quæ non continua est, sed membratim cæsa. *Concisus sonus*, i. e. fractus.

Concisè, minutatim & breviter, Kortelig/knap affskaaren. *Minutatim ac concisè eo utitur in oratione.*

Concisura, concidendi actus. Ut, *concisura aquarum.* Senec.

Concædes, ium, plur. num. arbores sunt cæsæ pro munimento adversus hostes, Skowhug oc Brøde/ Brøde mod fiender / oc til dem at forhindre. Item concædes, rami arborum cæsarum.

Decido, is, de re aliqua cædo, Affskærer / affhugger. Collum decidit. Et translatè, transigo, determino, forliger/ klarer/ skær op/ offuer tuert. *Decidere dubia, quæstionem, negotia. Decidere litem*, Skille trætte. Transegit & decidit cum eo de omnibus.

Decisio, decidendi actus. Et peculiariter sententia, sive judicis, sive arbitri litem & negotium decidentis. Ut, *decisio juris.*

Discido, dis, discisum, Plaut. in partes seu membra cædo. Ut *discidit mihi labrum.* Aliter hoc à discindo ducitur.

Excido, excidi, cisum, quasi ex re aliqua partem cædo, Affhugger / vdhugger. *Excidere lapides ex terra.* Et translatè, *excidere urbem*, pro totam cædere & penitùs delere, I grund forstyrre/nedbryde.

Excidium, quo aliquid excisum est, ødeleggelse: Urbis excidium, cæsis nimirum hominibus, & à fundamentis dirutis ædificiis.

Excisus, a, um, quod excidimus, Affhugger / forderffuet och ødelagt. *Lapides excisi; urbs excisa.*

Exciso, as, Plaut. pro excido. Unde *exciſatis auribus homo*, i. e. excisis.

Excisio, onis, idem quod excidium.

Excisorius, a, um, Cel. vim excidendi habens. Ut, *Scalper excisorius*, quo caro putris exciditur.

Incido, cidi, cisum, quasi in rem cædo, skær ind I. *In æs incidere.* Et *statuis nomen suum incidere.* Item *cædendo decido.* Ut, *incidere vites*: *incidere pennas*: *incidere gulam*: Et *incidere venam*, Slaa Aare.

Incisio, incidendi actus. Ut, *incisio venæ*, Aareslag. Item in oratione *incisio* dicitur, pars membri, quæ aliàs græca voce comma.

Incisor, ut *dentes incisores*, Fortender.

Incisura, ipsa incisio. Item *in manibus incisuræ* dicuntur, quæ aliàs vulgo lineæ, Streger / furer udi haand.

Incisus, a, um, quod incidimus. I skaaren. *Lex in æs & in ære incisa.* Et *parieti hoc erat incisum. Incisa vitis.* Et translatè *incisæ spes*, giort till intet. Item absolutè *incisum*, pars in oratione, quæ & comma.

Incisus, ûs, m. q. idem quod incisio.

Incæduus, a, um, non cæduus. Ut *sylva incædua*, quam cædere nefas est, cujusmodi erant luci religiosi & Diis consecrati. Sic *montes incædui.*

Incisè, adverb. pro minutè & quasi per incisa seu incisiones. Ut, *incisè dicit*, Kortelig/I smaa stycker viis.

Inci-

Inciſim, adverb. idem.

Intercido, cidi, ciſum, per medium cædo, Hugger eller ſkær mit offuer / ſkill at i thu. *Intercidere pontem.*

Interciſio ſtomachi apud Plin. pro morſu & eroſione ſtomachi.

Interciſus, a, um, quod intercidimus. Unde, ſignificatione translata, *interciſæ pactiones*, quæ non ſunt integræ ſed abruptæ, Brutt. Et *interciſus dies*, qui erat Diis, hominibusq; communis, quaſi diviſus partem ſibi Diis, partem hominibus vendicantibus, Dag ſom er halffhellig oc halff Søgn / halffhellig Dag.

Intercisè, adverb. ſectim vel per interciſiones, vel permiſtè ad ſimilitudinem diei interciſi, Saa halff om halff. *Intercisè atq; permiſtè dicit.*

Occido, is, vehementer cædo, Slaaer megitt. *Cteſipho me pugnis miſerum & iſtam pſalteriam usq; occidit.* Et translatè, maximis moleſtiis afficio excrucioq;, Piiner oc plager. *Occidunt me quidem, dum nimis ſanctas nuptias ſtudent facere.* Item cædendo interficio, ſlaaer ihiel. *Si quicquam mentitum invenies, occidito.*

Occiſo, as, idem quod occido.

Occiſus, a, um, quod occidimus & interfecimus, Ihielſlagen. *Ferro occiſus.* Et amiſſo tempore, *omnium ſum occiſiſſimus*, Plaget/ſlaget/giort till intet. Item translatè, *res occiſa*, quæ deſperata eſt & perdita, forloren oc fortuifflede ſag och ting.

Occiſor, qui occidit, Manddraber.

Occiſio, onis, f. t. occidendi actus, vel cædes ipſa, Ihielſlætt. Occiſione periit, bleff ſlagen ihiel. Et *occiſione occidere exercitum*, eſt ad internecionem delere.

Occidio, onis, idem quod occiſio. Ut *prohibet occidionem gregis*: *copiæ occidione occubuerunt*: *occidione occidere*.

Præcido, is, priora cædendo amputo, Skærer eller hugger for aff. *Præcidere caput.* Et translatè, *præcidere alicui ſpem*, pro omnem ſpem tollere. Sic *præcidere*, abſolutè, pro eodem. Et *præcidere alicui* pro præcisè negare, Sige en ſlet nej: Sige ſlet aff. *Oculus præcidit linguam*, ubi aſpectus facit aliquem ex amore obmuteſcere. Item *os præcidi* dicitur, cum benè pulſatur & tunditur.

Præciſio, onis. f. t. præcidendi actus: & ſpecialiter quo ſententiæ aut verba præciduntur, multis præteritis, quæ dici poterant.

Præciſus, a, um, quod præcidimus. Ut, *præciſum caput.* Et *præciſa concluſio, præciſa oratio*, Kort / nær oc knap afffkaaren. Et abſolutè, *præciſum*, pars carnis & viſcerum, h. e. circa quod viſcera ſunt involuta.

Præcisè, modo præciſo, breviter aut omninò, knap/kort. *Præcisè dicit; præcisè negat*, kort ud.

Recido, dis, cædendo removeo, Skær aff. *Recidere vepres, comas, ornamenta.*

Reciſio, onis, recidendi actus.

Reciſus, a, um, quod recidimus, Affſkaaret. Ut, *Enſe reciſum eſt*: Et *nationes reciſæ*, i. e. cæſæ & conciſæ.

Reciſamentum, ti, n. ſ. Plin. fruſtulum à re aliqua reciſam, Affſnitting.

Succido, is, imâ inferius concido, & cædendo trunco, hugger om neden till. *Succidere arborem, frumenta.*

Succiſus, a, um, quod ſuccidimus. Ut, *arbor ſucciſa.*

Succiſivus, ſive ſubciſivus. Ut, *ſubciſivum tempus*, quod rebus neceſſariis ſubciditur ſuccidituq;, & aliis quaſi raptim & furtim impenditur, Tid mand nipper aff/til andet at ſyſle/ſyſle tid. *Operæ ſubciſivæ*, quæ poſt neceſſarias fiunt, Syſſell gierning. Item *ſubciſivum*, ſive *ſucciſivum*, in menſuratione agrorum, reliquiæ aſſignatorum agrorum, quæ à normali linea ſuperabant. Aliter ſcribitur *ſubſecivus* à ſubſeco, & ſubſecante linea in menſuratione, quaſi hæc prima ſit ſignificatio, unde cæteræ ad tempora & operas transferentur.

Succidia, æ, f. pr. tergum porci, quod ſucciditur, & aut muria aſſeratur, aut ſalitum in carnario ſuſpenditur neceſſarios ad uſus, Saltet eller røget Fleſk / ſaa ſom Suine Ryg eller Side. Aliter à ſue cædenda deducitur. *Succidia* etiam à Nonio ex Cicerone exponitur neceſſaria ſucceſſio. Ut, *jam hortum ipſi agricolæ ſuccidiam alteram appellant.*

Tranſcædo, Plaut. quaſi transverſim cædo, aut ſupra modum, ut, *tranſcido omnis loris*: h. e. cædendo penetro corpus, Slaaer igiennem.

Trucido, as, act. pr. pluribus vulneribus crudeliter & truculenter cædo & neco, Jammerlig / grumuelig mørder och tager aff dage. *Ferrò conjuges & liberos trucidabat.* Et translatè, *trucidari fœnore eſt exhauriri.*

Trucidatio, onis, f. t. trucidandi actus, ut *trucidatio civium*, qua trucidantur, Gruelig Mord.

Contrucido, idem quod trucido.

Compoſita alia.

Bovicidia, & bovicidium, apud veteres, pro cæde & mactatione boum, Slacterj.

Bucæda, ſive bucida, m. pr. bovem cædens, Slactere.

Fratricida, m. pr. qui fratrem occidit.

Homicida, æ, m. pr. qui hominem cædit & necat, Manddraber. Horatius etiam uſus eſt pro forti & bellicoſo, ut cum *Hectorem vocat Homicidam.*

Homicidium, ii, n. ſ. hominis cædes, Manndſlætt.

Lapicida, vel Lapidicida, dæ, m. pr. qui lapides cædit, Steenhugger/Steenpicker.

Lapicidina, ubi lapides cæduntur, Steengrubbe/Steenhug.

Matricida, æ. com. pr. qui matrem occidit.

Matricidium, ſcelus Matricidæ. Ut, *Oreſtes accuſatur Matricidii.*

Parìcida, dæ, m. pr. propriè, qui parentem occidit, quaſi parenticida. Inde etiam, lege Pompeja, qui propinqvum quemvis: tum lege Numæ Pompilii, qui libertum hominem morti ſciens dedit. Deniq; & patriæ oppreſſor aut proditor, paricida jure vocatur, quia patria, parens uniuſcujuſq;, Lands Forrædder.

Paricidium, n. ſ. paricidæ ſcelus.

Parenticida, Plaut. idem quod paricida.

Sororicida, æ, m. pr. qui ſororem occidit.

Tyrannicida, æ, m. pr. qui Tyrannum occidit.

Tyrannicidium, n. ſ. Tyranni cædes.

Alia Compoſita.

Ancæſa, orum, n. pl. dicta ſunt ab antiquis vaſa, quæ cælata vocamus, quòd circumcidendo talia fiant.

Ancile, lis, neut. t. ſcutum erat breve & rotundum, ita ex utroq; latere reciſum, ut nullus angulus videri poſſet, & ſummum infimumq; ejus latus medio pateret. Feruntq; Numæ Pompilii tempore de cœlo delapſum. Item Medicis inciſio tendinum circa collum vel articulos, propter quam impeditur functio. Aliter ab ἄγκων, cubitus. Item ab ἄνκη, remedium. Erat enim peſti-

lentiæ

lentiæ remedium. Dicitur & per Appositionem *Ancile scutum*.

Ancilium, n. s. Horat. idem quod ancile scutum.

Incile, Ulp. locus incisus, per quem aqua alicunde alio derivatur, Vandrende / Rende som Vand løber igiennom till Mølle hiull / Vandgrytt / Rendesteen. Et adjectivè, Festo, *Inciles fossæ, & inciles canales*, pro eodem. Sed & aliter hoc Festi loco legitur *inlices* ab inliciendo, de quo in Lacio.

Incilo, as, Veterib. act. pr. pro improbo & dictis incido, quasi leviter, famam, facta aut verba alicujus, Laster / straffer. *Nostra hic incilat facta.*

Occilo, sive occillo, as, Plaut. quasi leviter occido & cædo, Slaaer. *Occillat os ejus*, i. e. contundit. Aliter deducitur ab occa, occo, quasi instar occæ frango & contundo.

CÆLEBS, bis, Mart. com. t. conjugalis vinculi exsors, sic dictus, quòd vitam cœlo dignam vel cœlicam ducat. Nulla enim ibi apud cœlicolas talis associatio, Enlig / vgifft. Inde adjectivè *vita cælebs*: *torus cælebs*. Aliter à κοίλιψ, scribiturq; per œ, cœlebs, quasi cui ἡ κοίτη λείπει, scilicet γαμικὴ, i. e. deest cubile nuptiale.

Cælibaris hasta, quæ ominis cujusdam gratia nubentis capiti injiicebatur; quam consuetudinem servantes Romani, loco hastæ gladio utuntur.

Cælibatus, us, Mart. m. q. cælibis vita, Enlig leffnit.

CÆLUM, li, n. s. pars mundi superior, inferiorem hanc igne & calore suo fovens & illustrans, à καίω, uro, κήλεος, urens, calens, splendens: Ideoq; propriè quæ sidera continet, Himmell. Inde abusivè elementaris aëris regio, Lufft. Item sedes & beatorum locus, Himmerig: Et hinc translatè, summa beatitas. Ut, *esse in cælo*, i. e. beatissimum esse, ut sunt illi qui in cœlo degunt. *In cælum ferre & tollere*, est summis honoribus afficere, giøre Gud aff en. *De cælo detrahere*, est honoris gradu detrahere. Item tropicè fulmen: ut *cælo tactus*, de cælo fulmine ictus est, Slagen aff Liun Ild. Et auspicia, quæ ex cælo capiuntur, Tegen / Himmeltegn. *De cælo servare*; i. e. factis auspiciis. Item cranium capitis, quia cranium ita videtur tegere totum caput, ut cælum inferiora, Hoffuitpande / Hiernesskall. Item concava oris pars, Gane. Aliter deducitur à κοῖλον, concavum, quia tale visui apparet, scribiturq; per œ, cælum. Item à cælatura propter stellas.

Cælestis, e, om t. quod est cæli vel ex cælo existit. Ut *cælestis aqua*, Regn. *Ardor cælestis*, i. e. cælum stellatum. Substantivè quoq; *cælestes* dicimus superos & cælites, Guder / Engle / Helgen.

Cælicus, a, um, idem. Ut, *cælica regna*.

Cælites, tum. com. t. Dii cælestes, qui cælum inhabitant. Dicitur etiam veteribus de ipsis sideribus, quæ Deos esse crediderunt. Ovidius singulari utitur cælite, Augustum Cæsarem eo indigitans, En Guds Mand / satt aff Gud / kommen aff Himmelen.

Cælitùs, Hier. adverb. significans de cœlo; ut, *cælitùs inspiratus*.

Cælo, sive celo, as, avi, act. pr. quasi in cæli modum operientis omnia & obnubentis aliquid obduco & operio, abscondo, clam fero, Skiuler / forborger. *Cælo te hanc rem, & de hac re*: Item *cælo tibi*. Et pass. *cælatur hæc res*: *hoc ego cælor, & de eo à te cælor*. Scribitur & frequenter celo per e ad differentiam cælare pro sculpere. Aliter deducitur à κρύπτω, occulto.

Cælassis, Festo pro cælaveris.

Cælatim, Gell. adverb. idem significans quod clàm seu absconditè. Ut *cælatim eos dispósuit in insidiis*.

Cærimonia, æ, f. pr. quasi cælimonia, cultus, qui in honorem cælitum exercetur, Kirckeritenisse / Hellig skickelse. Aliter deducitur ab oppido Cære. Item à Cerere, quasi ceremonia: Item à Cerus, i. e. veteri lingua, sanctus.

Cæruleus, a, um, quasi cæluleus, quòd cæli colorem imitatur, Himmelblaae. *Mare cæruleum*, quòd colorem cæli imitatur. *Cærulei campi*, i. e. mare. Et absolutè, *cæruleum*, arenæ genus, in auri & argenti, metallis, pictorum usui natum, blaa farffue. Item cæruleus, avis de genere picorum, à colore sic dicta.

Cærulus, a, um, idem, ut, *unda cærula*. Et absolutè, *cærula*, i. e. cærula freta.

Cæsius, m. s. color oculi cæruleo proximus, & irarum index, unde alii à cælo propter colorem; alii à cæde deducunt, quasi cæsii oculi, qui cædem & prælia minantur, quales describuntur oculi Minervæ apud Ciceronem, graablaa. Dicitur & cæsius, cui talis in oculis color. Item *oculi cæsii*, quales sunt felium oculi, Katte øyne. Alii definiunt sub viridi & igneo quodam splendore, qualis est in Leonis oculis potissimùm. Dicitur & græca voce glaucus, ut *oculi glauci*, quales sunt felis, Leonis & noctuæ. Unde *vestis glaucina*, & pro eodem absolutè glaucina, quæ glauco est colore. Item *Glaucoma*, atis, n. t. & *Glaucoma*, æ, f. pr. cum scilicet humor crystallinus oculi in glaucum transmutatur. Vitium quoque Latinis dictum suffusio.

Cæsuliæ, apud Fest. exponuntur qui cæsiis sunt oculis.

Compos.

Subcæruleus, a, um, in colorem cæruleum declinans.

CÆPE, neut. & indeclin. olus capitatæ radicis, sic dictum à capite, quod totum caput sit, Rødlog. Aliter simplici e scribitur.

Cæpa, æ, f. pr. Ovid. idem.

Cæpula, Pallad. f. pr. parva cæpa. Cæparum varia genera: aliud enim rubrum: alind candidum: aliud dulce aliud acre est.

Cæpina, æ, f. pr. Colum. herba hortensis eadem cum cæpa.

Cæpitius, a, um, cæpe constans. Ut, *cæpitia esculenta*, Mad med Løg paa. Et absolutè, *cæpitium*, quod est ex genere cæparum.

CÆSPES, itis, m. t. gleba terrea, cum herba effossa & cæsa, à cædo, Skaaren eller graffuet tørffue / Grøntørffue. Aliter cespes, quasi cædens pedem, ut tuberculi terræ, qui pedibus sunt offensioni, & ad usus exciduntur, Knolle. Scribitur & cum simplici e cespes.

Cæspiticius, a, um, quod cæspitibus constat, ut *cespiticium tribunal*; *cespiticiæ aræ*: *cæspiticia domus*, Lagt med tørffue / giort aff tørffue.

Cæspito, as, n. pr. pedem in cæspitem impingo, Snubler.

Cæspitator Equus, qui frequens cæspitat, Hest som snubler gierne / Hest som snaffver.

CÆSTUS, us, m. q. clava appensis plumbeis pilis, vel sacculus primùm ex corio, inde etiam plumbo inserto, quo

quo pugnabant pugiles, à cædendo sic dictus, cujus vicem agit hasta bubula, & lorum plectile, Pidske / tyrmei. Aliter cæstus dicuntur chirotecæ, digitis non diductis, sive sacculi plumbo aut ferro insuti.

CÆTER & cæterus, a, um, quod in alicujus mentione præteritur & subintelligitur, à κὰι ἕτερος, q. d. & & alius. Ut, *cæterus ornatus*, Det ander Smyckerj: *Cætera turba*, Den anden hob: *Argentum caterum*, Det andet Sølff: *De cætero*, Om det andet. Est autem rarior hujus singularis usus, nec nisi jungatur nomini multitudinis, vel absolutè positum id significet, ut fit in datis exemplis. Pluraliter verò per omnia genera frequentissimè usurpatur, ut, *cætera res*; *cætera doctus*: *Visceribus bonus est, cætera vile sapit*. *Et cætera*, formula loquendi, abrumpens ampliorem enarrationem, quibusdam nimirum subintellectis: scribiturq; per abbreviationem &c.

Cæterà, Virg. adverb. pro deinceps, ut, *cæterà parce puer*. Et *cæterà opimam prædam fore*, i. e. in posterum.

Cæterò, Plin. adverb. ut, *palambes fœmina incubat, post meridiana in matutinum, cæterò mas*, h. e. quod reliqvum est temporis.

Cæterùm, Cic. conjunctio adversativa idem quod, sed, Men. Plautus videtur uti pro eo quod dicimus, quod reliqvum est; ut, *desine, cæterùm valetè*.

CALA, æ, f. pr. Lucill. lignum, à κάλον, ejusdem signific. Ut, *scinde puer calam, ut caleas*. Item Fest. fustis seu vallum militis Romani.

Calones, Fest. calcei ex ligno facti, træsko. Item calones militum ministri potius quàm pueri: sic dicti à ferendis calis, vel quòd subministrarent militibus ligna.

Calator, Plaut. m. t. puer qui arma herilia, puta fustes & clavas ligneas in militia portat, Landzknects dreng / Troßknect. Vide aliam significationem in voce Calo.

CALAMUS, m. s. κάλαμος, græca voce, sed Latinis recepta, idem quod arundo, Rør. Inde tropicè accipitur de variis rebus, quæ ex calamis fiebant, ut fistula, Piibe. Item sagitta, Pill Item instrumentum scriptorium, Pen. Item quod suspendit hamum ne fundum petat, Dobbe / Sime fær. Item virga ad capiendas aves viscо illita, Limstang. Item translatè, res quæcunque teres & fistulosa, ad similitudinem arundinis; ut, *calamus pomi*, pro ramulo novello & surculo, qui inspicatur ad inserendum ramo, ut talea terræ, Podde. Sic *pomorum calami rapo infixi optimè custodire succum dicuntur*. Item genus quoddam mensuræ, Maas lestock / Rør. Item *calamus segetum*, Halmstraa.

Calamarium, rii, n. s. theca calamorum, Pennarium / Pennehuus.

Calamister, stri, Cic. m. s. acus major, qua calefactâ crispantur capilli, Krusenaael / Krußjern / Spille / mand kruser haar med. Tropicè significat ornatum in oratione affectatum, ut *calamistris inurere*, at ville giøre en ting bedre end det er. Ironia quoq; est, qua & nos utimur, giøre en ting kruset. Aliter legitur calamistrum n. s. ex Varrone & Plauto.

Calamistratus, a, um, calamistris inustus, vel simpliciter adornatus, Som haffuer kruset haar.

Calamitas, atis, tempestas & grando calamos frugum comminuens. Ut *olera attigit calamitas*. Inde translatè, quæcunq; miseria & infortunium, ulykke / wselhed / jammer / kummer. *A calamitate me de-*

fendit. *Calamitas Reipublicæ: calamitas fundi*, quicquid fundo nostro affert perniciem & incommoda.

Calamitosus, a, um, calamitate affectus, wsell och ulendig / Uamectig. *Homo fortunâ, culpâ calamitosus*. Et *calamitosa hora, fuga, fama, ager*. Comparat. calamitosior & calamitosissimus.

Calamitosè, adver. ut, *calamitosè vivit*.

Columus antiquè, & inde per concisionem culmus, frumenti calamus à radice ad spicam, à calamus per mutatiunculam quandam, ut significetur peculiaritas calami frugum, Halmstraa / Kornstraa / Langhalm. Aliter à colo, quasi quod colatur.

Columen, inis, n. t. propriè domus fastigium & tectum columo, h. e. culmo constans: Et peculiariter tignum fastigii summum percurrens, ryganß / maaning. Inde translatè summitas & sustentatio cujusq; rei: Item ornamentum, munimentum & salus. Ut *columen familiæ, columen amicorum*, deris ære och styrcke. Et *columen audacis*, i. e. sustentamentum & caput.

Culmen, inis, n. t. tectum domus è culmo constans, Straatag / Halmtag. Inde simpliciter ipsum ædificium acuminatum, & quodvis tecti genus ædificiis insistens, Tag. *Fumant culmina*. Et translatè, summitas alicujus rei, øffuerste. *Culmen capitolii*. Item novâ translatione, summa dignitas. Ut, *culmen imperii*. *Culmen omnium rerum tenent margaritæ*. Item tropicè, culmen pro culmo seu stipula. Ut, *culmen inane fabæ*.

Columnæ, arum, cujus singulare columna, f. pr. propriè arrectaria, quæ columen sustinent, transtrisq; innituntur, Opstander / Stytte or Sule / som holde Taget / saa som udi Tegle lader. Inde pila quævis in se considerata, Pille eller Stytte: sive ea sit rotunda, sive quadrangula, sive striata. Peculiariter autem columna, lapis est oblongus perpetuus, constans uno scapo rotundo. *Columnam mento suffulsit suo*, pro manum, Satte haanden under Kinden. Item translatè *columna nasi*, pro porrecta ejus longitudine & rotunditate.

Columnarium, rii, n. s. tributum, quod ex singulis columnis domum sustentantibus exigebatur, propterea quòd opulentiam significarent.

Columnarius, m. s. Præfectus columnarum tributis.

Columnatus, a, um, columnis constans; Et translatè, *es columnatum*, quod manu fulcitur, quasi columna quadam.

Compositæ.

Incolumis, me, om. t. quod nullâ calamitate afflictatur, wskad / Jvell mact / heel och holden. *Homo incolumis; vita, fama, res ejus incolumes*: *incolumes ædes*: *incolume argentum*. Legitur & apud Poëtas, *columis*, pro incolumis per Aphæresin. Aliter *columis* exponitur integer, à culminis tecti integritate. Et inde *incolumis*, quasi valde columis.

Incolumitas, incolumis rei affectio & ratio, vel mact. *Incolumitas urbis, Reipublicæ*.

Circumcolumnium, Colum. locus circumquaq; porticum habens, vel saltem à tribus lateribus, quales visuntur in monasteriis, Omgang.

Intercolumnium, n. s. spacium in ædificiis, quod est inter columnas, veggerum.

CALANTICA, f. pr. tegmen muliebre capiti innexum & in humeros demissum, quasi κεφάλη, à κεφὴ,

κεφαλὴ, caput: quale est lugentium matronarum, Hengell/ drøffvll dug.

CALASIS, sive chalasis, tunica ab humeris non-consuta, sive tunica muliebris, quâ connexa circa cervicem tunica submittitur, à χάλασις, ejusdem significat. Exponitur & fimbria, instita, & quicquid imæ vestis oræ assuitur & attexitur. Legitur & *aclassis*.

CALATHUS, m. s. κάλαθος, Græca voce Latinis Poëtis recepta, idem quod qualus; nimirum corbis in quem netrices pensum & fusos componunt, Spindekurffue/ Væffuekurffue / Syekurffue. Item, quo fructus vel flores, aut aliquid id genus fertur, Fruct eller Vrtekurffue.

Calathiscus, Catul. m. s. parvus calathus Et peculiariter calix ad sacrificium aptus. Item vas æneum in quo lac distrahitur.

CALEO, lui, n. s. pr. corr. ignea sum vi, à κάομαι, uror, ardeo, & κήλεος, urens, calens, Er varm. *Calet tibi os: calent aræ: calet ignis.* Et translatè, *calet Lentulus in agendo*, i. e. viget, vehementior est. Sic *calet causa, calent judicia.* Nam & calere dicitur res, dum adhuc recens est, Metaphora sumpta à fabris, qui ferrum calens & candens recenter cudunt antequam frigore durescat. Aliter ab ἀλέα, calor solis. Item à χαλάομαι, laxor, remittor, quia calore laxatur corpus, ut frigore constringitur.

Calesco, n. t. calidus fio. *Calescit igni: calescit animus*

Calidus, a, um, quod calet, Heedt/ Varm. *Aqua calida*: & absolutè, *calida* pro aqua calida. Item translatè, *animus calidus*: *homo calidus*, i. e. vigens, cum impetu agens, acris. Et *calidi*, i. e. celeres. Item *calidum consilium, mendacium*, i. e. vigens, acre.

Caldus, Mart. idem per syncopen.

Caldarius, a, um, calori vel calefaciendis inserviens. Ut, *caldaria cella*, in qua calidâ lavabatur. Eratq; pars balnei, unde vapor siccus egreditur ad ciendum sudorem: Aliter dicta, Laconicum, Suedstue / Varm Bad. *Caldarium æs*, ex quo vasa calefactioni inservientia fiunt, Kedell Kaaber / Gryde Kaaber. Et absolutè, caldarium, vas ipsum, Kedell.

Calor, oris, m. t. calidi affectio & ratio, Heede/varme:

Caldor, Varr. m. t. idem.

Caliditas, f. t. idem. ἄδηλον:

Composita.

Concaleo, & concalesco, idem quod caleo & calesco. Ut *concaluit locus*: *concaluit stomachus, animus.*

Incalesco, n. t. valde sive magis atq; magis calesco. Ut, *vino incalescit*: *vasa incalescunt igne.* Et *incalescit anni tempus.*

Recaleo, es, idem quod caleo. Ut, *fluenta Tyberina sanguine interfectorum recalent.*

Recalesco, n. t. rursus calesco. Ut, *corpora motu & exercitatione recalescunt*: *tepida recalescit mens.*

CALIENDRUM, n. s. coma muliebris ascititia: sic dictum ex ornatu, cujus gratia habebatur, κάλον enim pulchrum significat: Unde & Græcorum καλύπτρον, pro ornamento, omniq; ad ornandum instrumento, Baarsetr. Exponitur & tegmen capitis muliebre, quod Græci vocant καλυπτρον, Linhat/ Hoffuetklæde.

CALIGA, f. pr. pen. corr. tegumentum tibiarum & ut quidam volunt, militare, à χαλάομαι, laxor, propter laxitatem, Buxer och Hoser eller Strymper i ett / eller och itt slags Stoffe och vtide Strymper huad heller de naadde op offuer Laarene/ eller ickun mit paa Bønene. Aliter à calore crura fovente.

Caligaris, re, om. t. idem quod caligarius. Ut, *clavi caligares.*

Caligarius, a, um, quod ad caligas pertinet. Ut, *caligarius clavus*, quo caligæ constringebantur.

Caligatus, a, um, caligis indutus. *Milites caligati*, dicebantur tenuissimæ sortis & postremarum classium milites. Nam primæ & secundæ classis milites ocreas æneas gestabant.

CALIGO, inis, f. t. pr. & pen. prod. spissitudo aëris, ex terræ exhalatione lumen intercipiens, à καλύπτω, tego, obnubo, velo, taage. Ponitur & pro quibusvis tenebris. Aliter deducitur à κῆλον, lignum vel propter fumum, quem admotum igni facit, vel umbram, quam jaciunt arbores & sylvæ. Item vox habetur pastorum, qui visu & spissitudine illa prohibiti calabant, i. e. vocabant se mutuò agentes pecora, quasi à calo & ago. Item à calore, quasi quæ aëris calore gignitur.

Caliginosus, a, um, caligine obductus. Ut, *cœlum caliginosum*, Mørckt vær.

Caligo, as, n. pr. caligine involutus sum. Ut, *caligans lucus*, Mørck Lund: *Caligantes oculi*, Dumme øyne/ tycke øyne.

Caligatio, f. t. ut, *caligatio oculorum*, Dumhed paa øynene.

CALIX, icis, m. t. poculi genus rotundum & volubile quo calidam olim potionem bibebant, à κύλιξ, ejusdem significationis, Drickestob / Begger / Kalck eller Skaale. Propter profunditatem accipitur & pro vase, in quo legumina & olera coquuntur, Potte/ Gryde. Aliter deducitur à calido, quòd calidam ex eo bibebant. Exponitur & vas ligneum, à κῆλον, lignum, Træstob/ Trægegger. Item calix modulus æneus, qui castello aut vivo induebatur, dicebaturq; modulus erogatorius: habebatq; fistulam, quæ erat modulus acceptorius.

Caliculus, li, m. s. parvus calix.

Caligna, æ, f. pr. κυλίχνη, eadem græca origine, à κύλιξ, vas potorium, vel vas condendo vino.

CALLUS, m. s. & Callum, n. s. cutis propriè pedum & calcium usu durior & sensu carens, à calcando, quòd calcatu contrahatur: Inde similis quoq; cutis in aliis partibus corporis, ut manibus, Knolle eller haard hud/ som under hælene. *Mihi calceamentum est solorum callum.* Translatè de animo dicitur, cum diuturna rei alicujus consvetudine obdurescit, ut ea non moveatur: Ut, *labor, diuturna consvetudo obducit dolori callum.* Item callum caro est compactior, durior & spissior, fast kiød. Ut, *callo quanta calamitas.* Aliter à calcibus, quibus præcipuè ingeneratur.

Callosus, a, um, callis plenus. Ut, *callosa manus*, kiødet/ tette och faste. Et *callosa ova*, i. e. compactiora.

Calleo, es, n. s. Plaut. callosus sum, vel callo obducor, Bliffuer eller er haardhudet/ haardhændet. Inde ad animum translatè, obdurescо, vænnis till/ hærdis eller forhærdis. Item perfectè scio, scilicet ex longo usu & experientia. Ut, *calleo artem hanc vel illam*: *animus exercitatus calliet*, ved til fulde/ er von ved.

Callens, Plin. pro peritus.

Calliscо, is, antiquè pro occallesco. Ut, *aures callescunt nobis ad injuriam.*

Callidus,

Callidus, a, um, cujus animus usu, ut manus operâ, concalluit, Vonned/snedig/trædsk/vdlærdt. *Callida interpretatio: ad fraudem callidi sunt.*

Callidè, adverb. ut, *callidè, argutè, dicit: callidissimè agit.*

Calliditas, f. t. callidi habitus & peritia, Snedighed/trædskhed. *Scientia à justicia remota, calliditas potius appellanda, quàm sapientia.*

Callis, m. t. semita callo sive pecudum sive hominum perdurata, Traad stiè. Aliter immediatè à calco, q. calcatu induratus.

Composita.

Concalleo, idem quod calleo. Ut, *animus usu concalluit.*

Incallidus, a, um, non callidus, Enfoldig / taabelig. *Servus incallidus.*

Incallidè, adverb. modo incallidò, taabeligen.

Occalleo, es, n. s. & occallesco, n. t. totus callosus sum, vel fio, Hærdis hart. Ut, translata significatione, *latera plagis occalluere: occalluit malis animus: occallui longa consuetudine: occalluere fauces: occalluit stomachus nimietate ciborum,* Vön till altring/ er forcdt med Vognstud/ tager til sig altsammen / huer intet bider paa.

Percalleo, es, n. s. totus callosus sum. Et translatè, obduresco, Hærdis/ forhærdis. *Usu & consvetudine animus percalluit.*

CALO, as, pr. corr. antiquis idem quod voco, à καλέω, ejusdem significationis.

Calata comitia, in quibus classes per ordinem calabantur, i. e. vocabantur pro Pontificum collegio, aut Regis sacrorum aut Flaminum inaugurandorum causa: Ut cùm, nostris pro moribus, in comitiis Princeps in Regem sivé eligitur, sive inauguratur, Vövælning/ Vylding.

Calator, qui vocanti Domino semper præstò esse debebat ad obeunda ministeria, Tro Suend / Syßelbreng. Vide aliam significationem in classe cala.

Calendæ, arum, f. pr. plural. tantùm: primus quisq; dies mensis, quo Pontifex calato populo, pronunciabat, quot dies à Calendis ad Nonas supererent, quæque forent toto mense feriæ, Første dag i huer Maanedt. Aliter scribitur cum K, Kalendæ. *Quotcalendis* Plaut. unica dictione, pro singulis calendis, eâ formâ, quâ dicimus Quotannis. Ut, *quotcalendis petit demensum cibum.*

Calendaris, re, om. t. quod ad calendas pertinet. Ut, *Calendaris Juno*, quòd ei calendarum dies sacer esset.

Calendarius, a, um, idem quod calendaris. Et absolutè, *Calendarium*, dierum singulorum totius anni ad motum solis & lunæ notatio, Allmanach/Calender. *Pecunia calendario destinata*, vel *in calendarium conversa*, Jurisconsul. quæ faciendis nominibus recepta erat: Sic dicta quòd calendis mensium fermè pecunia fœnori daretur, Saa som omslags Penge.

Calabra, æ, f. pr. curia ubi de rebus sacris agitur, Capitell/Calenth uuß.

Composita.

Concilium, n. s. cœtus solenniter concalatus ad consultandum, Raad / moede / forsamling. Ponitur & pro ipso loco, in quo habetur concilium. Lucretius transtulit ad inanimata. Ut eum posuit Principiorum concilium, pro eorum coagmentatione, copulatione seu compositione & congressu. Ecclesiasticis item specialiter sic dictus est ille cœtus universalis Doctorum Ecclesiæ agentium de rebus ad Ecclesiam pertinentibus, Kircke Moede. Aliter à concio, concieo, i. e. convoco.

Conciliabulum, locus ubi concilium initur, præsertim à flagitiosis, Skalckesteffne. Item locus extra urbem, in quo jus dicebatur & concilium conveniebat: Eratq; ignobilius foro, Herretzting / Biercketting.

Concilio, avi, atum, act. pr. quasi in concilio vel per concilium aliquid efficio. Et inde privatis curis factisve sive sciens sive insciens in affectum alicujus cogo efficioq;, Kommer affsted / Bringer till veye/ forhuerffuer. *Conciliare sibi amicos, odium, inimicitias, gratiam, affinitatem, pacem, animos hominum*: Item pretio vel prece: ut, *conciliare sibi puerum, servum, mancipium: conciliare sibi amicitiam, gratiam,* Legge vensk ab eller yndist ind. Alia significata vide in voce cilia.

Conciliatio, conciliandi actus: Item communio seu communitas, tilfelleskab. *Conciliatio naturæ.* Item conventio, forligelse/ fordragelse. *Exstat conciliatio servanda promissa.*

Conciliator, qui aliquid conciliat.

Conciliatrix, f. t. quæ conciliat. Ut, *conciliatrix ancilla, oratio, &c.*

Conciliatricula, parva aut vilis conciliatrix.

Conciliabundus, conciliatorem agens, conciliatoris munere fungens.

Conciliatura, Senec. pro conciliatione.

Conciliatus, a, um, quod conciliavimus. Ut, *fœmina conciliata viro*, forligt: *Mancipium malè conciliatum*, Yldekiøbt eller forhuerffuet: *Puer conciliatus*, Stillet tilfreds. Et absolutè tempore; *judex his fit conciliatior*, i. e. æquior, paratior.

Conciliatus, us, idem quod conciliatio. Item Lucret. coagmentatio, seu congregatio seminum.

Inconcilio, as, Plaut. act. pr. pro turbo & inimicum facio, Giør vvillig/affspendig/kommer affaffue. In me inconciliat copias omnes meas.

Interconcilio, as, Quint. quasi inter aliquos benevolentiam concilio, benevolum reddo. Ut *officium interconciliandi.*

Reconcilio, as, act. pr. offensos ad pristinam amicitiam concilio & duco, forliger. *Animum Patris sorori tuæ reconciliabit: munere sibi reconciliat animos civium: reconciliare existimationem*, est amissam recuperare, Igiensskaffe. *Reconciliare filium est efficere*, ut reducatur filius domum.

Reconciliaresсere, Antiquis infinitivus futuri temporis, pro reconciliaturum, & in Plauto reducem facturum.

Reconciliatio, reconciliandi actus, forligelse. *Reconciliatio gratiæ suæ & Pompeji.*

Reconciliator qui reconciliat; ut, *reconciliator pacis*, forligere.

Reconciliatus, a, um, quod reconciliavimus. Ut *reconciliata voluntas, gratia, senatus, &c.*

Incalo, as, Fest. pro invoco.

Incalatio, i. e. invocatio.

Incalativè, i. e. vocativè.

Intercalo, as, act. pr. populum calando unum diem mensi Februario interfero, ut annus cum cursu solis conveniat, Giør Skud Aar. *Diligenter habenda*

habenda intercalandi ratio. Inde translatè, extra ordinem aliquid interſero, Setter ſaa ind imellom/ Skyder ind iblant. *Multum mihi intercalatur.* Item differo, forhaler vel prorogo, forlenger. Ut, *homini huic intercalantur honores.* Sic *intercalatur officium, malum, pœna,* Den forhalis/forlengis.

Intercalatio, intercalandi actus.

Intercalatus, a, um, quod intercalavimus. Et translatè, pœna *intercalata*, quæ vel extra ordinem inflicta eſt, aut dilata, En mellom Straff/ Saa hen paa Regenſtab/ eller oc den ſom haffuer vœr ett lenge forhaledt.

Intercalaris, re, om. t. quod intercalatione conſtat; ut *dies intercalaris*, qui ſcilicet Februario intercalatur & inſeritur quarto quoq; anno, Skud Aarꝫ dag. Sic *menſis intercalaris*, cui talis fit intercalatio, i. e. menſis Februarius. Et *intercalares calendæ*, quæ ſunt calendæ aut ipſius Februarii aut Martii, qui proximè ſequitur menſem intercalarem, Førſte dag/enten i Februario, eller i Martio. Item translatè, *intercalaris verſus*, qui frequenter inter alios verſus ponitur, ut iſte apud Virgil. Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.

Intercalarius, a, um, idem quod intercalaris. Ut, *menſis intercalarius*. Et abſolutè, *intercalarium, pro tempore quod intercalatur.*

Nomenclatio, Col. pro nominatio; nuncupatio, quaſi qua calatur nomen alicujus.

Nomenclator, oris, m. t. qui civium & ſervorum nomina noverat: Eratq; monitor candidatis & aliis, vidſkiend: hujus enim erat officium tranſeuntium aut ſalutantium nomina candidatis Dominisve ſuggerere.

Nomenclatura, f. pr. Plin. idem quod nomenclatio. Ut, *Juppiter & alii cœleſtis nomenclatura.*

Procalo, as, i. e. provoco.

CALPAR, n. t. vaſis vinarii genus aut potorii à κάλπη, urna, ſitula, & κάλπις, vas potorium. Item vinum novum quod ex dolio demitur ſacrificii cauſa, antequam guſtetur. Varroni vas eſt idem quod dolium: Feſto, vas fictile.

CALTHA, ſive calta, f. pr. κάλθη, viola lutei coloris, Kabalet. Ejus ſpecies eſt quæ vulgò calendula dicitur, Ett ſlags Sollſicker/Morgenfro.

Calthula, ſive caltula, veſtis luteo calthæ colore.

CALVUS, a, um, cui caput pilis nudum eſt, ut herbis nudus eſt callis à voce callis, Skalledt. Aliter quaſi carvus, à κείρω, tondeo.

Calva, f. pr. crannium pilis nudum, Skallet pandè.

Calvaria, f. pr. idem quod calva, aut totum caput carne nudum, Hoffuedtrad. Item locus ſive ſupplicii, Kæſter ſted; ſive ubi honeſtè oſſa humana in monumentum mortis ſervantur, Beenhuuſſ.

Calvaſter, m. ſ. cui rari ſunt capilli, Tyndhaaret/ Halffſkallet.

Calvatus, a, um, quod eſt pilis raris. Unde translatè, *calvata vinea*, in qua vites quidem ſed raræ, ut in calvitio capilli. Sic *calvata ſylva*, Tyndt Skow.

Calvities, f. q. calvi affectio.

Calvitium, Cic. n. ſ. idem.

Calveo, es, n. ſ. Plin. calvus ſum, Er ſkalledt.

Calveſco, n. t. Plin. calvus fio.

Calvo, is, act. q. & calvor paſſ. per ludibrium calvum facio, ilde rager en. Et translatè, decipio, ſkuffer/

giør ſkalckhed/ gæcker: tractum à calvis militibus, qui cœteris erant ludibrio & fruſtratui.

Calvor, Plaut. Dep. ut, *ſopor manus calvitur*, i. e. decipit.

Calumnia, f. pr. injuſta & fraudulenta interpretatio, qua quis calvitur, i. e. decipitur & vexatur, Falſt Angiffuelſe/ fortalelſe/ Bagtalelſe / Bagvaſſelſe.

Calumnior, dep. pr. calumnia utor, Falſkeligen Angiffuer / Anklager / forfører ec fortaler/ falſkeligen beſkylder. *Calumniatur Ciceronem, rem, factum.*

Calumniator, m. t. qui calumniatur, malitioſus interpres, qui falſum crimen objicit.

Calumnioſus, a, um, Auguſt. idem quod calumniator.

Calumnioſè, adverb.

Compoſita.

Decalvo, calvum facio.

Præcalvus, a, um, calvus in anteriore parte capitis. Ut *caput præcalvum*, Skaldet for till.

Recalveo, es, in calvitiem revertor.

Recalvo, ab anteriore capitis parte decalvo.

Recalvus, a, um, qui retrò calvus eſt, h. e. à parte poſteriori, Skalder bag till.

Recalvaſter, in parte aliqua, non toto capite calvus.

CALX, cis, com. t. pars pedis poſterior, inſtar pomi in ſe convoluta & rotundata q. calix à κυλίω, volvo, hæll. Inde translatè, terminus cujusq; rei, Ende. Ut, *à vertice ad calcem*, fraa begyndelſe till enden/fraa øffuerſte till nederſte. Item tropicè, ictus calcis, Hæleſtød eller ſlag. *Aut dic, aut accipe calcem.* Item pes ipſe totus.

Calcaneum, n. ſ. Virg. idem quod calx.

Calcar, ris, n. t. ferreus ſtimulus calci alligatus ad urgendum Equum, Spore. Et translatè, animi incitamentum, tilſkyndelſe. *Currenti calcar addit.*

Calceus, m. ſ. pedum veſtitus & tegmen, Sku.

Calceolus, m. ſ. parvus calceus.

Calcearium, Ulp. n. ſ. par calceorum, Par Sku.

Calceolarius, qui calceos conficit, Skumager.

Calceamen, n. t. quo quis calciatur, Sku eller huad mand i det ſted bruger.

Calceatus, us, Plin. m. q. idem quod calceamen.

Calceatus, a, um, calceis indutus. Et translatè, *calceati dentes*, i. e. muniti ſive ad edendum parati.

Calcio & calceo, as, act. pr. calceos induo, drager Sku paa. *Calceabat ſe ſoccis*; & *calciabat ſoccos.* Item, *calceare Equos* dicimus, cùm pedibus eorum ſoleæ ſuffiguntur, Skoe Heſte.

Calcitro, as, calce percutio: diciturq; tàm de homine, Sparcker/Hæler; quàm de jumentis, Slaaer op Bag. Et translatè, renuo. Ut, *homo hic calcitrat, reſpuit.*

Calcitro, onis, Gell. m. t. qui calcitrat. *Equus calcitro*, Heſt ſom ſlaaer gierne.

Calcitratus, us, m. q. actus ipſe calcitrandi. Ut, *mulæ calcitratus.*

Calcitroſus, qui crebrò calcibus ferit.

Calco, as, act. pr. calce, h. e. pede comprimo, Stamper under fødder/ træder med foed. *Miſta cruore calcatur arena.* Et translatè, ad animum, *calcare aliquem*, eſt contemnere.

Calculus, m. ſ. lapillus terræ admiſtus, & calcibus negotium faceſcens, Steen i Sku. Et translatè, renum & veſicæ lapillus, Steen i Menniſke. Item latrunculus quo in alveis luditur, Bricke udi Bretſpill. Item

Item lapillus, quo uſi ſunt veteres in ſubducendis rationibus, Regnepeng: Item quo ſuffragia ferebant, Lod. Unde rurſus ipſæ rationes, Regenſkab. Item ſuffragium & ſententia, Dom oc Sententz. Aliter calculus, dictus quod ſine moleſtia brevitate ſui calcetur: cui contrarius eſt ſcrupus, lapillus minutus & aſper & eunti moleſtus. Item Græcis χάλικες dicuntur lapilli minuti, quibus ad ſtructuram ædium utuntur prout ſunt ſilices & cæmenta.

Calculo, as, n. pr. calculis rationem ſubduco, Regne offuer.

Calculator, m. t. qui calculis computat, Regnemeſter.

Calculoſus, a, um, calculis plenus. Ut, *calculoſum ſolum.* Item qui morbo calculi laborat.

Compoſita.

Circumculco, Colum. circumcirca conculco, Træder allevegne neder.

Conculco, idem quod calco vel calcibus premo. Ut conculcavit ipſum, ſcilicet tùm propriè, tum translatè. Et *conculcatur italia*, i. e. obteritur.

Conculcatio, conculcandi actus. Ut, *aqua conculcatione obturbata.*

Deculco, as, Plin. idem quod calco vel multum calco. *In qualo hoc deculcabit.*

Diſcalceo, as, act. pr. calceos exuo. Unde, *diſcalceatus*, qui calceos exuit, vel ſine calceis.

Excalcio, Svet. calceos exuo. Ut *excalciabat ſeipſum.*

Exculco, as, act. pr. calcando exprimo, træder noget ud. *Ex ſcropha furfures pugnis meis exculcabo.* Et, *id mihi quod eripuiſti pugnis, exculcabo.* Item exculco calcando explodo, Skurer en vd med føderne.

Inculco, as, act. pr quaſi calcando immitto, Elter noget i Andet med fødder. Inde ſimpliciter infarcio, Ifylder eller ſtopper. Et translate rem aliquam cum iteratione moleſtam infero ingeroq;, giffuer for tit eller for megit An / Menger ſig formegit udi. *Græci ſe inculcant auribus noſtris*: *inculcare verſus minus uſitatos*: *inculcare verba.* Et ſimpliciter *inculcare alicui* pro objicere, forkaſte.

Inculcatus, a, um, quod inculcavimus; ut, *verba ſæpius inculcata.*

Interculco, as, Col. quaſi inter alia vel cum aliis calco. Ut, *interculcantur vinacea.*

Occulco, as, Cat. act. pr. idem quod conculco.

Proculco, as, act. pr. valde calco & conculco. Ut, *à pecudibus legumina proculcantur*: *Eques equis proculcavit ſubſidia ſua.*

Recalcitro, as, n. pr. idem quod calcitro & calce ferio; vel contra & adverſus aliquem calcitro.

Recalco, rurſus calco, iterum atq; iterum calco. Ut, *humum egeſtam recalcat.*

Supercalco, as, Colum. idem quod conculco; ut, *ubi unam tabulatam feceris, vinum vetus conſpergito*: *poſtea alterum ſupercalcato & item vinum conſpergito*

CALX, f. t. terra glutinoſa ſtructuris ferruminandis inſerviens, à calco, quòd ſtructuris inculcetur, Kalck / Lim / Kalckſteen. Aliter à callus, quòd callum quaſi inducat parietibus illita. Item à calore, quem intus fovet.

Calcarius, m. ſ. qui calcem exercet vel digerit, Kalckbrender / Kalckſlaaer.

Calcaria fornax, Limoffn / Kalckoffn. Item *calcaria*, abſolutè, idem.

Calcatus, a, um, calce tectus, loricatus. Ut, *calcata ædificia*, Kalcket Bygning: *calcatus paries*, Kalcket veg eller Synnecket.

Calcatorium, Palla. n. ſ. ſtructura quædam in cella vinaria ſic dicta, vel quòd calce ſit inducta & loricata, vel quod pedibus calcetur.

Compoſita.

Decalcatum, veteribus pro calce litum.

CALYX, lycis, m. t. κάλυξ, roſæ globus nondum explicitus, ſed tantum connivens, Roſeknop / ſom begynder at pipe ud med Blomſteret. Item generaliter folliculus ſive involucrum floris priusquam dehiſcat, Knopper førend Blomſteret bryder ud. Calyx glandis, Aggern hatt. Calyx nucis, Haſe.

Caliculus, parvus calyx.

CAMA, Hier. lecti quoddam genus humile, quale nobis, vimineum illud & funibus reticulatum, à χαμαὶ humi, Kurffueſeng eller Fladſeng.

Camella, æ, f. pr. Ovid & Petronio, genus vaſis.

CAMELUS, li, m. ſ. κάμηλος, nomen animalis, Kameel.

Camelinus, a, um, quod è camelo eſt. Ut, *camelinum lac.*

Camelarius, camelorum actor & curator, Kameeldriffuer. Camelaria & Camelaſis, Juriſconſ. pro cura camelorum.

Camelaſium, tributum indictum pro cura camelorum.

Camelatio, idem. Dictiones ſunt à recentioribus fictæ.

Compoſita.

Struthiocamelus, li, m. ſ. qui & ſimpliciter ſtruthio avis omnium maxima, ferrum etiam devorans & concoquens, cujusq; pennæ criſtigeris hominibus in pretio ſunt & deliciis; Sic dictus à ſtruthos paſſer gallina & omnis avis major: & camelus, ut Bos Luca, pro Elephante. Romani enim rebus ignotis nota nomina imponebant. Addita eſt autem dictio, Camelus ad ſignificandum humilem volatum, cùm à terra nunquàm attollatur: vel quòd colli & crurium longitudine camelum imitetur.

CAMERA, æ, f. pr. καμάρα, tectum eſt incurvum, quod Latine dicitur teſtudo & fornix, Buelning.

Cameraria, Plin. cucurbita, quæ non humi ſerpit, ſed in pergulas aſcendit, facta quoq; concameratione quadam.

Camero, as, act. pr. cameram ſtruo, giør Buelning. ἀδηλον.

Cameratus, a, um; cameris & fornicibus conſtans, Bualdt. ἄδηλον.

Cameratum vehiculum, Vogn med Karm / heel eller halffſpæret Vogn. ἄδηλον.

Camurus, a, um, incurvus & inflexus, eadem origine cum camera, à κάμπτω, flecto, Krumhornet. Cornua camura, Krumme Horn. Bos camurus.

Camura, f. pr. genus vaſis, quod opertum in nuptiis ferebant, in quo erant nubentis utenſilia.

Compoſita.

Concamero, as, act. pr. Vitr. ad formam cameræ & arcuati operis ædifico, Bueller / giør Buelning. *Concamerare interualla*: *concameratur teſtudo.*

Concameratio, concamerandi actus. Item ædificium arcuato opere factum: Item concamerationes dicuntur hortenſium pergularum tecta, ad arcuati operis ſimilitudinem facta, Hualde gange udi Lyſthaffuer.

Conca-

Concameratus, a, um, concameratione conſtans. Ut, *hortus concameratus.*

CAMILLUS, li, m. ſ. puer qui in nuptiis cumeram nuptialem ſponſæ in ædes mariti præferebat, quaſi γαμηλιος, i. e. nuptialis. Inde antiquis miniſter omnis. Item peculiariter puer ingenuus, qui Flamini ad ſacrificia ſubminiſtrabat. Item Hetruſcis Mercurius dictus Camillus, quaſi Deorum miniſter.

Camilla, æ, f. pr. puella nubens. Item ſacrificiis inſerviens.

Camillum, n. ſ. vas continens utenſilia nubentis.

Casmillus, Varr. idem quod camillus.

CAMINUS, m. ſ. pen. prod. κάμινος, fumarium ſeu ſtructura, per quam fumus ignis erumpit, ſive fiſtula per tectum, ſive patens feneſtra in tecto, Skorſteen/ Ildeſted / Røgegab. Virgilius tranſtulit ad fauces montis ignivomi. Exponitur etiam Latinè, fornax, Ovn/ Kakeloven.

Camino, nas, act. pr. Plin. facio in modum fornacis. Ut, *caminare luto.* Et *foſſa caminata.*

Compoſita.

Heliocaminus, m. ſ. quaſi ἥλιος, i. e. ſolis caminus, fabrica erat in loco aprico ſita, ad calorem ſolis accipiendum, Sommerſtue.

CAMOENÆ, ſive camenæ, f. pr. idem quod Muſæ, quæq; præſunt carminibus, rebusq; amabilibus, à cano dictæ quaſi canenæ: aut quaſi caſmenæ, quo & veteres uſi ſunt, à caſtitate mentis, cui præſunt Muſæ. Item camœnæ, quaſi canimœnæ, h. e. cantum amantes, ut amœnum eſt ab amo.

CAMPANA, f. pr. Hieron. æramentum pulſatile, ſic dicta à regione Campania, ubi primum eſt inventa, Klock. Dicitur & pro eodem *campanum æs.*

Campanula, f. pr. parva campana.

CAMPUS, m. ſ. ager planus & ampius, à ſiculo κάμπος, ejusdem ſignificat.: aut à κάπτω, flatus, quaſi flatui pervius, Slætt Marck / Aaben marck / for en vind / hæd. Inde patens oppidi locus, Torſtue pladz/ Rendebaane. Et *campi natantes, liquentes,* i. e. mare. Item translatè copia, abundantia & ubertas. Ut, *campus dicendi; campus æquitatis: campus ſapientiæ.* Aliter campus deducitur à capio, quòd ex eo fructus capiatur magis quàm è montoſis.

Campani; qui in campis habitant, Hædboe.

Campeſtris, ſtre, om. t. quod ad campum pertinet. Ut, *campeſtres operarii,* qui in campo Martio ſervilem operam candidato impertiebantur. Et *campeſtrum,* abſolutè, loca plana, qualis campus eſt; item *campeſtre* dicebatur ſuccinctorium, quo in campis ludentes uſi ſunt exutis veſtibus. Item *campeſtres,* idem quod campani.

Campeſtratus, ſuccinctorio campeſtri indutus.

CAMUS, m. ſ. κημος, genus aſperi freni, quo Equi ferociores coërcentur. Item vinculi genus, quo damnati alligabantur furcæ. Exponitur & lorum & freni genus, ſive vinculum quod ori mancipiorum injiciebatur.

CANA, & canna, f. pr. κάννα, frutex medius inter arundinem & calamum, middelmaadig Rør. Inde tropicè, fiſtula, Pibe/ Floite.

Cannetum, Pall. locus cannis conſitus.

Canneus, a, um, Colum. ex cannis factum: ut, cannea tegetes, i. e. ſtoreæ ex cannis confectæ, Matter.

Cannitiæ cameræ, Pall. quæ ex cannis in agreſtibus ædificiis ſunt conſtructæ.

Canalis, is, com. t. pr. corr. à Cana canna, mutata quantitate initialis ſyllabæ: lignum eſt ad ſimilitudinem cannæ excavatum, quo aqua deducitur, Vandrende. Aliter à χαίνω hio.

Canale, lis, n. t. Stat. idem.

Canaliculus, Colum. m. ſ. parvus canalis.

Canalicula, æ, f. pr. Gell. idem.

Canaliculatus, a, um, Plin. in canalis modum factum.

Canalitius, a, um, Plin. Ut, *canalitium aurum,* quod venarum canalibus per ſaxa huc illuc vagantium effoditur.

Cannathrum, Græca forma κάναθρον, pars currus ex ſtorea confecta, Vognkurffue.

Caniſtrum, n. ſ. Græca forma κάναστρον, ſporta viminea, qua panem expediunt & menſæ reliquias excipiunt, Brødkurffue/ Almiſekurffue.

CANCER, cri, m. ſ. piſcis eſt teſtaceus & ſerpens, à καρκίνος, ejusdem ſignificat. Krabbe. Item ſignum cœleſte, quod & Lucanus græca voce vocat carcinus, Krabben. Item morbus quidam, quem & Plinius græca voce carcinoma & carcinodes vocat, Krefft.

Cancelli, m. ſ. plur. Feneſtrarum ferramenta lignamentáve, quincuncis figura & reticulato textu, quam ſpeciem cancer piſcis brachiis ſuis contractis & retortis refert, Vindue kurffue/ traller/ ſprinckeler. Fiunt etiam hodie teſſellato opere, lamellis ductis in angulos rectos, non in obliquos vel acutangulos. Translatè autem ſignificat terminum, fines & limites alicujus rei, extra quos non licet vagari.

Cancellarius, vopiſ. m. ſ. Principi qui primus eſt à ſecretis, ſic dictus à cancellis & cancellatis ſtructuris, in quibus ſcribæ officium faciebant, ipſiſq; dictabat, Cantzeler.

Cancellatus, a, um, Plin. cancellorum figuram imitans. Ut, *cancellata feneſtra: cancellatum opus.* Et *cancellata cutis,* quæ quaſi cancellis diſtincta eſt, h. e. teſſellatim quadrata, & in modum capſularum facta.

Cancellatim, Plin. ad ſimilitudinem cancellorum, Rudeviiſ/ Sprinckelviiſ.

Cancello, Juriſconſ. act. pr. calamo transverſas lineas ſcriptis induco, ad modum cancellorum diſpungo, Stetter ud / giør ſtreg offuer.

CANDEO, dui, n. ſ. colore ſum niveo & pura luce perfuſus, à χαίνω, hiſco, quòd diffundat & quaſi hiſcere faciat viſum, Skinner hvid. Inde tropicè ignitus ſum, Er gloende. *Ferrum candens,* Gloende Jern.

Candela, f. pr. lucerna candens, Brendendis Liuß / Bluß. Inde ſimpliciter lucerna, Liuß/ Bluß. *Candela Regis,* nomen herbæ, Kongeliuß.

Candelabrum, Cic. n. ſ. candelæ baſis & ſuſtentaculum, Liuſeſtage/ Kierte.

Cicindela, æ, f. pr. per appoſitionem ci à cande'a, genus eſt muſcæ noctu lucens: aut à κὶς vermiculus frumento lignove innaſci ſolitus: quaſi vermiculus candens.

Candeſco, n. t. candidus fio, Bliſſuer hvid. *Candeſcunt cani,* Bliſſuer hvid oc graahærdet. Item igneſco, ignitus fio.

Candico, as, Plin. n. pr. candorem habeo, ſubcandidus ſum, er hvid.

Candicantia, Plin. f. pr. idem quod candor.

Candido,

Candido, as, Plin. candidum facio.

Candidus, a, um, quod candet & oculos perſtringit, Skinnende / glimrende hvid. Item ignitus, Gloende. *Candidum ferrum.* Interdum ponitur pro felici, quia candor felicitatis erat ſymbolum, quemadmodum atrum infortunii: ut *candidi ſoles*, i. e. dies auſpicati & felices. Item pro puro & ſincero, Reent / uforfalſket / klar. *Candidum dicendi genus, candidus vir*, Retſkaffen / uden falſkhed eller hykleri / Redelig.

Candidulus, a, um, aliquantùm candidus.

Candidatus, m. ſ. candida veſte indutus, quales erant Romæ, qui Magiſtratum petebant. Accipitur autem pro omni eo, qui Magiſtratum vel honorem publicum ambit, etiamſi ſymbolo iſto non notetur: Ut, *candidatus conſulatus, præturæ, quæſturæ*, qui talia ambit munera. *Candidatus Theologiæ, Juris, Medicinæ, Eloquentiæ*, qui lauream iſtarum facultatum ambit. Item *candidatus virtutis, pietatis, gloriæ, immortalitatis*, qui res iſtas impensè amat & perſequitur. *Candidatus Principis*, qui honore & officio Principi, qualis cancellarius fuit, proximus eſt. *Candidatus crucis*, i. e. fur.

Candidatorius, a, um, ad candidatum ſpectans. Ut, *candidatorium munus.*

Candor, m. t. candidi color, Skinnende huidt. *Candor ſolis.* Et translatè *candor animi*, pro ſinceritate & puritate, Retſkaffenhed / Retſindighed / Oprictighed.

Compoſita.

Accendo, is, act. t. ignem excito, tender ild. *Accendere ignem.* Item illumino. Ut, *Sol lunam mdiis ſuis accendit.* Et translatè, inſtigo. Ut, *cantu accendit animos bellantium*: *accendit puella ſenem*, i. e. fovet, concalefacit.

Excandeſco, ſcis, dui, candens fio; Et translatè, iraſcor, animo nimirum ira æſtuante, vorder ſtorligen vred / haſtig vred / Ildiſs.

Excandeſcentia, excandeſcentis vitium ſeu affectus, Haſtmodighed / haſtig fortørnelſe / Ildhed.

Incandeſco, dui, n. t. candens & ignitus fio. Et translatè, vehementiùs iraſcor.

Incendo, is, act. t. admoto igne ardere facio. Ut, *incendimus odores.* Et tranſlatè, *incendere aliquem irâ vel amore*, pro excitare, Tende op eller opvecke en till vrede / kiærlighed. Sic *incendere animum ad ſtudia*: *incendere aliquem in adverſarium.* Item incendere annonam, eſt pretium annonæ ſummè augere.

Incenſio, onis, f. t. incendendi actus, Optendelſe / antendelſe. *Urbium incenſio.*

Incendium, n. ſ. quo quid ardet, Ildebrand / Ild. *Templum incendio conſumptum.* Et translatè vehementia amoris, kiærlighedz Ild. *Ex amore tantum homini erat incendium.* Item *incendium urbis*, pro periculoſiſſima ſeditione, *Incendium annonæ*, i. e. ubi annonæ ſumma eſt caritas & fames, Stoer Syr tid.

Incendiarius, a, um, qui incendit tecta ædificiave, ſeu incendium excitat, Mordbrender. Et abſolutè, *incendiaria*, nomen avis in auſpiciis infauſtæ. *Incendiariæ hamæ*, Ildhager. *Incendiariæ ſitulæ*, Lejrſpande. *Incendiarii ſiphones*, Vandſprude.

Incenſus, a, um, quod incendimus & combuſſimus, Optendt / Anſtucken. *Incenſa claſſis*: *prædium incenſum.* Et translatè, quod excitavimus irritavimusq; Ut, *voluntas officio incenſa.* Et *incenſus ſtudio, amore, odio. Imperator incenſus ad benè gerendam Rempublicam.* Et *pater in filios incenſus*, ſcilicet irâ, Fortørnet / haſtig og vred.

Recandeſco, is, Ovid. n. t. denuo candens fio. Ut, translatè, *ira recanduit.* Item candidus fio, ut, *recanduit unda*, i. e. alba & candida facta eſt ex ſpuma, ſcilicet. Ponitur & pro recaleſco. Ut, *tellus recanduit æſtu.*

Subcandidus, a, um, ad colorem candidum nonnihil accedens, Huidactig; *folia ſubcandida.*

Succendo, ignem ſubjicio. Ut, *ſuccendere rogum*, tender Ild: *Succenſus rogus*: *ſuccenſi ignes*, Optendt.

CANIS, is, com. t. animalis domeſtici nomen, à κυνὸς, ejusdem ſignificat. Hund / Tiſpe. Item ſignum cœleſte, Den ſtore Hundſtierne. Item ſignum unitatis in ludo, Jt øye paa Terning / Eß. Item piſcis quidam, Haa. Item genus vinculi, quod canis more ſontem corripit, Fædder / Griiff. *Canem fert*, i. e. vinctus eſt. Item canis, i. e. cuſtos, quia canes ſunt pro cuſtodia. Item Paraſitus. *Canis moloſſus*, Engelſk Hund. *Canis ponticus*, i. e. fiber.

Caniculus, m. ſ. parvus canis.

Canicula, æ, f. pr. parva canis. Accipitur & pro ſidere cæleſti. Item pro unitate teſſeræ. Item pro lutra, Odder.

Caniculares dies, in quibus ſignum illud cœleſte exortum eſt, Hundedage.

Canarius, a, um, Plin. quod canem ſpectat, ut *canarium augurium*, quod ſumitur tempore exorti canis cæleſtis ſigni.

Canaria, Plin. nomen herbæ, quâ canes faſtidium deducunt. *Lappa canaria*, quæ exigua eſt canibusq; adhæret.

Canatim, Nigid. more canis.

Canicæ, furfures, quibus canes paſcuntur, Mang / Hundeklid.

Caniceus panis, Pacuvio, Hundebrød.

Canile, is, n. t. locus in quo degunt canes, Hundeſtall / Hundhuuß.

Caninus, a, um, quod eſt canis, vel canem refert. Ut, *ſanguis caninus*, Hundblod. *Dentes canini* ſunt primoribus proximi, ſic dicti quòd canis inſtar ſint præacuti, Skarpe oe ſpidze Kindtender. *Roſa canina*, quæ & ſylveſtris, Vilde Roſentræ eller Engelſk torn. *Caninâ cœna*, in qua nihil vini bibitur, quia canis vinum non bibit. Sic *caninum prandium.* Et *caninæ facundiæ*, pro intemperata rabularum lingua, ſtrepera oratio, Skendz Mund / Hundſk talendhed. *Caninæ nuptiæ* Hieron. i. e. vagæ libidines.

Compoſita.

Antecanis, ſidus cæleſte, græca voce procyon, quod ante majorem canem oriatur.

CANNABIS, f. t. κάνναβις, genus lini craſſiſſimum, Hamp.

Cannabum, Palla. idem.

Cannabaceus, a, um. quod eſt ex cannabe.

Cannabinus, a, um, Colum. idem. Ut, *funis cannabinus*, Hampereeb; Cannabina veſtis, Hampeklæde.

CANO, cecini, cantum, propriè voce modulor, à χαίνω, ore hiſco, Siunger / quæder. *Merula æſtatè canit. Fidicen ad lyram cecinit.* Inde orationem certis temporibus modulatam fingo & compono, Bee ſkriffuer paa Verß / giør Verß. *Cecinere Poëtæ.* Item vaticinor. Item fides organáve pulſo, aut tibias inflo, Leeger / Spiller. Et tropicè, laudo, prædico, canorè profero, Roſer / Berømmer. Idq; quia verſibus

versibus seu carminibus olim facta laudabant veteres Poëtæ & vates. Ut, *canam tuas laudes.* Dicimus etiam *canere bellicum*, Blæse Allarm. *Canere receptus*, Blæse tilbage. *Canere tuba*, Blæse i Basune. *Canere eandem cantilenam*, dicitur, qui sæpius eadem inculcat, ideoq; molestus. *Canere intus*, At Nyne. Item *canere intus*, qui privati commodi studiosus, quicquid agit, id omne ad domesticam refert utilitatem, Taler oc giør paa sit egit beste.

Canatius, Apul. qui classicus quasi quidam tuba canit.

Canor, m. t. cantus & elegantia quædam & consonantia, Lyd/ Tone/ Sang.

Canorus, a, um, canorem habens clarum, Lydelig/ klarlig.

Canorosus, Gell. idem.

Canticum, n. s. liberior & lascivior cantus, Viise/ Boeleviise. Item lasciva oratio & liberior, Som giør formegit aff/ giør formegit krum/ kruset.

Cantilena, f. pr. idem quod cantio, Viise/ Sang. Et translatè, jactatio & sui prædicatio, Egen Roes.

Cantio, f. t. canendi actus, vel ipsum quod canitur, Sang/ Viise. Et peculiariter, carmen veneficium, Trylle Sang/ Tryllerj.

Cantiuncula, parva cantio, Stacket Sang oc Viise.

Cantor, m. t. qui canit, canendive artem callet, Sanger. Et peculiariter, cantores, qui vocem maximè acuunt, Discantister.

Cantrix, quæ canit, Sangerske.

Cantus, us, m. q. vocis inflexio, Sang/ Spill/ Leeg. Sic, *cantus nervorum, vocis, tibiarum, &c.*

Canto, as, n. pr. frequenter vel sæpius cano. Item celebro & laudibus tollo. Ut, *cantat laudes suas.* Item incanto; ut, *tu me cantabas*: *cantando rumpitur anguis*, i. e. dum incantatur.

Cantatus, a, um, quod cantavimus. Stat.

Cantito, as, n. pr. aliud frequentativum, idem quod canto.

Canta, Fest. pro cantata.

Cantator, m. t. qui consvevit canere.

Cantatrix, quæ cantare callet, Sangerske.

Cantamen, nis. Prop. veneficium, Tryllerj.

Cantillo, as, submisè cano, Smaasynger / Nyner.

Composita cum Præpositionib.

Accino, is, n. t. quasi ad aliud vel juxtà cano, Siunger høes.

Accentor, m. t. qui cantori accinit, Altist.

Accentus, us, m. q. Gramm. modus syllabæ, quo scilicet aut premitur, aut levatur, aut diducitur, Tone.

Accentiuncula, læ, f. pr. idem.

Accentio, græca voce Epodos, cum aliquid accinitur loco clausulæ, Om quædt: Cum scilicet singulis versibus singulæ clausulæ accinuntur.

Accanto, as, n. pr. Stat. Giør Verß / Siunger høes. *Accanto tumulis Magistri.*

Concino, is, simul cano, Siunger i med. *Hæc flebilibus modis concinuntur.* Et translatè, convenio, quadro, Stemmer sammen / Stemmer offuerens. *In hac re cum Peripateticis concinit.*

Concentus, us, m. q. concinentium affectio & ratio, græca voce Harmonia. Unde harmonica cantio, Stemmende Sang/ Stempt/ Bequemmelighed/ Offuerenskommelse. Dicitur autem non de voce & sonis tantùm, ut linguæ, avium, fidium; sed & rebus quibuscunq; inter se consentientibus. Ut, *concentus animi, naturæ, doctrinarum, stellarum, actionum, &c.*

Concentio, idem quod concentus.

Decanto, as, multum canto, laudo, prædico, Roser oc Berømmer. *Laudes tuas decantat.* Et in vitio, resæpiùs repetita, Siunger eller taler det samme offte igien. *Fabulam decantat: præcepta dictata decantat.*

Excanto, as, act. pr. quasi cantamentis perdo, Fortryller/ forgiør. *Excantare fruges*: *excantare familiam.* Item cantando elicio & evoco: Ut, *clausas excantabit puellas*, Locket dem ud med tryllerj. Et *excantabit lunam seu sidera*: quod Virgilius vocat cælo deducere lunam.

Incanto, as, act. pr. verbis certis conceptis, vel solis, vel etiam rebus quibusdam adjunctis, aliquid supra naturam molior, Besuær / tryller. *Malum incantabat carmen.*

Incantatio, incantandi actus, Tryllelse / Besuærelse.

Incantamentum, quo incantamus, Besuæring/ Tryllerj.

Incino, is, n. t. canere incipio, Sticker i at Siunge/ Begynder at Siunge. Item cano inter alios, Siunger i med. Item cum quadam modulatione cano, Siunger Discant: Siunger i Leeg oc Spill. *Modulis incinit Tibicen*: Et cum casu, *incinit ore modos.*

Incentio, onis, f. t. incinendi actus, Sang/ Discant. Item incentiones apud Gell. pro incantamentis, quia fiebant vocis quadam modulatione.

Incentivus, a, um, Varr. quod cum incentione fit. Ut, *tibia incentiva*, quæ à dextra canit. Et absolutè per translationem, *incentivum*, pro eo quod incitat & irritat; propterea quòd milites incentione tubarum ad prælium solent incitari, tilskyndelse.

Incentor, oris, m. t. qui incinit, & quadam modulatione organis musicis accinit.

Intercino, is, n. t. quasi inter agendum cano, vel cum aliis cano, Siunger iblant / Imellom / I med. *Non quod medios intercinit actus, proposito conducat.*

Occano, Tacit. & usitatius.

Occino, is, nui & cini, centum, n. t. quasi contra cano, cantu obstrepo, Siunger imod. *Ibis occinit.* Et *occanere cornu*, Blæse imod udi Horn.

Occento, as, n. pr. antiquis pro convicium facio, quod id claré & cum canore quodam fiebat: *Occento ostium*, Plauto, ob vel contra ostium canto & convicium facio. *Occentassint* pro occentarint, antiquè.

Occentores, qui medium inter succentores & accentores servant tenorem, Tenorister.

Occentus, us, m. q. occinendi actus, Modsang. *Occentus Soricis.*

Præcino, is, cinui, centum, n. t. antè aliquem cano, Siunger for nogen. *Tibicen Epulis Magistratuum præcinebat.* Sic, *carmine magica præcinit anus*, Forlæser/ Segner. Item *Lymphati fata præcinunt*, i. e. prædicunt, prædivinant.

Præcentio, onis, f. t. præcinendi actus, & cantus, qui aliquem vel aliquid præcinit, Forspill oc leeg. *Sacerdotii præcentio.* Et specialiter modulatio illa, quæ antè initium cantus fieri solet, Prcambell/ eller tonering.

Præcentor, oris, m. t. qui præcinit & præcedendo canit, For Sanger. *Tibia præcentoria*, quâ præcinebant ad Deorum pulvinaria.

Præcantrix, cis, f. t. ſaga præcantans & imprecans, Signekone.

Præcantatrix, quæ profitetur ſe mala ab hominibus amoliri poſſe carminibus & incantamentis, Segne-kone.

Præcantatio, quâ ſagæ precantur & imprecantur, Signelſe/ forlæſning/ Signen.

Recano, ſive recino, is, nui, centum, n. t. adverſus aliquem cano, vel cantu revoco. Ut, *perdix antecedente aucupe ad marem recanit revocatq́*: Et ſimpliciter reſono. Ut, *in oratorum vocibus recinit quiddam & ſonat urbaniùs.*

Succino, is, canendo ſubſequor, Siunger effter ſom en anden ſiunger for. Item ſubmiſſa voce cano.

Succentores, Muſicis, qui graviſſimam cantus vocem ſuſtinent, Baßiſter.

Succentoria tibia, quæ à ſiniſtra ſuccinit.

Compoſita nominalia.

Cornicen, m. t. qui cornu canit, Sincke Blæſer/ Corneete Blæſer.

Faticanus, & faticinus, Ovid. qui fata canit, i. e. futura prædicit, Spaamand/ Prophete.

Fidicen, nis, m. t. fidibus qui canit, Lutenſlaaer/ Harpeſlaaer/ Spillemand/ Gigler/ Fidler.

Fidicinus, a, um, quod ad fidicinem pertinet. Ut, *ludus fidicinus*, in quo docet fidicen artem.

Fidicina, æ, f. pr. quæ fidibus canit, Spillekone/ Spillepiige.

Liticen, inis, m. t. qui lituo canit, Skalmej Blæſer.

Lyricen, m. t. qui lyrâ canit.

Oſcen, inis, m. t. avis, quæ ore cantuq́; auſpicium facit, Skrigende Fugll. Ut picus, corvus, cornix, noctua, &c. Inde omnis avis quæ canit, Sangefugll. Aliter ab obs & cano, quaſi quæ adverſus canit.

Oſcinum, n. ſ. oſcinis cantus vel augurium, Fugleſang till at betyde nogett.

Sicinium, ſive ſicinnium, Feſt. cantio ſolitaria, quaſi ſecinium à ſe & cano, en Stemme. Aliter legitur Sincinium quaſi à ſine.

Sinciniſta, ſive ſincinniſta, qui ſolus canit.

Siticines, qui apud ſitos, i. e. defunctos, canere ſolebant, Spillemend udi Liigſtue.

Tibicen, pen. prod. inis, m. t. qui tibiis canit, Piiber. Et translatè, tibicines dicti ſunt, tigilli ruinoſos parietes ſuſtinentes, à ſimilitudine tibiis cantentium: qui ut canentes ſuſtinent; ita tigilli ædificia, Hielp Støtte/ Stiffue. Item fulcra textoria telam ſuſtinentia, væffue fødder. Item verſus, in quo aliquid farcitur, quod metri legem hiulcam ſuſtentat: & ipſum illud quod infarcitur, ut ſunt hemiſtichia Virgilii, ad implendam orationem, ad tempus inſerta, Hielpverß.

Tibicina, æ, f. pr. quæ tibia canit. Tibicina in Romanorum & aliorum nuptiis adhiberi ſolita.

Tibicinus, a, um, ut, *modi tibicini*, qui fiunt ad tibiam.

Tubicen, cinis, m. t. qui tuba canit, Trometere / Baſunblæſer.

CANON, onis, m. t. κάνων græca voce quod Latinis Regula. Et translatè, certa ratio, ad quam quicquam dirigitur & examinatur. Inde Eccleſiaſticis diſciplina Eccleſiaſtica, Diſciplin oc Ordinanz Kircke Regell. Item ſacrorum librorum catalogus, ad quem ſcilicet veluti ad certiſſimam normam exigenda ſunt omnia religionis Chriſtianæ dogmata. Ut, libri Machabæorum non ſunt in canone, Bibell. Item certa formula cœnæ Dominicæ benedictionis, Meſſe/ Miſſaal. Item canones decreta in conciliis ad canonem biblicum & diſciplinam Eccleſiaſticam concinnata & conſcripta, Kirckelow. Item Catalogus eorum, qui Eccleſiis in quocunq́; munere ſerviebant, Naffnbog: vel qui ſancti habiti & inter cælites relati, Helgen. Item Juriſconſ. ex Græcorum etiam rationibus ſumpta origine, genus tributi ordinarium, & quotannis ſolvi debitum, cujusmodi ſunt vectigalia & portoria, Told oc Siſe.

Canonicus, m. ſ. qui in canonem relatus eſt. Ut, *libri Canonici*, Bibelſke Skriffter. Item Juriſconſ. qui antiquitùs dicti ſunt rituales. Item Canonicus, qui demenſum ex Eccleſiaſtico ærario accipit, Canicke.

CANTERII, Vitruv. m. ſ. ligna tecti oblonga, à culmine ſummo ad imum tectum pertingentia capitibus coeuntia divaricatis pedibus: quæ ſi juſtò longiora ſunt ſuggrundam conſtituunt, quaſi cantarii ſive coantarii, ab antariis, quos Græci vocant anterides, Sparre paa Huuſet/ Spær. Item arrectaria, quæ materiarii pro ſuſtentaculo ſubjiciunt materiæ ſerrâ diſſecandæ, Kran / Sagelang. Item omne tigillum inclinato capite aliquid fulciens, Sule Stiffue / Skrage. Item par arundinum vel haſtilium, in terram defixum & ſuperius annexum cantheriorum ædificiorum modo ad uſum vitium, Gafflede Vinſtenger.

Canteriolus, m. ſ. parvus canterius. Et Canterioli Columel. adminicula ſunt, quibus fulciuntur cæparum capita & arundines.

Canteriatus, a, um, Colum. canterio ſuffultus. *Vitis canteriata*, Gaffle ſtengt/ Vinhaffue.

CANTHARUS, m. ſ. κάνθαρος, Latinè dicitur Scarabæus. Inde cantharus, vaſis potorii genus Scarabæo animali ſimile. Exponitur etiam poculum anſatum, à cantharo navigii genere, & Baccho ſacrum, idem quod ſcyphus, niſi quod ſcyphus Herculi ſit ſacer, Drickeſkaale/ Koffſken. Item marculus, quo pulſantur fores, Dør Hammer. Item cæleſte ſignum in aquario tribus conſtans ſtellis. Item nomen piſcis marini è genere cyprinorum, ett ſlags Braſem.

Cantharis, idis, f. t. inſecti genus alatum aureo colore, lethiferum & graviter olens, Spanſke Flue.

CANTHERIUS, rii, m. ſ. Equus caſtratus; ut fiat manſvetior, à κάνθων, aſinus, quia, amiſsâ generoſitate naturali in aſinum quaſi degenerat, Gilding. Aliter à careo, quòd ſemine careat, quaſi carentarius: ſcribiturq́; per t ſimplex, Canterius.

Cantherium, n. ſ. Sen. vehiculi genus à cantheriis equis dictum: aut etiam peregrina voce.

Cantherinus, a, um, quod eſt cantherii Equi, vel cantherium refert. Ut, *hæc mulier cantherino ritu aſtans ſomniat.* Solent enim Equi, ſtantes ſomniare. Et *cantherinum hordeum*, i. e. nudum & decorticatum, quia folliculo caſtratum naſcitur.

CANUS, a, um, pr. prod. capillis præ ſenio candens, quaſi candus, à candeo, Graahærdet/ graa. *Canum caput; cana barba.* Et abſolutè, canus pro homine cano. Transfertur inde ad alia, ut *cani montes*, qui ex nive albi ſunt: *cana fides; cana veritas*, i. e. antiqua & vetus.

Cani, orum, in plur. capilli ſenum candentes, Graahaar.

Caneo, ui, n. ſ. canus ſum. Et translatè, *canent herbæ*, h. e. albæ ſunt matutino rore, vel pruina aſperſæ.

Caneſco,

Caneſco, n. t. canus fio. Et tropicè ſeneſco. Item translatè, *caneſcit arbor, caneſcit oratio.*

Canities, Plin. f. q. capillorum candor.

Canitudo, Plaut. idem.

Compoſita.

Incanus, a, um, idem quod canus vel valde canus. Ut, *homo incanus: mentum incanum.* Et translatè, *herba incana*, quæ ſublata lanugine canitiem refert.

Incaneſco, canus fio.

Præcanus, a, um, qui ante juſtam ætatem canus eſt.

CAPIO, cepi, captum, act. t. manum rei alicui injicio, ab ἅπτομαι, tango, attingo, capeſſo, Griber/ fatter/ tager fat/ fanger. *Capio ſaxum, navem, hominem, piſces.* Inde quocunque modo oblatam rem accipio, faar/ bekommer. *Cepi voluptatem, dolorem, moleſtiam.* Et reciprocè, *cepit me dolor; cepit voluptas.* Item *capere auribus*, eſt audire, *capere mente* eſt intelligere. *Capere aſtu vel dolis*, eſt decipere; *capere manu*, eſt comprehendere: *capere oculis*, eſt videre: *capere rationem oculis*, eſt viſu æſtimare: *capere voluptate vel cantu*, eſt delectare. *Capere conſilium*, eſt deliberare: *capere rationem*, eſt modum invenire. Aliter deducitur à ἀφάπτομαι excipio, in me recipio, avidè comedo. Dicebant autem veteres *capſit* pro prehenderit, & *capſis*, pro cape ſi vis.

Cæpi, præteritum eſt ſignificatione præſentis temporis, quod nos dicimus, tager mig for. Item præteriti temporis, Jeg tog mig for. Inde ſignificat incipio & incepi, Begynder eller haffuer begynt nogett. *Is amare cæpit Alcumenam clam virum: uſuramq; ejus corporis cæpit ſibi.* Ubi hoc notandum priori loco inveniri ſcriptum cœpit per œ: poſteriore autem cæpit per æ, habita ratione diverſæ ſignificationis: Ibi enim nos dicimus, Hand begynte eller tog ſig for at elſke. Hîc: hand ſick ſig til brug/ eller tog ſig till brug/ i. e. brugte. Scribitur autem uſitatè cœpi & cæpi eadem ſignificatione.

Cæpiam, veteribus futurum à cæpi. Item impersón. *cæptum* eſt, det er begynt.

Cæptus, a, um, quod cæpimus.

Cæptum, ti, n. ſ. ſubſtantivum ſignificans rem cæptam, Huad mand haffuer begynt eller taget ſig for.

Cæptus, us, m. q. idem:

Cæpto, as, ſtudio aliquid incipio, Begynder for Alvere/ Tager ſig noget alvorligen for.

Captio, f. t. capiendi actus, ſeu id per quod quis capitur; argutia, deceptio, griff/ forraadelſe/ vnderfundighed til at fange oc bedrage. *In verbis, in hac re nulla captio.*

Captiuncula, exigua aut vilis captio.

Captioſus, a, um, quod decipit & dolis plenum eſt, vnderfundig/ fuld aff kraage/ Beſuigelig/ Bedragelig. *Captioſa interrogatio, ſocietas.*

Captioſè, adverb. Cic.

Captura, f. pr. capiendi actus & ratio. Ut, piſcium & alitum captura, Fiſkedrægt/ Fuglefang. Ponitur & pro præda ipſa quæ capitur. Ut, *capturam hoſti extorſit.* Item captura, quod ſcorto ſtupri cauſa datur. Ut, *captura proſtituarum.*

Captus, a, um, quod cepimus, faaedt/ fangett. *Capti hoſtes, captus locus*, qui ad ſacrificium legitimè conſtitutus. Sic, *captus judex, arbiter*, i. e. electus. Item *captus oculis*, i. e. cæcus. *Captus mente*, i. e. amens, h. e. mancus, & læſus iſtis partibus: Item captus re vel facto aliquo, forfaadt nogett.

Captivus, a, um, in bello captus, vinctus, fanget.

Captivitas, f. t. captivi conditio, Fengſell.

Captivo, as, act. pr. captivum facio, ἀδηλον.

Captus, us, m. q. ingenium & vis capiendi aliquid animo, forſtand/ Begribelſe. *Talis eſt hominum captus*, i. e. quo hoc vel illud animo capiunt.

Capto, as, act. pr. illecebris & blanditiis capio, vel per captionem capere cupio, Sniger mig till/ ſlidſker/ ſtaar effter noget med ſmigger och Liſte/ Liſter. *Captat auram popularem.* Item, decipio, Skuffer/ fanger/ bedrager. *Sapius me captaſti.* Item *captas me impudicitia*, i. e. arguis.

Captatio, captandi actus. Ut, *captatio piſcium.*

Captator, qui blanditiis captat & venatur aliquid ab aliquo, Slidſker.

Captatorius, a, um, Jurisconſ. i. e. adulatorius. Ut, *captatoriæ inſtitutiones, ſcripturæ.*

Captito, as, aliud frequentativum à capto.

Capeſſo, is, ivi, itum, obtineo, ad capiendum eo, tager an/ tager paa ſig/ tager till ſig. *Capeſſit pugnam, domum. Capeſcere ſe in altum*, i. e. immittere. *Juſſa capeſſit*, i. e. perficit.

Capeſcendus, a, um, particip.

Capax, cis, om. t. quod capere vel continere poteſt; Rumdr/ viidt. *Vas capax: vas vini capax.* Et translatè, *animus capax, aures capaces.*

Capacitas, f. t. ipſa capacis ratio; Vidhed/ Rumhed. *Capacitas vaſis, animi.*

Capedo, inis, f. t. vas ligneum anſatum, amplum & capax, quo utebantur in ſacris Deorum, Hancke balle eller itt ſtoert Koffſken eller Knabſtob. Item ſpacium alicujus capax, Vide/ Rum/ Vidhed.

Capeduncula, f. pr. parva capedo, Spand/ Strippe eller Koffſken.

Capis, Liv. idem quod capedo. Aliter græcæ habetur originis, à κάπη: exponiturq; vas oblongum fictile. Sed & ſic ejusdem originis eſt cum capio, à κάπω. Aliter à κάμπω, incurvo, inflecto, quaſi vas incurvum.

Capidula, deminutivum.

Capula, itidem vas eſt anſatum, Koffſken/ Spand/ Strippe.

Capulo, as, act. pr. dolium capulâ depleo, Fylder/ tylder. *oleum capulat.*

Capulator, oris, m. t. qui capulat.

Capitium, Varr. tegmen pectoris muliebre, ſic dictum quod pectus capiat, Bryſtdug. Nonius interpretatur *capitis tegmen*; & fuit ea prolixitate, ut non tantum caput, ſed & pectus tegeret & caperet.

Capulus & capulum, ciſta mortuum capiens & includens, Liigkiſte. Item feretrum, quo ad ſepulcrum fertur, Liigbaare. Exponitur & nodi genus in funo, quo indomita animalia capiuntur, Rende ſnare. Item manubrium gladii. Ut, *capulo tenus abdidit enſem.*

Capularis, ſenex morti vicinus & quaſi mox capulo efferendus, vdleffuedt / ſom gaar paa Graffs bredde. *Capulare ſtamen* apud Plaut. pro vita brevi & morti vicina: *Capularis reus*, qui capulo dignus eſt, ſkyldig at døe.

Compoſita.

Accipio, is, act. t. oblatum ad me capio, vel volenti animo ad me capio, tager til mig/annammer/faaer. *Accipere excuſationem, ſatisfactionem, rogationem, admonitionem: ab aliquo literas, nuncium, oppidum defendendum, honores, judicium, voluntatem alicujus erga ſe: leges, preces, fidem: pro aliquo vulnus, fiduciam, teſtimonium, mandata, provinciam, tabellarium locupletem.* *Accipere beneficium in contumeliam*, eſt convertere: *accipere in bonam, meliorem, malam partem*, i. e. interpretari. *Accipere verbis aliquid patienter, duriùs, clementer, hilarè, leniter: auribus accipere: animo & oculis: ſenſu accipere*, i. e. cognoſcere: *falſam de aliquo accipere ſuſpicionem. Hæc de ejus amore accipe*, i. e. intellige. *Accepi Catonem in ſenectute literas didiciſſe*, i. e. intellexi. *Accipere fidem publicam*, tage och faa fri Leide. *Accipere aliquem liberaliter*, pleje en vel / è conviviis nata ſignificatione. *Ab eo publicè accepit tantidem*, i. e. conduxit. *Accipe*, i. e. attende.

Acceptio, accipiendi actus.

Accepto, as, accipere ſoleo aut cupio, Tager med tack/ tager gierne. *Acceptat munera, oblatum.*

Acceptor, oris, m. t. *Unde illorum falſis verbis acceptor fui*, i. e. approbator.

Acceptrix, f. t. quæ accipit & approbat.

Acceptrica, f. pr. antiquis idem.

Acceptus, a, um, quod accepimus, Annammet/ Opbaaret. *Accepta rogatio: acceptum beneficium.* Et *hoc tibi acceptum refero: Quietem ſenectutis acceptam refero tuæ clementiæ*, i. e. imputo, tilregner / tilegger/ ſom faaedt aff dig.

Acceſſo, Veter. pro acceperim.

Accipiter, tris, m. t. omnis generis avis rapax, ab accipiendo dicta, Saa ſom en Glinte/ høg oc andre ſaadanne. *Accipiter minor*, Spurre høg. Et translatè, *accipiter pecuniæ*, pro homine rapace.

Accipitrinus, a, um, quod eſt accipitris. Ut, *accipitrina ungula: pes accipitrinus*, nomen herbæ.

Antecapio, Saluſt. & Tacit. idem quod anticipo. Ut, *antecapere noctem, pontem fluminis.*

Anticipo, as, agendo & quaſi capiendo prævenio, Forkommer. *Anticipare diem: anticipas ejus dici moleſtiam.*

Anticipatio, anticipandi actus; & *anticipatio quædam Deorum*, eſt antecepta quædam eorum in animo informatio.

Anticipatus, a, um, quod anticipavimus. Ut, *ita eſt informatum, anticipatumq; mentibus noſtris.*

Concipio, ſimul capio, ut, *concipit mulier*, vndfanger vdi Liffuet. *Concipere animo*, forfatte / begribe i ſinder. *Concipere aquam vaſe aliquo. Concipere verba*, forfatter eller forſkriffuer nogle viſſe ord: quæ alter totidem verbis referat: aut dictare alicui certa verba. *Concipere vadimonium*, i. e. vadimonii formulam certis verbis præſcribere vel dictare.

Conceptio, onis, f. t. concipiendi actus; Et peculiariter Grammatica figura, Græcè dicta ſyllepſis.

Conceptus, a, um, quod concepimus, Befattet/ forfattet/ begrebet/ vndfanget. *Verba concepta, viſſe forfattet ord. Concepta æſtu peſtis. Verbis conceptis jurat*, i. e. certâ verborum formâ, quam jurejurando præit is, qui juramentum defert. Et abſolutè, Jurisconſ. *conceptus*, qui ſpurius eſt.

Conceptus, us, m. q. idem quod conceptio. Ut, *conceptus fœminæ*, quo concepit in utero: *conceptus*, fœtus ipſe in utero conceptus, Foſter. Item *conceptus mentis*, i. e. notio communis mente concepta, Befattelſe / begribelſe / rancke. Item formula aliquid dictitans.

Conceptaculum, quod aliquid continet; ut, *ſanguinis conceptaculum* eſt vena. Et translatè *ſuperbiæ conceptaculum in ſupercilijs*, i. e. ſedes.

Conceptivæ feriæ dicebantur, quæ quotannis quidem fiebant, ſed modo hoc modo illo die & tempore, ut Magiſtratui videbatur, quales erant ſementinæ, compitalia & agonalia.

Præconceptus, Plin. ante conceptus. Ut, *ſpinetum præconceptum exhalant.*

Decipio, is, act. t. verbo factóve aliquem capio & deludo, Skuffer / beſuiger / forſneller. *Decipit me verbis. Decipit nos arte.*

Decipula, f. pr. inſtrumentum decipiendis avibus aut muribus, Slagbur/ Felde/ Fugleſtang / Kæfſtampe eller andet ſnarer eller garn at fange med.

Decipulum, n. ſ. apud Apul. idem, Slagbur.

Diſcepto, as, n. pr. quaſi diverſim adverſarium capto, Trætter/ klamrer med nogen oc vil vinde. *Armis non legibus de jure diſceptat.* Et activè, *diſcepto quæſtionem, propoſitum, controverſias, bella*, i. e. diſceptando dijudico, forklarer/ forretter/ paakiender / ſkiller trætte ad.

Diſceptatus, a, um, quod diſceptavimus.

Diſceptatio, actus quo aliquid diſceptatur. Ut *diſceptatio rei, juris:* Et *diſceptatio hominum*, quâ homines diſceptant.

Diſceptator, m. t. qui diſceptat: eſtq; rei ſententiæq; moderator, Skilsmand / vnderhandler. *Populo Romano diſceptatore uti volo.* Et in gen. fœmin. *Dialectica veri & falſi diſceptatrix & judex.*

Excipio, is, cepi, ceptum, act. t. ex multis unum ferè aliquod capio, Afftager / vdtager / tager for ud. *Sceleſtus, qui illum vidulum excepit.* Et *ex mortalibus neminem excipit*, tager ingen for ud / vndertager. Item à modo electionis inter excipiendum, ſtudiosè ad me recipio, Tager venligen mod nogen / optager. *Excipit miſeros, hoſtes, fures, ſcripta dictatáq;:* Et addito modo: *Excipit hoſpitio*, Herbergerer / laaner Huuſ. *Excipit aure*, høret till. *Et vaſe excipit*, tager op i it kar. *Excipere brachiis*, Omfaffner. *Excipere clamoribus*, raaber efter en. Item applaudere, Samtycke oc raabe Lycke. *Excipere gremio*, tage i ſit ſkød. *Excipere oſculo*, kyſſe. *Excipere gladio*, tage mod en med en kaarde. *Excipere cicatricem corpore*, tage paa ſin krop / Bøde med kroppen. Et *excipere ſe in genua*, giffue ſig paa knæene / reiſe ſig op.

Exceptio, excipiendi actus, vndertagelſe / fortagelſe. *Communitas rerum ſine omni exceptione: cum exceptione laudare*, pro non integrè, I ſomme ſtycker/ icke i alt.

Excepto, as, idem quod excipio, ſeu ſæpiùs excipio. Ut, *piſces de piſcina exceptat: exceptat hoſtem: exceptat auras levis.*

Ex-

Exceptus, a, um, quod excepimus.

Exceptitius, a, um, Plin. quod excipitur. Ut, *filigo exceptitia*, quæ ab alia filigine excipitur, & ſine ariſta creſcit.

Excipulus, m. ſ. rete vel ſeptum, quo anguillæ excipiuntur capiunturque, Aallruſe eller Aalgaarde. Item vas, quo ſive ſuccum ſive humorem aliquem excipimus, Dryppekar/ Bytte/ trug/ tappetrug/ Bradepande / piſcepotte och andet ſaadant.

Excipuus, a, um, veteribus quod excipitur.

Incipio, pis, n. t. initium rei alicujus capio & facio, Begynder/tager mig for/ypper. *Incipit diſcere: incipit eſſe probus*: *Incipit rationem, orationem, &c. Hoc ne incipe*: ſcilicet ſubintellecto verbo facere, vel alio tali. *Incipiſſe*, impetrat. pro incipe, & *incipiſſam* pro incipiam.

Inceptio, actus quo aliquid incipimus, Begyndelſe. *Inceptio eſt amentium non amantium.*

Inceptor, oris, m. t. qui incipit aliquid.

Inceptus, a, um, quod incepimus, Begynt. *Hæc à me incepta ſunt.* Et abſolutè, *inceptum* pro principio & inſtituto, Begyndelſe / forſett / det ſom mand haffuer begynt oc fortaget ſig. Sed & ſcribitur hoc alibi per œ, quaſi eſſet à cœptus, ut & incœptio.

Incepto, as, ſæpius incipio. Ut, *video quod inceptat facinus.*

Intercipio, act. t. quaſi inter eundum ſeu in itinere capio, Tager op paa vejen / ſnapper op. *Redimes, niſi hoſtes interceperint.* Sic *intercipere literas.* Et translatè, per inſidias & præter opinionem capio. Ut, *intercipere regnum; intercipere victoriam*, Snappe oc ſnige ſig ſaadant till. *Morbo intercipitur*, i e. antequam ad propoſitum veniat.

Interceptio, actus intercipiendi. Ut, *interceptio poculi.*

Interceptor, oris, m. t. qui intercipit, Opſnapper. *Interceptor prædæ.* Et translatè, *interceptor litis alienæ.*

Interceptus, a, um, quod intercepimus; ut, *præda intercepta*: *literæ interceptæ.* Et translatè, interceptus mortalitate, pro præventus & præpeditus.

Occipio, is, occœpi, n. t. idem quod incipio. Ut, *miles me amare occœpit*: *occœpi narrare.*

Occepio, veteribus, pro incepero.

Occupo, as, act. pr. contra vel erga alios aliquid capio, tager ind for andre. *Gracchus regnum occupare conatus eſt*, Et conſequenter vi aliquid capio, tager ind med magt: *Urbem hanc accepi, non occupavi.* Item occupo pro prævenio, forkommer: *occupat loqui.* Item invenio, finder paa. *Occupo mihi aliquod conſilium.* Item præſideo, Beſidder: *Familiam optimam occupavit.* Item totum & omninò capio, tager ſlett hen/ Betager. *Occupat ſe ad illud negotium.* Et *in delenda urbe occupatur.* Sic, *occupatus eſt iſti rei.* Et in ſcholis *auditioni occupatus eſt.*

Occupatio, occupandi actus, quo, ſcilicet, quis occupatur, Betagelſe och beſtilling. *In maximis occupationibus nunquam intermittis ſtudia doctrinæ. Occupatio fori*, Indtagelſe. Item occupatio, figura quædam Rhetorica.

Occupatus, a, um, quod occupavimus, Betagen/ Indtagen. *Occupatus huic rei*: *occupata domus.* Et amiſſo tempore, *homo occupatiſſimus*, Megit och alt delis wledig: *Occupata pecunia quæ non eſt otioſa*, Penge paa rente/eller i brug.

Occupaticius ager, qui à propriis cultoribus deſertus, ab aliis occupatur.

Anteoccupo, as, antequam alius objiciat aut agit, capio: Ut *anteoccupat quod putat opponi.*

Anteoccupatio, Rhetorica quædam figura.

Præoccupo, as, idem quod anteoccupo, ſive priori loco capio; forſt betager/tager for eller for ind. *Timor præoccupat animos*: *præoccupat ille ad populum*: *partes quas mihi ſumpſeram, præoccupavit oratio tua.*

Præoccupatio, præoccupandi actus. Et ſpecialiter figura quædam Rhetorica.

Percipio, is, act. t. totum vel omninò capio; ut *fructus percipit*, quaſi colligit: *ſerit, percipit & condit fructus. Horror membra mihi percipit*, i. e. invadit me. Et *percipit me morbus, odium.* Item ſimpliciter capio. Ut, *luctum percipio*, faar ſorg. *Et percipere aliquid oculis, animo*; Befatte/ begribe/ fornemme. *Vide ne herus percipiat*, faar at vide. *Exercitatione hoc percipi non poteſt*, Begribis.

Perceptio, percipiendi actus. Ut, *fructuum perceptio.*

Imperceptus, a, um, quod ſatis perceptum non eſt, quodvé ſatis percipi non poteſt; wbegribelig. *Minora majoribus imperceptiora.*

Præcipio, is, act. t. præveniendo capio, fortager. *Lac præcipit æſtus. Oratione blanda præcipit animos auditorum.* Et *præcipias licet gaudia, omnes te Dii oderunt.* Item animo capio ante, ſeu cognoſcendo & intelligendo ante capio res, fatter / forſtaar tilforne. *Magni ingenii eſt præcipere fatum cogitatione.* Item prius animo concepta alium doceo, Lærer fraa mig. *Præcipit de Eloquentia, de agricultura.* Et inde ex adjuncto quodam, mando & jubeo. Ut, *ſic mihi præcepit pater*, Byder.

Præceptio, onis, f. t. præcipiendi actus; Et ſpecialiter, qui in doctrina aut juſſu conſiſtit. Ut, *præceptio ſtoicorum; præceptio parentum.*

Præcepto, as, Antiquis frequenter præcipio.

Præceptor, oris, m. t. qui præcipit, & animo prius concepta alium docet, Scholemeſter/Læremeſter. *Præceptor vivendi, conſiliorum, amorum, fortitudinis.*

Præceptrix, quæ præcipit & docet. Ut, *Præceptrix vivendi ſapientia.*

Præceptus, a, um, quod præcepimus. Ut *præceptum tempus*: *præcepta bona*, i. e. ante capta & guſtata. Et abſolutè, *præceptum*, pro doctrina, diſciplina, juſſu. Ut, *monita & præcepta*: *inſtituta & præcepta.*

Præcipuus, a, um, quod præ aliis mihi & peculiare & proprium, Egett/ q. d. Mit for ud. *Tum communibus malis, tum præcipuis oppreſſus ſum*: *quod mihi conſuli præcipuum eſt præter cæteros, id jam privato cum cæteris eſt commune.* Item præcipuus, quod præ aliis eſt ratione dignitatis, Beſynderligt. *Meæ partes in iſta cauſa præcipuæ.* Sic, *præcipuum jus, dolor, opera, amor.*

Præcipuè, modo præcipuo, Beſynderligen. *Præcipuè colo, diſputo, obſervo.*

Recipio, pis, act. t. rem ſemel depoſitam traditámve rurſus capio, Tager til mig igien. *Recipiunt arma, quæ per pactionem tradidemnt*: *recepit urbem expugnatam, arcem amiſſam.* Item honoris & officii cauſa capio & ſuſcipio, tager till mig/ antager. *Xerxem recipere noluerunt.* Item revoco. Ut, *ſic ore effata recipit ad ſeſe.* Item, in tutum reduco. Ut *ex medio hoſte ipſum recepi.* Item, retrorſum cedo, etiam cum aliqua celeritate. Ut, *domum ſe recipit*, Skynder ſig hiem. *Recipere ſe à pugna*, Rycke tilbage. Item retineo. Ut, *poſticulum hoc recepit, cum ædes venderet.* Item rem aliquam ejuſq; eventum ſuſcipio, tager paa mig / vnderſtaaer mig. *Recipio me hoc facturum*: Et *hoc in me recipio.* Item, approbo, quaſi recipiendo. Ut, *hoc recipiunt Medici,*

dici, De giffuer det effter/antager/vedtager. Sic *usus hoc recipit. Recipitur, ut nummos venditor accipiat. A te duas Epistolas recepi.* tilbage. Sic *recipere ensem*, est retrahere & à vulnere educere. *Recipere aliquem in custodiam & tueri*, tage en i forsuar: *In fidem. Recipere aliquem in civitatem. Recipere suos tectis ad epulas. Recipere se* est ad se redire, & animum ac vires resumere, komme till sig igien. Sic, *recipere se ad ingenium versutum.* Et *recipere sonum*, pro iterum assumere. Item, *recipere mandatum*, tage det paa sig at giøre. *Recipere causam alicujus defendendam. Recipere ingratiam*, tage til naade: tage i vensskab igien. *Recipio vobis me celeriter negotium confecturum*, i. e. polliceor.

Receptio, onis, recipiendi actus. Ut, *receptio ad alienum maritum.*

Recepto, as, frequenter & sæpè recipio.

Receptaculum, n. s. quod rem aliquam in se recipit, fang. *Alvus cibi potionisq; est receptaculum: corpus est quasi vas aut aliquod animi receptaculum.* Item locus in quem quis se recipit, ut à vi & injuria tutus sit. Ut, *castellum illud receptaculum est hostium.*

Receptor, oris, m. t. qui recipit in suam fidem & tectum. Ut *receptor latronum, furum*, Heler/ forsuar.

Receptrix, f. t. quæ recipit.

Receptus, a, um, quod recepimus, Antagen. *Receptus in civitatem, cœlesti sede receptus.* Et *receptus mos*, Antagen/vedtagen. Et absolutè, *Receptum*, neut. gen. quod quis efficiendum in se recepit & pollicitus est, Vedtaget/ och det som en haffuer sig underskaaet. *Satisfecimus promisso ac recepto nostro.*

Receptus, us, m. q. recipiendi actus; & peculiariter, quo quis se pugna recipit, tilbage ryckelse/ tilbage skyndelse. *Facili receptu in propinqua castra militem tutatus est cæde* Inde *receptui signum dat, receptui canit*, i. e. tuba revocat à pugna. Et translatè, extra prælia, *à contemplandis miseriis, receptui cavit*, i. e. revocat. Item receptus, locus ipse, in quem se tuto recipit exercitus, Behold. *Planities ignota jacet, tutiq; receptus: Antonius nullum habet receptum nisi in partibus.*

Receptitius, a, um, quod in venditione aut alia quavis alienatione excipimus & nobis reservamus, forlodz ud/ for udtagen oc beholt. Ut, *servus receptitius*, quem nupta sibi reservavit, cum dotem marito daret.

Suscipio, is, act. t. quasi sublatum aliunde, sponte in me recipio, tager paa mig/ antager/paatager. *Suscipere onus, laborem, sumptus, munus, aliquid culpæ, culpam, consilium, cogitationem, curam, inimicitias pro aliis vel propter alios.* Sic *suscipere luctum, squalorem, sordes, pœnam, vigilias, vituperationem, turpitudinem vitæ*, i. e. subire. Et *suscipere facinus, scelus*, in se, admittere, & committere, Giøre oc bedriffue / tage paa sig. Item *suscipere liberos ex aliquo aut aliqua*, i. e. habere, faa Børn. Et passivè, *in lucem susceptus est*, i. e. natus. *Suscipere virtutem alicujus*, i. e. complecti, Antage/ kiende oc tage for gott. Item *suscipere æs alienum amicorum causa*, i. e. conflare, giør sig gield. *Suscipere odium in aliquem*, fatte had til nogen.

Susceptio, suscipiendi actus. Ut, *susceptio causæ.*

Susceptor, Eccles. qui in baptismo pro baptizando spondet, ejusq; curam in institutione divina suscipit, Faddere.

Susceptus, a, um, quod suscepimus. Ut *susceptum, negotium.* Et *suscepta est mihi de te proles*, i. e. nata. Ponitur & absolutè, susceptum. Ut *suscepta magna difficulter crescunt.*

Insusceptus, a, um, non susceptus, quod non suscepimus. Ut, *votum insuscepturn.*

Composita cum aliis vocibus.

Auceps, cupis, com. t. qui vel quæ aucupatur, & aves capit, Fuglefenger.

Aucupium, n. s. aucupis & aucupandarum avium ars & artificium, Fuglefengerj/ Fuglefang / Fuglefenger konst. *Hic quæstus noster aucupii similimus est.* Et translatè, illecebræ, Locken/ *aucupium delectationis.*

Aucupatorius, a, um, quod ad aucupium pertinet, ut, *calami aucupatorii*, quibus utimur ad capiendas aves. Sic, *aucupatoria amplitudo*, quæ satis est calamis aucupatoriis.

Aucupor, aris, dep. pr. aves capio, Fanger Fugle/ Locker Fugle. Et translatè, singulari quodam artificio & solertia capio. Ut, *aucupari alicujus gratiam*, Staar behendelig effter noget. Sic, *aucupari ramusculos imperitorum hominum.*

Aucupo, as, antiquè, idem. Ut, *aucupat sermones nostros.* Et, *aucupemus ex insidiis clanculum quam rem gerant.*

Aucupatio, aucupandi actus, Fuglefang.

Deinceps, pis, apud veteres pro eo, qui deinde cepit, h. e. incepit. Sed hodie tantum adverbium est ordinis aut temporis significans. Deinde, nimirum post primum inceptum, Her effter / i frem tiden. *Velim deinceps meliora sint.* Item per vices, en effter anden. *Tres fratres video deinceps tribunos plebis per triennium fore.* Et *deinceps in lege est, ut de ritibus colantur optimi*, h. e. porrò, præterea, fremdeles.

Forceps, cipis, m. t. quasi forviceps: instrumentum est bisulcum quod forvum, i. e. candens metallum capit, Smedie tang; vel simpliciter ignem, Ildtang/ Ildkloffue/ Klemme. Item anatomicis dicuntur *forcipes* ossa transversa in temporibus quæ aures complectuntur. Item in piscibus forceps, brachia quibus cancri præhendunt, Krabbe eller Gümmer sax.

Forcipata, brachia cancrorum, i. e. brachia quæ forcipem referunt.

Formucapes, antiquis plur. à singulari formuceps seu formiceps, idem quod forceps.

Manceps, pis, m. t. qui conducit vel emit aliquod publicum; sic dictus, quòd sublata manu, significabat se auctorem emptionis esse, & quasi manu capere, qualis est conductor, redemptor, sector, publicanus, de quibus suis locis, Som haandfester sig noget til aff Mennigheden/dog paa affgifft. Item manceps, qui aliquid mancipat, & in Dominium alterius tradit. Ut, *ego mancipem te nihil moror*, Som affhender oc haandfester.

Mancipo, as, act. pr. in dominium & mancipium alterius trado, vendo certa verborum formula & ritu in absolutum & perpetuum dominium, Affhender/ Selger anden til brug oc eye: Sköder noget till anden. Ut, *alienos mancipatis, alienos manu emittitis: hoc tibi mancipo: tribunatum mancipo.* Et, *usus quædam sibi mancipat*, i. e. vendicat & assumit, & quasi manu capit.

Mancipium, n. s. quod mancipatur, Affhendelse/ Selgerskab/ Skøde. Item *mancipium* dicitur ipse qui mancipatur, Trell/ Slave. Item *mancipium* dicitur jus quod in re mancipata habetur, Affhendelses ret. Item *mancipium* dicitur ipsa res mancipata, Affhendelse/ Selgerskab/ Skøde. Item *mancipium* dicitur pretium quo res mancipatur, Affhendelses penge/ Skøde penge.

Mancipor, aris, dep. pr. mancipium accipio, Affhender/ Selger anden til brug oc eye: Skøder noget till anden. Ut, *mancipor tibi.*

Mancipatio, mancipandi actus, Affhendelse/ Selgerskab/ Skøde.

Mancipatus, a, um, mancipio datus, Affhendt/ Solgt/ Skødet.

Manumitto, is, act. t. quasi manu mittere, Frigiør/ Løsgiør/ Affhender/ Selger anden til frihed. *Manumittere servum*, Frigiør en Trell. *Manumittere filium*, Affhender/ Selger sin Søn til frihed. *Manumittere agrum*, Affhender/ Selger Agre til frihed. *Manumittere vectigalia*, Affhender/ Selger Told til frihed. *Manumittere libertatem*, Affhender/ Selger Frihed. *Manumittere vitam*, Affhender/ Selger Liffuet. *Manumittere pudicitiam*, Affhender/ Selger Ærbarhed. *Manumittere se ad turpitudinem*, Affhender/ Selger sig til Skiendsel. *Manumittere se ad voluptates*, Affhender/ Selger sig til Lyster. *Manumittere se ad ignaviam*, Affhender/ Selger sig til Dorskhed. *Manumittere se ad vitia*, Affhender/ Selger sig til Laster. *Manumittere se ad mortem*, Affhender/ Selger sig til Døden. *Manumittere se ad pericula*, Affhender/ Selger sig til Fare. *Manumittere se ad labores*, Affhender/ Selger sig til Arbeyde. *Manumittere se ad studia*, Affhender/ Selger sig til Studia. *Manumittere se ad bellum*, Affhender/ Selger sig til Krig. *Manumittere se ad pugnam*, Affhender/ Selger sig til Kamp. *Manumittere se ad mercaturam*, Affhender/ Selger sig til Kiøbmandskab. *Manumittere se ad negotiationem*, Affhender/ Selger sig til Handel. *Manumittere se ad militiam*, Affhender/ Selger sig til Krigstieneste. *Manumittere se ad aliquem*, Affhender/ Selger sig til nogen. *Manumittere se ad aliquem ut ejus clientem*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Klient. *Manumittere se ad aliquem ut ejus discipulum*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Discipel. *Manumittere se ad aliquem ut ejus amicum*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Ven. *Manumittere se ad aliquem ut ejus familiarem*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Familiar. *Manumittere se ad aliquem ut ejus servum*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Trell. *Manumittere se ad aliquem ut ejus mancipium*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Trell. *Manumittere se ad aliquem ut ejus colonum*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Bonde. *Manumittere se ad aliquem ut ejus subditum*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Undersaat. *Manumittere se ad aliquem ut ejus vassallum*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Vasall. *Manumittere se ad aliquem ut ejus famulum*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Tienere. *Manumittere se ad aliquem ut ejus ministrum*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Minister. *Manumittere se ad aliquem ut ejus satellitem*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Satellit. *Manumittere se ad aliquem ut ejus adulatorem*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Smigrer. *Manumittere se ad aliquem ut ejus parasitum*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Parasit. *Manumittere se ad aliquem ut ejus scurram*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Skiemt. *Manumittere se ad aliquem ut ejus scortum*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Skiøge. *Manumittere se ad aliquem ut ejus concubinam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Medhustrue. *Manumittere se ad aliquem ut ejus uxorem*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Hustrue. *Manumittere se ad aliquem ut ejus virum*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Mand. *Manumittere se ad aliquem ut ejus amasium*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Elskere. *Manumittere se ad aliquem ut ejus amasiam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hendis Elskere. *Manumittere se ad aliquem ut ejus amicum*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Ven. *Manumittere se ad aliquem ut ejus amicam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hendis Ven. *Manumittere se ad aliquem ut ejus inimicum*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Fiende. *Manumittere se ad aliquem ut ejus inimicam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hendis Fiende. *Manumittere se ad aliquem ut ejus hostem*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Fiende. *Manumittere se ad aliquem ut ejus hostem*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hendis Fiende. *Manumittere se ad aliquem ut ejus proditorem*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Forræder. *Manumittere se ad aliquem ut ejus proditricem*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hendis Forræder. *Manumittere se ad aliquem ut ejus parricidam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Fadermorder. *Manumittere se ad aliquem ut ejus parricidam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hendis Fadermorder. *Manumittere se ad aliquem ut ejus matricidam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Modermorder. *Manumittere se ad aliquem ut ejus matricidam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hendis Modermorder. *Manumittere se ad aliquem ut ejus fratricidam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Brodermorder. *Manumittere se ad aliquem ut ejus fratricidam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hendis Brodermorder. *Manumittere se ad aliquem ut ejus sororicidam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Søstermorder. *Manumittere se ad aliquem ut ejus sororicidam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hendis Søstermorder. *Manumittere se ad aliquem ut ejus filicidam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Børnemorder. *Manumittere se ad aliquem ut ejus filicidam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hendis Børnemorder. *Manumittere se ad aliquem ut ejus uxoricidam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Hustrumorder. *Manumittere se ad aliquem ut ejus uxoricidam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hendis Hustrumorder. *Manumittere se ad aliquem ut ejus virum*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Mand. *Manumittere se ad aliquem ut ejus amasium*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Elskere. *Manumittere se ad aliquem ut ejus amasiam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hendis Elskere. *Manumittere se ad aliquem ut ejus amicum*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Ven. *Manumittere se ad aliquem ut ejus amicam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hendis Ven. *Manumittere se ad aliquem ut ejus inimicum*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Fiende. *Manumittere se ad aliquem ut ejus inimicam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hendis Fiende. *Manumittere se ad aliquem ut ejus hostem*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Fiende. *Manumittere se ad aliquem ut ejus hostem*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hendis Fiende. *Manumittere se ad aliquem ut ejus proditorem*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Forræder. *Manumittere se ad aliquem ut ejus proditricem*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hendis Forræder. *Manumittere se ad aliquem ut ejus parricidam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Fadermorder. *Manumittere se ad aliquem ut ejus parricidam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hendis Fadermorder. *Manumittere se ad aliquem ut ejus matricidam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Modermorder. *Manumittere se ad aliquem ut ejus matricidam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hendis Modermorder. *Manumittere se ad aliquem ut ejus fratricidam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Brodermorder. *Manumittere se ad aliquem ut ejus fratricidam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hendis Brodermorder. *Manumittere se ad aliquem ut ejus sororicidam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Søstermorder. *Manumittere se ad aliquem ut ejus sororicidam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hendis Søstermorder. *Manumittere se ad aliquem ut ejus filicidam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Børnemorder. *Manumittere se ad aliquem ut ejus filicidam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hendis Børnemorder. *Manumittere se ad aliquem ut ejus uxoricidam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hans Hustrumorder. *Manumittere se ad aliquem ut ejus uxoricidam*, Affhender/ Selger sig til nogen at vere hendis Hustrumorder.

Mancipatio, mancipandi actus, Affhendelſe/ ſkøde: fiebatq; hoc ritu: adhibitis non minus quam quinq; teſtibus civibus Romanis puberibus & eo, qui libripens dicitur, is qui mancipium accepit, æs tenens ita dixit: Hunc ego hominem ex jure Quiritium, meum eſſe ajo: isq; mihi emptus eſt hoc ære, æneaq; libra. Deinde ære percutiebat libram, idq; æs ei dabat, à quo mancipium accipiebat, quaſi pretii loco.

Mancipatus, a, um, quod mancipavimus, Affhender oc bortſkøtt. Et translatè devinctus, aſtrictus. Ut, *ſenectus nemini debet eſſe mancipata.* Sic *mancipatus tribunatus*, quaſi venditus.

Mancipium & mancupium, n. ſ. homo in bello captus & ſervituti ſubjectus, ſic dictus, quòd manu capiatur, fangen i Krig. *Nulla ſpes prædæ niſi ex mancipiis.* Sed & mancipium eſt in quem, ſive redemptione ſive aliis modis acquiſitum, ſummum jus habemus, Liffegen/træl. Item mancipium pro ipſo jure & dominio, quod in mancipium habemus, hals oc haand/ mact oc myndighed offuer noget. Unde *uxor dicitur eſſe in mancipio mariti*, i. e. dominio. Et *mancipio tibi do*, Haandfeſter bort/giffuer hals oc haand. Et *mancipio accipio*, faar hals oc haand paa noget/haandfeſter mig til. Et *eſſe ſui mancipii* pro eſſe ſui juris & dominii, nec alterius dominio ſubjectum. Sic *res mancipi ſeu mancupi*, quæ in noſtro eſt dominio, J haand oc hæffd. Et *emptio mancipi*, quâ aliquid in mancipium & dominium accipio.

Emancipo, as, n. pr. ex libero me quaſi mancipium facio, giør ſig till træll / trælbinder / flæd/ fører. *Mulier me tibi nunc emancipo.* Item quaſi ex mancipio liberum facio. Ut, *emancipare agrum* eſt alienare, & è mancipio, i. e. dominio & poſſeſſione emittere & alteri poſſidendum relinquere, ita tamen, ut inde ad nos ſingulis annis redeat proventus, Feſte nogen jord eller gaard bort till evig eje / dog paa jord ſkyld och affgifft. Item *emancipare filium*, eſt extra dominium noſtrum ponere & ſui juris facere.

Emancipatio, f. t. emancipandi actus.

Emancipatus, a, um, quod emancipavimus. *Senectus nemini emancipata: homo ad omne facinus emancipatus.*

Remancipo, as, rem mancipatam reddo. Ut, *mancipanti remancipo.*

Remancipatus, a, um, quod remancipavimus.

Municipes, cujus ſingulare municeps, m. t. Romanis dicebantur fœderati, qui non Romanis ſed propriis legibus vivebant, & tamen munera publica & honores cum Romanis capiebant, h. e. honorum Romanorum erant participes. Inde municeps, qui in numerum civium aſſcriptus eſt, & fit munerum civilium particeps.

Municipalis, le, om. t. quod ad municipes pertinet, ut, *jus municipale*, frj borgelig Low och ræt. *Municipalis Magiſtratus; municipalia ſacra.* Et *municipales homines*, qui in municipiis degunt: Et translatè, ſimplices, utpote qui minus erant callidi & aſtuti quam illi in urbe.

Municipium, n. ſ civitas municipum, fri ſtad oc Mennighed. Municipia coloniis præferebantur: coloniæ præfecturis: Præfecturæ foris: fora conciliabulis. De quibus ſuis locis.

Municipatim, adverb. per municipia, ut oppidatim.

Muſcipula, æ, f. pr. machina, quâ mures capiuntur, Muſefelde.

Nuncupo, as, act. pr. nomino, ſive nomen impono, giffuer naffn / næffner / kalder. *Nuncupas me inſveto nomine.* Inde *nuncupare Diis vota*, pro imperio req; alia, eſt facere vota & deſtinare, giøre Løffte/ bede for noget. Et *nuncupare teſtamentum*, eſt viva voce ſupremam voluntatem declarare.

Nuncupatus, a, um, quod nuncupavimus. Ut, *res utiles vocabulis Deorum eſſe nuncupatas*: *Nuncupatus hæres*, qui nominatus eſt voce, non ſcripto.

Nuncupor, aris, dep. pr. idem quod nuncupo.

Particeps, cipis, om. t. qui partem alicujus rei, aut cum aliquo partem aliquam capit, Deelactig udi. Hic *meus particeps eſt*: Et *particeps eſt laborum*: *& particeps in laboribus & periculis.*

Participium, n. ſ. Grammat. pars orationis, Nominis & verbi particeps.

Participo, as, act. pr. participem facio, giør deelactig/meddeeler. *Serbum ſui conſilii participat*: *participavit eum ſuo ſermone, de heri amica*: *ſuas laudes participat cum cæſone.* Item participo, particeps fio, ſeu partem capio, tager en deel/bliffuer deelactig/ faar en Rem aff Huden. *Peſtem participat parem, qui alteri exitium parat.*

Participandus, a, um; Ut, *laudes participandæ aliis.*

Princeps, pis, om. t. qui primus aliquid incipit, auctor, Formand / førſte mand / Førſte Begynder. *Sicilia princeps ſe ad amicitiam populi Romani applicuit. Herodotus, qui princeps hoc genus ornavit. Gorgias princeps ex omnibus auſus eſt.* Et *princeps ardentem conjecit lampada Turnus.* Sic, *princeps menſis*, pro Januario, qui primus annum auſpicatur. Inde ratione dignitatis, qui præcipuæ eſt auctoritatis, ut is qui primus aliquid audet, Førſte / formand. *Princeps civitatis Pompejus, Juno Dearum princeps.* Sic *Princeps imperii, regionis;* Førſte oc Herre. *Princeps Philoſophiæ Plato.* Et in militia Romana *Principes* dicebantur, ſecundæ aciei milites, ex robuſtiore ferè ætate collecti & armis maximè inſignes: ad quos ſe recipiebant Romani, ſi ab hoſtibus fugarentur. Item *locus Princeps*, pro prima in Republ. auctoritate & munere. Ut, *principem locum in Republ. obtinet*, øffuerſte kald oc ſæde. Atq; ſic Princeps dicitur ratione temporis, ordinis & dignitatis.

Principalis, le, om. t. quod eſt principis loci primum & præcipuum, Fornemmeligſt / Beſynderligſt. *Principalis ſignificatio, quæſtio, membrum orationis*: *Cauſa apparatus principalis.* Item *res principales* ſunt principis, vel principe dignæ: *Principalis porta*, quæ eo erat in loco, in quo principes ordines tendunt. *Principalis chorda*, in Muſica, quæ gravem reddit ſonum.

Principalitas, Macr. principalis rei ratio.

Principaliter, modo principali. Ut, *mores juventutis principaliter format. Gaudet principaliter*, Førſtelig/beſynderlig/ fornemmelig.

Principatus, us, m. q. principis rei conditio & Principis munus, dignitas, primæ partes, Førſtelighed / fortræn. *Principatus ſummorum virorum*: *Gallia hujus belli adminiſtrandi principatum habet*: *In tota dignitate principatus debetur pietati.* Et *dare alicui*

cui principatum, i. e. primas laudes. Ponitur & pro initio: Ut, *mundus ab aliquo temporis Principatu ortus est.*

Principium, n. ſ. principis rei, & ordine temporeq; primæ, affectus & ratio, **første begyndelſe.** *Principium dicendi. C, eſt principium nomini*, h. e. eſt capitalis litera nominis, **Hans første Boſſtaff er C/** cùm ſcilicet per ambages nomen innuimus ex litera initiali. Item, cauſa efficiens, auctor, origo, **første Aarſag oc oprindelſe til alle ting.** Ut, *principii nulla eſt origo.* Item rudimentorum & ſeminarii ratio. Ut, *principia naturæ*, quibus parere debemus. Et *principia rerum* ex quibus omnia conſtant, **Første Rod oc begyndelſe paa noget.** Sic pars prior, prævia. Ut, *principiis cognitis, multò facilius extrema intelligetis.* Et *à principio audit, dicit.* Et plural. principia, orum, ordo & agmen principum militum in acie, **Boſſuet Fane.** *Poſt Principia ſtabo*, pro ſtabo in tuto & citra periculum: quia hoc agmen medium erat inter haſtatos & triarios; ideoq; tutiore loco. Ponitur autem & ſæpè pro principibus militibus. Aliter princeps exponitur, qui primus munera capit.

Poſtprincipia, orum, n. plur. progreſſus alicujus rei, qui principia ſubſequitur, **Fremgang.** Ut, *voluptas & utilitas diſciplinarum in poſtprincipiis exiſtit: In principiis autem videntur inſuaves & ineptæ.* Sic, *eſt in poſtprincipiis: incipit à poſtprincipiis.*

Principiò, adverb. primo temporis loco, **I begyndelſen/ førſt.** *Principio vos credere oportet. Principiò hoc animantibus à natura tributum.*

Veſticeps, cipitis, m. t. qui annos pubertatis jam attigit, quaſi qui veſtem capit virilem, **Begynder at bliffue til mand.**

Urbicapi, Plautò, fictâ voce, qui verbis ſtrenui, manu inertes ſunt, quaſi qui verbis urbes capere volunt.

Uſucapio, is, act. t. uſu meum facio, **Hæffder til mig.** *Nihil mortales à Dijs immortalibus uſucapere poſſunt: Lex buſtum uſucapi vetat: de tutelâ legitimâ in qua dicitur eſſe puella, nihil uſucapi poteſt.* Scribitur autem modò conjunctim *uſucapio*; modò per hyphen *uſu-capio*: modò per thmeſin, *uſu hoc capio.*

Uſucapio, onis, f. t. jus poſſidendi quæſitum continuatione temporis, lege definiti, ſcilicet, quod in mobilibus erat trium annorum, & in immobilibus triginta aut quadraginta, **Hæffd och haand.**

Uſucaptus, a, um, quod uſucepimus, **Hæffdet.** Ut, *hæreditas uſucapta. Uſucapta mulier*, quæ extra annum cum viro manſit conſvetudine habitâ.

Uſurpo, vide in litera U.

Alia Compoſita.

Decapulo, as, capulo evacuo, & ex uno vaſe in aliud transfundo. Ut, *decapulare oleum*, **Omtapper/ fortapper/ tylder.**

Diſcapedino, as, act. pr. Apul. ficta voce, capedinem temporis inter canendum facio, **Holder ſlag med Haanden udi Sang.** *In canendo manus diſcapedinabit*, **Pavſeret.**

Intercapedo, f. t. capedo conſiderata inter ſua extrema ſeu terminos; **Imellom rum / viidhed eller rum imellom noget.** *Intercapedo locorum, temporis:* & *intercapedo agendi* pro mora & ſpacio inter agendum hoc & illud. Ut, *non pœnitet me feciſſe hanc intercapedinem ſcribendi*, At jeg haffuer giffuit mig ſtunder / eller viedt imellom at ſkriffue.

CAPRA, æ, f. pr. animalis genus virgultis nimis infeſtum, & noxium, à κάπτω, avidè comedo, rodo, quod virgulta nimis erodat, **Geed.** Item ſignum cæleſte, quæ, ut Poëtis placet; Amaltheæ capra fuit, cujus lacte educatus eſt Juppiter. Item capra, avis de gallinaginum genere, circa lacus & amnes verſantes, **Vibe.** Vulgò dicitur Vanellus. Vide Vannus. Aliter capra, quaſi crepa, à crepitu crurum. Item quod carpa à carpio.

Capella, æ, Virgil. parva capra.

Caper, pri, m. ſ. mas caprarum, ſed caſtratus, **Buckebede.** Inde abuſivè hircus. Aliter vocabulum habetur Hetruſcum. Item deducitur à κάπρος, i. e. aper, fortuita & rudi quadam denominatione.

Capero, as, Plaut. n. pr. frontem rugis contraho, & ſeveritatem vultus oſtendo: Metaphora ſumpta à caprorum frontibus criſpis, aut cornuum caprinorum rugis. Ut, *frontem hic caperat*, **Drager rynckerne i panden.** Et *caperat frons*, i. e. caperatur.

Caperatus, a, um, rugoſus. Ut, frons caperata, **Rynckedt pande.** Et tropicè, triſtis, ſevera.

Caprarius, Varr. m. ſ. cuſtos caprarum, **Geedehyrde.**

Caprea, æ, f. pr. ſylveſtris capra, **Raae/ Raaegeed.**

Capreolus, m. ſ. pullus capreæ, **Raaelam/ Raaebuck.** Item bicorne quoddam inſtrumentum ruſticum, **Tvegrænet Hacke/** ſom brugis udi **Vinhaffuer** eller **Humlehaffuer.** Item capreoli dicuntur tigna utrinq; proclinata, quæ canterios ſuſtinent, **Knæbond/ Biørnebond/ ſtiffver.** Capreoli, faſtigiata tigilla & in columellam ſuis capitibus nitentia, eamq; hinc inde firmantia ne nutet aut vacillet, **Stiffver / Buckshoffuedt.** *Capreolus tigni*, **tap/ Nocke/ blad.** Item *capreoli vitium*, ſunt cincinni uncinuli, quibus ſe innectere vites & ſuſpendere ſolent arboribus, quo adminiculo freti palmites ventos ac turbines continere queant; & ſine lapſu pediculorum fructus ſuos ſuſtineant, ac ſeſe vagâ proceritate diffundant, **Vinlocker/ ſnarer eller tacke ſom de ſatte med.** Capreolus etiam dicitur exterior auriculæ ambitus; ut interior ſcaphæ.

Capreus, a, um. Varr. ut, caprea vitis, quæ parit capreolum.

Caprile, lis, n. t. caprarum ſtabulum, **Geedehuuß/ Geedeſtie.**

Caprillus, a, um, idem quod caprinus.

Caprinus, a, um, quod eſt caprarum. Ut, *caprinus grex*, **Geedehiord.** *Caprina pellis*, **Geedeſkind.**

CAPRONÆ, arum, f. plur. jubæ equorum in frontem devexæ, dictæ quaſi à capite pronæ, **Stierne/ Man.** Exponitur & antiæ mulierum, crinesq; earum propenduli.

CAPSA, f. pr. κάψα, proprie area, in qua ſervantur edulia, à κάπτω, edo: aut à κάμπτω, incurvo, inflecto, ut ſit incurvâ ciſta, **Madkiſte/ Arck/ Ryggedt Kiſte eller Skab.** Aliter à capio deducitur.

Capſula, parva capſa, **Liden Kiſte.**

Capſella, idem.

Capſarius, m. ſ. capſarum opifex, **Skrinmager/ Snedicker.** Item cuſtos capſarum, qui pacta mercede veſtimenta in balneis ſervanda ſuſcipit, **Klædergiemmer.**

Capſus, ſive capſum, Vitr. locus in Rheda, in quo agitator ſedet, **Kiøre Suendz ſæde/ Vognſkrin.** Exponitur & currus tectus, quaſi à κάμπτω, incurvo, **Vognkarm.** Item pars Rhedæ, ubi qui vectantur ſedent, **Fadding eller Vognſæde.**

CAPUS, pi, & capo, onis, gallus eſt caſtratus, quaſi virilibus captus, Kapun. Et Iſidorus: capus Itala lingua dicitur à capiendo. Hunc noſtri Falconem vocant, eò quod incurvis ſit digitis. Item Capo, nomen piſcis, Græca voce Trigla, Ulke.

CAPUT, itis, n. t. pr. corr. pars animalis princeps è collo inſtar tuberis eminens, ſenſuumq; ſedes, à capio quod ſenſus omnes capiat: aut immediatè, & eadem cum capio origine, à κάπτω, comedo & ſpiro duobus præcipuis functionibus vitæq; principiis & adminiculis, quæ in capite ſedem habent, Hoffuet. Inde translatè globoſum & capiti ſimile. Ut, *caput roſæ*, *allii*, *clavæ*, *columnæ*, Knap/Knop. Et *caput apoſtematis*, ubi ſcilicet eruptionem minatur. Item initium alicujus rei. Ut, *caput verſus*: *à capite ad calcem*. Unde & *capita libri*, vel ſcripti dicuntur membra integra ſeorſim numero & titulis diſtincta, Capitler. Item principium, origo & auctor. Ut, *exiſtit hic caput ſceleris*, *proditionis*. Item quod in re principale eſt. Ut, *caput pecuniæ*, i. e. principalis ſumma, quæ fœnori data eſt, Hoffuitſtoel/Hoffuitſum. Ponitur & aliquando caput pro vita in re judiciaria, quia pœna erat potiſſimum capitis ſupplicium. Ut, *reus capitis*: licet actio erat non de truncando capite, ſed & frangenda gula aut perfodiendo pectore, &c. Sic, *capite cenſus* dicebatur, qui vita ſolum cenſebatur, non ære: ideoq; nec ad bellum admittebatur, ne, quia pauper erat, aut ſegniter rem ageret, aut abfugeret. Item caput dignitas, fama & exiſtimatio. Ut, *capitis deminutio*, in qua tale quid ſententiâ judicis amittitur. Aliter deducitur caput à κάρα, ejusdem ſignificationis: Item à κεφαλή, ejusdem. Item à κυφὸν, gibboſum & tuberoſum.

Capitulum, n. ſ. parvum caput.

Capitellum, li, n. ſ. Plin. idem. Et peculiariter inſtructuris, *capitellum columnæ*.

Capidulum, Feſt. genus veſtimenti, quo caput tegitur, Hue/hætte.

Capiſtrum, n. ſ. capitis vinculum, in Equis & ejusmodi animalibus, quo tenentur, Grime/Hoffuitlag/Hoffuetſtoell. Accipitur & pro fiſcella, qua Eqvus capiſtratur, Mulekurffue.

Capiſtro, as, act. pr. capiſtrum impono. Ut, *capiſtrare eqvum*, *bovem*, at ligge tømme paa/ſette Mulekurffue paa.

Capitalis, le, om. t. capitis ſupplicio dignum, ſkyldig til at døe. Item qui alterius capiti & fortunis inſidiatur, ſom ſtaar effter andens liff oc vellfærdt. Item locus, qui violatus capite violantis expiabatur. Hinc exempla: *capitale factum & vitium*, quo quis capitis pœnam meretur. *Capitalis homo*, *oratio*, *ira*, *odium*, *morbus*: quæ alii exitium moliuntur. *Capital*. neutrum apud veteres pro capitale. Ut, *capital facinus*. Item *capital linteolum*, quo ſacerdotulæ in ſacrificiis capita tegebant. Item *capitales triumviri*, qui præerant carceri, puniebant damnatos, itemq; cognoſcebant de factis admiſſisq; ſervorum aut ejusmodi viliorum capitum ad Mænianam columnam.

Capitaliter, ut, *capitaliter me laceſſit*.

Capitatio, Juriſconſ. f. t. tributum ex capite, ut jugatio ex jugis boum, Skat aff huer hoffuedt.

Capitatus, a, um, capite inſignis, ſtoer hoffuedet. *Clavus capitatus*, Søm. Et ſimpliciter quod formam capitis habet, Hoffuitlig/Knoppet. *Capitatum porrum*, & à regione Aricinum. *Capitata vinea*. Et *braſſica capitata*, Kabudtzkaall/ aliàs tritiana & imperialis.

Capito, onis, cui eſt magnum caput, Stoorhoffuet/Bulhoffuet/Klophoffuet. Item qui de ſua ſententia diſcedere nolit, magna de ſe vel reipſa ſumpta opinione, Stoorhoffuet/ der vill gaa effter ſit hoffuet allenniſte. Item piſcis nomen inſigniter capitati, Aalquab.

Capitoſus, a, um, quod eſt magno capito, Stoorhoffuet. Ut *capitoſum animal*, *capitoſus piſcis*. Dicitur etiam de eo, qui eſt duri capitis, haardhoffuet/ itt hoffuet ſom itt Turhoffuet.

Capitulatus, a, um, quod capitelli ſimile quid habet.

Capitulatim, adver. Plin. per capita, per membra, Styckviiß/Capittelviiß.

Compoſita.

Anceps, cipitis, Antiquè ancipes, om. t. quaſi quod ex utraq; parte æquè capi poteſt: aut quod ex utraq; parte caput habet; ut, ſecuris bipennis. Et quod utrinq; acutum eſt. Ut, *ferrum anceps*: *gladius anceps*: *ſecuricula anceps*: Tueægget/huaß til begge ſider/ eller til begge hender. Et *ancipites beſtiæ*, quæ in aqua & terra, quaſi utriusq; vel geminæ naturæ, vivere poſſunt; Græca voce amphibia. *Cibus anceps*, qui huic ſalutaris, illi inimicus eſt. *Anceps hiſtoria*, i. e. duplex. Et translatè, dubius & ambiguus. Ut, *anceps fortuna belli*, tuiffl ſom. *Dicendi incerti & ancipites caſus*. *Anceps contentio*, *cauſa*, *cura*, *diſputatio*. Et *anceps verborum poteſtas*.

Atricapilla, læ, f. pr. avis ex genere ficedularum, ſic dicta quòd ſummum ejus caput nigrum ſit.

Biceps, itis, om. t. *qui duo habet capita*.

Caniceps, Plin. animal caninam faciem habens.

Centiceps, pitis, om. t. centum habens capita.

Capriceps, avis eſt ſic dicta à ſimilitudine caprini capitis. Liene careré ajunt. Albertus caprum hirundinis, ejusmodi avem vocat.

Molliceps, avis quædam à cranii mollitie ſic dicta.

Occiput, pitis, n. t. poſterior pars capitis, fronti oppoſita, Baghoffuet.

Occipitium, Plaut. idem.

Præceps, & antiquè præcipes, pitis, om. t. quod in caput ruit, quaſi præ & in anteriorem partem, Som falder næſgruiß/ eller paa hoffuedet/ hoffuet fuld. *Ex monte in flumen præceps decidit*. Et trantlatè, à motu cadentis ſubito & inconſiderato, ponitur pro eo qui ſine conſideratione quid agit, vbeſindeligen oc forhaaſtig. *Ad pœnam & exitium præceps*; *Præceps animi*, i. e. mente commotus, ſom kand icke ſtyre ſig ſelff: *Præceps ad littora canit*. *conſilius præceps*. *Præceps ſenectus*, ſom kommer haſtelig och hoffuit fuld paa en. *Præceps dies*, ad eſperam proclinans, naar Dagen gaar paa fald oc ſkrider. *Ver præceps*, Afftaldende vaaer/ continens Majum menſem: *præceps caſus*, haſtig fald eller tilfald. Item præceps, de re unde quis præceps fertur. Ut, *locus præceps*, Brinck nedr ad. *Via præceps*, pro lubrica. Item pro prærupto: Unde & translatè dicitur *in præcipiti eſſe*, pro eſſe in ſummo periculo. Item *præcipites palmites*, qui de hornotinis virgis enati in duro alligantur.

Præcipitium, n. ſ. præcipitis loci ratio, Brinck.

Præcipito, as, act. pr. præcipitem dejicio, fuldkaaſter. *Præcipitabat ſe de turri in flumen*: *præcipitare moras*, eſt feſtinanter abjicere. *Præcipitare palmitem*, *flagellum & hujusmodi*, pro deorſum flectere. Et *præcipitare*

ad mortem, eſt ad mortem præcipitem agere, ſeu feſtinanter occidere: *præcipitare ſe in amorem*, pro amare, & inconſideratè aggredi, Springe wbeſindeligen i nogen gierning. Item præcipito neutraliter, pro præceps eo. Ut, *præcipitat annis*, i. e. præceps ruit & ex alto delabitur, Løber haſteligen. *Præcipitat hyems*, pro repentè advenit, kommer hoffuitkuld oc haſteligen paa. Et *præcipitant curæ*, i. e. urgent.

Præcipitans, om. t. quod præcipitat, activè & neutraliter. *Præcipitans ſol*, i. e. occaſui vicinus: *Præcipitans reſpubl.* quæ ruinam minatur.

Præcipitanter, pro temerè & inconſideratè, wbeſindeligen. *Ad villam currit præcipitanter.*

Præcipitantia, f. pr. præcipitantis ratio & affectus, wbeſindighed. ἀδηλον.

Præcipitatio, Gell. præcipitandi actus, kuldkaſtelſe/ wbetenckning.

Procapis, antiquis progenies, quæ ab uno capite procedit.

Sinciput, tis, n. t. anterior pars capitis ſupra frontem, in qua eſt acumen atq; intelligentia, quaſi ſemiciput, i. e. altera pars capitis, forhoffuet. Neq; tamen de homine tantum, ſed & de brutis animantibus dicitur. Ut, *ſinciput ſuillum*.

Triceps, pitis, om. t. quod eſt trium capitum. Ut, *bellua triceps*, *Cerberus triceps*.

CARBASUS, ſi, Virg. & Plin. f. ſ. Valer. Max. etiam maſcul. genus lini miræ tenuitatis, à Græco κάρπασος, ejusdem ſignific. cujus & ſuccus inter venena numeratur, & ipſum igni indomabile. Inde ſignificat amiculum ex iſto genere lini tenuiſſimum, quo & amicti pingebantur Dii Marini, Jt ſlags Sløjer/ ſaa ſom Skærdug eller Sindal. Item translatè, velum navis, Skibs Seigl. Item linum ex quo carbaſus conficitur, Seiglgarn. Item apluſtre, Skibsflag. Metaphora autem ſumpta eſt à forma veſtis ob tenuitatem fluitantis, quam velum vento plenum imitatur. Aliter Syræ habetur originis, à Carphas, ſive carbas, ejusdem ſignificationis.

Carbaſeus, a, um, Cic. quod ex carbaſo factum eſt. Ut, *velum carbaſeum*, Segellagen. Item quod carbaſum ſpectat. Ut, *carbaſei venti*, Vind for Seigl. *Carbaſeus ſinus*, Seigl ſkød.

Carbaſinus, a, um, Plin. idem.

Carbaſineus, a, um, Varr. idem.

CARBATINA, f. pr. Catull. καρβατίνη, calceamentum vile & ruſticum ex recentiore corio & una ſuppactum ſolea, Enſoledt Sku/ eller giort aff Raadt Lejr.

CARBO, onis, m. t. pruna exſtincta, à κάρφω, ſicco, arefacio, quaſi lignum aridum & ſiccum, Kull. Inde abuſivè ipſa pruna, wſluct kull/ gløde. Item, translatè, *Calculus condemnatorius*, quemadmodum calculus albus erat nota abſolutionis. Carbone etiam pingebant & notabant fores & oſtia; Unde & carbones prò ipſa ſcriptura, & elogiis, quæ ſæpiùs inſcribebantur. Aliter carbo à careo, quòd careat igne.

Carbunculus, m. f. parvus carbo, liden gløde eller kull. Item, per Metaphoram, tumor corporis vehementer inflammati, Hitzig Byld/ſtor Hædeblæn/ Karbunckelbyld/ Peſtilentze byld. Item gemma igniti carbonis ſimilitudinem referens, Karbunckel-ſteen. Item ager tumoribus vel lapillis ſcatens, knollvorn eller Steenet agger. Item flos viris vel arboris aduſtus, Sueden oc forbrendt blomſter od blade. Et carbunculus morbus vitium, eas ſole quaſi carbone adurens.

Carbunculoſus, a, um, carbunculis plenus. Ut, *carbunculoſus ager*, qui carbunculis ſcatet, Steenfuld jord/ eller fuld aff knoller.

Carbunculo, as, Plin. n. pr. carbonis ſimilitudine aduror ſeu inflammor. Ut, *carbunculantia circa oculos ulcera & puſtulæ.*

Carbunculor, aris, Plin. dep. pr. idem. Ut, *carbunculantur vites cæli intemperie.* Exponitur autem & vox paſs.

Carbonarius, a, um, quod ad carbones pertinet. Ut, *carbonaria fornax*, Kullmile. *Carbonarium negotium*, Kullhandel.

Carbonarius, m. ſ. qui carbones conficit, Kullbrender/ Kullſuier.

CARCER, ris, m. t. locus in quo aſſervantur Rei, ab ἕρκος, clauſtrum, vallum, Fangetaarn eller huuſ/ Luct fengſel. Item, *carceres* dicti ſunt ſepta in circo, ex quibus equi curſuri emittebantur, Fold. Et rurſus, nova translatione, principium à quo ad metam tenditur. Item tropicè, ipſe Reus in carcere. Aliter deducitur à coërceo, quaſi in quo coërcentur. Item à κάρηκαίρω, reſono, tremo, ob ſonitum equorum in circo: quaſi ea prima ſignificatio.

Carcerarius, a, um, quod ad carcerem pertinet. Ut, *carcerarius quæſtus*. Et abſolutè, Carcerarius, m. ſ. qui carceris cuſtos eſt, Tornegiemmere/ Stockmeſter.

CARCHESIUM, καρχήσιον, n. ſ. poculi genus in medio compreſſum & à ſummo ad imum anſatum: eratq; Jovi ſacrum. Item ſuprema mali pars ſive foramen per quod in ſummo malo funes trajiciuntur: ſive pars ſumma, à qua veli latera diffunduntur: à qua ſignificatione poculum denominatum habetur, quaſi quòd inſtar carcheſii diffunditur, Kacke eller Hummer.

GARDO, inis, m. t. propriè lignum utroq; capite rotundato armillis inſerto, per quod janua portavè vertitur, à Græco καρδία, i. e. cor, quod ſit quaſi cor quoddam januæ, Sørøxell/ Porttøxell/ Vall. Inde ferramentum cujuscunq; formæ, eidem uſui paratum, Sørhengſel. Item translatè, ſumma ſeu caput rei; per quod res ita volvitur, ut per cardinem janua, Hoffuetſagen. *Hic eſt cardo rei, cauſæ, &c.* Item cardines dicuntur duo cœli puncta, per quæ illud, ex Aſtrologorum hypotheſi, volvitur & circumagitur, Nørleding oc Synderleding. Item limes agrorum decurrens à meridie ad ſeptentrionem. Item extrema pars capreoli ſive tigni, quæ in cavum inditur, Nøcke/ Blad. Aliter à κάρη, i. e. caput, quòd regat januam.

Cardinalis, le, Vitruvio, quod eſt cardinum. Ut, *ſcapus cardinalis*, i. e. craſſius & poſticum januæ lignum, quo inſertis capitibus in armillas ſive annulos ferreos arrectariorum aut transverſariorum vertitur illa, Sørøxel/ Portøxel. Et abſolutè, *Cardinales*, Juriſconſ. dicti ſunt præcipuæ auctoritatis præfecti, quales erant præfecti prætorio Aſiatico. Item Eccleſiaſticis titulus eſt dignitatis & muneris, certis quibusdam Eccleſiæ Romanæ perſonis datus, quaſi in quibus Eccleſia, ceu janua, cardinibus, vertitur.

Cardi-

Cardinatus, a, um, Vit. idem quod cardinalis. Ut *tignum cardinatum*, Døraxel/ Portaxel.

CAREO, rui, ritum, prim. corr. n. ſ. propriè rem deſideratam & quidem ante habitam non habeo, Mangler/feiler/er forunden/er fraa/myſter: à voce carum, quaſi quod propter caritatem habere non poſſum, aut quod mihi charum eſt non habeo. Ut, *careo domo, patriâ.* Et formulâ Plautina; *id quod amo careo:* Et Terentiana; *carendum tui eſt.* Inde transfertur ad alia, quæ ſcilicet neq; habita ſunt antea, neq; noſtri ſunt uſus vel commodi, er quit for/ frj for. *Careo dolore, febri, moleſtia.* Sic, *caret canis vino*, i. e. non bibit. Et *caret hic noxa, culpa*, i. e. vacat.

Caſſus, a, um, qui re ſive habita, ſive non habita caret. Ut, *animâ caſſum corpus*, i. e. mortuum, aut inanimatum: *Sanguine caſſum*, Som haffuer myſt ſit blod/ eller uden blod. *Caſſus lumine vel luminis*, Myſt ſit Sinn/Blind. Caſſus vita, Myſt liffuet/ død. Item vacuus, inanis; ut, *caſſa nux*, tom Nød: caſſum quid, tompt: *Caſſa terricula*, i. e. minæ inanes.

Caries, ei, f. q. affectio ligni, qua nativo caret ſucco, trøſkhed. Et inde qua vermibus exeſum eſt, Ormſting.

Carioſus, a, um, carie plenum, trøſke/ Ormſtucken. *Lignum carioſum.* Inde translatè, quod interitui vicinum eſt, aut vitioſum. Ut, *carioſa ſenectus*, Affheldig: vel quod ætas ſit exſucca & arida.

Compoſita.

Incaſſum, adverb. ſignificans labore irrito & inani, forgæffuis. *Incaſſum tela jactat: ignis incaſſum urit.*

CARINA, f. pr. trabs ima navis & univerſæ fabricæ fundamentum, dicta à carie per antiphraſin, quaſi minimè cariei obnoxia. Quæritur enim ad hos uſus talis materia, Skibskøll. Inde tropicè, infimus navis alvus, Skibsbunck. Et Poëtis univerſa navis. Aliter deducitur à curro, quaſi currina. Item à κάρη, caput, quòd ſit caput & fundamentum navis.

Carino, as, act. pr. Plin. in modum carinæ formo. Ut, *pectines ipſi ſe carinant*, i. e. ſua ſibi concha inſtrumentum porrigunt ad navigandum, & ceu carinam quandam ex teſta efficiunt. Exponitur & carinare, probris inſectari, ut ſolent infimæ ſortis homines, ſicut & carina navis pars eſt infimâ.

Carinatus, a, um, Plin. in carinæ modum incurvatus, Langhualt. Ut, *carinatum bovi pectus.* Sic *conchâ acatii modo carinata.*

CARMEN, nis, n. t. & antiquis Caſmen, oratio certo pedum numero & quantitate conſtans: diciturq; tùm de integro opere, tùm de aliqua ejus parte; dictum quaſi canimen, à cano, Vers/ Poeterj. Item oratio imprecandi certis verbis concepta, Tryllen/ trylerj. *Carmen veneficum.* Item denunciandi aliquid certâ itidem verborum formulâ. Unde Juriſconſulti dicuntur habuiſſe carmina quædam excogitata, à quibus non licebat recedere. Sic Salii habuere ſua carmina. Feciales ſua, quibus aliquid denunciabant. Item generaliter cantus vel cantio, Sang/ Viſe: quia etiam certis modis conſtat. Aliter deducitur à caro, pecto, quaſi oratio ſit pexa & tonſa.

CARO, carnis, f. t. animalis corporis pars mollior, ſtabilis & fixa, per Metapheſin, à κρέας, ejusdem ſignificat. Kiød. Dicitur etiam de pomis, Kiød paa Eble/ Pærer/Plummer/etc. Aliter caro q. carens anima, à careo, ut propriè ſit animalis mortui. Aliter à cadere, quaſi cado, caro, eandem ob cauſam.

Caruncula, læ, f. pr. tenera, parva aut vilis caro, Liidet/ ſmaaet oc ringe Kiød.

Carnarius, a, um, quod ad carnem pertinet. Ut, *carnaria, taberna*, ubi carnes venduntur, Kiødboe/ Slacterboe.

Carnarius, m. ſ. qui carnes vendit, Kiødmanger/ Slacter: Etiam qui carne delectatur. Ut, *carnarius ſum, pinguiarius non ſum*: quod ſignificat, carnoſam amicam opto, non nimis pinguem.

Carnarium, n. ſ. locus ubi caro venalis exponitur, Kiødboe/Kiødtorffue. Item ubi aliàs uſui ſervatur & reponitur, Saltekielder eller Gunſ/Nadlofft/ Røgekammer; ubi fumo induranda ſuſpenditur. Item furca, qua carnes ſuſpenduntur, Fleſkgaffell.

Carneus, a, um, quod ex carne eſt, Kiødett. *Membra carnea.*

Carnoſus, a, um, carne ſeu muſculis abundans, Faſtkiødet. *Carnoſum palatum*: *virgo carnoſa*, Fyldig/ Kiødig.

Carnoſitas, f. t. carnis firmitas.

Compoſita.

Incarnatio, f. t. Medicis carnoſæ molis productio in vulva. Item Theologis aſſumptio humanæ naturæ à Dei Filio.

CARO, is, antiquis, act. t. pro lanam tondeo, & à ſpurcitia purgo, à κείρω, tondeo, Karer. Inter ancillas ſedere jubeas, lanam carere.

Carduus, m. ſ. inſtrumentum carendæ lanæ, Karde. Et translatè, frutex quidam ſcapo, foliis & fructu aculeatis: ſic dictus à cardui aſperitate, Tidzel. Unde & *carduus fullonius*, quo fullones carendo & carminando utuntur *carduus benedictus* vulgò, aliàs acanthus, Cardobenedict/ *Carduus mariæ*, Maretidzell. Aliàs ſpina alba.

Carduelis, f. t. avicula rubro capite & alis luteis, ſic dicta quod ſemine carduorum paſcatur, Stillitze.

Carex, f. t. pr. prod. junci genus acutum & duriſſimum, uliginoſis locis naſcens, Stærgræß/ à caro, propter aſperitatem, ſic dicta.

Carectum, n. ſ. locus carice plenus.

Carmen, n. t. Lucr. inſtrumentum carendæ lanæ paratum, Karde. Carmine lana trahatur.

Carmino, as, Plin. act. pr. lanas ab immundiciis carmine purgo, Karer.

Carminatio, Plin. f. t. carminandi actus.

Carminarius, m. ſ. qui lanas carminat.

Carminaria, f. pr. quæ carminat, Kardequinde.

Carminator, m. t. idem quod carminarius.

CARPENTUM, n. ſ. matronarum vehiculum, idem ferè cum pilento, quaſi carrum pendens, Bengendis vogn/ Fruervogn. Aliter, quaſi carmentum, à carmenta Evandri matre. Item à carpo, quaſi quo carpitur iter.

Carpentarius, a, um, quod ad carpentum pertinet. Ut, *Equus carpentarius*, Vognheſt. *Opus carpentarium*, Vogn Redſkab.

Carpentarius, m. ſ. qui carpenta facit, Hiulmager.

CARPO, pſi, ptum, act. t. propriè de fructibus dicitur, cum eos hinc illinc carpimus, à καρπός, fructus, plucker/ tager ſaa ſacteligen her oc der/ piller/ napper. *Carpent tua poma nepotes.* Inde transfertur ad multa alia. Ut, *carpere vires*, i. e. minuere, formindſke. *Carpere rem alienam*, Kappe til ſig affen andens.

Carpere famam, Backe paa ens naffn oc rycte. *Carpere viam*, gaa aa ſactelig. *Carpere rus*, gaa til byeß. *Carpere vitales auras*, drage Aande. *Carpere cibum*, faa ſig mad. *Carpere penſa, linum*, Spinde. *Carpere ſoporem, ſomnum*, Soffue ſactelig/ſlumme. *Carpere verbis*, Straffe. Item carpere pro eligere, quia fructus carpimus cum electione Ut, *carpam quod belliſſimum eſt.*

Carptim, carpendi modo, non certa ſerie vel ordine, pluckeviß / ſaa her / ſaa der. *Res geſtas carptim perſcribit.*

Carptor, Gell m. t. qui verbis carpit, vituperator.

Carptura, æ, f. pr. idem quod carptus.

Carptus us, m. q. ipſe carpendi actus, plucken / nappen. *Carptu digitorum flos eximendus.* Item ipſum quod carpitur, pluck.

Compoſita.

Concerpo, is, idem quod diſcerpo. Ut, *librum concerpſit.*

Decerpo, pſi, ptum, de re aliqua carpo, Affplucker. *Decerpere uvas, poma, fructus, folia, &c.*

Decerptus, a, um, quod decerpſimus. Ut, *decerpti fructus.* Et translatè: *Decerptus animus noſter ex mente divina.*

Decermina, quæ purgandi cauſa decerpebantur, cujusmodi erant frondes ſacræ; quibus in luſtrationibus uti ſolebant.

Diſcerpo, pis, quaſi in diverſas partes ſeu membra carpo & vi quadam, Riffuer i ſtycker / ſlider. *Librum diſcerpit: quadrigis alligatum corpus diſcerpit.* Et translatè, *res propoſita, quaſi in membra diſcerpitur.*

Diſcerptus, a, um, quod diſcerpſimus. Ut, *Rex patrum manibus diſcerptus eſt.*

Excerpo, is, quaſi ex pluribus quædam carpo, vdplucker / vdtager. *Poma excerpſit*, h. e. non omnia, ſed quædam, & quaſi cum judicio. Inde idem quod ſelego, vdvelger. *Quod erat boni excerpſit: multa ex libris doctorum excerpſit.* Et *excerpere aliquem numero Poëtarum; excerpere ſe hominum conſuetudini eſt eximere*, vdtager / drager ſig ud fraa. *Excerpſit ſe vulgo*, pro eodem.

Excerptus, a, um, quod excerpſimus. Et abſolutè, excerptum, quod è libris doctorum excerpſimus.

Præcerpo, is, præ aliquo carpo, tager / plucker for eller fraa andre. *Non præcerpo fructus officii tui.*

CARRUS, m. ſ. currus militaris quatuor rotarum, Ruſtvogn: à ſtridore & ſono rotarum, ſic dictus. Aliter à currus, per antiſthœcon.

Carrum, n. ſ. idem.

Carruca, æ, Mart. f. pr. genus vehiculi duas habens rotas, Karre.

Carrucarius, a, um, Pompon. quod ad carrucam ſpectat. Ut, *Equi carrucarii*, Vognheſte. Carrucarius etiam dicitur, qui carrucam agit; Karrdriffuer / Vogndriffuer.

Carrico, as, Hier. act. pr. pro onero, ſumpta translatione à carro cum oneratione.

CARICA, f. pr. genus ſici ex caria regione. Et ſynecdochicè, ficus paſſa, tørre figen.

Carum, n. ſ. nomen herbæ & fructus, eadem origine cum carica à caria Regione, Sanſt kommen.

CARTILAGO, inis, f. t. pars corporis omnium poſt os maximè terrea & ſolida, ſenſus expers, à careo, quòd ſenſu careat, bruſk. Aliter à carne propter affinitatem. Item à κάρηνον robur, vis, quod firmior ſit quàm caro.

Cartilagineus, a, um, quod ex cartilagine conſtat. Unde piſcis cartilagineus, cui oſſium vicem implet cartilago, ſaa ſom ſtørre och ſteenbid.

Cartilaginoſus, a, um, idem: vel, cartilagine abundans.

CARUS, a, um, pr. prod. quod magno conſtat, ſive majoris quàm par eſt, vel alias: à charus, omiſsâ, ad differentiam, aſpiratione, quaſi quod charum habetur, ideoq; multò æſtimatur, Syrt. *Res hæc admodum cara.* Et cum caſu, *talento contrà carus non eſt*, i. e. non æſtimandus aut metiendus talento contra dato.

Carè, adverb. ut, carè æſtimo, Skatter høyt / dyrt. *Carè veneo*, Er dyre fall.

Caritas, f. t. ipſa cari ratio, Syrcke. *Caritas annonæ*, Syr tid / dyrcke paa Jordens grøde / och huad mand haffuer behoff.

CARYOPHYLLON, li, n. ſ. καρυόφυλλον, nomen aromatis clavi figurâ, Negticke / Nilken.

CASA, æ, f. pr. domus ruſtica, caſui ex levitate materiæ obnoxia, à caſu ſic dicta; Leerhuuſſ / Straahuuſſ / Hytte. Hirt. Caſæ ſunt militum tentoriola è ceſpitibus & ſtraminibus.

Caſula, æ, f. pr. parva vel vilis caſa. Item caſula, Iſidoro; veſtis cucullata, dicta per deminutionem à caſa, quod totum hominem tegat, quaſi minor caſa. Aliter legitur caſiola, & exponitur ſacrum pallium.

Caſaria, Feſt. f. pr. quæ caſam cuſtodit, Stuepiige.

Caſtrum, n. ſ. locus ubi caſæ militares præſidii cauſa figuntur, Værn / Feſtning. Et pluraliter. caſtra, ubi integri exercitus, pluribus ordinibus ſeu copiis conſtantis, caſæ figuntur, KrigsLejer. Item, translatè de navibus, caſtra dicuntur loca, in quibus claſſis agit præſidii cauſa; aut etiam hybernat. Aliter à χάζω, cedo, quòd hoſtem repellat. Item à caſtè illic vivendo; vel quòd libido illic caſtretur.

Caſtellum, li, n. ſ. vicus ſive ruſticorum domus in agris clauſa mœnibus, En liden Værn eller Feſtning. Item caſtella dicuntur munitiones ligneæ caſtrenſes, pro vallis erectæ ad arcendos hoſtes, Blockhuuſſ / Bulverck. Item caſtellum, ſeptum aquæ receptaculum, ex quo per fiſtulas in varia loca deducitur, Vandkiſt; Poſt / huor aff de løber mange render.

Caſtellanus, a, um, Cic. quod ad caſtellum ſpectat; ut, *caſtellanus triumphus*, qui de caſtello capto actus eſt. *Caſtellani* quoq; dicti ſunt, qui caſtellum habitabant.

Caſtellarius, m. ſ. qui caſtello aquatico præeſt, Poſtmeſter.

Caſtellatim. Adverb. Liv. per caſtella, fraa en Feſtning til en anden.

Caſtrenſis, ſe, om. t. quod ad caſtra pertinet; ut, *caſtrenſes vigiliæ*, quæ in caſtris diſponuntur, Vact udi KrigsLejer. *Caſtrenſis ordo*, qui in caſtris ſervatur. *Caſtrenſe peculium*, quod quis ſibi in militia acquiſivit, vel quod in militia agenti à parentibus vel cognatis donatum eſt. Et *caſtrenſia bona*, quæ filiusfamilias extra militiam acquiſivit, ſed tamen ejusdem juris cum peculiis caſtrenſi, Det Søn affler ſelff och icke hør til ſkifft effter Faders død *Corona caſtrenſis*, qua donabatur, qui primus irruperat in caſtra hoſtium.

Caſtro,

Caſtro, as, Juven. virilia amputo, q. uſu veneris inverdico, ut factum eſt iis, qui in caſtris viventes remoti ſunt ab uſu mulierum, Gælder/ſkær ud. Inde transfertur ad alia; ut, *caſtrare linguam*, ſkær Tungen aff. *Caſtrare alvearia*, tage Honning fraa Bi.

Caſtratio, colum; caſtrandi actus.

Caſtratura, Plin. idem quod caſtratio.

Compoſita.

Procaſtria, ſive proceſtria, n. plur. propugnacula ante caſtra, vel quibus pro caſtris utuntur, fortaſsé, quæ Ammiano prætenturæ dicuntur. Exponuntur & ædificia extrà portam.

CASCUS, a, um, dictio oſca & ſabina, idem quod antiqvus, à Cajus, i. e. γῆϊος, terrenus, terrigena, ut caſci ſint quaſi primi à terra orti, quomodo & Græcorum αὐτόχθονες, eadem ratione dicti ſunt, de gamle/de førſte Forfædre. Aliter caſcus à caſu, quaſi qui caſum & ruinam minatur, i. e. vetus, gammell/ſom gaar paa Feld/paa Graffs bredde.

Caſnar, oſcorum lingua idem quod ſenex.

CASEUS, m. ſ. lac coagulatum & compreſſum: ſic dictus à caſa in quâ fit, Oſt. Aliter à cogo quaſi cogeus. Item à coëo.

Caſeolus, parvus caſeus.

Caſeale, lis, Colum. n. t. locus in villa, ubi conficiuntur & exprimuntur caſei, Oſtekamer/Oſteſkab/Melckeſtue.

Caſearius, a, um, quod caſeum ſpectat. Ut, *caſearia taberna*. *Cella caſearia*, ubi aut fiunt aut venduntur. Et *caſearia forma*, Oſtekar.

CASIA, f. pr. κασία, frutex aromaticus, Kaneel. Eſt & herbæ nomen in coronamentis adhibitæ. Aliter Caſia exponitur aroma Craſſius, & ex arbore. Cinnamomum ex virgultis eximitur exilioribus.

CASSIS, idis, f. t. munimen capitis militare, propriè de lamina, à κάζειν, cedere, quod telum illæſa excipiat & cedere faciat, Jernhatt/Stormhue/Stormhart. Aliter Tuſca habetur dictio. Item à caput deducitur, quod capit. Item à caſſus, quaſi caput caſſum & vacuum.

Caſſida, f. pr. Virg. idem.

Caſſila, antiquis pro caſſide.

Caſſita, f. pr. aviculæ nomen criſtato apice in modum caſſidis & galeri, Lercke.

CASSIS, is, m. t. retis genus caſſum, h. e. rarum, quale eſt venatorum, Jagtgarn/Jegergarn. Et translatè, tela aranææ, Spindelvæff. Aliter deducitur à capio, quòd capiat feras.

Caſſiculus, Hieron. m. ſ. parvus caſſis. Et caſſiculum, Feſto, idem.

Caſſidilis, paryum reticulum, in quo aves captas reponit auceps.

CASTANEA, f. pr. κάστανα, nomen arboris & ejusdem fructus, Caſtanie.

Caſtanetum, locus caſtaneis conſitus.

Caſtaninus, a, um, ex caſtaneis factum. Ut, *oleum caſtaninum*.

CASTERIA, Plaut. f. pr. locus in quo remi ex remigatione reponuntur, à κάζω, capio, capax ſum. Aliter legitur ſchaſteria καστήρια à κάζειν, inhibere, quòd ibi inhibeantur remi. Sed & ſchaſteria Græcis exponitur pars navis. Item funis, qui in circo curſoribus prætendebatur, & quo remoto effundebantur. Exponitur & caſteria, pertica, qua remigum hortator aut laborem aut ceſſationem remigibus indicit. Item aliter deducitur à caſtrum, quaſi ſit caſtellum quoddam remorum. Item aliter legitur ciſteria, quaſi à ciſta; ſed Græca terminatione.

CASTOR, oris, m. t. nomen viri, κάστωρ, qui cum fratre Polluce habitus eſt Nautarum Deus.

Caſtorides, animalia quædam marina ad littora & ſaxa eminentia, ululatumq; diritatis plenum edentia, & graviſſimè rugientia. Eorum ſonitum quicunq; audierit, non effugiet, quin paulo poſt excedat è vita.

Compoſita.

Ædaſtor, & Ecaſtor, juramenti genus, fœminis ſacrum, quaſi per ædem caſtoris.

Mecaſtor, adverb. Jurandi, quaſi me caſtor juvet. Addebatur etiam ſalutandi formis. Ut, *ſalve Mecaſtor Parmeno*: idq; ad ſignificandam voti gravitatem.

CASTUS, a, um, quod vitio caret, à careo. Ut, *caſtus culpa*, & *caſtus à culpa*, uden ſkyld og brøde. Et abſolutè, ſine caſu, qui laſcivia caret, integer, incorruptus, ſanctus, kyſk/ubeſmittet/hellig. Comparatur autem caſtior, caſtiſſimus. *Caſta mola*, genus ſacrificii, quod veſtales faciebant, votum caſtitatis & ſanctitatis. Aliter deducitur à ceſtus, zona virginea, quaſi cui nondum zona virginitatis & Veneris ſoluta eſt.

Caſtè, iùs, iſſimè, adverb. modo caſto. Ut, *caſtè vivit*. Et *caſtè dicit*, i. e. purè.

Caſtimonia, Liv. f. pr. idem quod caſtitas.

Caſtitas, Cic. f. t. ipſa caſti ratio, Kyſkhed/Reenhed/Helligheds.

Caſtula, Non. palliolum quo veſtales caſtæ infra papillas præcingebantur, Forklæd.

Caſtus, us, Varr. m. q. idem quod caſtitas.

CATAMITUS, ti. m. ſ. puer meritorius & præpoſteræ Veneris, à Ganymede puero Jovis ſic dictus, quaſi γανυμήδης à Ganymede. Aliter quaſi κατὰ μισθὸν, i. e. pro pretio, i. e. meritorius.

CATAPHRACTUS, m. ſ. καταφράκτης, miles gravioribus armis inſtructus, & in prælio maximè ſtabilis, Kørritzer/Krigsmand udi fuld Harniſk. Et adjectivè, *cataphracta navis* dicitur, quæ optimè inſtructa eſt adverſus hoſtes, & quæ cataphractos vehit milites.

Cataphracta, æ, Veget. f. pr. lorica ſeu thorax militaris, Pandtzer eller heel Kyrritz.

Cataphractarii, Lamp. qui cataphractis muniti ſunt.

CATAPULTA, m. pr. καταπέλτης, machina bellica, quâ tela, ſaxa & omnis generis jacula excuti ſolent, Blide.

Catapultarius, a, um, Plaut. quod ad catapultam pertinet. Ut, *catapultarium pilum*, pro jaculo, quod è catapulta mittitur.

CATARACTA, æ, m. pr. καταράκτης, locus in flumine abruptus & præceps, unde aqua ruit potiùs, quàm fluit, Vandfald/Sluſe. Item porta tractilis retinen-

retinendis vel emittendis aquis, Stibor for en ſluſe. Item porta loci alicujus penſilis adverſus hoſtium irruptionem, Vindbroe eller Faldport/ Skudport.

CATASTA, Tibul. f. pr. machina in qua venales exponebantur ſervi, à καθίστημι, expono. Item tormentum ligneum, magnæ & longæ compedis forma, qua ſervi vincti tenebantur, Bolt. Indè translatè, illud ſupplicii genus, quo publicè ignominiâ afficiuntur maleſici, Kag/Gabeſtock. Et cataſtus, den ſom ſtaar paa Kag eller i Gabeſtock.

Cataſtus, Vitruv. m. ſ. ſervus qui ex cataſta venditur, vel qui cataſta compede tenetur.

CATEIA, Virg. f. pr. Perſarum lingua dicitur teli genus, quod projectum retrahi poteſt. Aliter exponitur genus Gallici teli ex materia quàm maximè lenta, quæ jacta quidem non longe propter gravitatem evolat, ſed quo pervenit, vi magna perfringit, quòd ſi ab artifice mittatur, rurſum redit ad eum, qui miſit.

Caja, Horat. idem, ait Iſidorus.

CATENA, f. pr. vinculum ex connexis annulis, vulgo quaſi canem tenens, ut ſit propriè canum, Hunds lenke. Inde quodvis annulati vinculi genus. Et translatè, quicquid devincit & alligatum tenet, Baand. Ut, *catena legum*, vinculum, quo leges homines conſtringunt. *Amor animorum catena*, quia amor devincit animos. Aliter deducitur à capio & teneo, quaſi capitena. Item quaſi καθ' ἡνία, colligans habena. Item q καθ' ἕνα ex ordine, quo unum alteri & quidem ſimili jungitur. Item ſimpliciter à capio quaſi captena, ut catus pro captus. Scribitur & cum aſpiratione, Cathena.

Catenula, f. pr. parva catena.

Catella, Horat. idem.

Catellum, Plaut. idem. Ut, *cum catello accubat ferox*. Aliter legitur Catulo, à catulus, vide in claſſe catus.

Catenarius, a, um, Sen. ut, *catenarius canis*, Binds hund/ Lenckehund.

Catenatio, Vitr. f. t. ſtricta trabium vel aliarum rerum inter ſe arctatio.

Catenatus, a, um, Cic. catena vinctus, Sammenlenckedt/ Lenckebunden. *Catenati labores*, per Metaphoram, dicuntur, qui catenæ modo ſe invicem excipiunt, Naar arbeide henger ſammen/ det enne i det andet/ det enne ſlipper/ det andet tager.

Compoſita.

Concateno, catena involvo, ligo, Binder/Lencker. ἀδέλον.

CATERVA, Cic. f. pr. voce Gallica, legio erat ſex millium militū & ut volunt quidam, propria. Afrorum, Jt Regement Fodfolck paa ſex tuſinde mand. Inde translatè, conferta hominum multitudo. Ut, *incedit magna comitante caterva: caterva contradicentium.*

Catervarii, Svet. m. ſ. catervatim conglobati, Samlet hoben i haabetal/ i flocketal. *Oppidani catervarii.*

Catervatim, Liv. per catervas, i flocketal / i hobetal. *Caterbatim currunt: caterbatim volant ſturni.*

CATHEDRA, f. pr. καθέδρα, ſella eſt ſublimior Profeſſorum, recitatorum aut declamatorum, Høylærds ſtoel/Prædickeſtoel.

Cathedralitius, a, um, Mart. ut, *ſervus cathedralitius*, qui in cathedra ſella Dominum defert.

Cathedrarii philoſophi, Sen. umbratiles illi, quibus ſatis eſt de virtute ex cathedris garrire, nullo alio virtutis edito ſpecimine, Mundlærde.

CATINUS, m. ſ. pen. prod. vas pulmentariis & juſculentis inſerviens, à voce ſicula κάτανη, ejusdem ſignificat. Sybfad / Sødmadsfad. Inſerviebat autem & aſſis, apud ſiculos, Fad til Steeg. Item vas, in quo purgabantur metalla.

Catillus, Colum. m. ſ. parvus catinus, Saltcircken/ Kop. Juriſconſ. lapis molæ ſuperior, Løberen udi Mølle.

Catillo, onis, m. t. qui catillos lingit, Fadeſlicker/Tellercken ſlicker. Item guloſus, Fradser / Leckermund.

Catillo, as, Plaut. catinos lingo, ſlicker Fade. Item Paraſitor, ſnylter / ſnager om alle vegne at faa noget. Aliter deducitur à catellis, quaſi per alienas domos giro, ut catuli.

Catillatio, catillandi actus, Slickning/Slickerj. Et tropicè, Principis vel legati ſordities, qua ſubditos eorumve bona expilat & abligurit, Store Herrers ſnapperj/ vdſuelſe/naar mand giør ſig fød aff en andens.

CATUS, a, um, Sabina voce, idem quod callidus & ſagax, à καίω, ardeo; (unde & caleo,) quaſi ardens, calens, feſtinans, ingenioſus, Snedig / trædſk / viiß paa alting. Dictio eſt ſale ex ironia aliqua ſæpiùs condita; ſed & in virtute ponitur. Aliter deducitur à cane, quaſi propriè ſit canum. Item à caveo, quaſi cautus.

Catus, ti, m. ſ. idem quod felis, ſic dictus propter callidi-tatem, Kat.

Catulus, m. ſ. propriè de canibus dicitur, & eſt vel caniculus, liden Hund: vel canis fætus, Hualp. Inde ſignificat fœtum omnium beſtiarum & ferarum, præterquam avium, Unge. Ut, *catulus Leonis, muris, Delphini, Simiæ, colubri, lacertæ, &c.* Item catulus Feſt. vinculi genus, quod & canis ſignificatione denominativum eſt à canis: Grammatica autem deductione à catus.

Catellus, & catella, deminutiva à catulus, liden Hund.

Catulinus, a, um, quod ex catulo eſt, ut, *Catulina caro.*

Catulio, is, ire, n. q. de canibus dicitur, cum coitum appetunt, løber i Kid. Transfertur inde ad alia, ut *cum mulier dicitur catulire*, quæ impotenter appetit.

Catulitio, f. t. catuliendi actus, qui ſtatis temporibus canes corripit, Hunderid.

Catulaſter, m. ſ. parvus catulus. Item qui catulos imitatur, Hundſk.

Catularia porta, Romæ, à qua non procul immolabantur canes ad placandum caniculæ ſidus frugibus inimicum.

CAVDA & antiquè coda, f. pr. pars ſpinæ in quibusdam animantibus à poſteriore dependens, à κόπτω cædo, ſcindo, quod ſegmentis & inciſuris conſtet, quaſi copda: vel quòd illæſo animali exſcindi poſſit: aut à κάμπτω, flecto, quòd flectatur, Hale/Stert. Dicitur; propriè de quadrupedibus, ut Equo, &c. Inde de avibus, ut Gallina; de ſerpentibus, ut colubro: de piſcibus, ut halece. Item translatè, membrum virile. Item figuratè, *caudam trahere*, eſt derideri, ut ſolent, quibus à tergo affigitur cauda vulpina. Exponitur & ſuperbire, & ſeipſum jactare. Item meticuloſum eſſe, ſumpta translatione à caudæ contractione. Aliter à κάτω, i. e. deorſum: ſcilicet propter ſitum.

Cauda.

Caudatus, a, um, & veteribus codatus, quod caudam habet. Ut *animal caudatum.*

Caudecæ, Festo dicuntur ciſtillæ ex junco ad ſimilitudinem caudæ equinæ factæ.

Caudex, dicis, m. t. ſtipes arboris ſeu fruticis, ſcilicet à radice ad brachia, ſic dictus à cauda. Arboris enim partes, coma, brachia, & caudex quaſi cauda, Bul paa træ. Inde tropicè, plurium tabularum contextus, nempè ex caudice diſſectarum, Plancke. Item translatè, homo ſtultus & ſtupidus, ut, & dictio, truncus.

Codetum, ager horridus ſuccretione caudæ equinæ, herbæ agricolis inviſæ.

Caudeus, a, um, Plaut. quod ex caudice eſt; ut, *caudea ciſtella.*

Caudicalis, le, om. t. Plaut. quod ad caudicem pertinet; ut, *caudicalis ſecuris*, Skowxxe / Hugoxe / Ved øxe.

Caudicarius, a, um, quod caudicem refert, vel ex caudice factum eſt. Ut, *caudicaria navis*, quæ vel ex cavata caudice conſtat, Egekane/ Knubſkib: vel ex tabulis caudeis, Boed.

Coidcaria, æ, f. pr. idem quod caudicaria navis.

Codex, icis, m. t. peculiariter idem eſt quod liber, translata ſignificatione à tabellis caudicariis, ut & ipſa dictio liber & tabellæ, Bog. Et peculiariter, *codex accepti & expenſi*, Regenſkabs Bog paa Jntegt oc vdgifft. Item *codex robuſtus*, ſupplicii genus, quo præcipitabantur malefici. Accipitur & pro duro ſedili; ſeu pro ſede meretricia, quæ plerunque ex truncis fieri ſolet, Knubſæde / Knubſtoel; niſi mavis ſimpliciter truncum intelligere cui in agris ſæpè inſidet meretrix ſe proſtituens. Item ſtipes ligneus, quem ſervi fontes alligati trahebant: cuiq; vincti inſidebant, Block/ Vgle.

Codicilli, m. ſ. libelli, literæ vel tabulæ, quibus aliquid compendio exarabatur, Skriffuetaffle / Memorial. Item literæ, quibus honores mandantur, Kaldz Breff/ Forlenings Breff. Item quibus matrimonii contractus continentur. Item teſtamenti ſpecimen habentes, cum ſcilicet aliquis neceſſitate aliqua impeditus, quo minùs teſtamentum condat, elogii tamen ultimi voluntatem complet. Item codicilli chartulæ ſunt, complicatæ & lino trajectæ obſignatæq;, Beſeglet Breff.

Codicillaris, re, om. t. quod codicillos ſpectat. Ut, *poteſtas codicillaris*, eſt poteſtas conficiendi codicillos, quæ beneficiis Principis & regio diplomate obtinetur; vel qua mandatur munus publicum.

Codicillares, Lampad. qui collegiis aſcripti atq; in codicillos relati nomen tantum retinent officii exſortes, Exſpectanter. Ut, *Pontificatus codicillaris. Senatus codicillaris*, det lidle raad/eller hiemelig raad.

CAVEO, es, vi, autum, n. ſ. quocunq; modo proſpicio, ne quid præter voluntatem accidat, à cavum vel cavea, quaſi in cavum vel caveam me abdo tutandi cauſa, varer mig/ tager mig vare / gaar i ſkiul. Habeturq; propriè dictio Jurisconſultorum conſiliis ſuis proſpicientium reis, ne impingant, aut circumveniantur. Ponitur autem vel abſolutè; ut, *cave facias*: vel cum caſu Dat. Ut, *cave tibi*: & expreſſo objecto in accuſativo; *cave tibi inſidias: hoc tibi cave.* Item in ablativo, & quidem vel ſine præpoſitione, ut *cavet ſibi loco*; Hand ſeer ſig om en pladz/ forſimmer ſig med eller paa ſt ſted: vel cum præpoſitione: ut, *ab illo tibi cave,*

tag dig vare for hannem. Obſervandum quoq; idem eſſe, *cave facias*, & *cave ne facias*: non mutata ſcilicet ſignificatione, ex negante particula; Item conjunctionem addi vel omitti. Ut, *cave ut facias*, & *cave facias*: *cave reſpondeas, & cave ne reſpondeas. Cavere alicui ſummam*, Forſickre en paa den gandſke Sum oc Hoffuetſtoell. *Cavit teſtamento*, i. e. proſpexit, aſſeruit, forſimmer / forviſer / tilſiger. *Niſi à te cavero non faciam*, i. e. cautionem accepero, Faar forvaring. *Cavere capite*, Sette Hoffuedet til forviſning; forplicte ſig paa ſit Hoffuet. *Cavere legibus*, Forordne och beſticke med Low / giøre Low. *Cavere obſidibus*, giøre viſning med Giſel. *Cautum eſt populo*: *cautum eſt agris fœdere.*

Caüncas, Cic. pro, cave ne eas.

Cautio, f. t. ipſe cavendi actus, Forſimning / forvaring. *Cautio pecuniarum*, quâ cavetur pecuniis. *Cautio vitiorum, incommodorum*, quâ cavemus vitia, incommoda. Item Jurisconſultis, *cautiones*, fidejuſſiones, aut aliæ etiam ſtipulationes, quibus nobis cavemus, forvaringer. *Cautio eſt*, pro cautione opus eſt, vel cavendum eſt, Mand maa tage ſig vaare; det er tid at tage ſig vare: formula loquendi Comicis uſitata.

Cautionalis, le, Ulp. quod ad cautionem ſpectat. Ut, *cautionalis ſtipulatio.*

Cautim, Terent. adve: idem quod cautè.

Cautela, Jurisconſ. f. pr. idem quod cautio.

Cavilla, Plaut. f. pr. oratio jocoſa & irridens, latterlig ord och tale/ſpøgloſe/ſkackgloſe/ſtick: quaſi cautiuncula quædam à leguleis uſurpata ad illudendum adverſarium, Kroglow/ Voxnæſe.

Cavillum, Feſt. n. ſ. idem.

Cavillor, aris, dep. pr. cavillis utor, jocosè & ridiculè calumnior, ſeu ridiculè, ſed cum acerbitate factum aut dictum interpretor, Setter vox Næſe paa/ſpodſke ligen forvender noget; giør ſpøg aff noget/ giør itun en latter aff. *In eò multum cavillatur, togam ipſius cavillatus eſt.* Item in diſceptationibus fallacia & dolo utor, Bruger Frogløw. Eſtq; propriè Legulejorum, ut, cavere Jurisconſultorum: Sic, & aliquando pro cavere ponitur. Ut, *omnibus modis cavillandum*, i. e. cavendum.

Cavillatio, onis, f. t. cavillandi actus. Item, idem quod cavilla, jocoſa calumnia & acerba interpretatio.

Cavillator, m. t. qui cavillatur, Spottere/ Spotmule.

Cautor, m. t. qui cavet & providet.

Cautus, a, um, qui ſcit ſibi cavere, circumſpectus, callidus, Trædſk/ved at tage ſig vare/ſnedig. Item res ipſa, cui cavetur. Ut, *res eſt mulieri cautior*, i. e. ſecurior.

Cautè, adverb. prudenter, callidè. Ut, *cautè agit.*

Cavo, is, Horat. n. t. antiquè idem quod caveo.

Compoſita.

Diſcaveo, és, n. ſ. Plaut. diligenter caveo. Ut, dictum facesſas doctura, &, diſcaveas, malo, Jeg vill att du tager dig nøje vare for ſaadant/ holder i raade.

Incautus, a, um, non cautus, vforſynlig / taabelig. *Incautus facile loco dimovetur.* Et *incautum ingenium.*

Incautè, adverb. modo incauto, vforſimnligen. Incautè agit. Et comparativè: *incautiùs ſubiit muros.*

Præcaveo, es, ante caveo, ſeu prius, forſommer/tager vaare i tide. *Id præcavisſe oportuit.* Et *præcavendum eſt, ne id accidat.*

Præcautus, a, um, paſs. quod præcavimus. Ut, *res proviſa atq; præcauta.*

CAU-

CAULIS, lis, m. t. ſtipes & ſcapus herbarum & fruticum, à καυλὸς, ejusdem ſignificationis, Stilcke. Et translatè, membrum viri genitale. Item ſcapus pennæ, Penneſtilck. Item cauda animalis, unde pili naſcuntur, Rumpebeen.

Cauliculus, parvus & exilis caulis.

Cauleſco, is, n. t. in caulem excreſco, caulem produco. ἄδηλον.

Caula, æ, f. pr. ſtabulum ovium, à caulibus fruticum & viminibus, quibus ovium ſepta fiunt, Faareſtii. Item caulæ, pori ſeu ſudoris foramina in cute, Suedehuler.

Colis, ſeu coles, is, m. t. idem quod caulis, pro haſta membri virilis. Item tener ramuſculus in herba vel vite, & lupulo ſalictario, Kæbe.

Coliculus, m. ſ. parvus colis in herba vel vite.

Coleus, m. ſ. teſticulus ex cole dependens, Noſſeſteen.

Compoſita.

Decauleſco, is, Plin. caules vel frondes amitto.

Multicaulis, le, om. t. Plin. multos habens caules. Ut, *herba multicaulis.*

Unicaulis, herba, quæ unum caulem habet, nec in ramos ſpargitur.

CAVPO, onis, m. t. eſculentorum poculentorumq; inſitor, à καπηλος, ejusdem ſignificationis, Kroermand. Aliter à copis, propter copiam rerum, quæ ibi venales exſtant.

Caupona, f. pr. cauponis taberna, domus viatoribus mercede patens, Kroehuſſ / Almindelig Giæſthuuſſ / Giæſtherberg.

Cauponula, f. pr. parva & vilis caupona.

Cauponula, f. pr. ars cauponandi, Kroehandel.

Cauponius, a, um, Juſt. quod ad cauponam pertinet. Ut, *ars cauponia.*

Cauponor, aris, dep. pr. Enn. cauponariam exerceo, holder Kroe / holder Giæſterj. Et translatè, *bellum cauponatur*, i. e. turpiter ſuo cum lucro vendit & q. proſtituit.

Copo, onis, veteribus pro caupo, & copona, pro caupona.

CAVSA, f. pr. propriè res & actio, quæ in foro & judicio diſceptatur, à caveo, quaſi cauta, nimirum quæ utrinq; ſibi cavent adverſarii, Sag. *Cauſarum tria genera: cauſam dicit in ſenatu: capitis cauſam orat: cadit cauſa.* Inde principium, origo & finis cujusq; rei, Begyndelſe oc Aarſag. Ut *cauſa rerum naturalium: cauſa Philoſophiæ: cauſa hujus facti.* Item occaſio, Leilighed: quia & hæc quaſi cauſa aliqua agendorum. Ut, *nulla mihi hujus rei cauſa.* Item excuſatio. Ut *omen Patribus magis placuit quàm cauſa.* Item prætextus, Skaldet Aarſag / paaſkud. *Hanc cauſam facto ſuo prætexuit.* Sunt & peculiares dicendi formæ: *Mea cauſa licet*, i. e. per me: *pietatis cauſa*, i. e. per pietatem: *Exempli cauſa*, til ett Exempel. Aliter deducitur à καυσις, æſtus, ardor, quòd cauſa ſit, quæ nos ad agendum incendit; vel quod ardor & calor ſit principium generationis. Scribitur & duplici ſſ, cauſſa.

Cauſula, f. pr. parva cauſa ſeu actio, liden Sag. Cic.

Cauſarius, a, um, quod veram cauſam habet, non fictam ſeu prætextum, Billigen Aarſaget. *Cauſarius miles*, qui propter honeſtam cauſam, puta valetudinem, ſenectutem, à militia ſolvitur. *Cauſaria miſſio*: quæ propter valetudinem à labore militiæ ſolvit.

Cauſariè, Mart. adverb. Juſta de cauſa. *Miles cauſariè miſſus.*

Cauſor, aris, dep. pr. pro prætendo, Skiuder paa / giffuer for. *Cauſando noſtros in longum ducis amores.* Et Gell. *cauſatum ſibi eſſe negotium.* Item Sveton. *Socerum compulit ad necem, cauſatus quod ſe non eſſet ſeqvutus*, i. e. cauſam eam prætendens.

Cauſatio, f. t. prætextus, excuſatio. Et Palla, vitium corporis interius & ægritudo.

Compoſita.

Accuſo, as, aliquem culpæ inſimulo & alicujus reum facio, idq; ſive in foro, ſive extra forum, quaſi cauſam forenſem intendo, Anklager / kiærer / ſager / giffuer ſag / beſkylder / ſicter. *Accuſare aliquem ambitus, Majeſtatis: accuſo negligentiam tuam, diſputationem, fidem, officium.* Et *accuſo te illi, apud illum aut coram illo:* Et *accuſo te de ſcelere, de negligentia.*

Accuſatio, accuſandi actus.

Accuſator, qui accuſat, Anklager.

Accuſatrix, quæ accuſat.

Accuſatorius, a, um, quod ad accuſationem pertinet. Ut, *liber accuſatorius: animus accuſatorius.*

Accuſatoriè, modo accuſatorio. Ut *accuſatoriè dixit.*

Accuſabilis, le, om. t. quod accuſatione & reprehenſione dignum eſt. Ut, *turpitudo accuſabilis.*

Accuſativus caſus, Grammaticis, qui & quartus dicitur.

Excuſo, as, cauſam aliquam rei prætendo, Paaſkylder / ſkylder for. *Oculorum valetudinem excuſavit: quò ſerius veniret, excuſavit mare & ambiguos flatus*, i.e. rejecit cauſam in illa. Item excuſo, quaſi extra cauſam pono, vndſkylder. *Me per literas excuſavit.*

Excuſatè, excuſandi modo. Ut, *Exoratus excuſatiùs facias.*

Excuſatio, excuſandi actus, vndſkyldning / paaſkud. *Peccati excuſatio.*

Excuſabilis, le, om. t. quod excuſari poteſt; vel excuſatione dignum eſt, vndſkyldelig. *Peccatum, crimen excuſabile.*

Excuſatorius, a, um, quod ad excuſationem pertinet. Ut, *Epiſtola excuſatoria.*

Inexcuſabilis, le, om. t. non excuſabilis. Ut *peccatum inexcuſabile.*

Incuſo, as, mores factúmve alicujus reprehendo: idq; cum querelâ, quod officii limites ſit prætergreſſus, Klager paa / at en haffuer forſect ſig och giort ilde / Skylder ſkylden paa en. *Adhibitis Centurionibus in concilium vehementer eos incuſavit.* Et *incuſavit eos probri*, Laſter de dem.

Incuſatio, incuſandi actus. Ut, *vitiorum incuſatio.*

Recuſo, as, n. pr. oblatum verbis rejicio, & quaſi dictâ cauſa repugno, Necter / affſlaaer / forſkiuder / ſiger imod. *Recuſat oblatum triumphum: recuſo comes tibi ire: regio hoc ferè recuſat: hoc tibi recuſo: de hoc nihil recuſo:* Et *recuſat pro ſe ſe*, i. e. accuſationem depellit.

Recuſatio, onis, recuſandi actus; Ut, *recuſatio diſputationis.* Item defenſio, ut pœna violatæ religionis. Ut. *juſtam recuſationem non habet.*

CAVSIA, Plaut. f. pr. regium capitis tegmen apud Macedones. Inde etiam plebejum adverſus æſtum Solis, Græcis dicta καυσία, à καίω, uro, Skygge hat. Erat autem pileus latas oras ac margines habens.

Cau-

Cauſiatus, cauſia ornatus, & cauſiam geſtans. Et recentioribus abſolutè: cauſiatus, pro cardinale. Cardinalibus enim umbroſior pileus pro inſigni eſt.

CAVTERIUM, Plin. n. ſ. Græca voce καυτήριον, ferramentum, quo candente ſceleroſos inurunt, Tyff-brende. Item chirurgicum, quo putrida ulcera & defluxui obnoxia loca inuruntur.

Cauteriatus, a, um, cauterio affectus, Tyffbrendt. Et translatè, Eccleſiaſticis, *cauteriata conſcientia*, quæ malè eſt affecta, Ond Samvittighed.

CAVTES, tis, Virg. f. t. ſaxum àſperum & abruptum mari imminens, à κόπτω, tundo, pulſo, concutio, quod fluctibus concutiatur: vel à κόπτω ſignificante ſcindo, quod exſciſſa ſit & abrupta, Klint. Aliter deducitur à cavo, quaſi cavata.

Cos, tis, f. t. veteribus idem quod cautes. Et peculiariter lapis, quo cultri acuuntur, Huedeſteen. Aliter ab ἀκόνη, ejusdem ſignificat. dempto capite.

Coticula, parva cos. Item lapis index, quo fit auri argentive experimentum, Prøffueſteen.

Cotaria, f. pr. locus, unde eruuntur cotes, Huedſteen grue / ſteenklippe / huor aff huedſteen brydis.

Compoſita.

Decotes, Feſt. togæ ſunt attritæ, quaſi cotibus detritæ & conſumptæ, Stumpe de och forſlette.

CAVUS, m. ſ. pr. corr. locus interius hians, à chaos, i. e. vorago inanis, aut immediatè à χαίνω, hio, Hullſted. Hinc *cavus laxior*, ſtort hull: cavus arctus, Sneffr hul: *Cavus arborum*, Hul i træ: *Cavus tutus*, trygt hul: *Cavus ligni*, Nockehul. Et *cavum ædium*, Varr. quod & Plin. conjunctim cavædium; locus qui tectus intrà parietes relinquebatur patulus ad communem omnium uſum, Huuſſrum / Stue. Item exponitur locus ſub dio vacuus cinctus undiq; porticibus ad communem omnium uſum, Gaardzrum.

Cavus, a, um, quod cavum refert, Huult. *Caba bona*, hul Are: etiamſi ſanguine vel alia re plena ſit. *Luna caba*, quæ corniculata, & in ſinum falcata eſt, Ny Maane eller Nøde / førſte eller ſiſte Forter. *Cavum æs*, Tromete: Item, Kaabergryde.

Cava, æ, f. pr. cavum in quo aves ædificant, Fuglerøde udi træ. *Caſa caba*, huggenhul / Nockehul.

Cavea, æ, f. pr. ſeptum quo beſtias includimus, Fold. Item quo aves ſervantur, Fuglebure. Item locus theatri ſeptus, equitibus ad ſpectandum deſtinatus, vdſict. Item locus populi univerſi ſeorſim diſtinctus.

Caverna, f. pr. ſaxum exeſum & intus cavum, Hulſteen / eller klippe. Item locus ſubterraneus receſſu longiore factus. Et translatè, caverna cæli, i. e. receſſus.

Cavo, as, act. pr. cavum facio, Huler / giør hul. *Lintrem ex arboribus cabat*: *cabat tellurem*: *ſaxa cabantur aquâ*.

Cavator, m. t. qui cavat; ut, cavator arborum picus.

Cavatus, a, um, Plaut. Ut, *oportunè cabata eſt mihi hæc Epiſtola*, pro eruta. Aliter legitur cavita pro cauta: Item captata: Item data.

CavaticæCochleæ, quæ in ſpeluncis naſcuntur.

Caviares hoſtiæ, quæ & cavæ, partes erant hoſtiæ caudatenus, quæ in ſacrificio, pro collegio Pontificum quotannis ponebantur.

Compoſita.

Concavus, a, um, intus vel introrſum cavum, Hul ind ad / inden til. *Concava ſpeluncæ altitudo*: *concava æra*; *concava jugula*.

Concavo, idem quod cavo. Ut, *concabare brachia in duos arcus*, i. e. inflectere & ſinuare, ut formam imitentur duarum arcuum.

Concavitas, orbiculata ſuperficies interior.

Excavo, as, act. pr. cavando eximo, eruo, vdhuler: *Lignum lapidem excabat*.

Excavatio, actus excavandi.

Excavatus, a, um, quod excavavimus. Ut, trulla excavata, vdhulet.

Incavo, Colum. idem quod cavo, excavo vel effodio.

Multicavatus, a, um, Varr. multa habens cava. Ut, *fabus multicabatus*.

Multicavus, a, um, Ovid. idem. Ut, *pumex multicabus*.

CE, ſyllaba paragogica, ſignificationem modò dictioni augens, modò Emphaſin addens, modò expletiva, à Græco τε, vel à κε potentiali & expletiva, eodem uſu & ſignificatione. Ut, *Ecce*; *hicce*, *hæcce* & *hocce*; *hujuſce*, *huncce*, *hancce*, *hocce*; *hoſce*, *haſce*, *hæcce*, *hiſce*. *Iſticce*, *iſtocce*. *Ejuſce*, *illiuſce*, *iſtiuſce*, per omnia genera. Item *Sicce*: de quibus ſuis locis.

CEDO, ceſſi, ceſſum, n. t. pr. prod. propriè hoſti vel victori locum do, eiq; me ſubduco, à χάζω ejusdem ſignificationis, Viger / viger for. Vndløber / gaar til ſide / aff vejen. *Victori ceſſit*: *hoſti ceſſit*. Inde quacunq; ratione locum vel ſtatum muto, Gaar fraa / ſtaar aff. *Cedere foro*, *viâ*, *poſſeſſione*. *Cedere vitâ*, eſt mori: *cedere alicui*, i. e. obſequi. *Cedere legibus*, *fato*, *fortunâ*, i. e. non repugnare: Item permittere. Item *Cedo ex oppido*, *ex Italia*, drager fraa / rømmer. *Cedere patriâ*, *cedere jure & de jure*, ſtaa fraa. Item *Proſperè omnia cedunt*, alting gaar for ſig / gaar lycke-lig til. *Hoc rectè ceſſit*, dett ſled ſig vell. *Cum tibi feliciter ſagina ceſſerit*, bek. mmer dig vell. *Cedere annis*, kand icke bliffue gammel. *Id rectè ceſſit*, Det ſled ſig vel.

Cedò, adverb. vi imperandi pro dic, Sig frem. *Cedo tandem*, *qui ſit ordo ſomniorum*. Item da vel exhibe. Ut, *cedo librum*, giff hid / lad ſee. Et Plaut. *cedite dextras*, i. e, date: ab eo, ſcilicet quod eſt cedo, quaſi cedite, cette.

Ceſſio, f. t. cedendi actus, vigelſe. *Ceſſio in jure*.

Ceſſim ire, Juriſconſ. locum dare cedendo, regrediendo, retrocedendo, affvejen tilbage. *Commiſſo prælio ceſſim ibant*.

Ceſſo, as, n. pr. à re agenda multum vel omninò cedo, vaco, quieſco, tardo, Lader aff / dueler / toffuer / giør intet / forhaler / er ſeen / vndſlaaer ſig for noget. *Ceſſas alloqui*: *ceſſas in re hac*. Et *ceſſas à re*, *ceſſas in vota preces q.*, i. e. tardus es in vota facienda.

Ceſſabundus, a, um, idem quod otioſus, quaſi qui multùm ceſſat.

Ceſſatio, f. t. ceſſandi actus, huile / roe.

Ceſſator, m. t. qui ceſſat vel nihil agit; vel tardus, Dueler / Seenferdig.

Ceſſatus, a, um, Ovid. partic. paſſ. Ut, *ceſſata arva*, i. e. neglecta, non culta, Offuer Agger / Leid Jord.

Compo-

Compoſita.

Abſcedo, is, n. t. à loco aliquo cedo, viger bort / drage ger fraa. *Labienus longius à ſuis copiis abſcedit.* Et ſine præpoſitione, *irrito incepto abſceſſit.*

Abſceſſio, onis, abſcedendi actus.

Abſceſſus, us, m. q. idem quod abſceſſio. Item Medicis, abſceſſus dicitur, ebulliens ex phlegmone, pars corporis, ejuſq; materiæ intus collectæ in pus converſio, mod Bylde: quia tum partes, in quibus ſit, diſcedunt ab invicem.

Accedo, is, n. t. ad aliquid cedo & eo, & propriè quidem itinere, gaar til. Inde viribus mentis & animi: Item ratione rei alius, animatæ & inanimatæ; corporeæ & incorporeæ. Ut *accedit Romam: ad ludos; in oppidum; in ſenatum in ædes ſacras, in Apuliam, in regnum, in fundus alicujus;: accedere alicui proximum*, i. e. eundem ferè eſſe: *id illi accedit. Ad ſimilitudinem Dei accedere. Quò plus ætatis ei accedit: paulum roboris accedit ætati. Animus accedit*, i. e. augetur: *verba jucunda ad aures accedere: accedere ad diſciplinam*, i. e. ſimiles habere mores: *ad verum proximè accedit: Hinc ſi quid accedat: accedebat ad hoc: ratio illa acceſſit. Accedere ad conditiones & pactiones*, i. e. accipere: *ad cauſam accedit nova crimen*, kommer til: *multum illi ad odium acceſſit. Accedo ad te*, i. e. ad te venio: *accedo tibi*, i. e. tecum ſentio: eadem. *Voluntas ad Poëtam acceſſit*, i. e. Poëtæ favemus: *accedere ſententia. Antonio Philippus proximus accedebat*, i. e. moribus ſimilis erat. Sic de aliis rebus ferè pro augeo, ſive incrementum importo: Ut, *accedit ad hæc: dolor acceſſit bonis viris: acceſſit eò.* Et abſolutè: *accedit, ut ne in ipſum quidem Clodium meum inſigne odium fuerit.*

Acceſſio, accedendi actus, tillgang. Unde *hinc maxima noſtris rebus facta acceſſio eſt*, i. e. incrementum, forøgelſe: *Acceſſio mille talentum facta eſt. Ad corpora fit acceſſio & abſceſſio. Ad priſtinas clades acceſſio fuit mors ejus, ad rem, ad orationem, ad veteres neceſſitudines: ædibus acceſſionem adjungat.* Item in febribus acceſſio dicitur ipſius morbi exaſperatio, qvum ſcilicet, redeunte morbo ad pugnam irritatur naturæ vis, Græca voce paroxyſmus.

Acceſſus, us, m. q. idem quod acceſſio. Ut, *acceſſus & diſceſſus ſolis: Luna acceſſu & receſſu ſolis lumen accipit*, tillgang.

Coaccedo, is, cum aliis accedo, vel multus in unum accedo. Ut, *decem coaccedunt minæ.*

Inacceſſus, a, um, quod accedere non poſſum, offrhaand/offrhændet. *Sylva inacceſſa: lucus inacceſſus*, vel propter denſitatem, vel religionem.

Antecedo, is, quaſi ante alium cedo & eo, forgaar. *Biduo me anteceſſit itinere Antonius.* Et translatè, ratione dignitatis, offrgaar/ haffe fortrin. *Antecedit omnibus ingenii gloriâ.* Sic, *antecedens annus*; & *antecedens dignitate.*

Anteceſſio, antecedendi actus; ut, *conſequentia cernit, cauſas rerum videt earumq; progreſſiones & quaſi anteceſſiones non ignorat.*

Anteceſſor, m. t. qui antecedit. Ut, *anteceſſores agminis*, forgangere.

Anteceſſus, us, m. q. idem quod anteceſſio. Et peculiariter quod ſic prius datur, ut plura inde ſequantur, for udgifft. *Benè tibi credo, itaq; in anteceſſum dabo.*

Anteceſſus, a, um. Ut *homo anteceſſus*, qui anteceſſit.

Concedo, is, idem quod cedo & quidem ſponte, Affſtaar/ giffuer efter/ begiffuer: *De tuo jure multum concedis. Hannibal in Hyberna conceſſit*, Begaff ſig hen. *Tempus eſt alia concedere*, ſlutte. Item, permitto, efterlader. *Non mihi hoc concedis. Servo jus gladii concedere*, giøre væraffrig.

Inconceſſus, a, um, non conceſſus, vtilſted/ vlovlig. *Inconceſſæ nuptiæ: inconceſſa voluptas.*

Conceſſo, as, idem quod ceſſo, lader aff.

Conceſſatio, Affladelſe/huile/ duelelſe.

Decedo, is, de loco in locum cedo, & ſæpe ex officio, viger/ gaar eller ſtaar til ſide. Idq; vel abſolutè, vel cum adjectione. Ut *viâ, provinciâ, urbe decedere, vel de via, &c.* Et translatè, *decedere de ſententia, officiorum inſtituto, de honore, de ſuo jure, &c.* Affſtaar. Unde & hæc & ſimilia, *decedere vitâ*, i. e. mori; *de ſtatione vitæ. De ſumma nihil decedit*, i. e. minuitur, Affgaar / formindſkis.

Deceſſio, f. t. decedendi actus. Ut, *is ſæpè mecum de tua manſione aut deceſſione communicavit.* Et *deceſſio de ſumma*, i. e. detrimentum & deminutio, formindſkelſe/ myſtelſe. Sic, *deceſſio capitis: Deceſſio decumæ.*

Deceſſor, qui loco vel officio alteri cedit, ut cum quis traditam ſibi provinciam ſucceſſori defunctus tradit, Formand/ ſom haffuer været for i ſted eller beſtilling.

Deceſſus, us, m q idem quod deceſſio.

Diſcedo, is, huc vel illuc cedo, gaar til en ſide / gaar bort/aff vejen. *Faceſſite hinc, atq; à nobis diſcedite, terra diſcedit*, Skiller ſig at / lucker ſig op til ſiderne. Item translatè, *in ſententiam & opinionem tuam diſcedo*, holder paa din ſide / haffuer den ſamme mening med dig. Tuam approbo ſententiam, meo ad te diſceſſu. Item *uxor à viro diſcedit*, i. e. divortium facit.

Diſceſſio, actus, quo diſcedimus. Et peculiariter, diſceſſio in ſententiis, anden mening / affſkild mening/ wennighed. Item divortium. Ut, *incommoditas huc omnis redit, ſi eveniat diſceſſio*, Ecteſkabs adſkillelſe.

Diſceſſus, us, m. q. idem quod diſceſſio. *À ſuis diſceſſus.* Et *diſceſſus à vita*, i. e. mors, affgang. *Diſceſſus terræ, diſceſſus cæli*, quo terra vel cœlum diſcedit, Jordſkel/naar Jord eller Himmel ſkillis ad oc Adskillis.

Excedo, is, quaſi extra cedo, gaar ud ad / viger. *Domo, urbe exceſſit: E prælio excedunt. Excedere ex Magiſterio alicujus*, komme fraa Lære. Et translatè, *excedere è vita*, i. e. mori. Et abſolutè, *excedere*, pro eodem. Item excedo translatè, quaſi ſupra cedo, Offuergaar. *Exceſſit omnes eloquentiâ.*

Exceſſus, us, m. q. excedendi actus. Et translatè, mors, død/affgang. Et cum caſu, *exceſſus vitæ.* Et *exceſſus à vita*, pro eodem.

Incedo, is, cum pompa & faſtu quodam eo, træner/ gaar ſtatelig frem/ ſtadzer i gang. *Tenero & molli paſſu ſuſpendimus gradum, nec ambulamus, ſed incedimus.* Item ſimplicitur eo, gaar frem. *Hac viâ incedebat, & per hanc viam.*

Inceſſus, us, m. q. incedendi actus, ſive is ſit cum pompa, ſive extra & communi modo, gang eller ſtadz i gang.

Inceſſo, is, ſſi, & ſivi, act. t. quaſi inceſſu meo alium urgeo, propius accedo, kommer nær til / trenger anden paa ſiden / gnider ſig paa anden / gaar anden for nær. Et translatè, *me inceſſit cupiditas*, i. e. corripuit, betog. Sic, *timor, religio Patres inceſſit. ſteriltas annorum homines inceſſit.* Et *auctumnus eos in-*

ceſſit,

ceſſit, kommer nær paa. Item, translatè, de rebus ſive animatis, ſive inanimatis, quæ violenter, propius, vel quaſi turmatim hominem invadunt, ſterck och mangfoldig paakommer. Ut, *procellæ ventorum inceſſunt.* Item jactu verbisq; aliquem impeto, Offuerfuſer / forfølger. *Maledictis conſulem inceſſit.*

Inceſſores latrones, Feſto, qui incedentes ad vias inſidiantur, Strat Røffuere.

Intercedo, ſſi, ſſum, n. t. quaſi inter duo cedo & ſum, er imellom. *Sylva inter eos & Arioviſtum intercedebat.* Sic *unus & alter dies interceſſit, cum res parum certa vidébatur*, det vaar en dag eller tu imellom. Et *inter nos vetus uſus intercedit.* Et *intercedit mihi tecum ſimultas, neceſſitudo, amicitia &c.* Item intercedo pro intercedendo quaſi & rogando, ſpondeo, fidejubeo vel impetro, Loffuer for / forhuærffuer. *Magnam pro iis intercеſſit pecuniam: tantum pro te interceſſiſſe dicebant.* Item conciliando gratiam intervenio, Megler/ tal for en: *pro inope & calamitoſo intercedebat.* Item quaſi uni adhærendo parti, obſiſto & oppono me alteri, Staar imod paa en andens vegne. *Tribuni extemplo pulſi cum intercedere rogationi vellent: Conſul, hoc approbante Senatu, ſuſtuliſſet, niſi tribunus plebis interceſſiſſet.* Item intercedo pro immiſceor, kommer iblant. *Multa ægritudo, huic gaudio interceſſit.*

Interceſſio, intercedendi actus: Et peculiariter in cauſis forenſibus quâ uni aſſerimus parti, & alteri obſtimus, Modſigelſe. *Interceſſio ſtultitiam interceſſoris ſignificat.*

Interceſſor, m. t. qui intercedit, obſtat & reſiſtit. Ut, *Interceſſor malæ rei, ſalutaris civis eſto*, i. e. obſiſte malæ rei.

Occedo, is, n. t. obviam cedo, gaar en imod. *Quisquis huic occeſſerit irato, vapulabit.*

Præcedo, is, n. t. præ aliquid cedo, vel prius cedo, gaar for. *Præceſſit tardum agmen: præceſſit injuria.* Item antecello, Offuergaar. *Veſtræ fortunæ meis præcedunt.* Sic, *præcedere aliquem auctoritate, ſapore, ſuavitate.*

Præcedaneus, a, um, vox ſacrificalis, ſignificans quod tempore præcedit. Ut, *præcedanea hoſtia*, quæ pridie præcedebat ſacrificia ſolennia: *præcedaneæ feriæ*, quæ diem ipſius feſti ſolennis præcedunt, Hellig Afften. *Præcedaneæ natalium*, Jul Affren. *Præcedaneæ Paſchatis*, Paaſke Affren/ &c. Item *præcedanea porca*, quæ cereri mactabatur ab eo, qui non feciſſet mortuo juſta: ſic dicta, quòd mactari deberet, antequam novas fruges guſtaret, qui peccaverat. Sic, *agna præcedanea*, quæ ante alias in ſacrificiis præcedebat. Aliter *præcidania porca, præcidanea agna*, à præ & cædo, quaſi quæ priore loco cædebantur & mactabantur.

Præcedarius, antiquè, idem quod præcedaneus. Ut, *porca præcedaria.*

Procedo, is, n. t. porrò cedo, gaar frem. *Cum purpurea veſte proceſſit: fœtus ſeu naſcens in pedes & pedibus procedit*, kommer frem/ fødis først med Beenene. Et translatè, *procedunt ſtipendia*, De gaar alt paa oc frem. Et *proceſſit multum in Philoſophia*, ſive diſcendo ſive docendo, Er kommen megit frem. *Hoc pa-*

rùm, vel benè, vel malè proceſſit, i. e. in effectum ceſſit, gick for ſig.

Proceſſus, us, procedendi actus, fremgang: Et propriè, & translatè. Ut, *proceſſus militum*, ſcilicet, qui fit pedibus. *Proceſſum magnum fecit in Græcis literis*, ſcilicet, qui fit diſcendo. Item ſucceſſus & eventus. Ut, *de tuis proceſſibus nihil audivi.*

Recedo, is, idem quod abſcedo vel diſcedo ſive retrocedo, gaar eller viiger fraa. *Ab hoc procul recedas.* Et translatè, deminuor & ſubſido. Ut, *receſſit ventus*, Sactis / ſacter ſig. Item cedendo disjungor, gaar fraa hin anden. *Fragmentum à fragmento recedit.* Item procul vel planè à re abſcedo. Ut, *recedere ab officio*, eſt deſerere officium: *recedere ab armis*, eſt ceſſare, vige eller ſtaa fraa / affſtaa. *Recedere à vita*, eſt mori. *Recedere ab oculis*, gaa aff ſict/ affſiune. *Recedere à conditione, perſona, ſtatu*, gaa fraa oc forandre ſig i ſaa maade. Item ad principium venio & cedo q. retrò cedo, kommer tilbage igien. *Romam receſſit.*

Receſſus, us, m. q. recedendi actus, bortgang/ fraavigelſe. *Luna acceſſu & receſſu ſuo, ſolis lumen accipit.* Item *receſſus oculi* pro ipſa concavitate, in qua oculus reconditur. Et translatè, *receſſus animi*, i. e. reconditæ cogitationes, quæ difficile poſſunt perveſtigari, dyb gang langt aff vejen: re ſignificante procul, vel procul retroq; intimum in iis. Item *receſſus maris*, Vaar Baffuet gaar ud. Item *receſſus* Jurisconſ. contractus inter diſſidentes partes Reipubl. ad quem quaſi utraq; recedit, Affſeed/ Receß.

Receſſim, adverb. q. d. retro ceſſim, frem oc tilbage. *Receſſim cedam ad parietem*, tilbage.

Retrocedo, is, retrorſum cedo, viger tilbage.

Secedo, ſeorſim ab hominum frequentia cedo, gaar til ſide/ hen for mig ſelff. *Fugite, abite & de via ſecedite: Receſſit in partem interiorem domus, in hortos vacuos.*

Seceſſio, ſecedendi actus. Ut, *ſeceſſio plebis in montem ſacrum.* Et inde diſſenſio & populi diviſio in duas plurésve partes, Vaar huer tager for ſig ſelff.

Seceſſus, us, m. q. idem quod ſeceſſio, ſeu ſecedentis affectio, En rum. *Carmina ſeceſſum quærunt.* Item locus ipſe ſecretior & ab hominum turba aſpectuq; remotus. Ut, *Eſt in ſeceſſu longo.* Sic *ſeceſſus aviùm.*

Succedo, is, ſub aliquid cedo, gaar ind under. Tectum ſubit imbris vitandi cauſa: *Coluber ſuccedit umbræ: boſpes ſuccedit ſedibus; penatibus, domibus noſtris, portis.* Item in alterius locum cedo & venio, gaar i ſteden. *Defatigatis ſuccedebant*: In eorum locum ſucceſſit. In tertia perſona *Succedit*, ſignificat proſperè cadit, cedit & evenit. Ut, *ſucceſſit inceptum*, Det lyckedis/ gick for ſig. *Hàc non ſucceſſit, aliâ ingrediamur viâ.* Item ſimpliciter accidit, Det hender. *Si ſucceſſit alienari mente.* Item impersonaliter, *Succeſſum eſt ei*, Det gick for ſig / lyckedis. *Deceſſiſti antequam ſucceſſum eſſet tibi.*

Succeſſio, onis, f. t. ſuccedendi actus. Ut, *ſucceſſio provinciarum. Succeſſio Bruti in locum Antonii: Succeſſio proſperæ.*

Succeſſor, m. t. qui alteri ſuccedit, effter Mand i hans ſted.

Succeſſus, a, um, quod ſucceſſit, Lyckelig tilganget. *Omnia bene mihi ſucceſſa. Succeſſa bona* activè, quæ benè ſucceſſerunt.

Succeſſus, us, m. q. idem quod ſucceſſio vel ſuccedentis affectio & ratio, accipiturq; pro eventu tàm bono, quàm malo. Ut, *caret ſucceſſu.* Et *infelix ei ſucceſſus.*

Succeſſum, ſi, n. ſ. Ovid. idem quod ſucceſſus, pro eventu. Ut, *ſucceſſorum Minervæ indoluit.*

Succedaneus, a, um, Plaut. quod alteri ſuccedit. Ut, *tergum meum ſtultitiæ tuæ ſuccedaneum eſt. Succedaneæ hoſtiæ,* quæ ſuccedebant primis. Unde *ſuccedaneus alieni periculi,* ſom kommer effter anden i ſteden. Aliter *ſuccidaneæ hoſtiæ dicuntur*, quæ ſecundo loco cædebantur, à ſub & cædo.

Compoſitum aliud ſingulare.

Neceſſe & neceſſum adverb. qualitatis iis additum, in quibus quaſi ceſſare non licet, Fornøden/endeligen. *Neceſſe eſt ut huic ſubvenias.* Erat autem olim declinabile. Aliter deducitur à nec & eſſe, ut negotium à nec & otium.

Neceſſarius, a, um, quod neceſſe eſt, & ſine quo aliquid fieri non poteſt, fornøden / endeligen. *Ferrum ad colendos agros eſt neceſſarium.* Et abſolutè, *neceſſarius*, neceſſitudine conjunctus, Slect / Frende eller ſynderlig ven.

Neceſſariè & neceſſariò, modo neceſſario, ex neceſſitate. Ut, *Oratio neceſſariè demonſtrans.* Et, *neceſſariò cum his vivo.*

Neceſſitas, f. t. vis ipſa, quæ cogit, fornødenhed. *Neceſſitate coactus feci.* Sic, *neceſſitas officii,* pro eo quod officium requirit. Item neceſſitas, jus quoddam & vinculum religioſæ conjurationis, qualis eſt ſanguinis familiaritatisve, Frendſkab eller Venſkab/ q. d. huor den ene haffuer den anden i behoff: Ubi alter alterius requirit operam. Ut, *pro noſtra neceſſitate tibi non deero.*

Neceſſitudo, inis, f. t. idem quod neceſſitas, pro urgente illa, Fornødenhed: Item pro devinciente conſanguineos & familiares, Frendſkaff/ Venſkaff.

CEDRUS, f. ſ. κέδρος, nomen eſt arboris, Cedertræ.

Cedratus, a, um, Plin. cedrino oleo perunctus. Ut, *libri cedrati.*

Cedrinus, a, um, Plin. quod eſt ex cedro, giort aff Ceder. *Cedrina domus; cedrinum oleum.*

CELER, ris, pr. corr. om. t. rior, rimus, & apud vetuſtiſſimos celeriſſimus; propriè qui in certaminibus curſu præſtabat, à κέλης, Equus deſultorius, ſive eadem origine à κέλης, avis perniciſſima: quaſi qui non currere ſed volare videbatur: dicebaturq; tum de Equis, tum de hominibus curſu certantibus. Inde accipitur pro quocunq; modo veloci, Snar til ſin gierning/ flux paa ſin fod eller haand. Et abſolutè, num. plur. Celeres dicti ſunt trecenti milites, quos Romulus ad corporis ſui cuſtodiam delegerat: ſic dicti, quod pro belli neceſſitate, tum equites, tum pedites expediti pugnabant, Enſpender/Dragoner.

Celeriuſculus, a, um, aliquantum celer.

Celeratim, Siſen. adverb. idem quod celeriter.

Celeranter, Accio, idem.

Celeritas, f. t. celeris ratio & habitus, Snarhed.

Celeriter, adverb. modo celeri. Ut, *celeriter imperata facit.*

Celeritudo, Varr. idem quod celeritas.

Celebris, bre, vel, celeber, bris, bre, brior, berrimus, om. t. propriè celeritate præſtans in certaminibus, eoq; nomine notus. Inde quocunq; nomine & facto illuſtris, notus & clarus, Naffnkundig / Berømmelig. *Homo celebris: Reſpublica celebris.* Ponitur & pro frequenti, quaſi quod numero celebre eſt: idq; paſſivè, tum ad rem, tum ad perſonam, relatum; ut, *celebre imperium: locus celebris;* i. e. qui frequentatur & celebratur. Exponitur & velox. Aliter deducitur à calo, i. e. nomino, calabris, q. nominandus.

Celebriter, adverb. ſignificans cum celebritate, cultu & honore.

Celebritas, f. t. famæ claritas, quâ apud multos innoteſcimus, Naffnkundighed / Berømmelſe. Item frequentia, ut, *celebritas mercatus, judiciorum, hominum, &c.*

Celebro, as, Cic. celebrem facio, prædico, Berømmer/ Roeſer. *Poëtarum libris celebratur.* Item frequento, Idelig ſøger. *Celebrare templum*, gaa gierne i Kircken. *Celebrare feſtum*, eſt cum celebritate feſtum frequentare, ſive frequentiâ cohoneſtare, Holde helligt / ære med ſin nærværelſe. *Celebrare nuptias*, holde Bryllup. *Celebrare exequias*, Følge Liig til Jorde.

Celebratio, Cic. celebrandi actus. Ut, *celebratio ludi.*

Celebratus, a, um, & ſuperlat. celebratiſſimus, Cic. celebris & celebritate affectus. Ut, *res ſunt celebratiſſimæ ſermone omnium.*

Celebreſco, Non. celebris fio.

Celero, as, Virg. act. pr. celeriter ago, Haſter / Iler. *Celerare fugam*, giffuer ſig haſteligen til fluct/ flyer haſteligen. *Celerare iter*, haſte med ſin reiſe/ füge.

Celox, ocis, Plaut. m. t. navigii genus celeritate inſigne, Jactſkib / velbeſeglet Skib. Et translatè, venter ſaburratus. Item adjectivè, *celox opera*, pro celeri & veloci.

Celones, Iſid. biremes vel triremes veloces, agiles & ad miniſterium claſſis aptæ, quæ & Græcis κέλητες, dictæ ſunt.

Compoſita.

Accelero, as, n. pr. celeriter vado, Haſter/ Iler. *Accelerare volet, ad veſperam eum conſequetur.*

Acceleratio, accelerandi actus, haſtelſe fügen.

Concelebro, as, idem quod celebro, vel cum aliis celebro. Ut, *concelebrare feſtum*, i. e. feriari. *Concelebrare convivium, funus, exſequias*, eſt cum celebritate exhibere & inſtruere.

Incelebris, bre, om. t. Silio, non celebris. Ut, *Vallis incelebris.*

Perceler, eris, valdè celer. Ut, *interitus perceler.*

Percelebro, valde celebrem facio. Ut, *Verſus in ipſius laudes totâ Siciliâ percelebrantur.*

CELLA, æ, f. pr. propriè cavus favi; à cera ſic dicta, quaſi cera, cerula, cerella, cella, Bijhul. *Diſtendunt nectare cellas.* Inde translatè, cavus ædium, in quo annona & penus reconditur & aſſervatur, ut mel in favis & cellis apum, Kielder/ Spiißkammer. Diciturq; cum adjectione, *cella vinaria, cella farinaria, pomaria, lignaria, libraria, caſearia*, de quibus ſuis locis.

Accipi-

Accipitur & pro loco, in quo lavamur & ungimur in balneis: unde *cella caldaria, frigidaria & tepidaria*. Item cella dicebatur pars templi interior, in quam ingredi non cuivis fas erat, Sacristi. Aliter deducitur à celo cælo, quasi in qua aliquid celatur & reconditur.

Cellula, Terent. parva cella.

Cellaria, Plaut. locus ubi vinum conditur, Viinkælder. Item quæ præest cellæ, Viintapperske / Kælderpiige.

Cellarius, Plaut. qui in cella penui promendo condendoque præest, SpiseMester/Kelderswend/Kedeswend/Kockenskriffuer.

Cellarium, Plin. n. s. cella penaria, Spisekammer eller Kælder.

Cellariolum, n. s. parvum cellarium.

Cellaris, re. Colum. quod ad cellam pertinet. Ut, *cellares columbi*, qui domi nutriuntur, tamme Suer / Maanedzduer.

Composita.

Circumcelliones, dicti sunt, qui circum cellas vagantur.

CELLO, is, n. t. veteribus significabat moveo, vi magnâ cieo. Et neutraliter, sublimis ago ex velocitate, à κέλλω, ejusdem significat. dicebatur & antiquis Cilleo.

Celsus, a, um, quod sublime agit & est, Høy. *Infans sit celsior.* Aliter, immediatè à κέλης, equus desultorius, sive eques desultor, quod qui Equis vehuntur sublimes sunt. Item à cælum, ut propriè dicatur de altitudine cœli.

Celsitas, tis, Cic. f. t. ipsa celsi ratio, Høyhed. Dicitur; non tantum de corpore, sed & de animo. Ut, *Celsitas animi*, høymoed: in bonam scilicet partem.

Celsitudo, f. t. idem. ἀδηλον. Estq; peculiaris Ducum titulus honorarius.

Composita.

Antecello, is, quasi ante alium cello & sublimis sum, forgaar/offuergaar. *Eloquentiâ alios antecellit: natione antecellimus bestiis.*

Excello, is, n. t. & excelleo, es, s. quasi extra cello, altitudine & staturâ super aliud cello & ago, supero, Er høyre. Propriè de statura. Inde translatè, de moribus & prudentia, Offuergaar andre i forstand oc skickelse/Er ypper meere. *Excellit omnes eloquentia.* Et *excellit Principibus dignitate. Animo seu animi virtutibus excello.* Dicitur & *excellit malitiâ*, Offuergaar. Et absolutè: *Elabora, ut excelleas.*

Excellens, tis, tior, tissimus, quod excellit, Høy. *Tumulus excellens.* Et translatè, ypperlig / herlig. *Excellentes viri, excellens virtus: excellens pulcritudo muliebris: excellens vir omni genere laudis:* Et *in re aliqua excellens.*

Excellentia, excellentis ratio vel habitus, ypperlighed/herlighed. *Excellentia hominis:* Et *animi excellentia.*

Excellenter, modo excellenti. Ut, *hæc excellenter gesta sunt.*

Excelsus, a, um, sior, idem quod excellens, Høy. *Corpore excelsus: mons excelsus.* Et translatè, ypperlig. *Vir est excelsus & humana despiciens: excelsus animus.*

Excelsè, sius, adverb. modo excelso. Ut, *excelsius scandit: excelsius dicit & sentit.*

Percello, culi & culsi, culsum, act. t. valde cello & moveo. Ut, *teneram abietem solus percellit*, i. e. evertit. *Perculsit id animum meum*, i. e. percussit, Det stack mig/ Slog mig til hiertet. *Tumultus perculsit civitatem*, Stødte. *Perii, plaustrum perculi*, i. e. everti, Stødte eller velte Vognen om.

Perculsus, a, um, quod perculsimus, Stød. Referturq; ad animum. Ut *perculsus est atrocissimis literis: perculsus amore: perculsus casu: perculsa timore civitas;* Forstyrret/ forfærdt/ Stød aff Lasse.

Præcello, lui, & antique præcelleo, præ aliis cello & sum sublimior, Offuergaar. *Malus Assyria odore præcellit: præcellit reliquis robore mentis.*

Præcellens, tis, om. t. quod præcellit, ypperligt. *Præcellens arbor: suavitate præcellentior.* Et *Virgilius vates præcellentissimus.*

Præcelsus, a, um, valde celsus. Ut, *præcelsus locus.*

Procello, is, proculi, act. t. porro cello, aut valde concutio. Ut, *improbissus turbo eos proculit*, Slog oc stødte veldeligen.

Procella, læ, f. pr. vis venti cum pluvia mari ferè imminens, sic dicta quod procellat & concutiat omnia, Stormvind/ brusende vær/ storm i haffuet. Et translatè, turba & exagitatio, Storm oc brusen. *Procella patriæ, pacis, temporis, irarum.*

Procellosus, a, um, procellis plenus. Ut, *ver procellosum: Ventus procellosus*, Storm fuld.

Recello, is, pro reclino & retro cello. Ut, *recellere nares.* Et *recellit proram ad solum grabi pondere*, i. e. deprimit.

Nota. Composita, quæ à cello, active pro cieo, moveo, descendunt, præterita faciunt in culi: Ut, percello, procello, recello. Quæ autem à cello, sublimis sum & ago, faciunt llui, ut, antecello, excello, præcello.

CENSEO, es, sui, sum, act. s. inquiro in bona alicujus, deq; iis cognosco, à centies, quia is tantùm census habebatur, qui centies, i. e. centum millia æris deferebat, Skatter godz och ens formue paa offgifft / Legger i Skatt. *Censuisti prædia: voluisti magnum agri modum censere.* Et pass. *censetur Sicilia: Censa urbs: Aliena censendo sua facit:* Sic, *censere annonam*, Vrage. Item existimo, sententiam fero, decerno, Meen/ hæffuer en Mening om / dømmer/acter/ slutter. *Quid mihi animi navigando censes fore? Surgendum censeo: de ea re ità censeo: Senatus censuit: mihi aliter censetur.* Legitur & præteritum census sum vel fui in activa significatione tanquam à deponenti censeor. Ut, *census est mancipia: audivit te servos suos esse censum.* Aliter à καινόω καινίζω renovo, propter sæpius repetitam æstimationis recognitionem, quinto nimirum quolibet anno.

Censio, onis, f. t. censendi actus. Et peculiariter, quâ censores censebant mores irrogatione pœnæ, ut cum Eqvum Equiti adimebant, vel Senatorem Senatu movebant, vel quempiam ex plebe ærarium faciebant: quod & dicebatur censionem facere.

Censitor, Ulp. verbale ex antiquo censio, is, quart. conjug. idem quod Censor.

Censor, oris, m. t. qui bonorum & facultatum censioni præfuit, LegsMand. Et peculiariter qui præfuit censioni morum, Magister morum, Siuningsmand. Crescentibus enim vitiis fecerunt censores morum, ut initio erant censores facultatum. Erat etiam censorum munus tueri urbs templa, vias, pontes, aqua-

rum ductus, vectigalia elocare, quod postea Ædilium erat. Sic *censores annonæ*, Vragere.

Censorius, a, um, quod censorem spectat. Ut, *censorium dictum*, quod à censore latum est: *Censoriæ vestes*, quibus censor utebatur. *Censoria virgula*, pro rigida inquisitione morum, Skarp inseende / til at rette noget. *Censorium supercilium*, i. e. gravitas. Et absolutè, *Censorium non est sic vivere.*

Censorius, m. s. qui censor fuit, non qui est.

Censura, censoris officium & dignitas. Item justa rei ratio & severa, ad quam quid dirigitur. Ut, *Vita Principis censura est morum nostrorum.* Item censio, qua censetur facultas. Ut, *censura domus, agrorum aliorumve bonorum*, i. e. inspectio cum æstimatione, Siun/ Siuning/ Vordering. Et translatè, *censura vexat columbas*, Dom oc Affsigt/ huor med mand siger nogen i fald.

Census, us, m. q. censendi actus, vel censi affectio & æstimatio rerum & bonorum, secundum quam tributa penduntur, huer mandz optegnet formue / Aarlig skatt. *Censum impediunt tribuni: In censum venit: Census Equitum. Census Equitis Romani erat decem millia coronatorum seu quadringentorum sestertium.* Item census est annuus reditus & quicquid fortunarum quis habet, Aarlig indkom eller formue. *Ager censui censendo dicitur esse*, qui & emi & vendi jure civili potest.

Censualis, le, Ulp. ut, *forma censualis, vinculum censuale.*

Census, a, um, qui venit in censum, lagt oc sat i skat. *Pater census, filius incensus. Capite census*, qui non ære, sed vita tantum census erat. Vide dictionem caput.

Composita.

Accensi, orum, cujus singulare accensus, m. s. milites erant levis armaturæ, quales libratores, funditores, sic dicti quod decurionibus & centurionibus accensebantur, i. e. attribuebantur. Aliter quod supplendis militibus seu legionibus, quasi ad legionum censum adscribebantur, vel in demortuorum locum subrogabantur, vel ad necessarias res arcessebantur, Item Accensus nomen ministri significans ministrum è libertis scriptum, qui accibat jus poscentes ad prætorem, & importunis interpellatoribus silentium imponebat, & populum jussu Magistratus, cujus minister erat, accibat, i. e. vocabat: Unde & ab acciendo deducitur, saa som en Profoeß.

Duicensus, Fest. cum altero, i. e. filio census.

Incensus, a, um, qui non est census, & qui censum suum non est professus.

Percenseo, n. s. idem quod recenseo, sed quadam cum perfectione.

Recenseo, es, enumerando censeo, & censendo numero, Regner op / Munstrer. *Recenset exercitum, captivos, numerum.* Inde simpliciter narro, forteller. *Fortia facta recenset: exempla recenset.*

Recensio, onis, f. t. recensendi actus, Opregnelse/ Munstring. *Recensio exercitus, copiarum.* Item pro ipso civium censu. Ut, *publica recensio*, publicis tabulis impressa.

Recensitus, a, um, Svet. pen. prod. quasi à recensio quart. conjug. idem quod recensus.

Recensus, a, um, Svet. quod recensuimus. Ut, *Senatus recensus*, Opregnet/ Munstret.

Recensus, us, m. q. idem quod recensio, &, ut volunt, peculiariter, *recensus populi*, pro examine & disquisitione brevi in eos qui jure aut injuria capiebant publicum frumentum.

Succenseo, es, n. s. in re gravi & justa ex causa irascor, quia censuram sequi solet indignatio, fortørnis paa. *Mihi succenset.*

CENTRUM, n. s. κέντρον, locus medius seu punctum sphæræ, sive orbis medium, Mitt eller mittelste prick inden udi en klode eller kredz. Item clavus arboris vel marmoris ferræ infestus, Quist eller knorte inden udi træ eller Marmorsteen.

Centralis, le, Plin. Ut, *terra centralis.*

Centrosus, a, um, Plin. centris, h. e. clavis plenus, fuld aff quiste. Marmor, lignum centrosum.

Cento, onis, m. t. stragulum densum & ut plurimum versicolor, eadem cum centrum origine, à κέντρον, ablato ρ, Rhy. Inde translatè, à diversitate tum materiæ, tum colorum, genus carminis ex diversis carminum fragmentis hinc atq; illinc arcessitis, contextum & quasi consutum, Tilhobe lappet Poeteri / Ribrabs. Unde *Homerocentones & Virgiliocentones*, qui ex illis auctoribus sunt consuti.

Centunculus, m. s. idem quod cento. Accipitur & pro vilioris operimenti genere, quod clitellis substerni solet, Bestetecke. Est & herbæ nomen, sic dictæ à molli foliorum lanugine, quæ ad inferciendos centones, tometi inopia suppleri posset, agger vid.

CENTUM, numerale indeclinabile decies decem continens, ab ἑκατόν, ejusdem significat. Hundrede. Accipitur & interdum indefinitè pro pluribus, Mange. *Centum greges: centum juvenci*, i. e. multi.

Centenarius, a, um, quod centum in se continet. Ut, *lapis centenarius*, qui centum continet libras. *Centenarius homo*, qui est centum annorum. *Centenarius numerus gregum*, i. e. grex centum capitum, hundrede stycker. *Centenaria cœna*, quæ erat centum assium. Item *cœna centenaria*, in quam non plus centusse impendebatur præter è terra enata.

Centenus, a, um, adjectivum distributivum, huer hundrede. Ponitur & pro cardinali. Ut *centena millia: centena arbor*, i. e. centum remi: *centeni anni.*

Centesimus, a, um, unus aut ultimus de centum, Den hundrede. Interdum multiplicationem denotat, idem quod centuplex. Ut *centesimus fructus*, hundrede defold fruct. *Centesimæ fruges*, hundrede fold grøde. *Centesimæ calendæ*, i. e. centesimus mensis. Unde *centesimis calendis dare*, est intra annos octo & menses quatuor. *Centesima usura*; Et, absolutè, pro eodem centesimæ, arum, usura est, cum pro singulis centenis duodena quotannis persolvuntur: sic dicta, quòd in centum mensibus sortem adæquet, vel potius, quia singulis mensibus in fœnus centesima sortis pars impenderetur, nimirum à menstrua solutione, tolff aff hundrede eller Maanedz penge / en daler aff hundrede om Maaneden.

Centies, adverb. centum vicibus, Hundrede gang. Sciendum autem centies, sexagies & cæteris hujus formæ, cùm de pecuniis loquimur, addendum esse, centum millia, scilicet sestertium nummum.

Centu-

Centuria, f. pr. centum homines. Erat enim populus Romanus in centurias diſtributus, En roede paa hundrede mand. Eratq; pars tribus. Item in re militari cohors centum peditum, En roede Fodgangere eller Fodfolck. Item centuriæ in agris dicebantur ducenta jugera. Centuria enim à centum jugeribus vocabatur: ſed mox duplicata nomen retinuit, ut Tribus primùm dictæ à partibus populi tripartitò diviſi, quæ tamen poſtea multiplicatæ priſtinum nomen poſſident.

Centurio, onis, m. t. qui centuriæ præeſt, Hopmand/ Rodemeſter.

Centurionus, apud veteres idem.

Centurio, as, Cic. act. pr. in centurias ordino. Ut, *homines centuriari video: Capuæ centuriat, dinumerat.*

Centuriatus, a, um, in centuriam diſtributus. Ut, *centuriatus miles: ager centuriatus*, i. e. uni centuriæ à Romulo conceſſus, qui tamen ducenta habebat jugera.

Centuriatus, us, m. q. officium & dignitas centurionis.

Centuriatim, Cic. per centurias, Rodeviiſ. *Ordines tributim & centuriatim deſcripti.*

Compoſita.

Concenturiare Sycophantias, apud Plaut. pro colligere, ſimilitudine translatâ à centuriis ſive quod ad ſuffragia conveniebant, ſive certa multitudine conſtabant, Snoe oc tencke ſkalckhed op / ſanckeſammen eller menge udi hobe tal / Solder i hob. Sic *concenturiat mihi Epiſtola metum in corde*, Solder i hob.

Ducenarius, a, um, quod eſt ducentorum, ſeu ducenta continens. Ut, *pondera ducenaria*, h. e. ducentarum librarum, tu hundrede pund. Et *ducenarius*, qui ducentos milites ducit.

Ducenteſimus, a, um, è ducentis unus vel ultimus.

Ducenti, & concisè duceni, æ, a, bis centum, tu hundrede.

Ducenties, adverb. bis centum vicibus, tu hundrede gang.

Nongenti, æ, a, novies centum, Ni hundrede.

Nongeni, æ, a, idem quod Nongenti.

Octingenti, æ, a, octies centum, Otte hundrede.

Octingenarius, a, um, numerus octingenta in ſe continens. Ut grex octingenarius.

Octingenteſimus, a, um. Unus vel ultimus ex octingentis.

Quadringenti, & concisè Quadringeni, æ, a, quater centum, fiire hundrede. *Anni quadringenti: quadringena ſeſtertia.*

Quadringenties, adverb. quater centies. Ut, *quadringenties ſeſtertium numerabit*, i. e. quadringenta ſeſtertia.

Quadringenteſimus, a, um, unus vel poſtremus ex quadringentis. Ut, *annus quadringenteſimus.*

Quingenarius, a, um, quod eſt numero quingentorum. Ut, *grex quingenarius: Lanx quingenaria*, paa fem hundrede.

Quingenteſimus, a, um, è quingentis unum vel ultimum. Ut, *anno urbis quingenteſimo.*

Quingenti, æ, a, & concisè quingeni & antiquis quincenſi, quinquies centum continens, femhundrede.

Quingenti vel quingeni denarii. Item *quingenti* Magiſtratus apud Athenienſes à numero ſic dicti: Erantq; auctoritate & dignitate Areopagitis proximi.

Quingenties, quinquies centies.

Septingenti, æ, a, ſepties centum, Syffhundrede.

Septingenarius, a, um, quod numerum ſeptingentum complectitur.

Septingenteſimus, a, um. Ultimus vel unus ex ſeptingentis.

Sexcentenus, & concisè Sexcenus, a, um, numerus diſtributivus, & pro cardinali uſurpari ſolitus. Ut, *Sexcenteni malleoli pangendi*, i. e. ſexcenti. Sic *nummi ſexceni: Urnæ vini ſexcenæ.*

Sexcenteſimus, a, um, unus ſive ultimus ex ſexcentis.

Sexcenti, & concisè ſexceni, æ, a, ſexies centum. Ut, *ſexcenti milites.* Ponitur & frequenter pro numero infinito. Ut, *ſexcentas dicas ſcripſit.*

Sexcenties, adverb. ſignificans ſexcentis vicibus, Sexhundrede gange.

Succenturio, qui vices Centurionis gerit; qui & optio, Hopmands Lutenant.

Succenturio, as, Feſt. explendæ centuriæ gratia ſuppleo, ſubjicio.

Succenturiatus, quem ſuccenturiavimus & centuriæ ſupplevimus. Ut, *Ego hic in inſidiis ſuccenturiatus ero, ſi quid deficies.* Aliter *ſuccenturiati milites exponuntur*, qui ſunt ſecundæ centuriæ, non primæ, ſed ut laborantí primæ ſubveniant.

Tercenteni, æ, a, pro trecenti. Ut, *tercentena Epigrammata.*

Tercenti, æ, a, idem quod trecenti.

Tercenties, adverbium ſignificans tercentum vicibus, Trehundrede gang.

Tercentum, adverb. pro trecenti, æ, a; ut, *tercentum juvenci: tercentum delubra: tercentum Dii.*

Trecenteſimus, qui unus vel ultimus eſt ex trecentis.

Trecenti, & concisè Treceni, æ, a, tercentum. Ut, *trecenti juvenes, treceni milites.*

Undecentum, quaſi dempto uno de centum. Ut, *paruerunt eis annis undecentum*, Ni och halfffemteſindzſtiuffue Aar.

CERA, f. pr. materia favorum & nidorum apiariorum, à κηρὸς, ejuſdem ſignificationis, Vox. Et tropicè, pugillares, quia ante uſum papyri inventum cerâ pugillares obducere ſolebant, Voxtaffle / Skriffuertaffle. Et rurſus pro cujuscunq; folii altera parte, paginâ nimirum, den ene ſide paa it blad papir. Unde *cera prima*, førſt paa bladet: *Cera ima*, ſiſt paa bladet. *Cera extrema codicis*, i. e. folium extremum tabularum. Item *cera prima, ſecunda, tertia, quarta, &c.* i. e. prima, ſecunda, tertia, &c. ſcripti vel teſtamenti alicujus pars. Eſt & cera nomen herbæ.

Cerula, exigua cera, lidet eller tyndt Vox.

Cerago, liquor vel ſuccus ex favorum concavitatibus ſaporis amari.

Cerarium, Cic. n. ſ. quod ceræ obſignatoriæ nomine penditur, Breffpenge.

Cera-

Cerarius, m. ſ. qui ceram tractat, conficiendo, obſignando, vendendo aut candelas faciendo.

Ceratum, Plin. genus malagminis, quod vulneribus ſuperimponi ſolet.

Ceratus, a, um, cerâ obductus & illitus. Ut, *tabulæ ceratæ: tabella cerata.*

Cereus, a, um, quod ex cera eſt. Ut, *cerea imago*, Voxe Billede. *Cerea caſtra*, i. e. favi ipſi, vel alvearia. Et, tropicè, mollis, facilis & flexibilis, Blød / ſom lader ſig bøje. *Juvenis in vitium cereus eſt.* Item color flavus, qui ceræ ineſt, gul ſom Vox. *Cereum prunum*, Spillinge. Item candela ex cera facta ſeu funalis, Voxliuß.

Cereolus, Hier. m. ſ. deminutivum. Ut, *candela cereola*, Lidet Voxliuß.

Cerinus, a, um, Plin. quod ceræ eſt ſimile. Ut, *cerinus color: prunum cerinum: ficus cerina à cereo colore.*

Cero, as, Columel. act. pr. cerâ obduco, vøxer / klin med vox. *Cerare dolia.*

Ceratura, Col. f. pr. ipſa ceratio, Vexning.

Ceroſus, a, um, Plin. quod ceram admiſtam habet. Ut, *mel ceroſum*, quod nondum ſatis eſt expurgatum, wſkær ret Honning.

Compoſita.

Incero, as, Juvenal. act. pr. cerâ obduco, vøxer. Et *incerare genua Deorum dicebatur*, qui votum ſuſceptum & cerâ obſignatum genibus Deorum affigebat.

Primicerius, m. ſ. Ammiano, qui primus eſt inter notarios Principis, reliquisq; dignitate antecellens, ſic dictus à cera, quia in tabulis cereis ſcribebant veteres: vel à cera ſigillaria, øffuerſte Secreterer.

Procerus, a, um, quod in longitudinem productum eſt, ut facilè ſit in cera, Lang vddragen. *Homo procerus*, Høy oc lang. *Procera ſtatura: procera arbor: proceriſſima populus. Lupus procerus: Canis procerus*, Lang Hund. Aliter habetur procretus, Vel oc lang voxen.

Procellulus, Lampr d. aliquantum procerus. Ut, *catuli cum procellulis ludebiant.*

Procerè, modo vel more procero; ut, *brachium proceriùs projectum.*

Proceritas, proceri ratio, Høyhed/Langhed. *Proceritas corporis: proceritas arborum.*

Improcerus, a, um, non procerus, Lauff. *Corpora improcera.*

Secundicerius, m. ſ. qui ſecundum locum inter notarios obtinet.

Sincerus, a, um, quod ſimplex eſt, purus & ſine fuco, translata voce à mellificio, quaſi ſine cera; ut eſt ſine cera mel, Skær oc lutret Honning. Unde *homo ſincerus*, pro ingenio integro & candido, ærlig / oprictig / retſkaffen. Sic *Thucydides pronunciator ſincerus*, Reen oc klar. *Sincerum judicium*, Retſkaffen oc vforfalſket dom oc rætt. *Nihil in oratione ſincerum: nihil in civitate ſincerum: ſincera oratio: ſincera civitas. Sincera membra*, heele oc holdne / vſkadde / vden breck. *Sincerum vas*, i.e. purum & incorruptum, reent.

Sincerè, modo ſincero. Ut *ſincerè loquitur: ſincerè pronunciat*, Siger reent oc bart ud / Retſkaffen / retſindeligen.

Sinceriter, Gell. idem.

Sinceritas, f. t. ſinceri ratio & affectus. Ut, *ſinceritas ſalinarum: ſinceritas vaſis*, Reenhed.

Inſincerus, non ſincerus. Ut cruor inſincerus, vreent blod. Et *inſincerus Philoſophus & erroribus plenus*, forfalſket oc fuld aff vildfarelſer.

CERASUS, f. ſ. arbor, à Ceraſunte Ponti civitate ſic dicta. Lucullus enim deleta civitate arborem ſecum In Italiam tranſtulit, indito, à Patriæ ſolo nomine, Kirſebær træ.

Ceraſum, n. ſ. fructus ceraſi, Kirſebær. Ponitur & aliquando pro ipſa arbore.

CERCURUS, f. ſ. navis Aſiana prægrandis, à Corcyra vel Cercyra inſula ſic dicta.

CERDO, onis, m. t. propriè idem quod Lucrio, à κέρδος, lucrum, quaſi qui lucrum quærit undecunq; poteſt, etiam cum ſordibus & turpitudine, Sutler. Inde peculiariter qui corium præpârat in uſum ſutrinæ, aut veteres calceos reficit, Skinder oc Skulapper.

CEREBRUM, n. ſ. Inteſtina ſive vitalia capitis & nervorum, atq; ſenſuum origo, à κάρα, caput, quaſi carabrum, Hierne. Inde ponitur pro judicio, quia cerebrum ſedes eſt judicii, forſtand. *Homo ſine cerebro.*

Cerebellum, Plin. n. ſ. idem.

Cerebroſus, a, um, Horat. cui excidit cerebri ratio, qui iram tenere non poteſt, ſibi non temperans. Ut *homo cerebroſus.* Et de brutis; *bos cerebroſus.*

Compoſita.

Excerebro, as, act. pr. Eccleſiaſt. cerebrum eripio.

CERES, pr. corr. reris, f. t. numen frugum, à gerendis ſpicis ſic dicta quaſi Geres. Ponitur inde tropicè pro ipſis frugibus & pane. Aliter deducitur à creo per Metatheſin, quaſi creatrix frugum. Aliter græca habetur dictio ζῆρυς. Ita enim prius vocabatur, teſte Heſychio.

Cerealis, le, quod ad cererem pertinet. Ut *cereales ludi*, qui habentur in honorem cereris. Et tropicè, *cerealis cœna*, Offuerflødig / huor der fattis intet. *Cereale papaver* quod eſt eſui ſicut frumentum: *Cerealis ædilis*, qui præeſt rei frumentariæ, Kornſkriffuer eller Kornmaaler.

Cereviſia, voce Hiſpanicâ, & Ceria, Gallicâ, æ, f. pr. potionis genus ex aqua, hordeo & lupulo ſalictario concoctum, à cerere Dea frugum ſic dicta, øll.

Cereviſiarius, m. ſ. qui cereviſiam coquit, Brygger.

Cerritus, a, um, Plaut. quaſi cereritus, cereris irâ percitus, vel à Cerere percuſſus; vel ut à Baccho bacchans, ita à cerere cerritus, h. e. furioſus. Unde Cic. comparat. cerritior, i. e. inſanior.

Ceritum, ſive Cerritum tabulæ, & cerites tabulæ, tabulæ erant cenſoriæ, in quas eorum nomina referebantur, qui ignominia notati erant & ſuffragio indigni judicati, Mindre Mandz Naffnebog / Midſommers bog.

CERNO, is, crevi, cretum, act. t. oculis rem & exactè cognoſco, & quaſi unam ab alia perfectè ſeparo, à κρίνω, ejusdem ſignificationis, Seer grandt / kiender det enne fraa det andet / ſkønner. *Oculis cernit: obſcurè cernimus. Cernere animo*, eſt proſpicere. Et *virtutes in agendo cernuntur.* Item abſolutè, cernere pro judicare, dijudicare, Domme om noget / mel-

lom

lom nogen. *Senatus crebit, populus jussit.* Dicitur & *hæreditatem cernere,* pro adire, aut adire velle, tage sin Arffan. Separatur enim tum hæreditas, partibus distractis. Ponitur & pro decerno, ut, *ferro vitam cernamus. Pro Patria cernit,* i. e. dimicat. Sic *cernere ferro* dicimus, Skiffte med Kaarde. *Cernit cum hostibus,* i. e. pugnat. Dicimus & *cernere certamen; & certamen cernitur.*

Cernuus, a, um, qui inclinato capite in terram cernit, Som seer i Jorden. *Equus cernuus,* qui in faciem quasi in eam partem, quam cernimus cadit, vel qui capite in humum impacto cecidit, Hest som snubler paa hoffuedet. *Cernui socci,* qui sunt sine solo.

Cernua, æ, f. pr. nomen piscis, Kulbarß.

Cernuo, as, Non. terram specto, gaar oc seer i Jorden.

Cernuator, m. t. i. e. saltator.

Certo, as, n. pr. acriter cerno, h. e. contendo, pugno, sive hoc fiat verbis, sive armis, sive studiis, idq; vel in bonam vel in malam partem, sæpè cum æmulatione, Vaar den ene vil for den anden. *Certare pignore,* vedde med en. *Certare armis,* kæmpe/ slaaes/ strijde. *Certare benedictis. Certare de agro. Certare cum æqualibus: certare inter nos: certat mecum, tecum, secum.* Et impersonal. *Certatur de jure ac æquitate.*

Certamen, inis, n. t. certandi modus inter duos vel plures, Kamp/ Slætt/ Fecten/ Slag. Et quidem sive verbis, sive armis: sive serio, sive joco & exercitii gratia.

Certatio, f. t. actus certandi, & certantium contentio, trette/ strid.

Certatim, adverb. cum certamine, contentione. Ut, *certatim ferunt juvenes: certatim fit progressus,* med stoor flid att den ene vill for den anden.

Certatus, us, m. q. Stat. idem quod certamen. Ut, *virorum certatus.*

Certus, a, um, tior, tissimus, quod exactè crevimus & dijudicavimus, h. e. indubitatum, exploratum & manifestum, firmum & probè visum, per Metathesin à cerno cretus, vist/ fast oc sandt. *Certus sum,* Jeg er visse paa en ting. *Certus sum metu,* Jeg er fri for fryct. *Certum vulnus,* naar en rammer saa megit til visse/ som hand vilde. *Certi quidam homines,* i. e. discreti, visse/ vdvalde folck. *Certum telum,* quod non aberravit, som slog icke feil. *Certum est mihi in sylvis agere,* i. e. decretum est, Jeg haffuer satt mig for. *Certum tibi facio;* Et, *certiorem te facio,* giffuer dig tilkiende/ lader dig vide.

Certè, adverbium affirmantis; sine dubio, sine controversia. Ut, *satisne hoc concluſum videtur? Resp. Certè.* Ponitur & pro certò: ut, *certè scio te feciſſe.*

Certò, adverb. pro clarè, liquidò. Ut, certò scio, til visse/ tilskielß.

Certitudo, f. t. ipsa certi ratio. ἄδηλον.

Certisso, as, Pacuv. pro certus fio.

Cretio, onis, f. t. hæreditatis aditio, facta scilicet partium secretione.

Crementum, idem quod incrementum.

Cribrum, bri, n. s. vas quo pollinem à furfurum recrementis cernimus, & secernimus, Sold/ sicte.

Cribrarius, a, um, quod ad cribrum pertinet. Et absolutè, qui cribra parat, Soldmager; vel qui cribris utitur.

Cribro, as, act. pr. cribris purgo & sordes secerno, Selder/ sicter. *Hoc ita cribratur.* Et absolutè, *cribrare solent.*

Crimen, inis, n. t. vitium seu error in cernendo, h. e. judicando; & quovis modo agendo, lapsus, erratum, culpa, noxa, delictum, Forseelse/ Brøde/ skyld/ last/ Synd. *Crimen læsæ Majestatis,* quod scilicet committitur, Læsâ Principis Majestate. *Crimen belli,* scilicet ob quod bellum suscipitur, vel quod bellum causatur. Ponitur & aliquando pro ipsa criminatione & infamia, Beskyldelse. *Crimen ingrati animi; crimen proditionis,* scilicet cum quis accusatur in grati animi & proditionis. Aliter crimen παρὰ τὸ κεκρίμενον, ab eo quod accusatur & damnatur.

Criminalis, le, om. t. quod crimen spectat. Ut, *causa criminalis.*

Crimino, as, act. pr. apud Ennium, idem quod criminor.

Criminor, aris, dep. pr. crimen intendo, vel calumniosè reprehendo, Beskylder/ Skylder for. *Criminatur me omnia comperisse,* Laster. *Criminor te furti: criminor apud eum.*

Criminatio, criminandi actus, nempe quo crimen intendimus. Magna in me usus est criminatione.

Criminosus, a, um, quod crimen & criminis suspicionem movet & affert. Ut, *criminosus tribunus,* Jt wroeligt hoffuet/ som giør splid. Item quod in se crimen habet, lasteligt/ værd at laste. *Criminosum Senatori supra quinquaginta jugera possedisse.*

Criminosè, modo criminoso. Ut, *criminosè & suspiciosè dicit.*

Composita.

Concerno, is, idem quod cerno. Ut, *hæc tibi parata esse concerno.*

Concerto, simul certo, contendo. Ut, *concertare linguâ,* skændis med en. *Concertat cum hero.*

Concertatio, concertandi actus.

Concertatorius, a, um, concertationibus plenum. Ut, *concertatoria oratio.*

Concertativus, a, um. Quint. Ut, *concertativa accusatio,* i. e. concertatoria.

Concriminor, aris, idem quod criminor.

Decerno, is, n. t. propriè de rebus magnis sententiam certam fero, endelig oc stadelig affsiger/ beslutter merckeligen. *Decrevit Senatus id fieri: Decrevit bellum.* Item dimico seu armis cerno, Strider. *Acie, armis, ferro decernunt.*

Decretus, a, um, quod decrevimus. Ut, *decreta ei est provincia.*

Decretum, n. s. quod decretum est, affsagt Som oc Sententz/ wryggelig forordning. *Decretum Senatus: Decretum Pontificis; decreta Philosophorum.*

Decretorius, a, um, quod vim habet decreti, vel decernendi. Ut, *pugna, arma decretoria,* Huor mand slutter eller skiffter noget med strid/ och giør ende. Item quod ex decreto fit: Ut, *arma decretoria,* quæ Prætoris decreto dabantur, postquam inspecta acriter & probata, Lowfuldt Vaaben oc Verge. Item *decretorius dies* apud Medicos, in quo decernitur & judicatur de eventu morbi. Et *decretorium sidus vel tempus,* ex quo de proventu aliquarum rerum futuro sumitur judicium.

Decerto, as, n. pr. frequenter decerno. Ut, *armis cum ipso decertat: Legibus decertat.* Et impersonal. *decertatur de imperio.*

Decertatio, decertandi actus.

Decertatorius, a, um, quod decertando fit. Ut, *pugna decertatoria.*

Decerta-

Decertatus, a, um, de quo decertavimus. Et *labores decertati*, i. e. decertando peracti.

Discerno, is, alterum ab altero cerno, kiender det ene fraa det andet/ skiller fraa hin anden. *Democritus alba & nigra discernere non potuit.* Et translatè, distinctè cerno. Ut, *quid hoc malum sit non queo satis discernere.* Et *limes literæ discernit arbiq*, skiller tretre ad.

Discretio, actus, quo aliquid discernitur. Ut, *discretio animæ & corporis, mors vocatur.* Item delectus rei alicujus, forskæl paa noget. Item discretio nominatur, quæ rerum consequentium continet perspicuam & dilucidam cum gravitate expositionem.

Discretus, a, um, quod discrevimus, skild ad / skild fraa hin anden. *Discreta femina: discretæ nominibus sylvæ.*

Discretè, discreto sive discernendi modo. Ut, *partes argumenti confusè & permistè dispersimus, pòst discretè & electè in genus quodcunq; causæ, ex copia hac digerimus*, for sig selff.

Discretim, Varr. idem. Ut, *discretim de his rebus dicendum est.*

Discrimen, n. t. quo res discernitur, forskæl/ skilsmisse. *Discrimen boni: discrimen inter bonos & malos. Sine discrimine*, Uden skieng. Item judicium discernendi. Ut, *in vulgo non est ratio, non discrimen*, forskæl/ discretz/anseelse. Et translatè, interyallum, Skillerum. *Duo maria pertenui discrimine separata.* Et *discrimen capillorum*, Haarskeel. Item certamen, quo nimirum cernitur armis, Strid. *Æquo discrimine tendunt superare locum priorem.* Et rursus inde. translatè, periculum, vaade oc fare. *Per tot discrimina rerum tendimus in Latium. In discrimine res est*, det er ret i kniben: seu *ad discrimen ventum est*, kommen i kniben.

Discrimino, as, act. pr. discrimen statuo, giør skilsmiß/ affskiller / giør forskæl paa. *Hetruriam discriminat Cassia: ratio quædam discriminat omnes.*

Discriminale, is, n. t. Ecclesiast. Idem quod discerniculum muliebre.

Discriminatus, a, um, quod discriminavimus. Ut, *vigiliarum somniq; discriminata tempora.*

Discriminatim Varr. modo discriminato. Ut, *arbores & arundines discriminatim vivunt*; nimirum locis discretis.

Discerniculum, acus seu instrumentum, quo capillus discernitur, Preen eller spille til at skille haar. Et translatè, discrimen seu ratio, quâ res discernitur. Ut, *Hellebori duæ sunt species, discerniculo colorè insignes, candidi & nigri*, Skilsmiß paa farffuer.

Indiscriminatim, Varr. sine discrimine, uden forskæl/ i sieng. *Hîc in libro indiscriminatim utor.*

Indiscretus, a, um, non discretus, seu quod ægrè aut nullo modo discerni potest: wadskillelig. *Similitudo indiscreta: lux indiscreta.*

Excerno, is, quasi extra cerno, significatione translatâ, fraarensер/ fraaskiller. *Frumenta excernere.* Et absolutè *excernere*, vel cum casu, *excernere alvum*, est ventrem exonerare.

Excrementum, n. s. quod excernitur, Møg/skarn. Et *excrementum oris*, Spyt.

Excretus, a, um, quod excrevimus, affrenset/fraarenset. *Furfures è farina excreti.* Et absolutè, excretum. Ut, *excreta tritici*, affrensning.

Incerno, is, cribro inspergo, Paa selder eller i selder. *Cribro terram incernito.* Et translatè, inspergo, Sprenger iblant. *Super fricaturam incernatur marmor.*

Incerniculum, instrumentum, quo frumenta incernuntur & purgantur antequam molantur, Grofftie Sold mand stinger Korn med.

Increta, Fest. Indivisa.

Incertus, a, um, non certus, wviisse. *Animus incertus.* Et *incertum vulgus*, quod sibi non constat, wstadig tilsindz. Compar. incertior, superlat. incertissimus.

Incerto, as, act. pr. incertum reddo, Giør wviisse/ tuilraadig. *Hoc animum meum incertat.*

Perincertus, a, um, valdè incertus. Ut, *perincerta facta.*

Præcertatio, s. t. idem quod decertatio. Ut, *mihi non est tecum præcertatio.*

Recrementum, ti, n. s. Cels. quasi quod cribrando excernitur, & quodvis purgamentum, Affskeldning/ affrensning. Unde *recrementum plumbi pro scoria.*

Secerno, is, seorsim cerno, skiller fraa til en side/ fraa hin anden. *A scriptis suis fabulam secernet. Publica privatis, sacra profanis secernite.*

Secretio, secernendi actus. Ut, *secretio partium.*

Secretus, a, um, quod secrevimus; ut, *succus secretus à reliquo cibo: sphæra stellarum ab ætherea conjunctione secreta: secreti pii*, scilicet ab impiis: Et *locus secretus*, Ennerum/Enlig. Et amisso tempore, *secretissimæ apium pabulationes.*

Secretum, t. n. s. locus secretus, Ennerum. *Quàm dulce secretum.* Item res arcana, Hemmeligt. *Animi secreta detegit.*

Subcerniculum, n. s. farinarium cribrum, quod fit è setis equorum, Haarsold/Sicte.

Succerno, is, idem quod secerno. Ut, *farinario cribro succernunt*, Selder. *Fluctus succernens*, est spissè crispatus fluctus, sumpta translatione à cribro.

Succretus, a, um, quod succrevimus. Ut, *calx cribro succreta.*

Supercerno, is, Plin. terram cribro purgatam injicio. Ut, *terra cribris supercernitur pollicis crassitudine*, Offuer Selder.

Alia Composita.

Muscerda, sive Mucerda, æ, f. pr. muris excrementum, Museskarn.

Opicerda, æ, f. pr. quasi ovicerda, excrementum ovis, Faarelort.

Silicernium, n. s. convivium funebre erat manibus defuncti ab exsequiis oblatum; neq; fas fuit degustare ex eo quicquam, qui intulisset, sed tantum cernere silentio, relicto eo pauperibus diripiendo. Inde tropicè, silicernium, pro sene qui jam jam moriturus, & cui jam jam convivium funebre & silicernium faciendum sit, Gammel Mand / som gaar paa Graffsens bredde. Aliter propriè de sene & decrepito dicitur, deducitur; à silice, quasi silicem, h. e. terram cernens & intuens, ut solent senes, Aliter à se & lucerna, quasi selucernium, ubi scilicet fas non erat lucernam attingere.

Succerda, æ, f. pr. stercus suillum, quasi suis excrementum, Suinelort. Scribitur & unico c sucerda.

CERVIX, icis, f. t. pars colli posterior, dura quòd per eam partem cerebrum ad medullam spinæ dirigatur, quasi cerebri via, Nacke. Inde, tropicè, *Homo dura cervicis*, pro inexorabili & superbo, Baardnacked / traadsig/

traadtzig/ ſtiffnackett. Aliter quaſi κραῖνις, i. e. capitis vis & robur. Eſt enim capitis quaſi fulcrum.

Cervicula, f. pr. parva cervix.

Cervicale, & cervical, Mart. is, n. t. quod dormientis cervici ſubſternitur, Hoffuedbryne eller Pude.

Cervicoſus, homo duræ cervicis.

CERUSSA, æ, f. pr. flos quidam ex plumbo acuti aceti beneficio reſultans, quo & ſe fucant mulieres: ſic dicta à cera, quia & cerâ pingebant corpus antiquitus, Bleghuidt/ ſminche. Aliter ſimpliciter à ceræ colore, quem mentiebantur. Item à κάρα caput, quod faciem ea inungerent, ut corpus reliqvum cerâ.

Ceruſſatus, a, um, ceruſſa unctus. Ut, *ceruſſata mulier*, quæ candoris comparandi gratia ceruſſâ utitur, Smincket Qvinde. *Ceruſſata cutis*: *ceruſſatæ buccæ*.

CERVUS, m. ſ. animal ingentia habens cornua à κέρας, cornu, Hiort. Et translatè, cervi ſunt, ligna bifurca, quæ ad ſuſtentationem domus ſiguntur, Stiller/Stiffuer. Item ſervi nequam & fugitivi. Ut, *crede mihi plures Dominos cervi comedere, quam canes*: ubi & reſpicitur ad fabulam Actæonis.

Cerva, f. pr. ſexus cervi fœmineus, Hind.

Cervarius, a, um, ut, *cervarius lupus*, qui cervi effigiem habet, aut qui cervina eſt pernicitate vel potius idem quod lynx aut lyncis ſpecies. Vocaturq; lupus ab aviditate non à forma, cujus nihil habet. Cervarius, quia cervorum hoſtis acerrimus. *Cervarium venenum*, quo venatores ſagittas in venatu tingunt: *Cervaria ovis*, quæ pro cerva immolabatur.

Cervinus, a, um, quod ex cervo eſt, aut ad cervum pertinet. Ut, *cervina caro*, Hiortekiød. *Cervina pellis*, Hiortehud. *Cervinus color*, qualis in cervo cernitur, Caſtaniebrun/ Hiortefarffue.

CESTUS, m. ſ. zona virginea acu picta, quam & maritus prima nocte ſponſæ diſſolvebat, à κεστός, acu pictus, Spangebelte/ Brudebelte/ Jomfrubelte. Inde tropicè cingulum illud Veneris, quo ipſa Martem, & Juno Jovem conciliabant.

Ceſticulus, m. ſ. parvus ceſtus.

Ceſticillus, Feſt. circulus ſive corolla, quam mulieres imponunt capiti, quo commodiùs onera ferant, Hoffuedkrandz/Bærekrandz. Aliter legitur ceſtillus.

Compoſita.

Inceſtus, a, um, qui illegitimè & quaſi non adhibito ceſto, ſponſalitio juſtisq; nuptiis ſtuprum infert, potiſſimum ſacris virginibus aut ſanguine conjunctis, Blodſkender. Item ſimpliciter pollutus alio quovis ſcelere: Unde alii etiam ſimpliciter à caſto decucunt, quaſi non caſtus, Beſmitter oc fuld aff ſkam och ſkændige gierninger. *Os inceſtum, inceſtum flagitium; inceſtum ſtuprum.*

Inceſtè, adverb. modo inceſto, ſkændeligen / wituctigen. *Inceſtè vivit*: *inceſtè aquâ utitur.*

Inceſtus, us, m. q. inceſti vitium, Blodſkam.

Inceſtum, n. ſ. idem.

Inceſtuoſus, a, um, qui inceſtum commiſit, Blodſkender.

Inceſto, as, act. pr. quaſi inceſtu polluo, & ſimpliciter polluo, Bedriffuer Blodſkam/ſkænder/ſlemmeligen beſmitter. *Filiam inceſtavit.* Et *totam inceſtat funere claſſem.*

CETRA, f. pr. ſcutum breve lunatâ formâ, quo uſi ſunt Afri & Hiſpani, à quibus & rei appellatio mutuata eſt, Skiold ſom en halff Maane.

Cetratus, a, um, Liv. cetra munitus. Ut, *cetrati milites*, qui & peltaſtæ: *cetratæ cohors.*

CETUS, ti, m. ſ. κῆτος, omnis piſcis marinus inuſitatæ & immanis magnitudinis, quales balenæ, orcæ, priſtes, thynni, &c. Stor Haffiiſk.

Cete, Virg. indeclin. idem. Ut, *immania cete.*

Ceraceus, a, um, quod ex ceto eſt, vel cetum ſpectat. Ut, *piſces cetacei.*

Cetarius, m. ſ. qui cetos, h. e. marinos piſces majores capit & vendit.

Cetaria, & cetariæ loca ſtagnantia & paluſtria prope mare, ubi cetacei piſces ſaliuntur & ad uſus aſſervantur.

CEV, adverb. ſimilitudinis Poëtis peculiare, ſed & oratoribus aliquando, inprimis Plinio, familiare, ſignificans idem quod quaſi, ab ὡς, i. e. quomodo, vel ὥς, cujusmodi, Dorenſium more, qui τεῦ pro τὸ dicunt, Saaſom/Ligeſom. *Conſtigunt ceu venti adverſi repto quodam turbine.*

CEVERE, Perſ. pro clunes vel caudam movere, ut ſolent canes adulantes Dominis, à κάμπτειν, flectere. Inde ponitur pro adulari. Ut, *an Romule cebes?* Aliter peregrina habetur dictio, aut à cebus, κῆβος, monſtroſum animal è genere Simiarum, ſed caudatum.

Ceva, æ, f. pr. apud Columell. genus vaccæ humilioris.

CHAOS, chai, n. ſ. χάος, indigeſta & informis rerum creatarum moles, ut fingunt Poëtæ, Altting blanderibm enden/ altting i en klump forend de bleſſue ſilde: quaſi talis aliqua ab æterno fuiſſet moles, ex qua Deus demum res omnes creaſſet.

Cohum, veterib. idem quod cœlum, à chao, ex quo & cælum formatum putabant.

Compoſita.

Inchoo, as, act. pr. Idem eſt quod incipio, voce ducta à chao rerum omnium principio, Begynder. *Libros, quos exſpectas, inchoavi*: *te ſine nil altum mens inchoat*: *inchoat Philoſophiam*: *Inchoat & informat oratorem.* Aliter ſcribitur incoho.

Inchoatus, a, um, quod inchoavimus. Ut, *opus inchoatum*: *inchoatum officium, ſtudium*: Et per conſequens imperfectum, vfuldkommen. Perfecta anteponuntur inchoatis.

CHARACTER, teris, m. t. χαρακτὴρ, propriè expreſſa rei imago. Inde peculiäriter certa orationis ſive dicendi formâ & imago. Een viſſe oc artig maade at tale med. Item ſignum ſeu figura rei expreſſa, mercke.

CHARTA, f. pr. χάρτης, membrana olim ex papyri corticis arbore, hodie ex lino contrito, ſcripturæ inſerviens, Papir. *Charta emporetica*, quæ mercibus involucra præbet, Packpapir/ Kremer Papir.

Chartula, parvâ, tenuis aut vilis charta, Liber eller ſmaat Papir.

Chartaceus, a, um, quod ex charta conſtat.

Chartarius a, um, Pli. quod chartâ ſpectat. Ut, *chartaria officina*, Papir verckſted: *mola chartaria*, Papirmølle.

Charteus, a, um, idem quod chartaceus.

CHARUS, a, um, rior, riſſimus, pr. prod. quod diligimus, amamus & gratia proſequimur, à χάρις, gratia: vel à χαίρω, gaudium, quaſi quo gaudemus & delectamur, Kiert.

Chara Deum ſoboles: Liberi & amici vitâ ei chariores: comes charus: mihi charus eſt: charus & jucundus: chariſſimus & amantiſſimus. Aliter ſcribitur ſine aſpiratione carus; deduciturq; à carus, quaſi quod magno æſtimamus.

Charitas, atis, f. t. chari alicujus affectus & ſtudioſa propenſio, Kierlighed. *Charitatem in te retineo: charitas inter natos & parentes.*

Compoſita.

Percharus, a, um, valde ſeu multum charus.

CHELÆ, arum, χηλαὶ, brachia ſeu forfices ſunt ſcorpionum & cancrorum, Krabbeſax / Hummerkloe. Et translatè, excurrentes in fluvium aut mare aggeres, qui vim vorticum fluctuumq; frangunt atq; inhibent, ad modum chelarum in cancris exiſtentes excipientesq; aquarum impetum, Bulverck eller Steenkiſte udi Haffuet.

CHIRURGUS, m. ſ. χειρουργὸς, qui manu vulneribus medetur, Bardſker.

Chirurgia, f. pr. ars ipſa chirurgica, Bardſker Handverck.

Chirurgicus, a, um, quod eſt chirurgi; ut *chirurgica ars, chirurgicum inſtrumentum.*

CHLAMYS, dis, f. t. χλαμὺς, eadem cum χλαινὰ origine, veſtis eſt militaris, pallio brevior multò & ſtrictior, Ridekiortel. Exponitur & Regis veſtis & paludamentum. Item ſagulum. Item quæ ex una parte induitur, neq; conſuitur, ſed fibula infrænatur.

Chlamydula, parva chlamys. Plaut.

Chlamydatus, chlamyde indutus.

CHORDA, f. pr. χορδὴ, inſtrumenti muſici fides, Streng paa leeg.

Compoſita.

Decachordum, n. ſ. inſtrumentum muſicum decem habens chordas.

Tetrachordum, n. ſ. inſtrumentum muſicum quatuor chordarum.

CHORUS, m. ſ. χορὸς, multitudo eſt canentium & ſaltantium, Chor aff Sangere eller Dantzere. *Chorus canentium.* Inde tropicè, multitudo, corona, ſeu numerus hominum, Chor / Samling. *Chorus juvenum, Philoſophorum.* Sic, *chorus virtutum; chorus comeſſationis.* Ponitur & pro inſtrumento muſico, ex ſimplice pelle cum duabus cicutis æreis, quod per primam inſpiratur & per ſecundam ſonus emittitur, Seckepibe.

Chorea, f. pr. ſaltus ſolennis, Dantz.

CIBUS, m. ſ. pr. corr. proprie eſca delicatior, victus lautior, à κίβωτὸς, arca, capſa, ciſta, in qua ſervabatur: Et κίβος, quod veteribus menſa ipſa in qua apponebatur, q. d. Bordmad / gaat mad. Inde in genere omnis eſca & victus humanus, Mad oc Spiſe. Legitur & Genit. cibus pro cibi. Aliter à κίβυσις, pera, ſacculus, quaſi in quo ſervabatur: idq; fortè errore quodam propter ſimilitudinem ſcripturæ κίβωδος, κίβυσις.

Cibarius, a, um, quod ad cibum pertinet; *panis cibarius,* groff brød. *Cibarium vinum,* gemeen och Spiß vin. *Cibaria cerevisia,* Spiſeoll. Et translatè, *cibarius homo,* i.e. ſordidus & plebejus.

Cibaria, orum, dicuntur alimenta non modo hominum, ſed & quorumvis animalium, Føde / fodr / fæ talie. *Anſeribus cibaria publicè locantur: bubus cibaria annua dantur.*

Cibilla, f. pr. Varr. menſa cibis inſerviens, Bord / Skiffue. Aliter legitur cillibæ, i.e. menſæ rotundæ. Et Græcè κίλλιβες, i. e. menſæ tripedes.

Cibo, as, Colum. act. pr. cibum do, paſco. Ut, *multa intra ſepta villæ cibantur.*

Cibatus, us, Plaut. m. q. idem quod cibaria. *Cura ut cibatus commeatusq; ad vos veniat.*

CICADA, pr. corr. f. pr. inſecti genus ſtridulum, ſic dicta à κίω & κηπίω, ſalto, inceſſum tollo, cum ſaltu ſurſum feror, quaſi κικήδιον, quod ſaltu potius, quàm inceſſu moveatur. Unde & nobis dicitur, Græßhop. Aliter à ciccum membranula, quod ſit animal membranaceum: aut à ciccum & ἄδειν, canere, quòd membranulis & alis ſuis cantet.

CICATRIX, tricis, f. t. ſignum obducti vulneris, ſeu hulceris in corpore, à ciccum, membranula, cujus ſpeciem refert potius quàm cutis, Lægt ſkramme / ſkaar / Ar. Aliter à cæcum, quaſi cæcatrix, quod obduxerit & obcæcaverit vulnus.

Cicatricare, Feſt. eſt cicatricem ducere.

Cicatricoſus, a, um, Quint. cicatricibus affectus. Ut, *cicatricoſa facies: cicatricoſa vitis.*

CICCUM, vel ciccus, Feſt. membrana tenuis malorum punicorum in cellulas diſtincta, à κόκκος, granum, quaſi tenuiſſimum grani: Et generaliter hilum & quidvis leve ſive tenue. Unde peculiariter κόκκαινες, i. e. grana mali punici, Heſychius græcè ſcribit κικκός. Scribitur & unico c cicum.

CICER, ris, n. t. genus leguminis, a cicum membranula vel granum propter teneritudinem & vilitatem ſic dictum, Fuglerter.

Cicerculum, parvum aut vile cicer. Item genus ſinopidis.

Cicera, ræ, f. pr. genus leguminis inter pabula numeratum & à cicercula ſolo differens colore.

Cicercula, æ, f. pr. genus leguminis ciceri non diſſimile, ſed minutius, inæquales angulos habens veluti piſum.

CICONIA, f. pr. avis ſerpentibus infeſta, iisq; pullos ſuos nutriens, à κίω, vado; vel κηκίω, inceſſum tollo, altius incedo, ut ſolent ſaltantes, propter ſingularem ejus inceſſum. Unde & Publ. Mim. Gracilipes dicitur, Storck / Løfftebeen. Inde machina putealis ſeu lignum roſtratum, quo aqua ex puteo hauritur, Brynde vippe. Item inſtrumentum ruſticum ad ducendos ſulcos & foſſas, ne qua pars aliis aut profundior eſſet aut latior. Item genus irriſionis, digitis in modum roſtri ciconini coactis, quibus tergum ejus, quem deridebant, crebro percutiebant.

Conia, in Plaut. pro ciconia, voce ficta ad ruditatem ruſticorum, ut ſit in ſpania pro Hiſpania, ſtriculus pro Hiſtriculus, &c.

CICUMA, Feſt. f. pr. idem quod noctua, à κικυμὶς & κικαβὴ, ejusdem ſignificationis. Exponitur & Nycticorax. Item veſpertilio.

CICUR, uris, om. t. pr. corr. quod ex fera factum eſt manſvetum, ſic dictum, ut innuit Varro, à Cicum, diſcrimen & tenue, vel quòd diſcretum ſit & ſeparatum à feris, vel propter mollitudinem animi, tam / tampt oc ſpag. *Animal cicur.* Inde translatè, *ingenium cicur,* i. e. mite, ſactferdig / ſpagferdig. Et Pacuv. *concilium cicur,* i.e. ſapiens. Aliter à cio moveo, q. quod facilè movetur, ducitur, tractatur.

Cicuro, as, veterib. n. pr. idem quod manſvefacio.

Compo-

Compoſita.

Incicur, Pacuv. non cicur, ferus & immanſvetus. Ut, *iracundia incicur.*

CICUTA, pr. corr. f. pr. herba eſt frigidiſſima ſucci viroſi & exitialis, dicta quaſi cæcuta, vel à cæca & latente geniculorum foſſa, vel potius, quod cæcutire faciat eam bibentes, Bundekex eller Skarnetyde. Inde in cannis calamisq; intercapedo inter duos nodos. Ut, fiſtula ſeptem compacta cicutis.

CIEO, es, civi, citum, act. ſ. propriè moveri facio, à κίνεω, ejusdem ſignificationis, Oprører / rører / kommer affſted / kommer paa gang / ſtiffter. *Ciere fluctus, mare, fontes, ſtagna, cælum, &c.* Sic, *ciere turbas: ciere bellum: ciere pugnam; ciere viros. Ciere album,* gaa til ſtocks / komme paa gang. *Ciere fidem pro implorare. Ciere gemitus,* Sucke: *Ciere lacrymas,* græde. Et particip. *Natura eſt vis ciens ſine ratione motus in corporibus neceſſariis.*

Cio, cis, civi, citum, act. q. Colum. Idem quod cieo. Sed in derivatis & compoſitis potius uſitatum.

Citus, a, um, Virg. quaſi quod civimus. Ut, *quadrigæ citæ*, i. e. citatæ, kommen affſted / paa gang.

Citus, a, um, citior, citiſſimus, quaſi quod motu eſt citato, flux / ſnar. *Inceſſus citus*, faſt gang. *Eques citus venit.*

Citò, citiùs, tiſſimè, adverb. modo cito. Ut, *citò venit.*

Cito, as, tavi, in jus voco & cieo, Steffner eller kalder til ting / eller for rætte. *Reum citabat.* Item loco teſtis ſeu teſtimonii adduco. Ut, *citare Ariſtotelem*, ſeu *ſententiam ex Ariſtotele pro confirmanda re propoſita*, føre vidnisbiurd / ſkiude paa vidnesbiurd. *Citare Pæanem*, eſt vocem ſcanſim excitare, ſeu alta voce canere, ſynge højett. *Citare minuritionem*, eſt deducta & ſubmiſſa voce canere, vel, ut vocant, in cantu deſcendere, ſynge ſact / eller Syncke i ſang.

Citatio, f. t. verbale, Steffning / kaldelſe til ting.

Citatus, a, um, quod citavimus. Et amiſſo tempore, quod fit cum celeritate & impetu. Ut, *citatus greſſus*, Haſtig gang: *Citatus Eques: citatum agmen.* Comparat. citatior, citatiſſimus.

Citatim, Hirt. celeriter, citato modo. Ut, *citatim in locum iſtum contendebat exercitus.*

Compoſita.

Accieo, antiquis idem quod accio.

Accio, is, ivi, itum, act. quar. venire jubeo, & quaſi ad me cio, kalder til mig / lader hente eller henter til. *Accire pueros: Philippus filio Ariſtotelem accivit.*

Acciendus, a, um, ut, *acciendi ex Hetruria Aruſpices.*

Accitus, us, m. q. acciendi actus. Ut, *accitu parentis venit: accitu Magiſtratus evocabantur.*

Arcio, cis, ivi, itum, Caton. act. t. antiqua voce ex ar, i. e. ad & cio, pro adigo. Ut, *inter librum & ſtirpem arcito ſarculum aridum.*

Arceſſio, is, ivi & ii, itum, act. q. quaſi aliquem negotii alicujus gratia ad me cio & voco, kalder / henter til / lader hente: ab antiquo ar pro ad & cio. *Româ Architectorem arceſſivit: arceſſivit eum in patriam, ex ultimis terris. Arceſſivit ad ſe Plancum: arceſſivit Legiones in Italiam: arceſſivit artes ex urbe Athenarum quibus informabatur.* Inde arceſſio ſeu arceſſo pro attrabo, henter / rager. *Hinc pecudes naſcentes ſibi vitam arceſſunt.* Item arceſſio pro accuſo, Anklager. *Eum capitis arteſſiverunt. Arceſſire aliquem crimine capitis; arceſſire*

majeſtatis. Aliter legitur accerſo in quibusdam locis & exemplaribus, ſed ex Criticorum ſententia corruptè & mendosè.

Arceſſitus, a, um, quod arceſſivimus, tilkaldet / hent: *ſacra arceſſita ab exteris nationibus: ſtudia doctrinæ aliunde arceſſita. Arceſſitus Bononiam.* Et *arceſſitum dictum* pro longiùs petitum.

Arceſſitus, us, m. q. arceſſiendi actus. Ut, *arceſſitu ejus venit.*

Arceſſitor, Plin. qui arceſſit & vocat. Aliter legitur acceſſitor.

Arceſſo, is, act. t. idem quod arceſſio. Ut, *ab aratro arceſſebantur, qui conſules fierent: arceſſunt me in Senatum: me ad beneficium arceſſunt: non erat neceſſe id usq; à capite arceſſere: arceſſere ſibi malum: homines ex agris arceſſit: te non modo non arceſſam, ſed prohibebo.* Item accuſo. Ut, *eum nomine ſtatuarum arceſſit:* Et *indivi-ſo magis crimine quàm vero arceſſitur.* Item tribuo ſive concilio. Ut, *translationes orationi ſplendoris aliquid arceſſunt.*

Concieo, & concio, convoco, in unum vel ſimul cieo. Ut, *concire ad ſe multitudinem.* Item concito, Operrer / *concire iram, turbas, lites, &c.*

Concitus, pen. lon. Et concitus, pen. brev. idem quod concitatus, commotus. Ut, *inde ruunt toto concita pericula mundo. Et, quis tibi Phryxe dolor, cum concitus æſtu reſpiceres.*

Concitor, qui concit. Ut, *belli concitor.*

Concito, frequenter concieo, i. e. commoveo. Ut, *concitare diſcordiam: concitare Equum.*

Concitatus, a, um, quod concitavimus. Et amiſſo tempore, *concitatiſſimus curſus, equus*, i. e. feſtinans, velox.

Concitator, m. t. & concitatrix, fœm. qui vel quæ commovet, concitat & conturbat, Stifftere / Tilſtyndere.

Concitatio, Operrelſe / tilſtyndelſe.

Concio, onis, f. t. oratio, quæ ad populum concitum ſeu in concilio habetur, Tale til Folcker / Prædicken. Item locus ipſe, unde habetur concio, Prædicke Stoel. Item multitudo ipſa auſcultans, Forſamling / Kirckefolck.

Conciuncula, parva concio.

Concionor, aris, orationem habeo, Taler til Folcket / Prædicker. E ſuperiori loco concionatur.

Concionabundus, concionatorem agens, vel multum aut ſæpiùs concionans.

Concionator, qui concionatur. Et peculiariter Eccleſ. qui verbum Dei populo exponit, Græcâ voce Eccleſiaſtes, Præſt / Prædicant.

Concionatorius, a, um, quod ad concionatorem pertinet. Ut, *tibia concionatoria.*

Concionalis, quod ad concionem pertinet. Ut, *concionalis ſenex: concionalis clamor*, i. e. concionis.

Concionarius, a, um, idem. Ut, *concionarius populus.*

Excio, ivi, itum, pen. prod. vel excieo, ivi, itum, pen. corr. quaſi extra cio, kalder ud / udfodderer / udraaber. *Quid eſt Pater, quod me excivisti ante ædes: Dictatorem ex ſomno excivit*, vacte / opkaldede. *Excivit animas ſepulcris*, i. e. evocavit. *Et excivit mihi lacrymas*, kom mig til at græde / trengde graaden aff mine øyne.

Excitus, a, um, quod excivimus. Ut, *cunabulis excitus: Et excitus ſomno*; opvact.

Excito, as, act. pr. idem quod excio, in significatione translata, sed cum quodam studio, motu, vehementia & opera. Ut, *somno te excitabo: excitavit te ad virtutem, ad arma, quasi stertentem: aliàs milites classico excitat. Excitatur spe, gloriâ.* Item *excitare aliquem de spectaculis*, i. e. ludos spectantem depellere & à sede excire, kalde eller fraa støde at see spil. Et *excitare ædificium*, est erigere, Reise huus op.

Excitatus, a, um, quod excitavimus. Ut, *somno excitatus*: Et *excitatus à spectaculis.* Item, amisso tempore, idem quod summus vel perfectus, fuldkommen/ophøjet/opreist. *A fortuna excitata discessit ad inclinatam.* Item, idem quod vehemens. Ut, *acutus & excitatus sonus*, sterck ophøjet liud. Et *odor excitatissimus*, sterck lugt.

Excitatè, & excitatiùs, adverb. modo excitato & vehementi. Ut, *excitatiùs fulgent mares, quam fœminæ*, sterckere/ modigere.

Inciens, f. t. Fest. fœmina propinqua partui; quòd fœtus ejus sit incitatus, Ut, de hominibus, Quinde paa faldende foede: De bove, Løer: De sue, haffuer skørt deld eller er nær i far.

Incitus, a, um, idem quod incitatus: quodq; amplius ciere & promovere non datur, dett høieste och yderste. Ut, *terminus incitus seu finis incitus.* Inde translatè, *ad incitas redactus*, subaudita voce lineas, i. e. ad angustias, ut nullum certum rerum suarum consilium capere possit, staar udi ett/ er bunden/ kand ingen sted komme: metaphorâ sumptâ à ludo latruncolario & similibus, ubi quis ad ultimam lineam redactus, calculum promovere non potest: Et *calculi* ipsi dicuntur *inciti*, Tafflet staar for en/ at hand icke kand drage meere. Sic, *ad incita adigit*, scilicet loca: Et *ad incita redit.*

Incito, as, act. pr. quasi in vel ad rem seu objectum cio, Beveger til noget/ tilskynder. *Multa cæsarem ad bellum incitant: cohortatione tua incitatur ad studia.*

Incitabulum, Gel. quo aliquid incitatur. Ut, *ingenii incitabulum*, tilskynding.

Incitamentum, idem. Ut, *incitamentum periculorum.*

Incitatus, a, um, quod incitavimus. Ut, *populus incundia incitatus.* Et amisso tempore, vehemens, Skiøndende/hastig. *Incitatissima mundi conversio.* Et *Thucydides incitatior fertur*, Fyrrigere/ hastigere. *Incitatus Equus*, Render. *Animo incitatus*, hastig sinder/ hastig i sind.

Incitatè, tiùs, tissimè, adverb. pro modo incitato. Ut, *nihil incitatiùs à me fieri potuit.*

Oscito, as, n. pr. os commoveo & totum aperio ex tædio aut somno, quasi os cito, Gaaber. *Clarè nimis & sonorè oscitavit.* Et translatè aperior, Opladis/ vidis ud. *Folia ad solem oscitant.*

Oscitans, om. t. qui oscitat. Et amisso tempore, perq; translationem, idem quod negligens, Drømmende/ Soen/ forsømmelig. *Epicurus oscitans hallucinatus est: oscitans & dormiens sapientia.*

Oscitanter, adverb. pro negligenter. Ut, *oscitanter agit.*

Oscitabundus, a, um, multum oscitans.

Oscitatio, oscitandi actus, gaaben/gaabelse. Et translatè, otium & securitas animi, Røgløshed/forsømmelighed.

Oscitor, aris, dep. pr. idem quod oscito. Cic.

Oscedo, inis, f. t. vitium, quo quis sæpius oscitat.

Percieo, es, Lucret. valde cieo. Ut, *etyàs ergo anima, quam res se perciet ulla.*

Percitus, a, um, valde citus, incitatus, commotus. Ut, *irâ percitus: animus percitus & iratus*, Oprørt/ stødt slet aff laffue/ som en gal oc affsindig. *Bos percitus æstro, æstu*, stucken aff Bræmb/ aff hæde/ saa det bisser.

Procieo, es, civi, antiquis petulanter peto, quasi porro cieo, h. e. provoco. Ut, *Matrem procitum plurimi venerunt.*

Procio, is, ivi, antiquis idem quod provoco, lacesso. Unde Jurisconsl. *procitum testamentum*, pro irrito & rupto.

Procito, as, antiquis, frequenter procio, i. e. provoco & provocito.

Recito, as, act. pr. palam & clara voce de scripto aliquid pronuncio, Læss op. *In Senatu literas recitavit.* Item memoriter pronuncio. Ut, *mulier cæca legem recitabat.*

Recitatio, recitandi actus. Ut, *ipsum sua recitatione pœnitet.*

Recitator, oris, m. t. qui recitat.

Sollicitus, a, um, ab osca voce sollus, i. e. totus & citus, quasi sollus citus, de animo scilicet curis anxio & inquieto, Ombyggelig. *Sollicitus sum ne me deferas: sollicitus ex aliqua re & propter aliquam rem: sollicitus vicem Imperatoris*, i. e. propter Imperatorem. *Sic animus mihi sollicitus*: Et *solliciti amores*: quamvis *solliciti amores* dicantur activè, qui sollicitudinem & curas afferunt. Legitur & *sollicitior* comparat. pro magis sollicitus. Ut, *neminem eo sollicitiorem esse puto.*

Sollicitè, modo sollicito. Ut, *mala nostra sollicitè lebat.*

Sollicito, as, act. pr. sollicitum & inquietum facio, Bemøder/ giør vroelig/ saar at tage vare. *Cur meam senectutem sollicitas hujus amentiâ: timore sollicitor.* Item sollicitè aliquid attento, er om borde med/ legger mig storligen effter. *Sollicitare pudicitiam virginis: animos militum ad defectionem, seditionem, &c.* Sic *sollicitare humum*, forarbeide jorden: *Sollicitare aquam & mare*, i. e. navigare. *Et sollicitare fores*, i. e. aperire.

Sollicitatio, sollicitandi actus; ut, *nuptiarum sollicitatio*, qua sollicitamus nuptias: ut nimirum fiant. Et *Allobrogum sollicitatio*, quâ sollicitantur & attentantur ad defectionem.

Sollicitator, m. t. qui sollicitat. Ut, *sollicitator alieni lecti, nuptiarum alienarum.*

Sollicitudo, f. t. solliciti affectus, Ombyggelighed. *Sollicitudo est ægritudo cum cogitatione.* Et *provinciæ sollicitudo*, quæ pro provincia habetur.

Suscito, as, quasi sursum excito, opvecker. *Suscitare dormientem, mortuum: suscitare ignem semisopitum: suscitare hominem languentem*, i. e. vigori suo restituere. *Suscitare bellum civile*, i. e. excitare: *suscitare aliquem testem.*

Suscitabulum, n. s. materia arida facile ignem concipiens, sive in qua ignis facile suscitatur, Tynder. *Suscitabulum vocis sum Phœnicibus*, i. e. cantando ipsorum suscito vocem.

Exsuscito, as, idem quod suscito. Ut, *Gallus te cantu exsuscitat: cura animum exsuscitat ad gerendam rem bene.* Et *te exsuscita*, Reis eller opveck dig selff.

Resuscito, as, act. pr. sopitum iterum suscito. Ut, *positam resuscitat iram*, tender op igien.

CILICIUM, n. ſ. quicquid è pilis textum eſt, à κιλίκιον, ejusdem ſignificationis, vaadmel. Inde peculiariter textum è pilis hircorum & caprarum ad militares uſus. Item quodvis veſtimentum è pilis caprarum. Item textum aliud quodvis, quale inſtrumentum illud è pilis, percolandis liquoribus, Haarſie.

Cilicina veſtis, quæ ex cilicio facta eſt, vel ei ſimilis, vaadmel.

Cilium, n. ſ. pili ſunt è palpebris enati, eadem cum cilicio origine, vel ab eo per conciſionem, øyнehaar. Exponitur & folliculus, quo oculus regitur, à celo, quòd celent oculos, øyelog. Item cilium, inquit Iſidorus, eſt unde operantur argentarii, à quo & cælata vaſa dicuntur: ſed hic ſine dubio legendum eſt, cælum. Aliter à cio propter motum, ut palpebræ à palpitatione.

Compoſita.

Conciliare, ſullonum verbum pro cogere. Ut, *conciliare veſtimenta*, filte eller vaalcke. Aliter legitur conſiliare mutatione C in S, aut à ſalio, quod fiat inſultu pedum.

Intercilium, n. ſ. intermedium inter ſupercilia ſpacium, unde naſus incipit: eſtq; depile.

Supercilium, n. ſ. pars frontis ima oculos à fronte pilis quaſi limite diſtinguens, øynebryn. *Supercilium ſalit*: omen putabatur alicujus venturi aut commodi aut incommodi. Translatè autem ſignificat arrogantiam, gravitatem ac ſeveritatem: quia in ſuperciliis exerunt ſe motus animi & hi præſertim. Ut, *pone ſupercilium*, i. e. faſtum. Et *ſupercilium cenſorium*, i. e. gravitas & ſeveritas. Item ſupercilium pro rei alicujus ſummitate & loco eminentiori. Ut, *ſupercilium montis*, i. e. vertex. Item quod ipſis oſtiorum antipagmentis ſub ipſo ſubliminari imponitur.

CILO, onis, m. t. qui eſt capite oblongo & anguſto, cuiq; frons eſt eminentior, ac dextra ſiniſtraq; velut reciſa videtur, quaſi à cædo, ut incile ab incido, & cælum inſtrumentum à cædo, Spidz Hoffuedet/ lang Hoffuedet/ tynd oc ſmal. Ponitur & pro homine nequam & improbo.

CIMEX, icis, pr. prod. m. t. vermiculus tetro odore, ſpondis lectorum, parietibus, arboribusq; putridis inter corticem & lignum ingeneratus & inhabitans, ſic dictus quaſi χοιμιγής, lectis immiſtus, ut & nobis, eadem ratione, Sengetege: Et à parietibus, Veggeluuß *Nec toga, nec focus eſt, nec tutus cimice lectus.* Translatè ponitur pro homine ſordido, immundo & maledico. Aliter deducitur denominatione quadam ad Græcorum κίμβηξ, quod exponitur animalculum è veſparum genere. Et translatè, ſordidus.

Cimicia, æ, f. pr. nomen herbæ à cimicis tetro odore.

CINÆDUS, Catul. m. ſ. κίναιδος, pudenda impudicus ſubagitans. Inde tropicè, mollis & effœminatus. Exponitur & ſalſator. Item mimus.

Cinædicus, a, um, Plaut. quod cinædum ſpectat. Ut, *cinædica cantio*, wtuctig/ wbluviſe/ boleviſe.

CINCINNUS, m. ſ. capillus in circulos ſeu cirros & annulos intortus ad ornatum, à κίκιννος, ejusdem ſignificationis, Fryllet/ Kruſet haar.

Cincinnatus, a, um, cincinnis ornatus; ut, *Cincinnatus Ganeo; cincinnatus conſul.* Aliter legitur cirratus.

Cincinnatè, adverbium, modo cincinnato.

Cinnus, m. ſ. idem quod cincinnus per Aphæreſin. Inde translatè, *cinni orationis*, i. e. fucus ſeu ornatus fucoſus, Kruſer oc ſmycker udi en tale eller ſcrifft. Item cinnus commiſtio plurimarum rerum præſertim liquidarum ad potum, Jt ſlags blanding til drick: Sed alia origine, nimirum à κυκάω, miſceo. Ut cinnus utriusq;, ſi verum quærimus, expertus. Et, *homo eſt utriusq; linguæ cinnus*, i. e. Græcæ & Latinæ peritus, utriusque particeps. Dicitur autem & Græcis in hac ſignificatione κυκεών; exponiturq; potionis genus ex vino, melle, polentâ, aquâ, caſeo temperatum, quale etiam circe miſcebat, veneficio tamen præterea medicatum.

Compoſita.

Concinnus, a, um, pulchrè adornatus, Ordentlig/ ſmuck ſatſammen/ ſmyckett. Concinna facies: concinna oratio, i. e. compta, polita & aptè compoſita, Smuck/ prydelig/ zierlig.

Concinnè, ornatè, compoſitè, convenienter. Ut, *concinnè ſunt diſtributa: concinnè rogat.*

Concinnaticius, a, um, Apul. concinnè ſtructum. Ut, *menſa concinnaticia.*

Concinnentia, Sidon. pro convenientia.

Concinnitas, f. t. Cic. concinni ratio, Smuckhed/ ſickelighed. Sententiarum concinnitas.

Concinnitudo, Cic. idem.

Concinno, as, act. pr. quaſi concinnum facio, danner/ laffuer vel/ bereder. Concinnare aream, veſtem, viam, lutum, vinum, pelles, &c.

Concinnator, qui concinnat. Ut, *concinnator cauſarum & litium, qui cavillis lites in longum trahit*, ſom giør ſig ſelff ſager/ Meſterligen Kinder denem ſammen her oc der.

Concinnatorius, a, um, Juriſconſ. Ut, *baſa concinnatoria.*

Inconcinnus, a, um, non concinnus, plomſk/ tylperſk. *Homo inconcinnus: Oratio inconcinna.*

Inconcinniter, modo inconcinno.

Reconcinno, as, intermiſſa vel collapſa concinno, ſtafferer op igien. *Tribus locis ædificio, reliqua reconcinno. Diuturni laboris detrimentum, ſolertia & virtute militum benè reconcinnantur.*

CINGO, gis, cinxi, nctum, propriè medium loro aut ſimili circumdo & circumligo vulgò quaſi cirgo à circum & ago: aut à ζωννύω, ejusdem ſignificat. Gyrder/ binder omkring. *Zonâ, baltheo, ſe cinxit.* Inde rebus aliis aliove modo circumdo. Ut, *cingere urbem muro, vallo, milite*, Omkringſetre / Beringe/ Ringe. *Cingere ſaltum indagine*, Beſpende. *Cingere baſa*, Baande/ legge baand om. *Cingere ſe armis*, eſt munire. Et *cingitur armis*, i. e. circumdatur.

Cinctus, a, um, quod cinximus. Ut, *Gladio cinctus: regio mari cincta.* Erat autem modeſtæ diſciplinæ argumentum eſſe cinctum. Et contra, diſcinctum eſſe, morum diſſolutorum.

Cinctus, us, m. q. Zona erat latior ſubligaculo ſimilis, ab umbilico ad dimidium crus, Forſkyrt eller

eller ſiid forſkød saa ſom ſiidkiortelſkød / eller ſkød paa rudkiortel och dog ey er till kiortelen till ſyed. Inde zona quæcunq; , qua quis cingitur, Belte/ gyrtel/ giord. *Cinctus navis*, Bergholt/ krumholt. *Cinctus Gabinus*, toga erat ſubter alas in tergum rejecta, ut una ejus lacinia à tergo revocata, hominem totum ambiat, ſom naar mand ſlaar kappen under Armen/ och ſligen der aff recker om paa Axelen/och mand ſuxber ſig i kappen.

Cincticulus, Plaut. m. ſ. cinctus minùs latus, & adoleſcentium proprius, ut cinctus virorum.

Cinctutus, a, um, cinctu indutus. Et tropicè, antiqvus: quia antiqui cinctu uſi erant.

Cingulum, n. ſ. ſive cingulus, minima zona & mulieribus propria, Kiltebaand / Belte. *Cingulo nova nupta præcingebatur, quod vir in lecto ſolvebat, factum ex lana ovis: ut, ſicut illa in glomos ſublata conjuncta inter ſe ſit, ſic vir ſuus ſecum cinctus vinctusq; eſſet.* Item cingula dicuntur in cœlo, quæ aliàs zonæ. Accipitur & pro annulo, Finger Ring. Cinguli etiam dicti ſunt homines exiles & graciles.

Cingula, f. pr. Ovid. quâ cinguntur jumenta, Beſte-gyrtel/ Sadelgiord.

Cinxia, Epitheton Junonis, utpote quæ cingulo conjugali præfuit.

Compoſita.

Accingo, is, act. t. cingendo inſtruo. Ut, *accingere ſe ferro, enſe*, Binde Suerd ved ſide/Gyrte ſig med Vaaben / Suerd. Inde ſimpliciter inſtruo, & ad agendum me paro, Kyſter mig til/Laſſuer mig til. *Accingunt ſe prædæ: accingunt ſe omnes operi: accingunt ſe in prælium, ad hoc: Magicas in vita accingitur artes.*

Accinctus, a, um, quem accinximus. Et tropicè, induſtrius.

Altècinctus, pro ſtrenuo & actuoſo, q. d. høyt opkiltedt/ à more cingendi translatâ ſignificatione.

Diſcingo, is, act. t. cinctum omnibus partibus ſolvo, Løſer ſlet aff igien / Affgyrter. *Peltatam Schytico diſcingit Amazona nodo.* Et translatè, *diſcingere dolos ratione*, eſt confutare vel retexere ſeu diſſolvere, giøre til intet / giendriſſue. *Cæſar mihi crede in ſinu eſt, neq; ego diſcingor*, i. e. non rejicio vel diffluere patior quem poſſideo.

Diſcinctus, a, um, quod diſcinximus. Ut, *ſtrictis gladiis diſcinctus deſtituit: diſcinctus & inermis Eques: homo diſcinctus veſtibus*, En ſlane udi klæder. Et translatè, iners & deſes, quaſi qui diſcinctis eſt veſtibus, Flane/ Skødesløß. Unde & illud: *Ipſe ego ſegnis eram, diſcinctaq; in otia natus.* Item *cui toga effluit diſcincta*, Ryggeløß: quaſi qui eſt ſolutis lumbis, ſom ſlæber Lenderne effter ſig.

Incingo, is, idem quod cingo ſeu circumcingo, Omgyrder/Omringer. *Turritis incingere mœnibus urbes.*

Incinctus, a, um, quod incinximus. Ut, *cinctu incinctus* Gabino.

Intercinctus, a, um, lin. pro variè diſtinctus. Ut, *candor intercinctus variis coloribus.*

Percingo, is, Columell. circumquaq; cingo. Ut, *ſedes ſuas vitibus percinxit.*

Præcingo, is, idem quod cingo. Ut, *præcingere fluvium caſtris: præcingere littora muro. Et præcingitur enſe viator.*

Præcinctus, a, um, quod præcinximus. Ut *puer præcinctus.* Et, *cincticulo præcinctus.*

Præcinctus, us, m. q. præcingendi actus. Ut., *Veſtis præcinctui*, qua præcingimur, qualis eſt baltheus, caſtula.

Præcinctura, f. pr. præcincti ratio.

Procingo, is, idem quod præcingo, & quaſi ante pugnam. Indeq; idem quod apparo, giør ferdig / laſſuer til.

Procinctus, a, um, quod procinximus & apparavimus, ferdig oc tilrede. *Miles procinctus*, qui pugnaturus prius ritu Gabino cingebatur. *Claſſis præcincta*, pro exercitu ad pugnam parato.

Procinctus, us, m. q. Unde in procinctu, pro expeditè, celeriter, ſine ritu ſolenni, ut fit in caſtris, med en haſt/ haſteligen. *In procinctu teſtamenta fecit*, ſine libro atq; tabulis, ut cum miles pugnaturus in procinctu teſtamentum facit, præſentibus commilitonibus: *In procinctu carmina facta puto*, huor mand haffuer icke lenge ſtunde/ ſom den der er paa ſin farende Reiſe: *In procinctu ſtat: In procinctu habuit.*

Endo procinctu, antiquis pro in procinctu Significat autem cum ex caſtris in prælium exitum eſt.

Recingo, is, idem quod diſcingo & cinctum ſolvo, Løſer op igien. Unde, *ſumptum recingitur anguem*, i. e. deponit anguem, quo ſe antea velut cingulo præcinxerat.

Recinctus, a, um, quod recinximus. Ut, *tunica recincta*,

Subcingulum, Plaut. idem quod baltheus.

Succingo, is, veſtis lacinias cingulo coërceo & ſtringo: opkilter: quaſi ſurſum cingo, quò expeditior ſim ad agendum. Item circumcingo. Ut, *atrum album ſuccingitur feris.*

Succingulum, n. ſ. idem quod baltheus, Kiltebaand/ Belte.

Succinctus, a, um, quod ſuccinximus. Ut, *ſuccinctus curſitat hoſpes*, opſkyrtet / opkiltet. *Urbs ſuccincta portubus*, i. e. circumſepta & munita. Et amiſſo tempore, *arbores ſuccinctiores*, quæ ima ſui parte minus ſunt ramoſæ, q. d. opkiltedt.

Semicinctium, n. ſ. cui zona minus lata, quaſi dimidio minùs lata quam juſta zona, qua nimirum venter & velanda teguntur, Jt ſmalt forſkyrt eller forſtind.

CINIS, eris, m. t. ſed olim fœm. pulvis eſt, in quem materia uſta reſolvitur, à κονὶς, ejusdem ſignificationis, Aſke. Aliter à κινέω, moveo, à levitate & motus facilitate: vel immediatè à cio, quòd facilime citur inflatu. Accipitur & pro manibus defuncti, in pulverem ſcilicet igne redacti.

Cineraceus, a, um, Plin. cineris colorem referens, Aſkefarffue. *Terra cineracea.*

Cinerarius, Catul. m. ſ. qui calamiſtris in cinere calefactis capillos criſpat, & hodie etiam collaria, Somtager kraffuer ud med hede jern eller pinde.

Cinereus, a, um, quod eſt ex cinere vel cineris colorem refert.

Cineritius panis, qui ſub cinere coctus eſt, Aſkekage/ Fladkage/ Skoldkage.

Compoſita.

Subcineritius panis, qui ſub cinere coquitur.

CIPPUS, pi, m. ſ. propriè aggeſtio quædam ſepulcrorum, ſive terrâ ſive lapidibus conſtans, à κυφὸς, gibboſus, tuberatus, Graffryg. Unde cippos colligere eſt jumenta per cippos ducere relicta plana via & æquata, quod

quod mali muliones ſolent facere, nec ſine jumentorum ceſpitatione. Inde monumentum ſive lapide quadrato ſive erecto aliquo ſigno conſtans, Liigſteen/ Graffkaarß. Item aggreſtio lapidum terræve, vel lapis ſingularis deſignandis miliaribus conſtitutus, veymaal/ veykaarß. Item lignum bipatens, in quo ſontium pedes includuntur, Fodſtock. Item cippi in expugnationibus erant ſtipites tricipites aut quadricipites delibratis & peracutis cacuminibus ab infimo revincti longurio transverſario, ne avelli poſſent.

CIRCUS, m. ſ. area in urbe rotunda, & exhibendis ludis curulibus parata, à circe muliere, quòd prima ſoli Patri exhibuit ludos, Ridderpladz/ Rendebane/ Tornerepladz. Inde exponitur palus, quem ludentes vel exercentes ſe milites circuibant, Drilleſtørre. Item orbis in cœlo, qui lacteus vocatur. Eſt & nomen avis è genere accipitrum. Aliter deducitur à γυρὸς, gyrus, circulus, ambitus. Item à κίρκος, ejusdem ſignificationis: ni recentiores Græci id ſuum à latinis mutuati ſunt.

Circa & circum, Præpoſit. ſignificans ſitum aut motum circularem & linea in ſe recurrente, Runden omkring/ om paa alle ſider. *Urbes circa capuam occupabit: terra circum axem movetur.* Inde ponitur pro juxta vel in aut per, ved/hos/paa/ allevegne. Circa vel circum forum, hoeß eller ved torffuet eller paa/allevegne paa. Et ratione temporis: *Circa hoc tempus*, ved diſſe tider. Item pro De; ut, *varia eſt hominum opinio circa hæc*, Folck haffuer allehaande menning der om. Item adverb. omiſſo ſcilicet caſu; ut, *quæ circa ſunt inviſe: vides toto littore properari circum*, Allevegne. Dicitur & peculiari forma, *circa illam ſunt*, i. e. ſervulæ Dominam obſervantes. Componitur & circum cum aliis dictionibus. Ut, *circumdo, circumeo, circumfero, &c.* ſignificans motum circularem.

Circanea, Feſt. dicitur avis, quæ volans circuitum facit. Aliter legitur circenda.

Circenſes ludi, qui Romæ in circo habebantur in honorem conſi conſiliorum Dei, Ridderſpil med renden och ſticken/ Tornering.

Circinus, m. ſ. inſtrumentum divaricatum, cujus altero pede immobili, altero ad initium motus circumacto orbis ducitur, Rij/ Circkel.

Circino, as, Plin. circulum circino facio, Circkeler/ Ringer. *Menſæ fiſſis arboribus circinantur in pulpam.* Et translatè *circinare auras*, Ovid.

Circiter, Præpoſit. ſignificans quodammodo ſive propemodum circa & juxta, idq; ratione numeri, temporis aut loci. Ut, *circiter Calendas Maji*, henved den førſte Maji/ om en trent. *Circiter viginti*, hen ved 20, *Circiter hoc tempus*, hen ved denne tid. *Circiter hæc loca*, hen ved dette ſted. Ponitur & adverbialiter. Ut, *circiter ad ſextum Idus Maji*, hart henved/ hart ad.

Circites, Feſt. circuli ex ære facti.

Circius, Gell. m. ſ. ventus violentiſsimus quidvis circumagens, & circumvolvens, à motu & impetu circulari, Nordveſt.

Cercius, lat. idem.

Circulus, m. ſ. quaſi parvus circus, ſignificatq; figuram propriè circino deſcriptam, ratione ſive areæ, ſive ambientis lineæ, Circkel/ Fredz: Indè motus circularis. ut, *ſtellæ circulos ſuos orbesq; conficiunt celeritate mirabili. Circulus lacteus*, i. e. zona lactea in cœlo. Item

translatè ponitur pro corona hominum, En fredz Folck.

Circularis, re, om. t. quod ad circulum, pertinet. ut, circularis figura: *Circularis motus*: *Circularis Magiſtratus*, qui in orbem feruntur, Som gaar fraa en til en Anden/ oc kommer til den ſamme igien. *Circularis ſcientia*, i. e. perfectiſsima, quia omnium figurarum abſolutiſsima habetur orbicularis.

Circulator, qui in circulis hominum, ſeu in circulo verſatur, fabulis, cantu, ſaltationibus ac præſtigiis eos oblectans aut otiosè verſans, Gygler/ Quackſalfſuer/ Spillemand/ Kringeldriffuere. Horat. græca voce utitur cyclicus.

Circulatrix, idem in ſexu fœmineo. Dicitur & *lingua circulatrix*, quæ petulans eſt & maledica, Sladder eller ſkændſk tunge.

Circulatorius, a, um, quod ad circulatorem pertinet. Ut, *circulatoria voluptas*, i. e garrula circulatorum feſtivitas, Gygleverck. *Circulatoria jactatio*, qualis eſt circulatorum.

Circulo, as, act. pr. circulum duco. *Circulare foſſa*, Giøre graffue omkring. *Circulo caput*, eſt modo huc, modo illuc, quaſi in circulum ago, vender hoffuedet om/her oc der.

Circulatim, adverb. per circulos. Ut, *circulatim lamentantur.*

Compoſita.

Circumcirca, Plaut. adverb. pro ab omni parte circum, Allevegne om. *Ungulis ſcalptant circumcirca: proſpicit circumcirca.*

Decircino, as, act. pr. Manil. pro rotundum facio. Ut, *quem teritis natura ſoli decircinat orbem.*

Idcircò, ſive iccircò, quaſi circa id, conjunctio ſignificans idem quod ob eam rem, Derfor. *Idcirco accerſor, nuptias quod mihi parari ſenſit.*

Quocirca, Conjunctio cauſalis, inferens aliquid ex præcedentibus, Huorfor. *Quocirca ſolet ſapientiam meam admirari.*

Semicirculus, m. ſ. Græcâ voce Cic. hemicyclus, ſella eſt ſemicirculari figura, quaſi dimidius circulus, Halffkredz: Stoel eller Sæde ſom en halff Maane. Semicircularis, re, om. t. ſemicirculi formam habens. Ut, *forma ſemicircularis.*

CIRNEA, æ, f. pr. vas vinarium, è quo vinum miſcetur & infunditur, à κιρνάω, miſceo, Skenckekande/ Dibekande/ Tudkande. Aliter legitur Irnea, quaſi Ernea, ab ὄρνεον, quod avis figuram haberet, ut cantharus à cantharo ſcarabæo. Item Hirnea. Item deminutivum Irnella, pro quo & legitur Urnula; Exponiturq; vaſis genus in ſacris.

CIRRUS, m. ſ. in circum tortus capillus, ſive in gyrum plexus, quaſi γυρὸς, in gyrum revolutus, Fletredt haar/ lock eller top/ ſom hvirlis op for i hoffuedet eller ved ørene. Exponitur & inſtrumentum ad contorquendos capillos comparatum. Item cirri in piſcibus barbæ & crines plexiles, quos habent, Fiſkehaar. Aliter deducitur à κείρω, tondeo, vel quod non tondebatur, vel tonſus veneri conſecrabatur: Unde illud Caton. *Ambraciæ primum puerilem dentem. Item cirros ad Apollinem ponere ſolent.*

Cirratus, a, um, cirris ornatus, aut qui eſt cirris tonſis, langhaaret eller ſtackethaaret. *Cirratus puer*, qui comam

comam nutrit, eamq; indetonſam veneri conſecrat. Et *cirrita fœmina*, i. e. innupta, quaſi quæ cirrum non ſuſpendit veneri.

CIS, Præpoſitio ſignificans ex hac parte per conciſionem ab antiquo Citer quod fuit quaſi Hiter, à pronomine hic vel hac & λῆξις ter, ut in aliis multis: vel immediatè quaſi ἤτε, i. e. hac parte, paa denne ſide/ inden for: tribuiturq; propriè montium & fluminum nominibus. Ut, *cis montem; cis flumen: cis Tyberim: cis Rhenum; cis Alpes.* Inde aliis; ut, ratione temporis, *cis menſem; cis paucas tempeſtates*, i. e. intra breve tempus: *cis paucos dies, paucos menſes.* Item aliarum rerum: *Cis naturæ leges*, Inden den naturlig Low eller naturens Low / h e. minus quàm patiantur naturæ leges. Declinabatur autem antiquitùs citis in genit. Comparatur etiam à citer citerior, à citis citimus. Ut, *citerior Hiſpania*: *citerior ætas*: Et *citima regio*, i. e. nobis proxima, ſive extima pars, quæ nos reſpicit. Sic *terris citima, ultima cælo luna.* Componitur etiam aliquando: ut, cispellere, cispadanus, cisalpina.

Citra, idem quod cis; & appellativis jungitur. Ut, *citra forum, citra templum*, i. e. ab hac parte fori, templi. Dicitur &, *citra Calendas*, i. e. ante, Inden for den førſte dag i Maaneden. *Citra diem tertium*, Inden. Interdum etiam ſignificat ſine, foruden. *Citra Senatus auctoritatem*, vden Raadens villie oc ſamtycke. *Citra faſtidium*, vden Fæde.

Citrò, adverb. ſignificans hàc huc. Ut, *ultro citroq; res acta eſt*, hid oc did; frem oc tilbage; op och neder.

CISIUM, ſive ciſtium, n. ſ. genus vehiculi, duas habens rotas & quo quis citiſſimè vehitur, quaſi citium à citiſſimo motu, Vogn med tu hiule / Karr. Aliter à ciſta ciſtium; inde ciſium.

Ciſiarius, m. ſ. ciſii moderator, Karrdriffuere.

CISTA, f. pr. κίστη, vas propriè condendis cibis, Madſkab/ Madkiſte. Inde accipitur pro quocunq; vaſe, quo ſive veſtes ſive pecuniæ ſive ſuppellectile ſervatur, Kiſte. Item genus vaſis viminei, Kurffue.

Ciſtula, f. pr. parva ciſta, Liden Kiſte / Skrin.

Ciſtella, f. pr. idem.

Ciſtellula, idem. Accipitur & pro vaſe, quo ſuffragia populi in creandis Magiſtratibus, legibusq; ferendis colligebantur, Breffue/ſkrin.

Ciſtellatrix, quæ ciſtellam fert heræ, Nogle piige eller tienſte piige.

Ciſterna, næ, receptaculum aquæ pluviæ infra terram, Vandkiſte/vandhylcke.

Ciſternínus, a, um, ut aqua ciſternina, quæ in ciſterna colligitur.

CITHARA, f. pr. κιθάρα, inſtrumentum muſicum pulſatile, forma triangulari, fidibus 24, Harpe. Deſcribitur & fuiſſe ſeptem nervis aliaq; formâ, cavâ ſcilicet vel teſtudinatâ, ſaa ſom Lute/ Cither/ Kitar. Inde tropicè ipſa harmonia ſeu ipſa muſica, Læg och Spill.

Citharíſta, m. pr. qui Citharam pulſat tantùm, non canit, Harpenſlaaer/ Citerſlaar/ Lutenſlaar.

Citharíſtria, f. pr. quæ cithara canit, fidicina.

Citharœdus, κιθαρῳδὸς, qui cithara canit, pulſat & ore canit, ſom baade ſlaaer och ſiunger. Citharœdi, qui eodem invariatoq; cantu faſtidium movent auditoribus. Eſt autem compoſita dictio à κιθάρα & ἀοιδὸς, cantor.

Citharœdicus, a, um; ut, *ars citharœdica.*

Citharus, & Citharis, κίθαρος, κίθαρις, piſcis ex genere latorum, ett ſlags ſlynder.

CITRUS, f. ſ. κίτριον, nomen arboris in Media mala ferens, quæ Medica, Aſſyria, & citria dicuntur, Citronetræ/ Limonetræ. Item arbor ei congener, ſed fructu rotundiore, ſine tuberculis, ac colore magis rutilante, Pomerandstræ. In Nicandro fructus hic vocatur μεσπίλον. Item arboris nomen in Mauritania, unde ejus materia in Italiam advehebatur, ad pretioſarum menſarum ſtructuram.

Citrum, n. ſ. lignum citri.

Citreus, a. um, ex citro factum, Ut, *menſa citrea.*

Citrius, a, um, quod eſt citri arboris Medicæ, vel citrum refert. Ut, *citria mala, citrona*, Citrone/ Pomerantz/ Limone. *Citrius color*, ſed qui dilucidior eſt, non plane aureus, ſaa ſom Citronefrugt.

Citroſus, a, um. Ut, *citroſa veſtis*, quæ refert colorem citri.

CIVES, ium, cujus ſingulare civis, m. t. pr. prod. homines ſunt in unum coeuntes habitantesq;, ut vita communis & ornatior fiat & tutior, à coëo, quaſi coivis. Indeq; qui iisdem legibus & ſocietate conſtricti ſunt, ſive in urbe, ſive ruri habitent, huert Landz folck/huad heller de boe paa Lander eller i Kiøbſteder. Aliter deducitur à κίειν, quod & coire ſignificat.

Civilis, le, om. t. quod eſt, civium, ſeu quod ad cives pertinet. Ut, jus civile, Landz Low och rætt/ Verdzlig Low / Borgerlig Low. Civile odium & bellum, quod eſt inter cives, Indbyrdis Krig oc Fiendſkab. Civilis mos, Landzſtick. *Civiles undæ*, i. e. pericula, Landzfare/ Indbyrdis fryct oc fare. *Civilis homo*, qui peritus eſt Reipublicæ, forfaren Mand i menniglheden. Item qui mores civiles callet, ſkickelig/yndelig Mand. *Civilis dies*, qui viginti quatuor horas complet, Døgn. Civilior & civilius comparat. Ut *eo nemo civilior: eo nihil civilius fieri potuit.*

Civiliter, adverb. more & ex jure civili, Borgerlig viis / med god beſked / efftet Landzens Low och Rætt: *Civiliter contendimus: civiliter cœnat*, i. e. non regie.

Civilitas, atis, f. t. Sveton. moderatio & modeſtia in cive quæ requiritur, Skickelighed / Beſkedenhed/ forſtandighed.

Civicus, à, um. Ut, *corona civica*, quàm civis civi, à quo ſervatus erat in prælio, teſtem vitæ ſervatæ dare ſolebat.

Civitas, atis, f. t. civium communitas, Borgerſkab/ Mennighed. *In hac urbe non eſt civitas.* Et *donare aliquem civitate*, eſt jure civitatis donare, giøre til Borger. Item pars civium à reliqua diſtincta, judiciorum conventuumq; forma & ordine, ad conſultandum, ferenda ſuffragia, commutandasvé merces, Syſſel. Ut, *Helvetiorum tredecim ſunt civitates:* Et *Iſraelitarum duodecim civitates*, vulgo tribus.

Compoſita.

Incivilis, le, Gell. incivilia verba, quæ non ſunt civilia; & quæ nihil prorſus habent civilis modeſtiæ, whoffiſk/ plumſk oc tylperſk.

CLADES,

CLADES, f. t. multorum cædes, aliúdve insigne acceptum detrimentum, à κλάω, frango, sive eadem origine à κλάδος, ramus, & κλαδάω, deputo, defringo, concutio; ut sit propriè de ramellis dictum, ut calamitas de calamis, Næderlag udi Krig / vbødelig stoer skade.

CLAM & veteribus calim, idem quod occultè, latenter, furtim, à κρύπτω, occulto, forborgen / hemmeligen. Ut, *clam vos*; Et *clam Patre*, forborgen for eder/eder vaffvist/ vvitterligen. Ponitur & absolutè sine casu. Ut, *clàm ferro incautum superat*, Lønligen/forborgeligen. Aliter deducitur à claudo, sive immediatè à κλείω, claudo.

Clanculum, idem quod clàm. Ut, *clanculum Patrem*. Et sine casu *clanculum venit*.

Clancularius, a, um, qui clam est, vel clanculum agit. Ut, *Poëta clancularius*, Hemmelig / eller som ey tør komme for Lvset / eller bekiende sit naffn.

Clandestinus, a, um, quod clam fit. Ut, *clandestinum fœdus*, Hemmelig forbund.

Clandestinò, adverb. occultè & latenter. Ut, *clandestinò agit*.

CLAMO, as, n. pr. prod. propriè contentam vocem edo, à κλάζω, ejusdem significationis, Raaber/skriger. *Clamant & indecenter obstrepunt*. Inde simpliciter assevero. Ut, *clamabat se hoc facturum*. Item voco, ut, *monentem nomine clamat*. Sic, *clama tu hominem*. Item conqueror. Ut, *mihi quidem non placent, & clamo sæpè*. Et *clamant rem fraude fieri*.

Clamatus, a, am, pass. quem clamavimus, Paaraabt/ kaldet. *Fœmina clamata refugit*.

Clamator, oris, m. t. qui clamat.

Clamatorius, a, um, quod clamando fit. Ut, *clamatorium genus*. Et *avis clamatoria*, in auguriis, quæ clamore prohibebat aliquid fieri.

Clamito, as, n. pr. frequentiùs clamo.

Clamitatio, f. t. clamitandi actus.

Clamor, oris, m. t. & veteribus clamo, vox clamantis, Skrig/ raab.

Clamosus, a, um, clamore obstrepens. Ut, *clamosus altercator*.

Composita.

Acclamo, as, n. pr. clamando dicenti sententiam significo. Ut, *populus cum risu acclamavit*, Raaber jà eller ney. Accipitur sæpè in malam partem.

Acclamatio, acclamandi actus, qualis est populi & oratoris admurmuratio. Ut, *Pompejus non modo acclamatione, sed convitio & maledictis impeditus fuit. Acclamatio advocatorum Clodii.* Item acclamatio idem quod Epiphonema.

Acclamito, valde vel multùm acclamo, sive multùm clamo; ut, *facta infecta esse acclamitat*.

Conclamo, simul clamo, Raaber tillige. *Conclamant omnes ita faciendum*. Item simpliciter clamo, vel potiùs identidem clamo. Ut, *conclamabit Ariobistus, quid ad se venirent*. *Conclamare vasa*, est militibus denunciare, ut vasa colligant abituri & aliò concessuri.

Conclamatum est, formula est loquendi, significans rem esse transactam & finitam, det er fuldrendt/ det er ende: sumpta translatione vel à re militari, vel forensi, ubi sic conclamatur, in rei exitu: vel funebri, ubi etiam conclamabatur: Unde *conclamata corpora*, quæ non deliquio seu syncope seu ficta morte affecta sunt, sed quæ revera mortua sunt, ideoq; frustra conclamatur à circumstantibus, sive liquore refrigerantur.

Conclamatio, conclamandi actus: Et peculiariter, clamor militum.

Conclamito, frequenter clamito.

Declamo, as, valde clamo. Inde tropicè oratione habita quasi clamo & ficto rhemate me exerceo, Lærning til at prædicke. *Ad fluctus declamare solitus est Demosthenes: contra eum vehementissimè declamabit*.

Declamatio, declamandi actus, quo scilicet quis declamat.

Declamito, as, sæpius & frequenter declamo.

Declamator, qui declamare solet.

Declamatorius, a, um, quod sit declamandi modo. Ut, *opus, genus declamatorium*.

Declamatoriè, declamandi modo. Ut, *declamatoriè loquitur ad populum*.

Exclamo, as, valde clamo, Raaber i været / høyt. *Gaudio exclamavit*.

Exclamatio, exclamandi actus; ut, *exclamationes vitare debemus*. Est & Schema Rhetoricum.

Inclamo, as, quasi ad alium clamo, & propriè altiori voce, Raaber effter en. *Socios, comites, servos inclamat*. Et translatè, clamando objurgo, Skriger paa en. *Tuos inclama, tui delinquunt*.

Inclamitor, aris, pass. supra modum objurgor, Offverskrigis.

Præclamitores, dicebantur, qui Flamini Diali antecedebant, clamantes ut homines opere abstinerent, ne, si vidisset Sacerdos facientem opus, sacra pollucrentur.

Proclamo, as, palàm vel valde clamo, vdraaber/ lius ser op for alle. *Adsunt, defendunt, proclamant*.

Proclamator, qui proclamat, Vdraabere.

Reclamo, as, contra vel adversum aliquem clamo, & clamando adversor, staar imod / siger/ raaber imod. *Orationi ejus vehementer reclamabant omnes*. Et *reclamo tibi pro reo*, i. e. cum clamore reprobo, quæ in reum dicis. Et, impersonal. *reclamatum est*.

Reclamatio, reclamandi actus.

Reclamito, as, frequenter & sæpè reclamo.

Succlamo, as, clamando assentio & comprobo, Raaber jà. *Principi dicenti succlamabant*. Et impersonal. *succlamatum est à militibus*.

Succlamatio, succlamandi actus.

CLANGO, is, n. t. tubâ cano vel instrepo, à κλάζω vel κλάγγω, ejusdem significationis, Blæs i Trompet/ i Horn/ giør liud. Dicitur etiam de anseribus & aquilis strepentibus: Et apud Græcos propriè est avium, quæ leviusculum clamorem & clangorem edunt, Skriger som Gieß/ Svaner/ &c.

Clangor, oris, m. t. sonus tubarum, Trompete/ skiæld/ eller skraal. Item avium. Ut, *clangor anserum*, Gaaseskrig.

CLARUS, a, um, pr. prod. quasi calarus, qui scilicet in certaminibus victor per Præconem calabatur. Inde quicquid nitore suo visum opplet, Lyst/Klart. *Clara dies, locus.* Item quod sono auditum opplet; ut, *clara vox*, høy/liudelig/klar stemme. Item sui notitiâ animum. Ut, *res clara*, i. e. aperta, cognita & manifesta, Vitterligt/Aabenbarligt. Sic, *homo clarus*, qui officio, virtute, opibus factisvé multis notus est, Naffnkundig/herlig/ypperlig. *Clarior, clarissimus*, qui in Republica claret: Et *clarissima, quæ clarissimo nupta est.*

Clarè, ius, issimè, adverb. modo claro. Ut, *clarè apparet: clarè gemit.*

Clareo, es, n. s. clarus sum. Ut, *viri gloria claret. Primordia ætatis clarent*, i. e. apparent. Et *hoc claret mihi*, i. e. intelligo, det er mig vitterligt.

Claresco, clarus vel clarior fio. Ut, *claruit sonitus. Claruit hoc monitoribus.*

Clarissimatæ mulieres, recentioribus Jurisconsl. quæ clarissimis nuptæ sunt.

Claritas, atis, f. t. ipse clari habitus seu ratio. Ut, *claritas generis: claritas rerum gestarum: claritas solis: claritas orationis*, herlighed/klarhed/ypperlighed/naffnkundighed.

Claritudo, inis, Salust. & Gell. idem.

Claro, as, act. pr. Hor. clarum facio. Ut, *labor ipsum clarabit*, giøre Naffnkundig. Sic, *clarabit imperium. Multa nobis clarandum est*, i. e. declarandum.

Claror, oris, m. t. Plaut. idem quod claritas.

Composita.

Declaro, as, valde clarum facio. Ut, *literis hoc declarat*, forklarer. *Declarat id tua temeritas. Declarare consulem*, veterib. pro renunciare.

Declaratio, declarandi actus. Ut, *animi declaratio*, qua vel declaratur, vel se declarat.

Declaratus, a, um, quod declaravimus. Ut, *declaratus Consul.*

Inclareo, es, n. s. clarus sum. Ut, *pingendi arte inclaruit.*

Inclaresco, clarus fio, clarus magis atq; magis.

Præclarus, a, um, valdè clarus, tùm propriè, tùm translatè. Ut, *præclarus sol: præclarus vir: præclarum dicendi genus.* Et *præclara conscientia*, quæ bona est & pura. Sic, *præclarus custos*, i. e. bonus.

Præclarè, adverb. modo præclaro. Ut, *præclarè mecum agit*, meget vel.

CLASSES, ium, cujus singulare classis, is, f. t. ordines erant Romanorum civium, initio, in quinque partes distributi pro ratione census & dignitatis, à calo sive κάλέω, voco, quasi calasses: aut à clango, quòd clangore tubæ convocabantur, Stat oc Stænder/Rigens Stænder. *Homo primæ classis*, qui præcipuæ est auctoritatis & maximi census, forneme Mand. Et *homo quintæ* seu infimæ classis, i. e. infimus, Ringe oc gemeen Mand. Item classis, certus Equitum ordo, en fane Rytrere. Item navium plurium sub uno duce, Skibsflode. Item puerorum in Scholis, Lectie udi Skoler. Aliter in navali significatione deducitur, à κάλον, lignum, nimirum à materia navium.

Classicula, f. pr. parva, exigua vel vilis classis navalis.

Classiarii, m. s. classis milites, qui scilicet in classe stipendia merent, Fuld och giæff Krigs Mand. Item qui in classe navali merent, Skibs Krigsfolck. Item classiarius, qui alterius laudis præco est.

Classicus, a, um, quod est classis vel ad classem pertinet. Ut *bellum classicum*, i. e. navale, Krig til Vands. Classicus, κατ' ἐξοχὴν, i. e. primæ classis homo, som er udi den første Stand/forneme Mand. Et rursus inde, fide dignus. Ut, *classicus testis*, Vidisact/vinde. *Classicus auctor*, forneme Scribenter oc Formand. Item classicus, qui classes vocabat, sive voce, sive tuba, Herold/eller Trometer.

Classicum, n. s. tuba, quâ classis vocatur vel excitatur. Ut, *sonare classico*, Trompete. Item ipse clangor & sonus: & peculiariter signum ineundæ pugnæ, Allarm. *Canere classicum; sonare classicum.*

CLATHRUS, & clathrum, κλεῖθρον, lignamentum cancellatim compactum, quo aliquid occludimus & sepimus, traller/sprinckeler. Item instrumentum rusticum quo glebæ confringuntur. Scribitur & sine aspiratione clatrus, & clatrum.

Clathro, as, act. pr. Col. clathris obsepio.

Clathratus, a, um, Plaut. quod clathravimus, vel clathris constans. Ut, *fenestra clathrata.*

CLAVDO, is, clausi, sum, act. t. proprie januam oppono; inde quidvis aliud ab aditu prohibeo, à κλείω, κλήζω, κλειδόω, ejusdem significat. Lucker til/Lucker i Laase. *Claudere januam, tabernas, omnes aditus, fores cubiculi: maritimos exitus*: Et *consuetudinem mihi clausit pudor. Numeris sententiam clausit*, i. e. constrinxit. *Claudere suos oculos*, Blunde: *claudere alterius oculos*, Blinde en.

Claustrum & veterib. clostrum, n. s. quo aliquid clauditur, Luckelse/saa som Port/Laass/Skode/Dør/Lid/Log. Inde translatè, quicquid sepit & munit. Ut, *claustra nobilitatis*, i. e. privilegia, quibus munitur.

Claustrarius, rii, m. s. qui septa & cætera ad claudendum opera facit.

Clausula, f. pr. extrema cujusq; rei pars, præsertim in oratione, quæ, ut janua, rem omnem claudit, Ende/Beslutning.

Clausus, a, um, quod clausimus. Ut, *mare clausum: Asia clausa: comprehensio orationis clausa esse debet.*

Clausum, n. s. locus clausus, Luct sted.

Cludo, is, idem quod claudo. Ut *mare terram littoribus cludit.*

Clusius, m. s. Janus erat, sic dictus, quòd pacis tempore templum ejus erat clausum.

Composita.

Circumcludo, is, undiq; claudo. Ut, *nubes solem circumcludunt: præsidiis ipsum circumclusit.*

Concludo, simul claudo, vel me unà cum alio in eodem loco includo. Ut, *in cella cum ipso me concludi: animum in corpore concludit Deus.* Item finem seu terminum rei dicendæ facio, Beslutter. *Orationem concludo.* Item Dialecticis, propositiones præmissas in unam contraho, Slutter.

Conclusio, collectio rerum dicendarum, vel propositionum in argumentando, Beslutning/beslutelse.

Conclusiuncula, f. pr. parva aut enervis conclusio.

Conclusus, a, um, quod conclusimus. Ut, *conclusa aqua facile corrumpitur: facinus crudelitate perfectum & conclusum. Sententia aptè verbis conclusa & comprehensa.*

Conclusè, adverb. concludendi modo. Ut, *aptè & conclusè omnia dixit.*

Discludo,

Diſcludo, is, quaſi claudendo unum ab alio ſeparo & disjungo, Skil fraa hin anden / lucker fraa hin anden. *Alpes diſcludunt Germanos ab Italis.* Et translatè, *iram, cupiditatem ſuis locis diſcludit Deus, iram in pectore, cupiditatem ſubter præcordia locans.*

Diſcluſus, a, um, quod diſcluſimus, Skild fraa hin anden med rom. *Loculatas habent piſcinas, ubi diſpares diſcluſos habent piſces.*

Excludo, is, quaſi claudendo amoveo, Lucker ude / fraa lucker. *Foras me excluſit.* Et *tempore excludor,* kand icke komme til for tiden; tiden holder mig fraa: Lucker fraa. Et translatè, *excluſit ſe ſervitute,* Lucte ſig vde fraa tieniſte oc trældom / holt ſig fraa. Item de avibus, cùm fœtum incubando emittunt, quaſi clauſum emitto, vdlegger. *Columbæ vicesimo die excludunt.*

Excluſus, a, um, quod excluſimus. Ut, *Dolobella à Rhodiis excluſus: Excluſus tempore: voces excluſæ.* Et amiſſo tempore, *excluſiſſimus ſum ego omnium,* Slet oc aldelis vdeluct.

Includo, intus claudo, Jnde lucker / lucker inde. *Incluſit armatos in cella concordiæ: Deus incluſit animalia intus in mundo: Dii includunt viam ſuam cavernis terræ: Includere aliquem in cuſtodias: Includit vocem,* i. e. tacet: *Includere aliquid orationi ſuæ; in eam formam res omnes incluſit: Includere orationem in Epiſtolam,* Beſ fatte. *Verba verſu includere.*

Incluſio, includendi actus. Ut, *incluſio Bibuli,* i. e. obſeſſio, qua obſidebatur.

Incluſus, a, um, quod incluſimus. Ut, *incluſi utero Danai: In nuce incluſa Ilias Homeri: Salus omnium in Deo incluſa.*

Intercludo, claudendo prohibeo, vel quaſi undiquaq; claudo & circumclaudo, Lucker ſlet inde eller beſ ſpender om / formeen / forrager / gienner for noget: / ſaa det icke haffuer ſin gange. *Intercludere aditum ad aliquem: intercludere inimicis commeatum: intercludere fugam alicui: intercludere hoſtes ab oppido: intercludere ſeditionum vias: intercludere commeatu & reliquis copiis: intercludere aliquem in inſidiis;* klemme en inde / beſpende / beſnære. Sic, *intercludere alicui ſpiritum;* quæle. *Intercluſit eum hyems: intercluſit eum aqua,* Beſpendede / omringede / forhindrede oc formeente. Et *dolore intercluditur.*

Intercluſio, intercludendi actus; & ſimpliciter impedimentum, forhindring. *Animæ intercluſio.*

Intercluſus, a, um, quod intercluſimus. Ut, *via intercluſa: locus intercluſus frondibus & virgultis,* Omringet / omluct. Sic *locus præſidiis intercluſus.* Item *aditus ipſi intercluſus,* formeent. Et *intercluſus ab exercitu reliquo,* Luct fraa / holt fraa. *Iter meum intercluſum,* pro obſeſſum, Beſat / belagt. Et *planè capti intercluſiq; ſumus,* i. e. obſeſſi. Item *Mitridatis impetum cervicibus intercluſum ſuis ſuſtinuerunt Byzantii,* pro rejectum.

Introcludo, Sen. in interioribus ſeu intro claudo, Lucker inde i det inderſte. *Introcluſus domi otiabatur.*

Occludo, is, idem quod claudo vel contra claudo, Lucker til / lucker for. *Occludere fores ambobus peſſulis: Occludere tabernas.* Et *occludit tibi linguam pro impedit, quò minus loquaris.*

Occluſus, a, um, quod occluſimus. Ut, *fores occluſæ.* Et amiſſo tempore *occluſior ſtultiloquentia* pro occulta & obſcura, forborgen.

Præcludo, is, arctè claudo & claudendo prohibeo, Holder fraa / holder inde / forrager / lucker knap inde eller fraa. *Hyems iter nobis præcluſit: præcludere alicui portam, januam: Præcludit civibus urbem ſua defenſione: animus ad dicendum præcluditur,* i. e. impeditur.

Præcluſus, a, um, quod præcluſimus. Ut, *præcluſa janua: aditus præcluſus:* Et *civibus præcluſa expectatio incolumitatis, ſpes libertatis.*

Recludo, is, quod clauſum erat aperio, Lucker op / Jabner. *Recluſit armarium: recluſit enſe ſenis jugulum: recludit tellure theſauros: virtus recludit immeritis mori cælum.*

Recluſus, a, um, quod recluſimus. Ut, *fores recluſæ.*

Secludo, is, ſeorſim claudo. *Secludere iter.* Item excludo. Ut, *ſecludite curas:* Et *ſecludere vitam corpore,* eſt occidere.

Secluſus, a, um, quod ſecluſimus. Ut, *iter ſecluſum,* fraaluct. Et *ſecluſa ſacra,* quæ fiunt in operto, ne oculis profanorum obvia polluerentur, Græca voce Myſteria.

Secluſorium, n. ſ. Varr. aviarium minus, quod alteri cum oſtio conjungitur ad ſecludendas aves.

Superclaudo, is, Liv. ſupernè claudo. Ut, *à mari rupes exoſæ fluctibus locum iſtum ſuperclaudunt.*

CLAVDUS, a, um, cui alterum crus brevius eſt aut fractum, à κολοβὸς, decurtatus: vel à κλάω, κλῶ frango, Lam. Aliter à claudo, quaſi pedibus clauſus. Item à χωλὸς, ejusdem ſignificationis. Dicebatur & antiq. cludus.

Claudico, as, n. pr. claudus incedo, Lammer / hincker. Et translatè, imperfectus ſum, vel mutilus. Ut, *claudicat Reſpubl* Mennigheden er icke ret ved mact. Sic *claudicat amicitia.*

Claudicatio, ſ. t. claudicandi actus.

Clauditas, tis, ſ. t. Plin. ipſum claudicationis vitium.

CLAVIS, is, f. t. pr. prod. inſtrumentum quo claudimus & reſeramus, à κλεὶς, ejusdem ſignificationis, Nøgel. Et translatè, modus ſeu ratio qua aliquid nobis patere, vel noſtri juris facimus. Ut, *clavis imperii; clavis negotii: clavis regni cœlorum.* Item abuſivè, ſera vel vectis. Ut, *ubi intro hanc novam nuptam deduxi, via recta clavem obduxi.*

Clavicula, ſ. pr. parva clavis. Item capreolus ſeu cincinnus vitis adminicula apprehendens. Item compages colli cum trunco.

Clavicularius, m. ſ. qui claves facit, Kleinſmed.

Clavarius, m. ſ. qui clavibus Principis præeſt.

Compoſita.

Conclave, is, n. t. locus ſecretior in domus intimis: ſic dictum, vel quòd una clave domeſticis eſſet pervium, vel communi cum aliis ſeratis clave, triclinio & penetrali, Bagkamer / Lønkamer / Bagherberg. Exponitur & interior domus pars in eadem ſcena. Item plura cubicula intra eum clauſa.

Conclavium, n. ſ. idem.

Conclavatæ res apud Feſtum, quæ ſunt ſub eadem clave.

CLAVUS, m. ſ. lignamentum vel ferramentum; quod figitur claudendis & continendis, à claudo, vel eadem cum eo & clave origine, Nagle / Søm / Speger / Bolt. Item gubernaculi nautici manubrium, Roerhending eller Speger. Item clavi dicuntur cuneoli

cuneoli instrumentorum musicorum, sive verticilla citharæ, quibus chordæ intenduntur, Harpepind / Luttepind. Item clavi dici possunt absidis molaris capita, Mølle eller hiule kaager. Item translatè, tuberculum in cute extans, rotundum callosum clavi caput summa parte repræsentans præduræ radici affixum, Ligtorn / Vorte. Item tuberculum callosum candido oculi innascens, Ect eller nægl udi øye. Item tuberculum arboribus quod nascitur, knorte paa træ. Item tuberculum in veste fabrefactum pro ornamento, stiffte / knap. Item ipsa vestis clavis ornata. Ut, *clavi vestium aurei*, Guldstøffter eller dopper paa klæder. Et quia vestis hæc propria erat Senatorum, ponitur & simpliciter clavus pro veste Senatoria. Erat autem plagula, quæ ab humeris in pectus demittebatur. Plagula enim clavis quibusdam consita erat in Senatoribus quidem latioribus, in Equitibus angustioribus: propterea tota plagula vocabatur clavus. Inde *Latus clavus*, Raadz Herris klæderdract. Et clavus pro ipsa Senatoria dignitate & laticlavio. Ut, *curia restabat, clavi mensura coacta est.* Aliter clavus à κολάπτω, tundo, quia tundendo infigitur.

Clava, f. pr. fustis teres ad clavi similitudinem capitatus, Kylle/Rodkylle: telum erat Herculis. Aliter ab antiquo cala, i. e. fustis militaris.

Clavaria pila, quæ clava expellitur, Slagbolt.

Clavator, clava instructus.

Clavatus, a, um, clavis ornatus. Ut, *clavata vestis. Socci clavati; calceamenta clavata*, h. e. clavis confixa, pindett Sko. Erant autem clavi olim in Syriaca & Græca luxuria non ex ligno aut ferro vel ære, sed & ex auro.

Claveola, f. pr, surculus arboris vel fruticis, utrinq; præcisus & plantationi aptus, Podequist.

Composita.

Angusticlavius, qui inferioris erat dignitatis, quàm Laticlavius.

Laticlavium, n. s. latus clavus & vestis Senatoria.

Laticlavius, a, um, quod latum clavum refert. Ut, tunica Laticlavia. Item Laticlavius qui latum clavum portat. Ut, *laticlavius Senator, laticlavius Tribunus.* Sic dignitas *laticlavia*, Raadmandskaff.

Præclavium, antiquis pars vestis, quæ ante clavum texitur.

CLEMENS, tis, om. t. pr. prod. qui de sub jure & potestate aliquid remittit, quasi colens mens, Naadig. *Cæsar clemens fuit in adversarios: clemens castigatio: clemens & misericors judex: clemens ab innocentia.* Inde idem quod mitis, sactmodig/ mild. Aliter deducitur à clara mente. Item à clinata mente, i. e. quæ se demittit & movetur.

Clementer, adverb. cum clementia. Ut, *clementer eum tractabat, audit, facit.*

Clementia, clementis habitus, Naade/Mildhed.

Composita.

Inclemens, tis, om. t. non clemens, wmild / haard oc streng.

Inclementer, inclementi modo. Ut, *inclementius in me invectus est.*

Inclementia, inclementis habitus & vitium.

CLEPO, pis, clepsi, ptum, n. t. apud antiquos pro furor, à κλέπτω, ejusdem significationis, Stiel. *Clepere sermonem alicujus*, Mercke ord.

Clepta, æ, com. pr. idem quod fur.

Cleptum, ti, n. s. quod furto raptum est.

Clepsydra, æ, f. pr. κλεψύδρα, à clepo & ὕδωρ aqua: vas erat, è quo aqua paulatim & quasi furtim effluens horas distinguebat, Timeglaß. Item instrumentum Astronomicum sidera demetiens.

CLIBANUS, m. s. κλίβανος, instrumentum sive fictile, sive æreum, sive ferreum & loco mobile, in quo panis aliudq; quidvis coquitur, Posteeg Offn / eller Luct pande eller potte / til Steeg och andre saadant.

CLIENS, tis, om. t. qui in fide alicujus est, & Patronum habet, dictus à colendo, quasi colens, cultum præstans potentiori, Tilhengere. Accipiturq; in bonam partem.

Clienta, æ, f. pr. Plaut. fœmina cliens.

Clientela, f. pr. clientum defensio & tutela. Item clientum officium.

Clientelaris, re, quod est clientis, vel clientem spectat. Ut, *prædium clientelare.*

CLINO, as, n. pr. prod. κλίνω græca voce idem quod nuto: vel deorsum aut vorsum flecto, bøyer / helder. Unde Lucret. *paulum clinare necesse est.*

Clinamen, inis, Lucr. pro inclinatione.

Clivus, vi, m. s. locus clinans & molliter arduus: jugum scilicet & dorsum vel latus montis, Bancke: à clino, ut Græcorum κλιτὺς declivitas seu devexitas montis, à κλίνω. Ponitur & pro ipso monte vel colle. Item *clivus capitolinus*, idem cum sacra via.

Clivulus, m. s. parvus clivus.

Clivius, a, um, veteribus difficilis, quia quæ cliva sunt, ascensu sunt difficilia: Ut, *clivia auspicia*, quæ aliquid prohibebant fieri: *Clivia aves* in auspiciis à difficultate dictæ. Legitur & *Clivina avis*, pro ave clivia.

Clivosus, a, um, frequentes habens clivos, fuld med bancker.

Composita.

Acclino, as, act. pr. Liv. ad aliud clino, h. e. flecto, helder eller bøyer til. Unde translatè, *acclinare se ad causam Senatus*, i. e. assentiri. *Consuetudine huc se inclinant.*

Acclinatus, a, um, quod acclinavimus. Ut, *acclinatæ quietem capiunt.*

Acclinis, ne, om. t. Virg. idem quod acclinatus. Ut, *trunco arboris acclinis stabat.* Sic, Hieron. *Scabellum accline.* Aliter legitur acclivus, sed corruptè.

Acclinus, a, um, Ambros. idem.

Acclivis, e, om. t. sive Acclivus, a, um, quod est leviter erectum & acuminatum, & quasi sursum clivosum, Brinck op ad. *Collis acclivis: via acclivis.*

Acclivitas, atis, f. t. acclivi loci ratio. Ut, *acclivitas collis.*

Declino, as, deorsum clino. Ut, *caput declino*, Luder helder. Item via cedo, tùm propriè, tùm translatè, gaar til side / viger. *Declinat à proposito, deflectit à sententiam: Urbem & ab urbe declinavit: De via ad dextram, extra viam; declinat de statu suo: declinat periculum, vitium, mala, à nobis.*

Decli-

Declinatio, declinandi actus. Ut, *declinatio & applicatio naturæ: declinatio à proposito: declinatio laboris, periculi.*

Declivis, ve, om. t. deorsum clivosum, Brinck nedr ad / Skraadt.

Declivitas, f. t. declivis loci ratio.

Indeclinabilis, le, om. t. quod declinari non potest. Ut, *fatum indeclinabile*, dett mand kand icke vndgaa.

Indeclinatus, a, um, Ovid. qui non declinat. Ut, *indeclinatus amico.*

Inclino, as, in vel ad rem aliquam clino, Bøyer / helder til / luder til. *In terram inclinabat; in parietem. Inclinat se ad parentem.* Et translatè, *animum ad ea inclinat*, henvender sit Sind. *Inclinare ad pacem*, Bøjer til: Et transitivè, *inclinare alios ad se*, At drage dem i sin mening. Item *inclinari* dicitur *acies*, cum retrò cedit, & paulatim in fugam convertitur.

Inclinamentum, ti, n. s. Gell. quo aliquid inclinatur. Ut, in re Gramma ica, *inclinamenta verborum*, pro eorum declinatu, derivatione & terminatione.

Inclinatio, inclinandi actus. Ut, *inclinatio animi, voluntatis ad aliquid*, tilbøjelighed / tilbøjelse. Et *inclinatio temporum*, cum tempora in deterius labuntur.

Inclinatus, a, um, quod inclinat aliquò. Ut, *victoria inclinata; acies;* Et *Respubl.* quæ ruinam minatur, staar paa fald. *Dies inclinata*, naar Dagen strider *Voce inclinata & ululante canit*, i. e. remissa, demissavè. Comparatur etiam aliquando, amisso tempore; ut, *inclinatissima dies, victoria.*

Inclinatus, us, m. q. idem quod inclinatio vel inclinamentum.

Proclino, as, idem quod inclino, vel porrò clino, vel extra clino, Bøjer hen / helder hen ud ad. *Caput in dextram partem proclinat.*

Proclinatus, a, um, quod proclinat. Ut, *partes domus proclinatæ.*

Proclivis, ve, om. t. quod proclinat. Ut, *locus proclivis*, haald sted. Et *cum onere per proclivia non ægrè devolant.* Sic, *impetus undarum proclivis*, Vandfald. Et translatè, ad animum, qui proclinat ad vitia, til bøylig. *Proclive ingenium: Homo ad libidinem proclivis. Sceleri proclivis egestas.* Sic *natura ad morbos proclivis.* Item proclive, quod facile factu est, Let for haanden. *Res est in proclivi.* Et *proclive est dictu, factu.*

Procliviter, vius, Cic. modo proclivi & facili. Ut, *proclivius ad laudem pervenit*, i. e. faciliùs: *proclivius currit, fluit oratio.*

Proclivitas, proclivis rei affectus, & in malis quidem rebus, tilbøyelse. *Proclivitas ad morbos, ad ægrotandum.*

Reclino, as, toto pectore inclino in aliquam partem, inclino ad jacendum vel quiescendum. Unde *ad arbores reclinatæ feræ quædam, quietem capiunt:* Et *reclinatus in remoto gramine quiescit*, Ligger oc recker sig.

Reclivis, ve, om. t. qui reclinatus procumbit. Ut, *reclivis in gramine: in sinu juvenis posita cervice reclivis.*

Composita alia Græca imitatione.

Biclinium, n. s. Plaut. cænaculum, ubi binis ad unam mensam thoris sive lectis stratis comedebant, ficta voce à Clino ad Græcorum κλίνη, i.e. lectus discubitorius, & latino bini, Bord stuffue.

Triclinium, n. s. conclave tribus lectis discubitorijs, mensam cingentibus instructum, τρικλίνιον: Ita ut strätori & à poculis puero quartum mensæ latus esset liberum ac reliquum. Inde ponitur pro ipsis lectis & re in quo discubitus apparatu. Ut *in foro sibi triclinium strabit.*

Triclinaris, re, om. t. quo ad triclinium pertinet. Ut, *mappæ triclinares: lecti triclinares.*

Triclinaria, orum, n. s. aulæa sive vestes stragulæ, quibus triclinia ornabantur. Ut, *æstiva triclinaria.*

Architriclinus, m. s. qui præest triclinio, cujus officium erat curare, ut fercula ordine & tempestivè convivis exhiberentur, utq; rectè omnia disposita essent, Bogmester.

CLITELLÆ, arum, f. pr. Horat. sellæ dossuariæ jumentis imponi consvetæ ad onera commodiùs gestanda, Træ Sadel / Kløff Sadel / à κλιτὸν, h. e. locus declivis & deorsum vergens. Latera enim clitellarum imitantur quodammodo clivos montium, sicut & dorsa jumentorum. Erat & locus quidam Romæ, sic dictus per similitudinem clitellarum dorsuariarum. Item alia quædam loca in via Flaminea devexa & acclivia. Item genus quoddam tormenti, saa som Træhest till att straffe en Skalck.

Clitellarius, m. s. qui clitellis utitur. *Clitellarius equus*, i. e. clitellis instructus ad ferenda onera.

CLOACA, f. pr. locus cavus sive in terra, sive supra terram, per quem sordes publicæ eluuntur, à colluo, vel à colando, quod per eam colantur aquæ, Rendesteen / Skiden sund.

Cloacale flumen, ipsa aqua & sordes cloacæ, Rendesteen vand oc skarn.

Cloaco, as, veteribus pro inquino, quasi sordibus cloacæ inquino, Giør skiden / Stenter med Rendsteen vand.

CLUNES, ium, com. t. verticilla sunt natium, veteribus Gvæcis κλῶνες, à flectione, vel etiam à γλῶτα, ejusdem significationis, Ardzbeen. Accipitur & pro tumore natium, Ardzbacker. Aliter clunes, dictæ, quòd sint juxta κῶλον, h. e. intestinum medium inter rectum & cæcum.

Cluniculi, m. s. parvi clunes, quales sunt avium.

Cluna, f. pr. Simia est, sic dicta, quod clunes tritas gerat, Aabenrøff.

Clunaculum, n. s. culter ad clunes dependens seu pugio, qui ad clunes religatur, Dolck / Daggert / Pundert / Sidekniff. Aliter exponitur cultet sanguinarius sive victimarius, quod clunes victimarum dividat.

Cluninum pecus, Plaut. quod ingenio & moribus refert clunam, simiam, i. e. versipelle & malignum, Aabenardz.

CLUO, is, n. t. & clueo, es, n. s. veteribus idem erat quod nominor, habeor, à κλύω, audio pro nominor, habeor, quod nos dicimus, Høre ilde eller vel hos Folck: h. e. holdis eller kaldis aff Folck. *Ita sis ut nomen cluet*, Saa som dit naffn lunder oc høre. Inde accipi solet pro clarus sum & notus. Ut, *patriâ virtute cluis*, Du est Naffnkundig. Sic, *cluit consilio*, i. e. celebris est. Item veteribus significabat pugnare.

Clytus,

Clutus, m. ſ. antiquis idem quod famoſus, ut & Græcorum κλυτὸς.

Compoſita.

Inclytus, & inclutus, a, um, qui cluit & celebris eſt, inſignis & clarus, ut & Græcorum ἄπτλυτὸς, celebris, Vlaffnkundig / Berømpt. *Urbs bello inclyta: templum divitiis inclytum* & ſine caſu: *juſtitia inclyta.*

Præcluo, is, n. t. Terent. valdè cluo, & celebris ſum. Ut, *præcluit comœdia.*

CLYPEUS, m. ſ. genus armorum & ſcutum majus rotundâ formâ, quo miles pedes ictus excipiebat & declinabat, à καλύπτω, operio, tego, Rund ſkiold. Aliter deducitur à γλύπτω, inſculpo, quia imaginibus erat inſignitus, vel quod initio fœdus Gabiorum ſive Sabinorum cum Romanis in eo fuerat aſſcriptum.

Clypeatus, a, um, clypeo munitus. Ut, *clypeatum agmen.*

COA, f. pr. ſubtiliſſimum veſtis genus ex bombyce, adeò tenue, ut corpus pelluceret, ſic dicta ab inſula coos, vel cæos, ubi parabatur, Silckesløjer.

COCCUS, m. ſ. κόκκος, granum Ilicis arboris rubens, quo punicea inficiuntur. Item color purpurâ dilutior & floridior, Skarlagen farffue / Karmeſie: nimirum color exuberantiam quandam ac ſplendorem ruboris oſtendens.

Coccinatus, qui coccineis veſtibus eſt indutus.

Coccineus & cocceus, idem quod coccinus. Ut, *color coccineus; color cocceus.*

Coccinus, a, um, cocco tinctus, ſive quod cocci colorem refert. Ut, *coccina veſtis*, Skarlagen. Et abſolutè, coccinum, idem.

COCHLEA, f. pr. κοχλίας, limacis eſt teſta, Snegelhuuß. Accipitur & pro limace teſtam habente, Sneigl: Idq; ſive marina ſit & eſui, ſive terreſtris. Inde translatè, lignum in torculari erectum & in modum cochleæ teſtæ turbinatim ſtriatum, Perſeſkrue. Item ſcala rotunda ex eadem cochleæ ſimilitudine, Rund vindeltrappe: Et cum adjectione, ſcalæ cochlides, idem. Item machina hauriendæ aquæ inſerviens, Pomp. Significat & genus quoddam oſtii inflexum & anguſtum. Item cochleæ dicuntur lapilli æſtu maris ad littora ejecti, formam cochleæ habentes, qui & cochlacæ.

Cochleare, is, n. t. & cochlearium, rii, n. ſ. vaſculum quo liquida ſorbemus, à cavo cochleæ teſtæ ſic dictum, Skee.

Cochlearia, æ, f. pr. nomen herbæ, ſic dictæ, quòd in oblongis foliis nigriſq; extremitas in cochlearii formam rotundetur.

COCLES, itis, m. t. qui altero captus eſt oculo, à κύκλωψ, cyclops, i. e. habens oculum inſtar cycli, Enøyet. Aliter quaſi ocles ab oculus.

COENA, f. pr. cibi communio, à κοινὸς, i. e. communis: Eratq; antiquitùs idem quod prandium & cibus meridianus, Middags Mad / fuld Maaltid: Inde menſa veſpertina, Affens Maaltid / Madure.

Cœnaculum, li, n. ſ. ubi cœnatur, Bordſtuffve. Eratq; olim locus in ſupera contignatione, ad quem ſcalis ſive cochleis aſcendebatur. Unde etiam univerſa

illa domus dicebatur cœnaculum, Loft. Inde translatè, *cœnacula cœli*, pro ipſo cœlo.

Cœnacularia, f. pr. quæſtus, qui fit ex cœnaculorum locatione.

Cœnacularius, homo, qui cœnaculum conduxit.

Cœnatorius, a, um, quod ad cœnam pertinet. Ut, *veſtis cœnatoria*, quam cœnaturus induebat.

Cœnaticus, a, um, idem. Ut, *ſpes cœnatica*, i. e. ſpes cœnæ.

Cœno, as, avi, & cœnatus ſum, cœnam ſumo, Holder Madure. *Cœnat cum familia: cœnabat apud eum.* Et cum caſu; *cœnat olus; cœnat aves.* Et imperſonal. *Cœnatum eſt*, Mand haffuer holt Madure.

Cœnatio, locus in imo domus & hortis potentiorum, in quo cœnabatur: Erat itaq; cœnatio in inferiore loco, ut cœnaculum in ſuperiore.

Cœnatiuncula, parva domus ſeu caſa cœnatoria.

Cœnatus, qui cœnavit, Som haffuer faaed Madure.

Cœnaturio, ris, n. q. cupio vel appeto cœnare.

Cœnito, as, n. pr. frequenter cœno.

Compoſita.

Antecœnium, n. ſ. Apul. cibus, qui ante cœnam ſumitur, Middafftens Mad.

Domicœnium, Mart. cœna domeſtica.

Incœnis, ne, om. t. qui non cœnavit.

Incœno, as, Svet. idem quod cœno.

Incœnatus, a, um, Nomen, idem quod incœnis.

Procœnium, nii, n. ſ. dictio eſt recentior, pro comeſſatiuncula poſt cœnam, Afften drick / Goffu drick.

COENOBIUM, n. ſ. κοινόβιον, convictus monaſticus & vitæ communio, Kloſter leffnet.

Cœnobita, tæ, m. pr. qui in commune vivit, Munck / Kloſter giffuen.

COENUM, n. ſ. terra lutoſa & ſordens, à κοινὸν, immundum, dynd / ſkarn. Inde translatè, homo immundus, turpis & nullius dignitatis, Jt ſkarns oc ſlemt Menniſke.

Cœnoſus, a, um, cœno plenus, Ut, *lacus cœnoſus.*

Compoſita.

Obſcœnus, a, um, à cœno & ob, quaſi circumquaq; illitus cœno, S exiſtente vel Præpoſitionis: vel Nominis more Sabino, quo ſcœnum dicebatur cœnum. Inde translatè turpe & immundum, Slem / wtuctig / omflodt / wreen. *Homo obſcœnus: obſcœnæ voluptates: obſcœnum adulterium: membrum obſcœnum: obſcœnus ſermo.* Et *humor obſcœnus*, i. e. lotium. Item obſcœnus pro inauſpicato & malo omine, wlyckeligt / oc betyder intet gaat. *Ne me terrete volucres obſcœnæ.* Sic *obſcœni canes:* Et *obſcœna fames*, quæ aut compellit homines ad multa facienda, aut quam obſcœna avis prædixit. Aliter deducitur à ſcena, ſcribiturq; obſcenum, quaſi quod ſcenæ obeſt; vel contra dignitatem ſcenæ, Icke ſømmelig / whøffuiſk.

Obſcœnè, modo obſcœno. Ut, *obſcœnè loquitur.*

Obſcœnitas, obſcœni ratio & affectus; Wtuct / wtuctighed. *Obſcœnitas orationis: obſcœnitas verborum.*

Subobſcœnus, a, um, aliquantum obſcœnus.

Scœniculus, qui turpitudine ſua cœnum refert, quod Sabini dicebant ſcœnum. Aliter legitur ſchœniculum, à

ſchœno

ſchœno unguento peſſimi odoris, quaſi à χοίνω, i. e. junco odorato.

COHORS, tis, f. t. & contractè Chors, ſive Cors, propriè ſeptum eſt, quo pecora altiliavé coërcentur, à χόρτος, ſeptum, ſive à coherceo, Fold. Inde ipſum agmen cohercitum. Item agmen peditum hoc vel illo numero conſtans, & ſpecialiter 150 manipulis, en Fane Fodfolck. Item Satellititium ſeu comitatus Principis. Aliter in ſignificatione militari deducitur à χόρτος, fœnum, quod jacerent ſæpius in herba ſub dio cohortes militares.

Cors, apud Mart. ſpecialiter avium ſeptum. Item villæ ſpatium intra maceriem, area, Gaardsdrum/ Indgierdet pladz.

Cortalis avis, quæ in corte paſcitur: *Cohortalis gallina*, quæ in cohorte domi alitur. *Cortales fœminæ*, i. e. Gallinæ.

Cortina, f. pr. velum rei alicui tum ad ornatum, tum ad ſepimentum injectum, quaſi cors quædam, quòd ut cortes, ita hæc rotunda eſſet, nec non ſepimenti loco, Omheng om noget. Et peculiariter velum ſeu corium Pythonis tripodi Apollinis circumjectum. Item locus in theatro cortina velatus, ex quo egrediuntur hiſtriones & mimi, Gygle Bure. Item *cortina lecti*, Sperlagen. Accipitur & pro ipſo tripode Apollinis. Item pro vaſe tinctorio, in quo ſcilicet lana vel vela colores imbibunt, Farffuekædel: Item pro vaſe, quo oleum fluit cum in torculari à factoribus premitur. Aliter à corio, quo tripus oraculi tectus erat.

Cortinale, is, n. t. locus in quo ſunt cortinæ, h. e. vaſa, in quibus ſapa decoquitur.

COHUM, n. ſ. lorum quo temo buris cum jugo colligatur, à cohibeo. Dorſum enim aratri & temo jumenta diſcriminans, unum erat lignamentum, Jagtiſte. Sic, vinculum, quo dorſum axi connectitur, ſive illud ſit ferreum, vimineum, ſive coriaceum, Plougtiſte. Et *cohum campanæ*, Klocktiſte ſom kleberen hengzer udi. Vide ſuprà in chaos.

COLLIS, is, m. t. monticulus, à colendo ſic dictus, quaſi quem incolebant olim, vel qui habitando coli potuit, Bancke/ høy. Eminentiora enim loca eligebant initiò propter ſitus commoditatem, ut & ipſa Roma orbis caput perpetuis collibus conſtabat. Inde translatè, colles dicuntur dorſi eminentiæ utrinq; à ſpina, quæ in medio depreſſa quandam valleculæ ſpeciem videtur referre, colliculorum modo depreſſæ. Aliter collis, à κολωνὸς, ejusdem ſignificationis: Item à collo, quaſi colles propriè præeminentia juga montium.

Colliculus, m. ſ. parvus collis.

Collinus, a, um, quod ad colles pertinet. Ut, collinavit is, quæ in colle plantata eſt. *Collinum vinum* in collibus natum: *collina aqua* quæ in colle colligitur.

Compoſita.

Septi collis, le, quod continet ſeptem colles. Ut, *Roma ſept icollis.*

COLLUM, li, n. ſ. ſummum & pars tergi extra truncum eminens capiti ſuffixum, à colle propter eminentiam; aut certè eadem cum colle origine, à κολωνὸς, Hals. Aliter à κῶλον deducitur, i. e. membrum, per excellentiam, quod ſit fulcrum & baſis capitis: Item à colo, quaſi quod monilibus colitur.

Collare, ris, n. t. vinculi genus, quo canum colla aſtringuntur, Hunde halsbaand. Item ferrum annulare, quo conſtringuntur colla maleficorum, Halsjern/ gabeſtock.

Collus, m. ſ. antiquè idem quod collum. Item tormenti genus ex corio, ſive idem quod collare ſive culleus.

Compoſita.

Decollo, as, act. pr. è collo detrabo, tager affhalſen. *Id in collo tuo eſt, decolles cave.* Item collum feriens caput amputo, Halshugger. *Piratas decollavit Cæſar.* Inde translatè, *ſpes me decollat*, i. e. fallit, deficit, quaſi quod in collo non eſt. Solebant enim veteres de collo ſibi crumenam ſuſpendere, quæ decollebat, cum in collo nusquam erat. Apud Varronem etiam legitur, decollat, pro deeſt. Ut, *ſi alterum decollat* (i. e. deeſt) *& nihilominus vult colere, mente captus eſt.*

Succollo, as, Sveton. collum ſuppono, in collum tollo, &, humeris quaſi ſubeo, Axler op paa ſig. *A viciſſim ſuccollantibus in caſtra delatus.*

COLO, is, lui, cultum, act. t. pr. corr. propriè rei alicui operam do, curamq; adhibeo ut ornatior ſit, à κάλον, pulcrum, & κάλλόω ornatum, pulcrum, ornatiorémve reddo, Pryder. *Quin tu te colis antequam exeas domum.* Inde *colere terram*, eſt ex rudi & orioſa ornatam & uſui aptam reddere, Dyrcke jorden. *Colere Deum*, eſt ſummis honoribus afficere, Dyrcke. *Colere amicitiam* eſt fovere & mutuis officiis exornare, holde gaat venſkab. *Colere amicum*, eſt pari officio & amore proſequi, ſed officio inferiorum in ſuperiores, holde megit affſin ven / acte hannem høyt. *Colere bonas artes, virtutes*, i. e. ſtudioſè ſectari: *colere vitam*, i. e. degere, At Leffue. *Colere domum* eſt inhabitare. *Colere ſervitutem*, i. e. ſervire. Et paſs. *colitur ager, domus, amicus.*

Cultio, onis, f. t. Cic. idem quod cultus. Ut, *agri cultio.*

Cultor, m. t. qui colit, ut, *cultor terræ*, Jordens dyrckere: Cultor veritatis, Som befliter ſig paa ſandhed. *Simulacrorum cultor*, Græca voce Idololatra, Affgudz dyrckere.

Cultrix, idem in genere fœminino.

Cultura, f. pr. culti ratio & affectio. Ut, *cultura agri.*

Cultus, a, um, tior, tiſſimus, quod colitur & in pretio habetur. Ut, *terra culta & fructuoſa.*

Cultus, us, m. q. colendi actus. Ut, *cultus corporis, animi*, i. e. ornatus. *Cultus terræ. Simulacrorum cultus.* Græca voce Idololatria, Affgudz dyrckelſe. *Cultus Dei*, Gudz dyrckelſe. *Cultus vitæ*, i. e. vitæ ratio, Leffnet eller leffnetz vilkaar. Cultus, ratione officii, eſt amor erga potentiorem cum officio, ydmygelig tieniſte.

Cultum, ti, Claudian. Subſtant. pro culto agro.

Colonus, m. ſ. idem quod cultor agrorum, ſeu villæ conductor, pro colenda terra, Boende / Affuelsmand. Item coloni dicuntur, qui à Metropoli emittuntur ad colendas & inhabitandas novas ſedes.

Colona, f. pr. uxor coloni, Bondequinde.

Colonus, a, um, quod culturæ idoneum eſt. Ut, *colonus ager*, i. e. in quem colonia deducitur, vel coloniæ aſſignandus.

Colonia, f. pr. populus ex urbe aut regione, aliò deductus & translatus. Sed & coloniæ fiebant etiam privilegio ſine ſoli mutatione. Item translatè, Plaut. privata illa deſtinatio ad certum munus ſeu officium. Ut, *molaria colonia*, quæ molis deſtinata eſt. Item colonia

Juriſconſ.

Jurisconſ. dicitur prædium clientelare ſeu beneficium, Forlænt grund eller Affleggaard.

Colonicus, a, um, quod eſt coloni, ſeu quod ad colonum pertinet. Ut, *leges colonicæ*, quæ colonis vel coloniæ ferebantur: *colonicæ cohortes*, quæ ex colonis vel colonia arceſſebantur, Bondemandsknecte. Decuriones colonici, qui in ſua colonia erant decuriones, Bonde Fogder.

Colonarium, Cic. n. ſ. vectigal quod pro re ruſtica pendebatur, Landgilde. Aliter legitur columnarium. Item Jurisconſ. colonarium jus, quod eſt colonis ſeu in colonia viventibus.

Colonarii, m. ſ. qui vectigal colonarium exigebant, ut eſt ſuſpicio.

Coluber, bri, m. ſ. ſerpens qui nemorum umbras incolit, Skowſlang / Buſkſlang / Hugorm. Legitur & in fœminino genere colubra. Quidam deducit à κολόβρος, quod fortè à Gloſſario quodam habet, qui dictionem ex latino ita tranſtulit.

Colubrina, næ, f. pr. nomen herbæ, quæ & bryonia & vitis alba dicitur.

Colubrinus, a, um: Ut, *ingenium colubrinum*, i. e. aſtutum, vafrum.

Compoſita.

Accolo, lis, n. t. juxta colo, Boer hoſſ. *Hiſtrum accoluunt: locum illum accolunt.* Et paſs. *accolitur dextra lævaq; crebris oppidis.*

Accola, æ, com. pr. qui accolit aquas montésve. Ut, *accola montis, campi.* Et, *paſtor accola ejus loci.*

Circumcolo, lis, Liv. circum locum aliquem & undiquaq; colo & inhabito.

Excolo, is, multum, valde ſeu perfectè colo, & ſtudium ſingulare rei alicui adhibeo. Ut, *agrum excolit: Excolit literis animum; verbis orationem; ædificium marmore: Excolit victum, beneficiis.*

Excultus, a, um, quod excoluimus. Ut, ad humanitatem exculti ſumus: *Excultum ingenium diſciplinis.*

Inexcultus, a, um, non excultus. Ut, *via inexculta.* Gell.

Incolo, is, locum quaſi inſidens colo, Beſidder oc Jboer. *Quem locum incolunt illi? loca hæc ab illis incoluntur.*

Incola, æ, com. pr. qui incolit, & qui in aliena urbe & Repub. habitat, quaſi civis aut municeps, Indbygger.

Incolatus, us, m. q. ipſa habitatio in aliena patria, ſeu tempus quo quis in alieno loco habitat, ita ut inde diſceſſurus ſit. ἄδηλον.

Incultus, a, um, non cultus, wrydder. *Incultus ager: inculta regio: via inculta ad laudem pervenit.* Et *homo eſt vita & oratione incultus.*

Incultè, adverb. ut *incultè vixit: incultè dixit.*

Inquilinus, qui conductam domum incolit; aut in iisdem ædibus habitat cum aliis, Huusſmand.

Percolo, is, perfectè colo, ad finem usq; colo. Ut, *inchoata percolui. Patrem ille ſuum percolit*, i. e. valde amat & veneratur.

Percultus, a, um, valdè cultus. Ut, *moribus percultis mulier.*

Præcolo, is, ante colo; unde *animus præcultus*, ante cultus.

Recolo, is, rurſus, iterum & denuo, vel intermiſſum colo. Ut, *recolere terram: recoluntur meditatione ingenia*, affuis oc forbedris. Sic *recolere decus avitum*, legge vind paa oc forøge. Et *hoc mecum recolo*, pro recognoſco & recogito, offuervejer oc betencker.

Recultus, a, um, quod recoluimus. Ut, *terra reculta.* Sic paſs. *recolenda ſtudia; recolendæ artes.*

Alia Compoſita.

Agricola, læ, m. pr. cultor agri, Affuelmand / Boende: nomen generale comprehendens ſub ſe aratores, vinitores, arboratores, paſtores.

Agricolatio, Colum. idem quod agricultura.

Agricultor, Liv. idem quod agricola.

Agricultura, Cic. cultura agri; cultio agrorum, Jordens dyrckelſe / Affuel. Et Græca voce Georgia; unde Georgicus, a, um, quod ad agriculturam pertinet. Ut, *carmen Georgicum.* Et *Geörgica, orum*, abſolutè, n. plur. libri tractantes, quæ ad agriculturam præſtant.

Amnicola, æ, com. pr. amnis accola. Ut, *amnicolæ ſalices.*

Cælicola, Virg. com. pr. cælum incolens & inhabitans.

Canalicolæ, Feſt. dicuntur homines pauperes, quod circa canales fori conſiſterent.

Latebricola, æ, m. p. qui latebras incolit. Ut, *homo latebricola.*

Plebicola, æ, com. pr. qui plebem colit, & plebi ſervit. Ut, *plebicola tribunus.*

Publicola, æ, m. pr. qui populum colit & obſervat.

Ruricola, qui rus colit; Landboe.

Sacricola, æ, Tacit. com. pr. miniſter ſacrorum, vel ipſe ſacrificus.

Sterquilinium, nii, n. ſ. locus ſtercore aggeſtus, quaſi qui ſtercoribus incolitur, Møding. Et translatè, homo nullius pretii, Drog / ſkarn. Aliter ſimplex habetur, quaſi ſterculinum.

Stercilinium, Cat. idem quod ſterquilinium.

Sylvicola, læ, m. pr. qui ſylvam incolit, Skowboe: Sylvicultrix, quæ ſylvas incolit.

Terricola, æ, com. pr. qui terram habitat: Eſtq; Epitheton hominis.

Umbricola, æ, com. pr. qui umbras incolit, ignavus & otioſus.

COLOBIUM, n. ſ. tunica manicis defecta, exſtantibus extra eam brachiis, à κολοβὸς, quod mutilum & mancum ſignificat. Offuerrog eller Kiortel uden Ermer / Liffſtycke / Kyllert. Inde colobium ſcenicum, Ledrkyllert.

COLON vel colum, n. ſ. κῶλον, inteſtinum, & medium inter rectum & cæcum, Mellemtarm. Et abuſivè apud Græcos inteſtinum rectum, h. e. alvus, Ardtarm. Item Grammaticis membrum orationis, medium inter perfectam abſolutamq;, & imperfectam orationis ſententiam, duobus punctis interſtingui ſolitum.

Colica, morbus colon infeſtans, Liffvrid / Bugbid.

Colicus, qui coli morbo laborat.

COLOR, ris, m. t. pr. corr. proprie rei cultæ inducta facies & pulcritudo. Inde cujuscunq; ſpecies externa ſeu umbra viſui objecta, immediate à colo, ut ab amo amor, aut eadem origine à κάλος pulcrum & κάλλος, pulcritudo, Skin / farſſue / lyd. *Formæ dignitas coloris bonitate tuenda eſt: color exercitationibus corporis: Urbanitatis color: Ornatur oratio, quaſi colore quodam.*

Et

Et *colore noctis tinctus*, i. e. niger, fuscus. Inde peculiariter, pigmentum vel tinctus, quo pictores speciem rei inducunt, Maaler farffue. *Duo sunt principes colores; albus & niger.* Item translatè quicquid speciem aliquam sive prætextum animo ingerit, Jt ſkin / beſmyckelſe. Unde & apud Rhetores ornamenta orationis dicuntur colores.

Colos, antiquis idem.

Coloria vestis, quæ ex lana non tincta, h. e. nativo colore facta, & nullo externo colore imbuta est, yſſett och wfarffvett klæde.

Coloro, as, act. pr. colorem induco; colore imbuo, farffuer / Lydder. *Atomi formare, figurare, colorare animare non possunt: Eloquentia ipsa se colorat & roborat: In sole coloror. Ratio mea ejus libri, quasi cantu colorantur.* Item prætextum induco, Beſmycker. *Libidinosam liberalitatem debiti nomine colorabit.*

Coloratus, a, um, colore imbutus. Ut, *uva coloratа.* Et amisso tempore, *fructus est coloratior.* Item coloratus pro ornatus sive fucatus. Ut, *colorata oratio.*

Composita.

Bicolor, om. t. quod duorum est colorum. Ut, *bicolor bacca: bicolor pomum;* tu ſlags farffuet.

Concolor, om. t. ejusdem coloris, Ens farffuet. *Concolor avis: concolor cicatrix.*

Decolor, om. t. sine colore, vel quod colorem amisit. Ut, *decolor sanguis: decolor aqua.* Et translatè, quòd virtutem seu splendorem suum amisit, vel non habet quem habere deberet. Ut, *ætas decolor: fama decolor.*

Decoloro, as, act. pr. colore pristino privo, colorem detraho vel vitio, tager eller ſkænder / beſmitter farffuen. *Decolorare corpus ictibus,* ſlaa en gul och blaa. *Decolorare uvas coquendo,* ſyde dem ſaa de faa anden farffue. Et pass. Senec. *Decoloratur id,* cui color vitiatur non mutatur.

Decoloratio, decolorandi actus. Ut, *decolorатio cutis,* i. e. livor.

Decoloratus, a, um, quod decoloravimus, vel sine colore est. Ut, *corpus mortui livore vel humore decoloratum.*

Discolor, om. t. quod est diversorum colorum, Brogedt / Jndſprengt med adſkillig farffue. *Vestis discolor.* Et translatè dissimilis. Ut, *matrona meretrici discolor est,* wliig. *Discolor rerum usus.*

Multicolor, om. t. quod habet multos colores.

Versicolor, om. t. quod est dubio varioq; colore? Et propriè, ut volunt, quod ex diversis partibus, spectanti non eundem ostendit colorem, ut videre est in anatum & columbarum collis. Unde *plumæ versicolores sunt columbis,* Adſkillig farffuet / vedderſkinnende. Inde *vestes versicolores*, pro variis & discoloribus, sive quæ colore alio, quàm nativo sunt infectæ, sic dictæ quod verterint, i. e. mutaverint colorem, vedderſkin Flædr. Sic arma versicoloria.

Unicolor, om. t. quod est unius coloris.

COLOSTRUM, sive colustrum, stri, n. s. lac novum & primum à partu, quod ex sese in pumicis modum coit, dictum quasi cogustrum à cogo, aut cojustrum à coëo, quia ex se coagulatum est, Raa Melck / Kalffuedand. Aliter à Græco γάλα, lac, q. golostrum.

Colustra, æ, f. pr. idem.

Colostratus infans, qui ex colostro morbum contrahit: quiq; à nutrice hausit gravida, densato lacte in casei speciem.

Colostratio, f. t. ipse morbus ex colostro contractus.

COLUMBUS, m. s. & columba, f. pr. avis species agrestis, sed quæ facilè mansvescit, & domos inhabitat & colit, unde & nomen habet, Duricke / Due. Aliter à colli colore variabili, quòd ad singulas conversationes colorem muter. Aliter à κολυμβᾶν, urinare, quem gestum passis alis ad solem & gestu suo amatorio refert. Dicitur & columba in re amatoria de muliere gestibus & oculis nimis lasciviente.

Columbar, n. t. vinculi genus, in quod caput collumq; inserebatur, quasi in nidum columbarium, Halsjern / gabestock. Aliter deducitur à collum, ut collare.

Columbaris, re, quod columbi est, seu ad columbas pertinet. Ut, *columbare stercus,* Duemøg: *Columbaris cella,* Duehuus.

Columbarius, m. s. qui columbas curat.

Columbarium, n. s. nidus columbæ, Duehuuß / Dwerede. Columbarium fictile, Dwerede udi if. Lærkar. Item columbaria dicuntur foramina, per quæ remi promicant, similia latibulis & nidis columbarum, unde & nomen habent, nisi immediatè, à κολυμβᾶν, ab urinatione.

Columbatim, modo & more columbino. Ut, *columbatim oscula jungere.*

Columbinus, a, um, quod est columbi. Ut, *columbinus fimus; columbinum ovum: columbini pulli.*

COLUS, li, f. c. lignamentum sive bacillus, è quo mulieres pensum trahunt, à κῶλον, lignum, Rocke. Aliter à colo, i. e. orno, quia erat cultus muliebris, vel quia ornamenta & cultus eâ conficiebant.

COMA, æ, f. pr. κόμη capilli luxuriantes & compti, langt Hoffuethaar. Et translatè de arborum, fruticum, arundinum herbarumq; luxuriante cacumine, Top paa Træ or Vrter. Aliter à κόπτω, scindo, quasi minimè cædua, per antiphrasin.

Comans, tis, Particip. sine verbo, quasi qui longiorem habet comam. Inde *comantes Equi* à luxuriante sive juba, sive capronis. Et *comans galea,* quæ cristâ insignitur.

Comatus, a, um, comâ insignis, Langhaaredt. Et translatè, *comata sylva.*

Comatulus, deminut.

Cometes vel cometa, κομήτης, græca origine ex κόμη, stella est insolens & comata apparens, Komete.

Comosus & comosissimus apud Plin. comis abundans.

Composita.

Auricomus, a, um, auream comam habens. Ut, *Phœbus auricomus.*

Lauricomus, a, um, quasi comis lauri ornatus. Ut, *menses lauricomi.*

COMIS, e, & genit. comis, om. t. pr. prod. propriè qui in convivio hilaris erat, facetus aut profusior, à κῶμος, festivitas & hilaritas in convivio: Unde illud Plauti; sit ipse dum amicæ ejusque assectis comis est, inops amator. Inde in virtute solùm, qui benignus est, facilis & suavis, venlig. *Nemo neget illum & bonum virum & comem & humanum fuisse.* Aliter deducitur à como, quasi jucundus aspectu, sed mutata quantitate prioris syllabæ. Legitur & comparatè in Plaut. comissimus, & *opera comissima.*

Comiter, adverb. cum comitate, venligen. *Comiter ipsum alloquitur: comiter excipitur.*

Comitas, atis, f. t. comis affectus, venlighed. *Amicitia erit ad omnem comitatem facilitatemq; prolixior.*

Comissor, aris, dep. pr. propriè à cœna festivitatem & hilaritatem exerceo, quasi comiter ago, vel comem me convivando præbeo, à comis deducta voce, ut Græcorum κωμάζω, ejusdem significationis, à κῶμος, quod voci comis fuit origo, giør mig lystig. Inde, in vitio solùm, intempestivis nocturnisq; conviviis & epulis utor: vel ebriorum aut intemperantium more me gero, Suærmer/ gaar graſſat/ leſſuer i ſuuß oc duuß. *Post cœnam comissatum ibant: victis nihil animi adversus comissantes: comissantium modo agit: comissabundus incedit.* Aliter immediatè deducitur à κωμάζω, scribiturq; quibusdam inde comassor: Item comessor à comessum: diciturq; propriè post cœnam.

Comissatio, intempestivum convivium, præsertim nocturnum à cœna, Natſølen/ſuuß oc duuß/ Natdrick/ Suermerj/ graſſat. Sic & Græcorum κῶμος, ejusdem significationis.

Comissator, qui intempestivis conviviis indulget, Natraffn.

Composita.

Præcomis, me, om. t. Cic. valde comis.

COMO, is, compsi, comptum, capillos compono & orno, à κομέω, ejusdem significationis, Kemmer oc byrſter ſit haar. *Comit caput: comuntur mulieres.*

Comptus, a, um, quod compsimus. Ut, *comptum caput: compti capilli.*

Comptulus, a, um, aliquantulum comptus.

Comptus, us, m. q. cultus & ornatus, Smyckelſe/ ſmycken? *Comptus virgineus.*

Composita.

Incomptus, a, um, non comptus. Ut, *caput incomptum.* Et translatè, *incompta oratio.*

COMOEDUS, di, m. ſ. κωμῳδός, q. d. ὁ κώμας ἀείδων, qui per pagos cantat carmina: diciturq;, qui fictis personis actionum turbulentarum lætum exitum populo repræsentat. Inde translatè in pronunciando, qui immoderata pronunciatione & gestu comœdum repræsentat.

Comœdia, æ, f. pr. ipsa fabula, quam agit comœdus.

Comœdicè, Plaut. pro ſvaviter & manſvetè, qualis est comœdiarum exitus. Ut, *astitit dulcè & comœdicè.*

Comicus, ci, m. ſ. scriptor est comœdiarum, ficta Latinis voce ex altera compositionis vocis comœdiæ parte, κώμη. Inde adjectivè, *comicus versus; comicum artificium; res comica; convicium comicum*, quod ad comicum pertinet, aut est comici: *comica domus*, i. e. modica: *comicum aurum*, i. e. nummi lupini, vel ex raporum ſive raparum rotulis confecti. Hujusmodi enim usi sunt comœdi in agendo pro veris, ut & pueri solent lusitantes.

CONCHA, æ, f. pr. κόγχη, piscis genus solidioris & durioris testæ, Skelfiſk. Et generaliter omnis piscis qui lævem & planam habet testam. Inde translatè, vasis genus concavum & patulum, & propriè sine marginibus, Bartſker Becken/ Skaale. Item

cavum auriculæ. Item mensura, quæ conchæ capacitatem æquabat: capiebatq; sex drachmas, idem quod semicyathus. Item vasculum in quo pigmentum ad manus servatur, farſſue ſkaael. *Concha salis*, Salt-ſar. Item concha dicitur cochlea marina, quâ ad buccinandum usi finguntur Tritones, Neptuni tibicines, Kinckehorn/eller Perlemodr. Est & dictio concha in rebus nequitiæ, pro cunno.

Conchis, is, f. t. edulium ex fabis ſive faba cum corticè suo elixa à similitudine conchæ testæ concham piscem in se continentis.

Concheus, a, um, quod est conchæ. Ut, *concheæ baccæ*, i. e. margaritæ, quæ in conchis quibusdam inveniri solent.

Conchylium, n. ſ. conchæ genus, cujus sanie pretiosissimæ lanæ tingebantur. Inde color ipse, qui purpura est floridior, høylinß purpur. Item vestis colore isto tincta.

Conchyliatus, a, um, conchylio colore infectus. Ut, *conchyliata tapetia.*

Conchyta, tæ, m. pr. qui conchylia legit & venatur.

CONDULUS, li, m. ſ. ſive condalus, annulus in digito, à κόνδυλος, i. e. nodosa digiti articulatio.

Condalium, lii, n. ſ. annuli genus digitis servorum peculiare.

CONGIUS, m. ſ. mensuræ liquidæ genus sex capiens ſextarios, à χέω, fundo, quasi concheo congio (qua voce utitur Isidorus) ad Græcorum συγχέω, i. e. fundendo misceo. Ad mensam enim congiis fundebant miscebantq;: aut à concha, quasi conchius vel propter cavitatem, vel mensuræ genus, En maade paa ſex Potter.

Congialis, le, quod congium capit. Ut, *fidelia congialis.*

Congiarium, n. ſ. idem quod congius. Item munus Principis, quo donabatur populus, Herre ſkenck oc gaffue.

CONGRUS, m. ſ. κόγγρος genus anguillarum majus, Hæſſaall/ gaaraall.

CONISCO, as, n. pr. Lucr. de hædis & agnis dicitur cum inclinatis capitibus lascivè pugnant & ludunt, à κώνη, galea, sed mutata quantitate initialis syllabæ; quasi galeis commissis depugno, ut Græcorum κορύσσω, galeatus pugno, à κόρυς galea, Render dyſt med hoffderne/ Render Buck. Aliter legitur coniſſo, à κόνις, pulvis, quasi in pulvere; vel excitato pulvere pugno.

CONOR, aris, pr. prod. Dep. pr. onus magnum aggredior, summoq; studio operam rei difficili do, quæq; difficulter ad exitum perducitur: ab onus, quasi coonor, Paa arbeider/ legger vind paa aff yderſte formue/ tager mig ſtort for/ med ſtor wmage. *Quæ ego conatus sum, is solus efficere potuit: attingere conor: picasq; docuit nostra verba conari*, i. e. tentare ut loquantur.

Conamen, inis, n. t. Ovid. idem quod conatus.

Conamentum, ligneum apud Plin. pro adjumento & fulcimento ligneo.

Cona-

Conatus, us, conantis ſtudium, flid oc arbeid. *Conatu, ſtudioq; magno agit: Bellua conatum habent ad naturales paſtus capeſſendos.*

Conatum, n. ſ. idem quod conatus, vel ipſa res quam conamur. Ut, *conata exſequor: conata patrantur.*

CONTUS, m. ſ. κόντος, haſta nautica longa & robuſta, Bodzſtage/ Skibsſtage. Item haſta militaris longior, Spidz eller glaffvind.

Contatus, à, um, conto munitus. Ut, *contati Equites*, qui contis ex Equis pugnant, Spidz Rytter. *Contati pedites*, Fodfolck med Spidzer/ Pickenerer.

Contor, aris, dep. pr. Cic. inquiro, translata ſignificatione à conto nautico, quo nautæ maris profunditatem explorant, fritter/ flittelig ſpørger / leder paa en om noget. *Ex eo de me contabatur.*

Compoſita.

Perconto, as, n. pr. antiquis idem quod percontor.

Percontor, aris, dep. pr. diligenter inquiro. Ut, *Tuæ quod nihil refert, deſinas percontari: De Republ. me percontatus eſt.* Scribitur autem etiam percunctor, quaſi nimis curioſus per cuncta quæro.

Percontatio, percontandi actus. Ut, *tempus percontatione conſumpſimus.*

Percontator, qui percontatur, fritter. Et in malam partem: *percontatorem fugito.*

CONUS, m. ſ. κῶνος nux pineà & cognatarum arborum fructus, pineæ nucis ſimilitudinem referens. Et translatè Geometris, figura, quæ ex lato in acutum deſinit. Item ſummus apex in galea, cui criſta inſeritur, Hielmkam.

COPES, ſive copis, e, om. t. pr. prod. antiquis idem quod copioſius, à voce ops, quaſi coops, cum ope, Effnende. *Dies proſperè copes: pectus cope.* Aliter habetur eadem cum caupone origine, quaſi quod caponum penum refert, fuld aff forraadt.

Copia, æ, f. pr. copis rei & abundantis ratio, Offuerflødighed/ fuldt op / god forraad Effne oc formue. *Copia verborum, virorum, teſtium, rerum, frugum.* Et *copiis circumfluit.* Ponitur & frequenter, & quidem utroq; numero, abſolutè pro exercitu, Krigshær/ en hob Krigsfolck. *Copias maximas duxit ad Trojam: Brunduſium duxit copiam.* Item divitiis; ut, *exponit omnes ſuas copias.* Item commeatu ſeu annona, ſive publica ſive privata, Forraad/ Fætalie; *nulla hic rerum copia.*

Copiola, parva copia. Et copiolæ pro parvo vel vili exercitu.

Copioſus, à, um, copia abundans, copiam habens, Formuende/ ſom haffuer god forraad/ Effnende. *Homo inter ſuos copioſus*, i. e. dives: *ad dicendum copioſus: lautum & copioſum patrimonium.*

Copioſè, adverb. modo copioſo. Ut, *copioſè loquitur, differit.*

Copior, aris, Gell. pro copias cogo, Ut, *Romani multis armis & magno commeatu prædaq; ingenti copiantur.* Sed & poteſt hoc loco paſſivè exponi, copiâ augentur.

Compoſita.

Cornucopiæ, Cornu Poëtis fingitur plenum & omnium rerum abundans.

Percopioſus, valdè copioſus.

COPULA, læ, f. pr. prod. inſtrumentum ſeu vinculum quo diverſa connectuntur & conjunguntur, à cogo, quaſi cogula: vel à cohum, quaſi cohula, Kobbel. *Copula canum. Copula viminea*, Vidde. Et translatè, quicunq; nexus. Ut, *copula matrimonii.* Item Grammaticis, particula dictiones connectens.

Copulo, as, act. pr. copula vincio, Kobler ſammen. *Canes copulat. Caput & corpus copulat.* Et translatè, *inſociabiles arborum naturæ copulantur.*

Copulatio, copulandi actus. Ut, *copulatio rerum, atomorum, conſuetudinum.*

Copulatus, à, um, quod copulavimus. Ut, *cogitatione inter ſe differunt, re verò copulata ſunt.* Et amiſſo tempore: *nihil amabilius nec copulatius, quàm morum ſimilitudo bonorum.*

Copulatè, adverb. Gell. Ut, *copulatè dictum eſt.*

Copulor, aris, dep. pr. Plaut. idem quod copulo. Ut, *copulantur dextras*, i. e. copulant.

COQVO, is, coxi, ctum, act. t. pr. corr. cibos ſtudio quodam præparo, aptioresq; vel ſuaviores facio ſive elixando ſive aſſando ſive condiendo, à κύκω, miſceo, miſcellam facio, & potui, & eſui aptiorem reddo, Laffuer mad til/ røder/ foger. Inde *coquere cibum, cœnam, prandium;* Et *coquere cerevisiam*, Brygge. Et translatè, *coquere bellum*, eſt clanculum parare, mynte paa/ laffue til. Sic, *coquere conſilia.* Item *coquit me cura*, i. e. conficit, exagitat, tager mig ſtifft igiennem/ plager mig. Item, *fructus coqui* dicuntur, cùm ſolis calore ad maturitatem perducuntur, Modis. Item *ventriculus* dicitur *coquere*, cum cibum digerit, rører. Aliter deducitur à cogo, quaſi ubi cogitur aqua & ſuperfluus humor.

Coctibilis, le, Plin. quod facile coquitur. Ut, *caro coctibilis.*

Coctilis, le, Plin. quod coctum eſt. Ut, *lateres coctiles*, Brendt Teiglſteen.

Coctilitia taberna, in qua ligna coquebantur ne fumum facerent; Buor mand ſetter ved op til tørre / Veidkammer.

Coctio, onis, f. t. coquendi actus.

Coctito, as, apud Plaut. pro frequenter coquo.

Coctivus, a, um, Plin. quod facilè coquitur, vel maturatur. Ut, *coctiva poma; coctivum legumen: coctivæ caſtaneæ*, i. e. nigræ, quæ magis in uſu ſunt.

Coctura, idem quod coctio. Item id quod coquitur. Coctura etiam dicitur cœli temperies à perfecta fructuum coctione.

Coctus, a, um, quod coximus. Ut, *cocta caro.* Inde translatè & amiſſo tempore, *juris coctiores* dicuntur, qui lites emunt, i. e. doctiores, forfarne / vellærde: alludente Poëta, tum ad jus, ambiguè quod ſignificat & jus carnium, & jus hominum. Item *Scriba coctus & recoctus*, qui regreſſus à negotiis provincialibus, iterum atq; iterum in numerum Scribarum adoptatur. Eratq; hoc genus exercitatiſſimum & technarum peritiſſimum, Dreffuen Skriffuere/ vdlært.

Cocetum, veteribus, edulii genus ex melle & papavere confectum, ſic dictum quod ad ignem coquatur.

Coculum, li, n. ſ. vas æneum coctioni inſerviens, Kiædel/ Gryde eller Potte. Item ligna arida, quibus facile decoqvuntur obſonia.

Coquina, æ, f. pr. veteribus dicebatur locus in quo cibus coquebatur, Køcken/ Stegers.

Coquinarius, a, um, Plin. quod ad coquinam pertinet. Ut, *vasa coquinaria.*

Coquinaria, ars coquendi.

Coquinor, aris, dep. pr. coquinariam artem exerceo.

Coquito, as, Plaut. multum vel diligenter coquo. Aliter legitur coquino.

Coqvus, sive cocus, qui coquit & vendit, Kock.

Coqvulus, parvus coqvus, sive quod deminuat artem hominis, sive substantiam seu staturam.

Cocio, onis, m. t. vilis & ignobilis coqvus, Junckell.

Culina, æ, f. pr. pars domus, ubi coquitur, veterib. colina, posteriore ætate culina, Køcken / Steggers. Tropicè autem ponitur pro ipsis cibis coctis. Aliter à colo, quod ibi colebant ignem. Exponitur & latrina & sella familiaris.

Culinarius, a, um, quod ad culinam pertinet. Ut, *vasa culinaria*: *famulus culinarius*, Kockedreng.

Culinor, aris, dep. pr. culinam exerceo. ἀδηλον.

Composita.

Aulicoqua, orum, n. pl. antiquis dicebantur, quæ in aulis, i. e. ollis coquebantur, Gryde steeg. Unde *exta aulicoqua*, in ollis elixa, Potteføden / Grydeføden.

Concoquo, is, idem quod simplex coquo. *Concoquere* etiam dicitur *ventriculus cibum*, qvum eum digerit, fortærer. Inde ad animum transfertur, pro æquo animo ferre ac pati, Lide oc fordrage. *Civitas Senatorem istum concoquere non potest*, i. e. ferre & pati. *Concoquere odium, dolorem*, Offuerdrage had/sorg/etc.

Concoctio, concoquendi actus & cibi digestio sive ea fiat in ventriculo, sive in jecore & venis, sive ipsis partibus nutriendis.

Decoquo, is, valdè coquo & ad deminutionem usq; Forsiuder / siuder ind. *Decoquere aquam*, *succum*, &c. *Decoquere ad palmum*, pro ad quartas coquere. Et translatè, consumo. Ut, *decoquere patrimonium*, *substantiam*, &c.

Decoctor, qui, patrimonio absumpto, in paupertatem redactus est, en Slemmere/ Fordojer/ Forsuffer.

Decoctum, n. s. quod decoximus, Indsøden.

Decoctus, us, m. q. Ut, *mellis decoctus*, quod ex melle decoquitur.

Decoctura, f. pr. decoquendi ratio.

Discoquo, multum seu valde coquo.

Discoctus, a, um, quod discoximus. Ut, *herba cœlesti aqua discocta.*

Excoquo, valde coquo, Fuldsiuder eller fuldkoger. *Vis frigoris terram excoquit. Igne excoquitur vitium.* Et translatè, *malum tibi excoquo*, reder dig megit ont til.

Incoquo, is, in re aliqua coquo sive lixo, Siuder i noget. *Radices incoquit vino.*

Incoctus, a, um, quod incoximus. Ut, *vellem incocta. Tyrios rubores, vel aliis incocta coloribus.* Et translatè, *pectus honesto incoctum*, quod scilicet imbibit honestum, Jt ærligt hierte oc moed. Festo etiam *incoctæ* dicuntur *mulieres*, quæ plus æquo calamistris usæ sunt, som glatte sig hoffuedet eller haaret formeget op.

Incoctilia, orum, n. pl. veteribus dicta sunt vasa ærea plumbo & stanno incrustata contra saporem æris ingratum, fortinnet Kædel eller Fad.

Percoquo, perfectè coquo. Ut, *carnes bubulas magno ligni compendio percoquunt.*

Percoctus, a, um, quod percoximus. Ut, *caro percocta.*

Præcoquo, is, ante tempus justum coquo, Moder fortiden. *Uvæ insolitæ præcoquuntur ante justum tempus aliorum fructuum.* Item valde & nimis coquo. Ut, *acini præcoquuntur in callum*, Modis formeget. Item prius seu priore loco. Ut, *porrum in aqua præcoqui debet antequam ptisanæ admiscetur.*

Præcoctus, a, um, ante & priore loco coctus. Ut, *aqua præcocta.*

Præcium *vinum*, ex uvis ante justum tempus collectum. *Præcia uva*, quæ ante alias matureſcit.

Præcoquis, e, om. t. Columel. idem quod præcox.

Præcoqvus, a, um, Mart. idem. Ut, *poma præcoqua.*

Præcox, ocis, om. t. quod præter morem cæterorum vel ante cætera, aut ante justum tempus maturuit & coctum est, tilig eller fortilig moed. *Præcox uva; præcox ficus; præcocia poma.* Et translatè, *præcox ingenium*, quod nimis citò ad maturitatem pervenit, & ante justum tempus, justámve ætatem, forstand offuer sin alder. Sic *præcox fuga; præcox pugna; præcox risus*, for tilig/ vtidig.

Recoquo, is, rursus coquo vel coquendo repeto, Koger igien / koger anden gang om igien. *Recoquere cibum, massam, panem, aurum, argentum.* Et translatè, rursus polio & renovo. Ut, *se reformandum & recoquendum alteri Præceptori dedit:* Et *Spicula extenso Pythone recoxit Pæan.*

Recoctus, a, um, quod recoximus. Ut, *aurum recoctum.* Et translatè, *Senex recoctus*, qui studio & artificio quodam senectam exuit, & quasi iterum juvenis factus exquisito corporis cultu. *Scriba recoctus*, qui sæpius cum proconsule ad provinciam missus exercitatior factus est, Lærdt och megit forfaret. Sic, recoctus, qui variè exagitatus, tándem emergens sapit, translatâ significatione à purgatione auri repetita; quod nos dicimus, Beet oc barcket.

Semicoctus, a, um, demidiata tantum sui parte coctus, halffsødn. *Semicoctum hordeum*: *semicocta aqua.*

COR, dis, n. t. viscus animalis intestinum, spirituum vitæq; officina, à κῆρ & καρδία, ejusdem significationis, Hierte. Et quia veteres quidam cor habuerunt pro mentis sede, ponitur & pro ipsa mente seu animo, Sind. Ut, *cor sapit. Est cordi*, i. e. placet animo meo; vel etiam affectibus cordis, Det er kiert / haffuer omsorg for/ gaar til hierte/haffuer i sinde. *Cor sapientiæ*, i. e. sapientia cordis; per hypallagen.

Corculum, n. s. parvum cor. Ponitur & pro affectu blandiente & amante, Hierte lille.

Corculus apud Romanos dicebatur, qui cautus erat, solers, acutus & sapientia seu prudentia præditus, quâ formâ nos dicimus, hand haffuer hierte i sig.

Cordatus, qui prudens est & sapiens, Forstandig/ fornumstig. Et quod nos dicimus, Sandferdig oc samvittighedz Mand / h. e. qui non fictè sed ex corde agit & loquitur.

Cordatè, adverb. modo cordato.

Cardiacus, a, um, Cic. Græca origine, à καρδία, quod est cordis, h. e. ex sententia priscorum, superioris ventriculi partis. Ut, *morbus cardiacus*, non qui cor, sed ventriculum infestat, Riffuen och sticken i Magen/Magevæ. Item cardiacus, qui isto morbo laborat: Et cardiaca, f. pr. ipse morbus.

Cordi-

Cordire, veterib. ut refert Perottus, pro animo sedere.

Corgò, adverb. apud veteres pro profectò, quasi ex corde ago seu loquor.

Composita.

Concors, dis, om. t. qui unius cordis sive animi est cum alio, Samdrectig/Samtydig.

Concordia, æ, f. pr. concord.um affectus, Samdrectighed/ samtyding.

Concorditas. f. t. Pacuv. idem.

Concorditer, Cic. adverb. modo concordi. Ut, *cum eo concordissimè vixit.*

Concordo, as, n pr. concors & unanimis sum, consentio, Stemmer offuer ens/samtycker i med. *Concordant fides, soni, modi, &c. concordare cum aliquo.*

Discors, dis, om, t. quasi corde, h. e. cordis motu seu animo disjunctus ab alio, seu ex corde dissentiens, wsamdrectig/ wens oc imod aff hiertet: *Viri discordes.* Veteribus autem nominativus erat discordis. Item, *Discors concordia* dicitur, cum res inter se diversæ seu mixtæ, unum quoddam corpus conficiunt, ut humidum & calidum, seu ignis & aqua concurrentes ad generationem rerum. *Discors concordia* etiam dicitur, quæ simulata est concordia, seu quæ esse deberet concordia, & sit seu est discordia vera.

Discordia. æ, f. pr. discordis habitus & affectus, wsamdrectighed/ tuedract. *Discordia est ira acerbior ex intimo odio & corde profecta.*

Discordabilis, le, om. t. Plaut. qui in discordiam flectitur seu proclivis est. Ut, *ingenium discordabile*, wrolig. Item Plin. quod discordiam parit. Ut, *domibus discordabilis homo.*

Discordiosus, a, um, Salust. discordiis gaudens. Ut, *vulgus discordiosum.*

Discordo, as, n. pr. discordiâ afficior seu laboro, Er wsamdrectig. *Mortuo Domino, familia discordat.*

Excors, dis, om. t. quasi sine corde & intellectu, Vanvittig. *Hoc qui non videt excors est.*

Gravicors, quasi qui gravi corde est. ἄδηλον.

Misericors, dis, om. t. quem corde miseret alterius infortunii, Barmhiertig. *Judex misericors: misericordi mendacio subvenit calamitosis cibibus.* Et comparativè antiquiis; *nulla misericordior est me fœminarum.*

Misericordia, æ, f. pr. misericordis affectus, Barmhiertighed. *Misericordia hujus*, quâ erga hanc moveor.

Immisericors, dis, om. t. Cic. non misericors, wbarmhiertig.

Immisericordia, æ, f. pr. Liv. immisericordis affectus, wbarmhiertighed.

Immisericorditer Terent. modo immisericordi. Ut, *immisericorditer hoc factum.*

Præcordia, orum, n. pl. tunica sive pars cordis interior, corde antetior & superior, tane eller hierte Rødder. Unde illud Horat. *Leni præcordia mulso prolueris melius.* Aliis membrana & septum transversum infra cor & pulmones dirimens ea ab intestinis, græca voce diaphragma, Mellumgulff. Et inde Ciceroni, ponitur pro ipsis visceribus & extis: pro jecore, Ut, *iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locavit.* Item pro intestinis: Ut, *annulus in præcordiis piscis inventus est.* Item translatè pro animo. Ut, *in præcordiis concepta mors.* Item præcordia, partes laterales infra costas nothas, Slagside/ aliàs græca voce hypochondrion. Ut, *periculosus morbus, si præcordia in dextra parte dura manserint.*

Recordor, aris, dep. pr. in memoriam sive in mentem revoco, quasi iterum cordi do, kommer ihu/mindis. *Socrates dixit nihil aliud esse discere, quàm recordari:* Et *tacitus hæc mecum recordor*, tencker paa ved mig selff. *Recordor triumphum, recordor hujus meritorum.*

Recordatio, recordandi actus. Ut, *recordatio præteritorum malorum, beneficiorum, vitæ actæ.*

Socors, sive secors, dis, om. t. qui tardus est ad considerandum spiciendumve, quasi sine corde & judicio, wsandzelig/ sandzeløß/ dorsk. *Homo socors; vita socors; homo rerum omnium socors.*

Socorditer, modo socordi. Ut *socordiùs res acta est.*

Socordiâ, socordis vitium, Sandzeløshed.

Vecors, dis, om. t. turbati & mali cordis, qui non est sano affectu & ratione, quasi parvo corde, Dorsk oc sandzløß/ wsindig/ galn. *Homo vecors: mens vecors, & vox vecordissima*, quæ est vecordissimi hominis.

Vecordia, æ, f. pr. vecordis hominis affectus & vitium, wsindighed/ galnskab.

CORALLIUM, κοράλιον & coralium κοράλιον, lapis marinus rubescens, Corellsteen.

CORAM, Præposit. significans in conspectu, à κόρη, pupilla, q. d. ob oculos, Ret for udi Aasiunet. *Coram judice causam egit.* Inde & adverbialiter ponitur pro præsenter, Nærværendis. *Coràm mecum egit, loqvutus est.*

CORBIS, is, com. t. vas vimineum ferendis sive demessis frugibus, sive rebus aliis inserviens, sic dicta, quòd in eam aliquid corruatur, Kurffue. Ponitur & translatè pro vase mali nautici ex quo jacula in alias naves jaciuntur, Mers. Festo corbis dicitur navis signum.

Corbula, Caton. parva corbis.

Corbita, f. pr. pen. prod. navis oneraria, grandis ac tarda corbe instructa, Mersskib/Lastskib/ Bolk.

Corbito, as, in corbitam immitto, Lader eller Laster Skib. Et translatè, ventrem impleo.

CORDUS, a, um, quod post tempus debitum nascitur: Varr. per ch à χόριον, secundina, quasi propriè dicatur de animalibus, & inde transferatur ad inanimata, frumentum, fœnum, &c. Ut, *cordum fœnum*, quod in auctumno secatur, Høstgrøde/effter grøde/anden grøde aff græs. *Cordus agnus*, Sommer Lam. *Cordus puer*, qui effœtis quasi præ ætate parentibus natus est, Skrabkag. *Corda frumenta*, quæ sero matureſcunt, Sildig grøde. Aliter deducitur à χόρτος, fœnum.

CORIANDRUM, nomen herbæ & semen ejusdem, à κόριον & κορίαννον, ejusdem significationis, Coriander.

CORIUM, n. s. & veteribus corius, m. s. pr. corr. propriè pellis majorum animalium à carne separata, à κείρω, abscindor, lanior, Hud/groff Ledr. Inde translatè, inductio tectoria, Anstrog. *Corium parietis.* Item *corium navis*, Skibs hud. Item coria apud cæmentarios, sunt ordines & perpetui cubilium ductus, Limbaand. Aliter à χρώς, cutis.

Coriago,

Coriago, inis, f. t. morbus bubuli pecoris, cum ſcilicet pellis ita tergo coſtisq; adhæret, ut appræhenſa manibus deduci à coſtis non poſſit, Jngen Skinderum.

Coriaginoſus, a, um. Ut, *coriaginoſum jumentum*, quod eo morbo laborat.

Corigia, f. pr. cingulum ex corio conſtringendis inſerviens, Rem / øl. *Corigia calceamenti*, Skurem. Aliter deducitur à corrigo, quaſi propriè lorum corrigendis ſervis, ſcribiturq; corrigia: Item à colligendo, quaſi colligia.

Coriarius, m. ſ. coriorum concinnator, Skinderè.

Compoſita.

Duricoriæ ficus, quæ duram habent corticem.

Excorio, as, act. pr. corium detraho. Ut, *excoriare mala*, Skrælle eble.

Malicorium, Medicis corium cortexve mali punici.

CORNIX, icis, f. t. κορώνη, avis eſt garrula, Krage. Item annulus ſeu marculus ferreus, quo pulſantur fores, à κορώνη, ejusdem ſignificationis, Sørhammer eller Ring. Item cornices proverbialiter dicuntur ſapientuli, qui ſibi ſapientiores viſi aliis ſe duces præbent. Ut, *configere cornicum oculos*, i. e. novo invento confundere, & facere ut nihil videant: Sed & per cornices intelliguntur ſenes, quia cornix avis eſt longæva; & per oculos ſapientia: ut dictum ſit de junioribus qui audaciâ quadam inſcita ſenum ſapientiam carpunt ſcioli.

Cornicula, parva cornix.

Cornicor, aris, dep. pr. more cornicis garrio, Skrigen / gylper ſom en krage / giør krage aff mig. *Ineptè aliquid cornicatur.*

CORNU, n. q. in ſingul. indeclin. Et cornua plural. telum eſt animalis naturale à capite præminens, à κέρας, ejusdem ſignificationis, Horn. Diciturq; non tantum de cervis, bobus & ſimilibus; ſed & de cochleis piſcibus, volucribus & ſimile referentibus. Inde tropicè, tuba militaris, Krigshorn. Item inſtrumentum quoddam Muſicis, Korneet / Krumhorn. Item paſtoribus familiare, Hyrde horn / Tudehorn. Item laterna bracteis corneis conſtans, Hornlycte. Item translatè, cornua dicuntur proclinatæ partes ſeu brachia cujuscunq; rei. Ut, *cornua arcus*: *cornua fluminum*, Aae Arme: *Cornua antennæ*, Raamuler: *cornua exercitus*, Slactordnings Arme / de yderſte Fanner paa ſiderne aff Slactordningen. *Cornua aciei pedeſtris*, ordo ſcilicet peditum utrinq; proclinans: *Cornua Lunæ*, cum ſemicirculum ejus conſpicitur. *Cornua muliebria & virilia*, ſive ex cincinnis, ſive ex veſte. Aliter ab κέρω, ramus, per translationem. Unde Virgil. dixit: *arborea cornua*, i. e. ramoſa.

Corniculum, n. ſ. parvum cornu. Item ornamenti genus, quo donabantur milites ab Imperatore pro re bene geſta.

Cornicularius, m. ſ. qui corniculum inflat, Sinckeblæſer eller Hornblæſer. Item corniculo, ornamento militari donatus; aliudvé certum in militia officium gerens, quale & conjicitur eſſe, quod eſt ſuper ſententiis damnatorum, Profoß.

Corneus, a, um, ex cornu factum vel conſtans. Ut, *roſtrum corneum*. *Corneus color*, qui cornu colorem refert. *Corneæ herbæ vel flores*, quæ ex lamellis corneis & tinctis conſtant deficientibus herbis naturalibus.

Corneolus, a, um, quodammodo corneus.

Cornutus, a, um, habens cornua, Hornet. *Cornutus ardor*, qui è cornu procedit. *Cornutæ quadrupedes*, veteribus dicebantur Elephanti, à cornibus, quæ vulgo dentes habentur.

Item Cornuta, æ, f. pr. piſcis quidam magnus & cornutus.

Compoſita.

Bicornis, ne, om. t. quod habet bina vel duo cornua. Ut, *animal bicorne*. Et translatè, quod duos habet ramos. Ut, *bicornis furca*, togrenet tuuffue / gaffel / ſtrøgaffel.

Capricornus, m. ſ. animal à Poëtis fictum, ſed inde accommodum capro ſylveſtri, Steenbuck. Item ſidus quoddam cœleſte brumale, Steenbucken.

Capricorni nomen pro animali, à Latinis nuſquam ponitur, ſed pro ſigno Zodiaci tantum, inquit Geſnerus.

Quadricornium, quod quatuor habet cornua. ἄδηλον.

Tricornis, ne, om. t. quod tria cornua habet.

Unicornis, is, m. t. animalis genus uno in fronte cornu, Enhørning. Inde adjectivè, animal unicorne: qualia ſunt, Monoceros, Rhinoceros, Oryx & Aſinus Indicus.

CORNUS, ni, f. ſ. arbor ramos habens duritie & rigiditate cornibus ſimiles, ſic dicta à cornu, ut Græcorum κρανεία ejusdem ſignificationis à κέρας cornu, Hagetorn. Inde tropicè, haſta ex cornu.

Cornum, n. ſ. fructus corni, Hagetorn Bær.

Cornetum, n. ſ. locus ubi frequentes ſunt corni.

Corneus, a, um, quod ex corno eſt. Ut, *cornea virga*: *cornea pyxis*: *cornea venabula*, *virgulta*.

Corneolus, m. ſ. ſive

Corneola, f. pr. gemma baccam corni rubeſcentem referens, Corneol / Sarder.

CORONA, æ, f. pr. κορώνη, ornamentum capitis circulare, primum ex herbis, inde etiam corneum, eburneum, aureum, &c. Krandz / Crone; Et muliebre, Sippel. Ponitur & pro conventu hominum circumſtante, En Ring Folck. Item pro circulo circa lunam, Græca voce Halos, Kredz / Ring om ſkring Maanen / Haffgaard. Item Coronæ, præcinctiones & ornamenta Cameræ, Liſter och hylder. Et corona, ſupercilium vel prominentia parietum ad arcenda inde ſtillicidia, Liſter uden om Huſet. *Corona capitis*, extimus crinium circulus, Haarkrandz. *Sub corona venire* dicebantur captivi, quia coronati vendebantur. Eſt etiam corona ſignum cœleſte ſupra humerum Arctophylacis.

Corolla, & per ſyncopen crolla apud Plaut. pàrvâ corona. Et peculiariter corona è tinctis ramentis corneis, ſic dicta propter gracilitatem, Krandz giort aff tilredt Horn med farffuing Blomſter viiß. Subiit enim hoc genus coronarum coronis herbaceis deficientibus hyberno tempore.

Corollarium, n. ſ. idem quod corolla. Et peculiariter coronæ genus è lamina ærea tenui inaurata & inargentata. Item appendix ſeu quod præter debitum additum, ſumptâ voce à corollis ſcenicis, quæ ludis finitis & applauſis dabantur, Tilgifft. Corollarium etiam dici poteſt quod Juriſconſulti laudimonium appellant, cum ſcilicet ſuper annuam mercedem locati agri quinquennio, & ut apud alios ſingulis annis, item apud Nor-

Norvegus tertio quoq; anno, aliquid amplius præstatur, Ærritz penge/ Husbondz hold / Kiendelse.

Coronarius, a, um, quod ad coronas pertinet. Ut, *aurum coronarium*, ex quo coronæ conficiebantur: *Lychnis coronaria*, nomen herbæ, Neglicke. *Coronarium opus in modum* coronæ factum: *as coronarium*, quod tenuabatur in laminas, taurorumq; felle tinctum speciem auri præbebat in histrionum coronis.

Coronarius, m. s. qui coronas & serta nectit, Krandzmager.

Coronaria, f. pr. idem in sexu fœmineo.

Coronamentum, coronarum materia, Krandzverck/ Krandzgierd.

Coronices, f. t. cujus singul. coronix, præcinctiones sive transversa cingula, quibus præcinguntur parietes tum ad ornatum, tum ad usum, Liister eller hylder.

Coronis, dis, f. t. ejusdem Græcæ originis, κορωνὶς, summitas seu apex alicujus rei, velut montis aut structuræ alicujus, Krune eller øffuerst paa noget. Et translatè, ultima rei alicui manus imposita. Unde dicitur, *coronidem addidit*, hand fuldkom/endede. Item tropicè navis, in qua puppis incurva est, seu inflexum illud, quod in navis puppi visitur, Skibsspnde / eller Forkastelse i Skib / eller anden Skibs prydning.

Corono, as, act. pr. coronam capiti impono, Krandzer/ Kroner. *Coronare vina*, apud Virgil. pro poculum coronis ornare, vel etiam poculum ad summum labrum, quod & per Græcismum corona vocatur, implere.

Coronatus, a, um, quod coronavimus, vel corona donatus, coronam habens in capite, Kronet. *Coronatus calix*, qui in convivio coronâ & serto ornatus est.

CORPUS, oris, n. t. substantia est visui tactuiq; objecta, à χρόω & χρῶς, ejusdem significat. Legom/ Krop. Diciturq; de animatis & inanimatis: Et peculiariter de homine. Ut, *vita corpore & spiritu continetur*. Item de carne & parte corporis. Ut, *in corpore non est corpus*, i. e. in corpore non est caro, cutis & inedia scilicet exhausta. Sic, *corpus facere*, est pinguescere. Et *corpus amittere* est macrum fieri. Item *corpus amittere*, est virilitatem amittere & castrari. Item translatè de alijs: *corpus orationis, scripti & operis*, i. e. universa compositio suis constans partibus. *Corpus civitatis, collegii*, i. e. universa civitas & collegium suis constans membris. Aliter deducitur à corrumpo, quòd mortale sit. Item à carne & opus, quasi carpus.

Corpusculum, parvum corpus. Cicero etiam atomos vocat corpuscula.

Corporalis, le, om. t. quod est corporis, vel ad corpora pertinet, Legomlig. *Corporalia bona, corporalia vitia*. Et *corporalis possessio*, quam habemus de pignore corporeo. Corporalia etiam dicuntur, quæ sunt corporea.

Corporeus, a, um, quod corpus habet, corpore constat. Ut, *lapis res est corporea*.

Corporo, as, act. pr. veteribus, interficio, & quasi corpus solum sine anima relinquo. Ut, *corpus contemplatur, unde corporet vulnere: ausus est abs tergo corporare*. Item Plin. pro coagmento & in corpus redigo. Ut, *semen animalis animatur corporaturq;*.

Corporatio, f. t. Col. quantitas vel habitus corporis. Ut, *bos impari corporatione*.

Corporatura, Vitruv. idem.

Corporatus, a, um, Cic. idem quod corporeus. Ut *mundus cernitur & tangitur, & est undiq; corporatus*.

Corpulentus, a, um, corpore & carne insignis, Lemet/ kiødet / lasket / hyldig/med hyld paa. *Mulier est corpulenta: corpulentum pecus*. Corpulentior comparat. Plauto.

Corpulentia, f. pr. corpulenti habitus & carnositas.

Composita.

Bicorpor, ris, Cic. om. t. duorum corporum.

Tricorpor, om. t. quod tria habet corpora. Ut, *Tricorpor Geryon*.

Adcorporo, as, Sol. Ut, *carinis tenaciter adcorporatur*.

Concorporo, as, Plin. in unum corpus redigo; quod fit cum duæ pluresvé res mistæ unum quid efficiunt.

Incorporalis, le, Quint. quod non habet corpus, seu non corporalis.

Incorporeus, a, um, corpore carens, seu non corporeus.

CORTEX, icis, com. t. arborum corium, & crusta quædam ad tegendum data, à corium; vel à contego, quasi contex, Barck.

Corticula, parva vel subtilis cortex.

Corticatus, a, um, Colum. quod corticem habet. Ut, *pix corticata*, quâ utuntur ad condituras.

Corticosus, a, um, cortice plenum seu abundans.

Composita.

Decortico, as, act. pr. corticem detraho, flaaer eller tager barcken aff.

Decorticatio, decorticandi actus.

CORUSCO, scas, n. pr. corr. de cœlo & æthere dicitur flammescente & micante ignibus, ab ἀὴρ, quod prima sua significatione significat cœlum, Blincker/ giffuer blick/Blusser. *Inter nubes flamma coruscat: cœlum coruscat*. Inde translatè, mico, splendeo. Ut, *apes aliæ fulgore coruscant*. Item vibror & concutior. Ut, *coruscat abies Sarraco veniente*. Et activè, eadem significatione, *coruscat gladium; coruscat hastam*, i. e. vibrat, seu vibrando facit ut coruscat hasta.

Coruscatio, lumen ex inflammatione aëris, Himmelblussen.

Coruscus, a, um, quod coruscat, Blussende/ blinckende. *Coruscus ignis; radii coruscí*. Et *sylvæ coruscæ*, i. e. crispæ vel crispantes.

CORVUS, m. s. κόραξ, nomen avis, Raffn. *Corvus marinus*, Aalekrage.

Coracinus, a, um, quod colorem habet corvi. Ut, *color coracinus*, Raffnsort.

Corvinus, a, um, quod est corvi. Ut, *corvinum rostrum: corvinus adeps: corvinum ovum*.

Corvitor & corbitor, oris, m. t. Saltator, qui quadam gesticulatione, more corvi, modò sursum, modò deorsum spectat.

CORYLUS, f. s. κορύλος, arbor ponticas & avellanas nuces ferens à κάρυον nux q. carylus, Hassel.

Colurnus, a, um, quod ex corylo factum est & constat. Ut, *colurnum opus: colurnum veru: colurnum hastile*, Hasselstage. Ait autem Festus: *Colurna hastilia*, ex corno arbore facta.

Coryletum, ti, n. s. locus frequentibus corylis consitus, Hasselskow/ Hasselluud.

CORYMBUS, bi, m. s. κόρυμβος, quicquid superius, sive quod veluti caput est, & quicquid in arboribus, & plantis, supereminet, Top/ Kam. Et translatè cacumen

cacumen montis. Item coma in nodum erecta, Haarſet. Corymbi dicti ſunt etiam uvæ hederarum, quibus coronabatur Bacchus.

CORYTUS, m. ſ. Virg. γωρυτὸς, theca ſagittarum, & idem cum Pharetra, Pilekaage. Item tecba arcus, Coriti, inquit Iſid. propriè ſunt arcuum tecbæ; ſicut ſagittarum Pharetræ. Et Statius: *Cæleſtibus implent corytan telis.* Corruptum ergo eſt coriſcus, quod vulgò in iſto loco Virgiliano legitur.

COSSUS, m. ſ. ſeu coſſis, m. t. teredo eſt, & vermis ligna erodens, quaſi ciſſus, à κὶς, ejusdem ſignificationis, Træorm. Inde translatè, à ſimilitudine vermis, *homo coſſus*, veteribus dicebatur rugoſus & cutis aſperæ, Skrumpen.

Cuſus, Gloſſ. idem.

COSTÆ, arum, cujus ſingulare coſta, f. pr. oſſa ſunt animalis thoracem arcuato naturæ opere conſtituentia: ſic dictæ à cogo, quod cogant, conſtringant & coherceant interiora, Sidebeen/ Ribbeen. Et translatè, ligna arectaria in interiore navis alvo latera ſuppingentia, Sidebielcker udi Skib / Indholt. Aliter à cuſtodio, quod ab ipſis interiora cuſtodiantur, ut tota mollities ventris vallata ſervetur.

COTONEUM, n. ſ. κυδώνιον, mali genus, Quæde.

COTTABUS, bi, m. ſ. Plaut. κότταβος, Græcis luſus erat convivialis, id quo cum bibiſſent, reliquum ſic è poculo ejiciebant amatores juvenes, ut id reſonaret: quo ſono amorem augurabantur. Inde Plautus jocosè dicit: *Cavesis, ne cottabi bubuli crebri in te crepent*, i. e. lora in tergo tuo, dum cædaris, crepent.

COTURNIX, icis, f. t. nomen avis: ſic dicta à voce, quam edit, Vactel. Si enim iteratim ſones Coturnix, ita ut ſingulas ſyllabas toni tractu pronuncies, avis vocem te liquidò imitatum cognoſcas.

COTHURNUS, m. ſ. κόθορνος, calceamenti genus, quadrangulum & altiori forma, Tragicorum proprium, ut eo imitarentur magnitudinem Heroum: conveniebatq; utriq; pedi; tum & utriq; ſexui, maſculo & muliebri: Et, ut innuit Iſidorus, è genere crepidarum. Inde translatè ſublimius dicendi genus, høy/ prectig tale. Item homo in negotiis ambidexter ſeu verſatus.

Cothurnatus, a, um, cothurnis utens, ſive calceis, ſive ſublimiori dicendi genere. Ut, *cothurnatus Virgilius*, ſtor talende/ prectig talende. *Cothurnatus Vates*, h. e. tragicus.

COVINUS, m. ſ. voce gallica, currus militaris apud Gallos axibus utrinq; falcibus munitis, ex quo pugnabatur. Exponitur & currus cameratus & contextus, Karmvogn.

Covinarius, a, um, quod ad covinum pertinet. Et abſolutè, covinarius, qui covinum regit, vel ex covino pugnat.

COXENDICES, cujus ſingulare coxendix, icis, f. pr. natium ſunt oſſa lumbis proxima ſeu oſſa illa duo ſacro oſſi utrinq; aſtricta, cavaq; quædam habentia acetabula, quibus oſſium femoris capitula inſeruntur, q.

coxendix, à κοχώνη ejusdem ſignificationis, atq; ipſa commiſſura coxendicis partium, Hoffter. Item coxendix, morbus coxas infeſtans, Hoffreva.

Coxa, æ, f. t. idem. Aliter coxæ q. coaxæ, h. e. conjuncti axes. In ipſis enim fæmora moventur.

Compoſitum.

Incoxo, as, n. pr. in coxam ſedeo, Sidder paa Hæle/paa hung: *Neq; interim cacandi cauſa nunquam incoxabi nates.*

CRACEO, es, n. ſ. antiquis propriè idem quod crepo, à ſono ficta voce, ſive à Græcorum κρέκω, inſuavem, ſtridulum & crepitantem ſonum edo, Krafſelet/ ſkrader. *Succincti gladiis media regione cracentes.* Aliter legitur Graceo.

Crabro, onis, m. t. inſectum quoddam volucre, ſic dictus à vocis gracilitate, Hummel/ hucffſe.

CRANIUM, n. ſ. κρανίον, teſta ſeu cælum capitis, à κάρη, caput, Hierneſkaale / Hoffuet pande. Item genus poculi calvæ figuram referens.

Pericranium, n. ſ. Anatomicis græca voce, membrana ſeu tunica, quæ cuti cranium ambienti ſubjecta eſt.

CRAPULA, f. pr. κραιπάλη, dolor capitis ex helvatione, ølſinge. Item ipſa helvatio, Fyllerj.

Crapularius, a, um, quod ad crapulam pertinet. Ut, *crapularia unctiones*, quæ adhibendæ ſunt iis, qui heſternam crapulam nondum exhalarunt.

Crapulor, aris, dep. pr. comiſſor, ſive cibo & vino me ingurgito. ἄδηλον.

CRAS, adverb. ſignificans tempus ſequentis diei, à καιρός, tempus oportunum, nimirum quod agendis vel omiſſis ſubvenit, I morgen. *Cras veniam, faciam.* Ponitur & ſubſtantivè; ut, *cras heſternum.* Item indefinitè pro quovis tempore futuro. Ut, *quæ cras veniet, perendie feratur foràs.* Dicitur, & *non te cras vocabi*, i. e. in craſtinum diem. Aliter à χρόα, color, propter colorem matutinum, ut Græcorum αὔριον, ejusdem ſignificat. ab αὔω, ſplendeo, fulgeo.

Craſtinus, a, um, quod non eſt præſentis, ſed ſequentis diei. Ut *craſtinus dies*, den Dag i Morgen. *Craſtinum tempus; craſtina hora.* Dicitur & abſolutè, *in craſtinum*, pro diem vel tempus craſtinum.

Craſtinò, Gell. adverb. idem quod cras.

Craſtino, as, n. pr. de die in diem traho & differo. ἄδηλον.

Compoſita.

Procraſtino, as, act. pr. in diem craſtinum rejicio, diem de die traho, forhaler dag fraa dag/ ſkyder offr och alt frem. *Differre & procraſtinare illi cæperunt.*

Procraſtinatio, procraſtinandi actus.

Procraſtinatus, a, um, quod procraſtinavimus. Ut, *recenſe quæ ab eo ſunt procraſtinata.*

Recraſtino, as, n. pr. Colum. & Plin. idem quod procraſtino & differo. Ut, *recraſtinare minime utile.*

CRASSUS, a, um, propriè, carne abundans, à κρέας, caro, quaſi creaſſus, tyck oc fædt / fiodet/ lubbedt. *Homo craſſus.* Inde transfertur ad alia. Ut, de liquoribus: *craſſus ſanguis; craſſa aqua.* De aëreis: *craſſus aër; craſſum cælum; craſſæ tenebræ*, tyck vær/

toge/

toge/ ſky. *Craſſus dies*, ſcilicet, quando cœlum eſt tuabidum. Et de materiatis: *craſſæ compedes*, tycke Bolter. Item *craſſum infortunium*, quod craſſa clava & fuſte infertur. Dicitur etiam translatè, *opus craſſâ Minervâ*, i. e. pingue, rude, non ſubtile, non politum opus, grofft Arbeid. *Craſſum ingenium*, i. e. hebes. Aliter deducitur à κρᾶσις miſtio, miſtura, quia miſta, turbida.

Craſsè, adverb. modo craſſo. Ut, *craſſè picantur dolia*.

Craſſamen, & craſſamentum, Colum. & Gel. pars rei craſſior. Ut, *craſſamen vini, aquæ*: *craſſamentum ligni*, Det tycke i noget. Sic craſſamentum pro ſedimento liquidi, De tycke grumſer ſom ſtaa under/ i Vand/ øll/ Olie eller andet.

Craſſeſco, craſſus vel pinguis fio. Ut, *craſſeſcunt aves frumento*: *craſſeſcit aër*.

Craſſities, ei, f. q. craſſi habitus, tyckhed/ tyckelſe.

Craſſitudo, idem. Ut, *craſſitudo corii*: *craſſitudo parietis*.

Craſſor, aris, veterib. Grammat. pro craſſus fio.

Compoſita.

Præcraſſus, valdè craſſus. Ut, *cortex præcraſſus*.

CRATER, eris, m. t. pr. prod. κρατὴρ, à κεράννυμι, miſceo, poculum capax, in quo funditur & miſcetur potio, aut è quo cyathis hauriebant, Gilds Skaale. Inde translatè, conceptaculum aquæ ſalientis in fonte, Brynderck/ hulcke eller Brynd-kiſte. Item foramen ſeu fauces montis, quâ ignis ſpiracula exſpuunt ſe, ut eſt in Ætna Siciliæ, & Hecla monte Islandiæ. Aliter dicitur crater, quaſi κέρατηρ, à κέρας, cornu, quaſi poculi genus ex cornu. Item à κρατεῖν, à capiendo. Exponitur idem cum ſcypho, niſi quod ſcyphus religione quadam convivis conſecratus fuerit.

Cratera, æ, f. pr. idem quod crater, genus poculi. Item cratera vas ad hauriendam aquam, ut urna ſeu fiſtula, Vandkande eller Krruuß/ pro quo & craterra ſive creterra legitur. item ſignum quoddam cæleſte.

CRATES, tis, f. t. pr. prod. rata lignorum vel viminum vel ferramentorum connexio, à κρατεῖν, continere, quod ſit ad continendum aliquid, Ryſt/ flager. Inde tropicè lignamentum ſuper quo caſei aliaq; ſolent impoſita ſiccari, Hecke/ Oſthecke/ Rylleflager. Item inſtrumentum, quo æquantur glebæ, & ſemina conduntur, Harre. Aliter deducitur à κεράω, miſceo, propter implicitatem.

Craticula, f. pr. ferramentum, in quo cibi torrentur, Ryſt.

Craticulum, li, n. ſ. Feſt. idem. Unde & veteribus crate, gen. neut.

Cratio, is, ire, act. q. Plin. *Crate glebas confringo, ſeminaque operio*, Harrer.

Cratitius, a, um, quod cratibus conſtat. Ut, *paries cratitius*, Vunden veg.

Compoſita.

Concratitius, a, um, quod ex conſertis cratibus fit. Ut, *concratitius paries*.

CREDO, is, didi, itum, act. t. pr. prod. fidem adhibeo & firmiter aſſentio rei, ſive ea vera ſit, ſive falſa, quaſi certum vel cretum, i. e. judicatum do, troer/ giffuer effter/ troer viſſeligen/ ſlaar faſt lid til/ forlader mig paa eller til. Diciturq; abſolutè, *non credo*. Item tranſitivè cum caſu: *credo omnia quæ dicis*: Et cum Dativo, *credo tibi*: Item *credo Deo*. Et Eccleſiaſticis cum reſolutione, *credo in Deum*. Inde ſignificat & fidei committo ſeu ſervandum trado, Betroer/ faar hen til troer hende. *Id mihi aurum credidit*: in qua ſignificatione etiam reſolvitur caſus: Ut, *ing, novos ſoles audent ſe gramina tutò credere*, pro novis ſolibus. Interdum idem quod puto, ut, *omnia, credo, vidiſti*: ubi id verbum additur, cum quæ dicuntur nobis parùm ſunt certa, & per ironiam. *Credas* apud veteres pro credas. *Creditur*, impersonale; idq; modò abſolutè: Ut, *non temerè creditur*: *ignotum eſt, tacitum eſt, creditum eſt*: modò cum caſu: Ut, *aliis non creditur*.

Credentia, æ, f. pr. Juriſconſ. recentioribus, Epiſtola eſt aſſertoria, cum ſuperior Magiſtratus fidem facit pro ſubdito, vel etiam pro alio.

Credibilis, le, om. t. quod ita eſt veriſimile, ut credi poſſit, trolig. Factum credibile.

Credibiliter, modo credibili.

Creditor, m. t. cui quacunq; de cauſa aliquid debetur, ſive idem pecuniam rémve aliam alii crediderat, ſive aliunde ei aliquid debeatur, Gieldener/ ſom haffuer laant oc borget ud til anden.

Creditum, n. ſ. quod nobis debetur, ſkyld/ gield/ fortroedt.

Credulus, a, um, qui facilè credit, ſimplex, Snartroende/ Lættroende.

Credulitas, creduli affectio, ſeu credendi facilitas.

Compoſita.

Accredo, is, & antiquè accreduo, is, n. t. Colum. credendo aſſentio, ad ſententiam accedo. Ut, *tibi nos accredere par eſt*.

Concredo, is, idem quod credo, ſervandum do, & *fidei alicujus credo*, fortroer en noget. *Concredere alicui theſaurum; concredere mari navigia*. Concreduo idem apud veteres.

Incredibilis, le, om. t. non credibilis, utrolig. *Factum incredibile*. Item ſingulare & quod fidem quaſi ſuperat. Ut, *incredibiles gratiæ; incredibiles virtutes: incredibilis audacia, fides, memoria*.

Incredulus, a, um, & veterib. incredilis, le, non credulus, Vantro.

CREMO, as, act. pr. corr. cum crepitu aliquid igne vaſto & conſumo, à crepo deducta voce, Brender ſaa det ſprager. *Cremat urbem*: *cremat libros*. *Cremare prodigia*, eſt herbis combuſtis expiare & avertere.

Crematus, a, um, quod cremavimus. Ut, *cremati libri*.

Cremium, ii. n. ſ. virgultum aridum, ſeu omne ſarmentoſum lignum, aridum & crematu facile, Smaat brendtzell/ ſpraag/ tør quaß/ troß. Exponitur & aſſum propè concrematum, ſive concrematæ aſſi grumæ frixorio inhærentes, Forbrendt Steeg/ grumſer/ ſkoffuer brendt ved gryden.

Compoſita.

Concremo, as, idem quod cremo, vel omninò cremo. Brender ſlet op.

Semicrematus, a, um, dimidia ſui parte crematus, halff brend. *Membra ſemicremata.*

Thuricremus, a, um, quaſi thus cremans. Ut, *aræ thuricremæ.*

CREMOR, oris, m. t. ſuccus ex paſſis, maceratis, coctisvé granis, à κρῖμνον, hordeum, Vooß / velding. *Cremor ptiſanæ,* Bygvelding. *Cremor lactis,* flød. *Cremor cerebiſiæ,* giær.

CRENA, æ, f. pr. κρήνη, Græcis ſignificat fontem vel rivum fontanum. Inde Latinis eſt inciſura rei alicujus, quaſi rivulus quidam, Ribbell/Splitte. *Crena calami,* Pennesplitte: *Crenæ ſagittæ,* quæ ſcilicet nervum admittit. Item in ipſo arcu ſumma cornua crenas ſuas habent, quibus nervus inſeritur, dum tenditur arcus. Item in foliis crenæ dicuntur inciſuræ in extrema ora folii. Et in animali, aſperitates palati, in rubi modum denticulatæ, Gummer.

Crenatus, a, um, crenis & inciſuris diſtinctum. Ut, *folium crenatum.*

CREO, as, avi, atum, act. pr. propriè de Deo & naturâ dicitur aliquid in effectum producentibus, à κραίνω, κραιῶ, efficio, effectum reddo, Skaber. Omnes res creat naturâ & tuetur. Inde transfertur ad alia. Ut, *creare alicui fraudem, commoditatem, lites, cædes,* i. e. parare, giøre/ berede/ komme aff ſted/komme paa. Et *creare conſulem* eſt deſignare & renunciare. *Majus imperium à minori creari jus non eſt. Ars multa ex ſe creat & gignit,* i. e. producit. Aliter deducitur à κρέας, caro, quaſi propriè carnem produco & gigno.

Creatio, creandi actus, Skabelſe. *Creatio mundi: creatio Magiſtratuum,* quo Magiſtratum creamus.

Creator, m. t. qui creat, Skabere. *Creator mundi.* Item *creator urbis,* qui urbem primùm condidit.

Creatrix, idem, in ſexu fœmineo. Ut, *natura rerum creatrix.*

Creatura, f. pr. res creata, vel creatæ exiſtentia, Skabning.

Compoſita.

Increatus, Lact. non creatus. Ut, *Deus eſt increatus.*

Procreo, as, act. pr. liberos genero, quaſi porro creo, Affler/ yngler. *Liberos procreat.* Et translate, *procreare alicui periculum,* Laſſue en noget ont til.

Procreatio, procreandi actus. Ut, *procreatio liberorum,* yngler.

Procreator, m. t. qui procreat.

Procreatrix, quæ procreat. Ut, translatè, *Philoſophia artium procreatrix.*

Procreatus, a, um, quem procreavimus. Ut *Parentibus optimis procreatus.*

Recreo, as, act. pr. quaſi denuo & iterum creo, Skaber paa ny igien / vel carnem amiſſam reſtituo & augeo, Veder quæger / formeerer/ paa ny ſtyrcker. Item vires reſtituo. Ut, *corpora & feſſa membra recreat. Recreare Rempub. recreare animum,* eſt integritati reſtituere. Sic *perditum aliquem recreare.* Item dignitati reſtituo vel ſimpliciter creo. Ut, *Gracchus conſul quosdam augures recreavit.*

Recreatio, onis, f. t. recreandi actus.

Recreatus, a, um, quod recreavimus. Ut, *recreata Reſpubl. recreatum corpus.*

CREPIDA, æ, f. pr. calceamentum ſuberatum, ſed depreſſius, quàm cothurnus, à κρηπὶς, ejusdem ſignificationis, Laſſue toſſell / eller løſe toſſell. Corripitur autem prima & ſecunda ſyllaba Horat. & Perſ. contra Græcam originem. Quare & alii malunt referre ad crepo, ut crepida dicta ſit à crepitu, quem facit.

Crepidula, parva crepida.

Crepidarius, a, um, quod ad crepidas ſpectat. Ut, *crepidarius cultellus.* Item crepidarius, abſolutè, qui crepidas conficit, Toffelmager.

Crepidatus, a, um, crepidis indutus.

CREPERUS, a, um, pr. corr. veterib. anceps, dubium, à κραιπνὸν, velox, citum, quod velocitas & Pernicitas dubium faciat. Ut, *bellum creperum,* de cujus eventu dubitatur: *crepera lux:* ſcilicet ubi ancipites agunt dies & nox, lux & tenebræ, Tußmørcke / Afftenmørcke / at det er huercken Nat eller Dag. *Crepera vita,* h. e. extremum vitæ tempus, ut crepuſculum extremum diei. *Crepera ætas,* i. e. ſenectus, ubi ſcilicet parum intereſt inter vitam & mortem, ubi vita & mors, ut nox & dies controvertuntur. Aliter creperus à crepo. Ut, *crepera ætas,* quod crepat crebris, ſive tuſſibus, ſive moroſis verbis, Knarckvorn Alder / eller ſom altid ſpytter / harcker eller hoſter. *Creperum bellum* à crepitu armorum. Et inde perconſequens dubium & anceps. Sic *crepera lux* à crepitu forium, quæ iſto tempore clauduntur crebræ non ſine crepitu, ut referentur pulſantibus, quod tempus ſequitur conticinium à ſilendo. Aliter à κνέφας, caligo, crepuſculum.

Crepuſculum, n. ſ. tempus illud anceps & dubium inter cedentem diem & imminentem noctem, Afftenmørcke / tußmørcke. *Crepuſculum matutinum,* Dagſker.

Crepuſcularis hora ſidon. pro veſpertina, Afftenſtund i mørckningen.

Crepuſci, qui nati ſunt ſub crepuſculo.

Compoſita.

Decrepitus ſenex, qui ad creperam ætatem pervenit, en ældgammel oc udleffuedt Mand.

CREPO, as, ui, itum, n. pr. corr. ex colliſione ſeu perculſione ſonum edo, à κρέκω ejusdem ſignificat. Knarcker / ſnurrer / knecker. *Crepat foris,* Døren knarcker: crepo dentibus, knaſker: *crepo digitis,* knepper: *crepo pedibus,* ſtuter: *crepat arbor,* træet knager: *crepat ignis,* Ilden ſprager. *Inteſtina crepant,* Liffuet rumler: *crepant plagæ;* ſeu *corpus crepat plagis,* Skrepper. *Crepat organum,* Spillet ſnurrer eller luder. Translatè ſignificat multum, odiosè vel cum tædio loquor; ut, *crepat pauperiem, divitias,* tal flux eller megit om Armod/ Rigdom.

Crepax, acis, multum crepans.

Crepitaculum, inſtrumentum crepitans ſive ligneum ſive ferreum ſive ex annulis ſive globulis ſive lapillis luſui puerili deſtinatum, Snurre/ ringle/ræg/ eller ræg-rumle; & quod infantibus in manū datur noluli inclusa tinniens, Bielde. Item excubiis venationibusq; ſolenne,

Kneps

Knepſkare / knarre / ſkrade. Accipitur etiam pro inſtrumento muſico in ſacris Iſidis uſitato, quod aliàs ſiſtrum indigitant. Sic & inſtrumentum illud puerile dici poteſt, quod dentibus inſertum modulante lingua ſonum edit, vulgò crembalum voce græca, Mundharpe.

Crepitacillum, parvum crepitaculum.

Crepito, as, n. pr. multum crepo, ſeu crepitum edo.

Crepæ, Feſt. capræ, quòd cruribus crepent.

Crepi, dicti ſunt olim Luperci, à crepitu pellicularum, quam faciebant verberantes. Mos enim erat Romanis nudos diſcurrere in lupercalibus & obvias quasq; fœminas pellibus ferire.

Crepido, pen. prod. f. t. ora extrema ſeu margo terræ ex alluente unda crepitum edens, Søekant / haffbrede / haffbryn. Et translatè, extremitas cujuscunq; rei, Bryn. Ut, *crepido ſaxi*, Klippe eller anden Steenbryn. *Crepido lancis, patinæ ſeu catini*, Brede eller Bryn paa noget fad / fadbredde. *Crepido putei* eſt ipſum os putei: *Crepido viæ*, Veibryn. *Crepido montis*, hælde.

Crepitulum, ornamentum capitis crepitu inſigne, Løffkrandz / Løffbindicke.

Crepitus, us, m. q. ſonus violentus & impulſus crepans. Ut, *crepitus plagarum*, Skreppen: *crepitus frenorum, gladiorum, armorum*, Skraden / kradzelen / radzelen / rald / ſkrald / knagen oc bragen. *Crepitus dentium*, tandſkæren eller gnizlen. *Crepitus pedum*, Fodſkuren. *Crepitus forium*, Sørknarcken. *Crepitus ventris*, Fiert. *Crepitus albi*, Rummel i Liſſuet.

Crepundia, orum, n. pl. ſ. ludicra puerilia, quibus crepitant, qualia ſunt crepitacula, enſiculi, coralia, bullæ, faſciolæ, linteoli, &c. Børnelæge.

Compoſita.

Concrepo, multum crepo. Ut, *oſtium concrepuit*: *concrepare digitis*, Kneppe med fingrene / eller vride fingrene ſaa det knecker / knægler. *Concrepare gladiis adſcutum*, ſlaa knip knap. Ovidius quoque activè utitur. Ut, *concrepat æra*, hand blæſs i Trometre.

Diſcrepo, as, quaſi variis modis crepo, diversè vel contrariè ſono, Snurer imod / ſtemmer icke ſammen. *Fides ſeu chordæ inter ſe diſcrepant.* Et translatè, diſſentio. Ut, *à meis rationibus tuæ diſcrepant.*

Diſcrepantia, æ, diſcrepantis actio, Modliud / modſtemmelſe. *Diſcrepantia vocum, verborum, rerum, morum.*

Diſcrepito, as, n. pr. Lucr. multum ſeu ſæpè diſcrepo.

Increpo, as, pui, act. pr. valde, vel in aliqua re crepo. Ut, *tuba increpuit ſonum*: Et abſolutè, *tuba increpuit*: *fores increpuere. Increpat faginus axis ſub pondere. Ego increpui tubâ.* Et translatè, redarguo vel accuſo, quaſi cum quodam crepitu verborum, pedumq; ſtrepitu, taler en hårt til / knarrer paa en: Lader ilde / ſkælder paa. *Increpat Legatos*: Et *increpat ætatem ſuam, perfidiam hominum, ventos*, Klager paa.

Increpito, as, ſæpiùs ſeu frequenter crepo. Ut, *increpitat Belgas.* Et *increpitat ſeram ætatem.*

Percrepo, as, n. pr. valde crepo & ſono. Ut, *lucus cantu mulierum percrepat.*

Recrepo, as, n. pr. crepitum reddo, adverſus aliquem crepo, Gienliuder / liuder imod. *Cava cymbala recrepant.*

Alia Compoſita.

Bellicrepa, f. pr. genus veteris ſaltationis à Romulo inſtitutæ, in qua cum armis ſaltabant, quemadmodum apud Lacedæmonios erat Pyrrhica, Rytterdantz.

Cruricrepida, æ, com. pr. cui crura crepant ferro, ſom gaar i ſedder eller ligger i bolt. Unde & illud: *crura licet dura compede pulſa ſonent.*

Perterricrepus, a, um, Lucr. quod terrorem crepat & incutit. Ut, *ſonitus perterricrepus.*

Pilicrepus, pi, m. ſ. Senec. qui pilos & capillos cum forficularum crepitu truncat, Klippere. Exponitur & qui ludendo pilâ crepat.

Terricrepus, a, um, Jovis vel fulminis Epitheton, quaſi terribiliter ſeu cum terrore crepans. Ut, *terricrepus Juppiter; terricrepum fulmen.*

CRESCO, crevi, cretum, n. t. propriè augmentum in carne accipio, augeor, à κρέας, caro, quaſi creaſco, Voxer / vorder tyck / ſtor / lang / fuldſom. Inde transfertur ad alia. Ut, *creſcit pecunia*, ſcilicet, numero. *Creſcit animus*, i. e. ſit elatior, vorder modig. *Creſcit dignitate*, i. e. promovet, forbedris eller forhøyes. *Creſcit odium; creſcunt opes*, voxer til / vorder jo meere och meere. Aliter deducitur à creo, quaſi creatus ſio, ſive creor.

Crementum, idem quod incrementum.

Creber, bra, brum, pr. prod. quaſi numero creſcens, h. e. multus, frequens, Megit / idelig / jeffnlig / fuldt. *Crebri hoſtes*, fuldt fiender. *Locus crebro ſalicto*, Med mange pile eller piletræ. *In ſcribendo ſum creber*, Skriffuer offte / idelig / megit / gierne: *creber turbo*, Idelig oc jeffnlig huirrelvind.

Crebrò, adverb. modo crebro, Ideligen / jeffnligen / titt. *Crebrò mittit literas de his rebus.*

Crebritas, atis, f. t. Cic. crebri ratio. Ut, *crebritas literarum*: *crebritas ſententiarum.*

Crebritudo, f. t. idem quod crebritas.

Crebreſco, vel potius crebeſco, brui, n. t. creber fio. Ut, *crebreſcit fragor*: *crebreſcunt auræ*: *crebeſcit ſermo.*

Compoſita à Creſco.

Accreſco, is, n. t. juxta vel inſuper creſco, magis atq; magis creſcendo augeor, voxer til oc formeeris. *Dic quod litibus tibi accrevit*: *flumen ſubitò accrevit*: *in dies accreſcunt dolores.*

Accretio, onis, f. t. accreſcendi actus. ut, *Luna accretione. & decretione notat & ſignificat dies.*

Accrementum, ti, n. ſ. ipſum quod accreſcit. Ut *accrementum maris*, Fløe.

Concreſco, is, ſimul creſco vel conglutinor. Inde translatè, *aqua nec conglaciat frigoribus, nec nive pruinave concreſcit*, i. e. congelat. *Concreſcit aër; concreſcit lac*, i. e. condenſatur.

Concretio, concreſcendi actus vel ratio. Ut *concretio corporum individuorum.*

Concretus, a, um, quod concrevit. Ut, *aër concretus*: *concretum corpus*: *concretum cœlum*, i. e. ſpiſſum, denſum.

Concretus, us, m. q. idem quod concretio.

Decreſco, is, ad paucitatem vel parvitatem creſco, voxer fraa / formindſkis / vorder faa eller liden. *Decreſcunt greges. Decreſcit valetudo. Mare creſcit & decreſcit.*

Excreſco, is, valde ſeu multum creſco. Ut, *juvenci ſi ſatis excreverint, jugo ſupponantur.*

Excretus, a, um, quod excrevit. Ut, *excretos prohibent à matribus hædos.*

Increſco, is, n. t. valde ſeu magis atq; magis creſco. Ut, *increſcit barba.* Et translatè, *increſcit dolor: increſcit audacia.*

Incrementum, n. ſ. quod rei alicui increvit cum quadam augmentatione, formeerelſe/tilvext/ forøgelſe. *Deo nihil afferri poteſt incrementi.* Et *res iſtæ ingenti auctæ ſunt incremento. Incrementum morbi,* naar Sygen tager til. Item incrementa dicuntur ſemina, unde aliquid creſcit. Ut, *vipereos dentes populi incrementa futuri ſupponit terræ.*

Ptocreſco, is, Lucr. idem quod ſimplex creſco.

Recreſco, is, rurſus creſco. Ut, *præciſa oſſa non recreſcunt.* Et *recreſcit Luna,* voxer til igien.

Succreſco, is, ſub re aliqua altiore creſco, voxer vnder. *Vitibus ſuccreſcunt herbæ.* Item in alterius locum creſco, voxer i ſteden. *Succreſcunt vites, vina.* Et translatè, *mores mali ſuccreſcunt uberrimè.* Sic, *ſuccreſcit gloriæ ſeniorum & ætati alicujus,* i. e. ſuccedit.

Supercreſco, is, Cel. ſuper aliquo creſco & innaſcor. Ut, *ulcera ſupercreſcentia.*

Compoſita à Creber.

Increbro, as, avi, Plaut. crebrum facio, giør idelig. Ut *increbrare noctes,* eſt eas crebras amanti dare.

Increbreſco, is, bui, n. t. crebrior fio. Ut, *increbreſcit fama belli,* Tidinge bliffuer i mere och mere. *Rumor increbuit,* Lader ſig høre jo meere oc meere iblant alle Mand. *Increbreſcit ventus,* Vinden bliffuer ved / bliffuer jo ſtørre oc ſtørre mangfoldig.

Percrebreſco, bui, n. t. valdè crebreſco. Ut *percrebreſcit ſcelus,* Aabenbare Sommer i alle Mands munde. Et *percrebuit fama [illegible] aritia ejus.*

CRETA, æ, f. pr. prod. terra alba ſignandis notandiſq; accommodata, à Creta inſula, Kride. Item alba illa & tenax extergendis pannis inſerviens. Unde illud Iſidori; *fit toga, addito quodam cretæ genere, candidior:* Et Plauti: *qui veſtitu & creta ſe occultant, & ſedent, quaſi ſint frugi.* Et translatè, hinc; *creta eſt profectò, horum hominum oratio,* i. e. ut cretâ emaculantur veſtes, ſic oratione illa omnes animo abluuntur ſordes. Sed & aliter exponitur oratio candida & fauſta. Accipitur & Poëtis pro calculo candido, abſolutionis nota. Aliter à creſcendo deducitur, quod macerando creſcat.

Cretula, parva vel exigua creta.

Cretaceus, a, um, quod ex creta eſt. Ut, *cretacea ſiligo,* quæ in loco cretoſo crevit.

Cretatus, a, um, creta inſperſus, Kridet / med Kride anſtrogen. Inde *cretati pedes* dicebantur ſervorum, qui venum expoſiti notabantur creta in pedibus, quemadmodum & Juvenalis vocat pedes eorum albos pedes.

Cretoſus, a, um, quod creta plenum eſt, Kridefuld. *Ager cretoſus.*

CRINIS, is, m. t. pr. prod capillamentum propriè mulierum ad ornatum & munditiem diſcretum, à κρίνω, diſcerno, ſive immediatè à cerno, Kæmpe haar. *Crines ſenis erant ſexcentes vel ſerta crinium in capite Matronæ Romanæ vitta & crinibus ipſis implexæ,*

quibus & nubentes ornabantur: Unde *crines capere,* i. e. nubere. Dicitur & crinis de piſcium cirris. Item de tapetolo vitis.

Crinalis, le, om. t. quod ad crines pertinet. Ut, *vitta crinalis; faſcia crinalis,* Flettebaand/ Bendel. Et abſolutè crinale, inſtrumentum, quo crinis diſcernitur & ornatur, Haarſpille eller Preen.

Crinior, iris, paſſ. q. apud ſtatium, pro adornor crinium diſcretorum modo. Ut, *frondenti crinitur caſſis oliva.*

Crinitus, a, um, crines habens. Ut, *crinitus Apollo; crinita mulier.* Et translatè, *Galea crinita triplici juba. Stella crinita,* i. e. cometa.

CRISPUS, a, um, pior, iſſimus, dicitur propriè de capillamentis delicatè intortis, à κρίσσω, Fruſet eller fryllet. *Criſpus capillus.* Inde translatè, *criſpum folium,* Fruſet blad: *Criſpum lignum,* Fruſet træ. *Braſſica criſpa,* Plin. Fruſet Kaall / quæ aliàs apiana vel ſabellica appellatur. *Criſpa abies; criſpiſſimum folium.*

Criſpulus, pulum criſpus.

Criſpiculans flumen, apud Cic. legunt quidam pro criſpans & vibrans. Sed & aliis criſpiſulcans, quaſi ignem habens criſpatum ſulcis ſeu criſpis ſulcatum.

Criſpitudo, dinis, f. t. Arnob. pro vibratione. Ut, *criſpitudine lumborum fluctuat.*

Criſpo, as, act. pr. criſpum reddo, Kruſer. *Cinere criſpatur capillus.* Et translatè apud Columel. *terra herbis criſpatur.* Et Virgil. *bina manu lato criſpans haſtilia ferro,* i. e. vibrans.

Criſpatus, a, um, idem quod criſpus. Ut, *buxus criſpata cacumine.* Et *ſtumbus fluctuat criſpatis,* i. e. vibratis, vriſſende.

Compoſita.

Subcriſpus, a, um, aliquantulum criſpus. Ut, *capilli ſubcriſpi.*

CRISSO, as, are, n. pr. mulieris in re venerea laſcivè moventis, à κνίζω, prurio.

CRISTA, æ, f. pr. eminens & ſuperba pars capitis quarundam avium, ut cartilaginea illa in Gallo, ſic dicta à κάρα, caput, quaſi cariſta, Hanekam: & pennata in upupa, Fugletop eller Kam. Inde translatè, conus ſeu corona Galeæ, Hielmkam. Item Galeæ ornamentum pennatum, Hielmfedr. Eſt & nomen herbæ.

Criſtula, parva criſta.

Criſtatus, a, um, criſtas habens. Ut, *aves criſtatæ: Galea criſtata.*

CRITICUS, κριτικὸς, cenſor poëmatis aliusvè ſcripti. *Critici dies* dicuntur, in quibus de ægritudinibus fit judicium, qualis eſt quartus, ſeptimus vel decimusquartus, vel decimusſeptimus; Unde & eadem græca origine, naturæ & morbi conflictus dicitur criſis κρίσις, quaſi judicium ipſum de morbo ex conflictu.

CROCIO, is, n. q. de voce corvi dicitur, à ſono, quem edit, ficto verbo, ut & Græcorum κρώζω, ejusdem

dem ſignificationis, Skriger eller gylper ſom en Raffn.

Crocitus, us, m q. vox ipſa crocientis.

Crocito, as, frequenter vel multum crocio.

Croco, as, idem quod crocio, ſed minus uſitatum.

Crocatus, idem quod crocitus.

CROCODILUS, m. ſ. κροκόδειλος, genus lacerti ingenti magnitudine, & amphibium, tàm in terra, quàm in aqua vivens, ſed ſoli Ægypto & fluvio Nilo familiare, **Crocodil**. Eſt & aliud genus ſed minùs multò & in terra vivens, cujus inteſtina jucundi nidoris ſimo referta ſunt. Unde illud Horat. *Colorâ ſtercore fucatus crocodili.* Et translatè dicitur homo lacrymans & benevolentiam ſimulans, ut, alteri noceat, quemadmodum dicitur crocodilus lacrimas fingere, quò ad ſe homines alliciat & captos devoret.

Crocodilea, æ, f. pr. ſimus crocodili terreſtris, quo mulieres faciem illinebant ad coloris commendationem, **Jr ſlags Smincke.**

Crocodilinus, a, um, quod ad crocodilum pertinet. Et translatè, *crocodilinæ ambiguitates.*

CROCUS, m. ſ. vel **crocum**, n. ſ. κρόκος herba eſt aromatica, & luteum tingens, **Saffran.**

Croceatus, a, um, croco tinctus vel infectus, **Safranneredt.**

Croceus, a, um, crocum, & luteum colorem referens, **Safrangul.** *Crocea veſtis.*

Crocinus, a, um, idem quod croceus. Ut, *veſtis crocina.* Item quod eſt croci. Ut, *ſemen crocinum.* Et abſolutè gen. neut. crocinum, unguentum ex croco in oleo macerato.

Crocota, æ, f. pr. græca formatione, à κροκωτὸς, i. e. croco tinctus; veſtis erat crocea & propriè muliebris. Unde illud Virgil. *Vobis picta croco & ſplendenti murice veſtis*: quo ut effœminatos & ſemiviros inceſſit Trojanos.

Crocotula, parva crocota, vel paululùm crocea veſtis.

Crocotarius, & **crocotularius**, qui inſicit crocotas.

Crocotinum, n. ſ. genus operis piſtorii, à croci condítura vel colore dictum.

CROTALUM, n. ſ. κρόταλον, inſtrumentum quoddam ligneum puritiæ familiare, ſed & excubiis ſolenne, quod manu pulſatum crepitabat, latinâ voce crepitaculum, **Knebber/ſkarre/ſkrade.**

Crotalia, dicuntur Margaritæ, cum ita in ornamentis ſint collocatæ, ut ex colliſione crepitum edant.

Crotalus, m. ſ. homo dicitur lingua inſigniter crepitans & impendio loquax & garrulus, **Sladder hanck:** quale illud noſtrum; **Hand ringer ſig vel ſelff uden Klocke.**

Crotilus, a, um, valde exilis & præ exilitate crepitans, eadem origine, à κροτέω, crepo. Ut, *crotila crura*, **Spæger ben.** Aliter legitur crocotilus; fortè corruptè.

Compoſita.

Succrotilla, veterib. vox dicebatur tenuis & alta.

CRUCIO, as, act. pr. corr. dolorem alicui cio, & propriè verberibus, è κρούω, pulſo, **Piner/plager/giør vee.** Inde, *me multis modis cruciat: ægritudine ſe cruciat: verbis me cruciat.*

Cruciabilis, le, om. t. quod cruciat. Ut, *cruciabile ſilentium.*

Cruciabiliter, modo cruciabili. Ut, *cruciabiliter interfectus eſt.*

Cruciabilitas, tis, f. t. Plaut. idem quod cruciatus. Ut, *omnibus anteeo cruciabilitatibus.*

Cruciamentum, quo cruciamur. Ut, *morborum cruciamentum*, quo aliquem cruciant.

Cruciatus, a, um, Apul. cruce dignus.

Cruciatus, us, m. q. cruciandi actus, vel crueiati dolor, **Pine/Smerte.**

Crucium, n. ſ. Feſt. vinum auſterum & acerbum, à cruciando ſic dictum. Legitur & in vulgatis Dictionariis crucinum & cruciatum vinum.

Crux, cis, f. t. patibulum grandiori ſtipiti affixum, in quo ſontium manus diſpendebantur & clavis affigebantur, **Galge/Kaarß/Kaarßgalge.** Et translatè, quicquid valde quenquam cruciat, torquet & affligit, ut cum Terentius vocat mulieres cruces, quæ adoleſcentes habent deſpicatos, **Kaarß/hierteve/plage.**

Compoſita.

Concrucio, as, idem quod crucio ſeu valde crucio. Ut, *concrucior omni corpore.*

Diſcrucio, as, act. pr. quaſi variè crucio, **Piner ſuarlig gen.** *Furem diſcruciat.* Et translatè, *animi vel animo diſcrucior*, **Er ſaare bange/wrolig/ilde tilfredz.** Et *diſcrucior amore*, **Kiærlighed giør mig vee/er ſing affkiærlighed.**

Diſcruciatus, a, um, quod diſcruciavimus, **Suarlig ligen pinet.** *Nocentes diſcruciati necentur.*

Excrucio, as, valde crucio. Ut, *excruciabit eos omni ſupplicio.* Et translatè, *animum excruciat ſollicitudo.* Et *excrucio te animi*: Et *excrucior ego animo.*

Excruciabilis, le, Plaut. om. t. excruciatione dignus.

Excruciatus, a, um, quod excruciavimus. Ut, *funo excruciatus*, **Smøget ihiel/Pint med Røg.** Et translatè, *animus excruciatus.*

Perexcrucio, Plaut. valde excrucio, & cruciatu eneco, **tager ſlet Liffuet aff en/plager wſkelig ligen.**

Percrucio, as, valde crucio.

CRUMENA, æ, pen. prod. f. pr. nummorum receptaculum, quo geſtantur ad præſentes uſus, à κρεμάω, ſuſpendo, quod collo ſuſpendebatur, **Penge taſke.** Aliter à κρόω, pulſo, quòd feriat pendula. Item à χρυμάια, peræ quoddam genus. Legitur & crumina.

Crumenula, parva crumena.

Crumenarius, m. ſ. qui crumenas facit, **Taſkemagere/Pungemagere.**

CRUOR,

CRUOR, oris, m. t. ſanguis frigore perſtrictus, à κρύος, rigor, frigus, Leffret blod. Aliter à κρέω, pulſo, cædo, quòd è vulnere manet. Item quaſi è corde ruens.

Cruentus, a, um, cruore madidus, Blodig. *Homo cruentus: cruenta victoria.* Et translatè, crudelis, Blodtørſtig/grum. Unde *cruenta vox, cruenta oratio* dicitur, quæ cruorem & necem ſpirat, gruelig oc gruſom tale. *Haſta cruenta* à Duce poſita in ſignum graſſandi in vitam, & expugnatorum bona, Blodſtage. *Cruentum cælum*, i. e. corruptum, vitiatum, peſtiferum, inquinatum.

Cruento, as, act. pr. cruore inficio; ut, cruentare ſecurim, veſtem. *Cruentare templum*: ubi aliquando ſignificat inquinare.

Cruentati oculi apud Plin.

Crudus, a, um, pr. prod. cruore madens, recens nondum adhibitâ manu vel curâ, quaſi cruidus, à cruore, Raadt. *Caro cruda*, quæ nondum cocta ſeu cruore excocta eſt: *Crudum vulnus*, quod nondum obligatum eſt, ferſk oc nyt ſaar/ wforbunden. *Crudi cibi*, Raa mad. Inde transfertur ad fructus. Ut, *poma cruda*, quæ nondum maturuêre, wmoed fruct. Item *crudus homo* dicitur, cruditate affectus, activè, quaſi qui cibos non excoquit, Maffoſiug. Cruda ſenectus, quæ ante diem venit.

Crudelis, le, om. t. qui cruentas cædes ſpirat, Grum/ blodtyrſtig.

Crudeliter, modo crudeli. Ut, *eos crudeliter interfecit.*

Crudelitas, f. t. crudelis affectus & animus, Grumhed.

Crudaria, æ, f. pr. argenti vena, quæ in ſumma fodina reperitur, quaſi recens & nondum matura vena, førſte eller groffue Sølff Åre.

Crudeſco, is, n. t. crudus vel crudior fio. Ut, translatè, *crudeſcit pugna*: *crudeſcit morbus*, vorder jo ſtørre oc ſtørre / vorder grum.

Cruditas, ventriculi vitium, cibum ægrè coquentis, Maffueſiuge.

Compoſita.

Percrudus, a, um, valde crudus. Ut, *pruna percruda.*

Recrudeſco, is, n. t. ad priſtinam cruditatem redeo; Bløder op/ bryder op igien. *Recrudeſcit vulnus.* Et translatè, *recrudeſcit dolor, ſeditio, pugna*, i. e. ſopita olim, rurſus incipiunt, & quidem acerbiora & graviora.

Semicrudus, a, um, dimidia ſui parte crudus, halffraa. *Lupini ſemicrudi*: Et *homo ſemicrudus*, halff faſtend eller halff mætt.

Subcrudus, a, um, aliquantulum crudus.

Subcruentus, a, um, aliquantulum cruentus.

CRUS, ris, n. t. tota illa pars, quæ à coxendicis cervice incipit, & ad extremos pedis digitos pertingit: Et peculiariter pars ejus infra genua ad pedes usq; conſtans tibia & ſura, à κρέω, pulſo, ferio, quòd inter eundum huc illuc feriant, vel quòd inter eundum crepent, Skenckel. Aliter à curvus propter flexuram. Item à curro, quòd in iis curramus & greſſum faciamus.

Cruſculum, parvum crus. Ut, *cruſculum formicæ.*

Cruralis, le, om. t. quod ad crura pertinet. Ut *cruralis faſcia*, Lofebaand.

CRUSTA, æ, f. pr. corium ſeu teſta panis pulſata reſonans, à κρότος, pulſor, & κρόμος, ſonus, quem pulſata teſta vel inſtrumenta pulſata edunt, Skorpe/ Ring eller rind. Inde cruſta de glacie, Iiß. Et in piſcibus ſquamma, Skel. Item cruſta, locuſtarum tegmentum, Skall. Item translatè, membranula pulmentariis & ſimilibus in ſuperficie concreta, hinde paa Søbemad oc andet ſaadant. Cruſta pultis. Item Medicis cruſta, durior ille cortex, quo vulnus obducitur, Roe paa ſaar. Item ſuperficies cujuscunq; rei manu obducta ſive ex marmore, ligno, ære, argento, auro, vitro; ſive aliâ quacunque materia. Ut in re cœmentariâ ad parietes ſpectante, Anſtrog/Synnickeverck / Skelning. Et ad pavimenta, Indlagt ſteen/Aſtraag. In fabrili, Indlagt træ udi Arbeide eller panneel. In fictili, glaſſering. In argentaria, forgyldning/amelering. Aliter deducitur à corium, quaſi coruſta.

Cruſtula, parva cruſta.

Cruſtarius, a, um, quod ad cruſtas pertinet. Ut, *cruſtaria taberna*, in qua opera cruſtata elaborantur. Item abſolutè, cruſtarius, qui incruſtat, Synnickere/ Glaſerere/Amelerere.

Cruſto, as, act. pr. cruſtam induco, Indlegger med ſteen/ træ/ eller andet/ Synnicker/ Paneeler/ Glaſſerer/ Amelerer/ leger Aſtrag. *Mala cruſtant gypſo vel cera.*

Cruſtatus, a, um, cruſta obductus. Ut, *cruſtati parietes*: *cruſtata vaſa argentea*, quæ auro alligabantur, ſeu in cruſtas diducta, forgylte/Amelerede eller dreffne Sølfſkar. Item *cruſtati piſces*, quorum quatuor genera, Locuſtæ, Aſtaci, Squillæ, Cancri.

Cruſtoſus, a, um, cruſtam habens.

Cruſtum, n. ſ. pars ſive panis, ſive placentæ, ſive alterius edulii, cruſtæ formam habens, vel cruſta inducta, ſtycke Brød med Skorpen eller Ringe/ Knobſkiffue/ Skorpe Brød/ Knepknage / Poſtege Brød/ Ablad/ Krumkage.

Cruſtulum, parvum cruſtum.

Cruſtulata, f. pr. genus edulii cruſtâ obductum, Poſtege/ Knepkage/ Obolej/ Bagen ting eller Bagning.

Cruſtularius, qui cruſtula venundat, Poſtege/ Mager/ Oboljbager.

Compoſita.

Incruſto, as, act. pr. cruſta obduco, Glaſſerer. *Incruſtare ollam*: *incruſtare vas*: *incruſtare parietem*, eſt cruſtis marmoreis ſectis veſtire: *incruſtare pavimentum*, Legge gulff med Aſtrag / glaſſerede ſteen eller andet ſaadant.

Incruſtatio, incruſtandi actus ſeu ipſa facies, Glaſſering.

CRYPTA, f. pr. κρύπτη, ſpecus concámeratus, Huelning under jorden / Løngang i jorden/ krefft.

Cryptícus, a, um, quod eſt cryptæ. Ut, *arcus cryptici.* Et tropicè *homines cryptici*, qui fidei ſecreta taciturnitate cuſtodiunt.

CRYSTALLUS, maſc. vel cryſtallum, n. ſ. κρύσταλλος, gemma lucida ex aqua concreta, Cryſtall.

Cryſtallinus, a, um, quod eſt ex cryſtallo. Ut, *cryſtallinum vitrum, vas*, Cryſtallglaß.

CUBA & cumba, voces Sabinæ, ſignificantes lecticam militarem, à κύπτω, inclinato ſum corpore.

Cubo, as, bui, itum, n. pr. corr. & cumbo, is, n. t. (ſed hoc in compoſitis potius uſitato) propriè eſt in lecto jaceo, vel alio quocunq; loco, quaſi lecto & fovendi ratione, eadem cum cuba origine, à κύπτω, inclinato ſum corpore, ligger oc huiler eller ſoffuer. Poniturq; modò abſolute ſine caſu. Ut, *cum iſte cubaret, introductus*: modò cum adjectione; ut, *cubat in ſpecu*: *cubat in lecto*: *cubat in faciem*, i. e. pronus eſt: *Puerperio cubat*, ligger i Barſelſeng: Sed & de ægrotis dicitur. Ut, *cubat hic in valle Quirini*, i. e. ægrotat. Item *cubans diſputat*, i. e. ægrotus lecto affixus diſputat. Item *cubans mons*, i. e. leviter declivus.

Cubatus, us, m. q. actus, quo quis cubat. Ut *cubatus in fumo*. Et *cubatus Gallinarum*, Haar Høns ligge.

Cubito, as, n. pr. frequenter & aſſidue cubo.

Cubiculum, li, n. ſ. locus uno vel pluribus cubilibus inſtratus, nocturnæq; quieti deſtinatus, Sengekammer/ Soffuekammer.

Cubicularis, re, om. t. quod ad cubiculum pertinet. Ut *veſtis cubicularis*, qua in cubiculis utimur, Natteklæder. *Cubicularis lectus*, qui in cubiculo ſtratus eſt, Seng udi Soffuekammeret; Item Soffuepude/ Soffueſeng eller ſted. Ponitur & abſolutè, cubicularis, pro cubiculario.

Cubicularius, a, um, quod ad cubiculum pertinet. Ut, *Batillus cubicularius*, inſtrumentum æneum, in quod conjectis prunis candentibus excalefiunt lecti, Fyrbecken.

Cubicularius, m. ſ. cubiculi miniſter, Kammertiener. Et ſanguinis ortusvé ratione, Kamerjuncker.

Cubiculatus, a, um, cubiculis inſtructum. Ut, *navis cubiculata*.

Cubile, lis, n. t. lectus & locus in quo cubatur, Seng/ Sengeſted. *Terra cubile erat Anacharſi*. Item cubilia dicuntur loca, in quibus feræ cubant, Diurelejr. *Delitescunt cubilibus beſtiæ*. *Cubilia vitiorum*, ubi ſcilicet vitia quieſcunt & immorantur quaſi facto ſibi cubili ſeu lecto. Item apud cæmentarios cubilia ſunt ſedes lapidum laterumvé ſingulorum, ut inter ſe ſedent, coguntur conjunguntur q; arctè, Lumbaand.

Cubitor, oris, m. t. qui aſſiduè cubat. Et *cubitor bos*, qui ſæpè decumbit ex pertinaci contumacia.

Cubitus, ti, maſc. vel cubitum, ti, n. ſ. articulatio brachii, cui inter cubandum vel accumbendum quis innititur, Albue. Ut, *cubito innititur*. Et, *cubitis depulſa de via*, Støt til ſide/ aff vejen med Albuen. Item apud Medicos ſignificat partem brachii ab articulatione iſta ſeu flexu usq; ad carpum manus. Et inde tanta menſura, quanta iſta brachii eſt, vel etiam quanta eſt ad digiti medii ſupremam partem, Alne. Sed & hæc menſura, quarta pars altitudinis cenſetur in corpore humano; & minor eſt menſura iſta Geometrica, quàm quæ nobis in uſu eſt. Præter autem hanc communem menſuram eſt & cubitus Regius, qui major eſt tres digitos.

Cubitalis, n. t. cubiti ornamentum; aut pulvinar, cui inter cubandum innitimur.

Cubitalis, le, om. t. quod menſuram habet cubiti. Ut, *cavea cubitalis*.

Compoſita.

Accubo, as, bui, n. pr. juxta cubo, hoeßligger. *Theatrum monti accubans*. Item Accubo, ad menſam ſedeo,

Sider til Bords; quia initio non ſedebant Romani, ſed cubabant. Fuit autem accubandi modus talis ferè: In cænaculo menſa collocabatur rotunda, humilis; Inferiorum quidem hominum tripes & ex ſimplici ligno; lautiorum citrea, aut acerna, aut laminâ argenteâ intecta, quam pes eburneus fabrefactus, puta in modum Pardi aut Leonis, ſuſtinebat: Circum menſam tres, utplurimum lecti erant, ex quo triclinii nomen; vel duo etiam, quod Plautus biclinium vocat. Ii porrò lecti inſtruebantur aulæis, purpura, aut alia veſte ſtragulâ pro copia aut inopia convivatoris. Occupabant autem terni aut quaterni plerumq; unum lectum; ſi plures, ſordidum habebatur: Ita fiebat, ut ex una communi menſa vix ſupra duodecim veſcerentur.

Accubatio, accubandi actus. Ut, *accubatio epularis*: *accubatio amicorum*.

Accubitum, n. ſ. ſive accubitâ, æ, f. pr. Lampr. lectus, in quo cubatur interdiu, huileſeng.

Accubitalia ſtragula, quibus accubitâ inſternuntur.

Accubitus, us, m. q. idem quod accubatio.

Accumbo, is, n. t. idem quod accubo, & propriè ad menſam relatum. Ut, *accumbere menſæ*, epulis, Side de til bords. *Accumbere in ſummo*, Side først eller øffuerſte til bord.

Concumbo, is, ſimul dormio, ſimul quieſco. Et translatè, coëo, Ligger hoeß. *Cum viro concubuit mulier*: *viris concumbunt uxores*.

Concubinus, qui extra conjugium & legis pœnam fidem concubitus alicui facit, Bole.

Concubina, idem in genere fœmineo, Deje/ Medhuſtrue.

Concubinatus, us, m. q. concubini & concubinæ mutuâ ſociatio, Boelſkab.

Concubitor, oris, m. t. qui cum alio cubat. Et translatè, qui rem exercet Veneream.

Concubitus, us, m. q. concumbendi actus.

Concubium, tempus noctis primæ faci proximum, quo primus ſomnus ducebatur, Senge tid/ første ſøffn.

Concubius, a, um, quod ad concubium pertinet. Ut, *tempus concubium*: *nox concubia*.

Decubo, as, n. pr. Apul. quaſi deorſum cubo. Ut, *decubantem excitabi feram*.

Decumbo, is, n. t. idem quod cumbo. Et tropicè, ægroto. Item ad menſam ſedeo. Item morior.

Diſcumbo, is, n. t. quaſi ex adverſo cumbo, ſeu menſæ accumbo. Unde impersonaliter, diſcubitum eſt.

Diſcubitorius lectus, Plin. in quo cænaturi diſcumbebant, Bordſeng/ Sæde eller Benck/ Bordpude eller Hiunde. Et conclave diſcubitorium, Borgeſtuffue/ Bordſtuffue.

Excubo, as, n. pr. quaſi extrà cubo cuſtodiæ cauſa, ſtaar/ ligger/ gaar paa Vact. *Armati ad portas in agro excubabant*. Et translatè, *animo excubat*, vel ſimpliciter *cubat*, tager vare paa/ vaager/ er Aarvaagen.

Excubatio, onis, excubandi actus, Vact. *Excubatio militaris*, Skarvact/ huad heller det er Vat eller Dag.

Excubiæ, arum, manus ſunt excubantium, Folck paa Vact/ Skarvact/ Skiltvact.

Excubitor, oris, m. t. qui excubat, Vecter/ ſive in militia, ſive alia temporis conditione.

Excubitus, us, idem quod excubatio.

Incubo,

Incubo, as, act. pr. quasi in re aliqua cubo, Ligger paa. *Pellibus incubat stratis*: *Mari atra incubat nox.* Et translatè, assiduus sum in re aliqua, tager nøye vare paa / Ligger altid paa. *Thesauris incubat suis.* Sic *tabernam, domum incubat*, pro assiduè inhabitat, Boer eller ligger altid i den hytte / huus / oc andet saadant. Item *incubare pecuniæ*, est inhiare, Legge sig effter penge. *Incubare Jovi*, est dormire in capitolio ad accipienda à Jove responsa: qua forma & Christianis dici potest, *incubare Deo*, Ligge i sin Bøn dag oc nat / eller altid tage vare paa Kircken / gaa flitteligen i Kircke. Dicuntur & *aves incubare*, absolutè; vel cum adjectione, *incubare ova*; vel *incubare ovis*, cum ova excludendi fœtus gratia fovent, Ligge paa Æg / ligge Æg ud / ruger: Hinc *incubare rei*, est magnam curam habere, translatè.

Incubatio, onis, actus avium incubandi ova. Ut, *tam incubatio ovis noxia.*

Incubatus, a, um, cui incubuimus. Unde *incubata ova*, liggen Æg / leign Æg.

Incubator, qui incubat rei alienæ. Ut, *incubator Imperii*: Et *incubator siculæ aulæ*, Som sider paa en andens / mod hans villie.

Incubatus, us, m. q. incubandi ova actus.

Incubitio, idem.

Incubitus, us, m. q. idem. Item gestus & modus cubantis; ut, incubitus dextri lateris, cum quis cubat in dextrum latus. Sic concoctio facilius fit incubitu dextri lateris.

Incubito, as, Colum. frequenter incubo.

Incubitatus, ûs, m. q. Plaut. pro prædicatus, stupratus.

Incubus, m. s. corporis in somno oppressio & suffocatio quædam, quasi moles quædam incubans, & voci spirituiq; liberum meatum intercipiens, Mare / Mareridt.

Incumbo, is, n. t. quasi in re cumbo. Ut, *incumbit thoro.* Et translatè, assiduus sum in re aliqua, tager flittig vare paa. *Incumbere literis, studiis, virtuti*: Et *incumbere in Rempubl. ad præclara studia*: *ad bellum*: *ad perniciem*: & *incumbere matris*, holde paa Plogen / pløje: *Incumbere remis*, holde paa Aarene / Roe. *Incumbere gladium*, pro in gladium, Sticke sig selff ihiel. Item translatè, *magna vis ventorum mari vel in mare incumbit.* Et *morbi incumbunt*, pro ingruunt.

Incumba, æ, f. pr. Vitr. pars pilæ, cui arcus ædificii incumbit & innititur, Pillehoffuet eller bryst.

Occubo, as, Virg. n. pr. idem quod occumbo. Ut, *crudelibus occubat umbris.*

Occumbo, is, n. t. idem quod morior, quasi totus cumbo, Døer oc omkommer. *Fertur ante annos occubuisse suos*: *pro Patria morte occubuit.* Item *occumbit mortem & morti.*

Occubitus, us, m. q. occumbendi actus. Et specialites, *occubitus siderum*, pro occasu.

Procubo, as, n. pr. porrò & in longum cubo, Ligger langs hen ad. *Procubat umbra.* Et translatè, vigilo custodiæ gratia & excubias ago, holder vagt.

Procubitor, oris, m. t. qui custodiæ causa procubat & vigilat ante castra aut Principum cubilia.

Procumbo, is, n. t. idem quod procubo, in longum cubo, humi sternor & jaceo. Ut, *fessus via procubuit*: *gravidis procumbit culmus aristis*, gaar i Leje. Item demittor: Ut, *folia procumbunt*, i. e. in terram inclinantur, henger nedr.

Recubo, as, toto corpore cubo, ut solent ii qui quiescere volunt, Ligger langs. *Recubans sub tegmine fagi.* Item rursus cubo. Ut *somnio perterritus surrexit; Deinde, cum se collegisset, recubuit.*

Recubitus, us, m. q. recubandi actus. Accipitur & pro subsaltu illo, quem faciunt corpora in solum durum incidentia, aut projecta. Ut, *baculi recubitus*, Naar den springer aff steden / huor den staar o: slaar op eller frem j.

Recumbo, is, n. t. idem quod recubo. Ut, *in herba recumbit*: Item idem quod accumbo, Sider til bords. *Archaicis convivia recumbit lectis.* Item retrorsum cumbo vel inclino. Ut, *it cruor in humeros collapsa recumbit*: *In proclinatas partes recumbit onus*, Ligger paa.

Secubo, as, n. pr. seorsim sive solus cubo, Ligger for mig selff. *Per aliquot noctes, religionis causa, secubuit.*

Secubitus, us, m. q. secubandi actus. Ut, *secubitu puella mœsta est.*

Succubo, as, n. pr. de puella dicitur, quæ marito alieno se subjicit, quasi subtus cubo.

Succubi, dicti sunt Dæmones, qui assumpta muliebri specie, viris creduntur se subjicere.

Succumbo, is, n. t. oneri cedo fatigatus, quasi subtus cumbo, gaar vnder / gaar om / falder offuer ende. *Succumbit oneri*: *succumbere animo.* Sic, *succumbere culpæ, factis, senectuti, fortunæ, inimicis.* Et pro eodem absolutè, succumbere, est frangi & ita animo debilitari, ut ferre adversa nequeas, forsage.

Succuba, æ, f. pr. puella, quæ alieno marito se subjicit & succubat.

Supercubo, as, n. pr. Colum. super aliquo cubo, jaceo & dormio. Ut, *Grex supercubat perforatis tabulis.*

Alia Composita.

Bicubitalis, le, Plin. duorum cubitorum. Ut, *caulis bicubitalis.*

Unicubus, a, um, Hieron. Ut, *mulier unicuba*, quæ cum uno tantum viro concumbit.

CUBUS, m. s. κύβος, figura solida ex omni latere quadrata, qualis tessera est, quâ in alveolo luditur, firekant med sex sider / som en Terning. Item in numeris cubus dicitur, qvum omne latus ejusdem numeri æqualiter in se solvitur, sicut fit quando ter terna dicuntur, atq; idem ipse numerus triplicatur.

CUCUBO, as, n. pr. dictio est ficta de voce noctuæ. Ut, *noctua lucifuga cucubat in tenebris.*

CUCULUS, pen. prod. m. s. κόκκυξ, avis sic denominata à voce, quam edit, Gøg / Kuckuck. Est & nomen piscis, Kuade eller Søehane / som gal mod vær som en Hane. Item translatè, qui alienam uxorem adulterat, nempè ab avis ingenio, quæ in aliarum avium nidis ova parit, Horekarl. Et abusivè, qui impudicam habet uxorem, Hanrede. Sumitur & pro inepto homine rerumq; imperito. Item peculiari convitio olim cuculi dicti sunt agricolæ negligentes, socordes & tardi, qui vites non ante putatas haberent, quàm cuculus canere cœpisset. Item cuculus, nomen piscis, Quade. Corripit autem Martialis penultimam.

CUCULLUS, li, m. ſ. propriè involucrum, quo aromata & ſimilia involvunt aromatarii pigmentariiq́; , à κύκλῳ propter rotationem in orbem, Kremer-huuff. Inde veſtis genus cum amiculo, quo caput tegitur contra quascunq́; tempeſtates, & uſurpatum agricolis, nautis & viatoribus, à cuculli pigmentariorum forma, Spidzhat/ Vandrehætte/ Regnehætte/ Munckehætte.

Cucullatus, a, um, cucullo indutus.

Cuculio, onis, m t. exponitur genus pilei viatorum, quo capite obtecto vagari nocte ſolent. Item genus ruſticæ veſtis cum cucullo idem.

Compoſita.

Bardocucullus, Mart. m. ſ. pallii genus cucullum habens adjectum, è panno craſſiore, cujus uſus frequens eſt apud nautas & aurigas, Søekiortel / Regnekaabe/ Rudſtrocke. Item aliis dicitur tegmen illud capitis villoſum cujus uſus translatus putatur à populis Galliæ, qui bardi ſunt dicti, quale illud eſt, quod nos vocamus, Bruuſviigs hatt eller oc Skibshue/ Bodzmandz hætte. Aliis quoq́; ſic dicitur Hiſpanicum illud pallium denſiſſimè contextum, Filtkappe.

CUCUMIS, is, & cucumer, ris, m. t. herba eſt ſarmentoſa per terram diffuſa & torta, & fructu in ventrem inſigniter creſcente, à κυέω, uterum geſto, gravida ſum, Jordæble / ſaaſom Græſkar / Avgurcker oc Meloner: ſed qui fructus adjectione aliqua diſcernuntur, ut, *ſativus, agreſtis, &c.* Tropicè autem ſignificat genus quoddam procerum & anguſtum, nimirum ventriculoſum quidem, ſed collo anguſtante, Græſkar med en lang halß. Item genus piſcis ex genere concharum. Exponiturq́; *cucumis marinus*, piſcis colore & odore cucumeri ſimilis. Item ornamentum ex orichaleo in modum lancis factum, quod habenis loríſve equorum affigitur, Braſer paa Beſtetøy/Buckler/Dopper. Aliter deducitur à κικυὸς veteri voce. Item à κίκυς, vis, vires, robur, propter vaſtitatem incrementi.

Cucuma, æ, f. pr. vas æneum calefaciendis, & forma cucumeris non abſimili, infernè ſcilicet ventricoſum & ſupernè anguſtum & cervicoſum.

Cucumella, parva cucuma.

Cucumerarium, n. ſ. locus eſt cucumeribus conſitus.

Cucurbita, æ, f. pr. genus cucumeris ingenti fructu & tantum ventricoſo, nimirum non oblongo vel cervicoſo, Rund Græſkar. Item translatè, vaſculum, quo carne ſcarificatâ, ſanguis vel ſpiritus educitur cute integra & illæſa, Koppe. Aliter à curvo deducitur.

Cucurbitula, idem quod chirurgicum illud vaſculum, Koppe.

Cucurbitarium, n. ſ. locus in quo ſeruntur cucurbitæ.

Cucurbitarius, m. ſ. qui amat cucurbitas.

Cucurbitinus, a, um, ut, *pyra cucurbitina, ficus cucurbitinæ*, i. e. quæ formam habent cucurbitæ.

CUCURIO, uris, n. q. de voce quam edit Gallus Gallinaceus, per onomatopœiam, à ſono. Ut, *cucurire ſolet Gallus, gallina gracillat.*

CUDO, onis, m. t. pileum coriaceum ſive pellitum, à κώδιον, pellis ovina villoſa. Item galea ex corio, qua primi ſeculi homines uſi ſunt.

CUDO, is, cudi, cuſum, act. t. pr. prod. feriens ſtridorem & ſtrepitum facio, ex antiquo quodam, κύδω, ſtrepo, Smeder. *Cudo argentum, monetam, pecuniam, &c.* Inde transfertur ad alia. Ut, *cudere dolos, cudere verſus*, i. e. parare, Rede till. Item proverbii ſpecie apud Terent. *In me hæc cuditur faba*, h. e. in me malum hoc recidit: in me hæc vindicabitur culpa. Metaphora ducta ab area, in qua fabæ triturantur. Ibi enim quamvis faba præcipuè cudatur, tamen omnes ictus in aream recidunt: vel à more quodam, quo malè coctam fabam in capite coqui ſaxo comminuit iratus herus. Aliter deducitur à κόπτω, ejusdem ſignificationis.

Compoſita.

Accudo, is, cudendo addo. Ut, *tres minas etiam accudere poſſum ut fiant triginta.*

Excudo, is, cudi, uſum, act. t. quaſi exrra cudo, ſeu cudendo deduco, vdſmeder/vdtrecker. *Æs excudebant.* Et translatè, *excudere opus*, pro parare & conficere. Et *excudere artes*, pro ſtudioſè elaborare artes. Item excudo, cudendo elicio. Ut, *ſilice ignem excudunt*, ſlaar ild aff ſtint. Et translatè, *excudere ova*, ligge Egud: ubi tamen fortaſſe legendum excludere. *Hoc mihi excudit*, i. e. extorſit, hand nødde mig det aff.

Excuſor, oris, m. t. qui aliquid excudit ex metallo.

Incus, udis, f. t. moles illa ferrea, in qua ferrum cuditur, Ambolt. Et translatè ſtudium quo aliquid efformatur & expolitur. Ut, *& malè tornatos incudi reddere verſus.*

Incuſus, a, um, cudendo apparatus. Unde *incuſus lapis*, pro mola manuali cudendo aſperata, & in qua ſulci ſunt incuſi, qui frumentum atterant, Buggen eller Bildedt Mølleſteen.

Percudo, is, cudendo penetro, Slaar igiennom. *Pulli ova roſtro percudunt*, picker hul.

Procudo, porrò & in longum cudo, Smeder ud/ ſmeder langt. *Procudit dentem vomeris: Enſes procudit.* Et translatè, *procudere dolos: procudere linguam*, i. e. dolos aut orationem parare.

Recudo, is, denuo cudo. Ut, *vetera metalla recudunt*, Smeder om.

Subſcudes, ſubcudes & ſuccudes, cujus ſingulare ſubſcus, udis, f. t. tabellæ ſunt ligneæ & cuneatæ, quibus immiſſis tabulæ inter ſe conjunguntur: ſic dictæ, quòd locus ſubter cudendus, ſcalpris malleo percuſſis paretur, & ipſæ ictu mallei immittantur, Baand/ Korßbaand/ ſkode ſlaa/ eller oc Seilett udi Løbberen/ Simling. Item *ſubſcus ferrea*, ferrumeſt molendini, Spindell/ Spill. Ex ſubſcude autem hac ferrea intelligitur forma ligneæ. Exponuntur & *ſubſcudes ferreæ*, fibulæ, quibus per anſas trajectis trabes convinciuntur cum parietibus lateritus, Ancker/ Muur Ancker. Aliter à ſuccutio deducitur, quia locus, cui inſeruntur, excavatur ſuccidituṙq́; inde aliquid, ut immittantur.

CULCITA, f, pr. ſtragulum omne plumis, tomento, floccis, ſtramento, aliáve materia factum & inculcatum, à calco deducta voce, Dyne / Bolsterdyne/ Sengedyne. Pedibus enim ſtramentum inculcabatur antè uſum plumæ vel tomenti. Aliter legitur, culcitra: quâ forma dicitur mactra à μάττω.

Culcitula, parva culcita. Exponitur & fusticulus quidam ligneus in sacris usitatus.

CULEUS, pr. prod. sive culleus, m. s. uter vel saccus ex lino, cannabe vel corio factus, à κολεὸς, ejusdem significationis, & quodvis involuctum. Serviebat autem variis usibus pro varietate materiæ: Ut coriaceus inserviebat vino, oleóve portando, Vinseck eller Olieseck: cannabinus, frumentis aliisq; siccis, Kornseck/ Hummelseck. Item peculiariter saccus pice & bitumine illitus, in quo includebantur Parricidæ cum simia serpente & gallo. Item culeus nomen est mensuræ capientis viginti amphoras, vel quadraginta urnas.

Cullearis, re, om. t. Ut, *vas culleare*, quod culleum continet, h. e. viginti amphoras.

Culeola, sive culleola, cortex viridis putamen juglandis ambiens, à similitudine culeorum, quibus oleum aut vinum continetur. Aliter legitur Gullioca, Gulioca & Gulluca.

Culullus, m. s. pr. cor. calix fictilis, quo in sacris utebantur Pontifices & vestales virgines: sic dictus per deminutionem à culeo. Item extra usum sacrum, urceolus vel fictilis cyathus grandior, Steenkruus. Aliter à Græco κύλιξ, calix.

Composita.

Sesquiculeare, dolium capiens triginta amphoras, unum nempe culeum cum dimidio.

CULEX, icis, com. t. vermiculus omnis alatus. Et peculiariter genus quoddam dormientibus infestum cùm punctione, tùm bombilatione, sic dictus ab aculeo, quo corpus penetrat & sanguinem sugit, Myg. Translatè & cum adjectione, *cana culex*, significat senem amasium, quod sua promuscide cutem formosarum mulierum pertundat & tanquam siphone sanguinem eliciat.

CULO, vel calo antiquis pro operio, tego, eadem cum calim pro clam, origine, à καλύπτω, ejusdem significat. Aliter à κυλίω, volvo, involvo,

Composita.

Deculto, as, act. pr. forma frequentativa, pro valde occulto.

Occulo, is, lui, ultum, act. t. idem quod operio, abscondo, contego, Hyller/ skiuler/ fieler/dyller/decker til. *Virgulta multâ terrâ occule: Æther occulit Deos: sylva feras: Juppiter occulit aërem nubibus.* Et *vulnera hæc occuli non possunt*, i. e. clam haberi.

Occultus, a, um, quod occuluimns, dyltt / field. Et amisso tempore, idem quod secretus, Hemmelig/forborgen. *In occulto jacet: habeo multa occultiora.* Et adverb. *ex occulto latrocinatur*, i. e. secretò.

Occultè, adverb. modo occulto. Ut, *occultè proficiscitur: Occultè cuniculis oppugnatur res: occultissimè agit*, Hemmeligen.

Occulto, as, multum vel diligenter occulo. Ut, *multa occultare nobit*, dyller. *Occultant spineta lacertos.*

Occultatio, occultandi actus, dyll. *Rei hujus nulla occultatio.*

Occultator, oris, m. t. qui occultat. Ut, *occultator latronum*, Hyllere / dyller.

Occultatus, a, um, quòd occultavimus.

Occultatè, adverb. Cic. idem quod occultè. Ut, *occultatiùs hoc conatus est.*

CULPA, æ, f. pr. error facti circa res alienas, ex inscitia; à χαλεπὸς, noxius, gravis, molestus, difficilis, forscelse/ skyld/ brøde. Aliter à κώλυμα, impedimentum, obstaculum.

Culpo, as, act. pr. culpam intendo, sive id falsò fiat sive recte, giffuer skyld / laster. *Rectè facta non culpo: Hunc laudant boni, culpant mali.*

Culpatio, onis, actus, quo quis culpatur, Straffen/ Beskylden.

Culpito, as, Plaut. frequenter seu multum culpo.

Composita.

Inculpatus, a, um, non culpatus, seu qui culpa caret, wstraffelig. *Vita inculpata.*

CULTER, tri, m. s. instrumentum, quo aliquid præscindimus, à κολάω, amputo, decurto, trunco, Kniff. Aliter à voce culina, quasi propriè instrumentum culinarium scindendis serviens: Item culter dicitur ferramentum aratri, quo terra priusquam proscindatur, secatur, futurisq; sulcis vestigia præscribuntur, Langiern paa ploug.

Cultellus, parvus culter.

Cultellatus, a, um, formam cultelli habens. Ut, *dorsum cultellatum.*

Cultrarius, m. s. minister, qui victimam cultro immolat. Unde adject. *cultrarius Popa*, qui victimas mactabat.

Cultratus, a, um, qui scindit veluti culter. Ut, *cultratus mucro*, Skarp somen kniff.

Cultrum, n. s. apud Propert. sed antiquè, idem quod culter.

CULUS, li, m. s. pr. prod. pars animalis, qua ex onerat excrementa, à κῶλον, alvus & intestinum, per quod elabuntur excrementa, Ardz/Røff.

CUM, Præpositio est copulativa vim habens conjunctionis, instrumenti, societatis, quasi κοὶ ἔν, è Græca copulativa κοὶ & expletiva ἔν, Med / med hin anden. *Summa cum benevolentia ipsum excepi: cum Socrate profectus sum. Cum hoste pugnabit.* Hinc formulæ: *Cum viro est mulier, & vir est cum muliere*, i. e. rem habet. *Cum venia*, Med forloff. *Cum imperio*, esse dicebatur apud antiquos, cui nominatim à populo dabatur imperium: Et *cum potestate* qui à populo alicui negotio præficiebatur. haffr befalning. *Cum dicto*, i. e. statim post verba & vix dum finito sermone, Saa snart som det vaar vdtald. *Cum Diis volentibus*, Med Gudz hielp. *Cum tempore*; cum mora & spatio temporis. *Cum prima luce domum venit*, I dagnins gen. *Cum modo facit*, med maade. Interdum fit adverbium temporis, Naar/ der; & jungitur modò indicativo, modò subjunctivo. Ut, *cum audivit*, & *cùm audiverit: nonnihil me consolatur cum recordor, quanta me benevolentia complecteris*, Naar jeg tencker paa/etc. *Cum dies judicii instaret*, der Doms dag stundede til: Sed & tales loquendi formæ per Quod explicantur, occasionem & causam innuentes, At; Ut in his: *Multi sunt anni, cum ille in ære meo est*, Det er mange Aar / at hand er min gield. Item *biennium est, cum virtuti nuncium remisisti*, Det er tu Aar siden / at du haffuer opsagt all dyd oc fromhed. Sic & pro Quoniam vel siquidem ponitur, causam denotans. Ut, *cùm inveniam Latinos proprio sermone hæc parum*

arum attigisse; conatus sum pro viribus, Efftersom/ efftersi jeg befinder/ etc. Interdum etiam est adverbium congregandi, baade/ tillige / saa vell/ cum scilicet duo vel plura Orationis membra res suas connectunt & copulant. Et ponitur vel in utroq; membro, vel in altero, alterum occupante particula Tum. Ut, *id cùm omnibus confitendum est, tàm nobis præcipuè*, Baade alle oc wi maa det bekiende / saa vell den ene som den anden. Item interdum intendendi particula, Saare/gandske. *Nunc cum maximè filium interfectum cupit*, i. e. quam maximè, saare storligen. Significat & punctum temporis. Ut, *tum scribit Tullius, cùm stertit Antonius.* Porrò, in compositione, modo significat simul, unà; ut, *compono*; modò significationem intendit seu pleniorem intellectum addit; ut, *conficio*, pro facio: *res confecta est*, nempè quæ ardua fuit: *Bellum confectum est*: Item circumquaq;: Modo nihil aliud significat, quàm quod pleniorem sonum addat. Ut, cum composita pro simplicibus ponuntur. Dicitur & unica dictione, *cumprimis*, pro quàm primùm. Item in compositis degenerat modò in con, modò in com, Euphoniæ gratia: Ut, *conficio*, *compono*; modò rejicit m. Ut, *coëgi*. Aliter Cùm pro Quando scribitur Qvum, deduciturq; vel à Quis; ut Quòd, q. quo tempore: vel à dorico ὅκα ejusdem significationis.

Contra, Præpositio significans situm aut motum oppositè cor junctorum, sive conjunctè oppositorum, à con pro cum. In omni enim oppositione consideratur & aliqua conjunctio, Mod. Idq; aliquando hostili modo: Ut, *contra Cæsarem pugnabit*: aliquando locali; Ut, *contra Italiam sita*, mod Italien/eller tuert for/ i. e. ex opposito, sive è regione. Et absolutè, vel adverbialiter; *stat contrà*, staar lige eller tuert for. Item pro vicissim. Ut *ego ipsum amo, ille me contrà*, der imod/ lige saa igien: Item è contrario, raa imod/ tuert imod. *Contrà fit, quam sperabamus.*

Contrarius, a, um, quod contrà fit vel est. Ut, *ventus est tibi contrarius*, Raa imod. *Oratio contraria*; *partes contrariæ*, quæ vel sibi invicem, vel alii sunt contrà & oppositæ. Apud Dialecticos queq; accipitur pro oppositis, quorum diversa invicem est ratio, ut quæ vocantur relata, privantia, contradicentia, & quæ specialiter appellantur contraria.

Contrariè, adverb. modo contrario. Ut *ambiguè aut contrariè scriptum est.*

Composita.

Mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum, pro cum me, te, se, nobis, vobis. *Mecum ambulat*, *mecum loquitur*: *tecum loquor*. *Secum disputat*: *Omnia sua secum habet*, jungitur autem Mecum, aliquando cum simul, tillige med. *Eum adducam mecum ad te simul.* Item cum Unà. *Mecum unà simul fuit.*

CUMERA, æ, f. pr. vas ingens vimineum, in quibus tenuiores condebant frumentum, quasi cumbera, à Sabino cumba, significante lecticam, Kornkurffue / Kornbeng. Exponitur & vas fictile in eadem significatione. Aliter à cupa, quasi cupera.

Cumerum, ri, n. s. vas nuptiale, in quo erat nubentis suppellex, à similitudine cumerarum.

CUMINUM, n. s. κύμινον, nomen herbæ: Item semen ejusdem, Kommen.

CUMULUS, li, m. s. pr. corr. rerum majorum congestio, & quasi coitus à cumeo, coëo, Dynge/ stack.

Cumulus corporum interfectorum: *cumulus aquæ*, i. e. magna moles aquæ. Item cumulus dicitur, qui additur mensuræ plenæ, Topmaal / Opmaal. Et inde translatè, quævis accessio, tilgifft / tilsatt. Aliter à χῶμα, agger, aggesta terra.

Cumulo, as, act. pr. cumulis augeo. Ut, *cumulat altaria donis*, Paamaaler/optopper/paadynger/ legger fuld til. Et dicitur *cumulo tibi honores*; Et *cumulo te honoribus.*

Cumulatio, onis, actus quo quid cumulatur, Opmaalen/opfyldelse.

Cumulatè, adverb. Offuerflødigen / fuld op. *Cumulatè hæc dicta sunt.*

Cumulatim, adverb. per cumulos, I dynge tall/ hobetall. *Cumulatim ponenda frumenta.*

Composita.

Accumulo, as, cumulando addo, & magis atq; magis cumulo. Ut, *fervent ibus locis accumulat æstate radices*: *accumulat aurum ex præda*, Rager sammen/sancker i hob.

Accumulatio, onis, accumulandi actus.

Accumulatè, ius, issimè, adverb. Ut, *hoc munus tibi largimur accumulatissimè*: *pollicetur ei accumulatissimè*, i. e. abundantissimè.

CUNÆ, arum, f. plur. pr. prod. lectulus sive alveolus, quo infans ad conciliandam quietem recessim ducitur & motatur, à κινεῖν, movere, Vugge. Aliter à κυέω, enitor, pario, quòd partui adhibebantur quasi cynæ.

Cunabula, orum, n. plur. idem. Et translatè, initium & origo. Ut, *cunabula gentis Trojanæ*; *virtutis rudimenta & cunabula.* Et *à cunabulis*, & *ab incunabulis*, h. e. à prima pueritia, fraa første Barndom op. Habentur autem & cunæ & incunabula inter obscœna.

Composita.

Incunabula, orum, culcita & stragula infantium, seu vestes quibus colligatur infans, seu quæ infanti in cunis circumjicitur, Vuggeklæder / Susbeklæder. Et translatè rudimenta & prima rei alicujus exordia, første begyndelse oc oprindelse. Ut, *incunabula virtutis. Et ab incunabulis nostræ veteris puerilisq; doctrinæ, amicitia, &c.*

CUNCTUS, a, um, nomen collectivum significans omnes conjunctim, quasi conjunctus, alle tillige/ tilhobe: diciturq; tùm de quantitate continua, tùm de discreta seu numeris. Ut, *cuncta terra*: *cuncta astra*: *cunctus populus*: *cuncta Græcia*: *cuncta provincia.*

Cunctor, aris, dep. pr. moram traho, differo, quasi cunctis occupatus, ideoq; tardior sum & motor, tøffuer/ dueler / giffuer mig stunde. *Dum in ripis cunctantur, opprimuntur*: *Regina cunctatur in thalamo.*

Cunctatio, onis, actus, quo quis cunctatur. Ut, *abjecta cunctatione rem aggreditur*; *sine cunctatione dicam*, uden all forhaling.

Cunctabundus, a, um, qui ad cunctationem vel cunctandum inclinat, vel multum aut sæpè cunctans, Seenferdig/dryntere.

Cunctans, tis, qui cunctatur. Et comparat. cunctantior, cunctantissimus, Seen. Ut, *ingenio cunctans*, Seenferdig eller tungnemmedt.

Cunctanter, adverb. cum cunctatione, Seenligen.

Cunctator, oris, m. s. qui cunctari solet.

Cunctio sive cuctio & cocio, qui emptur lens data arrha sibi postulat credi, à cunctando dictus, quod in emendis vendendisq; mercibus tardè perveniat ad justi pretii finem, Pruttere.

CUNEUS, pr. cor. m. s. instrumentum quo per malleum adacto finduntur ligna & lapides, à χαίνω, hio, hisco, quia eo hiscunt ligna, Vegge/kile. Inde translatè, agmen peditum in cunei formam redactum, som for til spidz och bag til bred. Quodq; aciem hostilem, quasi cuneus quidam, perrumpit. Item cunei dicuntur theatri sedilia, sive spectatorum loca in theatro. Item stipata hominum multitudo, tyck forsamling med folck. Item cunei frustula ferrea, quibus constringebantur compedes, slaa eller færd Aliter à κόπτω, findo, vel immediatè à cudo pro tundo, quasi codeus, cudeus, cuneus.

Cuneolus, li, m. s. clavus ligneus, quo duo vel plura tigna connectuntur, Naffle/ dimling. Item cuneoli dicuntur lignamenta turbinata, quibus globo seu orbiculari aut alio tereti pertentato luditur, Keigle.

Cuneo, as, act. pr. in cunei formam redigo. Unde cuneare exercitum, slaa folcket i orden / spidz for til och bred bag til. Item cuneare, cuneis adactis firmare, Naffle sammen.

Cuneatim, adverb per cuneos. Ut, *Cuneatim stipatus est Imperator.*

Cuneatus, a, um, quod in cunei formam factum est. Ut, *cuneatus ager, collis* : *Cuneatum scutum.*

Cuniculus, m. s. antepenult. lon. meatus subterraneus suffossus ad modum scilicet cunei terram findens, gang vnder jorden. Et peculiariter suffossus meatus ad invadendas urbes & evertenda hostium munimenta. Unde & pro dolo accipitur. Ut, *cuniculis rem aggressus est.* Accipitur & pro canali. Ut, *longinquæ fornicis cuniculus.* Item significat animal quoddam lepori simile, & in effossis à se cuniculis latitans, Canin. In hac significatione pro animali aliàs dictio habetur Hispana, quia Hispanis animal erat familiare, & ita ab ipsis cognominatum. Aliter deducitur à cane, quasi caniculus, h. e. parvus canis: vel quòd canibus indagetur, aut excludatur speluncis, inquit Isid.

Cuniculatim, adverb. cuniculi modo.

Cuniculosus, a, um, cuniculis plenus. Ut, *cuniculosa*, quæ abundat cuniculis animalibus.

Composita.

Discuneatus, a, um, quasi cuneo divisus, kløffuet med vegge. Et translatè, *discuneatæ conchæ*, quibus scilicet polypi insidiantes lapillos imponunt, quò liberè earum carnem depascantur.

CUNIRE, Fest. stercus facere à κοπρεῖν, sive κοπρᾶν, inquinare, polluere, & κόπρος, cœnum.

Composita.

Conquino, is, n. q. pen. corr. idem quod conquiniscо. Exponitur & decubo.

Conquiniscо, is, n. t. Plaut. pro inclinato capite & sublato podice, sine sella familiari ventrem exonero, sidder paa hælene. Ut, *faciundum est puerile officium: conquiniscam ad cistulam: si quis conquiniscet istic, con-*

quiniscito simul: nimirum in quibus extrema tentat Scenicus. Sic Pomponius Attellanarius: In terra ut cubabat nuda: *ad eum ut conquexi, &c.* Aliter deducitur à κυνεῖν i. e. inflectere corpus, ut solent venerabundi canes.

Inquino, as, act. pr. propriè, quasi cœno lutoq; conspergo, Beklicker / besmitter. *Caput merdis inquinat.* Inde fœdo, deturpo, maculo, conspergo. Ut, *sanguis effusus inquinat aras.* Et translatè, *flagitiis se inquinat: superbia inquinat honestos mores: Inquinare splendorem honestatis,* Besmitte och beskæmme.

Inquinamentum, ti, n. s. Ut, *soli inquinamentum,* Skarn / dreck.

Inquinatus, a, um, quod inquinavimus, Besmittet tedt/ skiden giort. *Inquinatus voluptatibus & in voluptatibus: Inquinata amicitia, aqua, ludi, versus, comitia.*

Inquinatè, modo inquinato. Ut, *Inquinatè loquitur,* skidenligen.

Coinquino, as, offuer sølcker/ giør skiden.

Ocquiniscо, is, Pompon. contra aliquem conquiniscо, & sublato podice inclino. Ut, *nullum cibum prædicabit per dolum, nisi ipsus orans ultroq; ocquiniscеret.*

CUNNUS, m. s. labra pudendi muliebris, quà hiant, à χαίνω, hio, hisco. Inde *cunnus albus*, pro matrona veste albâ stolata.

CUPA, æ, f. pr. prod. vas est vinarium latè patens in quo musta coquuntur & defæcantur, ut inde in dolia reponantur, à capio propter capacitatem, Vinkar / øllkar/ ubi scilicet cerevisia præparatur. Exponitur & vas potorium. Item genus navigii, quo naves reficiendæ sustinebantur Ut, *namque ratem bacuæ sustentant undiq; cupæ,* Boge. Accipitur etiam generaliter pro vase quocunq; excavato & concavo, ut pro alveo in quo farrina subigitur, Deigtrug: & in quo salsamenta conduntur, Olden. Item in quo reponitur lac, Melckebytte: Item pro vasculo in quo cera literarum sigillata conditur, Seglbuddicke. Scribitur & cuppa; Item legitur & in Isidoro in gen. masc. cupi. Aliter deducitur a κύφος significante vas concavum.

CUPEDIA, orum, pr. lon. n. plur. cibi sunt lautiores, quibus cauponæ hospites illiciunt, dicti cupedia, quasi caupedia, Lecker och fræsen Mad / Leckre Bidsicken. Aliter à cupedine quodam Romano, cujus ædes ob latrocinia dirutæ locum foro ciborum lautiorum præbuerunt.

Cupedia, æ, f. pr. cupediorum enormis appetitus, Leckerhed.

Cupediarius, qui esculenta & poculenta delicatiora cocta vendit.

Cupediarium, rii, forum, in quo cupedia vendebantur.

Cupedo, inis, f. t. idem quod cupedia, vel etiam generaliter cupiditas cujuscunq; rei enormis.

Cupedulæ ciborum, idem quod cupedia, orum.

Cupes, is, adject. t. antiquis, qui cupediis deditus est, Lecker mund/ Leeker tand. Legitur & cuppes.

CUPIO, is, ivi, itum, n. t. pr. corr. intentiore voluntatis affectu in rem feror & inclino, eamq; affectu

propter

propter utilitatem prosequor, à κύπτω, pronus sum vel inclino caput, motu scilicet corporis translato ad animum; vel à capio, quasi cupimus quod capere volumus, Begær/ haffuer lyst till: habetq; accusativum rei. Ut, *cupio hoc vel illud;* & Dativum personæ; Ut, *cupio tibi*, i. e. benè tibi volo, vil dig vel. Legitur & cupire in quarta conjugat. apud Lucret.

Cupido, inis, f. t. impensa cupiditas, stor begærlighed. Et in vitio potissimum ponitur, ut de affectu libidinis, aviditiæ, iracundiæ, &c.

Cupidus, a, um, dior, dissimus, qui cupit, Begærlig. *Ejus videndi cupidus; cupidissimus tui: cupidissimus pacis Vino cupida estis.* Antiquè.

Cupidè, adverb cum cupiditate, Begærligen.

Cupiditas, atis, f. t. cupidi affectus, Begærlighed. *Cupiditas cibi.*

Cupiens, tis, Nomen, idem quod cupidus. Ut, *hujus cupiens corporis est.* Et, *Marius, cupientissima plebe, consul factus est.*

Cupienter, Plaut. cum cupiditate vel cupiendi modo. Ut, *cupienter aliquid petit.*

Cupitor, oris, m. t. qui cupere solet. Ut, *Nero incredibilium cupitor.*

Cupitus, a, um, quod cupivimus, Begærdt oc Attraædt. *Cupitus vir & expectatus.* Et *potitur cupita uxore.*

Composita.

Concupio, is, Cic. idem quod cupio.

Concupisco, idem. Ut, *nihil desiderabile concupiscit.* Et pass. *id concupiscitur.*

Concupiscentia, appetitus rerum, sive bonarum, sive malarum, Begærlighed.

Discupio, valdè vel omnibus modis cupio. Ut, *discupio te videre.*

Percupio, is, valde cupio. Ut, *percupio obsequi gnato meo.*

Recupio, is. Plaut. valde cupio. Ut, *recupit facere sumptum.*

Alia Composita,

Lucricupido, inis, f. t. Apul. pro cupidine lucri.

Turpilucricupidus, Plaut. qui cupidus est turpis lucri.

CUPRESSUS, f. f. & us, q. nomen est arboris odoriferæ, κυπάρισσος, Cypreß.

Cupressetum, locus cupressis consitus.

Cupresseus, a, um, quod est ex cupresso. Ut, *signa juvenis cupressea.*

Cupressinus, a, um, idem. Ut, *oleum cupressinum.*

CURA, æ, f. pr. prod. gravis & anxia sollicitudo, cogitatioq; de rei incolumitate, à voce cor sic dicta, omsorg/ omhu. Inde tropicè, res ipsa quæ est curæ. Ut, *teq; piget curæ præmia ferre tuæ.* Ponitur & pro simplici sollicitudine, omhyggelighed. *Tua salus mihi curæ est.* Item pro anxia quadam & doloris plena. Ut, *Reginæ jam dudum graві saucia cura.* Aliter ab ὤρα, ejusdem significationis. Item à χόρος, satietas, quasi animi quædam satietas: Unde & antiquis scribebatur cœra. Item à curia, quasi propriè sollicitudo, quæ curiæ & Reipublicæ impenditur.

Cœrarius, antiquis pro curator, quasi curarius à cura, cœra.

Curax, acis, Jurisconsl. dicitur diligens, & curæ & vigilantiæ plenus.

Curia, æ, f. pr. templum seu ædes, in qua sacrorum cura habebatur per sacerdotes, Kircke/ Capitelshuuß. Item profanorum per senatum, Raadhuß. Dicitur etiam pars civium ad unam curiam sociata, & propter multitudinem à reliqua distincta, sacrorum præsertim ratione, quales initiò triginta instituit Romulus, Sogn/ Kirckesogn. Aliter deducitur à Quirino, i. e. Romulo, qui populum distribuit in curias primus.

Curialis, is, com. t. qui est ejusdem curiæ cum alio, Sognemand. Item curiales, qui curiis præerant, Præster oc Medtiener til en Kircke. Et adject. *curiales mensæ*, in quibus immolabatur junoni curiti.

Curiatus, a, um, quod ad curiam spectat. Ut, *curiata lex*, quæ à curiis tributim coactis lata est, Forordning paa Sognestæffne/ Landmode/ saa som Synodalia. *Curiata comitia* quæ in curiis causa litium fieri solebant, & quæ curiatim per lictorem convocabantur, quorum Pontifices erant arbitri, Landsmode.

Curio, onis, m. t. curiæ præfectus, quò ad peragenda sacra scilicet, Sognepræst. Item profana, Formand udi Sognet/ Oldermand. Et, ab adjuncto officio, Præco, Vdraaber. *Agnus curio*, apud Plaut. pro macilento, quasi cura maceratus & confectus, sumpta translatione ab hominibus, qui curis ac sollicitudinibus extabescunt.

Curionia sacra, quæ à curionibus in curiis fiebant.

Curionatus, us, m. q. curionis dignitas & officium, Præstedom eller Formandskab.

Curionium, æs quod dabatur curioni ob sacerdotium curionatus, Præstelön/ Præstegild.

Curiosus, a, um, curis abundans, sive ex re; Megit omhyggelig. Et in virtute ponitur: sive extra rem, & est vitium; Nøsevitz: Unde & alii à curia deducunt, quasi cum privatus nimium quærit, quid secretò in curiis & senatu agatur.

Curiosè, modo curioso. Ut, *curiosè quærit: curiosè loquitur.*

Curiositas, atis, f. t. curiosi affectus & vitium, Omhyggelighed/ stor omsorg/ fremmet sorg/ nimirum modò in bonam, modò in malam partem.

Curo, as, act. pr. curam adhibeo, haffuer omsorg for/ er omhyggelig/ tager nøje vare/ skøtter. *Nihil aliud cura, nisi ut valeas.* Mutatur autem agendi species ex objecto; ut, *curare pecuniam*, est pecuniam ad dissolvendum conficere, skaffe penge til veje. *Curare se cutem vel corpus*, toe/bade/ se sig eller sit legome til gode/ vederquæge sig. Item adhibitis medicamentis à corpore morbum vel vitium pellere, Kurge.

Curatur, Impersonale. Item antiquè cœro dicebatur pro curo.

Curatio, onis, actus quo aliquid curatur. Ut, *curatio rerum: curatio frumenti.*

Curator, oris, m. t. qui ex officio aliquid curat, seu opus urget, moras cessatorum castigat, Skaffer/ Tilsynsmand. *Curator urbis: curator murorum.* Item curator, qui pupillis loco tutoris datur, quasi qui pupillarium bonorum curam gerit, Verge for Børne godtz.

Curato-

Curatorius, a, um, quod ad curatorem pertinet. Ut, *curatoria actio.*

Curatura, f. pr. officium curatoris, Tilſiuns Embede.

Curantia, f. pr. Cic. idem quod curatio. Ut, *admones me de non curantia*, i. e. de incuria, quòd nulli mihi ſit rei cura.

Curatus, a, um, quod curavimus, vel cui curam adhibuimus. Ut, *curata cute nitidus*, Med en toedt / glat oc ſmyckct hud. *Benè curata & veſtita puella*, Vell tillaffuedt / ſom ſlettet / byrſtedt / toedt / ſmyckedt.

Curatè, adverb. modo curato, adhibitâ curâ, Vare ligen / med varetect och wmage. *Ejus negotii initium, ordinem, finem, curatiùs edisſeram.*

Cuſtos, odis, com. t. qui rem aliquam curat & tuetur, Vocter. *Cuſtos domus, horti*: *cuſtos ſacrorum*, Segn. *Cuſtos pueri*, græca voce Pædagogus. Cuſtodes, qui pecuniam in uſum Reipubl. coactam obſervant, græca voce Antigraphiarii. Item *cuſtos furum atq; avium*, ſed non quòd aves vel fures cuſtodiat, ſed hortos à furibus & avibus. Item cuſtodes dicuntur canes à cuſtodia. Cuſtodes etiam in vitibus dicuntur novelli palmites duarum vel trium non amplius gemmarum, qui alio nomine reſeces aut præſidiarii palmites vocantur.

Cuſtodia, f. pr. cuſtodis actus & officium, Vare tegt / Vact. *Matris cuſtodia*, quâ liberos cuſtodit. Ponitur & pro carcere, Fengſel / Fangetorn / giemmetorn. Item pro captivis in cuſtodia. Ut, *ſolus audiebat pleraſq; cuſtodias.*

Cuſtodela, apud veteres pro cuſtodia.

Cuſtodio, is, ivi, itum, act. q. quaſi cuſtos ſervo & obſervo, Giemmer / forvarer / tager vare. *Cuſtodio rem juſtam*, Giemmer. *Cuſtodio meipſum*; Forvarer / tager mig vare. *Cuſtodio alios*, Tager mig vare for dem. *Cuſtodire memoria*, haffue i tancke / giemme / icke glemme. *Cuſtodire diſcrimina vel ordinem*, giøre forſkeel / holde ſkick.

Cuſtoditè, Plin. adverb. cuſtodiendo, ſeu cum cuſtodia, Varligen. *Cuſtoditè ludebat.*

Cuſtoditum, n. ſ. quod cum cuſtodia eſt. ἄδηλον.

Compoſita.

Accuro, as, act. pr. ſtudiosè, diligenter & probè curo, flitteligen beſtiller oc vdretter. *Penſum meum lepidè accurabo*: *accurare victum*, flitteligen ſøge och haffue omſorg for.

Accuratio, onis, accurandi actus & cura.

Accuratus, a, um, cui accurationem & ſingularem curam adhibuimus, probè curatus, curâ magna factus, giort med ſtor flid. Et abſolutè, in quo nihil deeſt, fuldkommen. *Accuratus veſtitus*: *accurata oratio*: *accuratiſſimum dicendi genus*: *Literarum tuarum accuratiſſima diligentia*, Vøyactig.

Accuratè, tiùs, tiſſimè, modo accurato, fuldkommeligen / nøyactigen *Accuratè perſcribit, diſputat, agit. Accuratè cogitatèq; ſcribit.*

Concuro, as, Plaut. idem quod ſimplex curo.

Excuratus, a, um, Plaut. quaſi magna curâ paratus. Ut, *victus excuratus.* Et *homo excuratus*, curâ ſingulari ornatus, vel vdſtafferedt.

Excurio, as, Varr. quaſi extrà curiam ejicio. Ut, *Apollonium excuriabit*, Sætter aff Raadet eller Raadſtuffue: Forviiſer Sognet.

Incuria, f. pr. nulla rei cura, wacteſomhed / wſkøttesomhed. *Rei neceſſariæ incuria eſt vituperanda.*

Incurioſus, a, um, qui nullam rei curam gerit, wſkøtteſom. Et translatè *agnus incurioſus*, pro pinguis, fædt Lam: quâ formâ & *homo incurioſus* dici poteſt per jocum, qui corpulentus eſt, quia pingueſcit homo, qui nulla cura maceratur. Vide ſuprà agnus curio incurio.

Incuſtoditus, a, um, non cuſtoditus. Ut, *incuſtoditum vobile; Incuſtodita domus, limina.*

Obſcurus, a, um, ab obs & cura, quaſi quod non videtur: voce tracta à judicialibus, qui cauſas, de quibus pronunciabant, non liquet, vocabant obſcuras, eò quòd ob curam diffindebatur dies, aut ampliabatur judicium, tuilſomt / wkient. Inde *obſcura nox*, *obſcura mœnia.* Et translatè, *obſcura oratio*, cujus verba aut ſententiæ difficulter aut non omninò intelliguntur. Item *vir obſcurus*, Ringe oc wbekient / pro ignobili & qui latet, nec factis ullis vel geſtis clarus eſt. Aliter à σκιερὸν, tenebraculum, lupanar.

Obſcurè, modo obſcuro, Imørcke / mørckt. *Obſcurè habitat loquitur.* Et translatè, *obſcurè ſuſpicor*, hemmeligen / wformerckt. *Obſcurè aliquid fert*, pro diſſimulanter, ne quis animadvertat motus animi, Hand bær det ſaa hemmeligen / lader ſig inted mercke.

Obſcuritas, tis, f. t. obſcuri ratio & affectus, Ut, *obſcuritas oculorum*, øynens domhed. Sic *obſcuritas rei alicujus.* Et *obſcuritas viri*, pro ignobilitate.

Obſcuro, as, act. pr. obſcurum facio & reddo, formørcker. *Tenebræ obſcurant regionem*; *Lumen lucernæ obſcuratur & offunditur luce ſolis.* Et translatè *amor obſcurat pectus*, i. e. mentis aciem perſtringit, formørcker / giør dum: *fortuna multos obſcurat*, pro extenuat & deprimit, forjager oc nedtrycker.

Obſcuratio, onis, obſcurandi actus, formørckelſe. *Obſcuratio ſolis*, quâ obſcuratur.

Inobſcuro, as, obſcurum reddo, formørcker. *Hanc rem nulla inobſcurabit oblivio.*

Perobſcurus, a, um, valde obſcurus. Ut, *quæſtio perobſcura.*

Subobſcurus, nonnihil obſcurus. Et translatè, intellectu ſubdifficilis. Ut, *dicendo ſubobſcuri ſunt.*

Percurioſus, a, um, valde curioſus.

Percuro, as, Plin. perfectè curo & ſano, heler ſlætt. *Strumas axungiâ percurat.*

Percuratus, a, um, Curt. quod percuravimus. Ut *vulnus percuratum.*

Procuro, as, pro aliis aliquid curo, vel porrò & in futurum curo, forſiuner / forſtaar / forhandler / haffuer omſorg for andre deris. *Procurare rationes negotii alterius*: *procurare regnum.* Et in re aruſpica, *interpretari & procurare monſtra*, eſt expiare. Item ſtudiosè curo. Ut, *nimis curiosè procurat equum ſuum.* Sic *procurare arbores*, eſt ſtudiosè curare, medicare, adjuvare, ſuſtentare.

Procuratio, onis, procurandi actus. Ut, *procuratio Deorum in rebus humanis*, quâ illi humana procurant, omſorg for noget. Et *procuratio negotii*, quâ procuramus negotia, forſiunelſe / omſorg for noget. Item *procuratio terræ motus*, i. e. expiatio.

Procurator, oris, m. t. qui aliena negotia procurat, Handlingsmand paa en andens ſide eller i ſteden for anden / Procurator / Factor. *Procurator peni*, idem quod Promus, Køgemeſter / Køckens

Køcken Skriffuere. *Procurator cauſarum*, qui negotium vindicandum ſuſcipit.

Procuratorius, a, um, quod ad procuratorem pertinet. Ut, *literæ procuratoriæ.* Et *munus procuratorium*, Factorj.

Procuratrix, quæ procurat & gubernat. Ut, *ſapientia totius hominis cuſtos & procuratrix.*

Recuro, as, idem quod curo & medeor, Læger. *Recurabi me ocymo & urtica.* Item diligenter curo & interpolo, ſeu factum reficio, giør om igien / ſtafferer om. *Chartas recurat.*

Recuratus, a, um, quod recuravimus. Ut, *charta recurata.*

Securus, a, um, qui non timet aut metuit, etiam ubi imminet periculum, quaſi ſine cura, Sicker / ſom icke giør ſig rancker eller frycter for nogen ting. *Securus dormit: homo ſecuri animi.* Et cum caſu, *Securus pœnæ, amorum, curæ, vulneris*: ſcilicet, qui hujusmodi contemnit, vel negligens eſt.

Securitas, atis, f. t. ſecuri habitus & animus, Sickerhedt. *Animi ſecuritas*, Maar en er tilfredz med ſig ſelff.

Subcurator, oris, m. t. Jurisconſ. qui vicem curatoris ſupplet.

Subcuſtos, odis, com. t. qui vicem cuſtodis ſupplet.

CURRO, is, cucurri, curſum, n. t. citato gradu viam carpo, & quaſi ruens, à corruo, Løber. *Curio cucurrit Puteolos, ut ibi concionaretur.* Et cum caſu; *currit curſum; currit ſtadium*, Løber it lob / løber til maals / veddelob. Et *currit in obſidium.* Item translatè, *flumen, oratio currit*, i. e. fluit, flyder.

Curritur, Impersonale. Ut *ad me curritur.*

Curriculum, li, n. ſ. ſpatium quo curritur pro pernicitatis gloriâ, Løbebane / Rendebane. Unde translatè, *curriculum vitæ*, Liff och Lèffnetz lob. *Curriculum noctis*, pro tempore vel ſpatio noctis. Ponitur & pro ipſo curſu, Lob. *Sine curriculo & certatione ſiunt ludi.* Item pro breviſſimo quodam vehiculi genere, quo in ludis circenſibus uſi ſunt, Liden let Vogn.

Curriculò, adverb. idem quod ſtatim ſeu celeriter, ſtrax / haſteligen. *Curriculò ſequar*: *curriculò percute illum.*

Currus, us, m. q. vehiculi genus, quo ad curſum uſi ſunt veteres, Vogn / Ferritz vogn. *Currus quadrijugus* ſeu *quadrigus*, Vogn med fire Heſte for. Item translatè, navis. Item tropicè, *triumphalis currus.* Item ipſe triumphus. Aliter deducitur per Onomatopœjam à ſono & ſtridore, qualem R geminatum maximè conſonat.

Curſim, adverb. cum curſu, ſeu currendo, Med fuld lob / haſtelig / i it lob. *Curſim irrupit in Aſiam*: *curſim lego*: *curſim trahitur.*

Curſo, as, multum curro. Ut, *homines curſant ultrò citroq; per littora curſat cornix.*

Curſito, as, aliud frequentativum, aliquid adhuc motus addens ſuperiori, Render.

Curſor, oris, m. qui currit, Løbere. Ponitur & pro tabellario, propter eundi celeritatem, Bud / Breffdrager.

Curſorius, a, um, quod curſum ſpectat. Ut, *navis curſoria*, Jactſkib.

Curſus, us, m. q. actus ipſe quo currimus, idq; ſive pedibus, ſive navigio, ſive Equo, Lob / Renden / Veddelob.

Curſura, Varr. f. pr. idem quod curſus. Ut, *Equus ad curſuram idoneus.*

Compoſita.

Accurro, is, n. t. ad aliud curro, Løber til. *Jube accurat. Accurrit Romam, accurrit in Tuſculanum, accurrimus ad te.* Et translatè, *iſtæ imagines nobis accurrunt.*

Antecurſor, oris, m. t. Cæſ. qui præcurrit & quaſi antecurrit, Forløbere. *Cum antecurſoribus cæſaris prælium commiſit.*

Circumcurro, is, circum, vel circumquaq; curro. Unde Quintil. *ars circumcurrens*, quæ in omni materia decet.

Circumcurſo, as, Terent. multum vel anxiè circumcurro. Ut, *omnia circumcurſari. Hàc illàc circumcurſa.*

Concurro, is, ſimul curro, Løber tillige / løber ſammen. *Concurrunt multi ad forum*, Stimler. *Concurrunt mihi obviam cupediarii: concurrunt milites*, cum ſcilicet irruunt in hoſtem, Løber an.

Concurritur, Impersonal. Ut, *concurritur undiq; ad commune incendium reſtinguendum.* Item concurritur, pro prælium committitur.

Concurſio, onis, concurrendi actus.

Concurſus, us, idem. Item conflictus concurrentium hoſtium.

Concurſo, as, frequenter concurro.

Concurſatio, onis, concurſandi actus & ratio.

Concurſator, oris, m. t. qui concurſare ſolet. Ut, *pedes ſeu miles concurſator.*

Decurro, is, decurri & decucurri, deorſum curro, Løber nedr adt. *Summa decurrit ab arce.* Item feſtinanter curro, Løber faſt / ut ſolet is qui deorſum currit. Ut, *decurrunt hoſtes.* Item ad certam metam curro, ut cum milites dicuntur decurrere exercitii gratia, Løbe til maals / eller løber med hin anden. *Decurrere cum aliquo*, Rende dyſt / løbe veddelob med en. Item translatè, confugio, henflyer: Ad tacita ſuffragia quaſi ad remedium decurrerunt. Dicitur & Impersonalit. Decurritur.

Decurſio, onis, decurrendi actus. Et peculiariter, qui fit à militibus ſe exercentibus, Tornering / Renden / Løben / Drillen.

Decurſorium, n. ſ. locus, ubi imaginario prælio Equis decurritur, Rendebane / Tornereplads / catadromus Sveton. græca voce, κατάδρομος.

Decurſus, a, um, quod decurrimus. Ut, *decurſum ſpatium, decurſa ætas*, Forloben.

Decurſus, ûs, m. q. idem quod decurſio. Inde decurſus temporis; decurſus honorum.

Diſcurro, is, in diverſas partes curro, Løber hid oc did / allevegne om. *Signo dato, juventus ad rapiendas virgines diſcurrit.*

Diſcurſio, onis, diſcurrendi actus.

Diſcurſus, us, m. q. idem. Ut, *diſcurſu ſe fatigabant.* Et *diſcurſus ſtellarum*, Stiernernis lob oc gang.

Excurro, is, excurri, & antiq. excucurri, quaſi extra curro, Løber vd; vel currendo progredior, Løber frem adt / fort frem. *Talentum dabo ei, q. primus excurrerit: armati excurrunt. Excurrit littus & peninſula in mare*, Løber ud i Stranden. *Excurrunt milites*, giffuer vdlob / ſtreber: cum ſcilicet non juſto prælio, ſed latrocinantium more agrum hoſtium populantur. Et translatè; *Excurrit animus; excurrit oratio.* Jurisconſ. etiam dicitur *excurrere in numerando*, cum minor ſumma alterius denominationis, ſummam majorem præcipuamq; ſequitur, Løber offr. Ut, *viginti un-*

ti unciales & tres drachmæ, hic tres drachmæ excurrunt.

Excurſio, onis, excurrendi actus. Us, *excurſio hoſtium in provinciam.*

Excurſus, us, m. q. idem quod excurſio.

Excurſor, oris, m. t. qui excurrit; & peculiariter de milite latrocinante, Fribytter/Vdligger.

Incurro, is, quaſi in rem aliquam curro, Løber/ render/ falder ind paa noget. *Equites in hoſtes incurrunt: vaſtat loca, quæ incurrit.* Et translatè, *incurrere crimen,* faa ſkyld for noget. *Incurrere indignationem,* komme eller falde i andens vrede.

Incurſio, onis, actus quo quis in hoſtem, hoſtili modo incurrit, Indlob.

Incurſim, Non. pro celeriter, q. d. Jt lob/haſtigen. *Incurſim res ſuas perdidit.*

Incurſus, us, m. q. idem quod incurſio.

Incurſo, as, n. pr. ſæpiùs incurro, ſeu currendo invado, peto & offendo, Løber til oc ſtøder. *Boves cornibus incurſant.* Et hinc, translatâ ſignificatione, apud Plaut. *Ubi vivos homines incurſant boves mortui,* i. e. lora & ex coriis bubulis petunt, invadunt, verberant, flagellant homines, De komme paa dieris Ryg at bancke. Item *incurſabit in te dolor meus,* Slaa ind paa dig.

Intercurro, is, quaſi inter aliquos curro, Løber iblant/ imellom. *Exercitationibus dolor intercurrit.* Et *addito curſus negotio pugnatur acerrimè, qui intercurrent miſimus tres Principes civitatis, hos contempſit,* i. e. properanter intercederent, Løbe imellom at handle Sagen.

Intercurſus, us, m. q. intercurrendi actus & feſtina interceſſio, Mellom gang/Meglen. *Conſulum intercurſu rixa ſedata eſt. Intercurſu matronarum inter acies prælium ſedatum eſt.*

Intercurſo, as, Plin. crebrò intercurro. Ut, *inſectum albis intercurſantibus reſperſum guttis.*

Occurro, is, concedo alicui obviam, quaſi contrà curro, kommer imod/ kommer anden for. *Occurrit matrona potens: vehementi occurrite morbo.* Et translatè, *occurrere exſpectationi alicujus,* pro ultrà ſe offerre & prævenire. Item in mentem venire, komme i ſinde. *Cum vellem ſcribere, tu occurrebas.* Et cum adjectione *occurrit menti vel animo.* Sic, *occurrere oculis,* komme for øynene/ komme i ſinne. Et *occurrit mihi oratio,* pro offert ſe, giffuer ſig mig for / kommer mig for.

Occurſoria potio, Apul. vel pro ea, quæ à ſummo ad ultimum circumfertur, Omgangs ſkaale: vel quæ adventanti primum datur pro bono omine, Velkoms ſkaale.

Occurſus, us, m. q. occurrendi actus.

Occurſo, as, idem quod accurro, vel ſæpiùs occurro ut, *occurſat capro: multa mihi occurſant. Et occurſare Numinibus,* eſt ſacrificiis placare, eaq; prævenire ne noceant, Affbede Gud den offuerhengende ſtraff.

Occurſatio, onis, occurſandi actus: Et ſpecialiter ſtudium illud occurrendi & ſalutandi prænſandiq; eos, à quibus honorum ſuffragia expectamus, ærts beviſning / med hilſen oc beſøgen hoß den / Som mand venter ſig noget aff.

Percurro, is, currendo pervenio, ſeu ſine intermiſſione curro. Ut, *ad forum percurro.* Item currendo pertranſeo, forløber / offrløber / offrfarer. *Multa legendo percurri.* Sic *percurrere animo, cogitatione.*

Percurſio, onis, percurrendi actus.

Percurſus, a, um, quod percurrimus. *Quæſtiones animo percurſæ: Hæc à te de arte breviter ſunt percurſa.*

Percurſo, as, ſæpè percurro. Ut, *hos percurſant agros,* Offrløber / ſtreber / offrfarer.

Percurſatio, onis, percurſandi actus. *Italiæ percurſatio.*

Præcurro, is, præ vel ante alium curro, vel celeriter curro, Løber for/ løber flux for. *Abi, & præcurre, ut ſint domi parata omnia.* Et translatè, *præcurro ipſum ætate,* i. e. anteeo, ſupero. *Lingua præcurrit mentem,* tall offuerſig / tall uden munde/ munden løber offr.

Præcurſio, onis, præcurrendi actus. *Præcurſio viſorum.*

Præcurſor, oris, m. t. qui præcurrit, Forløbere.

Præcurſus, us, m. q. idem quod præcurſio.

Procurro, is, porrò, velociter curro, Løber frem ad/ løber flux frem. *Procurrit cohors: procurrit Eques.* Inde *procurrentia ſaxa,* quæ prominent & velut obviam veniunt, vdoffuer henger/ frem for.

Procurſio, onis, procurrendi actus. Item idem quod excurſio, vel digreſſio à cauſa, vdlob/vdgang.

Procurſus, us, m. q. idem quod procurſio. Ut, *procurſus militum,* frem lob. *Procurſus axis.*

Procurſo, as, frequenter procurro. Ut, *ab ſtationibus procurſant.*

Procurſatio, onis, procurſandi actus.

Recurro, is, retrorſum curro, Løber tilbage. *Imperavi ei, ut ſtatim recurreret: recurrit hyems. Luna ad initia recurrit: recurrunt anni.*

Recurſus, us, m. q. recurrendi actus. Ut, *ſubeunti ſæpè ad mœnia, urbis recurſus patebat.*

Recurſo, as, frequenter & ſæpè recurro. Ut, *quid ego huc recurſem? recurſat gentis honos: recurſat cura.*

Succurro, is, auxilium præſto, quaſi ſub lapſantem curro, & ſuſtineo, kommer ſnart til hielp. *Miſeris ſuccurrunt, ſaluti, fortunis communibus, rebus lapſis.* Et impersonaliter, *ſuccurſum eſt velis, adverſæ fortunæ: Ægro ſuccurſum eſt potu.* Item in mentem venio, kommer mig for. *Verba mihi ſuccurrunt:* Et *ſuccurrebat ei in armis mori.*

Tranſcurro, idem quod curro, aut tranſverſis viis curro, Løber eller løber tuert offuer hen. *Tranſcurro ad forum:* Item curſum conficio, fuldender ſit lob. *Tranſcurrebat curſum.* Item excurro, evagor. Ut, *temere in rem diſſimilem tranſcurrebat.* Item leviter attingo, vel breviter & curſim exſequor. Ut, *tranſcurrebat quorundam ſubtiles diviſiones,* Offrløber.

Tranſcurſus, us, m. q. tranſcurrendi actus. Unde, *tranſcurſu attingam,* i. e. obiter & inter percurrendum.

CURRUCA, æ, f. pr. avicula cuculi ova excludens, pullosq; pro ſuis educans: ſic dicta à cura fatua, quam ſcilicet alienis impendit, Gøge Moder. Et translatè vir, qui natos ex uxore mœcha liberos, pro ſuis legitimisq; educat, Banerede. Aliter ſic dicta habetur per onomatopœiam.

CURTUS, a, um, propriè quod imperfectum eſt & mutilum, & brevius, præter ſui naturam vel communem modum, à κείρω, abſcindo, detrunco: unde & κορμὸς, truncus, ſtacket/kort/ ſtumpet. Inde *curtus calix,* i. e. fractus: *curtus mulus,* i. e. brevior. Sic *curta ſententia: curta ſuppellex,* i. e. exigua.

Curto,

Curto, as, act. pr. Hor. curtum facio. Ut, *Quantulum enim summæ curtabit quisq; dierum.*

Composita.

Decurto, as, act. pr. idem quod curto.

Decurtatus, a, um. curtus factus, brevior & mutilus. Ut *radix decurtata.* Et translatè, *animus mutilæ quædam sentit & quasi decurtata.*

CURVUS, a, um, inflexus & tortus, à κυρτὸς, ejusdem significationis, Fraagdt / krum. *Curva falx: curvum littus:* Et tropice *curva senectus,* quæ hominem curvum facit.

Curvo, as, act. pr. curvum facio, seu inflecto, Bøjer / krumer / giør fraagedt. *Taxi curvantur in arcus.* Et translatè, *curvant cœlestia animalia ad veneranda terrena. Curvare cornu,* i.e. arcus, Spende Bue.

Curvatio, onis, curvandi actus, vel curvati affectio. Ut, *curvatio materiæ, vitis.*

Curvatura, æ, f. pr. idem. Ut, *curvatum rotæ,* Hiulerand eller Ring.

Curvamen, inis, n. t. idem. Ut, *curvamen cœli.*

Curvatus, a, um, quod curvi modum induit, vel curvum factum est. Ut, *curvata cacumina.*

Composita.

Incurvus, a, um, valde curvus. Ut, *homo incurvus: incurva carina: incurvum baculum.*

Incurvo, as, act. pr. incurvum facio. Ut, *validis flexos incurvant viribus arcus.*

Incurvatus, a, um, quod incurvavimus. Ut, *incurvatum bacillum: membra incurvata.*

Incurvesco, is, n. t. incurvus fio. Ut, *rami fructibus incurvescunt suis.*

Procurvus, a, um, valde curvus. Ut, *procurva falx; procurva littora.*

Recurvus, a, um, retrorsum, vel multum curvus. Ut, *tuba recurva: cornu recurvum.*

Recurvo, as, act. pr. recurvum facio. Ut, *recurvant gladios in vulnera.*

Recurvatus, a, um, idem quod recurvus, vel recurvus factus. Ut, *hamulus obtusus & recurvatus: undis recurvatis ludit Mæander.*

CUSPIS, idis, f. t. acumen & mucro gladii, hastæ & similium, ab ἀκωκὶς, serpens spiculo insignis, translatâ scilicet origine ab animalis ictu & linguæ acumine, Aad. Item ipsum ferramentum hastæ, Spydsjern. Item ipsa hasta, Spyd. Et translatè, veru, sed cum adjectione, longa cuspis, Bradspedr. Vocantur & tubuli quædam fictiles cuspides, apud Varron.

Cuspidatus, a, um, cuspide inductus; Beslagen med jern. *Stimulus rullâ cuspidatus.*

Cuspidatim, adverb. ad similitudinem cuspidis, h. e. acutè, med spydz / spydzigen. *Calamus cuspidatim decisus.*

Cuspido, as, act. pr. Plin. pro cuspidem alicui rei induco Giør Aad / eller setter jern til spydz paa noget stage. *Cuspidare pila, telum, hastam.*

Composita.

Tricuspis, dis, om. t. quod habet tres cuspides. Ut *telum Neptuni tricuspe.*

CUTIS, is, f. t. pr. corr. tegumentum animalis à natura & quidem in corpore vivo, à σκυτὸς, ejusdem significationis, & κυτὸς, ut veteres Græci scripserunt, Hud / Skind.

Cuticula, parva & subtilis cutis, tynd / liden hud / hinde / haarrem.

Cuticularis, re, om. t. quod cutem spectat. Ut, *cuticulares meatus,* Græcè pori, Suedehuler.

Cutio, onis, bestiola multipes subcinerei coloris, locis uliginosis peculiaris, ad contactum se in orbem pilulæ similem contrahens ac rotundans, sic dicta à callo, curisq; duritia.

Composita.

Intercus, utis, om. t. quasi quod inter cutem & carnem, seu quasi intra cutem, Inden huden / eller imellom hud oc kiød. *Morbus intercus. aqua intercus,* aliàs græca voce hydrops, Vattersott. Et translatè, *vitia intercutia,* Gel. quæ quasi intra cutem consistunt, & quasi absconduntur, hemmelige Laster: quâ forma nos etiam in concreto dicimus, hand er en skalck i hans hud / cui scilicet nequitia tecta inhæret. Item *intercutibus stupris flagitatus,* i. e. intestinis probris infamatus.

Recutitus, a, um, cute nudatus, ruptus & exulceratus. Ut, *ruptæ recutita colla mulæ.* Et *Judæus recutitus,* cujus præputium præcisum est, cui glans cute renudata est: *Recutita Sabbatha,* quæ à recutitis Judæis celebrantur. Ita per ignominiam gentilitas vocavit Judæos.

CYANUS, ni, m. s. κύανος, nomen herbæ, ejusdemq; flos, inter segetes filigineas potissimum enascens, colore cæruleo viridi. Blaakorn / Blaakornblomster. Item lapis sive succus metallicus, in metallis concretus cærulei coloris, Et slags blaa farffue / som Malere bruge. Item gemma isto colore, Saphir. Item color ipse, qui describitur è lucido, candido leviterq; nigro, sive nigro admodum saturo, Liusblaa ædt / eller oc Mørckeblaact.

Cyaneus, a, um, quod colorem cyani refert. Ut, *lapis cyaneus: cyanea penula,* Liusblaa / eller Mørckeblaa.

CYATHUS, m. s. κύαθος, vasis potorii genus, quo vinum ex amphora seu cratera hauriebant & in scyphos infundebant, vel quo potum hauriunt ex obba, Skaale oc Sømmere vdi den store Skencheskaale. Item, quo aquam ex urnâ, futo seu echino, seu alio vase aquario, øse. Igitur cyathus adhibebatur ad aquæ & vini temperationem, en Skaale. Inde translatè mensurâ capiens quatuor ligulas seu cochlearia, En maade paa sire Skeefuld.

CYCLAS, adis, f. t. vestis muliebris tenuissimæ materiæ, longa, spatiosa & sinuosa, à κύκλος, circulus, vel propter flexus sinuosos; vel quòd circumjicebatur corpori, à κυκλόω, circumdo; vel quòd omninò esset orbiculata.

CYGNUS, m. s. κύκνος, nomen avis candidissimo colore, Suane.

Cygneus, a, um, quod ad cygnum pertinet. Ut, *cygnea vox; cygnea cantio,* quam scilicet morti propinqui edere dicuntur; Unde translatè dicitur de svavi aliquâ oratione, quam quis sub vitæ finem, seu in senecta ætate habet. Ponitur interdum cygneus pro candido: propter colorem scilicet avis, hud som en Suane.

CYLINDRUS, m. s. κύλινδρος, lapis sive lignum teres, in modũ columnæ, quo area vel ager satus adæquatur, huc & illuc sæpiùs volutato, Trumle. Et translatè, quicquid figuram hujus teretem repræsentat. Unde Cylindrus

pro margarita oblonga ovali figurâ, quæ & Græco nomine Elenchus dicitur, stor afflang perle/ som mand henger udi øre.

CYMA, atis, n. t. vel cyma, æ, f. pr. κῦμα, Græcis propriè significat undam & fluctum, sed Latinis cauliculum brassicæ, qui prima generatione producitur.

Cymatilis, le, om. t. quod cymata, h. e. fluctus & undas refert, sive colore, sive sinuum varietate. Ut, *vestis cymatilis*, Vandblaa / Himmelblaa Klædeboen/ eller oc Blommedt som Kamelott.

Cymatium, tii, n. s. suprema pars capitelli in columnis, quod sit sinuosa in modum undæ.

CYMBA, æ, f. pr. κύμβη, navigioli actuarii genus, Boed: sive portoriis, sive piscatoriis serviat, Fiskerboed/ Fergeboed.

Cymbula, læ, f. pr. parva cymba.

Cymbalum, li, n. s. κύμβαλον, instrumentum est æreum concavum, tinnulum, matris Deorum sacris usurpatum, nec non in bello.

Cymbalista, m. pr. qui pulsat cymbala.

Cymbium, n. s. κυμβίον, poculum procerum, concavum ad cymbæ similitudinem, stor Skaale.

CYTISUS, m. s. κύπισος, nomen herbæ lætissimum pecori pabulum præbens & lactis copiam augens, Smør vrte.

D.

DACTYLUS, m. s. δάκτυλος, fructus palmæ, Dadel. Item piscis è genere concharum, ab humanorum unguium similitudine sic dicti. δάκτυλος enim Græcis digitum significat inter alia. Est & Grammat. pes quidam metricus. Item piscis, qui Latinè exponitur unguis à tenuitate & figura unguibus simili: vel à testæ colore & substantia unguibus nostris non dissimili. Sunt autem dactyli conchæ longæ, duplici constantes testa, lævi, tenui, altera tantum parte colligata nigro vinculo.

Dactylicus, a, um, quod dactylo metrico constat. Ut, *numerus Dactylicus*: *versus Dactylicus*.

DÆMON, onis, m. t. δαίμων, dictio tota Græca, & quæ à Cicerone vertitur Lar, & ab aliis Genius, God / Engell. Ponitur & pro ipso Deo. Item pro fortuna.

Dæmonium, n. s. idem: Sed utraq; dictio Christianis in malam accipitur partem pro spiritu malo & Diabolico Dieffle/ Dieffelskab.

DAM, enclitica est à δὴ vel δὴ ἂν vel à δαί, similis, usus.

DAMA, æ, com. pr. genus capræ sylvestris, animal timidum & imbelle, à δαμάλη, vitulus, buccula & quodvis animal in juventa, qua nimirum ætate timidius est & imbellius, Daa/ Daadyr. Est & Dama nomen servile à δημήτης contractum, vel à δομάζειν, domare.

Damula, æ, f. pr. parva Dama.

DAMIUM, n. s. sacrificii genus, quod in operto fiebat in honorem Deæ Bonæ; sic dictum quasi δήμιον, i. e. publicum, quòd minimè esset publicum, Hemelig Offring.

Damia, æ, f. pr. Dea, cui damium habebatur.

Damias, æ, m. pr. Sacerdos Damiæ, sacra scilicet faciens.

DAMNUM, mni, n. s. & antiquè Dapnum, pro sumptu, à Dapino, consumo, sive δαπάνη, sumptus. Inde jactura alicujus rei, sive ex sumptu sive aliunde, Skade. Aliter deducitur à Demo. Item à ζημία ejusdem significationis, quâsi damia, damnum, dempto sibilo.

Damno, as, act. pr. damni aut vitii alicujus, latâ sententiâ, insimulo arguoq; : idq; sive in foro & judicio, sive extra forum, Dømmer. *Damnabat eum judex: Damnabat eum bitii, sceleris: Damnabat eum capite: Damnabat eum de repetundis.* Et *damnare aliquem voti & votis*, est obligare & astringere ad solvenda vota. *Damnare filium*, est exhæredare: Item perdere: Ut *thus est damnatus filius, non tu.*

Damnas, antiquè pro particip. Damnans. Item Jurisconsul. pro damnatus, nimirum cum testator suo testamento damnabat hæredem ad præstandum alicui aliquod legatum: Ut, *Hæres meus uxori meæ damnas esto dare argenti, quod elegerit, pondo centum.*

Damnatio, onis, damnandi actus, quo quid damnatur, Dom. Ut, *damnatio Rei.*

Damnatorius, a, um, quod ad damnationem spectat. Ut, *judicium damnatorium*, quo quis damnatur: *damnatoria tabella*, quâ damnatur.

Damnatus, a, um, quod damnavimus, Dømpt. *Damnatus capitis vel capite*, Dømpt fraa Hoffvedet. *Damnatus voti*, qui impetrata petitione tenetur votum solvere. Macrobius explicat: *Damnatus voti*, qui promissa vota non solvit.

Damnosus, a, um, damno abundans, vel quod damnum patitur. Ut *damnosus senex; damnosæ ædes*, Som lider eller haffuer lidt skade / affseldig / brystfeldig. Et activè, quod damnum infert. Ut, *Dii damnosissimi*, Skadelige/ før i skade. *Damnosa canicula*, unitas est in tesseris, quâ quis perdit. Damnosus absolutè, Profusus, qui damnum sibiipsi aliisvé infert, En ødelegger.

Damnosè, adverb. damnoso modo, cum damno; Ut, *damnosè bibere.*

Composita.

Condemno, as, propriè reo mulctam vel pœnâm irrogo, Felder/dømmer i skade. Diciturq; tùm de judice sententiam ferente; tum de actore accusante, Beskylder / Anklager. Transfertur inde ad alia extra forum scilicet. Ut, *condemnare aliquem negligentiæ, inertiæ, impudentiæ*, h. e. arguere, accusare, Skylde/klage eller dømme en for forsømmelse.

Condemnator, Tacit. pro accusatore. Ut, *Domitius condemnator Claudiæ Pulchræ.*

Condemnatus, a, um, idem quod damnatus. Ut, *condemnatus voti.*

Indemnatus, a, um, non damnatus, vdømpt.

Indemnis, ne, om. t. sine damno. ἄδηλον.

Indemnitas, Jurisconsul. pro viratione damni.

Prædamno, as, Liv. ante vel priore loco condemno. Ut, *prædamnabat Collegam.* Item præjudicio aliquem quasi condemno. Ut, *amicum prædamnat.*

DAPINO,

DAPINO, as, Plaut. antiquè pro consumo, à δάπω, voro, vel δαπάνω, consumo, exhaurio. Ut, *dapinare victum, cibum alicujus,* ødе/ legge ødе.

DAPS, pis, f. t. Epulum, seu cibus abundanter & magnificè structus, vel Deorum sacrificiis, vel Regum conviviis, à δαὶς ejusdem significationis, vel à δαπάνη, propter sumptus. Significat inde Epulum quodcunq; magnificum, prectig Maaltid.

Dapalis cæna, quæ diversis & amplis dapibus constat, Kostelig / preetig / herlig Maaltid.

Dapaticus, a, um, apud Fest. pro amplo & magnifico. Ut, *negotium dapaticum.*

Dapaticè, sive dapticè, i. e. lautè, Fest.

DAPSILIS, le, om. t. Plaut. & Colum. δάψιλις, idem quod abundans, largùs, copiosus. Ut, *sumptus dapsilis: proventus dapsilis: dos dapsilis.* Et *dicta dapsilia,* larga & munifica.

Dapsilè, adverb. Sveton. pro abundanter. Ut, *convivabatur assiduè, ac sæpius rectè ac dapsilè.*

DE, Præpositio, notans objecti distractionem partisq; separationem, à di, præpositione separationem significante; ut præ à pri, Aff. *De argento misit quantum voluit,* hand sende aff sølffuet / scilicet, non totum, sed partem. Quò pertinent hæ formulæ: *Accusator de plebe: Astrologus de circo: aliquis de tuis; De collegis, comitibus, collegiis, Gracis,* En aff dem. Item objecti naturam & affectus, Om. *De pace; De Republ. de pecunia: De agris, de literis egit, dixit, &c.* Ponitur & frequenter pro aliis Præpositionibus. Ut, *somnus de prandio,* i. e. statim post prandium; *quade re,* i. e. ob quam. Et omissâ præpositione, *quâ causa me prodis,* i. e. propter: *quâ gratiâ,* i. e. ob quam rem. *De fidicinâ te amo,* i. e. propter, for hendis skyld. *De more,* i. e. secundum, efter vilß oc vaane. *De industria fecit,* i. e. ex, vel cum. *De nocte surgit,* i. e. in. *De Pompejo quæsivit, De ipso accepit. De socero meo audivi,* i. e. à, fraa hannem eller aff hannem. *De Vario accepi,* i. e. à Vario. *De tua voluntate, consilio, sententia egi,* i. e. juxta, Efter din villie/ etc. *De cælo multa fiunt: de manibus prædam amittere: de terra saxum: de fidelia dealbare,* Aff. *Vinum de cupa,* quod in cupis conditum est: *mulier de via,* i. e. saga aut meretrix. In quibus omnibus ratio est vel efficientis, vel impulsivæ, vel finis, vel loci, vel temporis, vel subjecti. Lucret. etiam cum adverb. junxit; ut, *de subitò,* Sic Cæsar *de super,* pro de superiore loco. Ut, *de super vulnerabant hostem.* Item cum enclitica què, ut *deq;,* i. e. deorsum. Unde *susq; deq; fert.* Porrò in compositione, modò significat motum à loco: Ut, *decortico, detrabo, dearmo:* modò ad locum; ut, *defero:* modo motum hàc illàc; huc, illuc; ut, *deambulo:* modò productionem; ut, *deduco, dego:* modò deminutionem; ut, *decresco, defervesco:* modo negationem vel privationem; ut, *demens, delumbis, dedecet:* modò intensionem; ut, *demando, deperio, decerto, demonstro.* Manet & semper integra in compositione; ut, *Deamo, Debacchor, &c.* Apud Poëtas aliquando contrahitur cum sequente vocali, in *Deinde* & *Debinc.* Aliter Scalig de à δέω absum.

Demum, adverb. temporis, significans tempus quoddam exspectatum post aliquam moram, à De, significante & initium & productionem motus, cum paragogicamum, omsier: *Maritus factus est demum anno sexagesimo.* Ponitur & pro omninò, præsertim cum jungitur is, ea, id, ita; ut, *ea demum magna voluptas æqualem ac parem verbis vitam agere:* Et *ita demum mihi satisfacies, si apud Patrem fuisti.*

Composita.

Inde, adverb. significans quasi de in loco, Der fraa. *Abeamus inde.* Et cum casu *inde loci,* fraa det sted. Dicitur & de rebus, ut *Lacedæmon jussit nervos inde demi,* i. e. ex fidibus Timothei, quarum ibi fit mentio. Sic & dicitur, *inde à principio hujus imperii: inde ab ortu,* fraa Begyndelsen / eller fraa første begyndelse / oprindelse. Interdum etiam ordinis est nota; ut *quid tum inde?* Huad siden/ eller huad der effter. Aliter deducitur ab ἥκω q. ex ea parte, ex eo loco.

Deinde, & per Apocopen Dein, adverb. significans post hoc tempus, her effter. Item ordine sequens, der effter.

Deniq;, adverb. temporis & ordinis, significans ad extremum & post omnia, q. d. deindeq; sive deniq; for det siste. *His omnibus consideratis tuum deniq; cogito.* Sed & postremò aliquando sequitur.

Exinde, & Exin per Apocopen, Plin. adverb. ordinis, significans secundo loco, Derfraa/ dernest.

Ininde, Liv. adverb. pro ex eo loco. Ut, *ita exercitus ininde domos abducti*

Perinde, adverb. comparans res inter se aut actiones, quasi plane inde, ut sequitur, postulatq; fere in altero comparationis membro has particulas, ut, quasi, ac, ac si, vel atq;, Saa som/ saa / saadan / ligesom/ ligesaa meget. *Omnes res perinde sunt ut agas, ut eas magnifacias: Perinde valebit, quasi armatissimi fuerint si reperientur: Hæc perinde loquor, quasi debueris, &c. Metelli sperat sibi quisque fortunam, perinde quasi certi quicquam sit in rebus humanis: Perinde habebo, ac si scripsisses nihil esse. Perinde habeo ac si nihil esset. Philosophia non perinde laudatur, ac de hominum vita merita est: Non perinde intelligor, atq; ego sentio.* Item præcedente negatione adscisit sibi Quam, ut, *nulla re perinde motus est, quàm inopinato responso.* Interdum etiam ponitur sine nota adversæ comparationis, tillige. *Funus Rufi clarissimi & perinde felicissimi.* Item pro ad hunc modum, Aff det slag/ i saa maade. *Sexcentas perinde potius scribito mihi jam dicas.* Sed in his tamen subintelligitur altera pars comparationis: ut, *perinde felicissimus est ac clarissimus.* Inveniuntur & aliæ particulæ ei adjunctæ. Ut, *hoc perinde est tanquam si dicam, &c. Meminerint perinde conjecturam de moribus suis esse homines facturos, prout hoc vel illud elegerint.* Interdum etiam additur dictio adeò, augmenti gratia. Ut, *fac sis perinde adeò, ut me velle intelligis.*

Proinde, & per Apocopen Proin, Terent. quasi propter inde, i. e. propter hoc, propterea, Derfor. *Proinde, si sapis, vide.* Ponitur & pro perinde. Ut, *proinde quasi isti aliter sentiant: Proinde ut se res habet: proinde paratus ero, ac res me monet: proinde, uti quæque res est laborandum: Proinde si qui sunt.*

Subinde, adverb. significans proximè post, strax effter. Uno alteroq; ictu ventrem & inguina hausit. Item iteratam actionem & crebram, sed exiguo cum intervallo, da oc da/ jevnligen. *In objurgando subinde appellabat eum lutum à sanguine maceratum.*

Unde, adverb. significans ex quo loco, quasi de uno loco, ex uno & de, huorfraa. *Unde lapis hic? Unde ires? Unde tibi animus.* Ponitur & sæpè infinitè item relativè. Significat autem proprie initium motus ratione loci. Inde

etiam ratione rei, causæ, originis, ut, *genus unde Latinum.* Materia, unde orta sunt omnia, i. e. ex qua. Item pro ad quod, Huor till: *Unde mihi lapidem?* i. e. quorsum est opus? *Unde sagittas? Unde tantum vinum cæco.* Item ratione personæ. *Eum necabi:, unde ipse natus esset: Athenienses, unde fruges ortæ putantur,* i. e. à quibus ceu inventoribus. Unde etiam numeris præpositum supra decem, unum detrahit, à quovis numero præter undecim, & quæ ab hoc deducta sunt: sicut duo detrahit duo præterquam in duodecim. Aliter ab ὄθεν ejusdem significationis.

Aliunde, ex aliquo loco, vel ex alia re, Andensteds fraa. *Neq; per te, neq; aliunde hoc scire potuisti: aliunde assumptum bonum: aliunde pendere.*

Necunde, pro ne ex aliquo loco, At icke nogensteds fraa. *Circumspectans necunde impetus fiat.*

Sicunde, adverb pro si ex aliquo loco, Om nogensteds fraa. *Sicunde hæc eruere potes.*

Undeunde, adverb. ex quocunq; loco, Jt steds fraa.

Undecunq;, pro ex quocunq; loco.

Undiq;, adverb pro ex omni parte, paa alle sider/ allevegne. *Vita undiq; bonis referta. mundus perfectus undiq; est.* Et cum casu: *undiq; laterum*, pro ab omni parte.

DECEM, pr. corr. nomen numerale & indeclinabile, à δέκα, ejusdem significationis, Tj.

Decanus, m. s. Ecclesiast. qui collegio Canonicorum aut Academicorum præest, vel à numero, vel à dignitate nomen habens.

December, bris, m. t. Decimus mensis à Martio, sic dictus à Decem per λῆξιν ber, Christmaanet. Aliter compos. habetur ab imber.

Decies, adverb. decem vicibus.

Decima, seu decimæ, arum, f. pr. decima pars, quam arator ex decumano dabat, Tiende.

Decimo, as, act. pr. decimam partem detraho, Tiender. Unde translatè, *decimari legiones* dicuntur, qvum decimus quisq; supplicio afficitur ab imperatore.

Decimùm adverb., Ut, *nos reficietis decimùm tribunos,* i. e. qui decies tribunatu functi.

Decimus, & decumus, unus vel ultimus de decem, den Tiende.

Decumanus, a, um, facta in rebus comparatione quod magnitudine est insigne. Ut, *Decumanus fluctus*, stor Bølge / quia decimus fluctus magnitudine decessores superat. Inde & translatè, *decuma porta*, store Byes porte/ frem for andre: *Decumanus acipenser*, En merckelig stor Styrre. *Decumanum ovum*, Jt stort Eg. *Decumanus limes*, qui longitudine & magnitudine insignis, agrum ab exortu æquinoctiali ad occasum æquinoctialem secat, Hoffder eller marckjord som gaar øster oc vester. *Anguilla decumana*, stor Aall: gaard Aall. *Decumanus ager* dicitur ex quo decimæ recipiuntur. Item Decumanus dicitur Publicanus, qui decumas exigit. *Gallina decumana* & alio nomine Medica, quæ proceris est ad pectus cruribus, En velske Høne.

Decuria, f. pr. manipulus decem equitum aliorumvé hominum, tj Reisnere/ Rode paa tj Mand. Item *decuria judicum*, dicebatur Romæ ordo seu classis quædam judicum, à decies centenis judicibus appellata, qui in singulis curiis sedebant. Item *senatoria decuria*, quæ erat senatorum seu Senatus,

Decurio, onis. m. t. qui decuriæ præest, Formand for tj / Rodemester: vel Senator in conventu, Hoffuedt Mand / Beste Mand / For Mand. Item Decurio in municipiis dicebatur, qui Romæ Senator erat, Raadmand. *Decurio cubiculariorum*, Øffuerste Kammerjuncker.

Decurio, as, act. pr. in Decuriam asscribo, seu in decurias distinguo, Først Rode / vdi Orden. *Milites decuriati*, i. e. in decurias distincti: *Decuriare tribus*, i. e. dividere in tribus.

Decuriatio, actus decuriandi. Ut, *Decuriatio tribulium*, quâ in decurias distincti sunt.

Decuriatus, us, m. q. idem quod decuriatio, seu decurionis ordo vel officium.

Deni, næ, na, numerale distributivum, huer tj. Ponitur & pro cardinali decem, tj.

Denarius, a, um, quasi decenarius, decem in se continens, ut, *numerus denarius: fistula denaria*, cujus laminæ latitudo antequàm curvetur digitorum decem est. *Denariæ ceremoniæ*, quibus sacra adituris decem continuè diebus, rebus quibusdam carendum erat. Denarius substant. nummus est argenteus decem asses valens: scilicet nummi aurei vel coronati decima ferè pars & pondere penè idem quod Drachma Attica, superat enim drachmam una septima, Jt Otteskillings stycke.

Denarium, n. s. idem quod Denarius nummus.

Composita.

Addecimo, as, pro decimam partem accipio. ἀδήλον.

Duodecim, cardinal. à duo & decem, Tolff.

Duodecies, adverb. duodecim vicibus, Tolffgange.

Duodecimus, a, um, unus vel ultimus ex duodecim, den Tolffte.

Duodeni, æ, a, pro duodecim.

Duodenarius, a, um, quod duodecim in se continet.

Exdecimo, as, pro eligo. Et *exdecimatum* pro electum. ἄδηλον.

Novendecim, Nitten. Inde decies novem, Nittengang. Decimus nonus, den Nittende.

Octodecim, Atten. Decies octo; Decimus octavus.

Quatuordecim, Fiorten. Quaterdecies; quaterdeni, & quaterdecimus.

Quindecim, Femten: Quindecies & decies quinq;. Quindecimus; Et decimus quintus.

Quindeni, æ, a, numerus ex quinque & decem constans: Ponitur & distributivè & cardinaliter: *quindena jugem agri data in singulos pedites.*

Sedecim, Sexten. Sexdecies, sexies decem: Et decimus sextus.

Septendecim, Sytten. Decies septem; & decimus septimus.

Tredecim, Tretten. Tredecies: Et decimus tertius.

Tredeni, æ, a, pro triginta. Ut, *tredeni anni.*

Undecim unum additum numero decem, Elluffue. Undecies, & undecimus.

Undeceni, æ, a, idem quod undecim, Elluffue.

Undeni, næ, na, idem quod undeceni sive undecim.

DECOR, oris, m. t. pr. corr. & penult. genit. prod. pulcritudo & convenientia rei, vel facti, vel personæ omnibus suis numeris absoluta, sic dictus à numero decem, qui omnes numeros in se continet, ideoq; perfectionis

fectionis nota, Skønhed / fuldkommenhed. *Virtus ſpoliata decore ſuo: facta laudanda virtutis decore: ſigna ſunt divini decoris.*

Decorus, a, um, decore plenus, Skønt/ ſkickelig/ ærefuld/ æractigt. *Decora cæſaries: decorum caput.* Et *claſſis decora magis quàm valida*, Braſſende. Et translatè, *decorum mitibus urbis caput, auctumnus arbis extulit*, i. e. decore ſe exhibuit. Item abſolutè, *decorum orationis, facti, &c.* i.e. decor vel decus.

Decorè, adverb. modo decoro, Skickeligen/ ſmuct. *Loquitur decorè: verba decorè cadunt.*

Decoro, as, pen. pro. act. pr. decorem rei addo, decore afficio, Smycker. *Rempubl. decorat & auget: vitæ integritas & gravitas, hæc omnia in ipſo decorabat.*

Decet, verbum modò perſonale, modò impersonale, de iis quæ decus & laudem conferunt, Staar vell / det ſømmer. *Veſtes hæ decent nos. Decet Patriam chariorem eſſe nobis*, quàm nos metipſos. Et Græcorum imitatione, *decet hoc nobis: Decet generi noſtro.*

Decens, quod decet, Sømmeligt.

Decenter, adverb. pro decorè, Sømmeligen/ ſkickeligen/ ſmuckt. *Jura decentiſſimè à Majoribus deſcripta.*

Decentia, f. pr. Decentis affectio, Skickelighed / herlighed / ſmuckhed. *Decentiam rei, facti dijudicant oculi.*

Decus, oris, pen. gen. corr. n. t. honor ex decore proveniens, heder oc ære. *Hoc decus eſt & ornamentum virtutis: ingenium homini decus eſt.* Et plural. *Decora atq; ornamenta fanorum.* Ponitur & pro decor & decorum. Ut, *optimus modus decus tenere.*

Decoro, as, pen. corr. act. pr. decus & honorem rei affero, ærer/hedrer. *Eos laude, honoribus decorant: Lacrymis me decorat.* Et paſs. *decoratur honore, laudibus, præmiis, &c.*

Compoſita.

Addecet, Plaut. Ut, *ejus ſtudio ſervire addecet*, i. e. valde decet.

Condecet, idem quod decet, ſtaar vell.

Condecenter, adverb. idem quod decenter vel decorè.

Condecentia, idem quod decentia. Ut, *verborum condecentia.*

Condecoro, as, act. pr. idem quod decoro, pen. corr. Ut, *condecorant ludos præſentiâ & applauſu.*

Condecorè, adver. idem quod decorè.

Dedecet, Impersonal. non decet, Det ſømmer icke/ det ſtaar ilde. Ponitur & perſonaliter. Ut, *hæc te dedecent.*

Dedecus, oris, n. t. non decus, & ignominia ex re malè geſta, Skam / ſkamme.

Dedecorus, a, um, pen. corr. Tacit. dedecore plenus, Skammelig. *Hic moribus ſuis dedecorus eſt.*

Dedecoro, as, act. pr. pen. corr. dedecore afficio, beſkemmer. *Amicos dedecorat ſuis flagitiis.*

Indecet, non decet, ſeu dedecet. Ut, *hoc juvenes non indecet*, det ſtaar dem icke ilde.

Indecens, tis, om. t. non decens, vſømmelig / ſkændig/ ſlem. *Ludi indecentes.* Et *indecentiſſimum ſponſaliorum genus eſt adulterium.*

Indecenter, modo indecenti, vſømmeligen. *Indecenter obſtrepunt.*

Indecor, oris, pen. corr. Et veterib. indecoris in nomin. om, t. decus non habens, vel afferens, til vanære.

Non erimus regno indecores, i. e. erimus regno decus vel decori.

Indecorus, a, um, non decorus. Ut, *indecorus quæſtus: indecorus viſus: indecora laſcivia.*

Indecorè, adverb. modo indecoro. Ut, *indecorè facit, agit, loquitur.*

Perdecorus, a, um, valdè decorus.

DELPHIN, inis, & Delphinus, m. ſ. δελφὶν, piſcis marinus omnium velociſſimus, Marſuin. Item, ſidus cœleſte.

DEM, ſyllabica adjectio in quidem, pridem, idem, tantundem, tantidem à Græco δὲ ejusdem uſus.

DENS, tis, m. t. inſtrumentum ſeu membrum oſſeum animalis, quo cibos in ore conficit, à Græco ὀδὼς, ὀδόντος, ejusdem ſignificationis: vel à τίνδω, comedo, arrodo, Tand. Et translatè, *dentes pectinis*, Kammetænd / Kegletænd/ Karetænd. *Dentes ſerræ*, Saffuetænder. *Dentes rotæ molaris*, Hule-kaager / knagge. *Dentes furcæ*, Forcktænder / forckgræn. *Dens antri*, i. e. dentale vel vomer, Plogſkære / eller taae paa Løbbet. *Dens navis*, anchora. Item *dente petere*, translatè, pro verbo & oratione famam ſeu factum arrodere & calumniari.

Denticuli, in ſtructuris dicuntur parvi dentes, ſmaa knagge.

Denticulatus, a, um, idem quod dentatus. Ut, *forceps denticulatus: falx denticulata: olus denticulatum.*

Dentale, is, n. t. lignum cui vomer arandi cauſa inducitur & includitur, Plogshoffuedt / Plogeløb. Et Synecdochicè, ipſe vomer, Plogſkære. Exponitur & inſtrumentum ligneum dentibus ligneis diſtinctum, quo ſemina arvo injecta obruuntur, Harre. Item quibusdam dentale dicitur piſcis, qui aliàs dentex. Item dentalis.

Dentatus, a, um, magnos habens dentes, ſtor tændet: vel ſimpliciter quod dentes habet. Ut, *Dentata ſerra*, dentibus inſignis, quæ incidendo altiora crenarum veſtigia relinquit. Item inſtrumentum dentatum, qualis ſerra eſt. Et translatè, mordax. Ut, *charta dentata*, oratione pungens & mordax, Skarp biddende tale/ ſtick Scrifft. Et *homo dentatus*, i. e. mordax.

Dentatim & denticulatim, ad ſimilitudinem dentium, Tandevijs.

Dentex, icis, piſcis quidam marinus in littoribus & eorum ſaxis degens, corporis figura auratæ vel Erythrino ſimilis: pinnis quoq; & aculeis & ſquamis & colore.

Dentio, is, ire, n. q. dentes emitto, faar tænder. Item dentes collido, ſkær tænder/ knaſſer med tænderne. *Cavendum ne dentes dentiant.*

Dentitio, onis, dentiendi actus, quo dentit infans, naar Børn faa tænder. Item morbus ex dentitione, naar Børn bliffue ſiuge for tænder / ſom at Gummerne krille eller Liffuet løßniß.

Dento, onis, m. t. qui latiores vel eminentiores dentes habent, Høytandet/eller Bredtandet.

Compoſita.

Ambidentes, f. t. oves veterib. dictæ, quæ in utraq; mandibula habebant dentes.

Bidens

Bidens & duidens antiquè, om. t. duorum dentium sive ramorum: Ideoq; ponitur absolutè, pro instrumento rustico duorum dentium, qualia sunt, furca, sarculum, tvægrænedt. Item pro ove duos eminentiores & longiores per ætatem dentes habente, ut sacrificiis esset apta: in qua tamen significatione alii deducunt bidentem à duobus annis; ut ovis sit bidens, quasi biennis.

Bidental, is, n. t. locus ubi ove bidente sacrificabatur pro fulmine tacto. Aliter bidental, quod binæ pecudes mactarentur.

Edento, as, act. pr. dentes excutio, Slaar tænder ud/giør tændløs. *Homini improbissimo malas edentabit.*

Edentatus, a, um, quem edentavimus.

Edentulus, a, um, sine dentibus, tandløs. *Vinum edentulum,* i. e. vetus, quasi quod ex vetustate dentes amisit, Gammel Vin.

Quadridens, Cat. om. t. quod quatuor habet dentes. Et absolutè, instrumentum quatuor dentibus.

Tridens, tis, m. t. instrumentum tres habens dentes seu cuspides, trægrenet hacke. Inde sceptrum Neptuni ab hac forma tridens appellatur. Et *navis tridens*, i. e. rostrum navis trifidum.

DENSUS, a, um, fior, fissimus, cujus partes crebræ sunt & coarctæ, à δασὺς, ejusdem significationis, tyck / tætt tilhobe. *Loca sepibus sylvestribus densa: Sylva densa;* Et expressâ materiâ, *sylva arboribus densa.* Item *densæ nubes, densæ sagittæ.* Et *densæ manus seu dextræ*, ubi nimirum conferta est multitudo: *turba densa*, Vrimmel Folck. Densi circumstant, de stimler om/ vrimler om. Item densus tropicè, obscurus, mørck. Aliter densum propriè Varroni in re textoria à dentibus pectinis, quibus feritur, q. d. tætt slagen.

Densè, modo denso, tætt/tyckeligen. Et translatè, *tempora densius subeunt*, i. e. crebrius.

Denseo, es, Plin. n. s. densus fio, Tyckner: *Lac denset, Densat aër*, tyckner/mørcker/ graaner.

Densesco, is, n. t. idem.

Densitas, Plin. f. t. densi qualitas & ratio, tyckhed / tyckning. *Densitas spirituum.*

Densitudo, idem. ἄδηλον.

Denso, as, act. pr. vel Denseo potius, ut quidam volunt; densum facio, giør tyck / mørcker. *Densat Juppiter rara quæ sunt: milites densant scuta*, Setter / holder skiold hoff skiold: *Densantur agmina*, Fane hoff Fane / tætt tilhobe.

Densatio, onis, actus densandi.

Composita.

Addenseo, es, antiquè, densum facio. Ut, *extremi addensent acies.*

Addenso, as, act. pr. idem. Ut, *aqua hac radice addita addensatur sub dio.*

Condenso, as, idem quod denso, vel in unum denso. Ut, *condensare lutum.*

Condenseo, Lucret. idem quod condenso.

Condensus, a, um, idem qeod densus. Ut, *condensa arbor, acies, turma: condensæ columbæ.*

Levidensa, æ, f. pr. vestis genus, crasso filo & raro leviter densata, Tynd / løsvæffuet klæde / saa som Baje.

Levidensis, se, om. t. Ut *vestis levidensis*, idem quod levidensa. Et translatè, vile & exiguum. Ut, *munus levidense:* Quia vestes olim inter xenia hospitum habebantur.

Perdensus, a, um, valdè densus. Ut, *humus perdensa.*

Prædensus, a, um, valdè densus. Ut, *terra prædensa.*

Prædensatus, a, um, prædensus factus.

DEPESTA, æ, f. pr. poculi genus, quod sacris Sabinis in Deorum mensa collocari solebat, à δέπας δέπαστρον, poculum.

DEPSO, is, n. t. manu subigendo emollio, ut solent coriarii, pistores, fullones, à δέψω, ejusdem significationis, Elter dei / volcker klæde eller vaadmell/ vrier leidr. Translatè, in re obscœna dicitur, ut & verbum subagito.

Depsicus, a, um, quod depsendo confectum est. Ut, *panis depsicus*, Elter dei.

Composita.

Condepso, is, apud veteres pro commisceo.

DESTICO, as, n. pr. dictio est ficta, de soricum strepitu.

DEUS, m. s. auctor & conservator Naturæ, à Θεὸς, ejusdem significationis, Gud. Et pluraliter Dii dicuntur homines, phrasi hebræa, qui in mundo jus dicunt, ut vicarii quidam illius invisibilis Dei, øffrighed. Item Ethnicis, qui vel ficti, vel homines mortui divinos honores participant, Guder. Aliter à Δεὺς Juppiter.

Dea, æ, f. pr. Ethnicis fingebatur socia & ministra Dei in constituenda Natura, seu in naturæ œconomia, ad similitudinem humanæ. Ut Juno & Lucina, quæ partui præesse credebatur; Venus generationi, Gudinde.

Deitas, atis, f. t. Dei essentia, Guds værelse / Guds dom.

Composita.

Semideus, a, um, dimidiata sui parte Deus. Ut, *Semidei Reges*, Halffguder. *Semideum genus*, ut Fauni, Satyræ, Lares, Flumina, Nymphæ. Et *Semidei canes*, idolum Isidis.

Vedeus, Epitheton Apollinis, quasi malè vel parùm Deus, cùm perdat, lilde Fanden.

DEXTRA, & dextera, f. pr. manus, quâ potissimùm & quasi instinctu quodam naturæ capimus prænendimusq;, à δεξιὰ, ejusdem significationis, høyre haand. Inde translatè, auxilium, hielp: Unde *dextram dare*, At hielpe. Item fides, tro och loffue: quia dexttam in fidei symbolum porrigebant. Ut, *per dextram te oro, quam Regi Deiotaro hospes hospiti porrexisti.*

Dextella, Cic. parva dextra. Et translatè, auxilium.

Dexter, tra, tum, vel tera, terum, compar. terior, us, & dextimus antiquis, quod est ad dextram. Ut, *dexter mihi es: dextrum cornu; & dextima via. Tibiæ dextræ;* quæ dextra oris parte & manu itidem dextra tenebantur: vel quæ histrionum dextrâ, spectatorum siniſtrâ spectabant, erantq; soni acutioris, constantes ex ea arundinis parte, quæ cacumen spectat, adeoq; exiliore. Item translatè dexter, prosper & propitius, quia dextra boni ominis erat, Lyckelig/ gunstig. *Dexter ades & volens: Dexter Hercules.* Item aptus, conveniens, agilis, eò quod manus dextra agilior sit siniſtrâ, & agendis felicior, Bequemmelig / konstig / artig / hændig / behændig.

Dextrè,

Dextrè, adverb. modo dextro, felici & conveniente, & cum dexteritate. Ut, *dextrè obit officium*, Staar vell / lyckeligen / bequemmeligen / behændeligen. Et *nemo dexteriùs fortuna usus est*, Artigere / benhændigere / bedre.

Dexteritas, atis, f. t. dextræ habitus, & vis qua dextrè agimus, seu dextra agit. Ut *in eo magna dexteritas*, Behændighed / lyckekonst / skickelighed. Et translatè, *ingenii dexteritas*, Forstand / skickelighed / lycke til at vdrætte noget.

Dextrale, lis, n. t. Ornamentum dextræ viris & mulieribus commune, Armbaand / Armprydelse.

Dextrarii, dicuntur Equi, qui ad dextram feruntur, Ledig Hest / som føris eller ledis ved haanden / Liffhest / Treckhest.

Dextro, as, act. pr. dextrarium duco, Leder eller fører Haandhest. *Famuli Equos stratos dextrant.*

Composita.

Ambidexter, qui levâ manu utitur ut dextrâ.

DIABOLUS, m. s. Διάβολος, spiritus impurus & angelus malus: sic dictus, quod sit hostis & calumniator Dei hominumq;, Diefuell.

Diabolicus, a, um, quod diabolum refert. Ut, *opus Diabolicum*, i. e. calumnia, aliúdve peccatum.

DIACONUS, m. s. Διάκονος, minister sacrorum, Degn.

DIADEMA, atis, n. t. Διάδημα, capitis fascia lineâ purpurâ intexta, gemmisq; obsita, Regum insigne, Kongelig Hoffuedtdragt.

Diadematus, a, um, Plin. Diademate ornatus.

DIÆTA, f. pr. certa victus ratio, comprehendens non tantum quæ cibus sunt & potus, sed & exercitiorum, spiramentorum, vigiliæ, laboris, &c. à δίαιτα, ejusdem significationis, visse forordning udi Mad / dricke / ocandet / huad som tien til liffuet. *Diætâ curari incipio, chirurgiæ tædet.* Item tropicè locus spirabilis, seu cænaculum in quo spiramenti gratia cænatur, Sommerstuffue.

Diætarius, m. s. Jurisconsul. minister Diætæ serviens. Et *fur Diætarius*, qui furandi causa in Diætam (cænaculum) se ingerit. Aliter legitur directarius pro fure.

Diæteticus, a; um, quod ad diætam spectat. Ut, *vita diætetica*, *medicina diætetica.*

Diætus, m. s. medicus, qui ægrotis victus rationem præscribit.

DICA, cæ, f. pr. δίκη, Græcis significat judicium, causam, actionem, litem, Lovmaall. Inde Latinis, *scribere Dicam*, pro nomen alicujus deferre, seu in judicium vocare, Anklage / steffne / tage ting paa en / giffue last och klage. Item, ut alii volunt, actionem intendere, staa i Rætte / och suare sin sag. Exponitur & Dica, schedula sive tabella actionem continens, saa som Steffning eller Scrifftlig beretning / lovmaal. Inde *Dica injuriarum*, quæ scripta est de injuriis.

DICO, is, xi, ctum, n. t. pr. prod. propriè orationem habeo seu verba facio, à δίκη, causa, judicium. In causis enim seu judicio maximè vigebat orationis usus:

vel à δείκω, ostendo, demonstro, taler vidtleffti gen / beskedeligen / prydeligen: sive id modò fiat in foro, sive extra forum. Ut, pro Milone dixit Cicero: *De Republica ad populum dixit.* Inde induta activa significatione, idem quod pronuncio & loquor, vdsiger / siger. *Dic mihi Damœta: nihil iniquius dici potest: Te patrem patris dicunt.* Et *dicere Magistrum Equitum*, i. e. pronunciare. Quò pertinent & hæc: *dicere sententiam & pro sententia*, sige sin menning aff / affsige Dom. *Dicere repudium*, Dømme til skilsmiß. *Dicere salutem alicui*, Hilsne. *Dicere causam*, est Reum die postulationum agere, forsuare sin Sag for Dom oc Ræt. *Dicere in aliquem, vel de aliquo, vel pro aliquo, testimonium*, Bære Vidnisbiurd. *Dicere sacramentum*, giøre sin Eed / vist oc fast loffue. Item addico, tilsiger. *Dicere dotem filio; Dicere se junoni*, i. e. vovere. Et *dicere sacramento*, i. e. operam suam militiæ & Magistratui dicere, Loffue oc tilsige sin tieniste. Item edico, tilsiger / biuder / paalegger. *Dico ne temerè facias*: Et *dicere leges*, est victis ferre. Sic *Diem tibi dico*, Steffner / falder i Rætte. *Cænam dico*, Biuder dig endeligen komme til Maduré. *Mulctam dico*, Legger Brøde paa. Præterea dicimus: *Dicere jùs*, Sidde i Dom oc Ræt. *Dicere alicui nomen*, giffue en Naffn. Et apud Poetas, *dicere virum*, pro de viro dicere & canere, tale / sige / sunge. *Dicassis* pro dicas; Et *dice* pro dic, frequenter apud comicos.

Dictio, onis, actus, quo quid dicitur & effertur, vdsigelse. *Dictio sententiæ: dictio testimonii.* Item ipsa dicentis oratio. Ut, *malo mihi Lu: Crassi pro M. Curio unam dictionem, quàm Castellanos triumphos duos. Exordium idoneè comparatum ad reliquam dictionem.* Item orationis verbum quodvis. Ut, *dictio est antiqua nimis*, gammelt ord.

Dictus, a, um, quod diximus, Sagt / tilsagt / næffnt. *Hæc jàm olim à te dicta sunt: Sine tutore auctore dicta dos nulla est. Dicta dicitur puella*, ubi promissa est.

Dictum, n. s. quod dicitur, seu verbum quod habetur, Ord / tale / sprog. *Abest facundis gratia dictis. Hominem subagito benedicis dictis*, med gode ord. Item peculiariter dicta dicuntur, facetiæ & joca, smuct lystigt ord oc tale. *Tuumné obsecro hoc erat dictum.*

Dicterium, rii, n. s. salsum & mordax dictum, stick udi ord oc tale. *In omnes dicteria dicis*, giffuer gloser ud / guffer.

Dicax, acis, om. t. quasi qui nimium dicit & dicendo molestus est, Mundsterck. Sed usitatè significat eum, qui ad dicendum paratus est, & nimis quidem facetè, Spodsk / spitzig. *Demosthenes urbanus fuit, non dicax.* Et in bonam partem Dicax, qui jocis utitur moderatè, personarumq;, temporum & locorum habet rationem.

Dicaculus, a, um, aliquantum dicax.

Dicacitas, atis, f. t. Dicacis vitium & habitus. Ut, *scurrilis dicacitas oratori fugienda est.*

Dicis causa vel gratia apud veteres, h. e. ad speciem aut simulationis gratia, cùm scilicet aliquid dicebatur fieri, quod nulla alia de causa esset, quàm ut factum diceretur, for en saffn skyld / at mand sicker kun saa / giort eller sagt paa skrompt. *Hoc, dicis causa, egit.* Aliter *dicis causa*, quasi δίκης, i. e. moris & consvetudinis ergò.

Dico

Dico, as, act. pr. mutata initiali quantitate in brevem, & conjugat. in primam, absolutè addico, & quasi dicendo alterius juris facio, Borrgiffuer til Eje oc brug/ giffuer bort i vold. *Arborem Deo dicavit: me totum tibi dicavi: dicavit se civitati, & in civitatem*: Et *dicavit se militiæ*, gaff sig til Krig.

Dicatio, onis, actus dicandi.

Dicto, as, sæpiùs dico, & repetendo dico, ita ut alius excipiat, Siger offte til. *Ratio dictavit hoc: multa de his rebus dictavit.* Et translatè, *sportulam dictare*, pro sæpiùs polliceri, taler offte om och loffuer noget hen.

Dictator, oris, m. t. summus Romæ Magistratus, absoluta potestate & extra ordinem creatus, periclitante Republ. sic dictus vel κατ' ἐξοχὴν, quod summa auctoritate jus diceret & dictaret; vel quòd à Consule diceretur; vel quod ab eo cæteri Magistratus dicerentur; vel quod ipse solus sine suffragiis dictaret, quid faciendum esset; øffuerste Regenter/som haffuer mact at biude oc befale.

Dictatrix, icis, f. t. quæ pro auctoritate dictat aliis agenda. Ut, *tu eris nobis hîc dictatrix*, Duskalt sige och biude oss huad wi skulle giøre.

Dictatorius, a, um, quod ad dictatorem pertinet, seu quod est dictatoris. Ut, Juvenis dictatorius: *Dictatorio Patre natus*: *Dictatoria potestas*. Et *dictatorium fulmen*, i. e. minæ Dictatoris: *Dictatorius gladius*.

Dictatura, æ, f. pr. Dictatoris officium & dignitas, øffuerste Regering.

Dictatus, a, um, quod dictavimus, tilsagt. *In scholis olim dictata sunt.* Et *gladiatoris dictata*, scilicet, quæ dictavit exercentibus.

Dictito, as, passim & frequenter dicto, Siger ud allevegne/ vdraaber. *Hoc jam palam dictitant.* Et translatè, jacto. Ut, *dictitabat se hoc facturum*, Sagde alting der aff / Roste at ville giøre det.

Composita à Dico tert. conjugationis.

Abdico, is, xi, ctum, dicendo aufero, fraasiger: Et propriè verbum est augurale. Ut, *Cum in quatuor partes vineam divisisset, tres ¾ partes aves abdixisset, &c.*

Addico, is, dicendo quasi conceptis verbis aliud alii do: Unde illa verba Prætoris, *do, dico, addico*, Siger/dømmer en til nogen ting. Estq; propriè verbum Prætoris, venditoris & avium in re augurali. Ut, *Debitorem addicere* dicebatur Prætor, cum lata sententia creditori jus daret & potestatem vitæ & necis in debitorem. Sic in augurio, *aves addicere* dicuntur, quando ratum faciunt auspicium. Inde transfertur ad alia: Ut, *addicere opus*, i. e. faciendum locare. *Addicere sententiam*, i. e. vendere; *addicere supplicio, morti*, i. e. damnare, Dømme til døde. *Addicere ad cænam; addicere ad servitutem; addicere se cupiditatibus, petulantiæ, intemperantiæ*, i. e. dare se, Slaa sig sler oc aldelis til: *Ærus alieni magnitudo eos tribuno addixit*: *addixit ei sedes meas*: *consulatum tuum addixisti tribuno*, Sagde hannem det til: *Senatui me addixi*: *addixit corpus cupiditati*: *animum & vitam intemperantiæ.*

Addictio, onis, addicendi actus, tilsigelse / tildømmelse. *Addictio bonorum.*

Addictus, a, um, quod addiximus, tildømpt / tilsagt: *Pecuniâ & sestertiis bona addicta*: *addicta venditaq; sententia*: *addictus & consecratus.* Et amisso tempore: *tibi sum addictissimus*, tilneiget / tilgiffuen/ suoren.

Addictè, adverb. Ut, *addictiùs servient hi, quàm illi.*

Antedico, is, Cic. idem quod prædico; & antequam fit dico. *Augurum est antedicere ea, quæ vitari possunt.*

Condico, is, dicendo denuncio, tilsiger. *Condicere bellum, inducias, canam, librum.* Accipitur & Jurisconsul. pro repeto, Ut, *rem datam condicere non potest. Condicere rerum vel litium* dicebant veteres, pro denunciare res vel lites.

Condictio, onis, condicendi actus: Et in certum diem ejus rei denunciatio, de qua agitur. Item Jurisconsul. condictio dicitur actio in personam.

Condictitius, a, um, ut, *actio condictitia*, quâ aliquid condicimus & repetimus. Et absolutè, pro furtiva condictione.

Condictum, Festo, quod in commune dictum, i. e. promissio seu pactum invicem factum, Affseed.

Contradico, is, Cic. pro refragor, quasi contra alium dico, Siger imod. *Principes palam contradicebant.*

Contradictio, onis, contradicendi actus, Modsigelse.

Contradictum, n. s. Quint. cui contradiximus. Ut, *solvere contradictum.*

Edico, cis, seriò & graviter dico, & dicendo jubeo, strengeligen / paabiuder / vdbiuder. *Consul edicit, ut Senatus senatusconsulto obtemperet. Edico conventum: Edico diem ad conveniendum*: Et *edico militibus prædam.* Item simpliciter dico, seu profero, fremsiger. *Sanus si videar, edicam.*

Edictio, onis, edicendi actus.

Edicta, cujus singul. edictum, literæ sunt Magistratus, quibus aliquid imperatur, Vdbudz Breff / Befalnings Breff. Item edictum, ipsum quod edicitur, idq; etiam à privato, Bud oc Befalning.

Edicto, as, idem quod simplex dicto. Ut, *tute edictas facta tua.*

Indico, is, xi, ctum, solenniter & quadam cum auctoritate dico denuncioq;, in augente hîc significationem, Paabiuder/alvorligen/strengeligen oc Aabenbarligen tilsiger oc biuder. *Bellum indixit vicinis*: *tributum subditis*: *concilium, justitiam, legem, spectacula funus, &c.* Et translatè, *indicere bellum voluptatibus*, Slet holde fiendskab med vellyst/ slaa sig fraa/ staa imod.

Indictio, onis, indicendi actus, Aabenbarlig / streng / och alvorlig paaBud. *Indictio tributi*, paalagt Skatt. Item indictio, spatium seu tempus annorum quindecim, tria scilicet continens lustra, quorum in fine à longinquis & remotis provinciis tributum Romano Imperio pendebatur, ita ut aurum in fine primi, ad Dominationis typum: argentum in fine secundi ad stipendia militum: Et æs atq; ferrum in fine tertii ad armorum usum. Christianis autem triplex genus indictionis numeratur: unum ex dato aliquo privilegio, quale illud est datum Christianis à Constantino oppressis hostibus: alterum ex Cereo paschali; tertium ex dedicatione templi alicujus. Unde quasi ex æra quadam deducere solent initium numerationis annorum.

Indictivus, a, um: quod indicendo fit. Ut, *indictivum funus*, ad quod per Præconem solet populus evocari. Et *indictivæ feriæ*, quas consules vel Prætores indicebant, paabuden helligt: nimirum quæ non sunt anniversariæ, sed quodam consilio indictæ, ut Christianis sunt dies precum solennes, à Principe indictæ.

Indictus, a, um, quod indiximus, Paabuden. *Bellum indictum*: *indictum funus*: *indictæ dapes.* Item indictus,

dictus, quasi non dictus, wsagt. *Dictum indictum esto.* Et *causa indicta*, quam non diximus, defendimus, En whandler och wforhørt Sag. *Indictâ causâ capitis condemnatus est.*

Interdico, is, xi, ctum, quasi dicendo prohibeo, forbiuder. *Interdixit usum Tyrii coloris: Interdico tibi domum & domo:* Et pass. Tullio *interdicitur aqua & ignis:* Et *interdicitur nobis aqua & igni.* Item interdico, decretum facio, seu solenniter interdico, Giør forbud paa noget / eller giør forordning om noget. *De bi interdixit Prætor.* Item interdico, quasi contra dico & obsto, staar imod / siger imod. *Prætori nemo interdicere potuit.*

Interdictio, onis, interdicendi actus, Forbiudelse. *Tecti, aquæ & ignis interdictio.*

Interdictus, a, um, quod interdiximus, forbuden. *Interdicta voluptas: interdictus coitus.* Et absolutè, *interdictum*, formula omnis interdicendi, Forbud. Et peculiariter dictum Prætoris ac forma, quâ quid aut fieri jubet aut vetat; præsertim cum de possessione contenditur, Effning / eller forbud. *Interdictum Cæsaris: Interdictum Prætoris:* Et *possessiones per interdictum repetit.*

Prædico, is, xi, ctum, ante sive prius dico, Siger noget tilforn / siger for ud. *Hoc primum in hac re prædico tibi: sic prædixi fore: Paulò antè prædixi:* Et *prædico futura*, pro vaticinor, oraculum edo, Spaaer.

Prædictio, onis, prædicendi actus. Ut, *prædictio rerum, fatorum,* Spaaen. *Prædictiones Ariolorum & vatum*, quibus vaticinantur, & futura prædicunt. Sic *prædictio ex natali vitæ die.*

Prædictus, a, um, quod prædiximus, Sagt tilforn. *Defectio Solis prædicta fuit:* Et *in tempus omne postremum hoc prædictum est.*

Anteprædico, is, Cic. pro prædico.

Superdico, is, act. t. Cic. dico aliquid præter id quod dictum est, quasi amplius dico, Siger end ydermeere.

Composita à Dico prim. conjugationis.

Abdico, as, meipsum vel alium Magistratu depono, aut aliquo bono spolio, quasi procul dico, vel abs me dico, i. e. renuncio, Opsiger / Affsetter. *Abdicare se aut alium magistratu. abdicare se tutelâ, dictaturâ: abdicare generum: abdicare se libertate*, est spoliare. *Abdicare vapum in cibis*, est ejus usum tollere, Legge aff. Et in medicina, *abdicare corticem.* Item *Laurus crepitu abdicat ignes*, i. e. aversatur, skyer. Et passivè, *utinam è vita abdicaretur aurum*, i. e. tolleretur. *Abdicare filium*, dicebatur Pater, quem adhuc vivus bonis & omni jure filii privaret, & ejectum etiam vestibus spoliaret, Kiøse en Søn aff kuld oc køn.

Abdicatio, onis, abdicandi actus. Ut, *abdicatio Agrippæ post adoptionem: abdicatio Magistratus, dictaturæ,* Opsigelse / Affsettelse.

Dedico, as, idem quod dico, seu accuratè & intimè dico; religione devincio, Giffuer til Kircker oc Gudztieniste / Indvier. *Dedicat delubrum, simulacrum, aram.* Dedico etiam apud antiquos pro expono seu refero. Ut, *legati quò missi sunt veniunt, dedicant mandata.*

Dedicatio, onis, dedicandi actus, quo scilicet dedicatur. Ut, *dedicatio templi.* Inde *festum dedicationis*, græco nomine, Encænia, Indvielse.

Dedicatus, a, um, quod dedicavimus. Ut, *dedicatum templum.* Et translatè, *mens & fides in capitolio dedicatæ sunt.*

Indico, as, quasi dicendo seu verbis manifesto, palàm facio, Giffuer tilkiende / kundgiør / giør kundskab paa noget / lader forstaa. *Puer rem omnem Domino indicavit: nefas est hoc in vulgus indicare.* Item aliquid quocunq; signo ostendo seu significo, Viser / Røber. *Vultus indicat mores; me tibi indico.* Item peculiariter pretium mercis meæ vendendo ostendo, Loffuer noget saa oc saa / giffuer tilkiende huad det koster. *Venio ad macellum, rogito pisces, indicant caros: Pretium centum nummis indicant: Et pretium, fundus, &c. indicatur. Indicassis* antiquè pro indicaveris.

Indicatio, onis, indicandi actus. Unde *indicatio precii.* Ut, *tua merx est tua indicatio*, Det hør dig til at loffue.

Indicatura, Plin. pro indicatione, quæ fit per æstimationem, Loffning. *Operis indicatura.*

Indicatus, a, um, quod indicavimus. Ut, *hæc res tanti est indicata.* Loffuedt for saa meget.

Index, icis, com. t. qui indicat rem aliàs latentem, Viser oc som røber nogen / Røbemand. Dicitur q; aliàs de homine, aliàs de rebus. Ut, *Cæsaris indices maximis præmiis affecit: vox index stultitiæ: oculi indices sunt animi.* Et *index libri*, qui brevissimè indicat quid in ipso libro traditur, græco nomine Elenchus, continens scilicet nuda rerum vocabula, Register eller Taffle udi nogen Bog: Item index pro titulo seu inscriptione libri, eò quòd indicet quid in libro contineatur, Titel eller Offuerskrifft. Item index, quod Jurisconsi. inventarium seu repertorium vocant, Inventarium / Inventari Bog. Item digitus pollici proximus, quòd eo indicemus, Pegefinger. Item lapis, quo argenti aurive bonitas exploratur, Prøffuesteen.

Indicina, f. pr. Apul. idem quod indicium.

Indicium, cii, n. s. factum, nota, signum, argumentum, quo aliquid indicatur, Kendemercke / Aabenbaring / Kundskab / Røbemaal.

Prædico, as, apertè dico, publicè enuncio, Forkynder / siger ud for alle. *Ex tribunali prædicabit Cæsarem adversa feciisse prælia: Prædicat Præco,* Raaber ud. Et translatè, voce celebro, laudo. Ut, *Multa & honoratè & honorificè & grabiter de eo prædicat.*

Prædicatio, onis, prædicandi actus.

Prædicabilis, le, om. t. quod prædicari debet vel dignum est, Rømmelig. *In misera vita nihil prædicabile.* Et Prædicabile, Logicis, quod de alio prædicari potest.

Prædicamenta, orum, Dialecticis classes rerum sibi invicem subordinatarum, ad prædicandi modos, vel usum prædicabilium.

Prædicatum, n. ſ. Logicis, altera pars propoſitionis, quæ de ſubjecto prædicatur.

Prodictator, oris, Liv. qui eſt vice Dictatoris, & Dictatoris poteſtatem habet.

Subdica, æ, m. pr. Gloſſ. veter. qui dicenda ſubjicit alicui, aliàs monitor; aut qui ſecundo loco dicit ex aſſentione quadam primas relinquens alij. Aliter ſubdiga legitur, quaſi ab ago, ut propriè ſit Scenicorum cedentium aliis, & agentium ſecundo loco.

Compoſita cum aliis dictionibus, tùm verba, tùm nomina.

Bene-dico, cis, Cic. act. t. Sed ſeparatis, ut volunt, dictionibus, idem quod benè loquor, Taler vell/ ſmuct: vel benè precor, Beder gaar. Eccleſiaſticis verò eſt una dictio compoſita, ſignificans idem quod laudo, ærer/ Loffuer oc Velſigner. *Benedico tibi*, i. e. precor: Et cum accuſ. *benedico te:* ſed hoc ad Græcorum Εὐλογῶ, & parùm Latinè.

Benedicta, orum, n. plur. Cic. verba placida & benevolentiæ plena, gode ord. *Benedictis vel maledictis certant.* Diviſim quoq; effertur, & ſignificat commodè, prudenter & appoſitè dicta, vell ſagt/ vell taldt.

Benedicus, a, um, qui bene-dicit.

Benedicè, Plaut. adverb. ſignificans bonis verbis. Ut, *blandè & benedicè aliquem illicere*, Tage/ locke med gode ord.

Blandidicus, Plaut. qui blandè loquitur, Sødtaf lende.

Cauſidicus, Cic. m. ſ. Patronus cauſæ in judiciis, ſed non ſatis peritus, Lovſprecker.

Falſidicus, a, um, qui falſum dicit. Ut, *falſidicæ fallaciæ*, Falſkralende.

Fatidicus, a, um, qui fata dicit & exponit, Spaa/ Mand/SpaaQuinde. *Vates fatidicus*: *vates fatidica*: *numen fatidicum.* Et *libri fatidici*, qui continent fata populorum, Prophecie/ Spaadoms Bøger/ Aabenbarings Bøger.

Judico, as, quaſi jus dico, Dømmer. *Conſules de Cæſaris factis judicant*: *judicat ipſum capitis*, Dømmer hannem fraa Halſen. Item extra forum, ſententiam fero, æſtimo, opinor, Siger min menning/- dømmer om / meener. *Non omnes eodem modo judicant de iſto facto*: *judicavi animo meo te hominem eſſe maximi precii. Judicaſſit*, antiquè, pro judicaverit.

Judicatio, onis, judicandi actus vel facultas. Ut, *conſilium habet in ſe inventionem & judicationem.*

Judicatus, us, m. q. judicandi actus, Dom oc menning. *De judicatu meo benè loqueris.*

Judicatus, a, um, quod judicavimus, Dømpt. *Res cognitæ & judicatæ*: *judicatus pecuniæ*, Dømpt til at legge penge vd. Et abſolutè, *judicatum*, de quo jam ante ſententiâ alicujus conſtitutum eſt, Affſagdt dom oc menning.

Judicatò, adverb. Gell. pro maturo judicio & non temerè, Aff offuerlagt Raad / aff ſit betenckende. *Judicatò ſic pronunciavit.*

Judex, cis, m. t. qui populo jus dicit & judicat, Dommere. Et extra forum, *judex rerum*, i. e. æſtimator.

Judicium, n. ſ. tota actio judicis, vel coram judice agentium, Dom oc Kættergang. *Judicium capitis*, actio de capite. Et extra forum, æſtimatio & opinio, Dom oc menning. *Meo judicio iſtam gloriam nemo conſequitur.*

Judicialis, le, om. t. quod ad judicium pertinet. Ut, *judicialis moleſtia*; *judicialis ſuppreſſio.* Et *judicialis cauſa*, Doms ſag.

Judiciarius, a, um, idem. Ut, *controverſia judiciaria*: *res judiciaria*: *quæſtus judiciarius*: *lex judiciaria.*

Abjudico, as, judicando aliquid alicui aufero, ſive id in foro fiat, ſive extra forum, Fraadømmer. *Rem avitam, patriam mihi abjudicavit. Alexandriam judicabat Regis eſſe, à populo Romano abjudicavit*: *Rationem veritatis ab hoc ordine abjudicavi.* Et *ubi plus mali, quàm boni reperio, id totum abjudico atq; rejicio.* Item Plaut. *abjudicare ſe vitâ*, eſt vel ſententia vel facto ſeipſum tollere, Sige ſig aff med ſit Liff / eller tage ſig aff dage. *Abjudicare ſibi libertatem*, eſt per ſeſe amittere.

Abjudicatus, a, um, quod abjudicavimus.

Adjudico, as, act. pr. judicando do & addico, Tildømmer. *Adjudicare domum alicui.* Et extra forum; *adjudicato, cum utro hanc noctem ſiet: ſalutem mihi imperii atq; orbis terrarum adjudicavit*, i. e. judicavit me Imperio Romano atq; orbi terrarum ſalutem attuliſſe.

Dijudico, as, unum ab alio judico & cerno, giør forſkæl / dømmer paa noget / dømmer Imellom. *Prius dijudicat, quàm ſcit quid ſit veri.* Et *non facilè dijudicatur amor verus & fictus.*

Dijudicatio, onis, actus quo aliquid dijudicatur, Dom oc forſkæll.

Injudicatus, a, um, non judicatus, Wdømpt. *Vitam eripis hominibus injudicatis, indemnatis*: Et *hoc injudicatum relinquo*, Lader dette fare/och ſtaa ſaa hen wdømpt.

Præjudico, as, præ aliis judico vel ante tempus judico, Dømmer for tiden / for tillig / eller for andre. Et conſequenter, jure nullo, non rectè, & quaſi ante cognitam cauſam, Formaſter mig med at dømme. *Quod nondum Senatus cenſuit, nec populus juſſit, id arroganter non præjudico*: *De te non præjudico, ſed graviſſimè judico.*

Præjudicatio, onis, præjudicandi actus. Ut, *præjudicatione Senatus damnatus eſt.*

Præjudicatus, a, um, quod præjudicavimus. Ut, *eventus belli præjudicatus*: *præjudicata res*: *præjudicata opinio.*

Præjudicium, n. ſ. judicii conceptum ſpecimen, quaſi ſententia ante judicium, ſive res, quæ cum ſtatuta fuerit, adfert judicaturis exemplum, quod ſequantur, Forſkrifft och forſlag paa nogen Dom / eller til at dømme. *De iſto facto non præjudicium, ſed planè judicium factum eſt*: Et *judicium accuſatoris in reum pro aliquo præjudicio valet.*

Juridicus, a, um, quod ad dicendum jus pertinet. Ut, *juridicus dies*, quo jus ritè dici poteſt, Rætterdag/

terdag/ Tingdag: *juridica actio*, quæ fit jure dicundo: *juridici conventus*, in quibus jura redduntur. Item absolutè, *juridicus*, qui jus dicit, Tingfogedt/ Herredsfogedt; vel qui ex jure dicit & causas agit, Lowsprecker.

Juridicialis, le, om. t. idem quod judicialis: Et quod fit jure dicundo. Ut, *causa juridicialis: status juridicialis.*

Jurisdictio, jurisdicendi actus, vel dicentis officium, Rætterhold/ Rætten. *Jurisdictionem in Sicilia venalem habuit.*

Maledico, cis, malè alloquor & convitium facio, taler ilde til/ skænder. *Nescis cui maledicas nunc viro.*

Maledictio, onis, maledicendi actus, Skændsel/ skænderi oc ond tiltale. *Maledictio nihil habet propositi præter contumeliam.*

Maledictum, n. s verbum quo maledicimus, Onde ord oc tiltale / skændsk ord. *Maledictis vexat hominem.*

Maledicus, a, um, centior, centissimus, qui maledicit, Skændegæst. *Maledicentiorem te novi neminem.*

Maledicè, modo maledico, med skænden oc onde ord. *Maledicè dicit, loquitur.*

Maledicentia, æ, f. pr. maledicentis affectus & vitium, Skænden/ skændsk ord. *Maledicentia in civitatem.*

Sævidica dicta, quasi sæva dicta, haarde or strenge ord

Spurcidicus, a, um, qui spurcè dicit, wtuctig oc wblu i sin tale. *Spurcidici versus.*

Vanidicus, a, um, Plaut. qui vana dicit.

Vendico, as, quasi quod venum est meum esse dico, holder det for mit / tager mig til. *Partem ortus nostri Patria sibi vendicat. Chii Homerum suum vendicant.* Sic, *eam laudem pro sua vendicat civitas*, i. e. censet, holder for sin. Inde libero & eximo, Befrier. *Se ex suspicione sceleris hominumq; sermone vendicare non potest. Neq; me honoris neq; ætatis excusatio vendicat à labore.* Malunt tamen alii in his duobus exemplis, vindicare, & vindicat. Item penso & resarcio, Betaler/vederlegger. *Meorum periculorum rationes utilitas Reipublicæ vendicat.*

Veridicus, a, um, qui vera dicit, Sandru / sandfærdig. *Sorores veridicæ: Os veridicum: causæ inimicitiarum veridicæ.*

Vindico, as, act. pr. quasi vi dico, vel vincens dico & assero, idq; propriè in libertatem aut servitutem: voce à judiciis translatâ, ubi quis aut in libertatem asseritur alicujus postulatione aut in servitutem. Unde frequenter accipitur pro libero & tueor, Giør frj/befrier/Redder. *Rempublicam afflictam in veterem dignitatem ac libertatem vindicamus: Laudem Scipionis ab oblivione & silentio vindicavit: me in libertatem vindicat: te innocentia tua vindicat à molestia: Vindicabit me à te homine improbissimo: vindicabit se ad suos*, i. e. quasi facta liberatione, se recipiet. Item, punio, ulciscor, heffner oc straffer. *Vindicare facinus, malesicia, Rempubl. Et te valde vindicabi*, i. e. ultus sum: *Peccata judiciis vindicantur.* Item, accuso, incuso, condemno, Laster / straffer. *Quæ vindicas in altero, tibiipsi vehementer fugienda sunt.*

Vindicatio, onis, vindicandi actus. Unde vindicatio est, per quam & contumeliam defendendo aut ulciscendo propulsamus à nobis.

Vindicatus, a, um, quod vindicavimus. Ut, *facinus in nullo vindicatum*, straffedt: *Dolus legibus vindicatus.*

Vindicta, æ, f. pr. libertas vel Prætoris virgula, quâ servis donare se libertatem significabat cum eâ caput servi tangeret.

Vindex, icis, om. t. qui vindicat & ulciscitur, Hevsner. *Vindex facinorum & sceleris: vindex dominationis: carcer vindex scelerum: curia vindex temeritatis.* Item custos, & qui defendit ac tuetur, Forsuar. *Vindex libertatis, civitatis, æris alieni.* Sic, vindex, qui seipsum in libertatem vindicat.

Vindiciæ, arum, f plur. sententiæ sive assertiones aut adjudicationes, quæ ab aliquo negotio nos liberant: vel formula, quâ rei controversæ possessionem petimus, vindicamus & asserimus, dum lis ipsa decidatur. Et omninò vindiciæ sunt fiduciæ, vel, ut Jurisconsl. loqvuntur, fiduciaria possessio: *Lis autem vindiciarum*, est de hujusmodi possessione, vindicatione vel assertione, controversia. Vindiciæ Fest. res ex, de quibus controversia est, aut potius dicuntur vindiciæ inter eos, qui contendunt. Item vindiciæ, quæ ex agro offerebantur in jus, vindicandi causa. Hinc *vindiciam ferre*, est sententia decretoq; obtinere rem. *Dicere* autem *vindicias* judicis est. Item vindiciæ pro libertate. Item pro manus correptione: quia fiebant vindiciæ correptione manus in re atq; loco præsenti apud Oratorem. Erat autem vindiciarum formula talis: Hunc hominem servum meum assero; postulo, ut mihi des vindicias secundum servitutem. Aut: Hunc hominem ego liberum esse assero; postulo, ut mihi des vindicias secundum libertatem. Et in hac vindicatione retinebat sibi rei possessionem ad diem decisionis.

DIES, ei, com. q. lux, seu tempus luce illustre, à *διος*, jove & luce, seu lucis principio, Liusdag. Inde tempus seu spacium viginti quatuor horarum, scilicet, etiam tenebris comprehensis, Døgn. Et tropicè, tempus indefinitum, Dag/Tid/Stund. Distinguunt autem Grammatici genus, ut dies in masculino genere, sit propriè tempus certum & definitum: In fœminino autem incertum & indefinitum; sed hoc non servatur ab auctoribus: Hoc tantùm, quòd in numero singulari sit communis generis: In plurali masculini. Dicebant autem veteres *die crastini quarti, septimi, proximi, pristini*; pro crastino, quarto. Ut, *hanc rem, cùm die crastini resciverit herus.* Et, *non ibi mercatum dixit esse die septimi.* Item, antiquè, accus. casu, sed adverbialiter, *Diem*; pro breve tempus, aut jamdiu, vel jamdudum. Ut, *armati diem istuc faciunt.*

Diecula, f. pr. non est parva dies, sed exiguum tempus & mora, Lidet stund / nogen stund. *Non satis habes, quod dieculam addo?* i. e. aliquam moram temporis.

Diarius, a, um, quod unius diei est. Ut, *opus diarium*, En Dags gierning: *febris diaria*, En Dags folde.

Diarium, n. s. quod in unius diei cibum datur, Dagsfost. Item diurnæ operæ pretium, Dagløn. Item libellus cujuslibet diei res gestas continens.

Diescit, pro fit dies, Det Dagis.

Diu, adverb. pro tempore diurno, seu de die. Ut, *nec noctu, nec diu quietus*, Om Dagen. Item longum tempus, multos dies & annos complectens, Lenge. *Diu vixit: diu est cum dentes exciderunt. Et diu est, quod nihil literarum miseris.* Comparatur etiam diutiùs, diutissimè.

Diutulè, Gell. aliquantum diu, Nogen stund / noget lenge. *Cum diutulè tacitùs cogitando fuissem.*

Diutinus, a, um, quod est diu, & de die in diem, Langvarende / langsommelig. *Diutina servitus: diutini labores.*

Diutinè, adverb. idem quod diu. Ut, *diutinè uti licet, quod benè partum est.*

Diuturnus, a, um, idem quod diutinus. Ut, *diuturnus morbus: diuturna pax.*

Diuturnitas, atis, f. t. diuturni ratio & spatium, Lang tid / langvarende tid. *Diuturnitas belli, temporum.*

Diurnus, a, um, quod ad diem pertinet, vel die fit, Om Dagen. *Diurni nocturnique metus: diurni labores: diurnum spatium: stella diurna*, i. e. Lucifer.

Diurnum, n. s. Sen. idem quod diarium.

Diurno, as, n. pr. veteribus pro diu vivo.

Composita.

Æquidiale, antiquis, quod hodie æquinoctiale, quia nox diei potius, quàm dies nocti adnumerari debet.

Aliquandiu, adverb. significans aliquanto tempore, non admodum longo. Ut, *Aristum Athenæ aliquandiu audivi*, Nogen stacket tid.

Biduum, dui, n. s. duorum dierum spacium, Tu Dags tid.

Biduanus, a, um, quod biduum durat. Ut, *biduanæ induciæ*, Tu Dags stilstand.

Decendium, decem dierum spatium, δεκαετία.

Hodiè, adverb. pro hoc die, I Dag. Accipitur & pro nunc, seu hoc tempore, & hac ætate, Paa denne tid / nu. *Ecquis vivit me hodiè fortunatior.*

Hodiernus, a, um, quod hodie fit. Ut, *hodiernus dies*, Den Dags Dag. *Hodiernum mane*, Denne Dags Morgen.

Interdiu, & antiquis interdius. Ut, *occlusa est janua interdius*: adverb. quasi inter diem & per diem, Om Dagen. *Canes interdiu clausos oportet.*

Meridies, ei, m. q. medius dies, quasi medidies, Middag. Isidoro, quasi purior dies, à merus, i. e. purus Item australis mundi regio, in qua sol meridiem constituit, Synden. *Sol ad meridiem inflectit: Meridies Sol* per Appositionem. Middags Soel.

Meridianus, a, um, quod ad Meridiem spectat. Ut, *sol meridianus*, Middags Soel. *Meridianus circulus*, unus ex majoribus in sphæra cælesti per polos mundi & nostrum verticem, quem sol ingressus nobis meridiem efficit, Middags Linie paa Himmelen. *Meridianum spectaculum*, quod edebatur prandii tempore, & in ipso meridie. Unde & absolutè Sveton. pro gladiatoribus, qui isto tempore pugnabant inermi corpore.

Meridianò, Plin. adverb. pro meridie, & hora meridiana, Om Middagen. *Fax quædam cælestis per ora populi meridianò transcurrit.*

Meridio, as, & Meridior, aris, somnum aut cibum meridie capio, Soffuer om Middagen / giør Middags maaltid. *Longis diebus ante cibum meridiari utile est: Vitam consumit jentando, meridiando, comissando, pergræcando.*

Meridiatio, onis, meridiandi actus: Et peculiariter somnus meridianus, Middags søffn oc huile.

Antemeridianus, a, um, quod est vel fit ante meridiem. Ut, *antemeridianum spectaculum: antemeridianæ literæ.*

Pomeridianus, a, um, quod post meridiem fit. Ut, *hora pomeridiana: ambulatio pomeridiana.* Et transl

latè, quod serò fit, Sildig. *Rem seriam horis pomeridianis aggressi sumus*: Et, *Consul pomeridianus*, qui serò & in senectute creatus est; aut etiam qui supervacaneus, imaginarius & in speciem consul est, nec necessarius, à tempore meridiano sic dictus, quo nihil serii in foro aut Republ. agebatur: sive qui præest non seriis, sed lusoriis negotiis, quæ post meridiem aguntur.

Novendium, n. s. novem dierum spatium.

Novendiale sacrificium, quod novem diebus fieri solebat ad expiationem prodigiorum. Item Novendialia pro feriis novendialibus.

Nudiustertius, adverbial. positum significat tertio die abhinc retrò, quasi, nunc est dies tertius, anden dags gaar / de die enim dicitur, qui præcessit hesternum. Unde *omnia, quæ à te nudiustertius dicta sunt: Heri & nudiustertius.*

Nudiusquartus, quasi nunc est dies quartus.

Nudiusquintus, quasi nunc est dies quintus.

Nudius-sextus, quasi nunc est dies sextus.

Octiduum, octo dierum spatium.

Perdiu, admodum diu. Ut, *legumina in oleareis vasis oblita cinere perdiu incolumia servantur.*

Perdiuturnus, a, um, quod diu, vel valde diu durat, Megit langvarende. *Bellum gessimus perdiuturnum.*

Perdius, a, um, quod per diem agit. Ut, *Socrates perdius, pernoxque id agebat.*

Perendiè, adverb. temporis, significans tertio abhinc die, quasi perinde diem, den anden dag. Ut, *hodie, cras, perendiè. Et scies cras, ad summum perendiè.* Aliter quasi peremptо die.

Perendinus, a, um, quod est perendiè, Ut, *dies perendinus*, den anden dag.

Comperendinus, a, um. Ut, *dies comperendinus*, qui à judice sententiæ destinatus est.

Comperendino, as, in perendinum diem rejicio, setter op til anden dag. Inde in longum differo, de die in diem, holder op en tid effter den anden; forhaler tid fraa tid. Et peculiariter in judiciis dicitur, cum causa differtur in tertium diem, ne videatur repetundarum reus ex præcipitata sententia damnatus, tager Sommen op till anden dag / finder offr / opsetter Sagen til en visse tid oc dag. *Comperendinare reum, causam.*

Comperendinatio, onis, comperendinandi actus; Opsettelse. *Causæ comperendinatio*, quâ rejecta est causa in diem perendinum.

Comperendinatus, a, um, quod comperendinavimus, Opsatt. *Comperendinata causa: comperendinatus reus*, huis Sag er opsatt: vel qui comperendinatu gaudet. Ut, *comperendinatus verres.*

Comperendinatus, us, m. q. tempus comperendinationis; & idem quod comperendinatio.

Comperendinor, aris, dep. pr. Cic. comperendinatu utor. Ut, *comperendinatur reus.*

Postridiè, & Plaut. Postriduò, quasi postero die, & quasi crastino, sed non sub ratione præsentis diei, sed cujusdam alterius futuri, Om anden dagen. *Postridiè ad te venit*: Et cum casu; *postridiè ejus diei: postridiè absolutionis: postridiè Bacchanalia: Postridiè nonas Octobris*, Anden dagen effter. Item cum particula quàm post se: Ut, *Postridiè quàm Pater mortem obiit.*

Pridiè.

Pridiè, adverb. die præ & ante hunc, Om dagen tilforne. *Si quem purgare voles, pridiè non cænet.* Et cum casu; *pridiè ejus diei:* Et *pridiè nonarum & nonas*, i. e. die ante istum diem & nonas, Om dagen for den dag. Et cum particula quàm: Ut, *pridiè quàm moreretur.*

Pridianus, a, um, quod pridiè fit, ut, *pridiano cibo gravatur.*

Propediem, adverb. temporis, significans brevi & citò, quasi propè diem, q. d. proximo die & tempore, straxen/ med det første. *Propediem te videbo: propediem illa exspecta.* Aliter quasi pro pedibus; quod nos dicimus, for fode.

Quamdiu, adverb. pro quanto tempore, Huorlenge. *Quamdiu vixit, nobilis exstitit: oppido tamdiu se tenuit, quamdiu in provincia Parthi fuerunt.*

Quatriduum, n. s. spatium quatuor dierum. Ut, *iter quatridui*, Firedags Reise.

Quatriduo, adverb. Ut, *quatriduò ante hanc rempulcerrimam timore quodam perculsa civitas*, tre dage tilforne.

Quotidiè, sive cotidiè, adverb. significans singulis diebus, quasi quoto quoq; die, huer dag/dagligen/dag fraa dag. *Quotidie Balbi ad me literæ languidiores.* Ponitur & pro quovis die, huad somhelst dag. *Lex de seditiosis civibus quotidiè quæri jubet*, i. e. quocunq;: scilicet etiam festis diebus.

Quotidianus, a, um, quod quotidiè fit, Dagligen. *Cibus quotidianus: formâ quotidianâ virgo*, i. e. vulgari, Almindelig/daglig.

Subdiu, idem quod interdiu. Ut, *subdiu sol agit hic perpetuum diem.*

Tamdiu, sive tandiu, adverb. temporis, significans tanto tempore, saa lenge: *tamdiu fuit in carcere, quamdiu ergo Romæ egi: Vixit tandiu, quàm licuit benè vivere.*

Triduum, dui, n. s. spatium trium dierum. Ut, *Cotta censet habendas triduum ferias: Clodius respondet triduo illum ad summum quatriduo periturum.*

Triduanus, a, um, quod triduo constat. Ut, *triduanæ inducie.*

DIGITI, orum, cujus singul. Digitus, m. s. pr. corr. extremâ manus, quibus aliquid capimus, à δέχομαι, capio, Finger. Inde translatè, digiti pedis, Tæer. Item digitus, mensura digiti, figuratione longitudinis aut latitudinis, Fingerlang / finger bred / tuer finger. Et *digitus in aquæ ductibus*, erat certus quidam aquæ modulus, quo ex castello in vicos aut regiones, aut etiam nobiliorum ædes aqua deducebatur. Habebat autem digitus rotundus Diametrum unius digiti. Aliter à δείκνυω, ostendo, quòd digitis utamur in ostendendo, sive cognoscendi gratia, sive deridendi, sive laudandi. Unde Poëta: *quàm pulcrum est digito monstrari & dicier, hic est.*

Digitulus, parvus digitus.

Digitalis, le, om. t. quod mensuram digiti habet. Ut, *index digitalis*, Finger tyck. Absolutè, *digitale* tegumentum muniens digitorum oras adversus acus, Fingerbølle / Fingerhatt.

Digitabulum, idem quod digitale.

Digitatus, a, um, quod digitos habet. Ut, *aves digitatæ.*

Composita.

Sedigitus, qui sex habet digitos.

DIGNUS, a, um, propriè, qui Deorum laudes meretur, à Dii; ut à bene, benignus; vel quasi dis genitus, Værdig. *Vir est dignissimus.* Inde qui quocunq; modo aliquid, sive id malum, sive bonum, meretur, værd. *Dignus laude: dignus vituperio, morte, &c.* Compar. gnior, gnissimus.

Dignè, adverb. modo digno, værdeligen.

Dignitas, atis, f. t. digni ratio & affectio, Værdighed/ ypperlighed.

Digno, as, act. pr. dignum judico, Værdiger. *Æterno cunctas ævo qui dignant.* Et pass. *homo hoc nomine dignatur.*

Dignor, aris, dep. pr. idem quod digno, & quidem usitatius, holder værdig. *Non equidem tali me dignor honore.*

Dignandus, a, um. Ut, *hæc æstimatione quadam dignanda sunt*, ærie och skattis.

Dignatio, actus dignandi, vel ipsa dignitas, Værdighed/ ypperlighed/ Roes oc berømmelse. *Non sine dignatione administrabit Rempublicam.*

Composita.

Condignus, a, um, idem quod dignus, apud Plaut. & Gell.

Condignè, adverb. modo condigno.

Dedignor, aris, non dignor, indignum reputo, fors smaaer/ foracter / holder icke værdig. *Dedignantur comites, amicos, maritum, minores, &c.*

Dedignatio, onis, dedignandi actus, quo aliquid dedignamur, foractelse.

Indignus, a, um, non dignus, uværdig. *Homo tantis officiis, honoribus indignus.* Item quod minimè decet, utilbørligt. *Indigna flagitia:* Et *indignis acceptus sum modis*: qui scilicet, non decent; Jeg ertagen i onde oc slemme maader: *Quæstum facit suo genere indignum.* Item *indignæ turres*, apud Ennium, pro magnæ, quasi non dignæ, seu quæ non decent. *Indignum* etiam absolutè & parenthesi inclusum, animi indignati nota est, pro infando. Ut, *pectora rupisset, nisi post altaria Phineus esset, & (indignum) scelerata profudit ira.*

Indignè, modo indigno, utilbørligen / Jonde maade/slemmeligen. *Indignissimè necatus est: indignè virginem vitiavit: indignè me tractavit.* Et *indignè patitur*, pro molestè & ægrè, Vrødigen / med onde villie/ icke gierne.

Indignitas, atis, f. t. indignæ rei ratio & affectus, utilbørlighed. *Satis severè, pro rei indignitate decrevit.* Item indigni habitus, uværdighed. *Hominis dignitas aut indignitas ad causæ cognitionem non est adhibenda.*

Indignor, aris, dep. pr. indignè fero, Vredis ved/ fortørnis offr/ Affuinds ved. *Hem, nos homunculi indignamur, si quis nostrum interierit.*

Indignans, qui indignatur. *Corda indignantia patem longam.* Et translatè, *freta indignantia.* Item amisso tempore, *indignantissimus servitutis.*

Indignatio, onis, indignandi actus, Vrede. *Custodum indignatio.*

Indignabundus, a, um, ad indignationem inclinans, seu indignatione plenus, vredagtig/vredefuld.

Indignatus, a, um, idem quod indignans. Et translatè, *indignatum magnis stridoribus æquor: procellæ indignatæ.*

Per-

Perdignus, a, um, valdè dignus. Ut, *tuâ amicitia perdignus eſt.*

DIO, verbum inuſitatum, ſignificans imbuo, tingo, miſceo, ſubigo, à δεύω, ejusdem ſignificationis.

Compoſita.

Condio, is, divi & dii, ditum, act. q. aliquid ſapore aliquo exotico imbuo, vel ut vetuſtatem ferat, vel ſapidius fiat, ut ſit ſale aut aromatibus, Nedſalter/ Kruder/ Sylter/ Indſylter. *Condire herbas, epulas, baſa.* Et per conſequens ſapidum facio. Ut, *cibum condio,* giør Smag paa. Dicitur & translatè, *condire epulas labore, ſudore, curſu, fame, ſiti*: quia hæc optima cibi ſunt condimenta. Item *condire triſtitiam hilaritate,* Slaa Sorg bort med lyſtighed/ fordriffue Sorg med lyſt. Aliter deducitur ſimpliciter à condo, quaſi ſale aromatéve condo.

Conditio, onis, condiendi actus. Ut, *ciborum conditio,* Indſyltelſe/ Krydelſe.

Conditor, oris, m. t. qui cibos condit, Kryder.

Conditus, a, um, quod condivimus, Indſyltet/ Krudet/ Krydet. *Cibus conditus.* Et translatè, *condita oratio,* quæ auribus ſvavis eſt, ſalibus condita, lyſtig/ ſkemptefuld tale.

Conditus, us, m. q. idem quod conditio.

Condimentum, ti, n. ſ. conditionis ſapor, qui cibum commendat, Alt huad ſom giør Mad ſmagende/ Krüderj/ Urter paa Mad. Item translatè, quod jucunditatem animo excitat. Ut, *facetiæ omnium ſermonum condimenta.*

Condimentarius, rii, m. ſ. qui condimenta conficit aut vendit, Apothecker/ Urtekræmer.

Conditaneus, a, um, quod conditionem admittit, vel conditioni vel condiendo inſervit. Ut, *conditanea olea, halec, caro, &c.*

Conditura, Sen. idem quod condimentum.

Inconditus, a, um, non conditus, inſipidus.

DIRÆ, arum, f. pr. Deæ finguntur cæleſtes, ſcelerum ultrices, quaſi Deorum iræ, Guds hæffn oc ſtraff. *Diris ipſum devovit: Diras ei imprecatur,* ynſker hannem wlycke. Et tropicè, ipſa imprecatio, quâ aliquem diris devovemus, onde Bøner/ Forbandelſer. *Diras tuas nihili pendo.*

Dirus, a, um, immiſericordia & crudelitate Diras imitor, Grum oc wbarmhiertig: ſeu diras minor, truer alt ont. *Homo dirus: tempus dirum: ſigna dira.*

Diritas, atis, Diri habitus & affectus, Grumhed. *Diritate & immanitate teter.*

DIS, & Di, Præpoſitiones ſunt, ſed tantum compoſitis in uſu, ſeparationem & diviſionem denotantes, à δίς, bis: quod enim bis fit, ſeparatim fit. Sed & modò negationem notant: Ut, *difficilis, diffido*: modò diverſitatem; ut, *diſſideo*: modò diviſionem; ut, *diſſocio, disjungo*: modò variè, ſive in diverſas partes; ut, *diſpono, diſſemino*: modò malè; ut, *diſpereo.* Uſurpatur autem Di in his; *diduco, digero, diluo, dimitto, dijudico, divorto, diſertus,* nempè antè d, g, l, m, n, j, v, ſ. Dis verò in his: *Diſcumbo, diſputo, diſquiro, diſrumpo, diſſimulo, diſturbo, disjungo,* nempè ante c, p, q, r, ſ, t, j. Mutatur autem in f, Euphoniæ gratia, in *diffindo, diffundo.* Item in r, in *dirimere* & *diribere.* Eſt enim dis-emere, & dis-habere.

DISCO, ſcis, didici, n. t. ignotum per indicia quædam animo percipio, ab Æolico δάσκω, pro δαίω, ſcio, doceor, Lærer til mig. *Didiciſti literas: ſcit ſine aliis diſcere:* Et *pater eſſe diſce ab aliis, qui verè ſciunt.*

Diſcipulus, m. ſ. & diſcipula, fæm. pr. qui vel quæ diſcit, Diſcipel/ Lærdreng/ Lærpige.

Diſciplina, f. pr. Diſcipuli præſcriptum, & diſcendi ratio atq; modus, Forſkrifft/ Underviiſning/ Tuang/ Affue/ Diſciplin. *Doctus ex diſciplina ſtoicorum: eadem nos diſciplina utimur:* Et *militaris diſciplina,* Krigsſkick.

Diſciplinabilis, le, om. t. pro Herenn. Ut, *ſcientia diſciplinabilis,* i. e. ſcientia diſciplinâ acquiſita.

Diſciplinoſus, a, um, Caton. qui facilè diſciplinam apprehendit. Ut, *diſciplinoſus gladiator,* Lærlig.

Compoſita.

Addiſco, is, benè diſco, vel diſcendo addo. Ut, *in ſenectute multa indies addiſcit.*

Condiſco, is, idem quod diſco.

Condiſcipulus, m. ſ. qui cum alio diſcit, Meddiſcipel.

Condiſcipula, Mart. idem in gen. fœm.

Condiſcipulatus, us, apud Juſt. Condiſcipulorum convictus.

Dediſco, is, quod didici obliviſcor, Lær tilbage/ glemmer det jeg haffuer lærd. Et paſſ. Dediſcor, apud Cicer. Ut, *hæc verba mutari, dediſciq; poſſunt.*

Ediſco, is, perfectè diſco, Lærer uden adt/ paa Fingrene. *Libellus ad verbum eſt ediſcendus.*

Perdiſco, is, perfectè diſco, Lær uden adt/ Lær til fulde. *Omnia jura belli perdidicit.*

Prædiſco, is, ante diſco. Ut, *prædiſcit ventos & varios cæli mores.*

DISCUS, ſci, m. ſ. δίσκος, orbis ſolidus & planus ex ferro, ære, lapide vel ligno, cujus jactu vel in longum, vel in altum ſe juvenes exercebant, quale nobis, Skudſteen. Unde Græcis, diſcobolos, qui diſcum jacit. Item vas latum, quo aſſa menſis apponebantur, fladt Fad til Steeg eller anden tør Mad. Unde Græcis *diſcophoros,* qui diſcum fert. Hieron. diſcophorum appellat eum, qui cibum Danieli attulit: ſed vas erat pulmentarium, &c. Item diſcus, quadra ſeu orbiculus menſæ, Tellercken eller Bricke.

DIUS, a, um, pr. prod. à jove oriundus, à jove genitus, à δίος, ejusdem ſignificationis. Ut, Dia Camilla. Inde qui beatitatem & facta jovis vel cæleſtium quaſi æquat, Guddommelig. Ut, *Dius Cæſar.* Et abſolutè, *Dium,* pro ipſo jove ſeu cælo. Ut, *ſub dio vivit,* Aabenhimmel.

Divus, a, um, idem. Interpoſito æolico digamma. Inde abſolutè, Divus & Diva, de iis, qui in numerum Deorum ſunt relati, Helgen. Item *Divum,* idem quod cælum. Ut *ſub Divo morieris.*

Dives, itis, qui fælicitate rerumq; copiâ Divos refert, quaſi terreſtris aliquis Divus, Riig/ Lyckſalig. Et translatè, induta natura adjectivi, cum compar. divitior, idem quod copioſus, abundans, Riig/ offuerflodig. *Dives opum & opibus,* Rig paa godtz. Sic *marmore dives opus.* Item *res dives, cibus dives, panis dives,* quæ ſunt virium affluentium, Drofft/ fom forſlaar vell. Item *dives animus,* qui ſorte ſua contentus eſt, nihilq; ultra expetit.

Dis,

Dis, itis, m. t. Divitiarum fingitur Deus, qui & Dis Pater, Gud for Rigdom. Et translatè, dives, seu divitiis affluens, Rig. Ut, *Dis esses Demea, ac rem tuam stabilisses*: Unde ditior, tissimus. Item inferorum fingitur Deus, quia ex intimis terræ visceribus eruuntur divitiæ. Ut, *patet atri janua Ditis.*

Dito, as, act. pr. divitem facio, divitiis cumulo. Ut, *castra militem ditant.*

Ditatus, a, um, quod ditavimus. Ut, *aliorum bonis ditatus est.*

Ditesco, dives fio. Ut, *horrea ditescunt.*

Ditio, onis, f. t. pr. prod. tractus alicujus Dominii, quasi Ditis, i. e. divitis. in quo nimirum imperium tenet & jus dicit, Herskab / huor mand haffuer at raade oc binde. *Gallia redacta est in ditionem populi Romani.* Et translatè, *aures meas dedo in tuam ditionem*, h. e. tuo obsequor imperio, Et dig lydig oc hørsom/ i din magt oc vold. Aliter à do datum, ut sit in quajus & potestas datur. Ut, *ditio populi Romani*, quæ vel juri vel potestati Romanorum data est & concessa: vel in qua populus jus dat dicitq;, Herskab.

Divitiæ, arum, f. pr. divitis copia, Rigdom.

Divito, as, act. pr. divitem facio, Giør Rig. Ut, apud Gell. translatè, *aures alienas verbis dibitant, ut suas auro locupletent domos.*

Divinus, a, um, nior, nissimus, quod Dei est, vel divorum, Guddommelig/ Gudelig. *Res divinæ*, Gudstieniste: *divina urna*, quâ, conjectis in eam sortibus, divinabant. Et absolutè, *Divinus*, qui divina curat, Gudfryctig. Item qui divina nunciat, Prophete/ Spaamand. *Non sum divinus, sed scio quid facies, avis divina imbrium*, i. e. divinatrix, forkynder. Et divinum, quod virtute est eximium, Deosq; repræsentat, Guddommeligt/ Herligt.

Divinè, adverb. modo divino, Gudeligen / Guddommeligen/ Gudfryctigen. *Divinè de Republ. cogitat*: *Divinè in oratione sua omnia exsequitur.*

Divinitas, atis, f. t. Dei, divinorumq; essentia & Majestas, Guddommelighed / Guddommelig væsen / helligbed. *Ex divinitate sua animum genuit Deus.* Et translatè, summa aliqua præstantia. Ut, *opus divinitatis plenum.*

Divinitûs, adverb. idem quod divinè. Ut, *divinitùs loquitur.* Item à Deo: Ut, *divinitùs accidit*: Et *divinitùs de aliquo mereri*, est divinos honores.

Divino, as, n. pr. divinam voluntatem seu consilium considero & cognosco, Spaaer om huad Gud vil giøre. *Planè hic divinat.* Et translatè, de quovis futuro prænuncio. Ut, *Divinavi id quod evenit*: Et *divino de aliqua re.*

Divinatio, onis, actus divinandi, Spaadom. *Divinatio animi*, quâ animus divinat: *Et divinatio alicujus*, quâ de aliquo divinamus. Et translatè, judicium seu cognitio, quæ fit cùm de constituendo accusatore quæritur, vel cum pronunciandum sit sine testibus, sine tributis, Gætning.

Divinatus, a, um, Ovid. part. pass. Ut, *divinatæ opes*, de quibus divinavimus: Et *hæc mirabiliter divinata sunt.*

Composita.

Addivino, as, Plin. idem quod divino. Ut *homo ex facie hominum addivinans.*

Perdives, itis, valde dives.

Prædives, itis, om. t. valde dives. Ut, *Equus prædives*: *aula prædives.*

Prædivinus, a, um, valdè divinus. Ut, *prædivina somnia.*

Prædivino, as, ante divino, & rem venturam divino. Ut, *prædivinant apes.*

Prædivinatio, prædivinandi actus.

Subdialis, le, om. t. quod sub dio est, & aëre, sine tecto. Ut, *petræ subdiales*: *subdiale pavimentum*; Et *subdiales ambulationes*, vnder Aaben Himmel.

DO, das, dedi, datum, act. pr. quod in mea est potestate alterius facio, à δόω δῶ, ejusdem significationis, Giffuer/ giffuer hen. *Do tibi librum, munus, vitam, locum, abitum, aditum, potestatem, honorem, auctoritatem, consilium, negotium, pernitiem, mœrores, exitium, luctum, exilium, &c.* Et *Dii membra hominibus dederunt, rationem, malitiam.* Et promiscuè variis loquendi modis. *Do me historiæ; vitæ rusticæ; rei familiari; militiæ; paci; fugæ & in fugam; labori; itineri;* giffuer mig til. *Do me ad ludendum*, Begiffuer mig. *Do me in sermonem*, giffuer mig i snack oc tale. *Do me ad lenitatem*, giffuer eller slaar mig til sactmodighed. *Do terga*, i. e. fugio. *Do tibi librum*, i. e. porrigo. *Do dies, tempus negotiis*, Legger tiden an til. *Dare operam rei alicui, & in rem aliquam*, Legge vind paa noget. *Dare alicui aures*, Øre til. *Dare operam sermoni*, giffuer act paa ens ord. *Dat se alicui in conspectum*, Lader sig see. *Dare se sermonibus vulgi: dare se alicui*, betro sig nogen/lempe/ydmyge sig/ giffue sig for en / føje sig effter nogen. *Dare copiam alicui*, Lade en faa oc bekomme noget. *Dare alicui mandata, Dare legationem*, est injungere alicui munus legationis, *Dare alicui literas, mandata*: scilicet, ad aliquem perferenda, antvorde Breff/ Bud eller nogen befalning til anden. Et *dare literas ad aliquem*, Scriffue en til/oc sende hannem breffuer. Item, *tuas mihi dedit literas*, i. e. reddidit. *Do hoc naturæ meæ*, i. e. concedo. Sic; *hoc tibi do*: *dat hoc amicis suis.* Item *dare se in familiaritatem alicujus*, Begiffue sig i ens venskab oc omgengelse. *Dare solatia, cænam: civitatem, veniam, impunitatem*, est ignoscere. *Dare otio*, Legge til onde. *Dare se otio, quieti*: *Dare judicium, actionem*, est concedere: *hoc tibi dabo*, i. e. tua causa faciam. *Dare testimonium*, Bære vidnisbiurd. *Dare in custodiam*, Fengsle. *Dare se in tormenta*, Lade sig pine. *Dare pœnas*, Lide straff/straffis. *Dare alicui fidem*, Loffue en noget. *Dare fidem publicam*, giffue Leide. *Do manus, vel herbam*, giffuer tabt: scilicet symbolo manus vel herbæ porrectæ: *Dare verba*, bedrage med ord: *Dare jusjurandum*, Suerge/ giffue eller giøre Eed. *Dare symbolum*, Udlegge oc giffue sin part oc deel i Laffuedt. *Dare optionem*, giffue Kaaret. *Dare nomen*, Lade sig Indskriffue. *Dare usum rei*, Lade bruge. *Dare se in viam*, giffue sig paa Reisen. *Dare in matrimonium*, giffue til Ecte. *Dare in publicum*, Lade vdgaa. *Dare se somno*, Legge sig till/ slaa sig til. *Dare memoriæ*, Lære uden adt / haffue i tancke. *Dare neci vel letho*, Slaa ihiel/ dræbe. *Dare ventis & oblivioni*, slaa i været / skriffue i glembog. *Da mihi nunc, satisne probas*, i, e. dic: Et *hoc tuis auribus non do*, i. e. non dico assentationis causa, Jeg snacker icke for dig. *Paucis dabo, has partes quomodo se habent*, I Forsiffue. *Res, negotium ita se dat*, begiffuer sig saa/ haffuer sig saa. *Dare per manus*, giffue fraa haand til haand. *Baptizandi modus nobis ab Apostolis datus est per manus*: *Dare in manum*, faa en noget i haanden.

den. *Dare se alicui in disciplinam,* giffue sig til Lære. *Dare tempus alicui rei,* duelge udi noget/ legge tid paa noget. *Dare dono,* Skencke. *Dare mancipio,* tileigner sig. Item Liv. cum infinit. *Do bibere.* Item cum participio; *Commotum te dabo,* i. e. commovebo, Ryste dig/ faa dig noget at tage vare. *Effectum dabo,* i. e. efficiam, vil giøre oc vdrette. Et impersonale; *non datur cernere,* Mand kand icke/ maa icke. Est & verbum Dare in obscœnis, de fœmina. Dicebant & veteres *Duint,* pro dent vel dederint: Ut, *Di tibi dignum exitium, duint:* Et *danunt* pro dant.

Datio, onis, Cic. dandi actus. Ut, *Legum datio.*

Datarius, a, um, Plaut. Ut, *nulla est salus mihi datariæ,* i. e. quæ dando obvenit, haffr ingen at giffue hen.

Datatim, adverb. dandi modo mutuò, Naar en giffuer och tager. *Ludere datatim pilâ.* Et translatè, mulier impudica dicitur in re venerea *ludere datatim* cum masculo.

Datus, a, um, quod dedimus. Ut, *data reddere nolunt: datus est ipsi Senatus frequens: bonum à Diis datum.* Et, *datâ operâ,* ablativè, Med stor flid/ oplagt raad och hu. Item absolutè, *hæc datorum est ratio,* vdgifft. Item *Data* plural. i. e. munera.

Datus, us. m. q Plaut. pro dandi actu, Bortgiffuelse eller skenck. *Meo datu aurum tibi fert.*

Dator, oris, m. t. qui dare solet, munificus, Gaffmild/ Rund. *Datores pilæ,* qui, in lusu pilæ, pilam dabant.

Composita.

Abdo, is, didi, ditum, act. t. ab aliquo me aliò do, & conspectui subtraho, gaar aff vejen/ i skiul/ skiuler mig. *In interiorem partem ædium se abdidit: abdidit se in intimam Macedoniam, in classem, in scalarum tenebras, sive in tenebris domum; Item domo se abdidit:* Et *abdidit se in literas:* Et *literis se abdidit,* Slaar sig ene til/ fraa alt andet. Sic *sub terram abdidit se: Rus se abdidit: abdidit ferrum intra vestem: Ex conspectu heri sui se abdidit.*

Abditus, a, um, quod abdidimus, skiuldt. *Abditum sub terram; in tenebris; in sylvis abditi homines: res abditæ & occultæ: Venæ auri penitus abditæ.* Et absolutè, *Nunquam nisi in abdito cænant.*

Abditè, modo abdito. Ut, *abditè hoc latet.*

Abditivus, a, um. antiquè. Ut, *puer abditivus,* separatus & sejunctus, aut malè editus.

Abditamentum, n. s. detractio pretii, voce additamento contrariâ. ἄδηλον.

Abdomen, inis, n. t. quod sub umbilico est usq; ad pubem: quasi abditum, Vnder Bug. Inde prominens ventris pinguedo, Vom. Item cauda salax, quæ stat in imo ventre. Ponitur & translatè, pro gula & ventris ingluvie. Exponitur & pinguedo spinæ adhærens, in qua sunt renes. Abdomen antiquis dicebatur sumen & mamma suilla cum lacte suo jam abdito & in aliam naturam verso vel siccato, Suinedelð; dictum vel ab abdito lacte, vel quòd sit pars abdita. Et inde superiores significationes.

Addo, is, insuper do, quasi ad aliud aliquid do, giffuer til/ legger til. *Hoc meis malis, & ad mea mala additur: addo & offero de meo: addere cumulum commendationis: in hanc rem hoc addo: in fasciculum literas addere: addere gradum,* est accelerare, gaa fast. Et translatè, *alacritatem, animum, auxilium addidit nostris.*

Additus, a, um, quod addidimus, tillagt. *Unus annus additus labori nostro: hoc additum ad memoriam nominis nostri; ad virtutem.*

Additamentum, n. s. quod alicui additur. Ut, *inimicorum meorum additamentum,* i. e. appendicula.

Addo, as, Plaut. & antiquè, idem quod addo. Ut, *tuo arbitratu quod jubebis addabitur.*

Circumdo, as, dedi, circum aliquid, aliud do, Omgyrder/ omfaffner/ omkring legger. *Urbem fossâ & vallo circumdedit: Bracchiis me circumdedit.*

Circumdatus, a, um, quod circumdedimus. Unde *armis circumdatus,* i. e. armatus.

Coaddo, is, Cat. simul addo. Ut, *cretam coaddito.*

Condo, is, didi, in interiorem locum ad custodiam do, forvarer/ giemmer. *Frumenta condunt æstate.* Inde è conspectu aufero, subducó ve, Skiuler. *Diem condit: soles condit: condidit se in tenebris,* Skiulte sig i mørcket: *Condere se sylvis:* Et, *cantando memini puerum me condere soles: Vim magni doloris per voluptatem tuam condidisti in corpus,* i. e. compressisti. Item idem quod ædifico, quasi simul do & constituo, Bygger. *Condere urbem.* Et translatè, *condere librum,* i. e. componere. Item pass. *Conduntur Tybridis alveo,* skiulis/ forvaris eller byggis.

Conditio, onis, qualitas est, quâ aliquid condi & constitui potest, Vilkaar. *Conditiones pacis,* quibus pax conditur: *Conditio belli, temporis, fortunæ,* h. e. qualitas seu ratio, cui bellum, tempus, fortuna insistit. *Conditio rei,* est per quam res talis est, qualis est.

Conditionalis, le, om. t. Mart. quod conditionem spectat. Ut, *pars conditionalis.*

Conditionaliter, adverb, Jurisconsl. cum conditione.

Conditor, oris, m. t. qui aliquid condit, facit, vel rei auctor est. Ut, *conditor legis: conditor urbis: conditor disciplinæ militaris.*

Conditorium, n. s. locus in quo aliquid reponitur: *Conditorium armorum,* Tøyhuus. Unde & pro sepulcro ponitur, in quo mortuorum corpora aut cineres conduntur. Item apud Svet. capsa ipsa, in qua cadaver reconditur, Liigkiste.

Conditicius, a, um, quod conditum est. Ut, *cibaria conditicia,* forvaret oc giemt føde.

Conditivus, a, um, Varr. & Col. quod condi & conservari potest. Ut, *pomum conditivum,* giemmis Fruct. Item absolutè, *conditivum,* pro sepulcro, apud Senecam.

Condus, qui condendis cibis præest, Køgmester/ Køcken Scriffuer. Et compositè, *Promus-condus,* pro eodem: quia conjungebantur olim officia in una persona, condere scilicet & promere.

Abscondo, is, ditum, vel absconsum, act. t. idem quod condo, Skiuler. *Reliquas radices, quæ in terram absconduntur, fac abradas: Quò quid studiosiùs ab ipsis opprimitur & absconditur, eò magis eminet & apparet.*

Absconsio, onis, Plin. abscondendi actus, Skiulen/ skiul oc forborgenhed.

Absconditus, a, um, quod abscondimus, skiuldt oc forborgen. *Absconditus gladius: Absconditæ insidiæ: Absconditum jus pontificum: absconditi fontes.*

Absconditè, modo abscondito, Forborgen. *Absconditè hæc differuntur.*

Inconditus, a, um, quasi non conditus. Ut, *loca incondita,* wbygte pladtz oc steder. Et translatè, inculta, slemme oc øde pladtz oc steder. Sic, *carmina incondita,* Som icke ere i Laffue eller velgiorde/ groffue. Et *corpora incondita,* quæ sepulcro non sunt condita, wbegraffne.

Incon-

Inconditè, adverb. modo incondito. Ut, *inconditè loquitur, dicit.*

Perconditus, a, um, valdè conditus. Ut, *percondita & difficilis ratio meæ consvetudinis.*

Recondo, is, act. t. totum condo, vel rursus condo. Ut, *gladium cruentum in vaginam recondidit,* ſtucr i Balgen igien / giemte igien. *Recondit aurum.* Et translatè, *fama recondit multos.* Item resondere pro promere, Re significante privationem & contrarietatem actionis verbi simplicis.

Reconditus, a, um, quod recondidimus, giemt / ſkiult oc forvart. *Aurum reconditum, venæ auri reconditæ,* q. d. procul conditæ, ſkiult langt henne. Et amisso tempore, secretum, occultum: Ut, *à Lucullo reconditam desidero,* meere hemmeligt och forborgett. Sic, *literæ reconditæ;* dybe och hemmelige forſtandz Breffue: *In specie oris reconditos mores effingit natura,* de ſom ellers ligge ſkiulte udi hiertet.

Dedo, dis, dedidi, deditum, in perpetuum do, seu in manus & potestatem do, giffuer ſlet hen / giffuer i vold. *Vitii urbem, agros, focos, aras, seq; dediderunt.* Item simpliciter do. Ut, *Cæsum te in pistrinum dedam.* Sic, *dedere se angoribus, voluptatibus, libidinibus.* Et *dedere aures Poëtis,* i. e. dare aures, & auscultare Poëtæ.

Deditio, onis, dedendi actus. Ut, *spes deditionis.*

Deditus, a, um, quod dedidimus & addiximus. Ut, *deditus amori; animus deditus studiis, voluptatibus, levitatibus, amatoriis literis. Deditâ operâ,* i. e. data, Aff frj forſet oc beraadt hu.

Deditícius, a, um, qui se in alterius potestatem dedidit. Ut, *miles, populus deditítius.*

Dido, dis, dididi, diditum, Luer. Virg. & Horat. quasi per partes, seu in diversas partes do, vdſtiffter / vddeler. *Munia & officia didit.* Et translatè spargo. Ut, *rumor ditur, fama ditur,* vdſpredis hid oc did. Aliter per concisionem dictum videtur pro divido.

Ditus, a, um, quod dididimus. Ut, *fama dita.*

Edo, is, edidi, editum, quasi ex do, h. e. extra do, lader vdgaa / giffuer frem / giffuer for. *Librum edidit publicè legendum: leges edidit: edidit spectaculum, munus gladiatorium: nomen suum edidit: edidit testes: edidit scelus: edere rationes,* giøre eller holde Regenſkab. *Edere clamores,* Raabe. *Edere ruinam,* falde. *Edere judicem, consulem,* Giørè / giffue for / Sette til Sommere / Borgemeſter. Et *edidit animum,* i. e. mortuus est, exspiravit, vdgaff ſin Aand.

Editio, onis, edendi actus. Ut, *Librorum editio.*

Editus, a, um, quod edidimus. Ut, *satu Jovis editus est.* Item, amisso tempore, tior, tissimus, significat altum, Høy. *Locus editus: editi colles.* Et translatè, *viribus editior est,* h. e. superior, Er offuermand / ſterckere.

Edititius judex, qui ab una parte tantum largitionibus corrupta editus electusq; est, seq; & pro judice & teste habet, villig Sommere.

Indo, is, indidi, inditum, quasi do in aliquid, Indgiffuer. *In os meum guttam vini indidit.* Inde imprimo, Jndrycker / Jndrycker. *In nostras scapulas cicatrices indidit.* Item, *nomen tibi indidimus Johanni,* gaffue dig Naffn.

Adindo, Cat. antiqua voce, idem quod indo. Ut, *subscudes lineas adindito.*

Interdatus cibus, Lucr. qui per corporis partes divisus est. Ut, *propterea capitur cibus, ut suffulciat artus, & recreet vires interdatus.*

Obdo, is, idem est quod oppono, quasi contra do, Sette for. *Pessulum ostio obdit.* Et per consequens claudo, Lucker til. *Forem obdo, ne senex me opprimeret.*

Perdo, is, perdidi, ditum, rem aliquam in discrimen do, præpostera quadam & intempestiva actione, quasi nimis ago, forgiør sit eller andens / før i wlycke / ſkænder / forkaſter / forderffuer / ſpilder. *Suam, seq; personam perdidit: locupletes suum perdunt: Adolescentem perdidit suis consiliis: perdidit fructus omnes fortunæ & industriæ: perdere operam, oleam,* Spilder. *Perdere causam: perdere litem,* tabe ſin Sag / trætte / eller forkaſte: *amisit non perdidit vitam; perdere aliquem capitis. Hic vereri perdidit,* pro verecundiam, sive desinit verecundari. Ponitur & pro amittere, Miſter. *Perdidit oculos: perdidit summa virtute filium.* Item affligo, Skender / giør ſkade paa. *Di te perdant. Jupiter fruges perdidit, cives, civitates funditùs.*

Perduo, is, antiquè, idem.

Perditio, onis, perdendi actus.

Perditor, oris, m. t. qui perdit. ut, *perditor Reipubl.* Forderſſuere / Skadismand.

Perditus, a, um, quod perdidimus, forderffuet i grund / ſkendt oc ført i wlycke. *Rem perditam restituere cupit: amore & lacrymis perditus.* Et amisso tempore, itior, tissimus, de quo nulla spes reliqua est. Ut, *homo omnium perditissimus:* homo animi perditi.

Perditè, modo perdito, forderffueligen / ſlemmeligen. *Perditè vivit, segerit.* Et *perditè amat,* i. e. vehementer, ut se ex amore expedire non possit, Offuermaade / at mand icke kand holde op igien.

Deperdo, is, omninò perdo & amitto, Miſter ſlet. *Timet ne quid ex his deperdat:* Et, *de jure civitatis nihil potuit deperdere.*

Disperdo, is, omnibus modis perdo, forderffuer i grund. *Rem disperdit; possessiones relictas.*

Disperditio, onis, disperdendi actus. Ut, *disperditio urbis.*

Disperditus, a, um, quod disperdidimus. Ut, *Leno disperditus.*

Imperditus, a, um, quod perdi destruive non potest, wforderffuelig / woffuervindelig. *Corpora imperdita: pectora imperdita.*

Præditus, a, um, part. pass. sine verbo, significans donatus & ornatus, quasi cui à natura & institutione abunde datum est, begaffuedt. *Præditus ingenio, gloriâ ingenii, virtute, humanitate, sapientia, eruditione, indole, exercitatione sive bona sive mala, optimis artibus, studiis, vitio, cupiditate, audaciâ, scelere.* Ponitur & pro affectus, Beragen / beladt. Ut, *præditus morbo, mœrore, metu, luctu, ætate.*

Prodo, is, didi, dàs, aut dorò, seu procul do, vdſkiuder / ſkiuder langt hen fraa. *Amissis navibus, unius ob iram prodimur & longè disjungimur Italis oris.* Inde latentem & invitè prodeuntem ostendo, patefacio, Viſer / giffuer tilkiende / Røber. *Voce sua prodebat ipsum.* Item in potestatem alterius do & trado. Ut, *hostibus prodebat arcem.* Item

perfidiâ & clandestinis consiliis trado, vel modum capiendi ostendo, forraader. Ut, *prodere Patriam: prodere cives, urbes, arces.* Item propago: ut, *prodere genus*, giffue en Slect aff sig. Item prorogo, forhaler. *Nuptiis prodit dies aliquot. Prodere causam alicujus*, est deferre, & malè interpretari, forføre ens sag til det verste. *Prodere sacra*, pro patefacere, Aabenbare. Item pronuncio, palam facio, Vdraaber/forkynder. *Prodere Regem: prodere Flaminem, consulem.* Sic, *prodere memoriæ*, pro literis mandare, i. e. tradere posteris, quasi porrò & procul dare, seu dare, ut porrò innotescat. Et *prodere posteris*, i. e. tradere & ad posteros transmittere: Et *prodere memoriam*, pro eodem; sed subintellectâ voce posteris, aut aliis: *Regnabat ibi cum hæc proderem;* scilicet memoriæ, suppressa nimirum hac voce. Sic; *ita prodiderunt Tragici*, haffuer saa skreffuedt/ladet effter sig/haffuer giort vitterligt/Aabenbarligt. *Prodere exemplum*, est exhibere, vise Exempell/ eller noget till Exempell. *Prodere officium*, i. e. non facere officium: *Prodere vitam*, est se periculo exponere; *Prodere legem*, est destituere; ut si quis accusationem adulterii aggressus, accusare desistit.

Proditio, onis, actus prodendi: Et peculiariter, quo perfidiosè agimus, & malis consiliis aliquem apud alium circumvertimus, Forræderj. *Proditio urbis, Reipubl. amicitiæ.*

Proditor, oris, m. t. qui perfidiosè aliquem prodit Forræder. *Proditor urbis, Patriæ.*

Proditus, a, um, quem perfidiosè prodidimus, Forraadt. *Proditus est à socio.*

Reddo, is, reddidi, ditum, acceptum vel oblatum jussus vel cupienti do, vel retro do; giffuer fraa mig/giffuer igien/giffuer tilbage. *Literas à te datas mihi reddidit. Si quis quid reddit, magna est habenda gratia: Reddidit servum Domino.* Et, *reddidit sententiam iisdem verbis.* Item idem quod simplex do. Ut, *non te sinam emori, nisi mihi argentum redditur.* Sic, pro tribuo: *Suum cuiq; honorem & gradum reddit.* Et, *reddit vitam pro Repub.* Item pro narro: *Reddit rationem sententiæ suæ.* Item interdum idem quod interpretor: *Orationem Gracam Latinè reddidit.* Item efficio, præsto, giør. *Reddere aliquem otiosum: reddere aliquem iratum alicui: cupiditas reddit homines cæcos.* Et *reddere alicui ludos*, Fixere / gøcke / lørge med en / oc gøcke hannem. *Commotum reddam, vel dabo*, Komme eller støde aff laffue / giøre dig galn oc fraa vidder.

Redditio, onis, reddendi actus, Giengiffuelse. Et peculiariter Rhetoricis membrum orationis, quod Græca voce aliàs Apodosis dicitur.

Redditus, a, um, quod reddidimus. Ut, *mors naturæ debita, pro patria est reddita:* Et, *patriis redditus oris.*

Subdo, is, didi, ditum, aliquid sub aliud do, vndergiffuer och legger. *Ollæ ignem subdit.* Et translatè, *subdere ignem seditioni*, pro augere seditionem & fovere: *Subdere calcar Equo*, est calcari subdito equum ad cursum incitare. Et translatè, quemvis quovis modo urgere & incitare. Item, secundo loco, & post edo, pono & colloco, Setter eller legger effter. *His dictis alia subdidit.* Item in vicem alicui do, Setter i sted. *In meum locum judicem subdidit.*

Subditus, a, um, quod subdidimus, Vndergiffuet eller lagt. *Subditis ignibus calefit.* Et *puer subditus*, qui in alterius pueri vicem & locum clàm positus est: *Subditum testamentum*, quod, vero testamento occulto, clàm apponitur, Wecte. *Subditus judex*, in locum alterius subjectus. Et amisso tempore, *subditus*, qui alieno paret imperio, Vnderdanning.

Subditicius, a, um, qui clam subditus est in alicujus locum, stucken i steden. Ut, *Jupiter dictus est subditicius Amphitruo*, qui assumptâ formâ Amphitruonis versabatur cum Alcumena. Sic *subditicius Pirata: Subditicii versus.* Item *pannus subditicius*, Fodrdug: qui scilicet vesti subditus.

Subditivus, a, um, idem. Ut, *subditivus Sosia*, i. e. Mercurius, qui in Sosiæ locum positus erat sub nomine & forma Sosiæ.

Superdo, as, Cels. Ut, *superdandum emplastrum, quò id glutinetur.*

Trado, is, didi, itum, absolutè & ad utendi & possidendi finem usq; do, Offuergiffuer / antvorder slet hen/voldgiffuer. *Hoc mihi præsto in manum tradidit: me tibi totum trado & committo*, Giffuer mig dig Jvold. *Trado tibi eum in servitutem* Sic *tradere se libidinibus, Philosophiæ studio.* Et *in studium aliquod: tradere se in disciplinam, ad scientiam rei militaris: natura tradidit mulieri domestica negotia curanda: tradere aliquem ad supplicium*, Antvorde hen. Item *tradere memoriæ*, i. e. memoriæ figere, Mercke oc ey glemme meere. *Posteritati tradere*, scilicet, scribendo & referendo aliquid scriptis, Føre ud till Efterkommere. Inde simpliciter porrigo. Ut, *tradere alicui pocnlum: pecuniam ex publico traduut: Tradere per manus*, est de manu in manum tradere. Item commendo. Ut, *nomina memoriæ tradidit*, Mercker. Item translatè, ad actiones & opera mentis, pro scribo, doceo, prodo. Ut, *tradere elementa loquendi: Plato scriptis suis immortalitati tradidit ingenium & sermones Socratis.* Et impersonal. *Traditur & traditum est Homerum fuisse cæcum.*

Traditio, onis, tradendi actus.

Transdo, antiquis idem quod trado.

Composita cum aliis dictionibus.

Frugiperda salix, sic dicta, quia ocyùs semen perdit, amittitq;.

Officiperda vel officiperdus, in quem beneficia ingesta effluunt & perduntur.

Pessundo, as, pedibus conculco, træder vnder Fødder; quasi pessum do; Fordærffuer slet i grund / giør til intet. *Pessundare aliquem verbis: hominem suis consiliis pessundedit.* Et *pessundedit iram, inimicitiam, lacrymas, mœrorem, exitium.*

Satisdo, das, dare, dato fidejussore creditorem securum do & facio, Giør forvaring / setter forloffuer. *Satisdat damni infecti: ab illo satisdatur: non satisdabo tibi.*

Satisdatio, onis, satisdandi actus, Forvaring/ formedelst forloffuer.

Satisdatô, id est, ex satisdationis formula. Ut *satisdatò ea tibi debeo.*

Vendo, is, vendidi, ditum, venum do, Selger. *Vigenti minis eam vendidit: vendo meum non plurus, non minoris quàm cæteri: tanto pretio, grandi pecuniâ vendidit. Vendere auctionem*, i. e. auctionari & res in auctione vendere. Sic *vendere sectionem*, pro eodem.

Vendax,

Vendax, acis, om. t. promptus ad vendendum, quiq; ſæpe vendit. Ut, *Patremfamilias vendacem eſſe oportet, non emacem.*

Vendibilis, le, om. t. quod facilè vendi poteſt, Fall. *Fundus vendibilis*: *vendibilis culpa.* Et translatè, popularis & vulgo gratus. Ut *vendibilis orator*, i. e. vulgaris: *Vendibilis oratio*, i. e. plauſibilis.

Venditio, onis, vendendi actus. Ut, *venditio bonorum.*

Venditor, oris, m. t. qui vendit.

Vendito, as, act. pr. ſæpè aut continuò vendo aut vendere cupio, Selger / vdloffuer / eller holder jeffnligen fall. *Venditare oleum*: *venditare agrum.* Et translatè operam alicui ultrò ſpondeo, & quaſi me venalem oſtendo. Ut, *multi ſe venditabant Cæſari*, i. e. in clientelam Cæſaris ſe tradebant, Begaffue ſig ſelff villig till. Inde ſimpliciter idem quod oſtendo.

Venditatio, onis, venditandi actus. Ut, *hæc ſine venditatione fiunt*, Berømmelſe.

Venditarius, a, um, quod vendere cupit. Ut, *lingua venditaria.*

Divendo, is, diviſim vel variè vendo, Bortſelger her och der / hnor jeg kand bliffue aff med. *Decemviri bona civium devindebant.*

Invendibilis merx, Plaut. quæ vendi non poteſt, ut vilis nimis.

Nugivendus, antiquis, qui mulieribus aliquid vendebat. Habebantur enim muliebria pro vanis & inutilibus, Kladderkremer / Børne eller Qvindekræmer.

Venundo, as, act. pr. idem quod vendo, quaſi venum do.

Venundatio, venundandi actus.

DOCEO, es, cui, doctum, act. ſ. pr. corr. aliquem aliquid ſcire facio, à δείκνω, δείκνυμι, oſtendo, monſtro, declaro, Underviſer / Lærer. *Doceo te literas*: *doceo te fidibus*: *Doceo te iſtac de re*, i. e. certiorem facio, Lader vide / lader forſtaa. Et *exitus pòſt docebit*, i. e. declarabit, oſtendet. Aliter à δοκέω, cenſeo, opinor, quaſi opinionem affero, vel opinione & cognitione imbuo.

Docibilis, le, om. t. Priſciano, quod facile diſcitur, aliàs perceptibilis, Begribelig. Sed Eccleſiaſticis idem eſt quod docilis, qui doceri poteſt.

Docilis, le, om. t. qui facile doceri poteſt, Lærlig / Klem: *Homo docilis ad omnem diſciplinam & pietatem.*

Docilitas, atis, hominis docilis affectio & vis, Klemme.

Doctor, oris, m. t. qui docet, LæreMeſter. *Doctor ſapientiæ.* Et inter docentes titulus eſt ſupremi honoris; Doctor. *Doctor Juris*: *Doctor Medicinæ.* Plautus etiam fictè & jocosè lorarios vocat Doctores.

Doctus, a, um, quem docuimus, ſeu qui probè didicit, Lærdt / Underviſt / Vdlærdt. *Doctus Latinè & Græcè*: *artes doctæ*: *Dicta docta*: *docti doli*: *Doctæ conſilia.* Et cum caſu; *Doctus iter, doctus dulces modos, ſermones utriusq; linguæ*, Vdlærdt paa / etc.

Doctè, adverb. modo docto, Meſterligen. *Doctè dicit, perorat, conſulit.*

Doctrina, æ, f. pr. quod docendum traditur, ſeu quo docendus inſtruitur, Lærdom oc Underviiſning.

Documentum, ti, n. ſ. quod nos de re aliqua docet & monet, Lærdom / Lære / Underviiſning / Advar-

ſel / Paamindelſe. *Earum rerum documenta habeo*: *Documentum aliis dabit.*

Dogma, atis, n. t. ejusdem cum Doceo originis, à δοκέω, & ſignificat doctrinam ſecretam & quaſi pro certiſſimo decreto; Viſt / faſt / hemmelig Lærdom. *Scelus eſt dogmata Philoſophorum prodere.*

Compoſita.

Addoceo, es, Horat. idem quod doceo, vel ad jam docta aliquid addo. Ut, *addoret artes.*

Condoceo, idem quod doceo.

Dedoceo, ſecus aliquem doceo, quàm ſit edoctus, Lære rer om igien.

Edoceo, extra doceo, aut diligenter doceo, Vdlærer och fuldkommeligen vnderviſer oc forteller. *Senatum de itinere hoſtium edocuit*: Et *omnia edoceo quæ ſcio.*

Indocilis, le, non docilis, qui doceri non poteſt, vlærelig / vnem. *Homo indocilis, ingenium indocile.*

Indoctus, a, um, non doctus, vlærdt / groffue.

Indoctè, modo indocto. Ut, *non tantum indoctè, ſed & impiè facit, qui Deum negat.*

Perdoceo, es, perfectè doceo. Ut, *coquere cum perdocuit*: *Difficilis eſt ad perdocendum.*

Perdoctus, a, um, quem perdocuimus. Ut, *perdocta eſt probè*, Lærdt och vnderviiſt. *Homo uſu perdoctus*: *Exitio multorum perdoctus eſt.*

Perdoctè, valdè doctè. Ut, *perdoctè omnia callet.*

Prodoceo, es, publicè & palam doceo & profiteor.

Semidoctus, a, um, non integrè, ſed quaſi dimidia ſui parte doctus, Halfflærdt.

Subdoceo, vicem Præceptoris ſuſtineo, vel horis ſucciſivis doceo. Ut, *is in meo labore ſubdocetur.*

DOLEO, es, dolui, litum, n. ſ. pr. corr. læſus animo vel corpore crucior, à δόλος, dolus, læſio, quaſi propriè dolo circumventus & læſus, Sørger / erſorgfuld oc bedrøffuedt / gremmer mig / Suier / Spreeker / Vercker. *Doleo Reipublicæ vicem, caſum & tuam perniciem*: *mihi oculi dolent*: *Dolet caput*: *Et dolet capite*, Haffuer ont i Hoffuedet / giffuer ſig vdi Hoffuedet. Et *dolet feciſſe*, giør mig ont / forstryder / at haffue det giort. Et cum caſu, *dolet dolorem.* Aliter à δειλός, debilis, infirmus, miſer.

Dolenter, adverb. modo dolendi, Sørgeligen. *Dolenter facio*: *Dolenter morte alicujus afficior*: *Dolenter abeſt*: *Dolenter hoc dicam, potiùs quàm contumeliosè.*

Dolentia, veteribus pro dolore.

Dolor, oris, m. t. dolentis affectio, & motus aſper in corpore à ſenſibus alienus, Sorg / Bedrøffuelſe / Sprecke / vee oc ſmerte. *Dolor animi*: *dolor capitis*: *dolor lateris*, Græca voce πλευρίτις, Side vee / ſting i Side.

Doloro, as, dolore afficio. ἀδήλον.

Compoſita.

Condoleo, es, propriè alterius dolore commoveor, Sørger medt. Item ſimpliciter doleo, Sørger. *Condolent latera* Siderne Vercke / haffuer ont.

Condoleſco, idem quod condoleo.

Cordolium, Plaut. dolor cordis ex commiſeratione, Hierte Sorg.

Dedoleo, non doleo, vel dolere deſino, Lader aff at Sørge / Sørger icke.

Indoleo, in re aliqua doleo, vel valdè doleo. Ut, *indoluit se à te tàm serò esse cognitum. Multùm indoluit malis.* Et cum genitivo; *indoluit successorum Minervæ.*

Indolesco, dolore afficior. Ut, *tanta intentione oculorum opus est ut indolescant*, Vt det gior dem ont/ at de Suier der aff.

Indolentia, æ, f. pr. vacuitas est doloris, seu animus dolore vacuus, Roligħed / Roligt Sind. *Res expetendæ voluptate vel indolentia metiuntur.*

Perdoleo, es, valdè doleo. Ut, *perdoluit suam virtutem irrisui esse.*

DOLIUM, lii, n. s. pr. corr. vas amplum, condendis vinis paratum, quasi dolitum pro dolatum à Dolo, Viinfad/Tynde. Erat autem initio fictile & dicebatur calpar & cadus.

Doliolum, parvum dolium. Et pluraliter dolioli dicebantur locus in urbe Romæ ad cloacam maximam, in quo non licebat despuere: sic dicta, quòd post Allienſem cladem, Gallis urbem invadentibus, dolióla, in quibus sacra Romanorum Pontifices condiderant, eo in loco fuerint defossa à Flamine Quirinali.

Doliaris, re, quod dolium seu dolii magnitudinem refert, Ut, *anus doliaris*, Liglam oc ligetyck / Buttedt. Item *vinum doliare*, quod in dolia conditum nec turbulentum amplius, sed novum nec dum vetustum, ac proinde vilius, tinlbet/ sadedt.

Doliarium, n. s. Jurisconsul. vel pro ipso dolio, vel cella, in qua dolia vinaria sunt.

Doliarius, m. s. qui dolia concinnat, Bødicker.

DOLO, as, pr. corr. act. pr. asperitatem materiæ præcido, ut plana lævisq; fiat, à Prisco δέλειν, latenter carpere vel ferire, eadem scilicet cum dolon origine, quasi ferro in lignamento latente cædo & complano, Høffler. *Dolare perticam in quadrum.* Inde quocunq; modo instrumentóve complano, Hugger slæt/ slætter. Et translatè, *dolare orationem*, pro polire & ornare.

Dolatus, a, um, quod dolavimus. Ut, *stipes propemodùm falce dolatus.* Et *homo non ex saxo sculptus aut è robore dolatus*, i. e. dolando poliendoq; incisus.

Dolabra, æ, f. pr. instrumentum fabrile, quo ligna dolantur, Høffl. Exponitur & instrumentum, quod in extrema sui parte, quâ lignum incidit, leviter in supercilium curvatur, Tengsel, Item ascia, slet øxe.

Dolabella, parva dolabra.

Dolabratæ secures, quæ habent dolabram.

Dolio, lis, livi, litum, veterib. idem quod dolo. Unde *cælo dolitus*, pro dolatus, antiquè.

Composita.

Circumdolo, as, Plin. circumquaq; dolo seu polio. Ut *circumdolat latera Platani.*

Dedolo, as, idem quod dolo, seu accuratè dolo. Ut, *dedolare ossa*: *Dedolandæ partes putres.*

Edolo, as, perfectè dolo, tùm propriè, tùm translatè. Unde *unum edolavit libellum.*

DOLUS, li, m. s. δόλος, veteribus in bonam partem dicebatur latens quidam decipiendi modus honestus adversus hostes & latrones, Snid/pudz/skalckstycke. Inde in malam partem fraus inhonesta & fada, Suig/ skelmstycke/ bedrægerj / sund. Unde dicitur ex utraq; significatione, *dolus bonus & dolus malus.*

Dolosus, a, um, dolo plenus, Suigefulg / Bedragelig. *Dolosa fidicina; dolosum consilium; artes dolosæ.*

Dolosè, adverb. modo doloso, Suigeligen / bedrageligen / skalckactigen. Dolosè agit & loquitur.

Dolon, onis, m. t. eadem græca origine δόλων, fica vel gladius sive fusti insertus & occultatus, sive alio modo occultus, quo dolosè aliquem ferimus. Exponitur & contus ingens cum spiculo brevissimo. Item minimum velum ad prorsam, Fok.

Composita.

Sedulus, a, um, prim. prod. qui sine dolo officium facit, Vindskibelig/ duelig/ flittig oc troesudt sin giørning. *Assideat custos sedula semper anus.* Aliter à sedeo, ut translata sit significatio à sedentariis mutata quantitatè initialis syllabæ.

Sedulè, adverb. Col. modo sedulo, flitteligen/troligen. *Custos sedulè circumire debet alvearia.*

Sedulò, Plaut. idem. Ut, *sedulò celo, dico, dissimulo: parùm successit quod ago; at facio sedulò.*

Sedulitas, atis, f. t. seduli affectus & officium, Flittigħed/ vindskibeligħed.

Subdolus, a, um, qui dolo utitur. Ut, *homo subdolus, lingua subdola: vetus subdolum.*

Subdolè, modo subdolo. Ut, *subdolè blandiri.*

DOMUS, us, f. q. δόμος, ædificium tecto & parietibus constans, habitationiq; paratum, Bolig/ Huusſ/ vereise. Et translatè, quodcunq; habitaculum. Ut, *Domus Deorum*, i. e. templum: *Domus æterna*, i. e. cælum, & beatorum sedes: *domus avium*, i. e. nidi. Item tropicè familia, Tiunde / Huusholdning. *Domus meæ imperium teneo.* Item gens aliqua tota societatis, vel sanguinis jure juncta, Jt slags Folck / Sleet oc Stamme. *Domus Cæsarea seu Julii.* Item Patria, Fæs derneland/ Hiemme. *Da propriam Tymbræe domum, da mœnia fessis.* Veterib. in Genit. Domi. Item in ablat. domo; Et pluraliter, domorum, & domos potiùs quàm domu, domuum & domus, dicimus. Legitur & in Genit. domus. Sed & observandum, hodiè aliud esse domi, aliud domus; in Genitivis: quippè domus significat ædificium: sed domi, domus locum & inhabitationem. Ut, *frater meus est domi meæ*, Hiemme til mit/hoſſmine: *Vestræ, tuæ, suæ, alienæ*: Idq; ad imitationem propriorum nominum, oppidorum primæ & secundæ, pro in domo.

Domuncula, parva domus.

Domuscula, idem.

Domesticus, a, um, quod ad domum pertinet. Ut, *domestica negotia, exempla*: *domesticus usus & consuetudo*: *domesticum lenocinium*: *domestica furta*, quæ domestici committunt. Item domibus assvetum. Ut, *animal domesticum*, Gaardskre/ Huusſvaandt. Et, *Domesticus*, qui in eadem domo nobiscum vivit, Tiund eller Langvarende gæst / som er i daglig omgengelse.

Domesticatim, adverb. per varias domos seu domesticos, Huusſ fraa Huusſ eller til tiundedt. *Epulum domesticatim apparabat.*

Domicilium, lii, n. s. domus, quæ inhabitatur, & quidem longiore tempore, Huusſ/ Vohning/ Bolig/ Verelse.

Dominus, m. s. qui domui præest, imperiumq; in familiam habet, Adelbonde/ Hoßbonde. *Apparet hunc servum esse pauperis Domini.* Et translatè, qui in rem & bona, vel hominem, urbem, regnúmve imperium habet, Ejer Mand / Hoßbonde / Herre. Item qui cuicunq;

cuicunq; rei præſt. Ut, *Dominus convivii, Epuli,* Vert/ Herre oc Forſtandere. Et de Deo per Excellentiam. Ut, *Deus rerum Dominus,* Herre. Hodie titulus eſt honoris: olim poteſtatis; unde & odioſum erat nomen, pro tyranno: deducebaturq; à Domo, quaſi qui alios domat. Fuit & Dominus in ſalutationibus olim, ut & hodie.

Domina, næ, f. pr. idem quod Dominus in ſexu fœmineo, Adelkone / Huſtru / Hoſſbond / Frue/ Kjermand. Et translatè, *virtutes rerum omnium Domina.*

Dominicus, a, um, Varr. quod ad Dominum pertinet, vel eſt Domini. Ut, *Dominicæ actiones.* Et Eccleſiaſt. *Dominicus dies,* qui Domino ſervatori ſacer eſt in reſurrectionis memoriam, Søndag.

Dominium, n. ſ. Domini ratio & jus in rem, Herredom / mact oc myndighed / Rættighed til noget.

Dominor, aris, dep. pr. dominium in rem habeo, ſive jure ſive injuria, Herſker oc Regærer. *Victis dominatur: dominatur in ſuos:* Et *dominatur in bonis, & in orbe,* Et paſs. apud Cicer. *O domus antiqua, heu quàm diſpari Domino dominaris.*

Dominatio, actus dominandi, Regæring / Styrelſe. Dominatio rationis in libidinem.

Dominator, oris, m. t. qui dominatur, Regentere. *Deus rerum Dominator.*

Dominatrix, icis, f. t. idem, in ſexu fœmineo. Ut, *cupiditas cæca dominatrix animi.*

Dominatus, us, m. q. dominandi actus vel ratio, Herſkaff/Regæring. *Urbs crudeli dominatu tenebatur.*

Domo, as, ui, itum, act. pr. quaſi domi contineo & ex fera manſvetum & domeſticum facio, giør ſpag / tæmmer / ſpæger. *Domare Equos, boſtes, feras, & animum ſuum.* Aliter à δομάζω, ejusdem ſignificationis.

Domitus, a, um, quod domuimus, ſpæget/ tæmt. *Equus domitus.* Et amiſſo tempore, ſpagferdig.

Domitus, us, m. q. domandi actus, Tæmmen. *Efficimus domitu noſtro quadrupedum vectiones.*

Domitor, & Domator, oris, m. t. qui domat. Ut *Domator Equorum.*

Domitura, æ, f. pr. Plin. & Colum. pro domandi actu, tæmmelſe. *Bobis domitura in trimatu erit.*

Domabilis, le, om. t. quod facilè domatur. Ut, *Adamas nulla flamma domabilis.*

Domito, as, idem quod domo, vel frequens ſeu ſollicitè domo, aut domare cupio. Ut, *domitare boves.*

Compoſita.

Edomo, as, abſolutè & omninò domo, Slæt tuinger och ſpæger. *Cives improbi indomiti ſunt.*

Indomitus, a, um, non domitus, wtæmpt / vild och galln. *Homo indomitus: boves indomiti: indomitæ animi cupiditates: indomitum ingenium.*

Indomabilis, le, non domabilis, qui domari non poteſt, wtæmmelig. *Equus indomabilis.*

Perdomo, as, act. pr. idem quod domo, vel totum & perfectè domo, Spæger/ tæmmer/ tuinger. *Perdomuit feras, canes, provinciam.*

Perdomitus, a, um, quod perdomuimus, Tuinget oc tæmt. *Provincia perdomita: perdomitæ urbes: perdomiti boves.*

Prædomo, as, ante ſive prius domo. Ut, *omnes caſus antequam exciperet, prædomuit meditando.*

DONEC & veterib. Donicum, pr. prod. adverb. relativum ſignificans æquationem temporis ſive perpetuationem actionis cum altero, cujus fit mentio, quaſi dum cum, Saa lenge / Mens / det ſtund. *Te exſpecto donec ad locum venias:* Item actionis ceſſationem ſeu finem, Indtil ſaa lenge. *Dabo operam ſtudiis donec moriar.* Jungitur autem tàm indicativo modo, quam ſubjunctivo, & cuivis etiam tempori.

DONUM, ni, n. ſ. pr. prod. honorarium, quod ſive Diis ab Hominibus, ſive hominibus à Diis offertur voluntariè, & largè, à δῶρον, ejusdem ſignificationis, Skenck oc Gaffue. Aliter immediatè à do.

Donarium, rii, n. ſ. Macrob. quod in ſacrum uſum confertur, Kircke ſkenck oc prydning / Helligdom. Item locus ſeu templum in quo donaria reponuntur, Helligdoms huuß eller ſted.

Dono, as, act. pr. ex mera liberalitate, honoris vé gratia do, forærer/Skencker. *Dono te libro, auro, torque, uxore, filio:* Et *dono tibi librum, aurum, &c.* Item *dono tibi inimicitias,* i. e. remitto ex liberalitate, Skencker oc tilgiffuer. Item *dono te civitate:* Et *dono tibi civitatem,* Giør til Borgere/giffuer Byes frihed.

Donatio, onis, donandi actus. Ut, *coronæ donatio,* quâ donatur. Et *ex donatione Regis,* qua Rex donabat.

Donatus, a, um, cui donavimus, foræret med noget/ſkenckt. *Nemo donatus abibit: munere, torque donatus: vacatione donatus à Senatu.* Item quod donavimus: Ut, *æs alienum tibi donatum: Cauda pavoni donata ad ornatum.*

Donaticiæ coronæ apud Feſt. quibus victores in ludis donabantur.

Donativus, Jurisconſ. creditor qui donationem facit. Et *Donativum* Tacit. quod ab Imperatore militibus datur, Herre eller Førſtelig ſkenck oc foræring.

Compoſita.

Condono, as, idem quod dono, Skencker. *Condonare peccatum,* eſt ignoſcere, tilgiffue/forlade.

Condonatio, onis, condonandi actio. Ut, *condonatio bonorum, poſſeſſionumq;*

Redono, as. Horat. pro reddo. Ut, *Redonavit te Patriæ: Redonavit ipſum matri:* Et *Redonare iras,* eſt remittere.

DORMIO, is, ivi, itum, n. q. ſomnum capio, à δέρμα, pellis; quia in pellibus ſtratis dormiebant antiqui: Unde illud Virgilii: *Pellibus incubuit ſtratis ſomnoſq; petivit,* Soffuer. *In lecto dormit: In dextram dormit,* Paa Armen. Et proverbialiter, *dormire in utramq; aurem, aut utrumvis oculum,* h. e. ſecurum eſſe & otioſum.

Dormiſco, ſcis, dormire incipio, Søffner/begynder at ſoffue. Item, idem quod dormio, Soffuer hen. *Cùm dormiſſet, ei ſubduco annulum.*

Dormito, as, n. pr. idem quod dormio ſeu parum dormio, aut dormire cupio, Slummer/ Søffner. Et translatè, *bonus dormitat Homerus,* i. e. errat, ſeu quaſi dormiens loquitur, Slaar feil / ſom den der taler i Søffne / oc ved icke ſelff huad hand ſiger.

Dormitator, oris, qui ſolet dormire, omniaq; negligenter quaſi dormitans agit, Søffnere/ dryndrere. Exponitur & fur, in Plauto, quia fur interdiu dormit, ut noctu vigilet. Item amator, quaſi qui ſimulanter dormitare ſolent.

Dormitorius, a, um, Plin. quod dormiendi rationem ſpectat. Ut, *cubiculum dormitorium;* pro quo & abſolutè, dormitorium, Soffuekamer/Søffnehuuſſ.

Compo-

Compoſita.

Addormiſco, ſcis. Idem quod obdormiſco. Svet.

Condormio, ſimul dormio.

Condormiſco, falder i ſøffn eller ſøffner.

Edormio, is, quaſi exdormio, ad ſatietatem nimirum, Soffuer ud. *Cum edormierunt, illa viſa quàm levia fuerunt, intelligunt.* Et, *edormire vinum; edormire crapulam*, Soffue ſaadant ud aff Hoffuedet.

Edormiſco, idem. Ut, *edormiſco vinum: edormiſco ſomnium*, Soffuer en ſøffn ud.

Indormio, is, in re aliqua, vel ſupra rem aliquam dormio, Soffuer paa noget. *Congeſtis undiq; ſaccis indormis.* Et translatè, ceſſo, ſeu tardus ſum, giffuer ſtunder. *In homine hoc colendo diu indormivi.* Et *indormire cauſæ*, eſt remiſſiùs & ſegniùs tractare negotium, q. d. Slumme i ſin ſag/ være forſømelig.

Obdormio, is, n. q. idem quod dormio, vel altè dormio. Ut, *Endymion in Latmo obdormivit.* Et Plaut. *obdormire crapulam*, Soffue øllſiuge aff Hoffuedet.

Obdormiſco, idem quod obdormio, vel ſomno corripior, Soffuer hen.

Perdormiſco, is, ſomnum in certum aliquod tempus continuo. Ut, *ad lucem perdormiſcit.*

Redormio, is, rurſum dormio.

DORSUM, n. ſ. pars poſterior animalis eminens & latera diſtinguens: ſic dictum à deorſum, quod deorſum ſit divexum, Ryg. Inde translatè, cujuscunq; partis eminentia. Ut, *dorſum naſi*, Næſebunck / bunckel. Et de inanimatis: *Dorſum montis*, Bergbunck eller bancke: *Dorſum maris*, i. e. pulvinus, arenis terrave conſtans, Grunder/ Buncker/ Bancker/ Bove/ Boſſuer/ Reffler i haffuet. Plautus in maſcul. uſus eſt. Ut, *dorſus mihi prurit.* Antiqui quoquè *doſſus* dicebant. Aliter doſſus, quaſi dogſus à δοχὸς, trabs quædam corporis animalis. Item dorſum aliter à δέρη, collum, cervix & jugum montium.

Dorſuale, is, n. t. & veterib. Doſſuale, tegumentum quod Equi dorſo inſtruitur, Beſtedecke.

Dorſuarius, m. ſ. qui dorſo meret oneraq; portat, Dragger. Et adjectivè, *jumentum dorſuarium*, quod dorſo vehit. Antique dicitur doſſuarius.

Compoſitum.

Exdorſuo, as, act. pr. Plaut. Dorſum diſſeco, flecker ad Ryggen. *Piſcem exdorſuat.*

DOS, otis, f. t. quod marito cum ſponſa datur, à δὼς, δωτὸς, quod general. ſignificat omne donum, Medgifft/ hiemgifft/ hiemgaffue. *Uxor ſine dote venit.* Et translatè, quod à natura homini pro ornamento datur, idq; pluraliter potiſſimum. Ut, *dotes animi: dotes corporis*, Gode gaffuer.

Dotalis, le, om. t. quod dotem ſpectat. Ut, *dotalia bona: dotales fundi.*

Doto, as, act. pr. Svet. dotem do; dote orno vel augeo, Giffuer medgifft/vdgiffuer. *Filiam* dotavit.

Dotatus, a, um, quem dotavimus. Ut, *mulier dotata.* Et *homo dotatus formâ corporis bonâ, animiq; virtutibus*, Begaffuet.

Compoſita.

Indotatus, a, um, non dotatus, vel dotè carens, Vden medgifft oc hiemgifft. Et translatè, cui aut verba, aut res, aut ornatus deeſt. *Ars indotata*, quæ ſine ornatu eſt.

DRACHMA, æ, f. pr. δραχμὴ, unciæ pars octava, 3t quintin. Et in re numaria, En halff marck. Quia uncia octo continet drachmas.

Nota.

Drachma in aliis civitatibus erat major, in aliis minor. Hinc & nobis, drachma major, quæ & Regia dici poteſt, en halff Rigs marck/ drachma minor, en halff ſlet marck. Dicebatur & ſuperiore ſeculo de didrachmis, en liden marck / tu eller try ſmaa marck. Sic & atticis mina erat major & minor.

Compoſita.

Didrachmum, n. ſ. numus eſt duas continens drachmas, en marck Danſke.

Tetradrachma, æ, f. pr. numus valens quatuor drachmas, en halff daler.

Tetradrachmum, n. ſ. idem.

DRACO, onis, m. t. δράκων, ſerpentis genus immane, Drage. Et translatè, ex tortuoſitate & annoſitate palmes emeritus, anniſq; plurimis induratus. Item piſcis nomen, Fierſing.

Dracæna, æ, f. pr. fœmina Draconis.

DUBIUS, a, um, pr. corr. quod aliquem incertum facit, & animo hærere, quid potiſſimum eligat vel faciat, quaſi duvium, i. e. duas vias habens, tuifflſom/ wviſt. *Via dubia: res dubia teſtibus eget.* *Cæna dubia*, ubi propter appoſitorum copiam incertus es quid potiſſimùm ſumas. *Cælum dubium*, ubi dubitatur de cæli eventu, ſerennm ne futurum, an turbidum, wſtadig/ tuifflſom vær. Et abſolutè, *non eſt dubium*, det er icke tuiffl. Et *acta Cæſaris in dubium ventura videntur*, i. e. in incertum eventum, in periculum, komme i fare. Item dubius de homine, qui de re dubia incertus eſt. tuifflſom/ tuifflraadig. *Animus in hac cauſa dubius eſt.* Dicebatur & antiquè *dubienus*, vel *dubiennus*. Aliter à De & habeo q. d. er icke viſſe paa noget.

Dubiè, adverb. modo dubio, tuifflſom. *Signum dubiè datum: nec dubiè ludibrio eſſe miſerias ſuas.*

Dubietas, atis, f. t. dubii ratio. ἄδηλον.

Dubio, as, antiquè, idem quod dubito.

Dubioſus, a, um, Gell. dubio plenum, tuifflſom/ wviſt. *Dubioſa pecus*, de qua dubium eſt.

Dubito, as, n. pr. dubius ſum, er tuifflraadig / tuiffler/ er wviß. *De tua voluntate non dubito.* Et, translatè, vereor, metuo, frycter / gruer for. Quia actio hæc ex timore vel metu ſæpiùs accidit: Ut, *quid iſtuc dicere dubitas?* i. e. quid times aut vereris. Sic *non dubito promittere.* Dubitatur, impersonal. Ut, *non de armis dubitatur: ſed de armis quæritur.*

Dubitabilis, de quo dubitari poteſt. Ut, *Verum non erit dubitabile*, tuifflſom. *Virtus in eo dubitabilis.*

Dubitanter, adverb. modo dubitandi. Ut, *milites in hoſtem dubitanter immittunt*, med fryct / med tuifflraadighed.

Dubitatio, onis, dubitandi actus, vel dubitantis affectio, tuiffl.

Dubitatus, a, um, de quo dubitamus, wviſt. *Dubitatus amor: dubitatus parens.*

Dubitatim, veterib. idem quod dubitanter. Ut. *Dubitatim iter faciebant milites.*

Compoſita.

Addubito, as, n. pr. Cic. aliquantum dubito, tuiffler noget. *Addubitavi, à quo eſſent literæ ad me datæ:*

addubi-

addubitat quid potius aut quomodo dicat: De hoc addubitat Panætius.

Indubito, as, valdè dubito, seu dubitando diffido, tuiffler paa. *Moribus tuis indubito.*

Indubitabilis, le, non dubitabilis.

Indubitanter, sine omni dubio, vden all tuiffl.

Indubitatus, a, um, quod omni dubio caret. Ut, *exemplum indubitatum: Indubitata spes.*

Subdubito, as, non nihil dubito. Ut, *subdubitabam, qua esses voluntate.*

DUCO, cis, duxi, ctum, act. t. pr. prod. incedentem in itinere dirigo, à δεικνύω, monstro, quasi monstrando viam, leder/ forer. Hinc plures loquendi formæ, partim propriæ, partim impropriæ & translatæ. Ut, *ducere Exercitum, ordines*: Et *hominem duci jussit*, scil. ad supplicium: *Ducere uxorem*, scil. domum, tage en Hustru. *Ducere Eqvum*, lede / trecke en Hest. *Ducere aquam per fundum*, lede Vandet. *Ducere literas*, Scriffue. *Ducere lineam*, drage en Linie. *Ducere choros*, Dantze. *Ducere suspiria*, Sucke. *Ducere spiritum*, drage Aande. *Ducere animam*, Leffue. *Ducere parietem, muros*, drage væg op/eller langs adt. *Ducere tempus, fœnus*, forhale det. *Ducere principium ab aliqua re*, Begynde. *Ab eodem verbo orationem ducere*, tage aff/ begynde/ lede/ vdføre. *Commendationem ineuntis ætatis à scelere duxit*, Begynte eller tog aff skælmerj. *Ducere ferrum, aurum*, vdsmede. *Ducere rationem*, holde Regenskab. *Ducere conjecturam*, gætte. *Uva ducit colorem*, tager farffue til sig aff Solen. *Ducere opinionem*, giøre ellet tage mening eller tancke aff noget om noget. *Injus ducere*, Anklage oc føre for Rætten. *Ducere somnos*, Soffue. *Ducere bellum*, føre Krig. *Ducere gladium*, vddrage Suerd. *Ducere animo*, offuerveje / tencke/meene. *Ducere rationem sui commodi*, haffue sin fordeel i act. *Ducere exsequias*, følge Lig til jorde: *Vulnus ducit cicatricem*, giør ar / løber sammen. *Ducere & ductitare restem vel funem*; est choreas agentium longâ serie, som at dantze Barboskrep / och vdi en lang Rad haffue haandklæde imellom sig. Item duco pro existimo; ut, parvi duco, holder/ acter / skatter ringe. *Tanto te crimine dignum duco*, i. e. judico: In qua significatione Festus deducit, à δοκῶ, censeo, opinor.

Ductilis, le, om. t. quod facilè ducitur, attenuaturq; , som kand vdsmedis / tyndis. *Æs ductile*, Kedelkaaber. *Tuba ductilis*, quæ ex ære facta est, Messingtromete / Kaabertromete. *Ductilis scena*, quæ tractis tabulatis hàc atq; illàc interiorem picturæ speciem denudabat. Et *flumen ductile*, quod hominum cura variè ducitur, giort och leed Vandstod.

Ductim, adverb. modo ducendi, i. e. protrahendi, vel placidè, med forhalelse / saa sacteligen. *Ductim agit; ductim liquores infundit.* Et *ductim tangere*, est pugno ferire.

Ductor, oris, m. t. qui ducit exercitum, Fører eller Feltfører.

Ductus, us, m. q. ducendi ratio seu modus, Føring. *Ductu Fabii nihil memoratu dignum actum est. Ductus piscium*, en Fiskedregt. *Ductus aquæ*, quo aqua ducitur, Vandkonst/ med render eller graffuer.

Ducto, as, act. pr. huc illuc duco, Omkringleder. *Exercitum ductavit in Asia: Ductare mulierem*, Lede om med sig. Et *ductare hominem est*, pro ludibrio habere, lede en / lede ud / omlede: Verbis nimirum, vel consiliis. Item *ductare aliquem* dicitur, cum ductanti paretur. Ut, *ductare exercitum.*

Ductarius funis, qui per trochleæ orbiculos trajicitur, Dragline/ Holetaull. Item qui succulæ obvolvitur in tympano, tov.

Ductariè agitur navis, cum adverso amne funibus trahitur.

Ductito, as, aliud frequentativum, idem quod ducto.

Dux, ucis, m. t. qui ducit, Fører/ Anfører/ Ledsager. *Scelerum dux.* Et de fœmina: *Dux fœmina facti: fœmina Dux malorum, & scelerum artifex.* Item peculiariter, qui exercitum ducit, Feltfører. Item qui & olim Imperator, Feltøffuerste / Krigsøffuerste. Item hodie nomen dignitatis, & quidem Gen. comm. Hertug/ Hertuginde. *Dux illustrissimus: Dux illustrissima.*

Ducatus, us, m. q. Ducis officium & dignitas, Anføring / Hertugdom.

Composita.

Abduco, cis, xi, ctum, à loco sive aliunde duco, Bortføre/ leder/ tager; idq; vi quadam. Ut, *captum abducebat Babylonem: Me invito abduxit meam.* Et expresso modo; *vi abduxit, & per vim à foro abduxit.* Item sine vi. Ut, *me convivam solùm abducebat sibi: ab aratro Cincinnatum abduxerunt, ut esset dictator.* Sic, *abducere aciem mentis, animum, animos, à sollicitudinibus, vitiis, molestiis, ex acie.* Item *nemo me à Republ. abducet: cogitationem à consvetudine abduxit*, scil. pro avocare & avertere. Et *fide abducere*, est revocare à fide præstanda, aut fidem frangere. Ponitur & pro aufero, Bortrager. *De vestro hoc abduxi: ubi intro hanc nobam nuptam deduxi, clavem abduxi.*

Abductus, a, um, quod abduximus. Ut, *abductum pecus: abductus captivus*, scil. vi, Bort ført.

Adduco, is, quasi ad aliquem duco, henleder / henfører/drager/ sive volentem. Ut, *Lesbiam adduci jubet: adducit hoc ex Gallia.* sive invitum. Ut, *in Italiam gentes armatas adduxit. Adducere aliquem in summas angustias*, pro redigere: *In discrimen capitis: in invidiam: injus: ad facinus: in honorem adducere:* Et *in hanc spem adducimur: adducitur spe, alicujus cupiditate. Adduci non possum, ut rear*, Jeg kand icke komme i den tro / kand icke komme saa vit. *Sitis adduxit artus*, i. e. contraxit, krympede sammen. *Adducere puellam*, est conciliare alicui. Et *adducitur officio, fide, misericordia*, Bevegis/ tilskyndis.

Adductrix, icis, in re amatoria, est stupri sequestra, Kufferske.

Adductus, a, um, quod adduximus. Ut, *ad interregnum comitia adducta: adductus in sermonem, invidiam, vituperationem aliqua similitudine. Adducta frons*, signum scil. iræ. *Adductæ circum caput habenæ*, i. e. intortæ: *adducto torquens hastile lacerto*, i. e. producto, extento.

Circumduco, is, in orbem duco, omleder / omfører. *Circumduxit exercitum, aratrum.* Inde *circumducere aliquem per dolos*, est decipere. Et *amantem argento circumduxit*, i. e. emunxit. Item Jurisconf. *circumducere* est, abolere, delere & abrogare. Ut, *circumducere edictum, sententiam.*

Circumductio, onis, circumducti affectio. Ut, *circumductio argenti*, qua quis argento circumductus est.

Conduco, simul duco, vel plures unà duco, Fører sammen / leder tilsammen. *Populum in fora conducit:*

ducit: *Virgines in unum locum conduxit.* Item pretio utendum accipio, Fortinger/feſter Lejer til brug. *Conducere domum, ſervos.* Item conducere dicitur etiam is, qui pretium accipit pro re aliqua facienda, Lader ſig kiøbe eller leje til at giøre noget. *Servum docendum conduxit.* Ponitur etiam impersonal. conducit, pro utile eſt. Ut, *conducit mihi*, dett er mig tienligt/ er min ganding. Et *conducit ad hanc rem*, Det duer her til/ er nyttigt.

Conductio, onis, conducendi actus, Feſtelſe/ Leining. Item collectio, tilhaabeſanckelſe.

Conducibilis, le, om. t. Plaut. quod conducit & utile eſt.

Conductus, a, um, quod conduximus: Ut *conducta fidicina*: *opera conducta*, Lejet for penge. Et abſolutè, *habeo aliquid conducti.*

Conducticius, a, um, idem quod conductus, vel quod ex conducto fit. Ut, *fidicina conducticia*, *domus*, *opera*, *&c.*

Conductor, oris, m. t. qui ſua pecunia rem aliquam, aut operam alicujus conducit. Ut, *fundi*, *ſervi conductor.* Item qui accepto pretio opus aliquod faciendum ſuſcipit.

Deduco, is, de loco ſuperiore in inferiorem duco, Nedtager eller fører. *Cælo deducere lunam. roſtris dicentem deduxit.* Item à loco in locum, Henleder eller fører. *Milites ſeu præſidium de oppidis*, *ex præſidiis deduxit. Deducere de via.* Item translatè, *de ſententia & opinione deducere*, tage en aff ſin mening. *Deducere in viam*, *in ſententiam*, *in fraudem*, *diſcrimen*, *periculum.* Item *deducere ad otium*, *ad judicium.* Item ſubtraho vel ſubduco, tager fraa / formindſrer. *Deducere cibum*, h. e. parciùs ſolito cibum ſuppeditare. Item in longum duco. Ut *deducere ferrum*, vdjmede. Et translatè, *deducere carmen*, *orationem*, tale høit eller fleint. *Deducere diem vel tempus*, eſt prolongare, forhale. *Deducere velamen*, eſt removere, tage til ſide/ tage op aff vejen / ut aliquid videatur: *deducere vela*, lade Seiglet nedr. *Os deducere*, vide Munden ud/gaabe. Item duco cum ſolennitate & honore. Ut, *deducere Principem*, *Dominum*, *ſponſam*, *maritum*, Ledſage.

Deductio, onis, deducendi actus. Ut, *aquæ*, *militum*, *coloniarum deductio*, quâ ſcil. aqua deducitur, &c. Item idem quod ſubtractio minoris ſummæ à majori, fraatagelſe.

Deductor, oris, m. t. qui honoris cauſa aliquem deducit, Ledſager.

Deductus, a, um, quod deduximus. Hinc *deductum carmen.* Et *deducta vox*, i. e. ſubtilis & tenuis: Metaphora ſumpta ab ærareis malleo deductis, Spæd och Kling. Item Deductum argentum, Dreffn Sølff.

Diduco, is, in diverſas partes ſeu loca duco, før / leder hiſſet och her / hid och did. *Aquam diduxit*: *malas diducere*, vride eller ſkæffue Munden / den ene part hid/ den anden did. *Diducere manus*, vdbrede hænderne.

Diductus, a. um, quod diduximus. Ut, *aqua*, *ribi*, *flumen diductum.* Et *diducta manus*, vdflact haand. Et translatè, *ribis diducta oratio*, *non fontibus.*

Educo, is, quaſi extra duco, vdleder/vdfører/vddrager. *Legiones ex oppido eduxit. Eduxit corpore telum. Educere è vagina gladium. Educere exercitum in expeditionem*: *copias in aciem educere*: *educere in jus*, føre for Rætten. *Educere è cuſtodia*, føre / lede / tage/ fri aff Fengſel. Item ſeorſum duco, Opdrager/ opreiſer. *Animæ ſepulcri cælo educere certant.* Et translatè, nutrio. Ut, *à parvulo hunc eduxi*, Opfødde / opdrog.

Educo, as, pen. corr. & mutata conjugat. act. pr. idem eſt quod nutrio, Opfoſtrer / opføder / opdrager. *Educat liberos. Educit obſtetrix; Educat nutrix, inſtituit Pædagogus*: Unde illud: *Homines hic non alit, ſed educat*, i. e. ad ſatietatem perpetuam educit.

Educatio, onis, educandi actus, Opdragelſe / opfoſtrelſe. *Liberorum educatio.* Item de brutis. Ut, *Equorum*, *boum*, *educatio.*

Educator, oris, m. t. qui educat, Opfoſtrer/Madfader/ Foſterfadr.

Educatrix, icis, f. t. idem in ſexu fœmineo, Madmodr/ Foſtermodr. Et translatè, *ſapientia rerum educatrix.*

Educatus, a, um, quem educavimus; Opdraget/ opfoſtret. *A pueris parvuli ſumus educati.*

Induco, is, act. t. quaſi in locum duco, Indfører/ Indleder. *Induc eam in domum.* Et translatè, *induco aliquem* pro perſvadeo, Leder hannem / kommer hannem til at troe / Offrtaler hannem. *Nunquam hodie inducès*, *ut tibi credam hoc argentum ignoto.* Sic *induco animum*, ſubintellectâ Præpoſit. In. Item translatè, in re ſcriptoria, induco, pro oblitero & deleo, Sletter ud/giør en ſtreg offr/giør til intet/ macteløs. *Hunc reſtituit, inducto priori decreto.* Item induco, pro fingo perſonam loquentem. Ut, *Gyges à Platone inducitur*, hand indføris at tale.

Inductio, onis, inducendi actus, Indførelſe. *Aquarum inductio*, quâ aquæ inducuntur in agros. Item inductio genus argumenti Dialecticum.

Superinduco, idem quod induco, vel cumulum induco, Ut, *duum pedum terra ſuperinducta.*

Induciæ, arum, f. pr. ceſſatio à bellicis inter hoſtes pacta in certum diem: ſic dictæ quòd in diem ducatur pugna, Stilleſtand i Krig.

Interductus, us, m. q. actus eſt librarii diſtinguentis & interpungentis ſententias, puncteringudi Skrifft. *Librarii interductus*, quem facit librarius.

Introduco, cis, quaſi duco intro & intra aliquem locum, fører ind. *Legatos introduxit*: *copias in fines hoſtium introduxit.* Item induco, Indfører. *Ambitionem in Senatum introduxit. Introducere ſapientiam in animum.* Et *introducere loquentes*, ſcil. in colloquio, ſcripto.

Introductio, onis, introducendi actus. Ut, *adoleſcentulorum introductio*, quâ introducuntur. Item pro inſtitutione prima in re aliqua ad imitationem Græcanicæ vocis εἰσαγωγὴ, førſte vnderviiſning udi noget.

Introductus, a, um, quod introduximus. Ut, *introducta conſvetudo. Introducti Publicani. introducta perſona.*

Obduco, cis, act. t. ob aliquid aliud duco, ut illud tegatur, i. e. operio, tego, drager for / offrdrager/ decker. *Trunci ſtirpium obducuntur libro aut cortice.* Item adduco, veterum conſvetudine, ſeu contra vel ante oculos duco. Ut, *obducam exercitum ad oppidum*, til Byen/eller mod Byen. Sic *obducere ſibi ſcortum*, i. e. contra ſe ducere, vel ſibi ob oculos, føre vnder øyne/ for øynene. Et translatè, *obducere callum dolori*, pro, mali aſſvefactione res adverſas æquiori animo ferre, quaſi contra dolorem ducere callum, Offrſlebe/offrfeie. Sic, *obducere frontem*, pro frontem contrahere & corrugare. *Rebus clariſſimis tenebras obducit*, i. e. in-

i. e. inducit, Indfører. *Obducere diem*, pro consumere.

Obductio, onis, obducendi actus. Ut, *obductio capitis*, sc. quâ obducitur & tegitur.

Obducto, as, act. pr. sæpiùs obduco. Ut, *scorta in ædes mihi obductas.*

Perduco, cis, ad finem usq; duco. Ut, *opus secum ad exitum perduxit*; *ira perduxit eum ad mortem*: *perduxit vitam ad centesimum annum*: *perduxit eum in iniquam conditionem*; *ad summos honores.* Item perduco, pro seduco, Forfører. Unde *perductores*, qui alios seducunt.

Præduco, cis, ante duco. Ut *præducere fossam*, *vallum*, strecke / kaste for hen. Et *præducere alicui obsesso fossam*, pro circumvallare, Omkring skandzer eller graffuer.

Produco, cis, quasi porrò duco, in longum duco, forlenger / giør jo lenger oc lenger. *Producere bellum*, *vitam*, *sermonem*, *cænam*, *convivium in multam noctem.* Item foràs & aliò duco. Ut, *producere aliquem in jus*: *producere in conspectum populi*: *producere ad necem*: *producere testes adjudicem.* Item officii vel boni ominis causa aliquem foràs aut peregrè abeuntem ad portam usq; vel viam extra urbem deduco, giffuer geleid / følger til dørs. *Produxit me ad ostium*, *ad portam*: Et *funus produxit.* Ponitur & pro educo. Ut, *in aciem de hoc produxit copias suas.* Item pro gigno, creo, Affler / føder / kommer affsted. *Produxit filium sibi sui simillimum*: *producere scelus.* Sic, *nihil ab hoc produci potest*, i. e. oriri. Item *producere merces*, holde fall / slaa sin Vare oc Kram ud. *Producere filium*, est prostituere; *Leno producit scortum.* Et *producere aliquem conditionibus*, est detinere, holde op med ord. *producere rei moram*, est prorogare rem & differre, forhale. *Producere aliquem*, est promovere & in medium honoris proferre, drage eller føre en frem til noget kald eller ære.

Productio, onis, producendi actus. Et specialiter, prolongatio, forhaling. *Temporis productio.*

Productor, oris, m. t. qui producit & prostituit, ut sunt Lenones.

Productus, a, um, quod produximus. Ut, *Consul in concionem productus est*, fremledt. *Productum tempus*, forlenget / forhaledt. *Nomen inde productum*, pro deductum: *Productus studio*, i. e. impulsus, incensus. Et amisso tempore, productior, tissimus, pro longo. Ut, *producta litera*: *producti exitus*: *productior dolor*: *flagellum productissimum.*

Productè, modo producto & longo. Ut, *litera hæc productè effertur.*

Reduco, cis, retro duco, før tilbage. *Copias domum reducit*: *militem reduxit ad Pyrrhum*: *socios à morte reduxit.* Ponitur & pro reconcilio. Ut, *Numen reducunt.*

Reductio, onis, reducendi actus. Ut, *Reductio Regis*, quâ reducitur ad regnum.

Reductor, oris, m. t. qui reducit. Ut, *reductor plebis in urbem.*

Reductus, a, um, quod reduximus. Ut, *reductus ab exilio. Virtus est medium vitiorum utrinq; reductum*, i. e. remotum. *Reducta vallis*, pro secreta & quasi remota, seu quæ sinus quosdam flexuosos & recessus habet, in quibus quis à ventis & injuria cæli tutus esse potest. Sic *reductus sinus maris*, i. e. replicatus.

Redux, ucis, om. t. qui è captivitate longâve peregrinatione revertitur. Ponitur & simpliciter pro particip. Rediens.

Irredux, cis, om. t. Lucan. non redux. Ut, *via irredux*, à qua quis rediturus non est.

Semireductus, a, um, Ovid. quasi dimidiata sui parte reductus. Ut, *velum semireductum*, halff dragen tilbage.

Seduco, cis, xi, ctum, seorsum duco ab aliis, quasi de rebus aliquibus loqvuturus, tager en til side at tale med. *Pamphilus me seduxit foràs.* Et translatè *animum à corpore seducimus*, i. e. ab omni negotio sevocamus ad seipsum, ut meditando se exerceat. Item seduco in malam partem, prò in fraudem induco, Kommer i vildfarelse / vilder. *Dictis suis me seducit.*

Seductio, onis, seducendi actus, tùm in bonam, tùm in malam partem.

Subduco, cis, quod sub alio est educo, tager nedn fraa. *Ignem ollæ subduxit.* Et *ferulæ manum subduximus.* Item sursum duco, Opheffuer / opløffter. *Colles se subducebant.* Et *subducere naves*, est in terram, seu altiorem locùm dùcere, Drage Skibe op / legge Skibe op. Item *subducere rationem aut ratiunculam*, est digitis seorsim & secretò putare rationem, ut appareat quid nobis debeatur, quid nos aliis, Legge offuer huad en hafftuer til beste. Item furtim aufero, sive sensim, Tager saa sacteligen fraa. *Dormienti annulum* subduxi. *Et succus pecori, at lac subducitur agnis.* Sic *subducere se*, est sensim, furtim quasi & clanculum se à conspectu alicujus aliquò conferre, Snige eller stiæle sig aff vejen. *De circulo se subduxit.* Et *subduxit ex militibus gregariis quemq; armatum*, tog uds aff / & alibi scilicet locavit. Item *subduco aliquem dictis*, i. e. inani spe aliquem duco, Leder en om.

Subductio, onis, subducendi actus. Et peculiariter numerendi species subducens minorem numerum à majori.

Subductus, a, um, quod subduximus. Ut, *subductæ naves*, Oplagde Skibe. *Subductæ rationes*, *subducti calculi*, offuerslagen oc beregnet.

Subductarius, a, um, quod subductioni inservit. Ut, *funis subductarius.*

Subucula, læ, f. pr. vestis est linea intima ac corpori proxima, ducta q. subdicula, quòd subtus induatur, ut Græcorum ὑποδύτης, ejusdem significationis, skiorte. Item subula, libi genus ex halica, & oleo, & melle.

Subuculatus, a, um, Cic. subucula indutus.

Subterduco, cis, Plaut. idem quod subduco. Ut *clàm se subterduxit istinc.*

Superduco, cis, Plaut. prætet jam adducta alia adduco, quasi amplius & ultra adduco. Ut, *quin etiam superducas, quæ mihi commendant cibum.*

Traduco, cis, xi, ctum, trans locum aliquem duco, vel de loco in locum duco, Offuerfører eller forflytter. *Helvetii suas copias traducebant per fines Sequanorum.* Et translatè, *traduxi animum ab omni alia cogitatione ad tuendam tuam dignitatem*, Fraa andet oc der till. Sic *traducere aliquem ad se*, Føre / vende / drage nogen til sig. Et *judices à severitate ad hilaritatem traducere*: *animos eorum ad nostram defensionem traduxit.* Item trans

fluvium duco, ſtiber offr. *Fluvius erat ita magnus, ut eo victimæ traduci non poſſent.* Ponitur aliquando pro duco, protraho. Ut, *traducere tempus*, fremdrage/ forhale/ forlenge tiden. Item pro duco. Ut, *Equum traducere*, lede frem. Et *traducere adhuc lineam pluſculum*, i. e. extendere. Item ſuſtineo. Ut, *ſumma abſtinentia munus hoc extraordinarium producemus.* Item ago. Ut, *traducere vitam otioſam, ſine labore & contentione egregiis factis.* Accipitur & in malam partem pro ſiniſtram famam de aliquo ſpargere, ac ludibrio exponere, Føre ens ord oc rycte om til det verſte/ quaſi per vicos & theatrum deridendum ducere. Ut, *multos traduxit.* Scribebatur autem veteribus integrè Transduco.

Traductio, onis, traducendi actus. Ut, *traductio furibundi hominis ad plebem: traductio temporis.* Item Traductio, exornatio Rhetorica verborum, quæ facit ut cum idem verbum crebriùs ponatur, non modò non offendat animum, ſed etiam concinniorem reddat. Item tropus, qui Græcè Metonymia.

Traductor, oris, m. t. qui traducit.

Traductus, a, um, quod traduximus. Ut, *traductus à diſputando ad dicendum. Adoleſcentia traducta eleganter*, i. e. acta. *Ludi ab lætitia ad metum traducti ſunt*, i. e. terminati.

Tradux, cis, m. t. ſtirps arboris vel vitis traducta ab arbore in arborem, forflyt quiſt oc pode i andet træ. Vel traduces brachia ſunt vitium, quibus illæ ex arboribus in arbores traducuntur, & ſibi mutuò connectuntur pedationis quodam genere: Unde ſi tradux traducem non contingit media virga inter eas deligetur. Et translatè, omne id quod è re aliqua in aliquam transfunditur, atq; ita veluti in infinitum propagatur. Undè hominis genituram & ſemen humani generis traducem appellant. Et Tertul. *fama dicitur, in aurium & linguarum traduces proſerpere;* quòd aurium linguarumq; inſtrumentis propagetur, & brevi temporis ſpatio, infinitum propemodum capiat incrementum.

Compoſita cum aliis dictionibus.

Aquæ-ductus, us, m. q. aquarum deductio, qvùm aliunde derivantur, ut per cuniculos impoſitis canalibus aliò inducantur ſive ad bibendum, ſive ad irrigandum, vandrender.

Dentiducum, Aureol. forcipicula deducendis & evellendis dentibus, Bartſcher tange til tænder at vdrage. Varro vocat deutarpagam dictione ex Latino & Græco compoſita.

Parvi-duco, vel una, vel duabus dictionibus, idem quod parvi facio. Unde per tmeſin, parvi id ducit.

DULCIS, ce, om. t. quod manifeſta voluptate linguam imbuit, à θέλγω mulceo, demulceo, q. dulgis, Sødt. *Lac dulce.* Et *radix dulcis*, quæ Græcis Glycyrrhiza, Lachritz. Indè translatè, quod quocunq; modo allicit & delectat, Kiært. *Amicus dulcis: litera dulciſſimæ.* Aliter à delicio, quod deliciat ſua ſvavitate. Item à γλυκὺς ejusdem ſignificationis, facta metatheſi, & uſitata literæ γ in δ mutatione.

Dulciculus, a, um, aliquantum dulcis, Sødactig/ lidt ſød. *Caſeus dulciculus: potio dulcicula.*

Dulcè & dulciter, adverb. modo dulci, Sødeligen. *Hiſtoria dulciſſimè ſcripta.*

Dulcedo, inis, f. t. Cic. dulcis ratio, Sødhed. *Dulcedo orationis.*

Dulciarius, a, um, quod dulcibus conſtat. Ut *panis dulciarius*, qui conſtat ex ſaccharo & amygdalis, Marts pan. Et abſolutè, *Dulciarius*, qui mellita edulia concinnat, Suckerbaggere.

Dulcitas, atis, f. t. Næv. idem quod dulcedo.

Dulcitudo, inis, f. t. Cic. idem.

Dulcor, oris, m. t. idem. Plin.

Dulco, ás, Sidon. act. pr. dulce facio: Unde translatè, *dulcata vita.*

Dulceſco, is, dulcis fio. Ut, *uva primò peracerba guſtatu, demum maturata dulceſcit.*

Compoſita.

Edulco, as, veteribus, act. pr. dulce facio. Et translatè, *vitam edulco*, forlyſter/ tager mig gode dage til.

Obdulceſco, is, idem ferè quod dulceſco.

Prædulcis, ce, om. t. valdè dulcis. Ut, *prædulce malum: prædulcis ſapor: prædulce decus.*

Subdulcis, ce, aliquantulum dulcis. Ut, *radix ſubdulcis.*

DUM, adverb. relativum ſignificans ſub quo tempore, à δὲ ἔν, particulis modò ſignificativis, modò expletivis quam naturam & Dum refert in Agedum, adesdum, &c. Det ſtund/ medn/ Medns/ Mens. *Abiit dum conſultarem: dum tu legis, ego interea ambulo.* Inde aliquando idem quod donec, Indtill ſaa lenge. *Exſpectabo dum veniat.* Item naturâ conjunctivâ, pro dummodo, Med ſaa ſkæll icke. *Vineam ſic facito, dum ne nimium conſtringas: paſſus eſt aſſignari agros, dum ne cui, niſi civi Romano, adſignentur.* Item cum verbis ſignificat modò, fun/ *tangedum eas*, rør dem fun. Sic *agedum, jubedum, manedum ſodes*, fiere bi fun eller bi litt.

Compoſita.

Adesdum, idem quod ades, ſed imperandi modo, dum exiſtente paragogica.

Agedum, idem quod age hortantis.

Dudum, adverb. ſignificans aliquo tempore, & propriè longiori: Inde & breviori ante, quaſi diu eſt dum hoc vel illud facis, Nogen tid tilforn/ langt tilforn/ lenge ſiden. *Dudum te exſpecto*, i. e. diu eſt dum te exſpecto. Sic, *quæ dudum ad me ſcripſiſti ſentio eſſe vera: Dudum ad Demoſthenem, nunc ad Craſſum pervenimus: Res hac non eſt eadem, quàm dudum.* Et *dudum circumrode, quod devorandum eſt*, Allerede. Sic *ratio hæc, quam dudum diximus*, Tilforn/ allerede ſagt.

Jamdudum, idem quod dudum de tempore breviori longiori & præſenti, Lenge ſiden eller forſtacket/ allerede/ nogen ſtund. *Regina gravi jamdudum ſaucia cura: vides me ſudare jamdudum. Jamdudum factum eſt cum abiiſti domo.* Ponitur & & pro ſtatim ſeu continuò, relatè nimirum ad tempus futurum. Ut, *jamdudum ſumite pœnas*, Nu ſtraxen.

Quam-

Quamdudum, de modico quærens tempore, huorlenge siden. *Quamdudum à foro advenisti domum?*

Ehodum, Interject. idem quod Eho.

Etiamdum, adverb. aliàs divisim, aliàs conjunctim positum, opponitur Nondum, quasi & dum, i. e. adhuc, endnu/ och endnu. *Ego pridem inveni, neq; etiam dum scit Pater.*

Hautdum, idem quod nondum.

Interdum, & antiquis, Interduatim, quasi interea dum, tempus est, Imellom stund/ vndertiden. Geminatio verborum habet interdum vim, leporem aliàs.

Nedum, adverb. significans multò minùs, megit mindre. *Epistolæ nostræ tantùm habent mysteriorum, ut eas ne librariis quidem ferè committamus, nedum cuilibet: Vix in tectis ipsis frigus vitatur, nedum in mari.* Item multò magis, megit meere. *Funderem pro te sanguinem, nedum pecuniam.* Ponitur & aliquando pro non solùm: Ut, *tu, quoniam quartanâ cares, & nedum morbum incurristi, sed etiam grabedinem, te vegetum nobis in Græciastiste, &c.*

Necdum, & neq; dum, idem quod nondum.

Nondum, adverb. significans non adhuc, Icke endnu/ icke enddaa. *Nondum dico: nondum satis constitui.*

Primodum ex primumdum Plaut. idem quod primò vel primum.

Quidum, pro qui vel quis cum paragogica dum.

Vixdum pro vix adhuc, neppe end daa. *Vixdum Epistolam tuam legeram, cum hoc nunciaretur.*

DUMUS, m. s. omnis spina sive spinæ frutex, vel nemus spinosum, à δύω, subeo, vel quòd pungendo subeat inambulantes: vel quòd pecudes subeant & lateant, Torn/ Tornbusk.

Dumetum, & antiquè Dumectum, pro Dumicetum, locus dumis enatis abundans, Tiørne/ tycke/ krat/ skow.

Dumosus, & antiquè Dusmosus, a, um, dumis enatis abundans. Ut, *rupes dumosa*, Tiørnefuld.

DUO, duæ, nomen numerale & declinabile, significans unum & alterum. à δύο, ejusdem significat. Tu. *Duo Reges: duæ fœminæ.* Est autem Genit. duorum & Dat. duobus &c, Veteribus etiam dua, neut. pro duo.

Duella, æ, f. pr. tertia pars unciæ, duas drachmas continens cum totidem scrupulis.

Duellum, n. s. veteribus, idem quod bellum, sic dictum à duo, quòd ibi duobus partibus de victoria dimicatur, Krig/ Feide. Exponitur & peculiariter pugna duorum inter se seorsim dimicantium.

Duellator, oris, m. t. duello clarus, Sapper/ duelig Krigsmand.

Duellicus, a, um, quod duellum spectat. Ut, *ars duellica: instrumenta duellica.*

Duellona, antiquis, pro bellonâ.

Composita.

Perduellis, is, m. t. qui pertinaciter duellum retinet, & quasi perpetuò & continuè bellum facit, Hoffuitfiende. Inde perduellis, qui Patriæ hostis est, contraq; Majestatem Principis aut Reipubl. crimen Majestatis commisit, Som fører Affvindskiold imod sin Første oc Fæderneland/ Lands forræder.

Perduellio, onis, f. t. perduellis scelus, & crimen læsæ Majestatis, Affvindskiold/ oc Forræderj mod sin Første och Mennighed.

DUO, is, verbum inusitatum, significans subeo, induo, à δύω, ejusdem significat.

Composita.

Exuo, is, ui, exutum, act. t. quasi exduo, pro induta exsolvo, Oploser/ Affdrager/ drager klæder aff: *Vinculis manus exuit.* Et peculiariter, vestes solvo & solutas corpore depono, Drager klæder aff/ før mig aff/ løser op eller aff. *Vestibus se exuit.* Et translatè, *exuere se fortunis paternis*, est spoliare, Skillie sig ved. Et *omnem exuere humanitatem*, Afflegge/ affskiude/ affkaste all Menniskelig natur oc mildhed. Sic *exuit animum sylvestrem*, hand afflagde.

Exuviæ, arum, f. pl. vestes, tegumenta & arma, quibus hostis exuitur; spoliatur & nudatur, Klædr oc Vaaben/ Bytte. Inde tegumenta, vestes, & arma cujusq; hominis, Ham. Hic induit exuvias ejus. Item pelles & tegumenta brutorum, quibus exuuntur, Hud/ skind/ Belg. *Bubulis te castigabo exuviis.* Sic exuviæ Martis, Maardbelg. *Exuviæ serpentis*, Snoghud/ Snogeskind. Item Exuviæ translatè, relicta bona officiumq; decedentis. ut, *exuvias ejus tulit*, Hand arffuede hannom/ fik hans bestilling. Item exuviæ pro corpore anima exuto. Dødis been oc krop. *Exuvias ejus sepulcro condidit.*

Induo, is, ui, dutum, act. t. Græcis ἐνδύω, vestes assumo, tager paa mig/ fører/ drager paa mig. *Induo vestem, loricam, galeam.* Et translatè, *personam alicujus induo*, cum ejus affectus; mores aut verba effingo exprimoq; , tager en anden skickelse/ før sig i hans person. *Induere personam judicis*, giør sig til Sommere/ er i Sommers sted. *Induere hominem*, være som it Menniske bør/ from oc mild: quâ formâ dicitur, *induit ingenium ejus.* Dicitur &, *induit sibi loricam, torquem: induit digitis annulum: In laqueum se induit*, henger sig selff. Et translatè, *induere se in laqueos*, Besnærie sig selff/ Indvickle sig/ i. e. conjicere, involvere. Item: *Cum se nux plurima sylvis induit in florem*, i. e. assumit, faar Blomster. *Cùm anhelitus terræ in nubem se induerint*, i. e. se converterint transformaverintq;. Item *in idipsum se induit, quod timebat*, i. e. immisit. Et *in mentes animosq; hominum induit res salubriter animadversas*, Indgaff. Item *vites ita se uvis induunt, ut nequeant capere maturitatem*, i. e. assumunt uvas. *Induo in te affectum*, faar it gaat hiertelag mod dig. *Anchises induit cratera coronâ*, Lagde Krandz paa Stobbet/ eller fylder op til øffuerste ring. Item pass. *induitur veste, galeâ, pallâ, &c.* Et translatè, *induitur ferrò, stimulis*, pro feritur & occiditur, stickis eller huggis ihiel. Sic *pice indutus* pro illitus, offrdragen/ offrsmurt. Et *confessione sua induitur*, pro involvitur implicaturq;, Ivicklis oc fangis i sin egen bekiendelse.

Indutus, ûs, m. q. induendi actus. Ut, *vestis indutui*, quæ corpus ita integit, ut ei adhæreat & comprehendat, ut est capitium, tunica, subuculâ: Et *vestis amictui*, quæ corpori circumjicitur: Et *vestis præcinctui*, quâ præcingimur, de quibus suis locis: Unde illud; *vestem indutui gerebat.*

Inducula, æ, f. pr. Plaut. vestis genus ab induendo dictum. Sed & Nonius hoc loco legit tunicula.

Indumentum, ti, n. s. omne id quo induimur, Klædebon/ Klædedract/ Klædemon.

Induſium, n. ſ. indumentum, quod corpori intra plutimas veſtes adhæret, & initio erat mulierum, inde & virorum, Skiorte eller Vuldenſkiorte. Aliter Varr. ab intus, quaſi intuſium.

Induſiarius, m. ſ. qui conficit induſia.

Induſiatus, a, um, induſio indutus & veſtitus; vél quod eſt formâ induſii. Ut, *veſtis induſiata.* Et pro eodem, abſolutè, induſiata.

Induviæ, arum, Plin. f. pl. quibus induimur, ſed magis locum habet in arborum corticibus, quibus eæ ſunt indutæ, Barck oc ſlaa aff træ. Legitur & in ſingulari induvium.

Superinduo, ſuper cœtera veſtimenta induo. Ut, *penulam obſoleti coloris ſuper induit*, Drager offuen offuer.

Reduvia, æ, f. pr. ulcus digitorum circa radices unguium, ex carnis radicúmve reſolutione, quaſi ubi reduit cutis, ſlaaed Kiegleroed. Inde *redubia flagri*, quâ flagrum reſolvitur tergi firmitudine contrita & diſſipata. Legitur & reluvia, de quo vide in Luo.

Subucula, æ, f. pr. intimum veſtimentum ex lino: Eratq; virorum quaſi ſubducula, Skiorte: poſterioribus ſeculis etiam fœminarum, Serck. Aliter ſimpliciter à ſub vel ſubtus. Exponitur & libi genus ex alica, oleo & melle.

Subuculatus, a, um, Subuculâ indutus. Quintil.

DURUS, a, um, pr. prod quod tactui obſiſtit, à δόρυ, pro δοῤῠ̀, lignum, Haard. *Saxum durum.* Et translatè, *homo durus*, qui animo eſt infracto & intractabili, haard/ ſtreng/ wbøjlig. *Durus ad ſtudia.* Item ſævus, crudelis. Ut, *durus amor. Durus homo & inhumanus.* Item noxius. Ut, *durum tineæ genus*, Skaddelig.

Duriuſculus, a, um, aliquantulum durus.

Durè & duriter, adverb. modo duro, haardeligen/ ſtrengeligen/ grummeligen. *Duriter ipſum tractavit.*

Duracinus, a, um. Ut, *duracina ũba: duracinum perſicum*, quibus inſigois eſt durities & firmitas adverſus frigora, æſtus, tempeſtatesq;, haard drue / haard perſick. Sic *poma, pyra duracina*, haard Æble / ſkow Æble/ Stenpærer/ trev Æble/ Pærer oc giems fruct/ à corticis, carnis acinorumq; duritie & ſua durabilitate.

Duritia, æ, f. pr. duri habitus ſeu ratio, proprié & translatè, haardhed / ſtrenghed / grumhed. *Duritia ligni: Duritia hominũ.*

Durities, ei, f. q. idem.

Duritas, atis, f. t. idem.

Duro, as, act. pr. durum facio, Hærder / giør haard. *Ungulas durat.* Et translatè, *labore ſe durant adoleſcentes*, giører ſig haardfor / ſtyrcker. Item abſolutè, duriùs quaſi perſiſto: Bliffuer ved/ taaler/ ſtaar ved Uarcker. *In ædibus durare non poſſum, ita ſtupri, probri dedecoris à viro arguor.*

Durabilis, le, om. t. quod durare poteſt, Varlig. *Quod caret alterna requie durabile non eſt.*

Duramen, inis, n. t. brachium vitis, Viinquiſt.

Duramentum, ti, n. ſ. vis durandi, ſtyrcke. *Neceſſitas efficaciſſimum virtutis duramentum.*

Duratus, a, um, quod duravimus, vel quod duruit; Ut, *halec fumo durata*, Rogedt Sild.

Dureſco, is, durui, n. t. durus fio. Ut, *humor dureſcit: plumulæ ſub cauda ſtercore conquinatæ dureſcunt.*

Compoſita.

Eduro, as, act. pr. perfectè, ſeu omninò durum facio, Hærder. Unde translatè, *Villicus à pueritia operibus ruſticis edurandus eſt.* Et neutraliter, *ad finem duro*, Bliffuer hart ved til enden / vdſtaar / taal vel/ varer. *Arbor tot annos edurat.*

Edurus, a, um, valdè durus. Ut, *edura pyrus*, Et privativè apud Virg. non durus. Ut, *corylus edura*, Blød. Sed ſuſpecta eſt lectio in hac ſignificatione.

Edurè, adverb. quaſi valde durè. Ut, *nec tamen edurè quod petit ille negat*, ſtrengeligen.

Induro, as, durum facio. Ut, *coſtas attritu arborum indurat. Ferrum candens aquâ induratur*, hærdis.

Indureſco, is, durus fio. Ut, indureſcunt grana. *Frangas citiùs quàm corrigas, quæ in prauum induruerunt.*

Obdureſco, ſcis, n. t. durior fio, hærdis / vennis til. *Semen diuturnitate obdureſcit.* Et translatè, *animus obduruit ad novum dolorem.*

Obduro, as, act. pr. contra aliquid durus ſum: Unde translatè, *perfer & obdura*, vær haard / ſtiff / ſtaa faſt mod det onde.

Perdureſco, ſcis, n. t. valdè durus fio. Ut, *perduruit ætas ejus.*

Perduro, as, ad finem duro, Bliffuer ſtedze tureus de/ holder ud/ turer ved. *Perdura aliquot dies apud nos: perdurat in longum ævum*, varer.

Præduro, as, valde duro. Ut, *rubrica nimium præduratur.*

Prædurus, a, um, valde durus. Ut, *prædurum corpus; prædura ætas.*

E.

EBENUS, ni, f. ſ. ἔβενος, ligni genus, intus nigrum, foris bucceum, ſolidumq; ac graviſſimum, nec cariem ſentiens, Indiæ peculiare. Scribitur & cum aſpiratione, Hebenus.

EBRIUS, a, um, qui nimio potu alienatus eſt mente, ab ebibo; multum bibo, Drucken. *Homo ebrius.* Et translatè, *cana ebria*, quæ cibis variis abundat, vel cocta eſt. Item *rerum geſtarum gloria ebrius*, fuld aff Mandelige gierninger. Sic *Ebrius plagis, curis;* Et *ebrius luxuriæ*, i. e. plenus. Aliter à βεία, i. e. doliũm vini. Item à βρέχω, bibo, ebrius ſum. Item ἐμβείβω, ſum gravis, plenus: Et ἐμβεβής, ferox, audax.

Ebriolus, a, um, aliquantulum ebrius, Ruſende / haffuer en liden ſnur paa.

Ebriacus, a, um, antiquis idem quod ebrius. Sed hic aliter legitur ebriatus, quaſi à verbo ebrio.

Ebrietas, atis, f. t. ebrii vitium, Druckenhed.

Ebrioſus, a, um, qui ſæpè fit ebrius, etiam cum actu non ſit ebrius. Ebrius enim actum, ebrioſus habitum notat. Druckenbolt.

Ebrioſitas, atis, f. t. Ebrioſi vitium, Druckenſkab/ fuldſkab.

Ebriolo, las, antiquis pro ebrium facio. Unde, *iis ebriolatis hilarem mentem accipiunt.*

Compoſita.

Debrior, aris, dep. pr. veteribus pro ebrius fio.

In ebrio, as, Juven. & Plin. ebrium facio, giør drucken. *Palma veſcentes inebriat.* Et translatè, *inebriari voluptatibus*, pro implicari & irretiri, ut ad res ferias & honeſtas

neſtas inidoneus & ineptus reddaris, Opfyldis oc Indvicklis i vellyſt.

Sobrius, a, um, non ebrius, quaſi ſebrius à ſe partic. privat. & ebrius, Ædrue. *Multa faciunt ebrii, quæ ſobrii non approbant.* Sic *ſobria pocula.* Et *rura ſobria*, in quibus antea vinum non naſcebatur. Et, *Sobrius vicus Romæ*, in quo Mercurio lacte, non vino ſupplicabatur; Et in quo nulla taberna fuit. Item translatè ſobrius, qui eſt ſanæ mentis. Nam Ebrii plerumq; mente ſunt mota. Ut, *tu pol non es ſobrius*: *Sobrius eſt ad lites.*

Sobriè, adverb. modo ſobrio, temperanter, Ædruelig gen/ſparſommeligen. *Parcè, continenter, ſeberè & ſobriè vivit.* Et *ſobriè fieri* dicitur, quicquid cum cura & diligentia exquiſita fit.

ECCLESIA, æ, f. pr. ἐκκλησία, Eccleſ. cœtus eſt vocatorum ad vitam æternam, ſic dictus κατ' ἐξοχὴν, Chriſten Kircke/ Gudz Børns forſamling.

Eccleſiaſtes, ſtæ, m. pr. qui Eccleſiam verbo vocat, inſtruitq;, Prædicker/ Præſt.

Eccleſiaſticus, a, um, quod ad Eccleſiam pertinet. Ut, *Eccleſiaſtici doctores*, Kirckens Lærere.

ECHINUS, m. ſ. ἐχῖνος, operculum caſtaneæ aſperum & ſpinoſum, Den laadne oc huaſſe Caſtanieſkall: quale & glandis fagineæ eſt, Boghaſe/ Boghatt/ Boghorte. Item inſtrumentum ſetaceum, ſetis undicunq; exſtantibus aſperum, quo poculorum alvum defricamus, Karbyrſte. Exponitur & ex Horat. vas aquiminarium in quo calices lavantur, Skylleballe. Item animal ſui ſimile, ſpinisq; horrens, Pindſvin. Item piſcis quidam aculeis horrens. Item ventriculus bovis, qui perpetuis quaſi pagellis conſtat, Liglag/Lagelep.

Echinatus, a, um, echinis conſtans. Ut, *calyx echinatus*, huaß haſe ellerſkall. *Caſtanea echinata: glans echinata.* Et *echinatæ gallinæ*, Kuchøns; Purrehøns.

EDO, dis, dit, vel es, eſt; edi, eſum vel eſtum; edere vel eſſe, act. t. pr. corr. dentibus conficio, conſumoq;, ab ἔδω, ἐσθίω, ejusdem ſignificat, Æder. *Edit & bibit oppiparè*: *Equus fœnum eſt.* Et translatè, *Eſt flamma medullas*, i. e, conſumit, fortærer. Sic, *cura nimia eſt animum.* Item translatè, dè iis, quæ dentes non habent, ut de vermibus, &c. Dicimus & *Edere ſermonem alicujus*, pro haurire, tage til ſig / ellet dricke i ſig/ quod Græci dicunt κατὰ πίνειν τὰ λεγόμενα, vel ſimpliciter audire. Paſs. autem ſic conjugatur: Edor, ederis, eſtur: Et Præter. eſus ſum: Et Particip. edendus. Ut, *hoc propter ejus amaritudinem non eſtur*: *modius ſalis edendus.* Item Impersonal. *Dies noctesq; eſtur bibiturq;*, mand eder oc dricker nat oc dag.

Edax, acis, om. t. qui multum vel avidè edit, Ædere/ Slug/ graadig i ſit mad. *Hoſpes edax.* Et translatè, *edax currus*, qui multum axungiæ conſumit: *Edaces triremes*, quæ magnis conſtant impendiis, Dyre Skibe. Et *tempus edax rerum*, fortærer alting.

Eſtrix, icis, f. t. Plaut. idem quod edax in ſexu fœmineo. Ut *mulier eſtrix.*

Edacitas, atis, f. t. Edacis vitium, vmættelighed. *Edacitatem pueri pertimeſco.*

Edo, onis, m. t. qui ſæpiùs edit, Fraadzer/Æder.

Edulis, le, om. t. & Edilis, le, quod eſt eſui, ſeu edi poteſt, Ædelig. *Vinea ſubmittet capreas non ſemper edulis.*

Edulium, n. ſ. quicquid edendi gratia apponitur præter panem.

Eſca, ſcæ, f. pr. quicquid eſui eſt ſive hominibus, ſive brutis, Mad/ Føde.

Eſcarius, a, um, quod ad eſcam pertinet. Ut, *menſa eſcaria*, Madbord eller Skiffue. Culter eſcarius, Bordkniff: *Vas eſcarium*, Madfad. Et *vincula eſcaria*, translatè, cum quis edere jubetur.

Eſcalis, le, om. t. idem quod eſcarius.

Eſculentus, a, um, quod eſcam redolet. Ut, *fruſta eſculenta*, Stycker mad / Madſtycker. *Eſculentæ merces*, Colum. edende vare.

Eſculentum, ti, n. ſ. quod eſui aptum eſt, Ædende vare. *Eſculentis & poculentis opus erat.*

Eſito, as, act. pr. edere ſoleo, vel, libenter edo. Ut, *Pythagoras ex animalibus non eſitavit.*

Eſurio, ris, ivi, itum, n. q. edere cupio, deſidero, Hungrer/ Sulter/ begær at ede. Et tranſitivè cum quadam translatione: *Eſurio pecuniam*, Hungrer effter penge.

Eſuries, ei, f. q. Eſurientis affectio, Sult.

Eſurigo, inis, f. t. idem.

Eſurio, onis, m. t. qui eſurit, Sulten.

Eſuritor, oris, m. t. idem.

Eſuriales, feriæ, Plaut. quibus ab edendo feriamus, faſte dage.

Eſus, us, m. q. edendi actus, Æden / Ædelſe. *Pomum eſui idoneum.*

Compoſita.

Abedo, is, vel es, ab re aliqua edo, ſive totum edo, Æder aff/ eder op. *Locuſtæ abederunt quicquid herbidum aut frondoſum.*

Adedo, is, in totum edo, Opeder / fortærer. *Fabos adedit ſtellio.*

Adeſus, a, um, quod adedimus, fortærdt / opedt. *Adeſum jecur*: Et translatè, *adeſa pecunia*; pro conſumpta.

Adeſurio, Plaut. valde eſurio.

Ambedo, dis, Plaut. pro circumedo. Legitur aliter ambabedo. Item *ambeſt*, tertia perſona pro ambedit.

Ambeſus, a, um, Virg. quod ambedimus. Ut, *menſa ambeſa.*

Comedo, dis, & comedo, comes, comeſt, comeſtum & comeſum, comedere & comeſſe, idem quod ſimplex edo, vel edendo conſumo, Æder/ opeder. Item conſumo, diſſipo. Item *comedere ſeipſum; cor ſuum comedere*, eſt curis ſeipſum conficere, Æde ſig ſelff. *Comedim*, apud veteres pro comedam.

Comedo, onis, m. t. qui bona ſua conſumit, Fraadzer/ Fordøjer.

Comeſus, a, um, quod comedimus. Ut, *comeſum venenum*. Et translatè, *comeſa patrimonia*, i. e. dilapidata, conſumpta.

Exedo, dis, vel exes, totum edo, edendo conſumo, Opeder/ fortærer / eder ſlet op. *Vermes exedebant corpus*: *tu tibi intriſti, tibi omne eſt exedendum.*

Exeſus, a, um, quod exedimus, Opedt / fortærdt. *Literæ vetuſtate exeſæ*: *Ædes exeſæ*, giennom ſtuckne oc raadne.

Exeſor, oris, m. t. qui exedit. Ut, *æſtus maris exeſor murorum, quos alluit.*

Inedo, is, quaſi in rem edo, ſen edendo ineo, Indeder.

Inedia,

Inedia, æ, f. pr. abſtinentia ab eſu, fraahold fraa eden. *Vigiliis & inedia necatus eſt.*

Ineſco, as, act. pr eſca capio decipioq;. *Piſces ineſcat,* fanger med Mading / ſetter Mading for Fiſk. Et translatè, *homines ineſcat,* pro blanditiis aliisq; factis ſubdolè decipit & capit, Bedrageligen fanger. Et addito modo, *ineſcat hominem verbis, voluptatibus, pollicitationibus.*

Ineſcatus, a, um, quod ineſcavimus. Ut, *piſces ineſcati*: Et *ineſcatus homo,* Bedrageligen fangedt/ bedragen. Sic *hominis ineſcata temeritas.*

Obedo, is, fi. t. quaſi circumedo & conſumo.

Obeſus, a, um, antiquè; circumroſus, gracilis, exilis, macilentus, Sluncken/tynd oc magr. Inde etiam acceptum eſt pro pingui & craſſo, fæd oc tyck. *Obeſum tergum.*

Obeſitas, atis, f. t. obeſi habitus, Fædme/Fædhed. *Ventris, corporis obeſitas.*

Obeſco, as, act. pr. Colum. obeſum facio, Fæder. *Nonnulli obeſcant aves:* Aliter legitur obeſant.

Peredo, is, per univerſum edo, aut edendo conſumo, giennom eder oc fortærer. Ut, translatâ ſignificatione, *durus amor crudeli tabe eum peredit: lacrymæ peredere genas.*

Peredia, æ, f, pr. Plaut. ficta voce, edendi cupiditas.

Semeſus, a, um, dimidia ſui parte comeſtum, halffedt. *Semeſa obſonia, oſſa, fruſta lardi, membra.*

Superedo, is, poſt cibum aſſumptum, alium ſuperingero. Ut, *edentes allium ſuperedunt betæ radicem ad exſtinguendum odorem.*

Veſcus, a, um, quod eſui aptum eſt à vè intenſiva & eſca, Ædeligt. *Sal veſcus: papaver veſcum: frondes ſalicum veſcæ.* Item qui multum edit & edax eſt. Ut *ſal veſcus*, quod peredat. Item quod minus edit & faſtidioſum eſt, Væ hic privante non augente, ringe till ſitt mad / littærende eller edende. Significat & puſillum & minutum. Ut *veſcus corpore,* liden.

Veſculus, homo malè curatus & gracilis, Magerſlagen.

Veſcor, eris d. t. eſca & cibo utor. Ut, *dii nec eſcis nec potionibus veſcuntur, glande veſcebantur homines.* Et cum accuſ. *nonnullæ aves veſcuntur ea quæ rapuere pedibus.* Inde translatè, *veſcitur aura ætherea,* i. e. utitur, vivit. Sic *veſci rebus,* i. e. uti. *Veſcitur arenis,* i. e. utitur. *Veſcitur voluptatibus.* Item *formis oculi tui veſcuntur,* i. e. vident.

EGEO, es, gui, rei alicujus inopia laboro, quaſi ἐνδέω, à δέομαι, ejusdem ſignificationis. Unde & ἐνδὴς, cui aliquid deeſt, Fattis/vedtørff/mangler. *In Patria eget.* Et cum caſu: *pecuniâ eget; aris eget,* haffuer brecf for.

Egens, tis, om. t. qui eget, vedtørffuende. *Egens relicta eſt miſera: Eo nemo eſt egentior: Homo eſt egentiſſimus.* Et cum caſu, *egens conſilii æris, &c.* Fattis/haffuer mangel paa. Aliter egens, quaſi exgens; quaſi cui nulla gens, vel qui nullius familiæ eſt.

Egenus, a, um, perpetuò & rebus omnibus egens, Fattig och Arm/ wſel/ forlat / vedtørffuen paa alting. *Egena corpora: egenis ſuccurrendum.*

Egeſtas, atis, f. t. egentis ſeu egeni affectio & conditio, Mangell/Armlighed/ Fattigdom/Armmod.

Egeſtoſus, a, um, Cyprian., *egeſtate plenus.* Ut, *egeſtoſa manſio.*

Compoſita.

Indigeo, es, n. ſ. idem quod egeo, vel valde egeo iis, quibus carere non poſſum, haffuer i behoff / vedtørff/ trenger til noget/ behøffuer. *Illa non tàm artis indigent, quàm laboris: Vos mei non indigetis: Cohortatione & conſolatione indiget.* Et impersón. apud Plin. *non indigetur earum,* mand haffuer icke dem i behoff.

Indigens, tis, om. t. qui indiget, vedtørffuende. *Ille mei indigens.*

Indigentia, æ, f. pr. indigentis affectio & conditio, Mangel oc Fattigdom.

Indiges, igis, idem quod indigens. Ut, *Indigem liberorum laceraſti.*

Indigus, a, um, idem quod indigens. Ut, *ipſa ſuis polkent opibus, nihil indiga noſtri.*

EGO, pronomen, primæ perſonæ, quo perſona, ſcilicet ſeipſum notat, ab ἐγὼ, ejusdem ſignificat. Jeg. Genit. eſt mei, ab ἐμοῦ, μοῦ: Et plur. nomin. Nos, à νῶι. Dativ. autem Mihi, & per contractionem Mi, ſæpè ſignificat ad meam utilitatem, aut ad meum damnum. Ut, *mihi legit, mihi peccat.* Ponitur & pro meo judicio, effter min menning eller ſind. *Is mihi eſt, profectò, ſervus ſpectatus ſatis: Syrus præbendendus atq; adhortandus mihi.* Interdum pro in me, circa me. Ut, *vos mihi domi non eritis.* Interdum etiam feſtivitatis gratia ponitur. Ut, *is mihi etiam gloriabitur ſe omnes Magiſtratus ſine repulſa aſſequutum.* Mi pro mihi. Ut, *mi genus ab ſummo Jove.* Eſt & Genit. plur. noſtrum & noſtrorum, qui & pro poſſeſſivo noſter aliquando ponitur. Ut *noſtrum milites,* i. e. noſtri.

Meus, a, um, quod eſt mei, Min / mitt. *Meus ager,* quem ego poſſideo: *meus carnifex,* qui me excruciat. Et abſolutè, *meus ſum,* pro meæ ſum poteſtatis, Er min egen / raader ſelff. Et *meorum ſolus ſum meus,* i. e. inter meos amicos ſeu cognatos & conſanguineos. Item *meum hoc eſt,* i. e. mei eſt officii, det er min beſtilling: det kommer mig ved.

Noſter, a, um, quod noſtrum eſt, voris. *Noſtra domus,* Ponitur & pro noſtras, vor eigne oc Landz. *Hanc ſimilis eſt virgo virginum noſtrarum,* ſcil. civium, i. e. terræ ac Patriæ noſtræ. Item pro noſtri. Ut, *animos eorum ad noſtram defenſionem conor traducere,* i. e. noſtri.

Noſtras, atis, om. t. quod eſt è noſtra gente vel patria, vor Folckis/vor Landz och eigns. *Mirificè capior facetiis, maximè noſtratibus.*

Compoſita cum Encliticis.

Meapte, ablat. pro mea propria. Ut, *meapte cauſa feci,* for min egen ſkyld.

Noſtrapte, i. e. noſtrâ propriâ. Ut, *noſtrapte culpâ facimus,* vor eigen ſkyld.

EJA, ἔια, Interject. adhortantis & approbantis, Æja/ Jſaa / Jſoo. *Eja age, rumpe moras.* Item corripientis, Æje. *Eja, hanc ſic decet.*

EJULO, as, n. pr. voce ſublatâ ploro, ab inconditâ doloris voce Eja, vel ἐλελύω, ululo, Byler. *Magnitudine doloris ejulat.*

Ejulatio, onis, ejulandi actus, Bylen/ bylelſe. *Ejulatione opus non eſt.*

Ejulatus, us, m. q. idem.

ELEEMO-

ELEEMOSYNA, f. pr. ἐλεημοσύνη, Eccleſiaſt. ſtips, quæ erogatur pauperibus: eſtq; veluti commiſerationis noſtræ opus, Allmiſſe. Inde quodcunq; opus miſericordiæ miſeris præſtitum, Barmhiertighed3 gierning.

Eleemoſynarii, Recentiorib. Pauperiores alumni Principis, quaſi miſericordia ejus viventes.

ELEGIA, æ, f. pr. ἐλεγεία, genus erat verſuum flebile & miſerabile, Sørgelig Klageſang/ Klageverß/ Klageviſe. Inde rebus etiam lætis adhiberi ſolitum.

Elegia, orum, n. pl. pro carminibus Elegiacis. Ut, *fores impleantur carbonibus Elegiorum.*

Elegiacus, a, um, quod elegiam refert. Ut, *carmen elegiacum*, idem quod Elegia.

Elegidion, Perſ. idem, Græcâ formatione, & quidem deminutiva.

Elegus, a, um, idem quod Elegiacus. Ut, *verſus Elegus.* Et abſolutè *Elegus*, pro eodem, ſeu Elegia.

ELEMENTA, cor. duab. priorib. orum, cujus ſingulare Elementum, ti, n. ſ. principia ſunt ex quibus corporea omnia componuntur, & in quæ reſolvuntur, ab ὕλη, materia, ex qua aliquid fit, Elementer/ Førſte roed oc begyndelſe til alle ting. *Elementa rerum naturalium ſunt terra, aqua, ignis, aër.* Inde translatè elementa orationis, pro literis, primis ſcilicet, initiis. Et Eccleſiaſt. vetus Teſtamentum & Lex Moſis *elementum* dicitur *Chriſtianæ religionis*, quia ab his initium facit, hisq; initiis Deum cognoſcit. Aliter, elementa quaſi alimenta, ab alo: quia compoſitis eadem ſunt principia & alimenta. Item ab elevo.

Elementarius, a, um, Senec. quod Elementa ſpectat. Ut, *Senex elementarius*, qui in elementis orationis, h. e. literis hæret adhuc. Sic *puer elementarius*, en Sincke.

ELEPHANTUS, m. ſ. & Elephas, antis, m. t. ἐλέφας, terreſtrium animalium maximum, docile, ac militiæ olim accommodum, Elephant. Inde tropicè, ebur, ſive dens Elephanti, Philsbeen. *In foribus pugnam ex auro ſolidoq; Elephanto.* Bos luca, Latinis, pro Elephanto, comparantibus animal cum bove, & addentibus denominationem à Lucania regione, in qua primùm advectus viſus eſt. Item Elephantus, nomen piſcis, qui aliàs Aſtacus, Hummer.

Elephantinus, a, um, quod eſt Elephantis, ſeu ex Elephanto. Ut, *pellis Elephantina. Elephantini libri*, apud Priſcos, in quibus Senatusconſulta ſcribebantur, quæ ad Principes pertinebant.

EMO, is, emi, emptum, act. t. pr. corr. antiquis idem quod capio, accipio. Unde plerorumq; compoſitorum ſignificatio dependet, quaſi Egmo, ab ἔχω, habeo, teneo, obtineo, poſſideo. Inde pretio comparo, Kiøber. *Tanti hoc emit: Ære pauco libros emit plurimos.* Et translatè, *emere aliquem beneficiis*, pro devincire. *Emere operam*, eſt, dato pretio, conducere opus aliquod faciendum.

Emptio, onis, emendi actus.

Emptitius, a, um, quod emi ſolet, Tilkiøbs. Glans emptitia.

Emptito, as, frequenter emo, vel carè emo, Kiøber alting/ kiøber dyre.

Emptitatus, a, um, quod emptitavimus.

Emptor, m. t. qui emit.

Emptus, a, um, quod emimus, Kiøbt. *Empta dolore voluptas.*

Empturio, ris, n. q. emere cupio, Faler.

Emax, acis, om. t. qui libenter vel ſæpiùs emit: emendi cupidus. Ut, *non eſſe ematem vectigal eſt.*

Emacitas, atis, f. t. emacis affectus & animus, Begærlighed til at kiøbe.

Compoſita.

Abemo, is, Plaut. pro aufero.

Adimo, is, act. t. quaſi emendo, i. e. accipiendo, aufero, fraatager. *Hanc niſi mors adimet nemo. Deſponſam homini Syriam ademit: adimere alicui pecuniam: dolor adimit mentis partes: Dolor ſomnum adimit. Adimere jus verborum in Comitiis*, eſt, jus ſuffragandi tollere, & tanquam ſexagenarios de ponte dejicere.

Ademptio, onis, adimendi actus, fraatagelſe. *Ademptio civitatis.*

Ademptus, a, um, quod ademimus, fraatagen. *Nobis de fortuna multum ademptum: Reductio Regis tibi adempta eſt.*

Coëmo, is, idem quod emo, pretio comparo. Ut, *coëmit frumentum.*

Coëmptio, onis, coëmendi actus. Et peculiariter Juriſconſ. imaginaria venditio, qua uxor veniebat in jus mancipiumq; mariti, aut filius adoptivus in jus mancipiumq; adoptantis.

Demo, is, pſi, act. t. detrăho, ex de & emo, pro accipio, ſumo, Tager fraa/tager aff. *Demere alicui ſimilitudinem*: Et *demere alicui de moleſtia.*

Demptus, a, um, quod dempſimus. Ut, *demptus metus: dempta ſollicitudo.*

Dirimo, is, emi, emptum, act. t. quaſi Diſemo: ſignificatq; diverſim ſtatuo alterum ab altero, Skiller adt. *Dirimere pacem, litem, controverſiam, prælium, rem ſuſceptam.* Et translatè, deſtruo, giør til intet. *Dirimere conſilium.* Et *dirimere tempus*, eſt, differre & in alium diem aliquid rejicere.

Diremptio, onis, actus, quo aliquid dirimitur, adſkillelſe/ forhalelſe. *Diremptio litis: diremptio temporis.*

Diremptus, us, m. q. idem. Ut, *interitus eſt diremptus partium, quæ ante interitum junctione aliqua tenebantur.*

Eximo, is, emi, emptum, act. t. quaſi ex pluribus aliquid emo auferoq;: Et ſimpliciter, ex pluribus aliquid capio ſumoq;, Afftager/ vdtager/ borttager. *De dolio exemit.* Inde translatè, *eximere alicui laſſitudinem*, Afftage/ borttage. *Eximere reum*, Hielpe den Sagfyldig udaff Kærten/ frie. *Eximere aliquem noxæ, à culpa, è vinculis, de numero proſcriptorum, metu, periculis*, eſt, liberare. Et *eximere honoribus, notæ*, Skille en ved ære/ ſkamme. Item *eximere horam, diem*, At forhale.

Exemptio, onis, eximendi actus.

Exemptilis, le, om. t. quod eximi poteſt. Ut, *clavus exemptilis*, Løß naffle: *Aſſerculus exemptilis*, Som icke er Naglefeſt. *Pertica exemptilis*, Løßligen i ſatt. *Sera exemptilis*, henge Lääß. Et *dies exemptilis*, qui ex menſe eximebatur, ut annus Solis ac Lunæ congrueret, Græcâ voce Exhæreſimus.

Exemptor, oris, m. t. qui eximit. Ut, *marmorum lapidumvè exemptor*, Steenbryder.

Exi-

Eximius, a, um, quod cum electione eximitur è pluribus, quasi exemptus è multis, Besynderlig / vdvald. *Eximius porcus*: *Eximius taurus*. Et translatè, *eximia injuria*, Merckelig / besynderlig wræt. *Adolescens eximiæ spei*, Paa it synderlig gaat forhaabning.

Eximiè, modo eximio, Merckeligen / besynderligen. *Eximiè ornatum templum*: *Eximiè diligit*. Et *herba hæc eximiè tollit verrucas*.

Inemptus, a, um, non emptus, vkiøbt. *Dapes inemptæ*, quæ non aliunde comparantur, quàm à propriis agris, Eigen affling. Sic *lepus inemptus*: *aper inemptus*.

Interimo, is, act. t. vita privo, & e medio aufero, Omkommer en / tager aff dage. *Accurrite, ne se interimat*: *interimit vitam suam*. Et *vita se interimit*.

Perimo, is, act. t. plane & totum adimo, aufero & tollo; & ad nihilum redigo, tager slet hen / bort / fraa / giør slet til intet. *Perimere reditum, causam puoritam. Perimere actionem institutam jure*, i. e. tollere. Et *perimere hominem*, pro è vita tollere, tage aff dage.

Peremptalia fulgura Antiquis, quæ superiora portenta perimunt & tollunt.

Peremptorius, a, um, Apul. quod perimit. Ut, *venenum peremptorium*. Et Jurisconl. *peremptorium edictum*, quod disceptationem inter litigatores perimit, h. e. non patitur adversarium tergiversari.

Peremptus, a, um, quod peremimus. Ut, *peremptus homo*: *peremptus sensus*. *Perempti cædi*, Slagne ihiel.

Redimo, is, act. t. alienatum emo & recupero, Løser noget ind / igienkøber. *Domum Pompeji redimit Julius*: *redimit hæreditatem*: *Redimit captos e prædonibus, è servitute*: *Fibri redimunt se ea parte corporis, propter quam maximè expetuntur*. Item *redimere lites*, est, non nihil jacturæ facere & cum adversario pacisci, ut se quis litium molestia explicet, Kiøbe eller minde sig fraa en trætte. Sic *redimere vitam*, Kiøbe sit Liff. Redimere culpam, kiøbe sig fri for. *Redimere negotium*: *redimere navem fabricandam, vestimenta texenda*, est certo pretio facienda suscipere, fortinge sig til Arbeid oc gierning til. Item, *Redimere vectigalia*, portoria, pecuaria, i. e. emere, kiøbe sig til for en forsagt penning. *Redimere se judicibus pecuniâ*, kiøbe sig fraa retten.

Redemptio, onis, redimendi actus, Indløsning / gienløsning / fraaløsning / forløsning / kiøb. *Redemptio captivi, fundi, vectigalium, judicii*. Et *redemptio operis*, Fortingning.

Redemptor, oris, m. t. qui redimit, sive captivum, sive hæreditatem, sive vectigalia, sive opus faciendum. Inde *Redemptor causarum*, som kiøber sig sager til.

Redemptus, a, um, quod redemimus, Indløst / gienløst / fraaløst / kiøbt. *Redempta domus, vita, res à judicibus*. Et, *publica malè redempta*.

Redemptito, as, sæpè redimo. Ut, *facta benefactis non redemptitat*.

Vindemia, æ, f. pr. actus, demendi & colligendi vinum seu uvas ad usum vini, quasi vini demia, Vinhøst / Vindiering. Inde tropicè, ipse fructus, & vinum quod colligitur. Item translatè, *vindemia mellis*, quâ mel colligitur, Honningbering.

Vindemiola, læ, f. pr. parva & exigua vindemia.

Vindemialis, le, om. t. quod ad vindemiam pertinet.

Vindemio, as, n. pr. vinum colligo & demo, Høster Vin.

Vindemiator, oris, m. t. qui vindemiat, DE Sylabâ, Horat. correptâ contra quantitatem primitivi, Vinhøstere.

Vindemitor, oris, Ovid. idem.

Virgindemia, æ, f. pr. collectio virgarum.

EMPLASTRUM, n. s. ἔμπλαστρον, medicamentum in massam coactum, quod præmollitum igni vulneribus imponitur, Plaster.

Emplastro, as. Colum. act. pr. translatâ significatione, est inoculationi arborum quasi emplastrum quoddam induco, Forbinder / ombinder poder udi træ.

Emplastratio, onis, emplastrandi actus, seu inoculatio.

EMPORIUM, n. s. ἐμπόριον, locus mercatus seu nundinarum, vel mercatus ipse, Kiøbsted eller Marcket.

Emporeticus, a, um, sive emporeuticus, a, um, quod ad Emporium pertinet. Ut, *charta emporetica*, vilissima illa, quâ merces involvuntur, Kremerpapir / Packpapir.

EN, adverb. demonstrandi, ab ἠνί, ejusdem significat. See. Habetq; sæpè vim indignationis. Ut, *En Primus*: *en causa*: *en crimen*: *en agros*.

Ecce, adverb. rem improvisam subitamq; demonstrans, quasi Ence, assumptâ Enclitica ce, See. *Ecce tuæ literæ de Varrone*: *Ecce subitum divortium*: *Ecce miserum hominem*. Apulej. quoque per Pleonasmum dixit, *En ecce*.

Eccere, Plaut. pro Ecce. Aliter Æccere, quasi per ædem Cereris.

Et, particula compositioni tantum per Prosthesin apta, ab Ecce, vel simpliciter ab En, significatq; num vel an, Om. *Ecquis homo*: *Ecqua mulier*: *Ecquid rei*.

Enim, conjunctio causam dicto subnectens, eadem cum En origine ab ἠνί: Thi. Ponitur q; secundo loco. Ut, *cole pudicitiam. Hæc enim hominem vindicat à scelere*. Sed & Comici Plaut. & Terent. sæpè priori loco collocarunt pro Etenim. Ut, *Enim metuo, ut possim in bubile rejicere, ne vagentur*. *Enim solus nequeo*.

Atenim, pro at; ut, *atenim non sinam*.

Etenim, quasi Et enim, ejusdemq; significationis cum enim; & fere primum locum in oratione occupat. Thi. *Etenim quid percipit præter voluptatem*. Et disjim interjectâ aliqua voculâ Ut, *Et dicere enim nemo bene potest*. Cicero etiam usus est aliquando pro quippe. Ut, *neq; in toto Æmonensium testimonio commovebor*: *Etenim quibus ego istam laudationem remittam*, i. e. quippe quibus, &c.

Sedenim, pro sed. Ut, *Progeniem sedenim Trojano à sanguine duci audierat*.

ENIBER seu Enuber sive Inber, bra, brum, antiquis dicebatur pro Inhibens q. inhiber. Ut *Éniber picus*, *Enibræ vel Inibræ aves*, quæ in auguriis prohibeant aliquid fieri: vel fortasse quòd malo omine inhibeant volatum ut præpetes prorogant q. d. hine ville ey frem / men holde sig tilbage. Men disse ville / frem och frem. Sic Plural. Enibra seu inebra, omnia quæ aliquid prohibent. Legitur & in Isidor. *Inhibæ aves*, quod inhibeant aliquid fieri.

ENSIS, is, m. t. teli genus acutum & secans, quo cæsim punctimq; pugnatur, ab ἐν, intus: quòd vaginâ

& ſub veſte occultetur, ut Græcorum ἐνύεα, eadem origine, i. e. arma: quanquam hæc, ut volunt, quæ tegunt, non tegantur, Side Verge/Seggen/Kaarde/Suerd.

Enſiculus, m. ſ. parvus enſis.

EO, is, ivi vel ii, itum, n. q. pedibus promoveo, viam carpo, ab ἔω, ejusdem significationis, Gaar. *Solus ibat: in villam ibat: Eo videre: Eo viſum, &c.* Inde *ire in exilium*, Komme ſit Fæderneland. *Ire in hominem*, Gaa en imod. *Eo viſere*, gaar hen at ſee. Item quovis modo aliquò moveo, Føris / vandrer/nimirum ſive id curru fiat, ſive equis, ſive navi; idq; vel abſolutè. Ut, *ibat*, Hand Vag / Red/Seigle de: vel cum caſu: ut, *ibat equis; ibat curru.* Transfertur & ad animum, & inanimata. Ut, *prorſus ibat res*, den Sag gick for ſig. *Ire in ſententiam*, Samtycker. *Ire ſuppetias*, komme til hielp. *Ire ſub umbras*, Døe. *Ire in ſuffragium*, giffue ſit Vaal oc Stemme. *Ire in flammas*, Brende op. *Ire in oblivionem*, komme i glemme. *Ire in auras*, forſuinde. *Ire in duplum, in multam*, falde i brøde. Item, *it dies, it ſol*: abit ſol, q. d. Sagen gaaer. Dicitur & *Iſti* pro iviſti, Plaut. Et Impersonal. *Itur*, Mand gaaer/der gaaiß. Itur ad me: *Itum eſt ad conſilium*, ad arma.

Itio, onis, eundi actus, Gang/ Vandring. Itio obviam: *Itio domum*, Et, una dictione, domuitio.

Itus, us, m. q. idem quod itio. Ut, *pro itu & reditu vota facit.*

Ito, as, n. pr. frequenter vel ſubindè eo, Gaaer gierne/tit oc offte/ daa och daa. *In ludum literarium itat: ad cœnas itat.*

Iter, ineris, & antiquè itiner, & Gen. iteris, n. t. itio eſt peregrè facta, ſive id mari, ſive terra fiat, Reiſe: *Iter illi inſtat ſubitum & longum: Iter capiundum eſt navi.* Et translatè, modus, forma ſeu inſtitutum agendi. Ut, *patiamur illum ire noſtris itineribus*, i. e. noſtro dicendi genere. Item, iter jus eſt, quo quis ire poteſt, non jumentum aut vehiculum agere; ut, aquæ-ductus, hauſtus, iter, actus.

Itineror, aris, Apul. dep. pr. iter facio, Reigſer/ Vandrer.

Itinerarium, n. ſ. commentarius earum rerum, quæ in itinere acciderunt, Reigſebog. Sed dictio eſt à Recentioribus ficta.

Itero, as, act. pr. quaſi itinere repetito aliquid aggredior, h. e repeto: translatâ voce & ſignificatione à paſtoribus iter ſuum crebrò repetentibus, Gientager/ giør paa ny igien / det ſamme igien. *Pugnam iterat: verba iterat. Et iterat quod dixit.* Sic & dicitur, *iterare æquor*, pro iterum navigare, Seigle igien. Et *iterare campum, agros, terram*, pro iterum proſcindere, Pløje om igien / pløje atter oc igien. Aliter ab iterùm deducitur: iterùm autem ab itinere.

Iteratio, onis, iterandi actus, Gientagelſe. *Iteratio verborum.* Et *iteratio agri*, Gienpløjning. Item, Iteratio, eſt ſecunda olearum, aliorumq; fructuum preſſura, Anden perſning/naar mand perſer anden gang/ eller om igien.

Iteratus, us, m. q. iterandi actus, Gientagelſe. *Res eſt iteratu ridicula.*

Iteratus, a, um, quod iteravimus, Gientaget. *Agri iterati*, Gienpløjede.

Iterùm, adverb. ex iteratione, Igien. *Iterum ad Trojam magnus mittetur Achilles.* Et ſpecialiter, ſecundò, ſeu ſecunda vice, Anden gang. *Primò quidem decipi incommodum eſt, iterum ſtultum, tertiò turpe.*

Compoſita.

Abeo, is, à loco aliquo ſive aliunde eo, Bortgaar. *Hæc loquutus ſublimis abiit: ne longiùs abi: viam tu tuam abi: abi in malam peſtem, malumq; cruciatum: abire de loco, ſive è loco. Abeo quærere*, i. e. quæſitum. Dicitur & de factis. Ut, *mirum ſi hoc ſic abiret.* Item de morbo. Ut, *morbus abiit.* Item de rebus aliis. Ut, *menſes abierunt*, i. e. effluxerunt, Forløb. *Abit ſol, dies.* Et abiit, pro mortuus eſt. Item de actione. Ut, *longiùs non abeam*, ſcil. dicendo. Item ratione ſubjecti, unde fit motus. Ut, *abire ab emptione*, gaa fraa ſit kiøb. *Abire à Magiſtratu; & abire magiſtratu*, i. e. deſerere, Affſtaa oc forlade. *Abire incepto*, Staa aff ſit forſæt oc begyndelſe. *Abire è medio*, At døe. Item ratione ſubjecti, quò tendit motus. Ut, *eò abiit.* Inde, *abiit in oppidum, in villam*, Bleff til en Landsby. *Fabius præceps in minus abiit*, i. e. pronus cecidit in vulnus: *abiit in ora hominum, pro ludibrio*; i. e. ab omnibus ridebatur *malum in diem abiit*, i. e. in aliud tempus dilatum eſt: Et cum caſu, *abire viam.* Et impersonalit.: *Hinc jam abitur.*

Abitio, onis, abeundi actus, Bortgang. *Propter hanc hæc turba atq; abitio venit.* Et Antiquis, per Euphemiam, pro morte, Affgang.

Abitus, us, m. q. idem. Et, *abitu hujus cruciatur.* Ponitur & pro loco, per quem abire poſſumus. Ut, *omnem abitum cuſtode coronant.*

Tranſabeo, is, Stat. idem quod tranſeo.

Adeo, is, eo ad aliquem quocunq; conſilio, utpote viſendi, conſulendi, certandi, agendi, Gaar till. *Adeo Prætorem: adeo ad ipſum; ad fundum iſtum; ad cauſas: Capitis adire periculum, laborem*, i. e. ſubire. *Adire in jus; in hæreditatem.* Et paſſivè, *granaria ſcalis adeuntur. Pericula adeuntur in periculis. Adire manum alicui*, dicitur, qui aliquid illi tanquam in manum traditurus oſtentet; cumq; ille manum ad id capiendum porrexerit, ſuam ipſe manum retrò trahat, eumq; inanem atq; hiantem deſtituat; Biude en noget / oc tage det adt ſig igien. Item, Impersonal. *In jus aditum eſt.*

Aditio, onis, adeundi actus. Unde Plaut. *Quid tibi hanc aditio eſt*, i. e. cur tu hanc adis.

Aditus, us, m. q. idem, Tilgang. *Duo aditus in Ciliciam ex Syria: aditum per alia quærit:* Et translatè, *nullus ei aditus ad honores: Difficilis aditus veritati relinquatur.*

Aditus, a, um, quod adivimus. Ut, *adita pericula, labores.*

Adito, as, Plaut. adire cupio, vel ſæpiùs adeo.

Ambio, is, idem quod circumeo. Ut, *Lunæ curſus terram ambit: Hæc rapidus amnis ambit: Cervicem Pompeji ambierat purpura triumphalis.* Inde *ambire preſſando*, i. e. ambire aliquid prece, largitionibus, muneribus, corruptionibus, Staa / gaa effter noget. Ut, *Clodius vicatim ambibat.* Sic *ambire honores.*

Ambitio, onis, ambiendi actus. Et peculiariter, qui fit contentione & largitionibus de honore & Magiſtratu obtinendo, Naar mand kiøber ſig i Vald. Inde quæ-

de quævis immoderata honorum cupiditas, ærgærighed.

Ambitus, us, m. q. pen. corr. idem quod ambitio & ambiendi actus. Item, Fest. locus ad ædificia patens in latitudinem pedes duos & semissem, in longitudinem idem, quod ædificium Omgang eller spadzeregang hoß noget huuss. Inde *ambitus templi: ambitus ædium; ambitus stellarum rotundi: circumjecit animus cælum rotundo ambitu:* Sic *ambitus verborum,* prolixior verborum circuitus, colis & commatibus constans, Græcâ dictione, periodus. Item idem quod ambitio & ambitionis crimen. Ut, *lex ambitus*, vel *de ambitu*: *judicium ambitus.*

Ambitiosus, a, um, ambitione honorum plenus, ærgærig. *In petendis honoribus nimis ambitiosus.* Dicitur & ambitiosus, qui habitu, sermone, vultu, deniq; modis omnibus misericordiam captat.

Inambitiosus, a, um, Ovid. non ambitiosus, tærffuelig. *Rura inambitiosa.*

Ambitus, a, um, pen. prod. quod ambivimus. Ut, *populus ab illo ambitus*, Ombedet / omgaaedt: *Jussit & ambitæ circumdare littora terræ.*

Anteeo, anteis, ante aliquem eo, gaar for. *Eum defricto gladio jubebat anteire*: *Lictores anteibant Prætoribus.* Inde translatè, *Hos ætate anteit*: *Cato sapientia omnibus; virtus rebus omnibus anteit*: *Cæteros virtute anteeunt*: *Gloriâ anteibat omnibus*: *fortunam ipsam anteibo fortunis meis*: *abs te anteiri se non putant æquales.*

Antideo, Plaut. idem quod anteeo. Ut, *omnes antidit patientiâ.*

Circumeo, is, circum aliquid eo, Gaar runden om / allevegne om. *Circumit urbem, prædia.*

Circumitio, vel circuitio, onis, circumeundi actus, Omgang. Et, peculiariter, ambages, Omslag. *Apertè locutus es, nullâ circuitione usus.* Accipiturq, modò in bonam partem pro schemate Rhetorico, Periphrasi: modò in malam, pro fraudulentis, ambagibus.

Circuitor & Circitor, oris, Ulp. qui merces vestesq; distrahendas vicatim circumfert, Bißekremere / Pialtemand. Item circitores dicebantur vigiliarum recognitores, Skarvæcter: quasi circuitores, qui circumeundo officium faciunt.

Circuitus, us, m. q. idem quod circuitio. Ut, *olis circuitus*, Solens omgang. *Febris circuitus*, Den visse tid / som kaaldstugen rager en paa.

Circuitus, a, um, Senec. pro circumductus. Ut, *orbem circuitis cornibus allegat.*

Coëo, is; simul cum alio vel in unum eo. Ut, *coimus aliquot adolescentuli in Piræo*, kommer sammen / sanckis. Inde *coire in fœdera.* Et sine Præpositione, *Coire societatem*, i. e. inire. Ponitur & pro concumbere; ut, *coëunt mas & fœmina.* Item pro congredi. Ut, *coëunt milites*, Griber hinanden an. Accipitur quoq; in malam partem pro convenire & congregari ad scelus quoddam conficiendum. Ut, *hi sic coierunt*, Soldede sig sammen. Item pass. *coitur societas*, quæ contrahitur: Et *coita societas*, quæ contracta est.

Coitio, onis, coëundi actus. Ut, *atomorum coitio.* Et peculiariter conspiratio.

Coitus, us, m. q. idem quod coitio. Et peculiariter concubitus, Leirmaal.

Incoibilis, le, om. t. Gell. quod coire & conjungi non potest.

Comitium, n. s. locus Romæ juxta forum & curiam, ubi coibat populus, tùm litium, tùm comitiorum causa, Torffue / Ridderpladz: à potiore scil. parte civium. Item apud antiquos commune & amplissimum concilium, Stort fornemme mode / Herredag.

Comitia, orum, n. pl. conventus ordinum, ubi Magistratus creabantur, aliáve pertractabantur, quæ ad salutem imperii pertinebant, Herredage.

Comitialis, le, om. t. quod ad comitium pertinet. Ut, *dies comitialis*, qui gerendis comitiis aptus seu dictus est, & in quo fiunt comitia, Herredag. *Morbus comitialis*, i. e. caducus comitia interturbans, fallende Siuge. *Comitialis homo*, qui isto morbo laborat. Et *Comitialis*, qui litibus comitia molestat, Tingstud.

Comitialiter, modo comitialis morbi. Ut, *id comitialiter accidit.*

Comitiarius, a, um, Liv. quod comitia refert. Ut, *comitiaria statio*, quæ facta est in exercitu modo comitiorum, KrigsRaad och Rætt.

Comitiatus, us, m. q. Cic. idem quod comitia, sive populi in comitiis congregatio.

Comitiatus, a, um. Ut, *Tribuni comitiati*, qui in comitiis creabantur.

Incomitio, as, Plaut. act. pr. pro in comitia traduco, seu per comitium divulgo, Raaber en ud paa Herredage. *Adolescens quæso, ne me incomities*, Løbe om By med mig til Herredage.

Cœtus, us, m. q. quasi coitus, honesta est hominum congregatio, ærlig forsamling. *Cœtus Matronarum.* Dicimus & *primo cœtu vicimus*; pro prima coitione.

Comito, as, act. & comitor, aris dep. pr. frequenter cum aliquo eo, idq; honoris, obsequii officiivé gratia, Følger med / Efterfølger. *Pia proles euntem comitavit*: *comitat vestigia mea*: *comitat gradus*: *Eum multi comitantur*: *Exsequias comitantur.*

Comitatus, a, um, quem comitati sumus. Ut, *ex urbe parùm comitatus fui*: *Uno comitatus Achate*: Et amisso tempore; *Uno puero est comitatior.* Sic *homo est comitatissimus.*

Incomitatus, a, um, non comitatus. Ut, *incomitata Andromache.* Et translatè, *ars incomitata.*

Comitatus, us, m. q. comitantium multitudo, medfølge. *Sine comitatu venit.*

Comes, itis, m. t. qui alium, modò superiorem, modò æqualem comitatur, Suend / Følgesuend *Labienus se victoriæ Pompeji comitem esse mavult, quàm socium Cæsaris.* Et translatè, *Eloquentia pacis est comes otiiq; socia*: *Omnes artes comites sunt ac ministræ oratoris.* Est & nomen honoris & officii inter Principes viros, Greffue. Item apud Jurisconsl. nomen officii cum additione officii. Ut, *Comes domus*, qui in domesticos Principis præfecturam habebat, Marskalck. *Comes horreorum*, qui pristini Principis curator fuit, habuitq; mancipia quædam purgandis horreis ascripta, coquendoq; pani Principis, Køgmester. *Comes rerum privatarum*, cui omnis res familiaris commissa erat, Hofmester. *Comes stabuli*, Staldmester eller Marskalck.

Incomes, itis, Fest. qui est sine comite.

Exeo,

Exeo, is, quaſi extra eo, gaar vd / vdgaaer. *Exeo domum*: Et *exeo domo*. Inde *ruptis aggeribus exit amnis*, i. e. erumpit, vdbryder. *Exibat de ſervitute*, gick aff ſin tienſte/ bleff frj. *Exire ex ærumnis atq; miſeriis*, i. e. liberari. *Exit in laudem, in vituperationem, in acta, in fabellas*, det endis paa / ſlipper vd paa / eller til ſaadant. *Res in memoriam exit*, det kommis ihue. *Exit actio in diem tertium*, ſkydis frem til paa tred die dag. *Exit de poteſtate rationis, mentis*, gaar fraa vidder. *Arbor exit in altitudinem*, gaar i været. *Exit liber*, i. e. editur, gaaer vd. *Exit dies*, gaar forbj/ faar ende. *Exit è vita*, hand døer. *Exit in easdem literas*, endis paa ens Bogſtaffue. *Sors mea de conſularibus exit*, min lod oc vilckaar gaar vd fraa. *Exire de patritiis*, eſt, ex Patritio plebejum fieri.

Exitus, us, m. q. exeundi actus, vdgang oc ende. *Exitus orationis*: *Exitus vitæ*: *Exitus rerum*: quod & Græca voce veterib. Exodium dicebatur, & Exodus.

Exitus, a, um, veterib. quod exiit, vdgangen/faaed ende. *Ætas exita & ultima.*

Exitium, n. ſ. malus & infauſtus rerum exitus, ynckeslig/ jammerlig ende / ſtoer ſkade/ ødeleggelſe/ fordærffuelſe. *Urbis & orbis exitium.*

Exitialis, le, om. t. exitio dignum. Ut, *ſcelus exitiale.* Item exitio plenum, ſeu quod exitium adfert, fordærffuelig/ſkadelig. *Donum exitiale.*

Exitiabilis, le, om. t. idem. Ut, *exitiabilis dies*: *Exitiabilis eventus*: *Exitiabile ferrum.*

Exitioſus, a, um, exitium adferens. Ut, *hoc Reipubl. exitioſum*, ſkadeligt / fordærffueligt til ſkade oc fordærffuelſe. *Exitioſa conjuratio*: *Exitioſum prodigium.*

Ineo, is, in aliquid eo, gaaer ind i. *Ineo domum*; *ineo caſtra.* Et translatè, *febris me iniit*, den kolde gick eller kom mig paa. Sic *& inire bellum, prælium, pugnam, certamen*, Angaa/ Indgaa oc begynde. *Inire gratiam*, eſt aliquo facto gratiam mereri, Affle/tiene ſig tack/ held; faa tack for noget. *Inire conſilium*, pro capere, giøre anſlag/ tage til raadz. *Inire rationem ſeu viam*, finde paa en maade eller vey til at giøre noget. *Inire fœdus*, Indgaa och giøre forbund. *Inire conſulatum*, Indgaa oc lyckelig begynde. *Inire nexum*, beklemmis i noget/ beſtrickis / ſom beſlag i gield oc andet ſaadant. *Inire cubile alicujus*, eſt cum uxore ejus concumbere. Sic & dicitur: *Taurus iniit vaccam*, løber. Sic *Canes ineunt*: *Aſini ineunt*: *Equæas* pro coëunt: *Equs iniit Equam*, ſpringer. Et de avibus, inire, Drecke.

Initium, &, Antiquis, Endoitium, n. ſ. primum, quod in re aliqua initur, Den førſte Indgang / Begyndelſe / adgang. *Initium rerum humanarum*: *Initium rerum Romanorum*: *Initium cædis alicujus*: *Initium orationis & dicendi.* Et abſolute Initio, vel caſu ablativo, vel adverbialiter. Ut, *de qua re initiò ſcripſi.* Et *initiò proditor fuit, deinde perfuga.* Item pluralit. Initia, orum, pro ſacris, quibus initiò quis inauguratur. Inde *initia Cereris.*

Initiò, as, act. pr. quaſi initiis & ſacris imbuo inaugurove, Indvier. *Sacris initiatur.* Item *pueri dicebantur initiari* Eduliæ, Potinæ & Cubæ, Diis infantum fictis, cum à lacte & cunis ad ſolidiores cibos & lectulos transferebantur. Item *ver initiari* dicitur, cum primam arietis partem Sol ingreditur, quaſi quod fœliciter & auſpicato inchoatur.

Initò, as, Pacuv. frequenter ineo. Ut, *loca arida initas.*

Initor, oris, m. t. qui init. Ut, *initor bos*, Tiur. *Initor Equs*, Stodheſt.

Initus, us, m. q. ineundi actus. Et peculiariter coitus animalium; Ut, *Equs non quindecim initus ejusdem anni valet tollere*, ſpring.

Intereo, is, in nihilum eo & redigor, forgaar/ bliffuer til inted/ gaar til grunde. *Corpora intereunt ſpiritu amiſſo.* Et translatè, *intereunt ſacra, commeatus, res frumentariæ, &c.* habetq; vim majorem quàm pereo, ut qui per virtutem perit non interit. Dicimus etiam, *Dolore interit*: *morte interit*: *intereunt herbæ; ignis interit*, gaar vd/forgaar. *Literæ iſtæ interiere*, de bleffue borte.

Interitus, us, m. q. intereundi actus. Ut *interitus hominis*, Menniſkens død. *Interitus Patriæ*, ødeleggelſe. *Interitus legum*, Affſkaffelſe.

Interitus, a, um, paſs. apud Quint. Claudium. Ut, *pugna acriter commiſſa, & multis utring; interitis*, pro qui interierunt.

Introeo, quaſi eo intrò, gaar ind i: *Introiit in urbem, in domum*: Et *in ſenatum introiit*. Et translatè, *introire in vitam*, pro naſci, Fødis til Verden.

Introitus, us, m. q. introeundi actus, Indgang. *Oppidum militum introitu decipitur.* Item ipſa via ſeu locus per quem introimus, Indgang. *Introitus aurium, urbis, orationis, defenſionis.*

Obeo, is, idem quod adeo. Ut, *obiit mortem*, pro adiit mortem, Døer. Dicitur & cum ablativo: *obiit morte repentina*, Døde haſteligen / ſick en brad død. Sic *obire diem*, quaſi adire diem fati, pro eodem. Item *obire vadimonium*, quaſi ire ad vadimonium, i. e. ad diem ſe ſiſtere, Stille ſig ind til beſtempte tid udi Løffte ſager. Et *obire diem* eſt ad ſtatutum diem ſe ſiſtere, & præſentem exhibere. Item *obire facinoris locum, tempus*, pro deligere ſeu adire. Item obeo, pro circum eo, gaar runden omkring. *Maria, terras obeunt*: Et paſs. *campus obitur aqua.* Item translatè, quaſi circumiens undiquaq; officium ſive munus facio vel exſequor. Ut, *obeo provinciam*, Staar beſtilling for/ giør min beſtilling och Embede. Sic *obiit legationem.* Item obeo, pro contra eo, gaar en imod/ møder. *Voluptati ſermo obit.*

Obitus, us, m. q. obeuntis mortem affectio, død. *Obitus fratris.* Item *obitus ſiderum* pro occaſu, Nedergang/vndergang. Item adeundi ſive adeuntis actus, tilkommelſe / tilkomſt. *Interrumpit ſermonem obitu ſuo.*

Obitus, a, um, quod obivimus adiimusq;. Ut, *morte obitâ, fama vivit*: ſic *obitum vadimonium*, pro aditum & præſtitum.

Obiter, adverb. rei additum, quæ quaſi in itinere inſperatò occurrit, Happende paa vejen / ſom noget kommer forſtumpende. *Cavebo obiter iſtos Homeromaſtigas. Et rotas aqua verſat obiter*, paa vejen/ eller ſom det kommer for til.

Pereo, is, in diſcrimen vitæ, fortunarum, conſilii aliquod magnum venio, quaſi nimis extremè eo, ut cùm nos dicimus: Gaar forvderligen: dicituṙq; propriè cum ſpe emergendi. Inde etiam ſine ſpe, Forgaaer/ kommer i vlycke/ kommer om en hals/ fordærffuis. *Ah! perii miſer.* Et de re aliqua, Fortabis/ ſpildis/ bliffuer til intet. *Periit gratia, beneficium, memoria, pecunia*: *Vide ne quid pereat?* Bliffuer borte. Et forma jurandi vel imprecandi: *Peream, niſi fecero.* Item activè, Pereo pro depereo & perditè amo, Holder alt formegit aff. *Tres unam pertunt adoleſcentes mulierem.*

Periculum, li, n. ſ. in quo perire datur, diſcrimen ſalutis, Fare. *Pericula quantum poſſum, vito.* Et translatè, experimentum, quod ſæpiſſimè periculis conſtat, forfaring. *Fac periculum innocentiæ meæ: facit periculum fortunæ,* forſøger. *Fac periculum in literis,* forſøge der/ forfare i Bogelige konſter.

Periculoſus, a, um, cum periculo conjunctum, farlig. *Periculoſa curatio: turpis & periculoſa confeſſio.*

Periculosè, modo periculoſo, farligen. *Periculosè navigat.*

Periculor, aris, dep. pr. antiquè pro periclitor, ſeu periculo expono.

Periclitor, aris, dep. pr. periculum ſubeo, Er i fare. *Periclitor famâ, capite, vitâ, ſiti.* Item experior. Ut, *omnia circumſpexit Quintius, omnia periclitatus eſt.*

Periclitandus, a, um, pro experiundus. Ut, *periclitandæ vires ingenii.*

Periclitatio, onis, periclitandi actus. Et peculiariter, experimentum, uſus, forfaring. *Utilitatem temporis periclitatione percipimus.*

Perito, as, n. pr. idem quod pereo. Ut, *qui per virtutem peritat, non interit: peritat fame.*

Perîturus, a, um, part. ab inuſitato ſupino peritum.

Peritus, a, um, qui periculum alicujus rei facit, ejuſq; fit edoctus, forfaren/ quaſi ab inuſitato peritum. Ut enim Pereo ſignificat multum verſor in re aliqua: Ita peritus, qui multum verſatus eſt in re aliqua. *Peritus eſt juris: de agricultura peritiſſimus:* Et *peritus ad uſum, ad diſciplinam.* Aliter à περάω tento.

Peritè, modo perito. Ut, *peritè à Numa inſtitutum.*

Peritia, æ, f. pr. periti habitus & affectio, forfarenhed. *Domini peritia.*

Depereo, is, idem quod pereo vel omninò pereo, forgaar ſlet/ vorder borte. *Naves depereunt: decor lacrymis deperit: deperit ſcheda.* Item impatienter amo. Ut, *Meretricem ingenuam deperibat mutuo,* kand icke affſee/ holder offuermaade aff.

Diſpereo, is, quaſi variis omnibúsve modis pereo, vorder ſlet til inter/ ſlet omkommer. *Fructus ſolent diſperire.* Et *diſpeream,* vox eſt imprecantis ſibi exitium. Gid jeg døe/ forſuinde/ viſne/ faa wlycke/ vantriffvis.

Imperitus, a, um, non peritus, wforfaren/ groffue oc wforſtandig. *Homo imperitus: imperita multitudo: imperitum vulgus.* Et cum caſu, *imperitus rerum,* wforfaren paa nogen ting.

Imperitè, modo imperito, groffligen/ wforſtandigen. *Imperitè loquitur: nec eo quisquam imperitiùs dicit.*

Imperitia, æ, f. pr. imperiti habitus, wforfarenhed/ groffhed/ wforſtandighed.

Jurisperitus, & tiſſimus, m. ſ. quaſi peritus juris, forfaren vdi Low oc Ræt/ Lowkøn: Juriſt.

Præeo, is, anteeo, gaar for. *Præibat filius, ſequebatur Pater.* Inde *præit verba Pontifex, aliúsve,* qui alicui certam verborum formulam dictitat, quam ille totidem referat verbis, Læſe op for en/ at den anden følger effter. Sic *præit verba de ſcripto,* recitando nimirum ex ſcripto. *Præibat preces,* i. e. precando, ut alius ſequatur iisdem verbis: vel conceptas preces prælego & recito alio ſubſequente.

Prætereo, is, præter aliquid eo, gaar foroffuer/ gaar forbj. *Dum hæc reputo, villam imprudens prætereo.* Sic dicendo *prætereo,* Lader fare/ taler intet om. *Prætereo libidines ipſius, prætereo ſilentio,* Tier ſtille til. Et *præterit meres iſta,* i. e. ignoro, ved icke aff: q. d. det gaar mig forbj. Et translatè, vito, ſkyer. *Magnum malum præteriiſti.* Item prætereo, pro præeo & antecello, offuergaar. *Præterit eos linguâ, nobilitate.* Item negligo, ſkøtter intet. *Populus nonnunquam ſolet dignos præterire: fratris filium præteriit.* i. e. nihil ei teſtamento reliquit. Et paſs. *nulla ferè pars, orationis præteritur ſilentio,* i. e. omittitur, prætermittitur. Sic *prætereundus* pro omittendus. Ut, *prætereunda quædam capita Epiſtolæ.*

Præteritus, a, um, quod præteriit, forbj gangen. *Animus præteritorum meminit.* Et paſs. quod præterivimus & negleximus. Ut, *bonus ſuffragiis præteritus: ædilitate præteritus Conſul factus eſt.* Præteritus etiam de mortuo dicitur. Ut, *fas eſt præteritos ſemper amare viros.*

Prodeo, is, forâs eo, ultrò eo, pro ſignificante forâs, & interpoſito D, Euphoniæ gratia, gaar vd. *Obviam mihi prodiit. domo prodiit ſine ſubligaculo.* Et impersonal. *Nemini proditur ob viam. Prodiunt,* Antiquis, pro prodeunt.

Redeo, is, retro eo & venio, gaar tilbage/ kommer tilbage. *Redeo inde iratus atq; ægrè ferens:* Inde *redeamus ad rem.* Item *redire ad ingenium, ad mores ſuos* dicitur aliquis, cum facit aliquid ſuo pro ingenio & moribus, giøre ſom Mand er til. *Redire ad ſe,* eſt ſe colligere: *ad ſanitatem mentis redire,* komme til ſig ſelff. *Redire in gratiam cum aliquo,* komme i Naade/ i vens ſkab. *Redire in mares patrios,* eſt in libertatem venire. *Redire in orbem,* eſt à fine ad principium revolvi. Ut, *redit agricolæ labor actus in orbem,* Naar det ene ſlipper oc det andet tager/ Begynder yuor mand ſlipper. Item redeo pro provento. Ut, *deni culei redeunt ex jugeribus.* Item, idem quod deferor. Ut, *ad eos redit hæreditas,* i. e. defertur, ipſis datur.

Reditio, onis, Redeundi actus. Ut, *ſpes reditionis ſublata eſt,* gienkomſt/ gienkommelſe.

Reditus, us, m. q. idem. Ut, *reditus ad cælum patet.* Item peculiariter, idem quod proventus, Indkomſt/ Affgrøde. *Reditus quisq; ſuos amat.*

Redito, as, Plaut. ſtatim vel continuò redeo. Sed ſuſpecta eſt lectio pro Rebito.

Reitero, as, idem quod repeto. ἄδηλον.

Reiteratio, onis, Quint. iteratio quæ ſæpius fit.

Retroëo, is, retrorſum eo. Ut, *Retroire incipiunt ſtellæ.*

Seditio, onis, f. t. diſſenſio civium, cùm ad manus venitur, à ſe, i. e. ſeorſim, & eo, quaſi ubi ſeorſim eunt alii ad alios, Oprør. *In populo ſæpe coorta eſt ſeditio.* Sic, ſeditio in exercitu, in claſſe, in campo, & ubicunq; eſt multitudo hominum adverſus Duces Magiſtratúsve arma capientium vel imperium detrectantium. Item ſeditio ſeditioſa manus. Ut, *incurſio ſeditionis,* vis multitudinis, impetus tribunitius. *Seditionem facit lien,* i. e. currenti movetur huc & illuc, Milten ſlaaer.

Seditioſus, a, um, ad ſeditionem proclivis, Oprørſk.

Seditiosè, modo ſeditioſo, per ſeditionem, vel more ſeditioſorum. Ut, *ſeditiosè dicit, agit.*

Semita, æ, f. pr. via eſt anguſtior, pediti non plauſtris, idonea, quaſi dimidia quædam via, à ſemi & iter, Fodſtif: ſive ea in urbe, ſive extra urbem: ſive ſola ſit, ſive ad viam & plateas. Ut, *de ſemita ipſum detruſit in viam.* Ponitur & pro via. Item exponitur ſpacium, quod aliquis per plateam rectà curſurus ſibi proponit uno impetu, quaſi ad lineam permetiendum, Ræt Foeß. *Dabitur tibi una amphora & una ſemita.* Sic translatè, *ſemita vitæ,* i. e. decurſus vitæ.

Semi-

Semitales Dii, qui semitis præsidere fingebantur, qualis erat Mercurius.

Semitarius, a, um, quod semitas spectat. Ut, *semitarii Mœbi*, scil. qui semitas percurrunt.

Semitatim effugit antiquè, i. e. per semitas,

Semito, as, act. pr. Plin. Ut, *vineæ quintenis semitari debent*, i. e. quinto quoq; palo singulæ jugo paginæ includentur.

Subeo, is, sub aliquid eo & ingredior, gaar Jnd vnder. *Subire tectum*; Et *subeuntur castra*. Sic *subire onus dorso, labores, mortem, crucem periculum* pro ingredi & sustinere, Jndgaa oc Lide. Et *subeuntur labores*. *Subire mucronem, gladium*, est ita subire, ut aliò avertas vel prohibeas, gaa ind paa och holde op. Item subeo, è loco inferiore in superiorem ascendo & in altum extollo. Ut, *aqua cisternina in cælum, in aërem subit*, Giffuer sig op. Sic *lapides aliquando subeunt & in aëre pendent*. Item scandò. Ut, *Hæmi excelsitas sex millia passuum subitur*. *Subire ad hostes*, est adversus hostes ascendere, Klaffre op / stige op imod Fienderne. *Subire aleam*, i. e. periclitari & objectare se fortunæ dubiæ, Voffue sig: tractum ab aleatoribus, qui aleâ ludentes modò vincunt, modò vincuntur: *Subire judicem est* varie eum ductitare, ut pro nobis sentiat, Jngaa hannom. Item Respondeo seu resisto. Ut, *subit orationem ejus*, Tager imod. Item cum Dativo; *subire invidiæ alicujus*. Item in locum alterius eo & venio, Kommer op i steden. *Subeunt herbæ*, i. e. succrescunt, Voxer op i steden. Et *in eum locum subeunt inquilini*. Item invado, corripio, Paakommer / quasi sensim eo & venio. Ut, *subiit me pœnitentia*: Et *subiit mihi cura*.

Subitaneus, a, um, Colum. idem quod subitus.

Subitarius, a, um, Liv. idem quod subitus. Ut, *subitarii milites*, qui ad repentinum auxilium evocantur.

Subito, as, avi, pen. prod. idem quod subeo. Ut, *quicquid erit, melius quàm nunc erit*: *aura subitat*.

Subitus, a, um, quod furtim, & quasi ex insperato nec non repentinò subit, hastig oc vforvarende. *Subita oratio*: *subita mors*: *exercet se in dictionibus subitis*. *Subitæ imagines*, pro nobilitate parùm antiqua, sed repente, fortunæq; beneficio quæsita, My Adelskab. Et absolute, *subitum ei est remigrare*. Et *subita belli*, i. e. bellum subitum.

Subitò, adverb. Hastigen / hasteligen. *Bellum hoc subitò natum est*: *subitò fugit*.

Desubitò, Plaut. pro valdè subitò. Ut, *desubitò facile est facere nequiter*.

Superbio, is, elatiùs me gero, elatiori sum animo, quasi super alios eo, Er stolt / hofferdiger mig. *Pœnus superbit paro*: *Peleus superbit avi nomine*. Ponitur & pro excello. Ut *superbiunt sylvæ phlegræis ex uvis*: *superbiunt geminæ fabulæ apud Menand. & Philomenem*.

Superbus, a, um, qui superbit & supra alios se gerit, Hoffmodig / stolt / hofferdig. *Juvenis est superbus*: *pecuniâ ambulat superbus*: *cæde ferarum superbus*. Et tropicè, magnificus, excellens. Ut, *populus bello superbus*. Item, altus, sublimis. Ut, *Tibur superbum*: *gressus glomerat superbos Eqvus*, Gaar oc traffuer høyt. Item ornatus. Ut, *spoliis superbus*. Item iniqvus: Ut, *bellum superbum*. Item antiquè, superbus pro mortuo, propter pompam funeris: aut pro ita contuso, ut sublimis feratur, nec suis incedat pedibus. Ut, *faciam ego te superbum*, i. e. cædam, quousq; auferis, non ipse abiturus. Aliter superbus, quasi ὑπερβίος, i. e. supra omnem vim positus, vel qui violentius agit, quasi supra alios.

Superbè, modo superbo, Hofferdigen / hoffmodigen. *Superbè me illudit*: *Legati superbius appellati*.

Superbiter, antiquè idem quod superbè.

Superbia, æ, f. pr. superbi affectus & vitium, Hofferdighed / hoffmodighed.

Transeo, is, trans aliquid eo, Gaar offuer. *Transire flumen*: *transire pomerium*. Item simpliciter eo. Ut, *domum transit*: *transit in cubiculum*: *in Apennium*. Item cursim attingo & paucis explico. Ut, *hanc rem lèviter transibo*, Offuerløbbe. Et *transibo silentio*, gaa stille forbj / i. e. silebo, Tie stille der om. Sic *transibo publicos gentium furores*, tale intet om / gaar forbj. Et *transire quædam legendo*, i. e. præterire: *Transeo Neronem*, i. e. sileo de Nerone. *Transiit dies*, i. e. præteriit, elapsa est. Sic *transiit mensis*. *Transire ad partitionem*, est aliis relictis, se conferre ad partitionem. *Transire ad hostes*, est deficere, falde fraa til Fienderne. *Transire ad vitam*, est reviviscere. *Transire in multos colores*, i. est, intervalla, modò in hunc, modò in illum colorem mutari. *Quæ impendent facile transiturus sum*, i. e. declinaturus, vitaturus. Et impersòn. *Transitur*, *& transitum est à dignitate ad honestatem dictorum atq; factorum*.

Transitio, onis, transeundi actus. Ut, *spes transitionis ad transitionem hostes sollicitabant*, i. e. ad defectionem. Item transitio, exornatio Rhetorica, quæ cùm ostendit breviter quæ dicta sunt, proponit item breviter quid sequatur.

Transitus, us, m. q. idem. Ut *transitus maris*, quò transitur. Et *multa in transitu tractanda*, i. e. obiter.

Pertranseo, idem quod transeo.

Veneo, is, nii, n. pas. q. prima prod. venum eo, vel emptioni sum expositus, Jeg selgis / er fall. *Bona ejus venibant*: *Horti magno veneunt*. Et, *hic veniit abs te antequam Romam veniret*. Legitur & *veniebat & veniebant*, pro venibat & venibant. Item antiquè veneor, pro veneo. Ut, egòne veneat?

EPHEBUS, bi, m. s. ἔφηβος, qui jam ad annos venit pubertatis, quorum initium erat decimus-quartus ætatis, Dreng som haffuer slitt sine Barne skuo. Inde illud: *excessit ex Ephebis*, i. e. pueritiam excessit, seu annum pubertatis, 14. scilicet ætatis.

Ephebia, æ, f. pr. idem quod pubertas.

Ephebium, n. s. locus, ubi Ephebi exercentur.

EPHIPPIUM, n. s. ἐφίππιον, stratum equi & sella, Sadel.

Ephippiarius Eqvus, cui ephippium stratum est, Best med Sadel.

Ephippiatus, m. s. Cæs. Eques, qui ephippio utitur.

EPISCOPUS, m. s. ἐπίσκοπος, Ecclesiasticis, qui Ecclesiæ, gregisq; sibi commissi speculator est & inspector; & custos adversus Doctrinæ hostes, Bispe.

Episcopa, æ, f. pr. præfectura Episcopi, Stifft.

Episcopatus, us, m. q. Eccles. Episcopi dignitas, munus & Præfectura, Bispedom / Stifft.

EPULÆ, arum, f. pr. corr. cibi sunt mensis parati, & quidem præstantiores, ab edo, quasi edulæ, Herlige Retter / herlig Mad. Inde abusivè bestiarum, tinearumque esca. Ut, *Epulas Diaconi dabat*. *Epulæ blattarum, tinearumq;*. Veteribus quoq; dicebatur Epula in numero singul. Item Varr. adjectivè, epulæ oves, i. e. præpingues.

Epula-

Epularis, re, om. t. quod ad Epulas vel epulum pertinet. Ut, *Epulare ſacrificium*, quod Epulis conſtabat: *Epularis accubatio amicorum.* Et *epularis ſermo*, qui fit in Epulo ſeu convivio, Gæſtebuds ſnack oc tale. Et plural. *Epulares*, qui in ſacrificiis epulabantur.

Epulo, onis, m. t. qui Epulis utitur delectaturq́; , Herlig i ſin Maad. Item *Epulones*, & antiquis *Epuloni*, dicti ſunt Triumviri, qui Epulas Jovi cæterisq́; Diis inſtruebant.

Epulor, aris, dep. pr. in Epulo ſum, epulisq́; utor, ſive publicè, ſive privatim, Er til Gæſt oc faar mad/ leſſuer herligen vdi mad / giør maaltid. Sic, *Epulatur cum ſodalibus.*

Epulatio, onis, epulandi actus, quo ſcil. quis epulatur.

Epulatus, a, um, Cic. part. Ut, *Epulati adoleſcentes ſomno ſe dabant.*

Epulum, li, n. ſ. epularum apparatus, ſeu convivium epulare, & quod populo exhibetur, Et herligt almins deligt Gæſtebud / herlig Maaltid. Inde etiam privatum convivium, Maaltid.

Compoſita.

Coêpulones, Plaut. qui iisdem epulis utuntur, ſeu ſimul & unà epulantur.

EQVUS, m. ſ. pr. corr. jumentum hinniens & doſſuarium ab ὀχέω veho, ὀχέομαι, vehor, vel quod vehat onera, ſeu ὄχος, i. e. currum trahat; vel quod eo quis invehatur, Heſt. Inde loquendi forma: *Equis & quadrigis.* Item *Equis velisq́; agere, ſtudere*, pro omni conatu agere. Item Eqvus, piſcis nomen ſine ſquamis & aculeis.

Eqvulus, m. ſ. parvus eqvus, ſeu eqvus junior, Liden Heſt eller Fole/ Heſtyngling.

Equa, ſ. pr. idem quod eqvus in ſexu fœmineo, Horſ/ Mær/og/ Hoppe.

Eqvula, æ, f. pr. parva vel junior equa, Liden Mær eller Horſyngling.

Eques, itis, m. t. qui equo ſuo meret, vel equo vehitur, Rytter/ en til Heſt/ Reiſner. Inde Eques, Civis Romanus, qui ſcil. publico merebat equo, cenſebaturq́; decem millibus coronatorum, ſic dictus per excellentiam ab officio Equeſtri, Herremand / Adelsmand / Riddermandsmand. Ponitur & aliquando pro ipſo equo. Ut, *docuere Equitem greſſus glomerare ſuperbos.*

Equeſtris, ſtre, om. t. quod Equitum eſt, ſeu ad Equitem pertinet. Ut, *Equeſtris ordo*, Herreſtat: *Equeſtris diſciplina*, Herreſkick/ Haandfeſtning. Equeſtris autem ordo minuebatur deminuto cenſu. Pendebat enim ordo iſte olim ex cenſu, ut hodie ex privilegiis & natalibus. *Cenſus Equeſtris*, qui conſtabat ſeſtertiis quadringentis: *Equeſtres copiæ*, Adels Rytterſ. *Equeſtris pugna*, Rytterſlag/ Skærmyzell. *Equeſtre æs*, ſtipendium quod Equiti datur, Rytter Sold / Hoffmands Sold. Item pluraliter abſoluteq́; dicebantur *Equeſtria*, quatuordecim graduum ordines, in quibus ſedebant Equites, Adelrom oc ſæde udi forſamling.

Equarius, a, um, qnod ad Eqvum pertinet: Ut, *Equarius medicus*, Heſtelæge / HeſteDoctor. *Grex equarius*, Heſte Hiord eller Stod.

Equile, lis, n. t. Equorum ſtabulum, Heſteſtald,

Equinus, a, um, quod eſt equi. Ut, *Equinum caput*: *Equina criſta.*

Equimentum, ti, n. ſ. merces pro admiſſura equi: Løn for Stodhеſt.

Equio, is, n. q. de Equis dicitur eoitum appetentibus, Vrinſter.

Equiria, orum, n. plur. ludi erant Equeſtres in honorem Martis inſtituti, Saa ſom Ridderſpil/ Riden oc Renden / Tornering / Syſtrenden / Ringelrenden.

Equiſetum, ti, n. ſ. herbæ nomen, ſic dictæ à ſimilitudine ſetæ equinæ, Heſterumpe / Skauffgræs / Skauffvrte.

Equiſo, onis, m. t. qui Equorum curam gerit eosq́; inſtituit, Staldmeſter / Berider. Et veterib. translatè, Equiſo nauticus, qui navim gubernabat, Styrmand.

Equitium, n. ſ. Tacito. Equorum armentum præliis paratum. Inde ipſum etiam Equeſtre officium, Roſtieniſte / Rytterſtieniſte.

Equito, as, n. pr. Equo vehor, iterq́; facio, Rider. Et translatè, *Equitare in arundine longâ*, Ride paa en Fæp. Plin. etiam Deponent. inquit: *Omnes jumentorum dorſo funguntur equitanturq́; in præliis.*

Equitabilis, le, om. t. Equitationi pervius. Ut, *regio eſt equitabilis*, huor mand kand Ride: *Campus equitabilis*, Rum oc ſlætt.

Equitatio, onis, Equitandi actus, Riden.

Equitatus, us, m. q. idem. Ut, *fœmina equitatu atteritur atq́; aduritur.* Item ipſa Equitum turma, Rytterſ.

Eqvuleus & Eculeus m. ſ. tormenti genus, quo noxius diſtenditur. Sic & dici poteſt *Eqvus iſte aſſius ſeu aſſe conſtans*, quo impoſitus noxius quaſi equitat, ad tormentum & ludibrium, appenſo ad pedes pondere, Spitzroß/ Fielheſt/ Træheſt. Legitur & in Cicerone: *Eqvuleos argenteos emit*, i. e. vaſa quædam argentea quadam equi forma, ut interpretantur.

Compoſita.

Circumequito, as, Liv. ut *mœnia circumequitant*, Rider runden om Muren.

Inequitabilis, le, om. t. quod equitationi obſtat. Ut, *campus inequitabilis*, huor mand kand icke vel Ride oc vende en Heſt.

Inequitare alicui, Tumle en.

Interequito, as, inter alios ſeu in medio equito, Rider iblant/Rider imellom. *Alarii interequitabant.*

Obequito, as, idem quod circumequito. Ut, *obequitabat agmen Alexander.*

Perequito, as, in omnem partem equito. Ut, *per omnes partes perequitant: perequitat aciem*, Rider om oc om.

Præterequito, as, equitando prætereo vel tranſeo, Rider for offuer/Rider forbj.

ERGA, Præpoſit. denotans motum amici affectus in aliquem, & quaſi ex officio, ab ἔργον ſignificante munus, officium, Mod. *Amor meus erga te: pietas erga patriam.*

Ergò, Conjunct. ſignificans ex hac cauſa, eadem cum erga origine ab ἔργον, ſive cauſa conſideretur, ſive munus & officium, Derfor. *Nemo ergò non miſer, prorſus nemo: Ergo is qui ſcriptum defendet, his locis plerumquè omnibus poterit uti.* Et cum caſu; *honoris ergò hoc factum: legis ergò; funeris ergò*, i. e. cauſa ſeu gratia, for dets ſkyld. Sic *virtutis ergò civitate donati ſunt. Illius ergò venimus*, for dets ſkyld. Aliquando etiam nota eſt ordinis pro Deinde, Saa. *Quid igitur faciam, Redditur*

ditur arboribus florens rebirentibus ætas. Ergò non homini, quod fuit ante redit. Ergò arcessîsse ait: sed dixisse te. Item aliquando indignationis, cohortationis aut increpantis tardè agentes. Ut, *dic ergò locum, &c.* Sic & pro certè ponitur. Item dicitur per Pleonasmum & Auxesin: *quo pacto ergò igitur hoc fiet?* Aliter ab ἄρα ejusdem significationis.

Composita.

Mederga, aatiquè, pro erga me, interposito D, ad vitandum hiatum vocalium.

ERGASTULUM, n. s. officina, ubi servi compediti opus faciebant, ab ἐργαστήριον, ejusdem significationis, Huor fanger gaar i Fiedder oc arbeider och træller / saa som i Sølffberge / Byes eller Slodzgraffue / eller huor nogen er indmuredt och giør sit førlagt arbeide / Tuctehuuss. Indè omnis carcer & custodia, Fengsel. Item tropicè, qui in ergastulo operatur, Træll med Fiedder paa.

Ergastulus, m. s. qui ergastulo inclusus est, vel ex vinculis & compedibus opus facit, Fange eller træll / som arbeider i sit Fengsel.

Ergastularius, m. s. qui Ergastulis præest, Fangegiemere / Plitzfogedt.

ERICA, cæ, f. pr. ἐρείκη, nomen fruticis, Lung.

Ericetum, n. s. locus ericis enatis abundans, Lunghede.

ERRO, ás, n. pr. propriè huc illuc incerto motu feror, ab ἔρρω, i. e. ægrè & cum difficultate eo, Vancker. *Circa villas errat & vagatur: miser & mœrens in campis errat.* Inde translatè, rei cujuscunq; sive viæ incertus sum, Far vild / slaar feil / gaaer glip *Cujusvis est errare, sed insipientis perseverare:* Et *tota errat via.*

Errabundus, a, um, qui multum vel diu errat, vel errare solet, Vanckere / vildfarende.

Errans, tis, om. t. quod errat & vagatur. Ut, *stellæ errantes; errantia sidera, septem in cælo plastellæ.* Græca voce Planetæ, Planeter.

Erraticus, a, um, qui errare & vagari solet, Vancke som. *Homo erraticus*, Som drager fraa it sted til en anden / oc haffuer ingen visse Bolig / haffuer allevegne hiem. *Stellæ erraticæ*, quæ & Græca voce, à diversitate & inæqualitate motus, Planetæ, Planete. Et translatè, *herbæ erraticæ*, & *erratici frutices*, qui non sunt sativi, sed ubiq; sua sponte latè serpunt, Vrter som groer allevegne oc saaer sig selff.

Erratio, onis, errandi actus, Vildfarelse / wvisse gang / oc vanckelse. *Deus motum cæli ab omni erratione liberabit.*

Erratum, ti, n. s. in quo erravimus, forseelse eller vildelse. *Ætatis errata magnum dolorem afferunt: multa istius libri errata sunt.*

Erro, onis, m. t. qui incertis sedibus malè feriatus errat & vagatur, Vagant / Landstryger / Landløbere. Item Jurisconsul. servus, qui sine causa vagatur tempore inutiliter consumpto, Dryntere / en forgæffs Syßlere.

Error, oris, om. t. errantis affectio & vitium, Vildfarelse / forseelse. *Corrigit errorem pœnitendo.*

Composita.

Aberro, as, n. pr. à loco vero & recto erro, aut simpliciter delabor, far vild fraa / falder hen fraa. *Hi duo ribi*

si aberraverint, arescunt necesse est: Sed redeat unde aberraverit oratio. Sic *aberrare à scopo, ab exemplari.* Et pro eodem simpliciter *aberrare*, gaa fraa / glipper / gaar glip. *Ab ejus inventis non longè aberro*, Slaar icke langt fraa. *Aberrat animus à sententia, à conjectura: aberrat de proposito: aberrat ad alia: verbo, nutu aberrat:* Et *scribendo totos dies non equidem lebor, sed tamen aberro*, i. e. utcunq; animum à molestiis duco.

Aberratio, onis, aberrandi actus. Ut, *aberratio à dolore, à molestiis.*

Deerro, as, de via erro, far vild aff vejen. *Itinere deerrat.* Et translatè, *de ratione erro*, far vild / slaar feil i nogen handel oc gierning.

Inerro, as, n. pr. in loco aliquo erro & vagor. Ut, *Diana montibus inerrat:* Et *inerrat ædibus ignis.*

Inerrantes stellæ idem quod errantes.

Pererro, as, per aliquid erro, vel errando circumeo, huc vel illuc erro, Stryger om med vancken / vancker om her oc der. *Peregrinus ignotum pererrat orbem.*

Pererratus, a, um, quod pererravimus, Offuer eller omvanckedt / omstroggen med vancken. *Mare pererratum; fines pererrati.*

Suberro, as, sub re aliqua erro. Ut, *suberrare montibus*, est sub montibus errare.

ERUCA, æ, f. pr. vermis olera & brassicas erodens, ab erodo, aut ἐρέπω, vescor, edo, comedo, quod depascat olera, Kaal Orm. Item erucæ, sive urucæ dictæ quòd sata & arbores urant. Item nomen herbæ venerem excitantis, vulgò Huide Sennop. Item *Eruca marina*, piscis genus, quod algas depascitur: estq; testudinum marinarum cibus.

ERVUM, n. s. genus leguminis, quod ad jumentorum pabulum seritur, ab ὄροβος, ejusdem significationis, Hestevicker.

Ervilia, f. pr. genus leguminis, eadem cum ervum origine, quasi ὀροβίας, ervo similis, ervi speciem imitans, Smaa erter. Aliter ab ἐρέβινθος, cicer.

ESSEDUM, n. s. pen. corr. vehiculi Gallici Britannicíq; genus, & quidem cameratum arcendis cæli injuriis, à gentis voce sic dictum, Karmvogn.

Esseda, f. pr. idem.

Essedarius, m. s. qui essedam regit, vel ex essedis pugnat; item qui essedas facit, Vognmager / Hiulmager.

ET, Conjunctio copulativa, membra orationis conjungens, ab ἔτι, i. e. ultrà, adhuc, Och. *Cicero eloquens fuit & Philosophus.* Omittitur autem sæpè elegantiæ, vel emergiæ causa. Ut, *factum id vi, violentia: vidimus timidam, ejectam: rebus in dubiis, egens.* Interdum etiam duplicatur & significat unà, vel simul. Ut, *te admiramur & cives & hospites*, baade / tillige. Item interdum accipitur pro etiam, Ocsaa. *Res tamen ipsa & graviter accusari potest.* Item aliquando nota est affectus alicujus interrupti, incipitq; orationem, quod & nos efferimus per Oc. Ut, *Et sunt qui de Appia via loquantur, taceant de curia? Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis.* Aliter à TE, ejusdem significationis, per inversionem.

EVAX, εὐαξ. Plaut. interjectio exultantis, Hoppaß. *Evax! jurgio tandem uxorem abegi.*

EVGE,

EVGE, εὖγε, Interjectio aſſentientis, laudantis & gratulantis, Vell/ O. *Euge corpulentior videre atq; agilior*: Et *euge mi Demipho ſalve*. Eugepe Plaut. idem Pe exiſtente enclitica.

Etiam, adverb. temporis idem quod adhuc, end nu. *Non ſatis me pernoſti etiam qualis ſim*, du kiender mig icke end nu tillfulde. Item ordinis, pro præterea vel deinde, Nogh / end. *Etiam puerum inde abiens conveni Chremetis.* Item affirmandi pro ita vel ſic, Jaa / ſaa *Si non, quomodo tabulas conficis? ſi etiam, quamobrem hoc nomen in adverſariis relinquebas*, h. e. derſom ſaa/ derſom jaa. Et reſpondendo: *Studes inquam?* Reſp. *Etiam.* Ponitur & pro Quin ſeu Imò, Jaa heller/ megett mere/ Jaa end och. *Credo haſce tabellas ei nihil profuturas, etiam plus ſuſpicionis in eo crimine futurum.* Interdum etiam eſt conjunctio copulativa, idem quod &, och/ochſaa. *Multa maledicta, verſus etiam obſcœniſſimi in Clodium jactantur.* Sic: *Vir voce, motu, forma etiam magnifica.* Item: *hæc etiam mala me vexant*, end ochſaa/ till med/ i. e. unà. Item cum aliis conjunctionibus aut adverbiis. *Et verò etiam*, i. e. atq; etiam. *Abſcede hinc etiamnum* i. e. ſtatim, rett nu. Item per geminationem: *Etiam atq; etiam te rogo*, i. e. valde, ſummopere.

Compoſita.

Quinetiam, conjunctio majoris aliquid inferens, quàm quod præceſſit, Jaa ydermere / jaa dett ſom mere er offr alt. *Quinetiam neceſſe erit cupere & optare, ut quam ſæpiſſimè peccet amicus!* Item Quin inſuper, Jaa end och. *Equidem credibile non eſt, quantum ſcribam de re, quinetiam noctibus.*

EVOE, εὐοῖ, interjectio bacchantis, hoi hoi/ hoſſa/ hui. *Exultant Evœq; ſonant Bacchæ.*

EVNUCHUS, m. ſ. εὐνοῦχος, vir caſtratus eviratusq;, Kapun/Gilding.

Eunucho, as, Varr. & Eunuchizo, Hieron. act. pr. Eunuchum facio, teſticulis privo, Skær vd/ Kapuner.

EX, &, ſoni gratia, aliquando E, Præpoſitio eſt materiam denotans, à Græco ἐξ & ἐκ, ejusdem ſignificationis, Aff. *E ſaxo ſculptus*: Inde abuſivè terminum unde motus incipit, pro ab, aff/ fraa. *E cœlo, è Syria eſt*: *è fonte hauſit*: *è parte audivit*: *è Cæſare literas accepit*: *è diſciplina*: *è ſchola Stoicorum totum hoc habuit.* Item variæ loquendi formæ: *è Republica hoc factum*, i. e. ex uſu & utilitate, for eller til Mennighedens beſte. *Ex uſu loquitur*, Taler det ſom nyttigt er. *Ex tua dignitate facis; è re tua*, giør det ſom dig bør/ oc vel anſtaar / ſom dig gaffnligt er: *è re mea, tua, illius*, for eller til min gaffn. *E re natus, a, um*, quod ex occaſione rei præſentis capitur ſumiturq;. Ut, *è re nata fallacia eſt*: *è re natus dolus*: *è re natum conſilium vel factum.* Et abſolutè, *è re nata hoc facit*, Op vnder Fødderne/ icke langt fraa eller henne / men aff det mand haffuer imellom hænderne. *E regione*, Ret offuer for / eller tuert / ret rade for. *Luna cum eſt è regione Solis deficit rectis lineis oppoſita*: *è contrario*, Ret tuert for/ eller imod. *E renibus laborat*, haffuer ont aff Steen: *Ex ſententia vivit, agit*, Effterſom hannem gaat ſinnis/ effter hans vilkie: *Ex ſententia Platonis*, Effter hans menning. *Ex diſpoſito*, aff forſætt. *Ex eo*, i. e. propter id, inde, der for / der aff. *Præpoſitum ex eo credo appellatum, quòd præponatur aliis*: *Ex eo quia venis gaudeo*: *Ex præſcripto*, effter forſcrifft/ befalning/ vnderviſning / affſkeed. *Ex præparato*, idem quod dedita opera, aff forſætt oc beraadt hu: *Ex inſperato*, wforvarendis / wforvendis eller forhaabendis: *Ex parte*, adverbialiter, quaſi modo partis, En part *Aliqua ex parte; magna, majori, maxima ex parte ſimulabat.* *Ex tempore dicit*, ſtraxen vden vider betenckning. *Ex facili*, idem quod facile. Ut, *ex facili dicit*; Et *ex facili cadere cogit.* *Ex abundanti*, tiloffrß. *Ex æquo*, lige eller tillige. Item billigen: quod & *ex æquitate* dicitur. *Ex animo*, aff hiertett. *Ex animi ſententia*, effter ynſk/ villie och begæring. *Ex compoſito*, aff beraad hv/ offrlagt. *Ex conſuetudine*, effter viiß och vane. *Ex continenti*, ſtraxen. *Ex dignitate*, ſom dett ſig bør/ och vel anſtaar. *Ex fide*, troligen. *Ex inſperato*, wforvarendis. *Ex integro*, paany. *Ex profeſſo*, alvorligen och aff forſett. *Ex tempore*, i den ſamme ſtund/ uden videre framſkeed eller betenckelſe. *Ex inſidiis periit*, formedelſt forræderi. *Ex quo regnare cœpit*, fraa den tiid. Ponitur & cum aliis præpoſitionibus. Ut, *ex ante diem nonarum*: *è circa Prætorem.* Porrò in compoſitione modò retinet primariam ſignificationem, Aff/ fraa. Ut, *educo, excludo*: modò privat: ut, *elinguis, exſanguis*: modò ſignificationem auget & perficit. Ut, *exoro, eludo.* Differunt autem E & ex ſola præpoſitione & compoſitione, dum utraq; ſuas amat literas ſvavioris pronunciationis gratia: ut E has conſonantes B, D, G, j, l, m, n, r, v. Ut, *ebibo, educo, egredior, ejicio, eludo, emitto, enitor, erigo, ebeho*, ſcil. omiſſo hîc x: Ex verò ſuas, c, f, p, q, t; ut, *excurro, efficio, expello, exquiro, extendo.* Sed & ante f, mutatur x in f, ut, *effundo*: amatq; præterea omnes vocales; ut, *exaudio, exeo, exoleo, exuro.*

Extra, Præpoſitio ſignificans ſeparationem, nimirum res oppoſitas ſeparans, vden/vden for/ quaſi aliud ex alio ſeparans ſeu removens: ut, *extra periculum*, vden fare: *Extra jocum*, vden ſkæmpt: *Extra modum*, vden eller offuermaaden. *Extra urbem: extra portam*, vden til. *Extra culpam; extra fatum; extra me*, i. e. præter me, vden mig. *Extra illud*, i. e. ab illo. Et, *extra quem, extra quam, extra quod*, formulæ exceptionis, vden dette/ vden ſaa / vndertagen den. Ut *addat exceptionem hanc, extra quam, ſi quis Reipubl. cauſa exercitum non tradiderit.* Item pro præter. Ut, *extra pios nullus probus*: *nullus eſt numerus extra poëticos*: *Extra ordinem de te ſpem alo*, Serdelis for andet/ eller andet end jeg bør. Item adverbialiter & ſine caſu; *Quæ extra ſunt contemplamur, percipimus.*

Extraneus, a, um, idem quod externus, fremmedt. *Res extraneæ*: *bona extranea*: *extranea cauſa.*

Extrarius, a, um. idem quod externus, fremmedt/ vdlendiſk/ vdvortis/ quod aliunde advenit. Ut, *extrario ſi nupſit*: *extrarius canis*: *extraria lux*: *extraria defenſio.*

Extro, as, n. pr. antiquis pro extra eo ſeu exeo, ut opponatur verbo intro.

Exterus, & Stat. exter, era, erum, idem quod externus, fremmedt/ vden Byes/ vdlendig. *Exter honor*: *Exteræ nationes*: *exterus hoſtis*: *extera regna.* Item quod extra eſt. Unde comparat exterior & extimus. Ut, *exterior veſtis*; Et *comes exterior*, qui inferiore, indignioreq; loco incedit, Som gaaer neden for andre. *Orbis cæleſtis extimus*: *Extimæ gentes*: *Extimum promontorium.*

Externus, a, um, quod eſt extra, vdvortis. *Homo externus, & aliunde veniens,* Vdlendig. *Externus boſtis,* Vdlendſke Fiende eller Folck. Sic *externi milites*: *externa bis*: *bellum externum*, quod cum exteris geritur, vel extra Patriam, Fremmedt / vdvortis Krig.

Externæ aves apud Plin. habentur quæ vulgò perdices nominantur, Agerhøns.

Extremus, a, um, Superlat. ſignificans extra quod nihil eſt, yderſte. Inde quod ſummum eſt, ſive in bono ſive in malo. Ut, *extrema militia*; *extrema humanitas*, ſtørſte / yderſte. Et abſolutè, *ab extremo narrare incipiam*, i. e. à principio. *Extrema experitur*, ſcil. media, Voffuer det yderſte. *Extrema finium*, i. e. extremi fines.

Extremò, adverb. ad extremum, ſeu loco extremo, Paa det ſiſte / paa det yderſte. *Extremò hoc ſcripſit.* Et in ordine agendi dicendíve, priùs; dein: extremò.

Extremitas, atis, f. t. extremi ratio, yderlighed / yderſte. *Circuli extremitas*; *cœli extremitas.*

Exta, orum, n. plur. viſcera ſunt exteriora, dicta quaſi extima, per concisionem, reſpectu exteranеorum, yderſte oc forriſte Indvoll / ſaa ſom leffuer / hiertes ſlag / etc. Inde tropicè, extiſpicium, ſeu divinatio per exta. Item translatè, *exta tritici*, Groffmeel. Aliter ab exto, quod extent: item quaſi execta, ab exſeco, quòd exſecentur.

Extar, aris, n. t. Gloſs. olla, ubi exta coqvuntur: Unde Plaut. *olla extaris.*

F.

FABA, æ, f. pr. corr. genus leguminis maximum, quaſi Faga à φάγω, edo, comedo, quòd homines primùm hoc legumine uſi ſunt, & ex qua quæſitus eſt etiam panis, Bønne.

Fabula, æ, f. pr. parva faba.

Fabulum, n. ſ. Gell. idem quod faba.

Fabacia, æ, f. pr. veterib. genus libi ex fabis.

Fabaginus, a, um, Cat. quod eſt ex fabis. Ut, *acus fabaginum*, Bønne Affne eller Emter.

Fabalis, le, om. t. quod eſt fabæ, ſeu ad fabam pertinet. Ut, *culmus fabalis*: *ſtipula fabalis*: *ſcapus fabalis*, Bønneſtock. *Siliquæ fabales*, Bønneſkall. Et abſolutè, num. plur. *Fabalia*, pro ipſis culmis fabalibus.

Fabarius, a, um, quod ad fabam pertinet. Ut, *menſis, ſeu calendæ fabariæ*, i. e Juniæ, quibus ſcilicet, adultæ ſunt fabæ: *mola fabaria*, quâ fabæ moluntur: *pila fabaria*, in qua fabæ contundebantur.

Fabatus, a, um, fabis conſtans. Ut, *puls fabata*, quâ Romani rem divinam faciebant.

Fabataria, orum, pl. n Lamprid. Ut legit & exponit Turnebus, vaſa ſunt, aut patellæ, quibus puls fabata ponebatur, & Laribus offerebatur.

FABER, bri, m. ſ. pr. corr. genericè, qui è duriore materia, ut ligno. lapide, metallísve aliquid facit, à Facio, Haandverckſer paa Træ / Steen / oc Malm / Smed / Tømmermand; ſortiturq; officia & appellationes ex ſubjecta materia. Ut, *faber lignarius*, *cæmentarius*, *aurarius*, *&c.* de quibus ſuis locis. Erat autem Genit. plur. Fabrum: Inde factum fabrorum. Item faber, nomen piſcis, qui & Gallus marinus.

Fabrica, æ, f. pr. fabri officina, Verckſted. Unde *fabrica ferrea*, & *fabrica materiaria*, de quibus ſuis locis. Et

in Jure: Optio Fabricæ, qui præeſt Officinæ, q. vicarius Fabricenſis. Item ipſa ars fabrilis, ſeu operis fabricatio, Bygning. *Mundi fabrica*: *fabrica æris & ferri.* Et translatè, conſilium ſeu opus mentis artificiosè & ingeniosè excogitatum, Artig / Meſterlig paafund: Artig / Meſterlig griff / dict. *Conſilium capio & hanc fabricam apparo, ut filias dicas tuas.*

Fabricenſis, Jurisconſ. qui præeſt fabricis Principis vel imperii ſeu civitatis, Førſtis eller Byes Bygmeſter / Bømeſter.

Fabrico, as, act. & Fabricor, aris, dep. pr. arte fabrili aliquid conficio, Giør it Arbeide / Bygger / for Arbeider. *Fabricare craterem*, *gladium*, *domum*, *&c.* Et translatè, *fabricare dolos*, Optencke / Spinde / Dicte / Smede. Sic, *ingenio multa fabricatus eſt.* Et *verba fabricat.*

Fabricatio, onis, fabricandi actus, vel ipſum opus fabricatum, Bygning / Tilſammenſettelſe. *Corporis humani fabricatio.*

Fabricator, oris, m. t. qui fabricatur, Bygnings Mand eller Meſter. *Deus mundi fabricator.*

Fabricatus, a, um, quod fabricavimus, Giordt oc Byggedt. *Fabricatus gladius*: *mundus globoſus fabricatus.*

Fabrilis, le, om. t. quod eſt fabri, ſeu ad fabrum pertinet. Ut, *fabrile glutinum*: *fabrilis follis*, Smedbelge. *Fabrili manu hoc factum*: *fabrile ſcalprum*: *fabrile ferramentum.*

Fabrus, a, um, antiquis, & faberrimus, quod ad fabrum pertinet, vel à fabro ſtudiosè factum eſt. Ut, *fabra ars*, Haandverck / eller Konſtycke. *Faberrimum ſignaculum*, à fabro quaſi & artificiosè factum, Konſteligt / Meſterligt rilredt och giordt.

Fabrè, antiquè, pro affabrè, ſtudio fabro ſeu arte fabri, Konſteligen / Meſterligen. *Hoc factum eſt fabrè.*

Compoſita.

Adfabrum, antiquè, pro fabrefactum.

Affabrè, adverb. pro artificiosè, Konſteligen. *Affabrè hoc factum eſt.*

Affabrum, antiq. idem.

Infabrè, adverb. antiquis, ſine artificio, non fabrè, ſeu non affabrè, vden Konſt / Icke vell / groffue / Ilde. *Infabrè ſcalptum eſt.*

Infabricatus, a, um, non fabricatus. Ut, *ſylva ſeu lignum è ſylva infabricatum*, vtilhuggen. *Ligna infabricata*, Tømmerblock / ellet Block Tømmer.

Perfabrico, as, act. pr. fabricam abſolvo & ad finem duco, fuldferdiger. Et translatè, dolis fallo, Bedrager / ſkuffer / giør Nar affen. *Perfabricavit me Toxillus.*

FACETUS, a, um, pr. corr. qui eſt facie geſtuq; corporis decoro & eleganti, ſeq; rebus decorè componit & accommodat, quaſi facietus, Smuck / ſkickelig / vel ſkickedt. Unde trauslatè, *facetum dicendi genus*: Sed potiſſimùm translata ſignificatione ad ſermonis quaſi faciem & venuſtatem ſalibus utentem, uſurpatur. Ut, *faceta oratio ſermo, dictum*: Unde & aliis à fando deducitur, Skæmpteſuld / Skæmpteſom. Aliter à facio, quaſi qui facit quæ vult. Sic *facetus in verbis*, quod nos dicimus, Ret ſmuck i ſine Ord / verckelige i ſnack / tale oc gierninger.

Facetè, modo faceto, Skickeligen / ſmuck. *Facetè dicit*: Et *facetius ab iſto nebulone eludimur*, Arteligen puddzis.

Facetiæ, arum, f. plur. faceti ſermones & urbanitas, Smuck, høffſt ſkempt.

Facetoſus, a, um, facetiis abundans, ſeu idem quod facetus.

Compoſita.

Infacetiæ, arum, Catul. nullæ facetiæ, Ingen lyſtighed i ord oc tale.

Infacetus, ſive inficetus, a, um, non facetus, wlyſtig i ſnack oc tale/groffue/plomp i ſin tale. *Homo infacetus*: *mendacium in facetum*, item, in factis, plomp i ſin gierning.

Perfacetus, a, um, admodum facetus.

Perfacetè, adverb. Megit ſmuck. *Perfacetè dicta ſunt à te.*

FACIO, is, feci, factum, act. t. pr. corr. formam aliquam rei induco, vel ita in rem ago ut novum aliquod inde exiſtat & relinquatur à φαίνω, in lucem profero, φάω luceo, giør. *Hanc ex auro fecit ſtatuam.* Hinc dicendi formæ, partim propriæ, partim translatæ aut abuſæ, partim ex vi verbi, adjunctorum, & uſu ſermonis peculiari. *Facere imaginem ex lignis viridibus*: *facere verſus. Iniquè facis contra Rempubl.*: *facit multa laudabilia*: *intemperantes facit in ſuum dedecus*; *facere ſumptum in rem aliquam*, Bekoſte/ giøre bekoſtning: *facere finem vitiorum, dicendi*, Ende/ giør ende/ lader aff. *Facis ex dignitate tua, & è Republica*, Giør oc haandler ſom dig bør/ och Mennighed til gode: *facere judicium de Republica*; Sige ſin menning. *Facere nomina*, Borge: *facere mutationem morum, inſtitutorum, veſtium*, Omſkiffte/ Skiffte: *facere non poſſum, quin ad te mittam*, kand icke lade/ kand icke andet: *facere officium*, Beſtille ſit ærinde/ giøre ſit kald oc beſtilling: *facere oſtenta de ſignis & tabulis*, Giøre vidvnder/ giøre Mirackel. *Facere mentionem alicujus*, *de aliquo*, Tale om en: *facere convivium*, holde eller giøre Gæſtebud. *Quid huic homini facis?* Giør aff hannem. *Facere fœdus*, giøre Forbund: *facere ſpem, pacem, ſuſpicionem*: *facere oba*, i. e. parere, Giøre Eg: *facere comitia*, holde Rigsdage/ Herredage: *facere conjecturam*, gætte: *facere alicui fidem*, Stadfeſte/ beviſe; komme en til at tro. *Facere ſanum*, Læge/ giøre til paſſe. *Facere clamores*, Raabe. *Facere ſacrificium*, Offre. *Facere redemptionem*: *rejectionem judicum*, i. e. rejicere. *Facere aliquem miſſum*, lade fare/ ſlippe/ giffue forloff. *Facere progreſſus in literis*, Gaa frem/ forfremme. *Facere hæredem*, Giøre til Arffuing. *Facere pecuniam*, Sancke penge: *facere manum*, Sancke hielp. *Facere cædem*, Slaa ihiel. *Facere præconium*, eſt eſſe præconem: *facere quæſtum, lucrum*, Baade/ vinde. *Facio tanti, quanti, nihili*, acter/ ſkatter/ holder aff. *Facere ſyngraphum*, giøre eller giffue haandſkrifft. *Facere gratulationem*, ynſke Lycke. *Facere impenſam*, Giøre vdleg oc bekoſtning: *facere reum*, Anklage. *Facere initium*, Begynde. *Facere divortium*, Skille ſig ved ſin Ecte Stalder. *Facere ſermonem cum aliquo*, Snacke oc [illegible]: *facere leges*, giøre Lowe. *Facere auctionem*, ho[illegible]ll. *Facere jacturam cauſæ*, tabe Sagen: *fa[illegible]acturam alicujus rei*, lide ſkade: *facere naufragium*, bliffue Skibbruden. *Facere alicui poteſtatem ſui*, lade tale med ſig. *Facere cautionem pecuniarum*, giøre/ giffue forvaring. *Facere ſtuprum cum ſorore*; *facere facinus*,

Bedriffue Blodſkam/ Skalckeſtycke. *Facere verba de aliquo*, tale. *Facere alicui ſatis*, fornøje. *Facere ſponſionem*, Vedde om noget. *Facere ſocietatem rerum*: *facere verſuram ab aliquo*, Borge hos en och betale anden med. *Facit ſe glorioſum, facetum, magnificum virum.* Et omiſſo pronomine, *facere ferocem*, giøre ſig/ holde ſig/ etc. *Facit mundum ædificari à Deo*, i. e. docet. *Facere illac*, i. e. ſtare ab illis partibus, holde paa den ſide. *Facere prædam*, Røffue/ plyndre: *facere fucum*, Smincke/ bedrage/ ſkuffe. *Facere urinam*, Piſſe: *facere ſtercus*, Pompe/ giøre ſig reen. *Facere iter*, Vandre: *facio emolumentum*, Skaffer gaffn: *facere ſtipendium*; Tiene i Krig for beſoldning. *Facere tyrocinium*, Lære først/ och giøre ſit Meſterſtycke: *facere gratiam*, efftergiffue/ efterlade: *Facere gratiam equi reddendi*: *facere gratiam delicti.* Et *facere gratiam pecuniæ, criminis, juriſjurandi, edicti*, i. e. remittere pecuniam, crimen, juramentum, edictum: *facere ætatis gratiam*: quod vulgò diſpenſare vocant. *Facere ſementem*, Saa: *facere alicui negotium*, Faa ærſkaffe oc beſtille. *Facere ratum*, giøre faſt oc viſt: *Irritum facere*, Giøre macteløs. *Facere vela*, i. e. ſolvere & expandere, Seigle/ giøre Seigl. *Facere permutationem cum aliquo*, Bytte med nogen. Et *quid me faciam, neſcio*, huad jeg ſkal giøre aff mig ſelff. *Facere abortum*, Mißføde: *Ille mecum facit*, Holder med mig/ kommer offuerens med mig. *Suum facere*, Tileigne ſig/ Eigne ſig til. *Facere inſidias*, Lure/ ſøge/ ſette efter. *Facere moram*, Duelge: *facere rei modum*, holde maade. *Facere votum*, Loffue: *facere argentariam*, holde Vegſlebænck. *Facere periculum*, forſøge. *Hoc nihil ad rem facit*, Det duer intet. *Hic facit*, i. e. factioſus eſt; *Hic non facit*, Hand kand intet. *Facit ad mores*, Tien til gode ſæder. *Facere bidentes*, i. e. ſacrificare: *facere rem divinam*, holde helligt/ gaa till Kircke. Et abſolutè ſine adjectione *facere*, & *facere Diis*, i. e. ſacrificare. Et *facere aquis*; *facere vitulâ*, i. e. mactatâ vitulâ, vel aquis ſacrificare. *Facientes adjuvat Deus*, i. e. ſacra ritè operantes. Item *fac* & *facite* cum infinito, concedentis eſt, pro eſto, Lad ſaa være. *Fac mihi eſſe perſvaſum.* Et *facite hoc meum conſilium legiones novas non improbare.* Item *faciat me Deus*, Gud giør mig det oc det. Item *facere alicui medicinam*, pro mederi & remedium afferre: *facere alicui ludos*, Læge for en. Et *facere aliquem ludos*, Gøcke/ giøre Gæck aff en. *Facere copiam alicujus rei*, Lade en faa oc bekomme noget/ vnde hannem noget. *Facere alicui ſui copiam*, Meddeele anden ſit Raad. *Facere impetum in aliquem*, falde ind paa/ giffue an. *Facere ſtomachum*, fortørnis/ vemmis. *Facere ſe celerem*, ſkynde ſig. *Facere frugi*: *facere lucri*: *facere nequam*; *facere compendii*, giøre gaffn/ baade/ giøre ilde/ gaa en gienvej. *Facere æs vel peculium à malo*, Ilde adſpørge det/ med vræt. *Facere viam*, i. e. locum; ubi non erat via, apperire. *facere provventum*, i. e. fructus exuberantiores ferre, Giffue offuerflødig grøde. *Facere judicatum*, fuldkomme ſin Dom/ giøre effter ſin Dom. *Facere pactionem cum aliquo de aliqua re.* Et *de ſua parte fecit pactionem*, Giøre fordrag/ forligis/ forennis om noget med en. *Facere reverſionem ad milites*, i. e. reverti. *Facere ſinum*, giøre ſkiød eller filte ſig op. *Facit ultro mihi vadimonium*, i. e. ultro ſe mihi ſiſtit, quaſi in judicio; *Certiorem facio*, Giør kundſkab/ lader

lader vide/giffuer tilkiende. *Fac me sciam*, i. e. fac, ut ego sciam. *Facio manifestum*, giør Aabenbare/ vitterligt/Aabenbarer. *Censionem facere*, Legge Brødepenge paa/ Vrage/ legge udi Skatt. *Facit operam, ludos*, i. e. perdit operam: *facere fidem*, est rem per argumenta, vel testes, vel tabulas probare, Bevise med: *Gradum facere*, est ad rem aliquam gradum & quasi scalam ad alia facere, Legge eller giøre nogit til at træne paa/ naar mand vill flyffue eller gaa op. Et translatè, *gradum aliquò facere*, i. e. promovere, komme saa vit frem. *Facere fœtum*, Stiæle. *Ebrium facio*, giør drucken. *Facere impolitias* dicebantur censores, cum æs negabant Equiti ob Eqvum malè curatum. *Facere hostilia*, i. e. facere quæ ab hoste possunt expectari, Handle som en fiende. *Facere vectum*, est vehendo sibi parare lucrum, føre for penge. Sic *facere unguentariam*, argentariam, scrutariam, handle med saadant oc holde fall. *Facere spinam* dicitur asparagus, qvum pertrevit & spinosus fit. *Facere delicias*, i. e. ludere, Skempte/ pudze eller tale det som sødt er. *Legi fraudem fecit*, Satte Lowen/ Vox Næse paa/ krencker Lowen. *De cœna facio gratiam*: formula est blandior, abnuendi se ad cœnam venturum, quod nos efferimus, Jeg haffuer dig betackedt/ Jeg betacker dig for din Indbydelse. *Æqui boniq; facio*, i. e. in bonam partem accipio, tager for gaatt. *Reliqvum facio*, i. e. relinquo. *Turris facit vitium*, Reffner eller faar it hul. Sic *puella facit vitium*, faar en skavanck paa sit Mødom. *Facere opus*, giøre en gierning. *Facere gratum alicui*, giøre til villie oc det som kiert er. *Facere modos*, est inter actus fabularum intercinere, Siunge imellom paa noget Spil: *Facere cum aliquo mutuum*, Bytte med en/ eller giøre lige for lige. *Facere debitum*, Borge/Laane: dicitur tùm de debitore, tùm de creditore. Et translatè, *facere nomen cum vinea, agrò*, est supputare reditus vineæ, agri, Slaa offuer. *Facere otium*, i. e. darè: *Facere vestigium*, Gaa/ vandre/spadzere. *Facere sanguinem*, vdstyrte Blod. *Facere pedem*, scil. in velo navali, fire paa skødet. Aliter *facio*, verbum habetur sacrorum, à σφάτζω, σφαγίζω, macto; hostiam, victimam cædo. Unde *facere*, absolutè, pro sacrificare: Et *facere vitulâ*, i. e. mactatâ vitulâ sacrificare. Sic *facere carnem*, est mactare: unde carnifex.

Facior, pass. veterib. Ut, *Græco ritu faciebantur Saturnalia*; manstq; tantum in compositis, ut, afficior, & præter. factus, cum inde descendentibus modis: Ut, *mundus à Deo factus*: *ad ludos multi facti sunt*: *scio Dæmonium à te esse factum*. Item *faciendum est mihi puerile officium*, Jeg maa giøre Barn aff mig/ giøre Barne gierning. *Facere quod faciundum sibi*, i. e. mori, scil. per Euphemiam. Supplet autem significationem illam verbi passivam sequens verbum Fio.

Fio, fis, factus, fieri, à φύω, nascor, quasi â natura facior & in opus seu essentiam producor. Sed & latiùs se extendit, pro quocunq; modo, etiam arte vel casu in opus producor, Skeer/ vorder/ bliffuer. *Hoc à natura factum; fato omnia fiunt: fio tibi obvius*, kommer dig imod. Fieri hoc non potest, det kand icke skee. *Quanti quisq; se facit, tanti fiat ab amicis*, Actis oc skattis/ pro æstimatur. *Fiet tibi acceptum*, i. e. tibi referetur: *in illum fiat exemplum*, i. e. statuatur. Item, *fiat*, absolutè positum, permittentis est, concedentis, annuentis. Ut, *agite, amovemini vos intro*: Resp. *fiat*, Ja vel/ det maa saa være. Leguntur & imperativa Fi & Fitote.

Facesso, is, cessi, n. t. quasi ad faciendum eo, Begiffuer mig hen; tager mig for at giøre. *Matris præcepta facessit*: Et simpliciter discedo, & mea curo, viger hen til side/ oc tager mig selff vare. *Facessant hinc illicò mulierculæ*. Item faciendum impono. Ut, *facessere alicui negotium*, faa en att tage vare/bestille/giøre wmage. Et pass. *ei negotium facessitur*, faaes at bestille. Sic, *dum audissent ei facessitum negotium*.

Facies, ei, f. q. figura cujuslibet rei ab arte introducta, quasi facti figura & constitutio, Skickelse/ fatzon. *Virgo est honesta facie*, Vell skickedt paa det gandske Liff. Sic *facies literarum, maris, cœli, urbis, scelerum*. Sed & latiùs accipitur pro formâ rei cujuscunq; & innata constitutione, quasi à natura facta: Unde *vertere se in omnes facies*; scil. vel ratione mentis, faa allehaande sind/ tencke allehaande op: vel corporis, giøre sig til i allehaande maade oc skickelser. Sic & facies, forma est, modus & factura quædam totius corporis, Skickelse/ gestalt. Et tropicè, pro parte, idem quod vultus, Ansict. Declinabatur autem antiquè, Genit. facies & facii, pro faciei.

Facilis, le, lior, llimus, om. t. quod sine impedimento facere possumus seu fieri potest, Let *Negotium facile*: *res facilis*: *victus facilis*, qui sine multo labore acquiritur: *factu facile*, Let at giøre. *Homo facilis*, qui sine labore tractari moveriq; potest, quiq; se comem aliis præbet, nec durus obsistit, Den mand kand vnde oc vende huort mand vill/ ydmyg/ venlig i omgengelse/ medliden/ limfeldig/ lidelig/ haandelig i sin omgengelse.

Facilè, liùs, limè, & antiquè facul & faculter, modò facili, Letteligen. *Facilè huic resistit*. Ponitur & peculiariter pro certò, quidem, quasi sine adversatione, & nullis resistentibus, visseligen. *Facilè primus*: *facilè Princeps est inter eos*, vel den fornemmiste/vden all modsigelse.

Facilitas, atis, f. t. facti vel rei facilis ratio vel habitus. Ut, *agendi facilitas*, Lethed. *Morum facilitas*, Lidelighed/ limfeldighed/ medlidenhed. *Mea facilitas illorum corrumpit onus*: *facilitas ingenii*, vis, quâ facilè apprehendimus, Klemhed. Item vis & inclinatio faciendi facilè quæ recta sunt, Tilbøjelig til det gode. *Facilitas carminis vel orationis*, quæ facilè apprehenduntur.

Facultas, atis, f. t. vis agendi facilis; Item commoditas, occasio, Effne/Aarsag/Leilighed. *Facultas dicendi*, *suscipiendi maleficii facultas*. *Otium & facultas discendi*; *facultas temporis*. Et plur. *facultates pro opibus*, Formue/Rigdom/ effne paa godz oc penge.

Facinus, oris, n. t. factum audacia insigne, Dristig gierning/ dristig stycke. Accipiturq; tùm in malam partem, & ferè cum adjectione, *indignum facinus*, It dristig skalckstycke/ It skelmstycke: tùm in bonam, cum adjectione, *præclarum facinus*, Itt mandeligt stycke/ Mandelig gierning.

Facinorosus, a, um, facinorosissimus, facinore plenum & abundans, Fuld aff skelmerj/ Skelmsactig. *Homo facinorosus*: *facinorosa vita*: *facinorissimæ manus*.

Factio, onis, faciendi actus, Beskickelse/ arbeidelse. *Testamenti factio*, quâ scilicet testamentum facimus conficimusq;. Et peculiariter quorundam in Republ. faciendi studium petulans, violentum & contentiosum honesti specie, sed reyera conspiratio, meliori parti adversans,

verſans, Oprør/paalag. *Inter bonos eſt amicitia, inter malos factio*, Offrlæg til at driffue oc giøre noget. Item ipſa diſcordia inter partes adverſantes, Tuedract/partj. Item multitudo alterius partis, Anhang. *Nil moror magnas iſtas factiones.* Item factio pro intoleranda potentia. Item pro opulentia & nobilitate. Item factiones in luſu pilæ, quæ ſunt adverſantis partis.

Factioſus, a, um, factionibus gaudens, Partiiſk/ Oprørſk/wroeligt Menniſke i Menneghedens Sager/ oe ſom vil alting meſtere oc ſette til rette. Et in privatis rebus, ſom altid vil haffue at beſtille. Item factionibus ſtipatus, ſeu faciendi poteſtate præditus, Mectig/ formaaer megit/ eller oc haffuer megit oc altid at beſtille: Et quidem in bonam partem, ſom haffuer mange tilhengere eller ſtort anhang. *Scio te hominem eſſe factioſum.*

Facticius, a, um, quod factu conſtat, non naturâ, Tilred/ giort. *Vinum factitium: color factitius: ſal factitium: factitium arſenicum*, Farnitz. *Vinum è pomis factitium*, Eble Muſt. Et *verba factitia*, quæ ad ſoni alicujus imaginem facta ſunt. Ut, *grunnire, hinnire, &c.*

Factito, as, act. pr. pro regulari facto, frequenter vel ſæpè facio, exerceo & uſurpo. Ut, *factitare artem, accuſationem, hæredem.*

Factitatus, a, um, quod factitavimus, Giordt/ bedreffuedt/brugt. *Hæc apud majores factitata.*

Factor, oris, m. t. qui facit & conficit vinum, oleum, cereviſiam vel ſimile, Bryggere/ Diſtillerere *Factores pilæ*, qui in luſu pilæ faciebant, i. e. qui feriebant & ludebant, quiq; in factiones erant diviſi.

Factura, æ, f. pr. Plin. compoſitio rei, quam facimus, tilredelſe/beredning. *Alibi bona bonitatem præſtat, alibi factura.*

Facturio, is, n. q. Plaut. deſidero facere. Ut, *facturit poſtquam ancillam aſpexerit*: itranslatâ ſignificatione ad rem veneream.

Factus, a, um, quod fecimus, giort. *Lana facta*, giørn. *Vinum factum*, quod in dolia conditum eſt, nec turbulentum amplius, Tyldet/ fyldet/ henlagt/ tilluct Vin. Et eadem forma, *cereviſia facta*, Tyldedt øll. Item abſolutè, *factum* & plur. *facta*, Gierninge. *Factum illuſtre, egregium*: Et *factum meum à te probari gaudeo.* Eſt & formula reſpondendi: ut, *tuamne veſtem detraxit tibi?* Reſp. *factum. ea eſt indutus? factum*, det ſkede ſaa/ quaſi, det bleff giort. Item *factum benè*, det ſled ſig vell.

Factus, us, m. q. Colum. quod uno tempore conficitur, Jt ſtycke arbeidt/ eller giordt gierning. *Factus olei, factus cereviſiæ*, en Brygning øll. Item *ſtructura*, Bygning. *Factus villæ.*

Faxo, is, it, & plur. faxunt, futur. activ. pro faciam. Ut, *funera faxit.* Et in fut. optat. & Præſ. Subjunct. faxim, is, it; faximus, itis, int. Ut, *utinam Dii faxint*: Et ſimplicitèr, *Di faxint.*

Compoſita.

Afficio, is, facto aliquo aliquem commoveo, Beveger. *Admodum me tuæ literæ affecerunt. Sic me affecerunt, ut non dare tibi beneficium viderer, ſed accipere.* Item facto aliquo aliquid alicui affero. Ut, *afficere aliquem gaudio, lætitia, dolore*, giøre glad eller bedrøffue. *Afficere honore, voluptate, moleſtia, muneribus, ignominia.* Sic *afficere lucris, præda, ſpoliis, dote, pœna*, begaffue/ forhielpe. Et abſolutè, *multa ſunt, quæ afficiunt hominem*, i. e. affectiones ſeu affectus inducunt: *Pulmo afficitur*, i. e. maceratur, læditur, corrumpitur: *afficitur is voluptate; afficitur laude, ſatietate, pœna, macula, exilio, morte*: Et *afficitur à gratia, à voluptate. Hoc modo in te ſumus affecti*, i. e. commoti, ere ſaa tilſindz.

Affectio, onis, affecti ratio. Ut, *affectio animi*, qua animus eſt affectus & motus, Hiertelag. *Animum ad affectionem optimam pervenire; animi affectio talis eſt, ut neminem violem.* Affectio, Cic. eſt animi & corporis ex tempore aliqua de cauſa commutatio, ut, lætitia, metus, cupiditas, moleſtia, morbus, debilitas, & alia.

Affecto, as, act. pr. affectu vehementiori aliquid quæro & appeto, & pronum animum ad aliquid faciendum habeo, ſtaar effter/ tracter effter. *Affectare iter, munditiem. Me defraudas, ad eam rem affectas viam*, Du gaar om det. Ponitur & pro afficio. Ut, *damnis affectare patrem & omnes amicos*:

Affectatio, onis, affectandi actus, Effter tractelſe. *Affectatio decori.*

Affectatus, a, um, quod affectavimus. Unde *affectata caſtitas*, Den mand giør ſig ſelff. *Affectata oratio*, quæ nimis anxiè & curioſè quæſita eſt, & ex nimio cultu quandam recipit novitatem.

Affector, aris, dep. pr. idem quod affecto; ſed antiquatum eſt.

Affectus, a, um, quod affecimus, Beveget/ er til ſindz. *Benè aut malè erga omnes affectus ſum: non poſſum perſcribere ad te quo ſum affectus animo: affectus ſum beneficiis, honoribus*, begaffvedt: *difficultatibus, optima valetudine, virtutibus, morte, vitiis, artibus, inertia*, beragen/beladt. Sic *Reſpubl. malè affecta*, Lider Jlde. *Affectus ſupplicio*, haffuer ſtaaedt ſin ſtraff: *affecta ætas*, i. e. effœta, infirma, & ipſa ſenectus. *Orator affectus, ut eſt, ita utatur*, Er beſticket/ er tilſindz: *graviter affectum vidi*, i. e. ægrotantem. *Oculus non eſt probè affectus ad ſuum munus fungendum*, i. e. aptus. *Ducuntur argumenta ex iis rebus, quæ quodammodo affecta ſunt ad id de quo quæritur*, i. e. cognatæ & affines. Item *bellum affectum videmus, & utinam benè confectum*, i. e. inchoatum. Sic, *quæ per ipſum affecta ſunt, perfecta Reipubl. tradantur. Affectus avaritia, ambitione, furore*, beſlagen med. *Affecta fides*, i. e. læſa, Brudt tro loffue/ fri leide.

Affectus, us, m. q. affecti animi ſtatus & ratio, Hiertelag. *Qualis cujuſq; animi affectus eſt, talis eſt homo.* Sic *affectus animi, dicentis, judicis, &c.*

Inaffectatus, a, um, quod non affectamus. Ut, *Oratio inaffectata. Inaffectata verborum veritas, ſuavitas, jucunditas*, Enfoldig/ vden nogen ſynderlig ſøgt fljd.

Conficio, idem quod efficio, perficio, abſolvo, exſequor, fuldkommer/ fuldtdriffuer/ fuldender/ giør til fulde/ vdretter. *Confeci, quæ juſſit, omnia.* Et dicitur, *conficere negotium, officium*, beſtille ſit erende/ giøre ſit kald fylliſt. *Conficere nuptias, pacem*, giøre Brylup/ bringe til veje. *Conficere iter, bellum*, fuldende ſin Reigſe/ eller Krig. Sic *conficere annos, vitæ curſum, curriculum. Conficere annales, librum*, i. e. ſcribere ſeu componere. *Conficere pecuniam, exercitum, bibliothecam*, eſt procurare, comparare, forſkaffe/ bringe til veje. *Conficere cibum*, eſt manducare, & dentibus molere, tygge. *Conficere argentum, patrimonium*, eſt dilapidare & decoquere, Forſætte/ forſpilde/ fortære. *Conficere rationes alicujus*, eſt perdere, Spilde.

Conſi-

Conficere hominem, eſt vulneribus interficere & dilaniare, Dræbe oc myrde. Unde & translatè dicitur, *ignis & aqua ſe invicem conficiunt*, h. e. perdunt & perimunt. Sic, *conficit me ſollicitudo, curæ, frigus*, i. e. enecat, Æder mig / giør mig til intet / forkommer mig. Item, Conficere abſolutè, transigere. Ut, *cum hæredibus confecit*, forenne/forlige/fordrage.

Confectio, onis, conficiendi actus. Ut, *confectio tributi, belli, annalium, eſcarum, &c.*

Confector, oris, m. t. qui conficit. Ut, *ignis omnium confector*, fortærer.

Confectura, ræ, f. pr. Plin. confecti ratio, vel idem quod confectio. Ut, *confectura mellis.*

Confectus, a, um, quod confecimus, vdrett oc fuldkommet. Item perditus. Ut, *fame confectus*, giort til intet/forkomrett.

Deficio, quaſi non facio, ſed eram facturus, h. e. deſum, ſlaar feil/ſforter. *Oratio, vox, vinea, auxilium, calor deficiunt;* vel cum caſu, *me deficiunt.* Item *animo, corpore, deficio*: cum ſcil. me deficit animus, corpus, Er miſtrøſtig/affmectig. Et abſolutè, Saaner / beſuimer. Item *deficio à Republica, ab imperio, à virtute*, Affſtaar / falder fraa: nimirum non faciens, quæ facturus eram. Item Cic. paſs. *in quo non modo defici; ſed etiam laborare turpe eſt. Mulier abundat audacia, conſilio & ratione deficitur. Ne Patres auxilio diminuti deficiantur*, lider mangell/fattis.

Defectio, onis, deficiendi actus, quo deficimus, fraafald / affald. *Defectio militis*: *Defectio è Republ. à virtute, &c. Defectio Solis*, quâ ſol deficit, Solens formørckelſe. Et *mulieris à conceptu defectio*, Vemmelſe/affmact eller beſuimelſe.

Defectivus, a, um, Cic. quod deficit, vel defectum patitur. Ut, *cognitio, contemplatio, naturæ manca*, i. e. *defectiva quodammodo.*

Defector, oris, m. t. qui deficit, En forløbben Krigsmand / ſom løbber fraa Fanen. Item defector dici poteſt, qui à fide Chriſtiana deficit, En ſom forſuerger oc falder fraa ſin Chriſtelige tro. En Gudz Meeneder.

Defectus, a, um, qui deficit vel deficitur. Ut, *lingua defecta; homo defectus*: *ſenectus defecta*, Som kand oc formaa ſig icke meere. *Homo defectiſſimus annis, viribus*, apud Colum. Slet afflagt/ gammel oc vdmartert. *Defectus animo*, Som Saaner / beſuimer.

Defectus, us, m. q. idem quod defectio. Ut, *defectus tibi, aquæ, Solis & Lunæ. Defectus animi*, Miſtrøſtelſe. *Defectus animæ*, Saanelſe / beſuimelſe.

Difficilis, le, om. t. quaſi quod variè fit, ideoq; non facile, Vanſkelig *Difficilis res*: *opus difficile factu.* Et translatè, *homo difficilis*, qui non eſt facilis, Vanſkelig at giøre til maade / pratten / pratvorn. *Senes ſunt difficiles*, i. e. non facilè tractantur, h. e. moroſi ſunt, Vanſkelige oc vnderlige at omgaaes med.

Difficilè, adverb. cum difficultate, Vanſkeligen.

Difficulter, idem.

Difficul, antiq. idem.

Difficultas, atis, f. t. difficilis ratio, Vanſkelighed. Et translatè, *difficultas rei nummariæ aut frumentariæ*, quâ ſcilicet, difficulter acquiruntur aut habentur nummi, h. e. inopia, Ond penge tid / ond Korn tid.

Indifficilis, Jurisconſ. pro valdè difficilis. Ut, *ille caſus indifficilis.*

Perdifficilis, valdè difficilis.

Perdifficiliter, valde difficiliter.

Perdifficulter, idem.

Subdifficilis, le, om. t. aliquantulum difficile, Noget vanſkelig: quæſtio ſubdifficilis.

Efficio, is, omninò & ad finem quaſi facio, giør till ende/ vdretter. *Neq; hoc opus, quod ego volui hodie, efficiam.*

Effector, m. & Effectrix, f. t. qui vel quæ efficit, Som giør oc fuldkommer noget. *Deus hujus mundi Effector eſt. Pecunia effectrix multarum voluptatum.*

Effectus, a, um, quod effecimus, Vdret / fuldt/ giort/ beſtilt. *Urbs ex latere & cæmento effecta*, i. e. exſtructa, Opbygt.

Effectus, us, m. q. efficiendi ratio ſeu efficientis opus, Vdretning. *Effectus cenſuræ; ſine Effectu multa aggreſſus eſt.*

Efficax, acis, cior, ciſſimus, quod vim efficiendi habet inſignem, krafftig / mectig. *Marcellus parùm ad agendum efficax*: *venenum efficax.*

Efficaciter, modo efficaci, Kraffteligen/ med krafft. *Capitis ulcera manantia urina tauri efficaciter ſanat.*

Efficacitas, atis, f. t. efficacis vis, Krafftighed. *Medicamenti efficacitas.*

Efficiens, tis, om. t. quod efficit, Stiffter oc Vdretter. *Cauſa efficiens*: *virtus Cyrenaicis eſt voluptatis efficiens*, fuld Aarſag til noget.

Efficienter, adverb. modo efficienti, med viſſe vdretning. *Id vera cauſa, quod efficienter rem antecedit.*

Efficientia, æ, f. pr. vis efficienti, vdretning. *Solis efficientia.*

Inefficax, cis, om. t. non efficax, vkrafftigt. *Inefficax venenum.* Et comparat. Inefficacior.

Inficio, cis, colore imbuo, farffuer / lydder / beſtryger. *Lanas infecit*, farffvede/lyddede giorn. *Glaſto ſe inficiunt Britanni*, de beſtryge ſig. Et *inficere poculum*, abſolutè, ſubintellecto veneno, beſtryger med forgifft. Item maculo, beſmitter. *Menſtruo inficitur.* Item translatè, ad animum: *deſidiâ, otio, languore animum inficit*, forgiffuer ſit ſind eller beſmitter med ſaadant. *Sic inficere ſe luxu, & moribus peregrinis.*

Infector, oris, m. t. qui lanas inficit, Farffuere / Lyddere. Et infectrix, Lydde Kone / Farffuer Kone. Dicitur & de ipſo colore. Ut, *Infector ſuccus*, quo lanæ vel aliud quippiam inficitur, Lyd/ Farffue.

Infectus, a, um, quod infecimus, Farffvedt/Lyddedt/beſtroggen/farffuedrucken. *Facies mulierum infecta*, beſtroggen. *Infectum mare veneno*, forgiffuen. *Vitiis multis non inquinati, ſed infecti ſumus*, forgiffnè eller giennom druckne. Item non factus, vgiordt. *Factum infectum fieri nequit.* Sic, *infecta pax*: *infectum negotium.* Et *infectum argentum*, quod non eſt ſignatum, nec cælatum, vmyntedt oc vgiort Sølff.

Infectus, us, m. q. actus, quo quid inficitur, Lydden/ farffning. *Infectus lanæ.*

Interfacio, is, Plin. pro interim ſeu per intervalla facio, Giør imellom ſtund. *Reliquit modicum præſidium, ut ſimul interfaciendo muro adjuvaret.*

Inter-

Interficio, is, quaſi facto & dedità operà, vità privo, Tager liffuet aff en / dræber / tager aff dage / ihielſlaaer. *Equitem Romanum interfecerunt.* Sic *interficere vità, lumine*, ſkille en ved Liffos Liuſſet. Et *interficere ſiti, fame, gelu, malis exemplis, maximo ſupplicio. Interficere virginitatem*, Apulejo, eſt eripere. Item, igni meſſes interfice, i. e. perde & crema. Sic, *nullo modo facilius areſcunt & interficiuntur herbæ.*

Interfector, oris, m. t. qui interficit, Drabsmand. *Interfector Cæſaris.*

Interfectus, a, um, quem interfecimus, Ihielſlagen. *Interfectus uſus adium*, pro ſublatus & ereptus, taget ſlet hen / och huor ved Jeg er ſkild: nimirum quo uſu privatus ſum.

Officio, cis, contra alterius commoda facio, Giør en ſkade / giør ſkade / er imod. *Meis commodis officio: herbæ officiunt frugibus: Umbra terræ ſoli officit: officit menti, lumini, fortunæ altitudo*, fortager. Et impersonalit. *Cuicunq; cæli particulæ officitur. Offatim offuciam* pro conficiam.

Offector, oris, m. t. idem quod infector.

Officina, æ, f. pr. taberna in qua fiunt opera, Verckſted. Et translatè, *domus Iſocratis erat quaſi ludus quidam & officina dicendi.*

Officinator, oris. m. t. Vitruv. pro fabro.

Officium, n. ſ. quod quis efficere debet, obſervata locorum, temporum & perſonarum ratione, Tieniſte oc beſtilling. *Oratoris officium eſt dicere ad perſvadendum accommodatè.* Sic *officium amoris, ſtudii, pietatis, &c.* Ponitur & interdum pro beneficio, Velgierning. *Multa ſunt tua in me officia*, i. e. beneficia. Item *officium in re venerea*, cum fœmina maſculo obſequitur.

Officialis, le, om. t. Apul. quod ad officium pertinet, vel de officio tractat. Ut, *Officialis miniſter* pro Magiſtratu, Et Lactant. *Officialia, de quibus ſcripſit Cicero.*

Officioſus, a, um, qui probè officium ſuum facit exhibetq;, Tieniſtvillig / tieniſtactig. *Homo officioſus: amicitia officioſa.* Et *officioſus dolor*, qui juſta ex cauſa ſuſcipitur, & cujus ratio probabilis eſt reddiq; poteſt. Item *officioſus*, qui alterius libidinoſis amoribus morem gerit.

Officioſè, modo officioſo, Tieniſtactigen. *Officioſè paret hero ſuo.*

Inofficioſus, a, um, non officioſus, vmags / ſom veed andre intet til villie eller Tieniſte. *In patrem fuit filius inofficioſus.* Et Juriſconſ. *inofficioſum teſtamentum*, quod non ex officio paternæ pietatis confectum eſt, filiis ſine legitima cauſa exhæredatis.

Perfacilis, le, om. t. valde facilis. Ut, *res cognitu perfacilis: factu perfacilis.*

Perfacilè, adverb. modo perfacili. Ut, *tollitur è vita perfacilè.*

Perfacul, antiquè pro perfacilè.

Perficio, cis, faciendo abſolvo & ad finem perduco, fuldgiør / fuldkommer / fuldender. *Quod ſi perficio, non pœnitet me famæ*: perficere promiſſa, fuldkomme / oc holde det mand loffuer. *Perficere cibum ambulatione*, fuldkaagt / fordøje. Ponitur & pro efficio, vdretter. *Perficio, hodie argentum habeat filius.*

Perfectio, onis, perficiendi actus aut perfecti ratio, fuldkommelſe / fuldkommelighed / fuldkommenhed. *Perfectio operis: perfectio in oratione.*

Perfector, oris, m. t. qui perficit, fuldbriffuere. *Voluptatum mearum inceptor & perfector Parmeno.*

Perfectus, a, um, quod perfecimus, fuldkommet oc giort. *Multa inchoata, perfecta non planè.* Et amiſſo tempore: *Homo in Geometria perfectus, clior, cliſſimus.*

Perfectè, modo perfecto. Ut, *perfectè agit, loquitur, dicit.*

Perficus, a, um, ut quidam legunt ex Plaut. & Lucret., idem quod perficiens aut perfectus.

Perficè, adverb. pro perfectè: Et ſuperlat. perficiſſimè, pro perfectiſſimè. Aliter præficè & præficiſſimè. Sed utrumq; ſuſpectæ eſt lectionis.

Imperfectus, a, um, nondum perfectus, wfuldkommen. Opus imperfectum.

Præficio, cis, conſtituo aliquem ſupra aliquid, quaſi facio præ alio, præ ſignificante dignitatem, Sætter en for noget / offuer noget. *Huic rei, provinciæ, negotio te præficio.*

Præfectorius, m. ſ. Juriſconſ. qui præfectura perfunctus eſt, Gammel Fogedt oc Forſtandere.

Præfectura, Præfecti dignitas & officium, Fogderj / Forſtanderſkab. Item Romanis præfectura dicebatur Regio, in qua & jus dicebatur, & nundinæ agebantur. Eratq; quædam Reſpubl. niſi quod legibus à Romanis in ſingulas Præfecturas Præfecti mittebantur quotannis, qui jus dicerent, Læn / Herredt.

Præfectus, cti, m. ſ. quem præfecimus rei alicui, Forſtandere. *Præfectus moribus*, qui ad componendos mores eſt conſtitutus, Tucte Meſter. *Præfectus Prætorio*, Hoffmeſter / Marſkalck. *Præfectus urbis*, Lænßmand. *Præfectus vigilum*, Vactmeſter. *Præfectus claſſis; Præfectus maris*; Admiral. *Præfectus fabrorum*, Marſkalck for alle Bygnings Folck oc Bygning / for all Ryſtning eller Tøyhuuß / udi Krig oc vden for. *Præfectus arcis*, Slodz Herre. Præfectus autem jus dicebat: Prætor & Imperio præfuit, & jus dicebat.

Præfica, æ, f. pr. mulier ad lamentandum mortuum conducta, quæ dat cæteris modum plangendi, ſic dicta quòd ei rei ſit præfecta.

Profectò, adverb. affirmantis, idem quod omninò, haut dubiè, certè, quidem, quaſi pro facto, Aldelis / til viſſe / viſſeligen / vden tuiffl. *Negant omnes factum, at hic profectò affirmat.* Et reſpondendi modo: *Profectò ſic eſt*: Aliter à Proficio, quaſi ubi rei profectus eſt, & effectio ante oculos.

Proficio, is, n. t. progreſſus in re aliqua facio, forfremmer. *Audiendo & legendo indies magis proficimus: nihil vel multum proficit.* Et paſs. *ſilentio nihil proficì poteſt.* Ponitur & pro proſum aut commodo ſum, Er til gaffns / gaffner. *Jusjurandum Matris Patri non proficit.*

Profectus, us, m. q. proficiendi actus, forfremmelſe / forbedring. *Profectus in literis.*

Proficiſcor, eris, profectus, dep. t. iter facio, quaſi porrò ſive procul facio, Reigſer / vandrer / færris. *Româ Capuam profectus eſt: proficiſcor magnum iter ad Athenas. De Formiano in exſilium profectus eſt: proficiſcitur obviam.* Et translatè, *proficiſcitur ad reliqua*, ſcil. dicendo, i. e. pergit, ſtunder oc ferdis. Item *proficiſcitur id à falſis initiis*, i. e. oritur. Item *proficiſcor ad te*, pro confugio.

Proficiſco, antiquè, pro proficiſcor.

Profectio, onis, proficiſcendi actus, Vandring / vendrelſe / Reigſe / Færſel. *Fuit hoc conſilium meæ profectionis.*

Profectus, a, um. Ut, *Profectus à charitate ſuorum surrit longiùs. Profectus venit, id intendit. Profecti ab Ariſto-*

Aristotele Discipuli, i. e. ex doctrina Aristotelis. *Nervi à corde tracti & profecti in omne corpus.*

Profecticius, a, um, ut, dos profecticia, quæ proficiscitur à patre vel parente. *Peculium profecticium*, Juriscons. quod vivens pater filio permittit.

Refacio, antiquis, pro reficio.

Reficio, is, collapsum, intermissum, corruptumq; in pristinum statuo, de novo facio, Giør paa ny / forny er / forbedrer. *Reficere naves, templum, opus.* Et translatè, de viribus animi & corporis, pro eas restituere & recreare, forny / forfriske / vederquæge. *Reficere aliquem cibo, potu: reficere vires: reficere exercitum.*

Refectio, onis, reficiendi actus, fornyelse / forbedrelse / vederquægelse. *Refectio operis, virium.*

Refector, oris, m. t. qui reficit. Ut, *refector templi, monumenti.*

Refectus, a, um, quod refecimus, forbedret. *Opus refectum.*

Refectus, us, m. q. idem quod refectio.

Semirefectus, a, um, Ovid. non integrè, sed quasi dimidiata sui parte refectus. Ut, *Classis semirefecta.*

Sufficio, is, in locum alterius aliquem produco, colloco, statuo, kommer i steden. *Sufficere Magistratum, prostatuo.* Unde *suffectus consul*, qui in alterius locum sumptus est. Item necessaria subministro, Bærer til / forskaffer / giffuer huad tilhør. *Sufficere alicui animum, vires.* Et *humorem satis sufficit tellus.* Ponitur & pro inficio macula, Smitter / pletter. *In convivio purpuram suffecit. Sufficere lanam medicamentis*, est tingere, Dype til at farffue. Item neutraliter, satis sum, par sum, Er nock till / bestaar / er god for. *Tantis nixus sufficit donis: sufficere alicui*, Bestaa nogen. *Non sufficit oneri*, i. e. impar est, er icke nogh eller god for. *Quæstus gulæ sufficere non poterit: sufficit malis animus: sufficit umbo ictibus.* Et sine casu, *non sufficimus obniti aut tendere contrà*, Er icke mectige nock till.

Sufficientia vitæ, vnderholdning. ἀδηλον.

Superficies, ei, f. q. superior cujusq; rei pars, & facies, quæ exterius oculis cernitur, Den vdvortis jun oc skickelse paa noget. *Superficies terræ*, Suær. Item superficies pro area ædificio pura, øde plads.

Superficiarius, a, um, Jurisconsul. quod est superficiei. Unde *superficiariæ ædes*, quæ in conducto solo positæ sunt, quarum proprietas, & civili, & naturali jure, ejus est, cujus est solum, Huuse som staar jo dskyld ass. Et absolutè, *Superficiarius*, qui in alieno solo superficiem habet, ita ut certam pensionem præstet, Som giffuer jordskyld.

Alia Composita.

Allicefacio, cis, Svet. pro allecto. Ut, *æquales suos ad ad societatem imperii allicefactos vario genere fraudis occidit.*

Arefacio, is, aridum facio. Ut, *amurcam eximito, & arefacito.*

Arefactus, a, um. Ut, *arefactus caulis.*

Exarefio, Plin. planè aridus fio.

Assvefacio, is, usu doceo, Tilvenner. *Assvefecit se armis: Cæsar nationes operare assvefecit.*

Assvefactus, a, um, quem assvefecimus, Tilvant. *Assvefactus Latino sermone, non potuit non latinè loqui: scelerum exercitatione assvefactus.*

Benefacio, cis, Cic. act. t. benè alicui facio, giør vell / bevijs velgierning. *Ab iis malè tractatus sum, quibus*

benefeci. Item facio benè, & quod me decet. Ut, *benefacis: meritò te amo.*

Benefactum, Cic. n. s. quod factum est benè, honestè factum, Velgiordt / Retgiordt: quod & divisim sæpè scribitur. Item ipsum beneficium seu meritum, Velgerning / vell forskyldt. *Benefacta malè collocata, malefacta arbitror.*

Calefacio, & calfacio, cis, calidum facio. Ut, *radix calfacit & stringit corpus igni calefaciendum.* Et translatè, *Gabinum ad populum luculenter calefecerat Memmius*, i. e. vexaverat, exagitarat.

Calefactus, a, um, quod calefecimus.

Calfactus, us, m. q. calefaciendi actus. Ut, *calefactu fovent.*

Calefacto, as, Hor. idem quod calefacio.

Calefio, calidus fio.

Concalefacio, Cic. calidum facio vel reddo. Ut, *brachium concalefacit.*

Concalefactorius, a, um, quod vim calefaciendi habet. Ut, *vis concalefactoria.*

Concalefactus, a, um. Ut, *concursatio atomorum concalefacta & spirabilis.*

Concalefio, Varr. calidus fio. Ut, *ova concalefiunt.*

Excalefacio, seu excalfacio, Plin. idem quod calefacio.

Excalfactorius, a, um, Plin. quod excalefacit. Ut, *vis excalefactoria.*

Incalfacio, is, Ovid. calidum facio: Ut, *Sol culmos incalfacit nudos: conjectos incalfacit hostia cultros.*

Recalfacio, cis, Ovid. rursus calidum facio. Ut, *recalfacit sanguine telum, calidum prioris cæde.*

Calvefio, Varr. calvus fio.

Candefacio, Plaut. candidum facio. Ut, *ebur atramento candefacere postulat.* Et translatè ignitum facio: Unde *lapides candefacti.*

Candefacta annona, ubi annonæ summa est caritas: quâ forma & dicitur: incendium annonæ.

Candifico, cas, Næv. pro candidum facio.

Excandefacio, candens reddo, giør gloende. *Ferrum excandefacit.* Et translatè, *excandefacere frumentum vel annonam*, est annonæ caritatem inferre, quod & incendere annonam dicitur, Giøre dyr tid / selge Korn dyre / selge paa dyrcke. Item ira inflammo, Giør vred / operter.

Cinefacio, cis, Lucil. in cinerem redigo. Ut, *mortuum cinefacit.*

Commonefacio, cis, idem quod commoneo. Ut, *ita nos commonefacit.*

Commonefio, Cic. pro commoneor, Paamindis. *Nemo est qui non ea oratione tui sceleris & crudelitatis commonefit.*

Compendifacio, Plaut. orationis compendio utor, giør kort. *Orationem compendi facito.* Item lucrifacio, Baader. *Compendifeci duos panes indies.*

Condocefacio, Cic. doceo, commoveo, instruo, Lære eller vnderviser. Unde *condocefacere aliquem:* Et part. *condocefactus.*

Confio, idem quod fio. Ut, *hoc confit quod volo: Id confieri potest. Stercus ex pecudibus quod confit*, i. e. conficitur.

Consvefacio, idem quod assvefacio. Ut, *consvefeci filium.*

Defit, neutrum defectivum, idem quod deficit, seu deest, fattis / mangler. *Nihil cum est, nihil defit tamen.*

Desve-

Deſvefacio, is, à ſvetis averto, Affvænner.

Deſvefactus, a, um, quod deſvefecimus, Affvant. *Multitudo à concionibus deſvefacta.*

Deſvefio, idem quod deſvefco, fravænnis/ affvænnis.

Expergefacio, is, expergiſci facio, opvæcker/vækker aff Søffne.

Fabrefacio, cis, fabrè ſeu artificiosè compono, Bygger oc ſætter vel ſammen. *Claſſem fabrefecit magis validam, quàm decoram.* Et translatè, *fabrefacere fallaciam.*

Fabrefactus, a, um, quod fabre ſeu affabrè factum eſt, Meſterligen giort oc ſammen ſat. *Opus fabrefactum: fallacia fabrefacta.*

Fervefacio, cis, fervere facio, kommer til at ſiude. *Oleum ferbefacito.* Et ſimpliciter calefacio, Værmer. *Ipſæ ſe patinæ ferbefaciunt.*

Fervefactus, a, um, quod fervefecimus. Ut, *ferbefacta jacula*, giort gloende.

Defervefacio, valde fervere facio, giør vel ſiudende. *Braſſicam deferbefacito.*

Infervefacio, Opværmer oc ſiuder i andet. *Braſſicæ ferbenti oleum, ſalem, cuminum, carnem, adipem, inſicium, bel aliud, &c. inferbefacito.*

Infervefactus, a, um, quod infervefecimus. Ut, *fictili baſe omnia cum bino inferbefacta.*

Subfervefactus, Plin paululum fervefactus. Ut, *conſtat ſebo & pice ſubferbefactis.*

Suffervefacio, ſuffervidum reddo, Luncker. *Sufferbefacere binum.*

Suffervefactus, a, um, quod ſuffervefecimus. Ut, *binum ſufferbefactum.*

Floccifacio, Cic. pro nihili facio. Ut, *hoc quantum eſt, floccifacio.*

Floccifacteon, Cic. pro floccifaciendum. Ut, opinor Φιλοσοφητέον, *quod tu facis, & iſtos conſulatus non floccifacteon*: nimirum Græca terminatione ex alluſione ad Græcam vocem quæ præcedit Φιλοσοφητέον.

Inſit, verbum defectivum ſignificans incipit, Begynder. *Inſit ibi poſtulare plorans.* Item inquit, Siger. *Ibi inſit ſe annum tertium & nonageſimum agere.*

Inſvefacio, is, inſveſcere facio, tilvænner. Unde, *Equi locis iſtis inſvefacti.*

Interfio, Plaut. & Lucret. pro intereo, Forgaar. *Illis oportet obſeri mores malos, ſi in obſerendo poſſint interfieri.* Et *flammis hoc interfiat.*

Labefacio, cis, quaſi labi facio, Kommer til at falde. *Labefacere dentes.* Et translatè, commovere. Ut, *conſtantem nullæ minæ labefecerunt*, Kom aff Laffue. Sic *labefacere fidem* dicitur debitor, cum male ſolvendo efficit ne quis ei quippiam velit credere, Spilde ſin Credit/ tro oc loffue hoß anden.

Labefactio, onis, labefaciendi actus. Ut, *dentium labefactio*, qua dentes labefacimus, Tandfald/fald paa tænd.

Labefacto, as, ſæpius & frequenter labefacio, tùm propriè, tùm translatè. Ut, *jugo labefactare colla boum. Labefactare Rempubl.* Sler ſuecke oc giøre fald paa. Et *labefactare animum, hominem*, eſt commovere & à propoſito avertere.

Labefactus, a, um, quod labefecimus, kommen aff laffue/giordt fald paa. *Labefacta robora: labefactus amore.* Et, *labefacta membra voluptatibus.*

Collabefacto, idem quod labefacio,

Collabefio, Begynder at falde.

Languefacio, Cicer. languere facio. Ut, *incitare languentes, & languefacere excitatos.*

Liquefacio, is, liqueſcere facio, Smelter. Liquefacere æs.

Liquefactus, a, um, quod liquefecimus, Smeltedt. *Liquefactum æs: liquefacta calore glacies.* Et *liquefacta ſaxa*, pro igne ſoluta.

Liquefio, idem quod liqueſco, & liquidus fio, Smeltis.

Colliquefacio, idem quod liquo. Unde *colliquefactum venenum.*

Illiquefactus, a, um, idem quod liquefactus. Et translatè *illiquefactæ voluptates.*

Lucrifacio, cis, lucrum facio, Baader/ Vinder. *Lucrifacere pecuniam.* Et translatè, *lucrifacere injuriam*, pro impune alicui injuriam inferre, Giøre wret oc ſkade/ med ſin bade.

Lucrifactus, a, um, quod lucrifecimus. Ut, *lucrifacta pecunia.*

Lucrificabilis, Plaut. ut, *dies lucrificabilis*, qui lucrum affert.

Lucrifio, is; ut, *oſtendebat in hac emptione modios centum lucrifieri.*

Madefacio, cis, madidum facio, Giør vaad/væder. *Madefacit herbas.* Et translatè, *Græcia ſanguine madefacta, cædibus miſere lacerata.*

Madefio, madidus fio. Ut, *libelli madefiunt.*

Malefacio, cis, Plaut. quaſi malum facio, ſeu malo afficio, giør ont/ giør til onde. *Mihi malefeciſti verbis.*

Malefactum, n. ſ. facinus quo malefacimus, Ilde giørdt. *Benefacta malè locata, malefacta arbitror.*

Maleficentia, æ, f. pr. Malefacientis vitium & affectus, Ondt/ ſkade/ ondſkab. *Sine maleficentia iter per provinciam fecit.*

Maleficus, a, um, qui malefacit, ſeu malefacere ſolet, Skadelig / wdediſk / Mißdeder. *Maleficus homo: maleficum animal ſerpens.* Et ſpecialiter pro venefico. Ut, *malefica mulier: malefica ars.*

Maleficium, n. ſ. malefici malum factum, Ondſkab / Ondgierning / Mißgierning. *Maleficia ſervorum.*

Manſvefacio, is, manſvetum facio, Tæmmer / giør tam/ ſactmodig/ ſpagferdig. *Feram manſvefecit.* Et translatè, *manſvefacere plebem.*

Manſvefactus, a, um, quod manſvefecimus, Tamgiordt/tæmpt. *Manſvefactus Leo: manſvefacta plebs: homo manſvefactus.*

Manſvefio, manſvetus fio, Tæmmis. *Fera manſvefit.*

Multifacio, cis, Caton. pro magni facio.

Olfacio, is, & antiquè odfacio, n. t. odorem percipio, Lucter noget. *Delphini olfaciunt ſagaciſſimè.* Et translatè, præſentio, Faar en luct eller nyeß der aff. *Annon ſex totis menſibus olfeciſſem, quàm ille quicquam caperit.*

Olfacto, as, n. pr, ſæpiùs olfacio, Lucter til. *Olfacta veſtimentum muliebre.* Et *ramum pulegii olfactandum dari juſſit.*

Olfactorium, n. ſ. Plin. florum vel odorum faſciculus delectandis naribus, & olfactus gratia comparatus, Saa ſom Urtekoſt / Oeſmerknap / Klæder pulffuer.

Olfactus, us, m. q. ſenſus ipſe olfaciendi, Luct/ Lucten/Luctelſe.

Patefa-

Patefacio, cis, patens facio, giør Aaben / Aabner / oplader. *Regi portas patefecit: viam patefecit hostibus.* Et translatè, manifesto, palam facio, Aabenbarer. *Rem omnem patefecit tribunus: patefecit odium in me.*

Patefactio, onis, patefaciendi actus. Ut, *patefactio rerum opertarum.*

Patefio, patens & manifestus fio. Ut, *patefit scelus.*

Pavefio, pavidus vel timidus fio. Ut, *in tanta violentia tempestatum videor paulum pavefactus.*

Perpavefacio, Plaut. valde pavefacio, giør megit ræd oc bange. *Earum pectora hodie perpavefaciam.*

Pinguefacio, cis, Plin. pinguem facio.

Pudefio, pudibundus fio, Blueß ved. *Pudefactus oris deformitate tibiam abjecit.*

Quatefacio, cis, Cic. pro concutio & expello, Støder ud eller affslaaer / fordriffuer / driffuer aff sted. *Nullo præsidio quatefacit Antonium.*

Rarefacio, cis, rarum facio. Ut, *rarefecit partes: rarefecit calido miscente vapore,* giør tynd / tynder.

Rarefactum, quod rarefecimus.

Rarefio, rarus fio. Ut, *rarefit ignis.*

Rubefacio, is rubrum facio, rubro colore tingo. Ut, *rubefecit ora suorum.*

Rubefio, rubicundus fio. Ut, *rubefacta sanguine tellus.*

Satisfacio, cis, quasi satis facio, Giør fyldist / fornøyer: sive id fiat verbis, sive factis, excusatione seu solutione, &c. *Satisfacit creditori, amicis, causæ, officio: literis suis satisfecit suspicioni, Cæsari, satisfacere naturæ*, i. e. mori. *Satisfacere legibus*, est exilio mulctari. Item *satisfacere alicui quippiam petenti: ad gratiam referendam iis satisfacere non potui.*

Satisfactio, onis, satisfaciendi actio, Fyldistgiørelse. *Satisfactionem tuam accipio,* Din vndskyldning.

Satisfio, ut, *satisfit mihi à te cumulatè.*

Semifactus, a, um, non integrè & perfectè, sed quasi dimidiâ tantum parte factus, halffgiordt. *Semifacta opera.*

Stupefacio, cis, stupere facio, stupentem reddo. Ut, *privatum luctum stupefecit publicus pavor.*

Stupefio, idem quod obstupesco. Ut, *fratris aspectu stupefactus hæsit.*

Obstupefacio, stupere facio, giør forfærdt / forfærder saa hand icke kand tale. *Non potuit coram judice cogitatè loqui, ita eum obstupefecit pudor.* Et *constantia obstupefecit tribunos & plebem.*

Sumptifacio, cis, Plaut. sumptus facio in re aliqua, Beføster paa / giør bekostning paa. Sumptifacere restim.

Superfit, Colum. pro supereſt. Ut, *quæ superfieri possunt custodienda, ne sumptus annuus, menstruus fiat.*

Tabefacio, cis, tabe conficio. ἄδηλον.

Tepefacio, cis, tepidum facio. Ut, *Solis is tactus est, ut non tepefaciat solum, sed etiam sæpè comburat: Sanguine tepefacit hastam.*

Tepefactus, a, um, quod tepefecimus. *Tepefacta eruore terra.* Et per auxesin. *Tepefactus cordæ, vulnere, sanguine: ensis, glacies tepefacta: alia verno tempore tepefacta frondescunt.*

Terrefacio, eis, terrorem injicio, terrore afficio. ἄδηλον.

Perterrefacio, cis, perterritum facio, forfærder. *Datum perterrefacias*: Et *ipso perterrefacto, omnia eorum consilia labuntur.*

Torrefacio, cis, torridum facio, ad ignem solémve siccò. Ut, *torrefacere uvas, vinacea, &c.*

Torrefactus, a, um, quod torrefecimus.

Tremefacio, cis, tremorem incutio, Kommer til at skælffue. *Lernam tremefecit arcu: se gravido tremefecit corpore tellus*, i. e. concutiebat.

Tremefactus, a, um, quod tremefecimus. Ut, *tremefacta pectora.* Et *tremefacta libertas*, i. e. concussa.

Tumefacio, cis, tumidum facio, giør hoffuen. *Extensam tumefecit humum.*

Tumefactus, a, um, quod tumefecimus. Ut, *vario nomine tumefactus glandes*, Ophoffuen. *Immoderato potu atq; pastu tumefacta.*

Alia Compositia, verba scil. quædam mutata terminatione & conjugatione cum nominibus eò pertinentibus.

Ædificò, as, ædes facio & struo, Bygger huuß. *Tribus locis ædificat.* Inde quodvis struo, Bygger. *Ædificat classes, urbem hortos, domum, mundum.* Et translatè *ædificare Rempubl.*

Ædificatio, onis, ædificandi actus, Byggelse / Bygning / byggen. Item ipsum quod ædificatum est.

Ædificatiuncula, parva ædificatio.

Ædificator, oris, m. t. qui ædificat. Ut, *Deus mundi opifex & ædificator.*

Ædificatoriæ machinæ, quibus ædificia faciliùs exstruuntur.

Ædificatus, a, um, quod ædificavimus, Bygt. *Carcer ædificatus ad illius pœnam: domus benè ex ratione ædificata.*

Ædificium, Cic. n. s. id. quod ædificatum est, Bygning / Huuss. *Exstruit ædificium in alieno.*

Coædifico, as, simul vel cum aliis ædifico.

Exædifico, as, totum & in fundamentis ædifico absolvoq;, Slett oc aldelis opbygger / bygger aff grund oc fuldkommer. *Publicâ pecuniâ domum exædificavit.* Et Plaut. *Exædificare aliquem, ex ædibus*, i. e. ejicere.

Inædifico, as, locum aliquem ædificiis impleo, Bebygger / Indbygger. *Inædificare plateas.* Et *inædificatur nido lapis altitis*, i. e. aptatur nidi ædificio.

Inædificatus, a, um, quod inædificavimus, Bygt ind / bebygt / Indbygt. *Loca inædificata.* Et *inædificatum est sacellum in domo tua*, pro simpliciter ædificatum.

Reædifico, as, rursus vel denuo idem ædifico, Bygger op paa ny.

Algificus, Gell. faciens algorem. Ut, *timor algificus*, qui frigus inducit.

Amplifico, as, amplum facio, vdvider / giør viid oc rum / giør stort aff. *Amplificat rem dicendo, ornando, amplificare res, fortunam, Rempubl. dolorem*, Forvider / forhøjer. *Amplificatur voluptas, sonus.*

Amplificatio, onis, amplificandi actus, Formeerelse / forøgelse. *Amplificatio rei familiaris.* Item amplificatio, figura quædam Rhetorica.

Amplificator, oris, m. t. qui dicendo rem amplificat. Ut, *rerum mearũ amplificator. Dignitatis meæ amplificator.*

Amplificatus, a, um, forbedret / formeeret. *A populo semper sum amplificatus: honore & gloria amplificatus: urbs amplificata*, i. e. aucta. Sic *Respubl. amplificata.*

Artifex, icis, om. t. qui artem aliquam exercet aut novit, dictus quòd arte quippiam faciat, Konstner / Konstermand. Aliter, Festo, artifices dicti, quod scientiam suam per artus exerceant, sive quòd aptè opera intet se arctent, quà ex causa etiam artes appellatæ sunt.

Artificium, n. s. artificis opus, sive opus singulari arte & scientia factum, Konstycke. Ponitur & pro ipsa arte. Ut, *Vicit hostes artificio & scientia oppugnationis.*

Item

Item pro ſtudio. Ut apud Macrob. *Quod artificium facis*, huad er ditt Haandverck. Item, pro fraude, aſtu, dolo. Ut *ſingulari artificio adverſarium aggreſſus eſt*, med behendighed/ ſnedighed. Sic *artificium ſimulationis* Item translatè, *artificium dicendi*, i. e. ſingularis quædam ratio. Ut, *artificium ex eloquentia natum, non contrà: artificium accuſatorium: Omne civili jure componere artificium.*

Artificialis, le, om. t. quod artificio quodam fit, Konſtig.

Artificialiter, Quint. cum artificio. Ut, *nec omittendum qua in re alius ſe inartificialiter, alius artificialiter gerat.*

Artificioſus, a, um, artificio conſtans, Konſtig. *Artificioſum & divinum opus: Mathematici de re artificioſa loquuntur: Eloquentia artificioſa.* Item habens artem & vim artificii, Konſtrig. *Artificioſa natura.* Et, *naturâ artificioſus ignis eſt ad gignendum.*

Artificioſè, adverb. Ut, *geſta, facta artificioſè.*

Inartificialiter, Quintil. nulla arte, nullo artificio, vden konſt/ groffligen.

Auctificus, Lucret. quod auget, quodq; momentum aliquod adfert ad incrementum. Ut, *genitales & auctifici motus rerum perpetuò ſervant creatâ.*

Aurifex, icis, m. t. faber aurarius, Guldſmed.

Aurificina, næ, aurificis officina, Guldſmedz verckſted/Guldſmedboe/Guldſmedie.

Beneficus, a, um, Cic. benignè faciens, beneficium præſtans, Gaffuemild. Comparaturq; beneficentior, beneficentiſſimus, & antiquè, beneficiſſimus.

Beneficentia, Cic. f. pr. benefici virtus & officium, Gaffmildhed/ Redebonhed til at giøre gaat eller vell.

Beneficium, Cic. n. ſ. genus officii, quo alicui benefit, Velgierning. Item meritum, quo demeretur ſibi quis aliquem, vel forſkylt.

Beneficiarius, Cæſ. qui beneficium accepit, beneficiis affectus: ſed reſtringitur dictio ad eum, qui vel ob datam vel dandam præclarè operam muneris vacatione, annuaq; ſtipe donatur: quales hodie apud nos ſunt quos Canonicos indigitamus, Canicker/ Prælater/ Vicarier. Item beneficiarii, qui à Principibus annua ſtipendia militiæ gratia accipiunt, Beſtelter.

Blandifico, as, act. pr. apud Perott. pro blandum facio.

Carnifex, icis, Cic. m. t. qui hominis carnem torquet vel conficit, Bøddel.

Carnificina, Plaut. f. pr. locus in quo ſontes à carnifice torquentur, aut conficiuntur, Kærterſted/Bøddelerj. Item tropicè, ipſa tortura, Pinſell/ Pine. Et translatè, quod miſerè animum hominis torquet. Ut, *nimia cura hominis eſt carnificina.*

Carnificium, Plaut. Carnificis factum, Bøddelſtycke.

Carnifico, as, Liv. act. pr. corpus humanum more carnificis in fruſta diſſeco, Marterer it Menniſke/ giør Bøddel aff ſig.

Excarnifico, as, in modum carnificis perimo, dilanioq;, Tager jammerligen aff dage / piner oc plager Bøddelvüß. Et translatè, *animum excarnificat*, Plager/ giør bange.

Caſtificus, Sen. caſtum faciens. Ut, *mens caſtifica*, quæ ſe purgat ex immunditie.

Cauſificor, aris, dep. pr. Plaut. cauſam prætendo, excuſo, giør ſig en Aarſag / giør en vndſkyldning. *Non cauſificor, quin ego illam habeam potiſſimum.* Item cauſificari dicitur jura allegare & in jure diſceptare.

Cerificare, Plin. apes dicuntur, cum ceram faciunt. Sed & aliter legitur fœtificare.

Clarifico, as. Plin. clarum facio. Ut, *herba hæc viſum clarificat.*

Colorifico, as, colorem facio. ἀδηλον.

Contemnificus, apud Lucill. qui contemnit, contemptu, contumeliâ afficit.

Damnificus, a, um, quod damnum infert. Ut, *beſtia damnifica*, Skadelig.

Delenificus, a, um, quod lenem facit. Ut, *delenifica verba*, Søde ord.

Dolorifico, as, dolorem facio. ἀδηλον.

Falſificus, Plaut. Ut, *animus falſificus*, qui facit fallacias.

Fœtificus, a, um, fœtum edens. Ut, *humor fœtificus.*

Fœtifico, as, n. pr. fœtum facio, emitto. Ut, *accipitres fœtificant humi.*

Forfex, icis, f. t. inſtrumentum, quo pannum aptat Sartor, & in commoda fruſta diſſecat, quaſi quo formam inducit & facit, Sags. Item inſtrumentum biſulcum, quo clavos emoliuntur fabri, Nibetange. Item, quo chirurgi dentes extrahunt, Bartſcher tange. Item *forfex cancrorum*, Krabbeſax: Sax paa Krabber/ Hummer/ Krebs och andet ſaadant. Aliter forfex, quaſi ferrum faciens.

Forficula, idem, vel parva forfex.

Fortifico, as, quaſi fortem facio, Styrcker. Animum fortifica.

Frigorificus, Gell. quod frigus inducit. Ut, *acetum frigorificum.*

Fumificus, a, um, fumum faciens. Ut, translatè, *mugitus fumifici*, i. e. ſpiritum emittentes inſtar fumi.

Fumifico, as, fumum facio, Giør røg eller luct. *Odore Arabico fumificat.*

Furtificus, a, um, Plaut. qui furtum facere ſolet, Tyffactig/ Snaphændedt. *Lena furtifica; manus furtificæ*, Tyffhænder.

Gratificor, aris, dep. pr. rem gratam ex mera liberalitate facio & beneficium confero, Giør til villie/ til gode. *Gratificor tibi hoc, & de hoc tibi gratificor.* Et diviſim, gratum facio ex obſequio quodam, h. e. obſequor & inſervio, giør det ſom kiert er och behageligt. Apparet hinc differentia: *Deus multa hominibus gratificatur, homines autem Deo grata faciunt.*

Gratificatio, onis, gratificandi actus, Villig tieniſte eller tieniſtactighed/tieniſtvilligheb.

Honorificus, a, um, quod honorem confert, Ærbydig. *In me conſul fuit honorificus: honorifica mentio alicujus: honorifica verba, honorificum Senatusconſultum.*

Honorificè, modo honorifico, ærbydeligen. *Honorificè conſurgitur. Cæſar Pompejum honorificentiſſimè appellat: honorificè loquitur, dicit, agit, promittit.*

Honorifico, as, act. pr. Lactant. honore afficio. Ut. *honorificant Regem.*

Perhonorificus, a, um, valdè honorificus. Ut, *ſalutatio perhonorifica.*

Perhonorificè. Ut, *te ſalutant perhonorificè.*

Horrificus, a, um, quod horrorem incutit. Ut, *horrificum bellum: horrificus lapſus, ſonitus*, grueſom/ gruſelig.

Horrifico, as, horrorem incutio, kommer til atryſte.

Inceſtificus, a, um, Senecæ, qui inceſtum commiſit, Blodſkænder.

Juſtificus, a, um, Catul. juſticiam faciens. Ut, *juſtifica mens Deorum.*

Lætificus, a, um, quod lætum facit. Ut, *vitis lætifica: vinum lætificum.*

Lætifico, as, lætum facio, giør glad / lyſtig. *Ita meum cor hæc annus lætificavit.*

Lætificor, aris, dep. pr. lætor, ſeu lætitia afficior, glæs dis ved. *Inimici meo damno lætificantur.*

Lanificus, a, um, qui lanæ artem facit & exercet, Saa ſom uldfarere oc uldſpindere. *Mulier lanifica, ars lanifica,* quæ circa lanam verſatur.

Lanificium, n. ſ. ſtudium & opera quæ lanæ impenditur, Uld handell oc gierning.

Lucifico, as, Laber. act. pr. lucidum facio.

Elucifico, as, Laber. luce privo ſive elucido. Ut *eluciſcabo exitum vitæ meæ.*

Luctificus, a, um, luctum faciens & inducens, Sørgelig. *Clades luctifica: verba luctifica: clangores luctifici.*

Ludifico, as, act. pr. & ludificor, aris, dep. pr. per jocum & ludum fallo, Gæcker/ganter/pudzer/ſkuffer/giør Nar aff en. *Hic me lepidè ludificatus eſt.* Sic *me meamq; filiam ludificat.*

Ludificatio, onis, ludificandi actus.

Ludificabilis, le, om. t. Plaut. quod ludos facit. Ut, *ludi ludificabiles,* Bedragelige/pudzvorn Læg.

Ludificatus, a, um, quem ludificavimus, Gæckedt/ fixeredt. *Ludificatus in certo prælio.*

Deludifico, cas, idem quod ludifico.

Luſcifico, as, act. pr. antiquè, pro cæco, quaſi luſcum facio.

Luſtrificus, a, um, quod luſtrandi & expiandi vim habet. Ut, *Cantus luſtrificus.*

Madifico, cas, Plin. idem quod madefacio.

Magnificus, a, um, centior, tiſſimus, qui ſumptibus honeſtis & ornatu ſe magnum præbet & quaſi facit, Prectig/herlig/koſtfri. *Vir eſt magnificus.* Et de rebus ipſis, cui ſumptus impenditur: *Ornatus magnificus, munera, ludi, cœna, opus magnificum.* Sic *oratio, villa magnifica.*

Magnificè, centiùs, centiſſimè, magnifico modo, Prectigen. *Magnificè domum convivium exornat: magnificè habitat, loquitur.* Magnificius comparat. Catoni, pro magnificentiùs.

Magnificentia, æ, f. pr. magnifici habitus & affectus, Prectighed. *Magnificentia villæ, Epularum, ædium, funerum, verborum.*

Magnifico, as, act. pr. quaſi magnum facio & extollo, Giør herlig/ophøjer/forhøjer / højt begaffuer. *Te ex omnibus unum voluit Venus magnificare.*

Mellifico, cas, act. pr. mel facio. Ut, *apes mellificant.*

Mellificatio, onis, mellificandi actus & opus.

Mellificium, n. ſ. opus apum mel facientium, Bonigverck oc Arbeid.

Mellificus, a, um. Ut, *opus mellificum.*

Mirificus, a, um, idem quod mirabilis, Vnderlig. *Fructus mirifici.* Et ſuperlat. *mirificiſſimum facinus.*

Mirificè, modo mirifico, & ſupra modum, Vnderligen/ med vnder/ offuermaade/ ſtorligen. *Mirificè ſtudiis delectatur.*

Mirifico, as, Plaut. mirabilem facio. Ut, *miro modo, mirificant eum cives Thebani,* i. e. magnificiunt & admirantur.

Mitifico, as, act. pr. mitem & placidum facio, giør ſtille oc tam. *Elephanti mitificantur hordei ſucco.* Et *mitificare cibum,* pro concoquere.

Mitificatus, a, um, quod mitificavimus. Ut, *mitificatus cibus* pro concocto: ſed hoc ambiguè legitur pro modificato cibo.

Modificor, aris, dep. pr. quaſi modum rei facio & capio, tager maall paa. *Modificatus eſt ſtaturam hominis.*

Modificatus, a, um, ad modos factum. Ut, *verba modificata,* nimrum tradu&a à propria natura in aliquem modum & τρόπον, Sancket oc ſammen ſat effter viſſe maade oc konſt. Hinc *Galli in omne corpus diviſo & modificato cibo cantus edunt,* pro concocto, vide in voce mitificatus.

Monſtrificus, a, um, qui monſtra dicendo vel faciendo facit & profert, Som kand ſpøge oc giøre ſelſom oc vnderlige ting. *Hominis ingenium monſtrificum.*

Monſtrifice, modo monſtrifico, Vnderligen. *Monſtrificè repræſentat capita equina.*

Munificus, a, um, qui munera præbet largè: Et animum potiſſimum ſpectat, Rund / Gaffmild. *Homo munificus: Dea munifica.* Comparat. munificentior, centiſſimus.

Munificè, modo munifico, Rundeligen oc Mildeligen. *Munificè prædam largitur.*

Munificentia, æ, f. pr. munifici virtus, Gaffmildhed.

Munifico, as, Lucr. dito, beatum facio, Begaffuer rundeligen oc Rigeligen. *Cives munificabat Dea.*

Munifex, icis, om. t. qui munus Principi facit, Beſtilnings Mand/ Ombodz Mand. Et *milites munifices,* qui munera faciunt, à quibus alii ſunt immunes. Item translatè, *mamma munifex,* quæ inter cæteras ſola lac ſoboli præbet.

Immunificus, a, um, non ſeu minimè munificus, h. e. avarus, tenax & ſordidus, Karg / Paaholden/ Sparpeng. *Homo eſt immunificus.*

Nidifico, as, act. pr. nidum facio, Giør rede/bygger. *His locis crebræ nidificant aves.*

Notifico, as, notum facio, giffuer tilkiende. *Notificabat pœnam, exitum.*

Opifex, icis, om. t. qui opera mercede locat, & facit, Haandtvercker/ Haandtverckſ Mand. *Omnes opifices in turpi ſunt exercitio.* Interdum idem eſt quod artifex, Bygmeſter. *Opifex mundi* | *Deus.* Et translatè, *verborum, vocabulorum opifex,* qui verbis operam dat, verbaq; fingit aut innovat.

Opificina, næ, f. pr. Plaut. pro officina operis aut operis effectione, Haandtverckſted / Verckſted/ eller Haandtvercket.

Opificium, n. ſ. opificis opus & factum, Haandtvercks Arbeid oc gierning.

Orificium, n. ſ. os cujusq; rei arte factum, Munde paa noget. Os dolii, Spund paa Tynder. Sed & de iis dicitur, quæ à natura oſtium & introitum habent. Ut, *Orificium ventriculi geminum, inferius & ſuperius,* per hoc recipitur cibus; per illud ejicitur.

Pacificus, a, um. paci ſtudens, Fredſommelig/ fredelig. *Pacificus Dux: pacificus ſermo.*

Pacificor, aris, dep. pr. pacem cum aliquo facio; ab armis diſcedo, Fordrager/ fordragis. *Servius pacificatus eſt cum librario ſuo.* Item paco, concilio, Stiller til fredz/giør til vens. *Pacificatur Divos.*

Pacificatio, onis, pacificandi actus, Fordragelſe/ fordrag. *Nulla ſpes pacificationis eſt.*

Pacificator, oris, pacis faciendæ arbiter, Fredſamler/ Fredgiører.

Pacificatorius, a, um, quod eſt pacificatoris, vel ad pacificatorem pertinet. Ut, *legatio pacificatoria*, Bud/kab oc Sendebud til at giøre fred.

Panifex, icis, m. t. qui panem facit, Baggere.

Panificium, n. ſ. panificis opera, ſive actus faciendi panem, Bagning.

Panificus, a, um, idem quod panifex. Ut, *mulier panifica.*

Poëtificus, Enn. Ut, fons poëtificus, qui facit Poëtam. Potantes enim ex fonte Caballino fingebantur fieri Poëtæ.

Pontifex, icis, m. t. qui publica religioni, ſacris & ceremoniis, ſacerdotiisq; præeſt, ſic dictus à Ponte ſubliceo, quem hujusmodi ſacrorum Magiſtri initiò fecerunt, & inde ſæpiùs refecerunt, Biſpe / ypperſte Præſt. Et peculiariter Eccleſiaſticis, Papa Romanus, Paffve. Aliter deducitur à poteſtate faciendi & ordinandi ſacra.

Pontificatus, us, m. q. Pontificis dignitas & officium, Biſpekald.

Pontificialis, le, om. t. quod ad Pontificem pertinet. Ut, *Pontificialis auctoritas, honor. Pontificiales libri*, in quibus ſacræ ceremoniæ continentur. *Cœna pontificialis*, pro ſumptuoſa & exquiſitis epulis inſtructa, quales dabant inaugurandi & initiandi Pontifices.

Pontificius, a, um, quod eſt Pontificis. Ut, *jus Pontificium.* Et abſolutè, *Pontificium*, Gell. pro cognitione & auctoritate Pontificis. Item plurali. *Pontificia, orum*, pro libris Pontificiis.

Purifico, as, purum facio, Renſer. *Purificavit ſe à concubitu viri: ſolenniter ſe purificant.*

Purificatio, onis, purificandi actus, Renſelſe. *Purificatio gentilium fiebat vivâ aquâ.* Unde Eccleſiaſticis, *Dies purificationis*, Kyndelmiſſe dag / in qua ſcil. Maria mater Chriſti ſe juxta legem Moſis purificavit oblationibus ſuis.

Regificus, a, um, idem quod regalis. Ut, *apparatus regificus.*

Regificè, regio apparatu. Ut, *homo inſtructus regificè*, Kongeligen.

Rumifico, as, Plaut. pro magnifico. Verùm ſuſpecta eſt lectio, legentibus quibusdam Rumifero.

Sacrificus, a, um, quod ad ſacra attinet. Ut, *tibiæ ſacrificæ*, quibus utebantur in ſacrificiis. *Dies ſacrificii*, in quibus ſacra fiunt. Sic, *veſtis ſacrifica; ritus ſacrifici.* Et abſolutè, *ſacrificus*, qui ſacra facit, Meſſepræſt.

Sacrificulus, m. ſ. idem quod ſacrificus, qui ſacris operatur. *Rex ſacrificulus*, qui creatus erat: quòd quædam ſacra ita eſſent inſtituta, ut neceſſe eſſet ea per Regem obiri.

Sacrificium, n. ſ. ſacrum ſeu res divina, Offer oc Kirckefetieniſte i Kircken. *Sacrificium centenarium*, quod centenis fiebat, Græca voce, Hecatombe.

Sacrifico, as, act. pr. ſacrum facio, Offrer. *Sacrificat Jovi.* Item per ſacrificia veniam peto, Beder om naade. *Semper ſacrificat, nunquam litat.*

Sacrificatio, onis, ſacrificandi actus, Offring.

Saxificus, a, um. Ut, os ſaxificum: *ſaxificus vultus*, qui aſpicientes in ſaxa vertit.

Senſificus, a, um, Macrob. quod ſenſus cauſam præſtat. Ut, *ſpiramentum ſenſificum.*

Significo, as, act. pr. ſigno aliquid oſtendo, & indico, Bemercker oc betyder. *Quid hæc celeritas & feſtinatio ſignificat? hoc tibi ſignificabo per literas*, Giffuer tilkiende/Giør kund/kab paa noget.

Significans, tis, & comparat. ſignificantior, om. t. Idem eſt quod apertus & evidens, Klaart / Aabenbart / Merckeligt. *Eo nihil inveniri poteſt ſignificantius.*

Significanter, adverb. modo ſignificanti & expreſsè. Ut, *ſignificantius diſponit*, Klarligen/merckeligen / vdtryckeligen.

Significatio, onis, Cic. ſignificandi actus. Ut, *ſignificatio doloris, probitatis, adventus.*

Significatus, us, m. q. Plin. idem. Ut, *tempeſtatum ſignificatus.*

Signifex, Apul. qui ſigna facit, h. e. ſtatuas, Billedes Snider eller Gyder.

Adſignifico, cas, Varr. idem quod ſignifico, vel ad vivum ſignifico. Ut, *olim tonſores non fuiſſe adſignificant antiquorum ſtatuæ.*

Præſignifico, as, ante ſignifico quæ ſunt futura. Ut, *præſignificat hominibus, quæ ſunt futura.*

Somnificus, a, um, quod ſomnum inducit. Ut, *medicamentum ſomnificum.*

Spurcificus, a, um, qui ſpurca & fæda facit, Wtuctig i ſin gierning.

Superbificus, a, um, ſuperbè ſe gerens. Ut, *manus ſuperbifica.*

Tabificus, a, um, quod tabem facit & inducit. Ut tabificum venenum, Suindſottig. Et *ægritudo & metus tabificæ perturbationis, quòd mentem lacerent, tabemq; cruciatum & afflictionem inferant.* Sic *vis tabifica*: *aër tabificus.*

Tabificabilis, le, om. t. antiquis idem.

Terrificus, a, um, quod terrorem incutit, Forfærdende/ forſtreckende. *Terrifici vates*: *ſtridor terrificus*: *fulgores terrifici.*

Terrifico, as, Virg. terrorem incutio, Forfærder/ forſtræcker. *Cæci in nubibus ignes terrificant animos.*

Teſtificor, aris, dep. pr. teſtibus firmo & notum facio, Vidner om/ vidner for alle. *Teſtificor me hoc facturum*: *teſtificor me expertem belli fuiſſe.* Item teſtem cito, Kraffuer til vidnisbiurd. *Teſtificatus eſt Deum*: *teſtificor noſtram amicitiam.*

Teſtificatio, onis, teſtificandi actus & probatio per teſtes, Stadfeſtelſe. *Teſtificatio ejus rei ſublata eſt.* Et, *teſtificatio tuorum in me meritorum*, i. e. declaratio, aſſertio, profeſſio.

Teſtificatus, a, um, paſs. quod teſtificati ſumus, Omvundet. *Abs te teſtificata voluntas omittendæ provinciæ.* Et activè, *lingua Deum teſtificata eſt præſentem*, i. e. citavit teſtem.

Triſtificus, a, um, quod triſtitiam affert. Ut, *vox triſtifica.*

Turpifico, as, Cic. act. pr. turpitudine afficio. Unde *animus turpificatus.*

Vaſtificus, a, um, quod vaſtitatem & populationem affert. Ut, *belva vaſtifica.*

Velificus, a, um. Ut, *curſus velificus*, qui velis fit.

Velifico, as, n. pr. vela facio, navigo. Ut, *per ſumma æquora velificant.* Et paſs. *velificatur Athos*, i. e. circumnavigatur.

Velificor, aris, dep. pr. Ut, translatè, *velificari bonoti ſuo*, i. e. ſummo conatu ceu velis & remis honori operam dare. Et *velificantur verbis.*

Velificatio, onis, velificandi actus, Seiglen.

Velificatus, a, um, particip. qui velificabatur. Ut, *ad infernas velificatus rates*, Seigler hen til.

Venefícus, a, um, veneno inficiens. Ut. *Venefícus aſpectus*, forgifftigt. Et abſolutè, gen. maſc. qui venena conficit, & incantationibus & cæteris malis artibus utitur, Tryllere/bedragere. Et in gen. fœmin. venefica, Troldkone.

Veneficium, n. ſ. crimen quo quis veneno tollitur. Item quo quis incantationibus circumventus eſt, Tryllerj.

Trivene-

Triveneſica, æ, f. pr. inſignis veneſica, Zaul/ Troldkone.

Verſifico, as, act. pr. Quintil. verſus facio.

Verſificatio, onis, verſificandi actus.

Verſificator, oris, qui verſificat.

Vulnificus, a, um, Virg. quod vulnus infert. Ut, *Vulnificus chalybs.*

FÆX, cis, f. t. matrix ſive radix vini, cereviſiæ, ſimiliumq; qua alitur & viribus ſuſtentatur, quæquè faciendo ſordes, ſecernit, tandemq; ſubſidet, à facio, quòd faciat, Vinmoderen/Bærme. Et de cereviſia, dum adhuc innatat aliunde adhibita ad provocandam matricem, Gieſt/giærdt: tum inde quod ſubſidet, øll Bærme, Sic *fæx unguenti*, eſt materia craſſior ex qua expreſſum eſt unguentum, græcâ voce aliàs magma. Inde translatè, *fæx civitatis*, pro plebe infimæ ſortis vitæq; ſordidæ, Sloer. *Fæx Romuli*, i. e plebs Romuli ſordidiſſima.

Fæcaria ſparta, quâ ineluſa fæx prælo imponitur, ut vinum fæcatum exprimatur.

Fæcatum vinum, quod è fæcibus eſt expreſſum.

Fæciniæ uvæ, quæ plus quàm cœteræ fæcis afferunt.

Fæculentus, a, um, fæcis plenum. Ut, *aqua fæculenta.*

Fæcutinus, a, um, Gell. idem. Et translatè, *fæcutina definitio*, quæ impura eſt & malè cohæret.

Compoſita.

Defæco, as, act. pr. à fæce purgo, & quaſi fæcem detraho, fortapper. *Defæcare vinum, muſtum, cereviſiam.* Et translatè, *defæcare animum*, i. e. curis exonerare, ſlaa tancker aff hoffuedet.

Defæcatus, a, um, quod defæcavimus. Ut, *vinum defæcatum.* Et translatè *animus defæcatus*, Giort klart oc Renſet aff all fryct oc omſorg.

FAGUS, gi, f. ſ. arbor eſt glandes ferens echinatas, & granis triangulares, à φάγω, edo, quod ejus glandibus victitarent initiò homines, Bøg. Eſt & Græcis φηγὸς nomen arboris eadem origine: exponiturq; modò Eſculus, modò nomen arboris ex quercuum genere modò idem quod fagus.

Fageus, a, um, quod ex fago arbore eſt. Ut, *glans fagea*, Bog.

Fagineus, a, um, idem. Ut, *frondes fagineæ.*

Faginus, a, um, idem. Ut, *pocula fagina*, Bøge dricke ſtobe. *Faginus axis*, Bøge Axell.

Fagutal, Romæ erat ſacellum Jovis, in quo erat fagus, arbor Jovi ſacra.

FALA, ſive Phala, æ, f. pr. turris lignea ſpectaculorum gratia erecta, aut etiam contra hoſtes exſtructa: ſic dicta ob altitudinem, ab Hetruſca voce falanto, cælum ſignificante; vel à φάλασθαι, ejuſdem ſignificationis, Palladz/Skandzetaarn. Legitur & falla, expoturq; etiam fallacia, eâ ratione, quâ machina, fabrica & ſutela. Sed aliàs per conciſionem dicta habetur à fallacia; vel immediatè à fallo. Aliter à φαλὸν, quod ſplendidum, illuſtre, eminens ſignificat, quaſi quæ viſui, propter altitudinem ſplendeſcebat & eminebat.

Falarica, æ, f. pr. genus teli miſſile valido præfixum ferro, convolutoq; haſtili, ſulphure, reſinâ, bitumine, ſtuppâ, oleoq; infuſo, ad incendendas falas: vel quo ex falis utuntur, aut contra falas præfixum ferro & ignitis materiis armatum, Saa ſom nu brugis/ Fyrſlanger/ Fyrkranze/ Fyrbolde/ Granate/ oc andet ſaadant/ til at kaſte eller ſkinde Ild paa Feſtninger. Scribitur & aſpiratè, Phalarica.

FALX, cis, f. t. ferramentum recurvum, quo ſegetes herbævé reſecantur, à Syriaco Phelec, ejusdem ſignificationis, Segell/Lee. Item ad hujus ſimilitudinem, culter, quo uvæ e vinea eximuntur, Kancke Snidzer. Item quo utuntur calcearii, Pindkniff. Item bellicum inſtrumentum adunco ferro præfixum ſive navale, ſive murale, quo naves appræhenduntur, vel ædes aut munitiones diruuntur, Krigshager/Munrhager/Ildhager/ Skibshager/Bodzhager. Item inſtrumentum erat, quod inſtar haſtæ geſtari poſſet ad pugnandum, cædendum, trahendum, Jt ſlags Hellebaarder/ baade med ſticker oc hage.

Falcula, æ, f. pr. parva falx. Et translatè, falculæ dicuntur ungues recurvi Pardorum, Pantherarum, &c.

Falcarius, a, um, quod ad falcem pertinet. Ut, *cotes falcariæ*, quibus falces acuuntur. *Annulus falcarius*, Lees hylcke. Et *falcarii miniſtri ſeu ſatellites*, falcibus militaribus armati, Drapantere.

Falcatus, a, um, quod falcis formam habet. Ut, *Enſis falcatus*, Teſack/ Sabbell. *Cauda falcata*, Krumſom en Segell. Item falce inſtructum; ut, *falcati currus*, vel qui falcato erant roſtro, vel quorum axes falcibus erant muniti contra vim hoſtilem.

Falcidia lex, quæ falcat, h. e. amputat legata, quando, ut minimum, quarta bonorum pars non ſupereſt hæredibus.

Falcito, as, Auguſt. falce cædo. Ut, *falcitare vineam.*

Falco, onis, m. t. genus accipitris à falce dictū, quod ad falcis ſimilitudinem ungues habeat introrſum flexos, Falck.

Compoſita.

Defalco, as, falce abſcindo, ſkær med Segle. ἀδηλον.

FALLO, is, fefelli, falſum, act. t. propriè, aliud loquor, aliud ſentio, à σφάλλω, ejusdem ſignificationis, Skuffer/bedrager/kommer i vildfarelſe *Quidvis cupio, dum, ne ab hoc me falli comperiar*, Bedragis/ narris. *Fallit amicos: omni fraude & perfidiâ fallit. Divinatio fallit nonnunquam, ſpes me fallit*, Slaar feil. *Animus fallit: fructu eum fefelliſti: fallit opinionem, fidem*, Bryder tro oc loffue. *Hoc me fallit*, i. e. præterit, ſeu latet, hoc ignoro, Ved inter/gaar mig forbj. *Fallere tempus*, Fordriffue tiden. *Fallere tadium*, Forſlaa tancker. *Fallere otium*, tage ſig noget til/at mand ſkall icke gaa øreloos. Et paſſ. *fallor animi: fallitur opinionibus.* Aliter à φηλᾶν, i. e. decipere.

Fallax, acis, fallaciſſimus, om. t. quod fallere ſolet, Bedragelig. *Fallax judicium, ſpes, merces, Aſtrologus.*

Fallaciter, & ciſſimè, modo fallaci, Bedrageligen. *Fallaciter imitatur: fallaciſſimè ſe vendicat.*

Fallacia, æ, f. pr. fallacis ratio & habitus, Bedrægerj.

Falla, veterib. pro fallacia, vide Fala.

Fallacioſus, a, um, fallacis plenum. Ut, *fallacioſè ambages.*

Fallus, a, um, quem fefellimus, ſeu qui fallitur, Bedragen/ſlaar feil i ſine tancker eller gierninger. *Haut falſa ſum, nos odioſas haberi*, Jeg viſte vell/ ſlog icke feil. Et amiſſo tempore, quod fallit, Falſk icke ſand eller ſandferdig/uſandferdig. *Falſa ſententia, ſpes, falſum ſomnium, falſus homo*, quæ nos fallunt & in errorem inducunt: *falſus honor*, i. e. non genuinus, vrang/ falſk. Sic *opinio, amor, benevolentia, falſa, ſententia falſa*, vrang menning. *Falſæ literæ*, falſke Breffue. *Falſum ad te ſcripſi*, Skreſt vrangt. *Falſus tutor, falſum teſtamentum*, quod non eſt genuinum, ſed ſuppoſitum, Vrang/falſk/forfalſket/icke ſandſkyllig.

Falsè

Falsè & Falsò, adverb. Ut, *falsò me habes suspectum*, Vrangeligen fortenckt. *Falsè facit*, Giør suig-acteligen/ bedrageligen/ vrangeligen.

Falsarius, Svet. qui scripta publica vel literas falsificat, Breff Falsker.

Falsimonium, Plaut. idem quod fallacia.

Falsitas, atis, f. t. falsi seu fallendi ratio, Falshed/ bedragerj/ Løgn. *Parum virium falsitas habet.*

Falso, as, Jurisconsul. falsum facio, Forfalsker. *Pondera & mensuras falsavit.*

Composita.

Refello, lis, act. t. arguendo falsum dictum ostendo: Giendriffuer oc beviser wrett at være sagt: *Dicta ejus, orationem, mendacia, Astrologorum prædicta, sine pertinacia, sine iracundia refellebat.*

FAMA, æ, f. pr. sermo de re, qui spargitur, sive is bonus sit, sive malus, à Φήμη, ejusdem significationis, Rycte oc naffn. Fama est, Jovem sic fecisse, Ryctet er/ eller gaar. Aliter immediatè à fari, ut Φήμη à Φάω, loquor.

Famella, Festo, quasi parva fama.

Famosus, a, um, famâ quasi abundant, Ryctbar/ beryctedt. Et potissimè in malam partem, Vanryctedt. *Mulier famosa.* In bonam autem: *famosa urbs, famosa causa*, Beryctet/ Naffnkundig.

Composita.

Defamo, as. Unde apud Gell. *defamata vocabula*, i. e. ignominiosâ famâ notata, Beryctet/ haffr ond rycte.

Diffamo, as, act. pr. in diversas partes famam fero & plerumq; malignè, Berycter/ tall ilde paa/ vdspreder snack om noget.

Diffamatus, a, um, quod diffamavimus, Beryctet/ vdspredt. *Probroso carmine diffamatus: adulterium diffamatum.*

Infamis, me, om. t. quasi sine fama, seu qui mala est fama, Vanryctet/ som haffuer ont rycte oc naffn. *Homo stupris; flagitiis infamis.* Et translatè, *digitus infamis*, qui medius est inter omnes: sic dictus per similitudinem quandam rei obscœnæ, Den store finger/ Langmand: vel quia in infames porrigi solet: vel quia eo derisionis causa ostendimus.

Infamia, æ, f. pr. infamis nota, seu mala fama, Vanryct/ ont ryct oc naffn.

Infamo, as, act. pr. infamem facio, infamiâ afficio, Vanrycter/ kommer en i Raab oc ry. *Senecam infamabit.* Item quasi famam alicujus rei spargo & divulgo, Vdspreder/ vdfør for alle mand. *Infamandæ rei causa januam observari jubet.*

Infamatus, a, um, Ovid. Ut, *Dea infamata.*

Perinfamis, me, om. t. valde infamis. Ut, *amore perinfamis.*

FAMES, ei, f. t. pr. corr. edendi cupiditas, à Φάγω, edo, Hunger/ Sult. Et translatè, annonæ caritas, in qua scilicet multi fame periclitantur, Hunger oc dyr tid. *In fame frumentum exportare ausus est.*

Famelicus, a, um, qui fame laborat, Hungrig/ Sulten/ Sluncken.

Famelicosus, a, um, qui frequenter famelicus est. Unde veteribus translatè, *famelicosa terra*, pro palustri.

Fameo & Famesco, fame laboro, cibumq; appeto, Lider hunger.

FAMULUS, m. s. pr. corr. servus domesticus, ab osca voce famul, ejusdem significationis qua & Ennius usus est, Huusstiener/ Tienistkarll eller Dreng. Inde adjectivè, *manus famula: aqua famula*, quæ nobis famulatur, Tienende/ Tienistactig. *Famulus Rhenus: famulum nemus*, nobis quod famulatur, & quasi famuli officio fungitur, Som tien oss. *Res ista modè mihi famula est*, Det tien mig nu. *Famulus Equus*, Den Hest tien mig nu.

Famula, læ, f. pr. idem in genere fœminino, Tienist Pige eller Quinde. Et translatè, *Virtus famula fortunæ.*

Famularis, re, om. t. quod ad famulum pertinet. Ut, *vestis famularis*, Tienistе klæder. *Famularia jura*, quæ sunt de famulis, seu quæ populo libero dantur modo famulari & servili. *Turba famularis*, Tienistе Tiund.

Famulatè, adverb. Stat. pro more famuli. Ut, *famulatè timet.*

Famulitium, tii, n. s. Macrob. famulorum munus & turba, Tiund/ Tienistefolck.

Famulor, aris, dep. pr. famuli fungor officio, Tiener til haand/ Tiener dagligen. *Fideliter ipsi famulatus est.* Et translatè, *fortuna nobis famulatur*, cum conatus nostros adjuvet.

Famulanter, veterib. pro suppliciter & in modum famuli, ydmygeligen/ Tienistacteligen. *Famulanter petit.*

Famulatio, onis, Apul. famulandi actus, vel ipsa famulantium copia, Tienistе/ Tienistetiund. *Mulier frequenti stipata famulatione.*

Famulatus, us, m. q. famulandi actus vel ratio, Tienistе. *In famulatu vixit tres annos.*

Familia, & veterib. Famelia, f. pr. collegium est plurimorum famulorum sub uno Domino, qui Paterfamilias dicebatur, Tienistе Folck/ Tiunde. Non tamen de servis tantum utriusq; sexus, sed & de liberis dicitur, Tiund oc Børn/ gandske Huuß/ baade Tiund oc Børn. Familiæ enim distinguebantur olim in duos ordines: Servos, qui familia nuncupabantur: Ingenuos, qui *familia aurea*, quorum Dux & Princeps generis vocabatur Pater & Materfamilias. Item familia dicitur tota Patrisfamilias possessio, Boe oc Haffue. Unde *herciscere familiam*, est possessionem dividere. Et translatè, cognatio, seu qui ex eadem sunt cognatione, Huuss oc Slect Stamme. *Regis familia*, Kongens Huuss/ Slect och Stamme. Item secta, Sect. *Familia Peripateticorum, gladiatorum, histrionum.*

Familiaris, re, om. t. rior, rissimus, quod ad familiam pertinet, vel est ex familia. Ut, *familiaria negotia*, Huußbestillinge. *Res familiaris*, Huussisbehoff/ godz oc haffue. *Pecunia familiaris*, Huusseiz eller egne penge oc formue. *Focus familiaris*, Egen Arnsted oc Ildsted. *Sella familiaris*, sive familiarica, sella est reddendæ alvo deputata, Hiemmelig Stoel/ Barne stoel. *Familiaris vita*, quam quis domi agit à nemine vocatus, Et translatè, *arbor Italiæ familiaris*, quæ ei regioni peculiaris est & quasi domestica, Som groer der almindeligen oc eylanden sted. Item, absolutè, familiaris, qui amicus est singularis, & quasi unus è familia, quotidianaq; consvetudine, Synderlig ven/ daglig ven/ En ven i daglig omgengelse. Item, Gemeen/ velkiendt. *Nimis te familia-*

familiarem facis, giør dig for gemeen. Et rursus adjectivè, quod familiarem refert, Venlig. *Hoc mihi familiare est*, Gemeen/almindeligt. *Familiaris homo res*, Gemeen / almindelig: quasi in familia & quotidiana conjunctione.

Familiariter, adverb. familiari modo, Venligen. *Familiariter mecum egit: familiariter me habuit: Nimium familiariter me attrectas*, for gemeen/forvenligen: *familiariter ferre mortem alicujus*, ut graviter & molestè ferre, ut solent familiares.

Familiaritas, atis, f. t. familiarium ratio, consvetudo & nexus, Venlig omgengelse / daglig vensfab/daglig omgengelse. *Pro nostra familiaritate & amicitia hoc egi.*

Composita.

Filiusfamilias, m. t. qui adhuc in familia parentum est.

Materfamilias, f. t. quasi familiæ mater, non uxor simpliciter, sed & Domina in familia domestica & hæres omnium mariti bonorum, Husfrui Huset.

Paterfamilias, m. t. qui primus est in familia, & quasi pater familiæ, sive puber sit, sive impuber, Husbond i Huset/ Husfader.

Perfamiliaris, re, om. t. valdè familiaris.

FANUM, ni, n. s. pr. prod. locus, quem certis verbis fando numini consecravit collegium Pontificum, Indviet Kircke: ideoq; à fando dictum; vel quasi in quo fari & effata dare solebat oraculum, Høylhør. Aliter à Faunis, quibus templa error gentium construebat. Item veteribus dicebatur Hanum, & Deminut Hannulum.

Fanaticus Sacerdos, numine plenus & furore divino percitus, in fanis oraculum dabat. Item Christianis per ludibrium, qui verbum Dei furiosè tractat, seu qui impias suas ratiocinationes pro verbo Dei seu contra verbum furiosè obtrudere vult, Suærmer / Gåln oc Rasende Præst udi eller mod Gudz ord. Item fanaticus dicebatur, cui error & morbus immissus erat à Diis propter violata numina, Forbistret / Ellevild Besat. Item adjectivè, *fanaticum carmen*, quod à fanaticis editur.

Composita.

Profanus, a, um, quod fani religione non tenetur, quasi procul à Fano, à sacris remotum, & non sacrum, whelig/Verdslig. *Sacrum an profanum habeas parvi penditur. Homo profanus*, qui non est initiatus sacris: *profanus usus.* Et translatè, sceleratus, impius. Ut, *odium profanum.* Item imperitum. Ut; *profanum vulgus*, Groffue Almue. *Profanus literarum*; Macrob. i. e. ignarus literarum. *Curionis profani* munus erat, in theatro recitare coràm Principe postulata aut supplices libellos alicujus.

Profano, as, act. pr. profanum facio, ex sacro profanum facio, Vanhelliger oc vender hen til en Verdslig brug. *Profanabit sacra, sacerdotes.*

Profanatio, onis, profanandi actus, Vanhelligelse/ vanhelligen. *Profanatio sacrorum.* Item pollutio; Besmittelse. *Profanatio urbis ex sanguine civili.*

Profanatus, a, um. quod profanavimus, Vanhelligedt / vend til Verdslig brug. *Profanatum templum.* Item pollutum. Ut, *profanatum funus: profanatæ manus: profanata terra.*

FAR, farris, n. t. generale nomen fuit comprehendens omnia genera frumenti. Indè restrictum est ad certum quoddam genus, quod alio nomine ador dicitur, à fero

vel facio, quòd illud ferat terra, vel faciat, hart Korn/ saa som Hvede/Rug/ Byg. Ponitur & aliquando pro farina. Aliter à facio, quòd in pistrino fieret, h. e. pararetur & contunderetur. Item à frango, quòd pilâ frangeretur ante usum molarum.

Farraceus, a, um, idem quod farreus. Ut, *farraceus pollen*, Dystmeel aff Korn.

Farraria pila, instrumentum ad pinsendum far, vel in qua far pinsebatur ante inventionem molarum.

Farrago, inis, f. t. quod ex pluribus satis fit. Ut, hordeo, vicia, leguminibus, daturq; jumentis in pabulum, sic dicta, quod in farracea segete primùm seri cœptum sit, Blandkorn/blanding/sludekorn, Apud Persium legitur pro farre vel frumento. Translatè dicitur de rerum variarum commistione, Allehaande blanding/Fyldkalck/Ripsraps/Manggodtz.

Farreatio, onis, f. t. genus sacrificii, quo, adhibito libo farreo solenniter nuptiæ contrahebantur sacerdotibus, Præstebryllup / hvor der Offredis Bryllups kager.

Farreus, a, um, quod ex farre confectum est. Ut, *panis farreus.*

Farreum, n. s. genus libi ex farre factum. Item locus ubi far frangitur. Exponitur & sartago, in qua far torretur.

Farina, næ, f. pr. far molâ comminutum, Mæll.

Farinaceus, a, um, quod ex farina factum est.

Farinarius, a, um, quod ad farinam pertinet. Ut, *cribrum farinarium*, Mælsold. *Cella farinaria*, Mælkammer eller Keller.

Farinarium, n. s. locus ubi servatur farina, Mælbæng.

Composita.

Confarreatio, sive Confarratio, onis, f. t. genus sacrificii inter virum & uxorem ordinis sacerdotalis insignum firmissimæ conjunctionis. Vide suprà. Farreatio.

Diffarreatio, f. t. genus sacrificii in signum divortii seu dissolutionis: nimirum sacrificium, quo solvebatur matrimonium per farreationem contractum, contrario ritu.

Suffarraneus, qui far non magna quidem copia, sed exiguis & vilibus vecturis convehit in castra, Kornpranger i Krig.

FARCIO, cis, farsi, fartum & veteribus farsum sive farctum, act. q. à far, quasi farre impleo, animal, scil. saginandum. Ut, *farcire porcum*, mædske och giffue paa it Suin. Sic *farcire aves*, i. e. saginare. Inde accipitur simpliciter, sed translatâ significatione pro impleo, Fylder/stopper. *Farcire parietem cæmento: farcire pulvinum plumis.* Et novâ translatione, *farcire alicui centones*, est figmenta & mendacia ingerere, Fylde en med løgn.

Farcimen, n. t. intestinum farre vel concisa minutim carne simili ve fartura oppletum, Pølse.

Farciminosum jumentum, cui fistulis quibusdam subtercutaneis corruptus humor manat, plurimasq; toto pectore collectiones patitur, fuld med vørner.

Fartilis, anser, Plin. pro farto vel qui farcitur. Et absolutè, *fartilia, orum*, buccæ sunt quibus altiles saginantur, Klumper / stycker/ bidsken mand stopper kapuner oc andre fugle i munden til at mædske oc fede.

Fartor, oris, m. t. qui farcit & saginat aves lucri causa, Fugle mædsker. Exponitur & qui farcimina facit, Pølsmager. Item translatè, qui candidatis obvian-

tium

tium nomina ingerebat, quasi infarciens ad compellendos eos nomine & conciliandos eorum animos.

Fartus, a, um, quod farsimus, Fylt / stoppedt. *Pulvinus rosâ fartus: fartus coriandro ventriculus.* Et *farta ceres*, est abundans & copiosa. *Porcus fartus*; integris animalibus fartus, quem Romani vocabant porcum Trojanum, ad similitudinem Equi Trojani, qui refertus erat militibus, fyldt. Aliter legitur farctus & farcitus.

Fartum, n. s. quo quid farcitur, Fylning/stopning. Et Plaut. festivè *fartum vestis* dicitur, mulier corpulenta, quâ vestis oppletur, Itt stycke krop. Item genus libi in sacrificiis farre, tritico, hordeo, faba, semine rapacio, thure ac vino additis oppletum. Sed in hac significatione aliter scribitur *Fertum*, à fero.

Farticulum, n. s. parvum fartum vel farcimen

Fartim, adverb. Apul. pro modo farto vel fartili. Ut, *parabat fiscum fartim concisum*

Fartura, & farsura, f. pr. actus farciendi altilia, mædskning/giffning eller gifft. Item fartura vel farctura pro factu parietum. Item cæmentum quo tumultuariè intrinsecus farciuntur parietes, Indfyldning/ fyldefalck: quo tamen loco & invenies fracturæ, quasi fracta cæmenta, Fliser til Indfyldning.

Composita.

Confercio, cis, idem quod infercio. Ut, *myrrham infolles conferciunt.*

Confertus, a, um, quod conferstmus, Fylt / stoppedt. *Confertus cibo.* Et translatè, *conferta turba*: *conferti milites*, i. e. copiosi, densi. Et comparat. *Homines confertiores stabant. turba confertissima*, Tiuck skare.

Confertim, adverb. densè, tiuckt. *Confertim pugnant & cædunt.*

Differcio, cis, omnibus & diversis partibus farcio, h. e. impleo.

Differtus, a, um, quod differsimus. Ut, *forum nautis differtum.*

Effarcio, cis, ad summum farcio. Ut, *interstitia saxis effarciuntur.*

Infarcio, cis, in rem aliquam aliquid farcio, Ifylder/ Istopper/ Ipropper. *Cibo se infarcit*: *parietes cæmento infarcire*: *In carnem salem infarcito.* Et translatè, infarcire verba, pro confusè inserere, Fylde op med ord uden all skickelighed.

Offercio, cis, idem quod infarcio, seu circum farcio, Omkring stopper.

Offertus, a, um, quod offersimus. Et, amisso tempore, idem quod plenum. Ut, *optumitates gaudio offertissimæ. Offertissimam hæreditatem adeptus*, i. e. pinguissimam.

Refercio, cis, totum vel valdè farcio. Ut, *refercire urbem hospitibus, militibus. Et refercire omnia libris.*

Refertus, a, um, quod referstmus, Opfylt. *Litera omni officio refertæ*: *Gallia negotiatorum referta*: *mare refertum prædonum. Locuples & referta domus*: *refertus præmiis & donis*: *vita bonis undiq; referta.*

Suffarcinatus, a, um, farctu alicujus rei oneratus, quasi à farcino, farcio, Stoppedt/ fyldt. *Incedit suffarcinatus cum libris.*

FARIS vel fare, fatur, & præt. fatus, dep. pr. prod. proprie est puerorum loqui affectantium. Inde familiarissimè Poëtis, idem quod loqueris, loquitur, à Φάω, loquor, taler. *Talia fatur*: *talia fatus est.* Et Syet. pass. *fasti dies, quibus jus fatur.* Item Virgil. & Plaut. in Gerund. *Fando consequi non potes*: *fando non est auditum*, Er aldrig hørt.

Fans, tis, om. t. Propert. qui fatur. Ut, *hæc fantem abripuit fluctus.*

Fandus, a, um, fatu dignum: Et per consequens justum & æqvum, Billigt oc Rætt. *Di memores fandi atq; nefandi.*

Faminor, imperat. veterib. à faris, pro dicito.

Famen, inis, n. t. locutio & sermo à fando, Exponitur & fama.

Fator, aris, veterib. pro multum loquor.

Fatus, a, um, Partic. act. *Sic fatus galeam induitur*, Der hand haffde saa taaledt.

Fabula, læ, f. pr. sermo in ore omnium versans, à fando, quasi quem omnes passim fantur: inclinatq; potissimum in malam partem ex adjuncta, scilicet vanitate, quæ sequitur vulgi sermones, Snack / squalder/ sladder. Unde & illud: *Istis modo nos fumus fabulæ*, De haffue oss att snacke oc sladre om. Et peculiariter orationis genus fictis personis materiisq; aliud aliquid repræsentans, Emtyr/ Fabell.

Fabella, f. pr. parva vel vilis fabula.

Fabellaris, re, om. t. quod fabellam refert. Ut, *historia fabellaris*, in quâ multa ficta & falsa referuntur, Løgnactig Historie.

Fabulosus, a, um, fabulis involutus, Emtytligt'/ om hvilcker mand snacker oc dicter noget. *Fabulosi gryphi*: *fabulosa res, oratio*, wsandferdighed / løgn. *Fabulosus hydaspis*: scilicet fluvius de quo feruntur multæ fabulæ. Sic *fabulosior annulus Midæ.*

Fabulosè, per fabulas, vel falsò, Løgnactigen. *Fabulosissimè narrat multa.*

Fabulositas, atis, f. t. Plin. fabulosi ratio vel vanitas, wsandferdighed / løgn.

Fabulor, aris, dep. pr. fabulis utor, seu fabulas conficio, Snacker / Sladderer / Squalderer / Liusger: scilicet in bonam aut malam partem. Ut, *quid fabulabor? quid negabo? quid fatebor? hæc rem nostram fabulatur.*

Fabulator, otis, m. t. qui fabulatur, Sladderhanck/ en Mester for Emtyr.

Facundus, a, um, qui facilè fatur, Talende. *Facundus Ulysses.* Aliter dicitur à facio, q. qui verba facit.

Facundia, æ. f. pr. facundi habitus seu ratio, Talendehed.

Facundiosus, a, um, veterib. Ut, *dicta facundiosa*, quæ facundiam spirant, Talende ord oc tale.

Facundè, modo facundo. Ut, *facundè alloquitur.*

Fas, nomen indeclin. propriè jus divinum & naturale, nimirum quod Deus vel natura nobis fata est, Guds Low/ Naturlig Low. Et per consequens, quod absolutè & summè justum est & æqvum, Rætt oc Billigt i alle maade. *Factus es filius contra fas*: *fas est fieri*, i. e. licet, Maa vel skee. *Id per naturam fas est*, i. e. natura concedit: *fas dictu*, Mand maa sige oc tale.

Fasti dies, quibus sine periculo licebat Prætori tria verba fari, scil. do, dico, addico. Item fasti, libri sunt seu tabulæ, in quibus ratio & series festorum perscripta erat ex annalibus eruta, unà cum rebus gestis in statos mensium dies incurrentibus, Calender / Almanach Bøgger. Legitur & in hac significatione fastibus, pro fastis.

Fatum,

Fatum, n. s. quod Dii fati sunt decreveruntq; , Deorum decretum, jussum, oraculum, sive id effatum sit hominis sive absconditum, Skæffn / Gudz Dom oc Raad. *Hoc fato fit. In fatis est hoc vel illud venire, fatum est hominem mori.* Unde & peculiariter dicitur, *fato cedere*, i. e. mori.

Fatalis, le, om. t. quod fato, seu lege fati sit. Ut, *hoc ipsi fatale fuit*, i. e. ex fato, Effter hans Skæbne / eller Gudz Raad oc Dom *Fatale poculum*: *fatalis ensis*, mortem fato debitam afferens.

Fataliter, adverb. modo fatali. Ut, *multa fiunt fataliter.*

Composita.

Affabulatio, onis, breve documentum, quod fabulis subnexum earum explicat utilitatem, Udlegning / udleggelse udi nogen fabell.

Affaniæ, arum, f. plur. Apul. nugæ, verbà futilia ac mera mendacia, Sladder / Fidder Fladder. *Oblaterare affanias.*

Affaris, ad aliquem faris, Taler til. *Libro me affatus est. Eum sic affatur, hunc nomine sum affatus. Affari Deos*, est eos salutare, & cum Diis venerationum, supplicationum & orationum colloquia miscere.

Adfatus, idem quod affatus.

Confabulor, aris, dep. pr. cum aliquo fabulor, Snacker med. *Tecum ego confabulabor.*

Confabulo, as, Plaut. n. pr. idem. Ut, *confabulabant his hanc fabulam*, Snackede den snack for.

Confatalis, le, om. t. quod eadem fati necessitate tenetur, Som haffuer ens Lycke eller Skæffne sammen.

Effaris, quasi extra faris, Udsiger / udtaler. *Nihil hic effari potuit: Sic effatus est.* Item *in sacris effari* dicebatur Sacerdos seu augur, cum preces absolveret, Som naar mand Læser velsignelse eller siste Bøn for Alteret.

Effabilis, le, om. t. quod facile quis effatur vel effari potest. Ut, *dictu hoc effabile.*

Effatus & Effandum, particip. pass. Ut, *effatum templum: effatus ager: nihil ad effandum templum habet.* Exponiturq; *effatus ager*, in quo augur effatus est, seu effata dicebantur.

Effatum, n. s. quod augur effatus est, Spaadom / Prophetie / eller Guddommelige Ordz vdlegning oc forklaring. Item Dialect. Propositio, quæ aliàs, Græcâ voce, axioma dicitur.

Ineffabilis, le, om. t. quod effari non possumus.

Infacundus, a, um, non facundus, Ildtalende / Tungmalet / Tungtalende.

Infacundia, æ, f. pr. Infacundi vitium, Tungtalendhed.

Infandus, a, um, quasi quod fando exprimere non possumus vel non debemus, Det mand kand icke sige / eller bør icke at udsige. *Dolor infandus; facinus infandum: pœna infanda.* Et absolutè, *infandùm* interjectivè. Ut, *nabibus (infandùm) amissis*, Det ilde er / det mand maa grue ved at sige / dißverre.

Infans, tis, in utroq; genere dicitur homo, qui nondum per ætatem fari potest, Spædt Barn. Inde abusivè, accipitur aliquando pro brutorum animalium, atq; ipsarum etiam avium fœtu, Unge. *Quadrupedes infantes suos cognoscunt. Vespertilio lacte nutrit infantes suos.* Item adjectivè, translata significatione infans idem

quod infacundus, stolidus, stupidus, quasi qui linguam & ingenium infantis refert, Barn / Barnagtig. *Scipio non fuit infans.* Hinc infantior & infantissimus. Item infans, & antiquè infas, idem quod infandus. Ut, *infans facinus.*

Infantulus, li, m. s. Jt spædt Barn.

Infantaria, Mart. pro puerpera. Ut, *quod miraris magis, infantaria non est.*

Infantia, æ, f. pr. infantis ætas, quæ vulgò numeratur ad annum septimum, Barndom. Item vitium linguæ, quo quis rem, quam novit, explicare dicendo non potest.

Infantilis, le, om. t. quod est infantis. Ut, *fascia infantilis*, Børneliſt. Item quod infantem sive linguæ, sive judicii imbecillitate refert, Barnagtig.

Interfaris, quasi inter verba vel actiones alterius faris, Tale ind ordene eller i hans gierninger och bestilling *Priusquam Verginio respondendi daretur locus interfatur Appius. Hunc interfari nefas est. Nec plura quærentem passa Venus medio sic interfata dolore est.*

Interfatio, onis, interfandi actus, Imellom tale. *Expedit narrationes breviter interfatione distinguere.*

Præfaris, prius quàm rem ipsam aggrediaris, verba quædam faris, Giør fortale. *Hæc de iis modò præfati sumus, præfatus Divos incipit*, i. e. initiò facta Divorum invocatione incipit. Et *præfatur honorem*, i. e. antequam rem auribus pudicis suspectam aliqua indignitate proferat; præmissis verbis emollit; quàlia sunt: Si licet dicere; si commemorare fas est; quod dictu quoq; fœdum est, bona venia; honor sit auribus; &c.

Præfatio, onis, oratio quæ habetur antequam ad rem ipsam veniamus, Fortale. *Præfatio Dominationis tuæ*, quæ fuit de Dominatione tua. Item titulus & causæ brevis explicatio, Græca voce elogium, Titel oc Fortale.

Præfatiuncula, læ, f. pr. parva præfatio.

Præfandus, a, um, pass. quod præfari debemus. Ut, *honor præfandus est.*

Præfatus, Just. ante nominatus, Fornæffnd.

Profaris, palam faris. Ut, *magno cum clamore profatur*, Siger frem / siger ud. Item futura prædico. Ut, *servus inter fanaticos aliqua profatur.*

Profatus, us, m. q. profandi actus, Udsigelse / udsigen.

Profatum, ti, n. s. Gell. idem quod effatum.

Composita cum aliis dictionibus.

Nefandus, a, um, quod non est fandum, Whørsomt / vtilbørligen. *Nefanda arma: nefandum bellum: nefandi concubitus: nefandum auditu, dictu, &c.*

Nefans, antiquè, idem. Ut, *facta nefantia.*

Nefarius, a, um, qui nefanda facit, aut cujus nomen, aut scelera, ne fari quidem & nominare debemus, Skelmsk / whørsom Skalck / Vredelig. *Homo nefarius: voluptas nefaria: pronunciatio nefaria.*

Nefariè, modo nefario, Skelmskactigen / Vredeligen / whørsommeligen / whørligen. *Multa nefariè fecit.*

Nefas, non fas, impium & exsecrabile facinus, Vtilbørligt / vrætt. *Mihi nefas sit oblivisci: nefas dictu.* Exponitur & aliquando idem quod impossibile.

Nefaſtus, a, um, ad quod fari non licet. Ut, *dies nefaſti*, per quos nefas erat Prætorem faſtria verba do, dico, addico: ſcil. quibus nefas erat dare actionem, dicere jus aut ſententiam, addicere reum ejusvé bona. Item idem quod nefarius. Ut, *quæ auctor injuſta, nefaſta, vitioſa, diráve dixerit, irrita ſunt.* Item ominoſus & infauſtus. Ut, *terra victoriæ nefaſta.*

Alia.

Aliquotfariam, Varr. pro aliquot modis, quaſi quod fari aliquotmodis poſſumus. Atq; ſi hoc & ſequentia ad Græcorum διφάτως, τριφάτως, πολυφάτως dicta ſunt à fari: in quibus φάτως eſt à φάω, loquor. Aliter tamen à Varium.

Bifariam, Cic. adverb. ſignificans duobus modis; vel quod in duas partes fari poſſumus, vdi tuende maader/ vdi thu parter. *Aliqua bifariam contrariè ſimul procedentia: bifariam quatuor perturbationes diſtributæ ſunt.*

Bifariè, idem.

Multifarius, a, um, quod multis modis poteſt dividi, ſeu quod eſt multarum ſpecierum, Mangeſlags. *Coronæ militares multifariæ.*

Multifariè, modò multifario. Ut, *Multifariè ritus priſci ſervantur.*

Multifariam & multifariè, pro multis modis.

Omnifariam, omnifariè, Gell. omnibus modis & partibus, Jalle maade.

Omnifarius, a, um, quod omnibus modis fit.

Plurifarius, a, um, Sveton. quod pluribus fit modis. Ut, *munera plurifaria.*

Plurifariam, Sveton. pluribus modis, pluribus locis. Ut, *plurifariam diſpoſita ſunt cubicula*, Paa at ſkillige maader eller ſteder.

Quadrifariam, in quatuor partes. Ut, *exercitus quadrifariam divisus: Urbs divisa quadrifariam:* Sic *Epulæ quadrifariam divisæ, in jentacula, prandia, cœnas & comeſſationes.*

Septifariam, adverb. ſeptem modis. Ut, *volumen ſeptifariam divisum.*

Trifariam, tribus modis, tribus viis vel locis. Ut, *trifariam Romam muniebant.*

Trifarius, a, um, quod fit tribus modis. Ut, *caſtra trifaria.*

FASCINUM, n. ſ. incantationis genus ſolo viſu nocens tabemq; rei inducens, à βασκάνιον ejusdem ſignificationis, Jt ont eller wlyckelig øye/ſyn/ naar noget vantriffuis formedelſt ens paa ſiun. Item amuletum, membri virilis figurâ, puerorum collo appenſum contra faſcinum. Et Tropicè, ipſum membrum virile. Aliter à faſcia deducitur, exponiturq; incantationis genus, quo ceu faſcia quadam ligantur homines, ut ſe loco movere non poſſint, Saa ſom Laade mand legger for en / eller Søffnepryn. Item à fando, quaſi quod fando fit.

Faſcino, as, act. pr. faſcino involvo & noceo, viſu noceo vi quadam magica, quomodo & Græcis βασκαίνω eſt eadem ſignificatione, Tryller noget med ſiun / ſaa at der vantriffuis. Unde Virgil. *Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.* Et translatè, falſa ſeu mala laudatione & quaſi peſtifera lingua noceo, Roſer noget ſaa det vantriffuis: Vide infra in

Effaſcino. Aliter propriè quaſi faſcia oculos obvolvo, forblinder.

Faſcinatio, onis, faſcinandi actus, Tryllelſe / forgiffuelſe. *Malorum faſcinatio*, quâ faſcinant mali: *domus faſcinatio*, qua domus faſcinatur.

Feſcenini verſus, & Carmen feſceninum, genus eſt carminis nuptialis, contra faſcinum. Beſuering/Sang oc viſe med Tryllerj. Item genus carminis obſcœnum & laſcivum, Boleviſe/wtuctig Sang. Item ſcomate & opprobrio plenum, Skandſkrifft/ Paſquil. Aliter feſceninum à Feſcennia urbe Italiæ, inventrice ſcilicet, aut excultrice ejus generis.

Feſcenинæ, vel faſcenoneæ, dictæ, quæ faſcinium depellere credebantur. Aliter legitur Feſnœ pro Feſnæ.

Compoſita.

Effaſcino, as, idem quòd faſcino. Unde Solinus: *Quædam in terra Africa hominum familiæ ſunt, voce atq; lingua effaſcinantes, quæ ſi impenſiùs forte laudaverint pulcras arbores, ſegetes lætiores, infantes amœniores, egregios equos, pecudes cultu atq; pactu opimas, emoriantur repentè.* Plinius quoq; ex Cicerone refert, mulieres omnes, quæ duplices habent pupillas, oculis faſcinum circumferre.

Præfiſcinè, & antiquiùs Præfiſcini adverb. contra faſcinum aut invidiam orationi ex ſuperſtitione quadam inſertum, quaſi ſine faſcino & ſine invidia, præ hic negante. Vetus enim erat opinio periculum eſſe aliquod à faſcino, ubi quis impenſiùs aut laudaret ipſe ſe, aut præſens ab alio laudaretur: ideoq; plerumq; in laudando adhibebant hanc vocem præfiſcine, q. d. abſit faſcinum, abſit invidia dicto, qualia ſunt; Gid jeg ſige det i en god tid; Gud raader for alting/ Jngen diſvœrre. Hinc; *Paula mea amabo, pol tu ad laudem addito præfiſcini. Foràs tacitus præfiſcini exeo hoc ornatu quo vides.* Sic, *præfiſcine hoc nunc dixerim*; quod & exponitur ſine invidioſa laudatione.

FASCIS, is, m. t. congeries lignorum ſimiliúmve colligata, à faciendo ſic dictus, Knip. *Faſcis lignorum*, Knippe Brende. *Stramentorum faſcis*, Straaknip / Halmknip. Et translatè, onus, Byrde. *Hoc te faſce levabo.* Item apud Romanos faſces dicebantur inſignia, quæ ſupremo Magiſtratui præferebantur à lictoribus; erantq; virgæ ex arbore betula, ſecuribus circumligatæ; ita tamen, ut facies ferri emineret conſpicua, Koſte eller knippe Ruß Bunden om de Romerſke Øxer; ſom oc de koſte der bindis om Sortiſile udi Brylluper. Et rurſus inde translatè, imperium & ſumma poteſtas, ſicut aliàs Græcis ſceptrum: Unde *ſubmittere faſces*, eſt ſuum imperium alterius imperio ſubmittere.

Faſciculus, li, parvus faſcis. Ut, *faſciculus literarum, Epiſtolarum*, Knip Breffue. *Faſciculus herbarum*, Vrtekoſt.

Faſceatim, Quint. adverb. ad modum faſcium, Knipviiß.

Faſcelis, idis, dicta eſt Diana à faſce lignorum, in quo abſconditum erat ejus ſimulacrum.

Faſcia, æ, f. pr. linteolum eſt, quo aliquid circumligatur: ſic dicta à faſcis, quòd in modum faſcis corpus alliget; vel quaſi propriè quâ faſcis ſtringitur ligaturq;, Baand / Liſt. Unde faſcia lecti, Baand eller

eller vinde mand reiß ſig op med i Sengen. *Faſcia crinalis*, Flettebaand och Quinde liin. *Faſcia pectoralis*, Snørebaand. *Faſciæ crurales*, Hooßbaand. *Faſcia infantilis*, Barneliſt. Item translatè, faſciæ dicuntur ſectiones quædam orbis, quæ ab Aſtrologis zonæ ſeu plagæ appellantur. Item faſcia pro nube in modum faſciæ cælum percurrente. Ut, *nil color hic cæli, nil faſcia nigra moratur*; Skyſtraaler / Skybielcker. Aliter Perotto, à Φασκία: niſi hoc à Latino.

Faſciola, læ, f. pr. parva faſcia, Bændell: Et peculiariter, quæ vulneribus obligandis adhibetur, Bartſcher vindel/ eller baand.

Faſcio, as, act. pr. Spartiano, faſciâ ligo, ſtringo, Snører / binder med baand. *Tileaceis tabulis in pectore faſciabatur.*

Faſciatus, a, um, Mart. quod faſciavimus, Snøredt/bundet med baand. *Truncus faſciatus*

FASELUS, ſive Phaſelus, pen. prod. m. ſ. genus navigioli oblongum, anguſtum atq; piraticum initiò, à Phaſelide urbe Ciliciæ Piratarum receptaculo ſic dictus; Saa ſom Eſping/Pincke/JactBoed. Item genus leguminis vile aliis piſo, aliis ciceri non abſimile: itidem à urbis nomine denominatum.

Faſeolus, li, m. ſ. quaſi vilior faſelus. Sed & exponitur planta hortenſis, eadem cum ſmilace.

FASTUS, us, m. q. propriè eminentia quædam & ſplendor rei alicujus, à Φάω, luceo, ſplendeo, Pral/Braſk/Bram: vel elatio quædam in verbis propriè; inde in factis aut moribus, à fari; Stolthed. *Meretrix eſt procaci faſtu.*

Faſtoſus, vel Faſtuoſus, a, um, faſtu plenus, Stolt. *Faſtoſa mœcha.*

FATEOR, eris, faſſus ſum, dep. ſ. prim. corr. reus factum fator ajoq; , & propriè coactus, à fari vel fatari ſumptâ voce, Bekender / ſiger icke nej for. *Fateor victum: fateor me amare: Et ſi id peccare eſt fateor id quoq;: Omnia, fateor, tibi ſunt: fateor culpam.* Et Cic. aliquando paſſivè; *ager hic publicus eſſe fatetur.*

Compoſita.

Confiteor, eris, idem quod fateor, & propriè coactus. Item profiteor. Ut, *confitetur peccatum: Confeſſus eſt de adulterio: confitetur ſe cum telo fuiſſe.*

Confeſſio, onis, confitendi actus, Bekendelſe. *Confeſſione ſua victus eſt.*

Confeſſor, oris, m. t. qui confeſſionem facit: Et Eccleſiaſticis peculiariter, qui morte ſua Chriſtum confitetur. Item qui Sacerdoti peccata pro abſolutione confitetur.

Confeſſus, a, um, qui confitetur. Ut, *reus confeſſus*, Som haffuer kiendt ſig ſkyldig. Item paſs. *confeſſa res eſt*, i. e. clara & de qua nulla eſt controverſia, Vitterlig/ Aabenbarlig. Hinc *in confeſſo, ex confeſſo*, i. e. apertè & ſine tergiverſatione, manifeſtè, Vitterligen/viſt oc ſandt.

Inconfeſſus, a, um, Ovid. non confeſſus.

Diffiteor, eris, quaſi diverſum fateor ab eo quod eſt vel dicitur, h. e. nego, Siger nej. *Nunquam hoc diffitebatur.*

Infiteor, eris, Feſt. non fateor, Siger nej for noget.

Infitias, Accuſat. plur. ſignificans vim vel habitum infitendi, jungiturq; cum verbo, eo, is: ut, *it infitias, ibit infitias, iturus infitias*; pro negat, negabit, negaturus, Siger nej for. *Omnia it infitias*, Siger nej til Alting.

Infitialis, le, om. t. quod ad infitias ſpectat. Ut, *ſtatus infitialis*, quo itur infitias, & negantur objecta.

Infitior, aris, dep. pr. omnino nego, Siger ſlet nej til. *Omnia infitiatur, quæ dudum confeſſa eſt.*

Infitiatio, onis, infitiandi actus, Benectelſe. Item ſtatus infitialis, quo ſcilicet utimur in infitiando.

Infitiator, oris, m. t. qui infitiatur. Aliter hæc omnia per C ſcribuntur alicubi, inficior, inficias, inficialis: ſed ut apparet contra Etymologiam.

Profiteor, eris, palam & aperte fateor injuſſus & voluntariè, Aabenbarligen bekiender. *Profiteor me ei inimicum Platonis comitem me profiteor.* Inde jacto & glorior. Ut, *profitetur ſe Grammaticum.* Item doceo. Ut, *profitetur Philoſophiam.* Item polliceor, Loffuer oc tilſiger. *Suſcipit & profitetur magnum munus: De omnibus rebus profitetur ſe dicturum.* Sic, *Profiteri prandium*, i. e. promittere. Item præbeo, Beviſer. *Supplicem ſe pro me profitetur Pompæjus.* Item ſignifico quod in ſubſtantia habeo, aut in cenſu debeo, nomen do, Lader ſkriffue til Skatt / lader ſkriffue huad jeg haffuer eller formaar. *Omnes apud Prætorem profeſſi ſunt.* Sic, *profiteri nomina* pro eodem: *profiteri poſſeſſionem, jugera ſationum, pecuniam.*

Profeſſio, onis, profitendi actus. Ut, *vis & profeſſio dicendi*: *profeſſio bonæ voluntatis*, i. e. promiſſio. Et profeſſio, certa illa confeſſio & denunciatio eorum, quæ quisq; poſſidet.

Profeſſor, oris, m. t. qui artes & ſcientias profitetur & docet, Høylærdt / ſom holder Schole vdi Vitsdom oc Bogelige Konſter/ Profeſſor,

Profeſſorius, a, um, Tacit. Ut, *profeſſoria lingua*, quæ meritoriam exercet eloquentiam.

FATIM, pr. corr. adverb. veteribus pro abundè, à fari; quaſi propriè de multiloquentia.

Fatiſco, is, n. t. propriè quaſi fatim ſum vel fio, & ſupra modum oneratus. Inde ſignificat deficio, Er eller bliffuer vanſmectig / trættis. *Exercitus labore fatiſcit: terra frequenti ſatione fatiſcit*, Skarpis/bliffuer magr. Et translatè, *terra rimis fatiſcit*, Kæffner/ ſprækker/ eller gaaber. Aliter deducitur à fatigo, quaſi ex fatigatione deficio. Item à fatim & hiſco, ut propria ſignificatio ſit in exemplo; *terra rimis fatiſcit.*

Feſſus, a, um, qui fatiſcit & deficit viribus. Ut, *animo feſſus*, Mødig. *Corpore feſſus*, trætt. Sic, *æſtu, labore, inediâ, itinere feſſus.* Et cum caſu, *feſſus rerum*, i. e. penuria rerum fatigatus, vel ſimpliciter rebus neceſſariis deficiens, Haffuer mangel/ lider mangel paa huad mand haffuer i behoff / fattes. Item, *Feſſus de via.* Scribitur autem Feſſus ad differentiam Faſſus à fateor. Aliter deducitur à fero, quoniam ferendo homines fatigantur.

Compoſita.

Affatim, & adfatim, idem quod fatim, vel valde fatim. Offrflødigen/ offuergiort. *Affatim bibit, veſcitur panibus, ſatisfecit.*

Defatiſcor, eris, dep. t. Terent. idem quod fatiſco, Trættis. *Defatiſcor hoc experiri.*

Defeſſus, a, um, valde feſſus, Slettrætt. *Labore, negotiis defeſſus.*

Indefeſſus, a, um, non defeſſus, non defatigabilis, Som trættis icke. *Agendo ſum indefeſſus.*

FATUUS, a, um, pr. corr. quasi qui ineptè fata crepat, vel de fatis loquitur agitve, En falsk Prophet/ fantast/ der meen sig at haffue opsluget all Gudz visdom oc hemmelige raad: quales plerumq; sunt fatidici Astrologi, qui de fatis multa ex Astris blaterant, En galn Stiernekiger. Inde qui multa insaniter fatur. Item qui non videt quod in communibus hominum sensibus atq; in ipsa natura positum est, quasi qui sensu caret & omninò desipit, fantast/ Gante/ fade/ Halffroße/ Giffvegent. Aliter fatuus, qui ineptè fatur, ut infantes solent primùm fari incipientes, Saarlig i sin snack/ Gante der icke selff ved huad hand siger. Item translatè ad res: *fatuus cibus*: *fatua herba*, quæ sunt sine sapore, wsmagende eller intet smagende/ vansmagende.

Fatuitas, atis, f. t. Cic. fatui habitus, & peculiariter idem quod insipientia & stultitia, Vanvittighed / Saarlighed/ Galnskab.

Fatuor, aris, dep. pr. fatuus sum, & fata futuráve prædico, Spaaer. Item ineptè & præter rationem sensumq; communem ago vel loquor, Fanteserer/ Fader ganter sig. *Audi me, & fatuari desine.*

Composita.

Infatuo, as, act. pr. fatuum facio, Ganter / daarer/ giør til gante eller daare. *Neminem adeo infatuare potuit, ut ei nummum ullum crederet: hominem stultum magis infatuat.*

Infatuatus, a, um, quem infatuavimus. Unde *infatuatæ mulieres*, quæ Faunorum furore correptæ sunt, Spaaquinder. Et in genere, *infatuatus homo*, qui malo spiritu correptus agitatur, Besat Menniske.

Perfatuus, a, um, valde fatuus. Ut *homo perfatuus.* Mart.

FAVCES, ium, cujus singul. faux, cis, f. t. summitas gulæ, ubi os angustatur, à χάω, hiatus: Cujus originis & χανύω est, i. e. clamo os magno hiatu diducens, offuerste suelg i halsen. Inde translatè, anguSti viarum & locorum ingressus, Sneffr gang eller Indgang til noget. *Fauces orci, fauces fluminis*, ubi flumen se in mare exonerat, Haffgab. Aliter Isidoro à fari, quòd per eas famur voces. Item à χάω, hiatus.

Focale, lis, n. t. fascia est fauces à frigore defendens & pronunciationi conducens, Halsbendel/ Halsdug/ eller hengell / Halsklæder.

Focaneus palmes, qui ex fauce vitis, h. e. qui in bifurco medius erumpit.

Composita.

Effoco, as, act. pr. Sen. omnino seu valdè fauces constringo, Quæller. Et translatè, *multi suis bonis effocantur*, Slet quællis.

Offoco, as, sive offuco, Fest. aquam in fauces sorbendum do.

Præfoco, as, act. pr. fauces occludo, Quæller/ tilstopper. *Vina præfocant animæ viam.* Sic *præfocare partum.*

Præfocatio, onis, præfocandi actus, Quælelse. Et *præfocatio vulvæ*, Saanelse aff Moderen.

Præfocatus, a, um, quem vel cujus fauces præfocavimus, Qualt. *Mulier utero vel vulvâ præfocata*, quæ ex utero deliquium animi patitur, similisq; mortuo jacet, Sanc.

Suffoco, tas, act. pr. fauces stringo & præclusis spiritibus eneco, quæler. *Suffocare gallinam.* Inde quocunq; modo eneco. Ut, *suffocare aliquem veneno, fame.* Et, *suffocant animam dira venena tuam.*

Suffocatio, onis, suffocandi actus. Ut, *suffocatio mulierum.*

Trifaux, cis, om. t. tres fauces habens. Ut, *Cerberus trifaux latratu.*

FAVEO, es, favi, tautum, n. s. pr. corr. benè alicui cupio, quasi fari aveo, Vill en vell/ gaar: vnder/ ynder en vel/ er gunstig. *Virgini isti faveo*: *rescripsi me ei fauturum.* Inde *favere ore, linguâ*; Et veteribus, *favere faucibus*, est tacendo suum studium declarare, seu in alicujus gratiam tacere, Tie en til villie/ er tauge: pro quo & simpliciter faveo dicitur. Ut, *favete, adeste æquo animo.* Item *faucibus favere, cantu*, i. e. canere. Item translatè, *nobis venti favent*, Vinden føjer oss. Item impersonaliter: *ætati illi non invidetur, sed favetur.* Aliter à φαίνω, ostendo, demonstro verbis, quasi benevolentiam ostendo,

Faventia, æ, f. pr. idem quod favor, Fest.

Favonius, m. s. ventus flans ab occasu æquinoctiali, sic dictus à favore, quòd eo flante quodammodo vita terræ redditur, sive quòd generationi faveat, Vesten. Aliter, græca voce, dicitur Zephyrus.

Favor, oris, m. t. studium ipsum quo alicui favemus, & quasi favendi actus, ynde/ yndelse/ gunst. *Favor fortunæ*, quo favet illa. Et, *favor hominum*, quo illi favent.

Favorabilis, le, om. t. favore dignus, vel cui favemus, yndelig. *Princeps favorabilis.* Et activè, qui favet, Gunstig. *Populus favorabilis.*

Favorabiliter, adverb. modo favorabili, Gunstigen. *In locum & plausibilem locum favorabiliter excurrunt multi.*

Fautor & veterib. Favitor, oris, m. t. qui favet, Vel yndere/ gunstig. *Multi sunt fautores laudis tuæ.*

Fautrix, icis, f. t. idem in sexu fœmineo.

Faustus, a, um, cui fortuna vel omnes favent, vel quod actionibus nostris favet. Ut, *dies faustus*: *nox fausta nobis*, Lyckelig.

Faustè, adverb. fausto modo, Lyckeligen. *Res ista faustè, feliciterq; evenit.*

Faustitas, atis, f. t. Horat. Fausti affectio seu ratio, Lyckelighed. Exponitur & nomen Deæ, pro fœtura pecoris.

Faveus, Glos. exponitur puerulus, quasi cui favetur. Sic Favea pro ancilla vel puella. Aliter à foveo.

Composita.

Infaustus, a, um, non faustus, Wlyckelig. *Bellum infaustum*: cui scilicet nec nos favemus, nec id nobis.

FAVILLA, læ, f. pr. scintilla igne spoliata, sive exstinctus cinis abstrusum ignem fovens, à foveo sic dicta, ømer/ gloende Aske.

Favillaceus, a, um, Solino, quod est favillæ, vel favillis constat. Ut, *faliq; favillacea.*

FAVUS, m. s. pr. corr. structura apum, perpetuis cellulis constans, quibus fœtum fovent, unde & à foveo deducitur, Honnigkage. Et translatè, regula sexangula ad figuram, scilicet, favi, cui sex sunt anguli, Sexkantet Teigl. Aliter Isidoro à φάγω, comedo, quia mel comeditur, magis quàm bibitur. Item à χάω, hiatus, propter cavos recessus.

Favulus, m. s. Plaut. parvus favus; sed significatione translata: ut, *meus dulciculus favulus.*

Favillæ,

Faviſſæ, antiquis, loculi in capitolio, cellis ciſternisq; ſimiles, in quibus ſacra detrita & inutilia reponebantur: ſic dictæ à favis. Exponitur & locus, in quo erat aqua incluſa circa templa. Aliter legitur Flaviſſæ: exponunturq; theſauri: ſic dictæ quòd in eas non rude æs argentúmve, ſed ſtata ſignataq; pecunia conderetur.

FAX, acis, f. t. fuſtis ex piceâ, cerâ vel oleo inunctus: ſive ſtupa, cerâ, pice, ſimilibusq; obducta, ad præbendum rebus agendis lumen, à φάος, lumen, ſive φάω, luceo, Bluß. Inde fax peculiariter, quæ auſpiciis & ſacris novæ nuptæ adhibebatur, Sortitzel/Brudbluß Item translatè, auctor, incitamentum & cauſa alicujus facinoris, Fører/Anſtiffter. *Homo fax accuſationis: fax belli civilis.* Item tropicè *prima fax noctis*, veterib. dicebatur principium noctis, quòd tum primum facem uti incipiamus.

Facula, læ, f. pr. parva fax.

Facularii, qui faculas geſtant, Blußdrager.

FEBRIS, f. t. morbus quidam intemperie caloris inſignis, à fervore ſic dictus, utpote in quo fervet ſanguis præter naturam, Kolde/Koldſiuge. Inde abuſivè omnis morbus. Item tropicè delirium & inſania, quòd febricitantes aliquando inſaniant, Ut, *febris te tenuit, corripit.*

Febricula, læ, f. pr. parva febris.

Febriculoſus, a, um, febri plenus. Ut, *morbus febriculoſus.*

Febricito, as, n. pr. idem quod febrio.

Febrilis, le, om. t. quod eſt febris, ſeu ad febrim pertinet. Ut, *ardor febrilis: Maculæ febriles*, Sprinckler.

Febrio, is, ivi, itum, n. q. Col. febrem patior, haffuer Kolden. *Febrit puer: febrienti braſſica datur.*

FEBRUO, as, act. pr. veteribus pro purgo luſtroq; à fervore, quia ferventibus flammis aquisve id fieri ſolebat; vel etiam à febro, quod Sabinorum linguâ purgamentum ſignificabat. Inde, februatum dicitur quod purgatur.

Febrica, orum, quæcunq; purgamenti cauſâ in quibuſdam ſacrificiis adhibebantur; ſeu omnia illa, quibus malefactorum conſcientiæ purgarentur delerenturq; peccata, aut manes defunctorum placidi redderentur, Saa ſom Siæle Meſſe.

Februarius, m. ſ. menſis februis dicatus, Søde/maanedt/Blidemaanedt. Unde & februus Pluto, & Juno februata vel februalis, quibus menſe Februario ſacra fiebant.

FECIALIS, ſive Fæcialis, lis, m. t. Sacerdos & idem Orator in populo Romano, à faciendo dictus, quod fœderum belli pacisq; faciendæ penes eos jus erat, Herold: Erant autem numero plures. Aliter legitur fetialis ſive fœtialis, à fœta, i. e. porca cæſa in faciundis fœderibus: Unde & Græcis ſcribitur φηϊαλῆς.

Fecialis, le, om. t. quod eſt fecialis, ſeu ad feeialem pertinet. Ut, *jus feciale.*

FEL, fellis, n. t. propriè folliculus & officina bilis, & inde ipſe humor & bilis, à χολὴ, ejusdem ſignificat: quaſi fol Galde. Et translatè, amaritudo, Beeſkhed. *Fel terræ*, nomen herbæ, propter ſummam amaritudinem ſic dictæ, Marrem.

Felleus, a, um, quod ſaporem vel colorem fellis refert, Beeſkeller Galdegiøn. *Sudores fellei.*

FELIS, ſive Feles, lis, com. t. domeſticum animal aſtutum & venationi murium natum, à φῆλος, fallax, deceptor, ab ingenio ſcil. quo & Catus dicitur, Katt/Puſe. Feles enim magno ſilentio, levibus veſtigiis, multo ſpeculatu in mures exſiliunt atq; excrementa ſua obruunt terrâ, intelligentes odorem illum indicem ſui eſſe. Translatè ſignificat deceptorem vel raptorem. Ut, *feles virginalis, ſive virginaria*, pro Lenone, quaſi qui decipit vel rapit virgines. *Et felis pullaria*, à rapiendis pueris ſive pullis. Scribitur & Felles.

Felineus, a, um, quod eſt felis. Ut, *oculi felinei*, Katt øyne. Et translatè, acutiſſimus viſus. Sic *felineum ingenium, felinei ungues*, pro rapacitate.

FELIX, icis, om. t. cui ſtatus vitæ eſt florens, ſeu omnium rerum affluentia, à ϑαλία ϑήλια, i. e. ſtatus vitæ florens, & omnium rerum affluentia, ut & τὰ ϑήλεα omnia bona, quæ quaſi virere & florere hominem faciunt, Lyckſalig. *Homo felix: vita felix.* Et *felices*, abſolutè, pro mortuis, quaſi quibus vita eſt floridior & ſolidior. Transfertur & ad alia. Ut, *arbor felicibus ramis: ager felicibus hortis*, i. e. fructiferis, fructu abundantibus & florentibus, Grødefuld. Item felix, qui felicem eſſe facit. Ut, *felices Dii*, i. e. propitii, Naaderige/Naadefulde. Sic, *ſis felix, noſtrumque leves laborem.* Item idem quod utilis. Ut, *iſta manus Domino felix fuit.* Aliter felix ſive fœlix eadem origine cum fœtu & fœnore, quaſi fœtu fœnoréve abundans.

Feliciter, adverb. modo felici, Lyckſaligen/offuerflødigen. *Feliciter agit, ſapit, feliciter proveniunt uvæ.*

Felicitas, atis, f. t. felicis ratio ſeu affectio. Ut, *hominis felicitas*, Lyckſalighed. *Felicitas agri*, Fructbarhed. Item Felicitas, Dea felicitatis.

Felicito, as, act. pr. felicem facio, μάδηλον.

Compoſita.

Infelix, icis, om. t. non felix, wlyckſalig/wſell. *Homo infelix plagas patitur.* Item inutile & quod felicitati obeſt, wlyckelig. *Salſa & amara terra frugibus infelix: infelix lolium.* Et *arbor infelix*, pro cruce & patibulo, Galge.

Infeliciter, modo infelici, wlyckeligen. *Infeliciter i. ibi factus eſt obbriam: res infeliciter geſta.*

Infelicitas, atis, f. t. infelicis ratio & affectio, wlyckſaligheb. *Magna hominis hujus infelicitas, quid hoc (malum) infelicitatis?* Huadſkam/for en wlycke eller wlyckſaligheb er dette?

Infelicito, as, Plaut. act. pr. infelicem facio, Giør wſel oc wlyckſalig. *Dii te infelicitent.*

FELLO, as, act. pr. veteribus pro lac ſugo, ſeu ſuctu ebibo, à βδέλλω, mulgeo, ſugo, Dier/vdſuer. Inde Mart. impudentiſſimâ translatione, virilia ſubagito, vel ſugo. Aliter à ϑηλάζω, lac, præbitâ mammillâ, ſugo.

Fellatio, onis, fellandi actus.

Fellator, oris, qui virilia fellat. Et fellatrix idem in ſexu fœmineo.

Fellebris, ſatietas, Solin. pro boa ſerpente, qui fugendis boum mammis in immenſam diſtenditur latitudinem.

Fellico, as, frequenter fello. Legitur & fellito.

FEMEN, inis, & femur, oris, n. t. pr. corr. pars corporis à natibus usq; ad genu, à fero, quasi ferimen, ut omen orimen ab ore, quòd hoc præcipuè feratur animal, Laar. Volunt autem Grammatici femen esse interiorem, inferiorem, posteriorem partem ac carnosiotem pulpam, Det tiucke Laar: femur anteriorem & exteriorem, Tynde Laar: Verùm ferè pro eodem usurpantur, nisi quod femen in usu sit rariore, ut docet Priscianus.

Feminalia, ium, n. t. plur. dicuntur superior pars bracharum, quæ pudenda & femina tegit, Buxer/Brog.

Femor, oris, idem quod femur.

Femoralia, ium, n. pl. t. Svet. idem quod feminalia.

FENDO, verbum inusitatum, à πένδω, impedio, prohibeo; aut à φένω, cædo. Item ab Hendo, i. e. capio.

Composita.

Defendo, is, di, nsum, act. t. quasi cædem, vim, injuriam averto, impedio, prohibeo, sive hoc fiat oratione, sive consiliis, sive factis, Forsuarer/ beskermer/ tage i forsuar. *Defendit Milonem Cicero: Defendit ab injuria, à judicibus adversantibus: Defendere pecus à frigore. Defendere solstitium pecori*, per Hypallagen, pro defendere pecus à solstitio. Item *defendere bellum, defendere solis ardorem*, i. e. arcere. Sic *defendere injuriam foribus*, i. e. avertere.

Defensio, onis, defendendi actus, Forsuarelse/ forsuard. *Defensio nostra*, quâ defendimus & defendimur. *Innocentiæ defensio*, quâ innocentiam defendimus.

Defensor, oris, m. t. qui defendit vel defendere solet, Forsuarere/ Beskermere. *Defensor juris & libertatis.*

Defensorium bellum, quod initiò statim sui defendendi causa suscipitur, licet hoc non propriè belli nomine nuncupetur. Est enim verius defensio quàm bellum.

Defenso, as, act. pr. valdè, multùm defendo, Nøie oc Alvorligen forsuarer. *Defensat se injuriâ: ipsum ab hoste defensabat.*

Defensito, as, Cic. aliud frequentativ. sæpiùs & identidem defendo, Gierne/ offte forsuarer/ oc beskermer. Unde *defensitare causas.*

Indefensus, a, um, Liv. non defensus, defensore destitutus, vden forsuarer / forlatt.

Infensus, a, um, sior, sissimus, quasi qui cædem & vim minatur, inferreq; cupit, Fiendsk/ hadsk. *Mihi infensus est: Est animo in me infenso.*

Infenso, as, Tacit. pro infensum habeo, Haffuer til wvens/ er vred paa/ Fiendsk/ *quasi infensantibus Diis exitio tradi creditur.* Item idem quod infesto. Ut, *infensare pabula. Infensare Armeniam*, Giøre skade paa/ jage effter oc giøre skade paa.

Offendo, dis, di, sum, act. t. aliud agendo, & quasi præter opinionem aliquem lædo cædove, idq; sive verbis, fortørner: sive factis, Støder. *Offendit te: & animos hominum: offendit caput in tenebris: arando offendit coxam: cadens offendit brachium.* Sic, *offendere existimationem alicujus*, Giøre skade paa hans act oc ære. Item offendo neutralit. præter opinionem erro, forseer mig. *In multis offendimus omnes: quis est qui in tantis tenebris nihil offendat? offendit in vitium*: quæ tamen & per incidere exponi possunt. Item tropo quodam significat incido in aliquid & præter opinionem invenio, Finder for mig/ støder paa noget/ falder

vforvarendis paa noget. *Adveniens offendi quendam loci mei atq; ordinis hominem: navis priores & solitas offendit aquas*, Kommer paa det samme forvand. *Cum veneris, omnia offendes*, i. e. invenies. Et translatè, recordor. Ut, *offendite mensem comitialem.* Aliter sic opponuntur defendere & offendere, ut illud sit summovere quasi à pedibus & à se repellere, ne quid noceat: hoc autem incurrere in aliquid, quod aut impedimento sit aut lædat, ut Græcorum ἐμπόδων ποιεῖσθαι; & ἐμπόδων εἶναι, ut conveniant cum origine ποδεῖν sive πεδᾶν.

Offensio, onis, offendendi actus, quo scilicet, quis offenditur, Fortørnelse/ skade: ut sunt odium, inimicitiæ, simultas, peccatum, dissidium, vituperatio, suspicio, invidia, damnum, molestia, calamitas. *Offensiones animorum periculosæ: offensiones belli, damna sunt & pericula.* Offensiones ex morbis sunt dolores. Item de corpore, *offensio pedis* cùm pes offenditur.

Offensiuncula, parva offensio,

Offensus, us, m. q. idem quod offensio.

Offensus, a, um, quem offendimus. Ut, *pes offensus*, støbt foed. Et *offensa resultat imago*, støbt paa. *Offensa voluntas*, fortørnedt/ støbt affluffue. *Animus offensus contumelia.* Et amisso tempore, *offensus* idem quod infensus, Fortørnedt paa / vred paa. *Animus in te offensior.*

Offensum, n. s. Cic. idem quod offensio pro delicto & incommodo.

Offendiculum, n. s. Plin. in quo offendimus, Stødt/ huor paa mand støder eller forseer sig.

Offendimentum, n. s. Fest. ligaturæ nodus, quo apex retinebatur cum perveniisset ad mentum.

Offendix, Festo, idem quod offendimentum.

Offensa, æ, f. pr. factum, quo aliquem offendimus, Forseelse oc vrætt. *Ejus offensas pati non possum. In offensa sum apud eum*, i. e. non convenit inter nos.

Offenso, as, act. pr. Liv. sæpiùs offendo. Ut, *flebant omnes & offensabant capita*, i. e. impingebant.

Offensaculum, n. s. quod ponitur, ut aliquis in ipsum incidat vel impingat. ἄδηλον.

Offensator, oris, m. t. qui sæpiùs offendit. Ut, *Equus offensator*, Snublende Best. *Offensator in legendo*, qui errat & perperàm legit.

Inoffensus, a, um. Cels. quod non offenditur. Ut, *vita à morbis inoffensa*, Fri for / haffuer ey faaet skade.

Suboffendo, aliquantulum offendo. Ut, *Pompejus suboffendit Milonem.*

FENESTRA, æ, f. pr. corr. locus apertus ad lumen accipiendum, à φαίνω, luceo, unde & φάνος, lucidus, splendidus: Item laterna, fax, &c. Vindue. Et translatè, aditus viæ, & occasio rei gerendæ. Ut, *fenestram aperuit nequitiæ, vel ad nequitiam*, Aarsag oc Leilighed.

Fenestella, æ, f. pr. parva fenestra.

Fenesticula, idem.

Fenestrenula, Hier. & pro eodem fenestra seu festra, ostium est parvum in sacrario, Liden dør eller Loge.

Fenestralis, le, om. t, quod ad fenestram pertinet, aut fenestram habet. Ut, *porta fenestralis*, quæ fenestram habet.

Fenestra-

Feneſtratus, tior, Plaut. feneſtris ornatus, conſitus, abundans. Ut, *nulla eſt domus feneſtratior*, Huuß med flere Vinduer. *Calceus feneſtratus*, qui rimis & feneſtellis quibusdam hiat, Vdſkaarne Sku / vdſtuckedt/ vdhugne/ Sku med Spigab.

Feneſtro, as, Perot. feneſtram aperio, feneſtram facio.

FERA, æ, pr. corr. f. pr. Omne animal quod cum impetu & ſine ratione fertur huc & illuc, nec dum manſvevit, à fero, vel potiùs à Ϩηρ Φηρ, ejusdem ſignificationis, vild diur / vtæmpt diur. Diciturq; tum in ſpecie, de iis quæ magis ſunt feroces, ut Leonibus, pardis, lupis; tum in genere de omni animali ratione experte.

Ferinus, a, um, quod eſt ferarum, vel ex feris. Ut, *caro ferina*, vildt kiødt/vildt: pro quo & *ferina* abſolutè aliquando ponitur. Item quod eſt feræ, ſeu commune cum feris. Ut, *ferinus victus*, qui eſt feris, vel ad modum ferarum: *vita ferina*.

Ferus, a, um, quod feram impetu refert, Ut, *animal ferum*, vildt diur. Et *fera ovis* pro camelopardali, Romanis ità peregrinam feram voce indigenâ vocantibus. Item translatè, ad animum humanum: *homo ferus*, Grum oc vildt menniſke. Item ad victum, *homo ferus*, qui eſt durioris vitæ & victus; Som leffuer it haard leffnet ſom it andet vildt diur. Item translatè, *fera ſcabies: ferum ulcus*; quæ manu chirurgi perdomari non poſſunt, vlægelig.

Feritas, atis, f. t. feræ vel feri ratio ac natura, propriè & translatè, Grumhed/ vildhed/vildſkab. *Feritas Leonis: feritas animi.*

Ferox, ocis, cior, ciſſimus, om. t. animo magno & forti qui pugnat vel certare ſatagit, ut feræ ſolent, Modig oc dierff til Strid. *Equus ferox, ferox equus frena. Animus ferox.* Et *ferox animo: ferox Hector: ferox Latium.* Ferox itaq; in laude ponitur pro forti & magnanimo: ferus in vitio pro ſævo.

Feroculus, a, um, aliquantum ferox.

Ferociter, ciùs, ciſſimè, adverb. modo feroci, ſive cum ferocia, Modigen/dierffueligen/ grummeligen. *Ferociter Legatis reſpondebat.*

Ferocia, æ, f. pr. ipſa ferocis qualitas & habitus, Grumhed/offuermodighed/ driſtighed.

Ferocitas, atis, f. t. idem.

Ferocio, is, ivi vel cii, citum, n. q. ferox ſum, ſeu ferociam exerceo, Far och faſer med ſtort mod och driſtighed til noget/ Hoffuerer/ pucker / ſnurcker aff mod oc grumhed. *Equus, miles, pugnam ingreſſurus ſono ferocit.*

Compoſita.

Efferus, a, um, valde ferus. Ut, *juventus effera: vis animi effera.*

Effero, as, act. pr. efferum facio, Giør grum oc vildt. *Animalia quædam ad aſpectum hominis efferantur: pallor corporis, ſqualor horriditasq; barbæ & capillorum efferant ſpeciem hominis*, h. e. oſtendunt & ſignificant hominem efferatum.

Efferatus, a, um, ratior, idem quod valde ferus, ſive factus efferus, meget grum / vildt. *Gentes quædam immanitate ſunt efferatæ: mores quorundam & ritus ſunt efferatiores.*

Perferus, a, um, valde ferus. Ut, *boves perferi.*

Præferox, valde ferox.

Compoſita alia.

Equiferus, a, um, Plin. Equus eſt ferus in ſylvis degens, non manſuefactus.

Semiferus, a, um, quod q. dimidiata ſui parte fera eſt, Halffvildt. *Semiferus homo.* Et *ſemiferum pectus*, quod partem ex homine, partem ex fera habet. Sic, *ſemifera hominum ſpecies. Semiferum animal* quod naſcitur ex fero & manſueto, ut ex apro & ſue: vel quod nec placidum eſt, nec ferum, ſed mediæ cujusdam naturæ, ut ſunt hirundines, lepores, delphini.

FERIÆ, & veteribus Feſiæ, ærum, f. pr. pl. pr. prod. dies ſunt quietis & ceſſationis ab operibus, & laboribus, quibusq; negotiis forenſibus & jure dicundo ſuper ſedebant: ſic dictæ à ferendis epulis, quibus tum indulgebant; vel à feriendis victimis, Hellige dage/ Ledige dage. Erant autem aliæ ſine feſto, ut nundinæ: aliæ cum feſto, ut Saturnalia. Rurſus vel erant privatæ vel publicæ. Publicæ erant quatuor, nempe agonalia, Carmentalia; Lupercalia, & conceptivæ: quæ rurſus erant Latinæ, ſementinæ, paganalia & compitalia, de quibus ſuis locis. Dicimus & feriæ belli pro induciis.

Ferior, aris, dep. pr. ferias celebro, vel ab opere ceſſo, holder helligt/ gaar Ledig.

Feriatus, a, um. quod ad operibus laboribusq; ceſſat & quaſi feriatur, feriis deditus, i. e. otioſus, nihil agens, ørckeløs / ledig/tager ſig intet til. *Feriatus à ſtudys*, hand holder ſig fraa. Sic, *tibi ego dico, feriatus ne ſis.* Item *feriati dies*, in quibus feriæ aguntur & celebrantur, hellige dage.

Feriaticus, a, um, idem. ἀδηλον.

Feſtus, a, um, quod ad ferias pertinet, helligt. *Feſtus dies: feſti dies.* Et abſolutè *Feſtum*, Hellig dag / høytid. *Feſta convicia*, quæ ſcil. feſtis adhiberi ſolent, Hellig dags Raab och ſkrig.

Feſtivus, a, um, quod feſtos dies refert, ſeu publicam feſtorum lætitiam vel cultum. Inde transfertur ad ſermones urbanos, lepidos & facetos, quaſi qui potiſſimum feſtis diebus vigent, Smuckt / Lyſtigt. *Feſtivum dictum: feſtiva oratio: feſtivus homo*, glædelig.

Feſtivè, adverb. modo feſtivo Lyſtigen/Smuckt. *Fabella feſtivè acta eſt: feſtivè hæc odoraris.*

Feſtivitas, atis, f. t. feſtivi ratio & affectio, Lyſtighed udi Snack.

Compoſita.

Infeſtivus, a, um, Gell. non feſtivus. Ut, *homo ſubagreſti ingenio & infeſtivo.*

Profeſtus, a, um, non feſtus. Ut, *dies profeſtus*, Søgn dag. *Lux profeſta*, pro eodem. Et, *profeſtæ luces*, i. e. profeſti dies.

FERIO, ris, ferii, act. q. pr corr. propriè de feris dicitur, cùm in ſe invicem vel alios calcibus cornúve feruntur, ab ipſa voce fera; vel à fero, quòd cum impetu in aliquem ferantur. Inde de homine, qui ſimili impetu atq; modo in alium fertur, Slaar / ſticker / støder. *Caper cornu ferit. Equus calce. Ferio te*, i. e. verbero: *ferio palma*, baſker. *Oſtium ferit*, Bancker paa døren / *frontem ferit*, Slaar / Støder. Et abſolutè, *mulier irritata ſæpiùs ferit: ferio jugulum*, i. e. jugulo, interficio: *ferit faciem.* Baſker / badzer. *Ferire aliquem munere*, i. e. mulctare Faa en at tage vare det hand nødig vilde / Slaa hannem med noget / ut & nos dicimus; Slaa en med døren/ q. d. *foribus ferire.* Et translatè, *fœdus ferire*, giøre pact oc forbund: quia in fœderibus ſanciendis ſolebat fecialis porcam, agnam vel aliud ſaxo ſilice ferire & mactare. Item *ferio aures*, i. e, excito: *ferio pecuniam*, i. e. ſigno.

Spectra

Spectra feriunt oculos, i. e. obſervantur & metum incutiunt. Ferire etiam dicuntur textores, cum telam pectinis dentibus feriunt.

Ferula, læ, f. pr. virga vel bacillus Pædagogorum, quo diſcipulos feriunt, Riiß oc Ferle. Item nomen fruticis ſcapo leviſſimo, utpote cavo ac fungoſâ tantum medullâ oppleto, qualis eſt caulis, fœniculi, ſambuci &c. ideoq; ſenibus ad ferendum expetebatur, à fero: Nec non pædagogicæ ferulæ nomen dediſſe putatur.

Ferulaceus, a, um, quod eſt ex ferula, vel ferulam refert. Ut, *ſcapus ferulaceus: culmen ferulaceum.*

Compoſita.

Referio, ris, act. q. contra ferio. Ut, *quia referire non audebam, vicit per fortiter: oppoſita ſpeculi referitur imagine Phœbus.*

FERO, fers, fert, tuli, latum, act. ſ. pr. corr. in mè aſſumptum aliquid de loco in locum moveo, à Φερω, ejusdem ſignificat. Berer / føre. *Didonem famuli ferebant: curru fertur: Equis fertur: eò me via fert: me eò veſtigia ferunt. Terra fert fructus.* Hinc variæ loquendi formulæ: *In tabulas & rationes hoc fero*, Skriffuer op i Regiſter eller Regenſkab. *Fero tibi acceptum*, i. e. tibi aſcribo, & teſtificor me hoc à te accepiſſe, Bekiender at jeg fick det aff dig / ſkyllet dig for dette / Legger dig til. *Expenſum tibi fero*, i. e. teſtificor vel fateor te expendiſſe. Sic *ferre expenſam pecuniam, veſtem, legionem*, Bekiender at en anden haffuer giort omkoſt der paa. *Fero reditum*, i. e redeo. *Ferre oculis, vel in oculis* geſtare, eſt amare, haffue kier / for øynene / gid vell ſeet / Lidt. *Balsum in oculis fero & oculis fero. Sic fert mea opinio*, i. e. opinor, Meen ſaa / det er min meenning. *Sic ſpes & conjectura mea fert. Ferre legem*, giffue eller giøre Low. Et abſolutè, *ferre ad populum*, pro eodem vel decernere, Forgiffuer / paalegger noget. Et *ferre ſuffragium*, eſt ſuffragari, giffue ſit ſamtycke till. *Ferre alicui judicem*, i. e. judicio aliquem laceſſere, & judicem offerre, Binde en rætt oc dom til / giffue ſig med anden vinder Sommeris dom. *Ferre alicui in manum*, eſt donis, muneribus, largitionibus corrumpere, Giffue ſtickpenge / ſticke en noget i haanden. *Ferre moleſtè aliquid: ferre injuriam, moleſtias*, Offuerdrage / lide oc bære. *Religio fert: fortuna ferte tempus fert*, Bær ſaa for / vill ſaa haffue dett: *ætas fert: natura fert*; Bær for / eller kand taale. *Ferre quæſtionem de morte: ferre reſponſum ab aliquo*, Faa ſuar. *Ferre fructum è Republ.* faa til gode / bade och forbeel. *Ferre alicui fructum, ferre fraudem*, eſt afferre, tilføre. *Ferre laudibus, ferre in cælum*, Roſe oc berømme. *Fero vindicias*, i. e. rem ſententiâ & decreto obtineo. *Ferre tribum, centuriam, prærogativam*, dicitur is, qui tribum vel centuriam ſuffragantem ſibi habet. *Animus fert*, giffuer for / ſiger till / vill ſaa haffue. *Præ ſe ferre*, giffue ſig an for / vd for / lade ſee / lader til ſiune: quod animo ſentio vultu & lingua promptum habeo. *Ferre manum*, q. d. holde en haand hos / i. e. auxiliari. *Ferre opem, auxilium*, hielpe: *tulit auxilium vitæ. Ferre fortunam*, i. e. uti. *Non tulit hanc ſpeciem feriatâ mente chorebus*, i. e. pertulit. *Ferre alicui incommodum*, pro incommodare, Giøre en imod / giøre en ſkade. *Ferre pedem*, gaa frem til. *Fert uterum*, En: Siugelig / Reder til Barſel. *Ferre palmam*, Offuervinde / beholde ſejr: *ferre infortunium*, faa ſkam oc wlycke. *Ferre primas*: faa det bedſte / faa fordelen. *Poſteriores ferre*, Tabe oc lide ſkade. *Ita ferunt homines*, de ſige ſaa. *Ferunt Apollinem ex Hyperboreis adveniſſe.* Item imperſon. *Fertur*, Mand ſiger.

Latio, onis, ferendi actus, Byrſell / førſell / vdgiffuel, è. *Legum latio.* Item, Cic. *latio in manum*, Stickpenge.

Lator, oris, m. t, qui fert vel tulit. Ut, *lator legis*, & compoſitè, *Legislator*, Lowgiffuere. *Suffragii lator.* Item lator pro tabellario, Breffuedragere / Bud. *Literas Romam miſit, latoribus monitis, ut vehiculo ad forum usq; & curiam pertenderent.*

Latus, a, um, quod ferimus tulimúsve, Baaredt / ført. *Lectica latus per oppidum: lata lex per vim*, Vdgiffuen. *Lata quæſtio*, giordt randſagelſe. Sic, *rogatio lata ad populum*, i. e. pronunciata. *De iſta re nihil latum eſt*, forgiffuedt / paabuddedt / paalagt.

Facit & Plaut præteritum Tetuli. Ut *tetuli conditiones: tetuli pedem intrò.*

Feralia, orum, n. pl. ſ. dies erant Diis manibus conſecrati: ſic dicta, quòd ad tumulos Epulas ferrent, ibiq; cœnas & Epulum agitarent, Alle Sielis dag. Legitur & Ferialia, quaſi à feriis deduceretur dictio.

Feralis, le, om. t. quod ad feralia pertinet, ſeu quod lugubre eſt, Sørgeligt / hør til liget. *Cœna feralis*, Liigvact / Maaltid offuer de døde. *Epulum ferale*; Et *epulæ ferales*, quæ in funere dantur, Begraffuelſeføſt. *Ferales vittæ*, Ligbaand / Sorge Sløjer eller Baand: *feralia veſtimenta*, Ligklæder eller Klæde: *tædæ ferales*, Liuß for Lig eller paa Lig *Feralis arbor*, unde tædæ ferales fiunt: *feralis cultus.* Et *feralia officia*, Lig beſtilling: *ferales præcones*, Som gaar for Liig oc Siunger. Item translatè, quod lugubre eſt, Sørgeligt. Item infelix & quaſi mortiferum, wlyckelig / ſkaadelig. *Feralia fœdera: ferralia arma. Pediculi ferales*, qui in Phthiria naſcuntur & hominem ad mortem usq; depaſcuntur.

Ferax, acis, cior, ciſſimus, om. t. abundè quod fert, Fructbar / Grødeſom. *Arbor ferax.* Et cum adjectione, *ſeculum ferax bonarum artium, ferax oleo.*

Feracitas, atis, f. t. feracis ratio ſeu copia, Fructbarhed.

Ferculum, n. ſ. miſſus cibi, qui ad menſam infertur, Rætt mad. Inde translatè, quicquid in pompa circumferri ſolebat, det ſom bæris om i Proceß. *Fercula pompæ*: *ferculum ludorum*, quod in ludis; *ferculum ſacrorum*, quod in ſacris, Monſtrantz. Dicuntur quoq; fercula pulpita illa, in quibus Deorum ſimulacra reponebantur, quia in pompa Circenſi hujusmodi Deorum ſimulacra ferebantur.

Ferculus, m. ſ. qui vaſa ſimulacraq; Deorum & id genus alia in pompa ſeu triumpho fert, Helligdoms killer andet ſaadants dragere / Fører udi Proceß oc Stadtz.

Ferè, adverb. deminuens & extenuans motum, & quaſi ſuſpendens, quo minus abſolvatur ſeu ad perfectionem perveniat, ideoq; à fero deducitur: quia quod fertur in motu eſt, Noget nær / hart adt / icke aldelis / icke ſlett / meeſten. *Hominem ferè occidiſti: ruri ferè habitat*, Meeſten.

Fermè, idem; ut, *jam fermè moriens me vocat.* Item aliquando idem quod facile, Letteligen / gierne. *Facio quod manifeſti deprehenſi mœchi haut fermè ſolent.*

Ferentarius, m. ſ. miles, qui leviter armatus & expeditus, nullisq; armis impeditus præter enſem & telum, auxilium fert; unde & nomen habet. Inde *ferentarius amicus*, qui ſubſidio & auxilio futurus eſt.

Feretrum,

Feretrum, n. ſ. Φέρετρον, vehiculum, quo effertur mortuus, Ligbaarde. Item feretra dicebantur, quibus fercula ſpoliáve in pompis geſtabant, Baarde eller ſtang noget ſynderligt oc helligt bæris/oc føris med.

Fertilis, le, om. t. idem quod ferax. Ut, *ager fertilis: terra fertilis uvæ.* Et translatè, *fertile pectus*, quod carminibus abundat. Item idem quod abundans, Offuerflodig. *Fertilior ſeges: fertiliſſimus quæſtus.*

Fertilitas, atis, f. t. fertilis rei ratio ſeu copia, Fructbarhed. *Fertilitas agri, loci, arboris.*

Fertum, ti, n. ſ. libi genus; itemq; ſacrificii, quod in luſtrationibus adhibebatur: ferebaturq; quaſi Φέρετον, hac verborum formâ: Jane pater te hac ſtrue commovenda bonas preces precor. Item: Jupiter te hoc ferto obmovendo &c. Aliter legitur Fartum, de quo ſuprà in Farcio.

Feſtinus, a, um, qui fertur, Haſtende/Ilende/ſtundende/ſkyndende. *Curſu feſtinus anhelo.*

Feſtino, as, n. pr. feſtinus ſum, Haſter/Iler/ſkynder. *Quantum poteris feſtina & fuge.* Et translatè, ex adjuncto feſtinandi, trepido, Skælffuer och veed icke huort førſt hen. *Quid feſtinas mi Geta? animum recipe.* Item paſs. *Virgines feſtinantur*, i. e. citò ad conjugium abripiuntur.

Feſtinanter, & comparat. feſtinantiùs, feſtinanti modo, haſteligen. *Feſtinanter dicit, facit*, med en haſt.

Feſtinatio, onis, f. t. feſtinandi actus, Haſtelſe/Ilelſe. *In patriam omni feſtinatione properabi.*

Feſtinatus, a, um, in quo vel ad quod feſtinavimus, Efterſtundedt/haſtedt/Iledt. *Honores feſtinati: mors feſtinata.*

Feſtinatò, adver. idem quod feſtinanter.

Compoſita.

Acceptilatio, onis, f. t. Jurisconſ. acceptæ pecuniæ in tabulas relatio, quâ nimirum quis fatetur ſe pecuniam relatam accepiſſe, Quittandz. Aliter ſic: Acceptilatio eſt liberatio, quæ fit per interrogationem & reſponſionem, quâ utrisq; contingit ab eo nexu reſolutio. Ut ſi dicam: quicquid tibi per ſtipulationem promiſi, vel ex ſtipulatu debui, habesné acceptum? Et tu reſpondeas, habeo, acceptumq; fero: id perinde eſt ac ſi accepiſſem abs te per veram ſolutionem. Bevis paa Opbyrſell.

Affero, ers, act. aliquid ad aliquem fero, Tilfører/tilbær. *Afferre poſtulationem, juſta ad perpetrandum: afferre bella, conjecturam, conſtantiam, dignitatem, auctoritatem, fidem laborem: afferre lumen dictis: attulit hoc tibi adjumentum afferre medicinam*, i. e. adhibere. *nihil afferunt qui hoc negant*, i. e. fruſtra hoc dicunt, fruſtrà garriunt. *attulit ei metum, opinionem: populo afferre, ſeditiones, invidiam, dolorem, egeſtatem, lacrymas, luctum: animis errorem, perturbationem, exiſtimationem, faſtidium hilaritatem jucunditatem, interitum, laudem: vulneribus metum. vim & manus afferre*, i. e. uti vi. *Is attulit*, i. e. nunciavit *afferre quæſtionem*, i. e. proponere: *ad ſtudium vacuum animum afferre. Is ad ſcortum ſe attulit: afferre terrorem, & terrores ad aliquem. Vim virgini afferre, allatum eſt ad nos & vobis de hac re.*

Allatus, a, um, quod attulimus. Ut, *peregrè allata epiſtola.*

Antefero, ers, pluris facio, Meere och høyre acter. *Iniquiſſimam pacem juſtiſſimo bello anteferrem: antetulerunt te nobilitati: Legatis quæſtorem antefert.* Et *conſilio futura antefert*, i. e. providet.

Antelatus, a, um, quod antetulimus, Meere act. *Cæteris omnibus omni honore antelatus eſt.*

Arferia, aquâ, quæ inferis libabatur: ſive vas vini quod ſacris adhibebatur, ab ar, i. e. ad & fero.

Aufero, ers, ſtuli, ablatum, alicundè aliò fero, Før hen aff vejen/til ſide. *Hoc hinc aufer: vos iſtac intro auferte*, i. e. abite. *Veni ut auferrem commentarios quosdam, quos legerem dum eſſem otioſus, auferre jurgium, ſabillum*, i. e. reportare. *Auferre aliquid ab aliquo. ſolitudo aufert fructum voluptatis. pecuniam in ventrem abſtulit*, Slucget dennem i ſig. *Totum amorem ab ea mecum abſtuli. Clodius pecunias conſulares abſtulit à ſenatu.* Item obtineo, conſequor & accipio. Ut, *pro civibus liberaliſſimum decretum abſtulimus. laudem ex hac re aufert.*

Ablatus, a, um, quod abſtulimus. Ut, *ablatam ſequitur quæritq; ſororem.*

Ablativus caſus, Grammaticis alio nomine ſextus dictus. Item Latinus: quia Græci carent ablativo.

Abſtulo, as, Plaut. pro aufero. Ut, *auras abſtulat.*

Circumfero, ers, fero aliquid circum, Fører omkring/bær omkring/haffuer med ſig i huor mand kommer. *Pateram vini ſecum circumtulit.* Et tropicè, luſtro ſeu purgo. Ut, *ter ſocios pura circumtulit unda.* Circumlatione enim fiebat luſtratio.

Confero, in unum fero, Før i hob/bær ſammen. Item ſimpliciter fero. Item transfero, Henfører. Inde ſequentes formulæ: *Conferre pedem*, eſt pedem pedi conſerere, & loco non cedere, quâ formâ dicimus: Sette foed hos foed: quo tamen ſignificatur in conſpectum dare ſeu venire, komme for: Item, til hoffuedt ſagen. *Conferre manum*, eſt pugnare, Stride/tage paa hin anden. *Conferre gradum*, At gaa lige eller jeffne. *Conferre ſigna*, eſt ſigna militaria, partium in unum locum ferre in ſignum ineundæ pugnæ; Reigſe Fanen op/eller ſlaa vd til ſtrid. *Conferre ſe domum*, eſt ire, begiffue ſig hiem adt. *Conferre cum aliquo*, eſt diſputare, ubi ſcil. multa conferuntur, Legge nogen ſag offuer med anden/diſputere. Et cum adjectione *conferre conſilium*, Legge raad offuer. *Conferrem cum re*, eſt comparare, Legge det enne ved det andet. *Conferre amorem*, eſt diſponere, Laffue oc lempe. *Conferre culpam in aliquem*, eſt transferre, Giffue ſkyld/ſkylde paa en anden. *Conferre nobiſſima primis*, h. e. conjungere, Føje ſammen. *Conferre verba in pauca*, i. e. concludere & verborum compendio uti, Srage forteligen ſammen/giøre ſin tale fort. *Conferre pecuniam*, eſt contribuere, Skyde ſammen/legge ſammen vd til nogen. *Conferre in aliquem beneficium*, eſt beneficio afficere, Giøre vell mod en. Item impersón. *Confert*, pro conducit, & utile eſt, Suer/Tien eller hielper til. *Ad æſtivos temperandos calores plurimum conferunt ſalientes rivi.*

Collatio, onis, conferendi actus, Tilhobeførelſe/eller tilhaabe ſkydelſe. *Collatio argenti.* Item comparatio, Lignelſe. *Collatio noſtrarum militiarum.* Item ipſa res collata in commune, Tilſkud/ſtyr/paalagt hielp. *Collatio pecuniarum.*

Collator, oris, m. t. Plaut. qui confert. Ut, *Symbolorum collator.*

Collatus, us, m. q. Hircio, idem quod collatio: *In collatu erant pari conditione.*

Collatus, a, um, quod contulimus. Ut, *collata pecunia. Collatis ſignis pugnare*, Naar mand paa begge ſider haffuer ſat Fanen op til ſtrid. *Collato pede præliari*, Stride foed hos foed.

Collaticius, a, um, quod collatum eſt, ſeu ex collato conſtat. Ut, *collaticia inſtrumenta*, quæ à pluribus commodantur, Laant her oc der. *Collaticia ſepultura*, quæ à

pluribus confertur. *Stips collaticia*, quæ in pauperum usus erogatur: *Cœna collaticia*, qualis eſt ſodalium aut contubernalium accubatio, ubi ſuas quisq; adferunt epulas, Skyndelſkudz Maaltid / Skynderſkud.

Collativus, a, um, Plaut. idem quod collaticius. Ut, *collativum ſacrificium*, quod è pluribus collatum eſt. *Venter collativus*; qui magnus eſt, turgidus & inexplebilis, eo quòd in eo multa edulia conferantur, quaſi in quem omnes conferunt, fuld maffue aff allehaande/ ſtor wfyldelig Bug. *Collativum* quoq; abſolutè dicitur pecunia, quam populus Principi vel Reipubl. confert, Landgifft eller gaffue/Landſtyr.

Confeſtim, adverb. ſignificans ſine mora, eodem momento, à confero, quaſi collato gradu, ut cum pedes pedibus conferuntur, I det ſamme ſtund/ ſtraxen / I hælene / haſteligen. *Cæſar præmiſſo Equitatu, confeſtim legiones ſubſequi juſſit.*

Defero, ab uno ad alium aliquid fero, frembær. *Deferre alicui & ad aliquem epiſtolas*: *defert nos navis in portum.* Et translatè, denuncio: *deferre beneficia.* Item *deferre cauſam*, giffue for. Sic *deferre milites Senatui, vel ad ſenatum*; Et aliquem *deferre ad judicem, ad ſenatum*, Anklage. Item in malam partem, calumniari, Forføre. *Deferre nomen*, giffue läſt oc klage offuer en/ Beſkylde/ Sicte en for Rætt oc Raad/ føre en iſkade.

Delatio, onis, deferendi actus, quo aliquid defertur. Ut, *delatio nominis & capitis*, quâ nomen & caput, ſeu aliquis de nomine & capite defertur, Beførelſe / forføreſe/paaſigelſe.

Delator, oris, m. t. qui defert vel deferre ſolet alios calumniando, Forfører/Bagvaſkere/ før i ſkade.

Delatus, a, um, quem detulimus.

Differo, quaſi in diverſas partes fero, Skiller adt. *Nos cum ſcapha tempeſtas dextrorſum differt ab illis.* Et translatè, *hæc inter ſe multum differunt.* Item *multa de me ſermonibus differt*, i. e. ſpargit & divulgat, Tal alle vegne Ilde om mig. Sic *differre aliquem famâ, dictis, pipulo, &c.* Item *differor doloribus*, quaſi in varias partes ſcindor, Spræcket aff harm oc ſorg. Item motor, quaſi aliis & diverſis occupatus, Forhaler/ ſetter op. *Negotium hoc differt in aliud tempus*: vel etiam producit actionem ſeu tempus diſtractione quadam, Giør forlenge aff det.

Differens, quod differt. Ut, *cauſa differens*, cum una ab alia differt.

Differentia, f. pr. differentium ratio, Skilsmiß.

Differitas, Lucret. idem quod differentia.

Dilatio, onis, differendi, h. e. ducendi tempus, actus, Forhalelſe / forhaling. *Temporis dilatio*, qua ſcil. tempus differtur.

Dilator, oris, m. t. qui tempus differt & ducit, Forhalere.

Dilatus, a, um, quod diſtulimus, Forhalet. *Pœna dilata in tempus mortis.*

Indifferens, om. t. non differens, quod nihil differt, quod ſuâ naturâ neq; bonum, neq; malum eſt, huercken til eller fraa / Middelmaadig. *Dolor indifferens.* Et *homo indifferens*, qui indifferenter in re aliqua verſatur, Som lader huert være got for ſig.

Indifferenter, modo indifferenti, Skelligen. *Indifferenter hoc fert*, hand tager ſig det huercken for nær/ eller for lætt: *Occiſum populus indifferenter tulit*, Skøtte icke ſaa nøje om.

Indifferentia, Gell. qua unum ab alio non differt, qua inter ſe conveniunt.

Effero, extuli, elatum, quaſi extrà fero, Vdfører / vdbær / bær frem / bær for. *Vide ne quid domo, ſeu è domo efferatur. Peto à vobis, ne has ineptias efferatis. Cadaver effertur*, Bæris til Jorde. Et abſolutè, pro eodem effertur. *Ager qui quiebit, uberiores effert fructus. Pedem effert*, i. e. egreditur, gaar vd. Item translatè, extollo & celebro, Ophøjer/Roſer. *Contempſiſti Murenæ genus, extuliſti tuum. Effero te verbis*: *Effero te laudibus*, Roſer oc berømmer. *Efferre peccatum*, pro divulgare, Vdføre ens forſeelſe. Item *eſferor ſtudio in literis.*

Elatio, onis, efferendi actus, Ophøffvelſe / Stolthed/ Modighed/ Prectighed. *Animi elatio*: *orationis elatio.*

Elatus, a, um, quod extulimus, Vdført / frembaaret/ophøjet. *Corvus eſt conſpectu elatus*, Bortfløjen Et amiſſo tempore, qui ſeipſum effert & extollit, Hoffærdig/ Stolt. *Homo eſt elatior.* Et in bonam partem, magnificus, magnanimus, Prectig / modig. *Animus magnus & elatus.* Inde *elatus ſtudio. Elata & ampla locutio. Elata oratio. Elata verba*, Store ord/ ſtolt och prectig tale. Aliter hoc refertur ad extollo.

Elatè, adverb. modo elato. Ut, *elatè loquitur, dicit*, ſcil. in utramq; partem, Taler ſtore ord/ prectelligen/ modeligen.

Infero, intrò fero, Indfør/Indbær *Pedem huc meum intuli*: *templis vaſa aurea inferuntur.* Hinc loquendi formæ, partim translatæ, partim impropriæ: *Inferre alicui manus*, Legge haand paa en til det verſte/ ſom at ſlaa/ tøffue/ ſlaa ihiel. *Inferre ſe*; Trenge ſig med magt ind paa noget: Et ſimpliciter, begiffue ſig hen till. *Inferre alicui damnum, cladem, detrimentum*, Føre iſkade/ føre en ſkade paa/ veldelig giøre ſkade. *Inferre exemplum aliquod*, Føre noget ind til Exempell. *Inferre ſermonem*, Indføre oc giffue nogen ſnack oc tale for. *Argumentis aliquid inferre*, Indføre oc beſlutte. *Inferre alicui arma*, Føre en Krig paa. *Inferre alicui crimen*, Beſkylde en for noget. *Inferre virgini ſtuprum*, Beſoffue/ krencke en Pige. *Inferre pedem in poſſeſſionem*, Træde ind udi beſiddelſen. *Gradum inferre*, Trenge ſig ind paa.

Infeſtus, a, um, qui ſe in alium infert, vel alii bellum infert, Som ſetter ſig hart mod anden / gridſk paa anden/ fiendſk/ gram / er anden hart paa halſen. *Tibi ſoli infeſta eſt mulier*: *in me infeſtus eſt*: *infeſtus animus*: *infeſti oculi*, Fiendſke / gridſke. Et *infeſta ſigna*, quæ in hoſtes inferuntur; Fiendſk / oc ſom Fiender bruge eller føre imod hin anden. Et paſſ. *infeſtus*, qui infeſtatur & in diſcrimine verſatur, Som haffuer ingen fred / wſicker / wtryg/ ſom tractis haardeligen effter. *Vita hominis ferro infeſta*, i. e. infeſtatur, tractis effter med Suerdt/ anfectis aff anden: *Mare latrociniis infeſtum*: *via excurſionibus infeſtæ*: *infeſtum & periculoſum iter*, wfredelig: *Vectigal bellis infeſtum*, Told oc Siſe tractis effter/ haffuer ingen fred i Krig: *Libertas ſuppliciis infeſta*, haffuer ingen fred / er icke frj. Et *omnia ſunt infeſta*, i. e. omnia infeſtantur, Alting er wfredelig.

Infeſtè,

Infestè, adverb. animo infesto, fiendsk. *Multa in nos infestè fecit.*

Infesto, as, act. pr. molestiâ vel detrimento afficio, anfecter/ er til skade/ gior vmage / vroe. *Homines isti à cimicibus infestantur: Vineta austris & euris infestantur: arbores musco infestantur.*

Offero, quasi in occursum fero vel adfero, Bærer til/ eller bær ud imod. Pravertit autem exspectationem. Ut, *offerre auxilium alicui*, byde hielp til. *Offerre amicitiam*, tilbiude. *Offerre se alicui*, giffue sig til eller mod en. *Obtulit se mihi in via: oportunè te mihi offers. Offerebat se sceleribus Antonii*, pro opponebat, Satte sig imod. *Offerre vitium virgini*, pro inferre & vitiare. Et translatè, *offerre se periculis sine causa*, pro exponere, giffue sig i fare. *Objiciuntur sæpè formæ, quæ reipsâ nullæ sunt, speciem autem offerunt*, i. e. reddunt. *Natura obtulit Simonidi istam spem*, i. e. præbuit.

Oblatio, onis, offerendi actus; Et peculiaritet, quod Diis offertur, Offring.

Oblatus, a, um, quod obtulimus, tilfort/tilbuden/ foregiffuedt. *Oblata injuria: oblata amicitia.*

Offerumenta, veteribus, pro oblationibus.

Offerumentæ, Plaut. pro vibicibus & notis verberum tergo oblatorum, q. d. Ribler affhug/forærede eller offrede paa ens Ryg.

Perfero, ad finem usq; fero, Bær sler frem. *Nuncius qui accepit non pertulit.* Sic, *perferre mandata; fructus, clamorem, famam.* Et *perferre rumore vel nuncio sermones*, føre tidinger. *Propter latrocinia tardissimè omnia perferuntur.* Item patior seu patienter fero, taal/bær/ lider. *Paupertatem pertulit gravem, nives, provinciam susceptam*, Staar det vd.

Perferens, tis, om. t. qui perfert. Ut, *injuriam perferens*, taalig.

Perlatus, a, um, quod pertulimus. Ut, *literæ perlatæ.*

Postferendus, a, um, Plin. pro postponendus. Ut, *provincia nulli amplitudini opum postferenda*, Bagsettis/ Ringere actis.

Præfero, ante fero, før for mig. *Ardentem facem dextrâ præfert: lumen posteris præfert.* Et tropice, ostendo, viser vd/ viser for sig. *Vultu & oculis motum animi præferebat.* Et ratione dignitatis, Meere acter/ Offuersetter. *Hominem rudem sibi prætulit: Salutem Reipublicæ suis commodis prætulit, præferre aliquem summis honoribus*, pro ornare. *Præferre sensus apertè*, pro ostendere quod est in animo, Lader see/ huad i sinde er.

Præfericulum, n. s. vas æneum sine ansa patens veluti pelvis, quod præferre in sacrificiis solebant.

Præfestino, as, n. pr. ante tempus festino, vel nimium festino, Iler for hastig.

Præfestinè, valde festinanter.

Præfestinatus, a, um, pass. in quo præfestinavimus. Ut, *opus præfestinatum.*

Præfestinatim, antiquè, modo præfestinato.

Præterferor, præter aliquid feror & eo, Gaar eller kommer foroffuer/ føris forbj. *Latebras præterlata acies: vox aures præterlata est.*

Profero, extra & in lucem fero, palam facio, før vd/ giør Abenbare / før til Liusset. *Non te rogo ut proferam: sententiam profert: in lucem, in aspectum, in medium profero*, Fører paa Baanen. Sic *proferunt se ingenia & ostentant, ubi injussus quis & interrogatus se notitiæ alicujus ingerit.* Item in aliud tempus fero & differo, quasi procul vel porrò fero, Opsetter. *Profert diem.* Item longius facio, forlenger. *Lineam profert longissimam: profert limites imperii. Proferre testes*, est producere, føre vidner frem.

Prolatio, onis, proferendi actus, fremviselse/ fremvisning. *Exemplorum prolatio, prolatio finium*, forlengelse oc forvidelse. *Prolatio judicii; prolatio rerum*, opsettelse: estq; hæc negotiorum suspensio & jurisdictionis silentium, vel justitio indicto belli temporibus, vel feriis & vacationibus.

Prolatus, a, um, quod protulimus. Ut, *prolata somnia ex historiis*, forfynt/ vdfort til liuset. *Tabulæ prolatæ*, fort frem. Res prolata, Opsatt. *Prolato ære astitit*, i. e. clypeo ante se protento.

Refero, retro fero, før eller bær tilbage. *Epistolam ad me referri volo: ventus, pœnes, me in Italiam retulerunt. Legati responsa referunt: rumores referunt.* Sic pro reddo, Giffuer igien. *Paria paribus refert: referre gratiam: fidis & infidis refert gratiam.* Et *referre gratias*, Plaut. est facto beneficium acceptum remetiri, Gielde velgierninger igien: quod & in malam partem sæpe accipitur, Betale lige for lige. Item *extrema referunt eundem in canendo sonum*, i. e. reddunt. Item revoco, falder tilbage. *Refert rem judicatam*, i. e revocat & renovat judicium: *Refert judices*, i. e. revocat & asciscit. Item ascribo, describo. Ut, *refert epistolas in volumina: hæc refert in commentarium: refert aliquem absentem in reos: Eum refert in Deorum numerum, referre nomina in codicem accepti & expensi: referre in tabulas: referre rationes ad ærarium.* Et *referre alicui acceptum.* Item propono, deliberandum in medium pono, Setter frem for nogen. *Refert se ad Senatum de re aliqua, de lege, de cæde alicujus.* Item respondeo. Ut, *hoc ego non ad meam defensionem attuli, sed illorum defensioni retuli.* Item idem quod confero, Legger offuer med nogen. *Cum eo nunquam retuli.* Item dirigo, henvender. *Omnia sua consilia ad tuam dignitatem retulit: ad voluptatem corporis omnia retulit, refert animum ad studia* Sic, *ad teipsum hoc refero*, Skuder det ind for dig selff.

Relatus, a, um, quod retulimus. Ut, *relatæ inimicitiæ*, i. e. redditæ & nunciatæ, betalt eller forfynt. *Relata gratia. Verba relata contrariè*, i. e. opposita: *relata consvetudo*, i. e. restitura: *in publicas tabulas relatum est.*

Refriva faba, antiquè, quasi referiva, quæ referri solebat ad sacrificium ex segete auspicii causa.

Suffero, ers, quod mihi oneri vel molestiæ est fero fortiter, quasi subtus fero, Bær mandelig en / vdstaar. *Sumptus sufferre non possum: nec claustra nec ipsi custodes sufferre valent irruentem hostem.* Ponitur & pro patior, Taal oc lider. *Sufferre mulctam, pœnas supplicium.* Unde *multas Pisistratus pœnas sustulit, sive subtulit* ad differentiam sustulit à sustollo. *Sufferre anhelitum*, est recipere anhelitum, nempe ut seorsum ascendat.

Suffertum, Svet. ut, *promisit se sufferti aliquid tinniturum, Græco sermone*, i. e. cantaturum se clarius aliquid, aut densum aliquid & succi plenum: translatâ significatione à ferto, strue sacrificâ: sed & suspicio est legendum esse sufferum pro agreste & subrusticum, quod etiam interdum in conviviis delectat.

Superfero, ers, supra aliquid fero, Bær eller legger offuer. Unde, *sinistrum pedem superlatum parturienti lethalem esse, dextro elato facile enixi.*

Superlatio, onis, Cic. oratio est veritatem superans augendi minuendive causa, Græcâ voce Hyperbole.

Superlatus, a, um, Cic. Ut, *superlata verba: superlata nomina*, quæ augendi causa in oratione proferebantur, Græcâ dictione hyperbolica.

Transfero, ers, de loco in locum fero, forflytter. *Ex hortis omnia ornamenta transtulit: altra eum locum castra transtulit: multi se à regendis civitatibus, ad cognitionem rerum transferunt*, begiffuer. Sic *transferre verba*, est à propria significatione ad aliam ferre, & quasi aliud alieno loco collocare. Item *transferre aliquid*, est ex una lingua in aliam convertere & interpretari, Vdsette/ fortolcke. *Transferre judicia*, est ab uno ordine ad alterum ferre, h. e. à Senatu ad Equites: *transferre aliquem in numerum paricidarum*, i. e. referre & censere, Regne iblant. *Transferre jucunditatem in animum*, i. e. adhibere, derivare. *Nævius trans Alpes usq; transfertur*, i. e. mittitur.

Tralatio & translatio, onis, transferendi actus: Unde *translatio criminis*, i. e. remotio. *Pecuniarum translatio à justis dominis ad alienos*, i. e. traductio. Et peculiariter figura Rhetorica, qua dictio à propria ad non propriam significationem transfertur, Græcâ voce, Metaphora.

Translatus, a, um, quod transtulimus. Ut, *verbum hoc totidem verbis translatum est*, i. e. excerptum. *Hoc Carthaginem translatum est*, i. e. delatum: *potestas Deorum ad vos translata*, i. e. commissa vobis, Bestroedt.

Tralaticius sive translaticius, a, um, quod aliunde translatum est. Ut, *vox tralaticia*, quæ à propria significatione ad non propriam translata est. Item quod novum non est, nec nuper inventum, sed aliunde translatum. Ut, *vetus edictum & tralaticium*, det er gammelt/ icke nytt.

Translativus, a, um, Plin. idem. Ut, *translativa officia*, quæ vulgaria sunt, & omnibus passim usurpata, nec dum ab iis qui exquisitè amicitiam colunt, Gemeent/ huer mands brug. *Translativum est in Ægypto octavo mense parere*, i. e. usitatum & minimè novum: *translativa constitutio*, ubi actio translationis aut commutationis indigere videtur.

Translativè, Jurisconf. pro perfunctoriè, remissè, languidè, negligenter. *Præsides translativè non debent exsequi*, Forsømmeligen/ vaarsommeligen.

Composita cum aliis dictionibus.

Æstifer, a, um, quod æstum & calorem affert. Ut, *æstifer canis*, pro sidere quodam cælesti. Item quod fert & patitur æstum. Ut, *regio æstifera*: *Libya æstifera*.

Alifer, Ovid. Ut, *alifero tollitur axe Ceres*.

Anguifer, m. f. signum quoddam cæleste.

Anxifer, a, um, angorem & anxietatem afferens. Ut, *dolorum anxiferi vertices*: *anxifera cura*.

Aquiliferi, m. f. dicti sunt signiferi in Romana militia, à ferenda aquila, militari signo.

Armifer, a, um, arma ferens. Ut, *Quirinus armifer*: *Dea armifera*: *aurum armiferum*.

Arundifer, a, um, ferens arundines. Ut, *amnis arundifer*.

Astrifer, a, um, ferens astrum. Ut, *cælum astriferum*.

Auriferus, a, um, quod fert aurum. Ut, *aurifera flumina*: *auriferum nemus*: *aurifera arbor, terra, &c.*

Baccifer, a, um, Plin. & Senec. ferens baccas.

Bellifer, a, um, Claud. idem quod bellicosus.

Biferus, a, um, Virg. quod quotannis bis fructum fert, Subbelt Aarlig grøde/ tuegrødigt. *Arbor bifera*.

Bipennifer, Ovid. bipennem ferens, h. e. securim Epitheton hodie satellitum tale telum gerentium, Drabant.

Buxifer, ferens buxum.

Cælifer, Virg. Epitheton Atlantis, quem ob insignem Astronomiæ peritiam finxerunt Poëtæ cælum humeris sustinere.

Caniphoræ, Cic. i. e. canistriferæ virgines, Sacerdotes Cereris, cistas binas ferentes opertas, quarum in altera flores erant, quibus ver, in altera spicæ, quibus æstas significabatur. Alii legunt caniferas.

Cistifer, qui fert cistam, Kiste dragere.

Cistophorus, m. f. moneta Asiatica, imagine insignita cistiferorum, qui sacrorum arcana cistis inclusa gestabant: valebatq; paululum plus quàm dimidium Denarii, Saa som en fire skilling stycke.

Conifer, a, um. Ut, arbor conifera, quæ conos fert. Sic, *conifera cyparissus*.

Corymbifer, qui fert corymbos sive hederam: Estq; Epitheton Bacchi hederâ coronati.

Cupressifer, a, um, ferens cupressos. Ut, *mons cupressifer*.

Ensifer, ferens ensem. Ut, *Orion ensifer*.

Falcifer, m. f. falcem ferens. Ut, *Saturnus falcifer*, falce instructus, quiq; primus in Italia agriculturæ usum docuit.

Fatifer, a, um, quasi fatum, h. e. mortem ferens. Ut, *ensis fatifer*, Dødelig.

Flammifer, a, um, qui flammam fert, seu inflammans. Ut, *pestis flammifera*: *bis flammifera*.

Florifer, qui fert flores. Ut, *saltus floriferi*, Blomstrende.

Florifertum, n. s. dies festus, quo spicæ seu flores ad sacrificium ferebantur, ad Græcorum Φερεσβιν à Φέρω, fictâ voce.

Frondifer, a, um, frondes ferens. Ut, *sylva frondifera*: *nemus frondiferum*, *frondifera turba*, Mangrefft fare.

Frugifer, a, um, frugem ferens, Grødende/ grødebar/ som giffuer/ bær grøde. *Arbores frugiferæ*: *terra frugifera*. Et translatè, utilitatem afferens, Nyttebar. *Philosophia, consilium, opus frugiferum*.

Frugiferens, Lucret. pro eodem. Ut, *terræ frugiferentes*.

Fumifer, a, um, fumum afferens. Ut, *ignis fumifer*: *nox fumifera*, Rygende.

Furcifer, m. f. qui ignominiæ causa furcam gestabat, Som bær Ragesteenen aff Byen. Item dignus ut ferat, Galgefnebel.

Trifurcifer, a, um, insignis furcifer, Hoffuedtyff/ Allyff.

Gemmifer, a, um, gemmas ferens. Ut, *amnes gemmiferi*: *corona gemmifera*: *mare gemmiferum*.

Glandifer, a, um, quod glandes fert. Ut, *quercus glandifera*: *arbor glandifera*, Aggern træ.

Granifer, a, um, ferens grana. Ut, *agmen graniferum*, pro formicis grana ferentibus.

Herbifer, a, um, herbas ferens. Ut, *mons herbifer*.

Horrifer, horrorem inferens. Ut, *horrifer aquilo*, Som kommer til at gysse.

Humifer, humorem ferens, Vaad/ vædende. *Succus humifer*.

Hymnifer, apud Ovid. hymnos ferens.

Ignifer, a, um, ignem ferens. Ut, *lampades igniferæ*.

Imbrifer, a, um, imbres seu pluvias ferens, Regnende/ Regnactig. *Auster imbrifer*: *cælum imbriferum*: *ver imbriferum*.

Laborifer, a, um, Ovid. labores qui fert, Trælsom. *Laborifer Hercules*: *laboriferi boves*.

Lanifer, a, um, quod lanam fert. Ut, *arbores laniferæ*.

Lauri-

Laurifer, a, um, ferens laurum. Ut, *laurifera tellus*: *laurifери currus.*

Legifer, qui fert seu tulit legem, Lowgiffuer. Et in sexu fœmineo, *Legifera Ceres.*

Legislator & Legumlator, quod & divisim dicitur lator legis, is est, qui promulgavit, vel instituit, vel tulit legem.

Lethifer, a, um, quod lethum fert. Ut, *lethifer morbus*: *lethifer ensis, annus, anguis.*

Lucifer, m. s. stella Veneris, sic dicta, cum antegreditur solem, & lucem quasi affert, Morgenstierne.

Lucifer, a, um, quod lucem fert. Ut, *Diana Lucifera*: *Equi lucifери.*

Luctifer, a, um, ferens & nuncians luctum. Ut, *fax luctifera*: *bubo luctifera.*

Manifestus, a, um, quasi quod ipsis manibus fertur & inter manus est, ideoq; apertum & clarum, Vitterlig/ skinbarlig/ Aabenbarlig / Klart oc imnellom hænderne / for haanden. *Manifestus in rebus hominem jam teneri videbitis.* Et cum genit. *manifestus sceleris aut mendacii*, cujus scelus & mendacium notum & quasi in manibus & ante oculos est, Vitterlig/ kiendt i den last/ eller tagen/ greben i løgn. Aliter ab antiquo manus, i. e. clarus; sed id mutata quantitate primæ syllabæ, & a facio.

Manifestè, adverb. modo manifesto, Vitterligen/ Aabenbarligen. *Res manifestè deprehensa.*

Manifestò, idem. Ut, manifestò tenetur in re turpi.

Manifestarius, a, um, quod manifestè fit. Ut, *res est manifestaria*: *manifestarius fur*: *manifestarius adulter*, qui in ipso scelere deprehensus est, & manifestò deprehensus, Vitterlig/ skinbarlig.

Margaritifer, a, um, ferens margaritas. Ut, *cochleæ margaritiferæ.*

Mellifer, u, um, ferens mel. Ut, *apes melliferæ.*

Metallifer, a, um, metallum ferens vel gignens. Ut, *luna metallifera.*

Monstrifer, a, um, monstra ferens, Vnderlig oc seldsom. *Monstriferum mare.* Et, *effigies animalium monstriferæ*; quæ monstra referunt.

Mortifer & mottiferus, a, um, quod mortem affert, Dødelig *Mortiferus serpentis morsus, ictus*: *mortiferum poculum.*

Multifer, a, um, Plin. multa ferens; fertilis, Fructbar/ grødefuld. *Brassica multifera.*

Noctifer, a, um, noctem afferens. Ut, *stellæ noctiferæ*, pro vespertina, seu Hespero. Et absolutè, pro eodem, *Noctifer*, Affrenstierne.

Nubifer, a, um, nubes ferens. Ut, *montes nubiferi*, qui tam editi sunt, ut nubes sustinere videantur. Sic, *nubifer notus*, qui nubes adfert sive gignit.

Odorifer, a, um, odorem ferens reddensq;, Luctende. *Sylvæ odoriferæ*: *Gens odorifera*: Et *Arabia odorifera*, in qua nascuntur odores.

Olivifer, a, um, olivam ferens. Ut, *arva olivifera.*

Omnifer, a, um, Ovid. omnia ferens. Ut, *vultus omniferi.*

Opifer, a, um, opem ferens. Ut, *juno opifera*, parturientibus opem ferens.

Ostrifer, a, um, ostrea ferens. Ut, *mare ostriferum.*

Pacifer, a, um, pacem ferens. Ut, *laurus pacifera*: *virga pacifera Mercurii*: *Cyllenius pacifer.*

Palmifer, a, um, palmam ferens. Ut, *regio palmifera.*

Papyrifer, a, um, papyrũ ferens. Ut, *Nilus amnis papyrifer.*

Pestifer, a, um, pestem afferens. Ut, *fulmen pestiferum*, forgiftigt/ Pestilendzisk/ Skadelig *Pestifer sanguis*: *pestiferum bellum*: *Crudelis ac pestifer homo.* Et *pestiferum fulgur*, quod mortem exiliúmve significare solet.

Pestiferè, modo pestifero & perniciosè, Skadeligen. *Multa pestiferè & perniciosè sciscuntur.*

Pinifer, a, um, pinus ferens. Ut, *mons pinifer.*

Pomifer, a, um, pomà ferens, Fructbar paa Æble oc saadant. *Arbor pomifera*: *auctumnus pomifer*: *annus pomifer*: *montes pomiferi.*

Racemifer, a, um, quod racemos fert. Ut, *uva racemifera*: *Bacchus racemifer.*

Refert, Impersonal. pr. prod. significans è re est, Kommer ved/ ligger nact paa/ haffuer paa sig. *Magni, parvi refert*: *mea refert.*

Rorifer, a, um, ferens rorem. Ut, aurora rorifera, Dugvorn: *Luna rorifera, umbræ roriferæ*, i. e. nox.

Rumifero, Plaut. pro rumorem fero & famam spargo. Ut, *rumiferant cives mulierem probam.* Aliter legitur rumificant.

Sacrifer, a, um, sacra ferens. Ut, *sacrifera rates.*

Sagittifer, a, um, qui fert sagittas. Ut, *Geloni sagittiferi*: *Pharetræ sagittiferæ.* Et translatè, *pecus sagittifera*, pro histrice.

Salutifer, a, um, ferens salutem. Ut, *puer orbi salutifer.*

Sceptrifer, a, um, Ovid. Ut, *manus sceptriferæ*, quæ ferunt sceptrum.

Scutifer, scutum ferens.

Securifer, a, um, securim ferens. Ut, *Securifer Pyrætmon.*

Sensifer, a, um, Lucret. sensum ferens. Ut, *motus sensiferi.*

Signifer, a, um, quod signa fert. Ut, *exercitus signifer.* Et absolutè *signifer*, m. s. Fennickdrager. Item circulus cælestis duodecim continens signa.

Solifer, a, um, solem ferens. Ut, *plaga cæli solifera.*

Somnifer, a, um, quod adfert somnum. Ut, *vis somnifera sativo papaveri.*

Soporifer, a, um, quod soporem adfert & inducit. Ut, *vis soporifera*: *papaver soporiferum.*

Spicifer, a, um, spicas ferens. Ut, *spicifera Ceres*, *spicifer Nilus.*

Spumifer, a, um, spumas ferens. Ut, *fluctus spumiferi*, Fraadende / skummende.

Stellifer, a, um, quod stellas fert. Ut, *cælum stelliferum.*

Strufertum, ti, n. s, idem quod fertum libi genus, à struere rerum & ferto sic dictum.

Strufertarius, m. s. qui mercede conductus ad arbores fulguritas strue & ferto sacrificia faciebat solenniter dicens: Precor te Jupiter uti mihi volens propitius sies: quod & fiebat nullo adhibito strufertario.

Tædifer, a, um, tædam ferens. Ut, *Ceres tædifera*, quæ tædas inflammavit investigatura filiam Proserpinam à Plutone abreptam.

Taurifer, a, um, quod magnum taurorum habet proventum. Ut, *campi taurifери.* Sic, *dama taurifera.*

Thurifer, a, um, thus producens. Ut, *regio Thurifera.*

Tridentifer, qui tridentem fert: Epitheton Neptuni.

Triferus, a, um, quod ter quotannis fructus producit. Ut, *arbor trifera.*

Velifer, a, um, velum ferens. Ut, *malus navis velifer. Carina velifera.*

Venenifer, a, um, venenũ habens. Ut, *palatum veneniferum.*

Vitifer, a, um, quod vites fert, sive in quo proveniunt vites.

Umbrifer, a, um, umbram ferens. Ut, *arbor umbrifera*: *platanus umbrifera*: *Academia umbrifera.*

Vocifero, as, Cic. n. pr. cum dolore vel indignatione vocem majorem emitto, Raaber oc skriger. *Cæpit ille minitari & vociferare.*

Vocife-

Vociferatio, onis, vociferandi actus, Raaben oc ſkrigen.

Vociferor, aris, dep. pr. Cic. idem quod vocifero. Ut, *vociferabantur ſibi promiſſa decem millia.*

Uvifer, a, um, uvas ferens. Ut, *glebæ uviferæ: Maſſicus uvifer.*

FERRUM, n. ſ. metalli genus duriſſimum & ductile, à ferio, quòd eo cætera metalla feriantur & domentur, Jern. Inde tropicè gladius & quicquid armorum inſtrumentorúmve ex ferro conſtat, Kaarde/knif/etc. *Ferro vulneratus. Et in ferrum conjici*, i. e. in compedes aliaq; ferrea vincula.

Ferramentum, n. ſ. inſtrumentum ferreum, Redſkab aff Jern/Jern redſkab. Item inſtrumentum quodcunq; ferratum, Jernſlagen Redſkab.

Ferramentarius, m. ſ. ferramentorum confector, Smed.

Ferrarius, a, um, quod ad ferrum pertinet. Ut, *fodina ferraria*: Et abſolutè, *ferraria*, Jerngrube. *Officina ferraria*, Smedie. *Aqua ferraria*, qua utitur ferrarius ad exſtinguendum candens ferrum, Smedie vand. *Faber ferrarius*: Et abſolutè, *ferrarius*, Smed/ qui in ferro operatur.

Ferratilis, le; om. t. Plaut. Ut, *ferratile genus*, pro iis qui ferreis vinculis ſunt compediti.

Ferratus, a, um, ferro obductum, Jernſlagen/Jernbundtn. *Ferrata ſpicula*: *ferratæ lanceæ.*

Ferreus, a, um, quod ex ferro eſt. Ut, *maſſa ferrea*, Jt ſtycke Jern/Oßmund. *Annulus ferreus*, Jernring. *Stylus ferreus*, quo veteres in cereis pugillaribus ſolebant ſcribere, Skriffue ſticke/ eller Staael i Skriffuertaffle. *Trulla ferrea*, in qua noctu funalia ardent obſidionis aut incendii tempore, Fyrpande. *Clavus ferreus*, Søm. *Catulus ferreus*, vinculi genus, quod etiam canis dicitur; Fiedder eller Bolt. Tres enim vinculorum ſpecies apud Nonium: manica, catulus & collare. *Fabrica ferrea ſive ferrana*, Jernverckſted/Smedie. *Anſæ ferreæ*, in ædificiis, quibus ſaxa implumbata ligantur, Bindejern/ Ancker. *Ferrea telorum ſeges*: *& ferreus telorum imber*, pro telis ferreis, iisq; denſis in modum ſegetum & imbrium. Item translatè, durus & inexorabilis, haard oc wmild. *Ferreus eſſem, ſi te non amarem*, Item *ferrea vox*, i. e. fortis, intenſa, clamoſa.

Ferrugo, inis, f. t. ferri rubigo, Jernruſt. Et translatè, color rubigineus, rubro & nigro conſtans, Jernfarffue/Mørckbrun.

Ferrugineus, a, um, quod colorem refert ferruginis. Ut, *veſtis ferruginea*, Mørckbrun/ Jernfarffue klæder. *Pallium ferrugineum.*

Ferrumen, inis, n. t. metallorum gluten, ſeu quo metalla conſolidantur, Lodning. Et translatè, *ferrumen cæmentorum*, pro calce, Kalck/ Steenlim.

Ferrumino, as, act. pr. ferrumine conſolido, Lodder: propriè de ferro, Velder Jernſammen. Inde *ferruminare murum*, eſt calce conſolidare, Mure med Kalck oc Steenlim/giøre Limbaand. Et translatè, *ferruminare labra labellis*, i. e. conferere, conjungere, Kyſſe.

Ferruminatio, onis, ferruminandi actus, Lodelſe.

Compoſita.

Præferratus, a, um, cujus anterior pars ferro obducta eſt. Ut, *haſta præferrata*: *pilum præferratum*, Jernſlagen eller Jernbunden for till.

Soliferreum, n. ſ. genus teli, quaſi totum ferreum, à voce Oſca Solon, i. e. totum.

FERVEO, & antiquè ferbeo, es, fervi vel ferbui, n. ſ. propriè de aqua dicitur, cum ſubjecti ignis vi ebullit, à ζέω, caleſco, æſtuo, Siuder. Inde transfertur ad alia, cum æſtu vel vi ſumma agitantur. Ut, *ferbet mare æſtu*, Haffuet ſkryder. *Ferbet cælum*, det ſtormer. *Ferbet hyems*, Vinteren er ſtor oc ſtreng/naar der huinfryß. *Ferbet æſtas*, Naar det er ſtørſte hede. *Ferbet vinum*, cum ex muſto in vinum tranſit, Vin giøris: quando ſcil. interna ſua vi excoquit ſordes. Sic *ferbet cerevisia*, øllet giøris och ſtaar lige ſom det ſøed aff ſig ſelff. *Ferbet opus*, Arbeidet gaar for ſig/det er i gierde. *Homo ferbet irâ, odio, abaritiâ, cupidine, litibus*, Brender aff gærighed/ vrede/ etc. Løber offr aff ſaadant. Aliter à fero, quòd agitetur & vi quadam interna feratur. Item Varr. per Onomatopœjam, à ſono quem edit, dicitur. Item à Græco quodam Φέρβω.

Fervo, is, n. t. idem quod ferveo. Ut, *omnia vento nimbiſq; videbis ferbere.*

Fervens, tis, om. t. quod fervet, Siudende. *Aqua ferbens.* Et amiſſo tempore, *ferbens aqua*, Siudhed vand. *Ferbens animus*, fyrrig/ hefftig/haſtig. Sic, *animus ei eſt ferbentior.*

Ferventer, tiſſimè, ferventi modo. Ut, *ferbenter loquitur*, heffrigen/fyrrigen.

Ferveſco, ſcis, n. t. fervens fio, Hedmer/opſiuder/ opvolmer. Unde translatè, *terræ ferbeſcunt ſole: ventus mobilitate ferbeſcit*, Opvolmer/ været reiß ſig/begynder at ſtorme. Sic, *cælum, mare ferbeſcit.*

Fermentum, ti, n. ſ. farina eſt ſubacta, &, ut aceſcat, relicta: ſic dictum, quod intumeſcendo ferveat recentioremq; maſſam tumeſcere faciat, Surdej/ Syre. Et translatè ira. Ut, *mulier tota in fermento eſt*, i. e. inflata eſt, & quaſi irâ tumet & ebullit, q. d. Hun hoffuis aff vrede. *Accipe & iſtud fermentum tibi habe*, i. e. indignandi cauſam. Item *humus velut fermento quodam intumeſcit*, cum gleba reſolvitur tumidiorq; ac rarior fit. Sic, *cogit ſolum in fermentum*, i. e. ut tumeſcant.

Fermenteſco, ſcis, n. t. fermento ebullio, høffuis: dicituráq; tum de pane, tum de terra. Ut, *fermenteſcit panis*: *fermenteſcit terra nive*, ſcil. quæ nive tabeſcente diluitur & remolleſcit, putrisq; redditur & ſoluta.

Fermento, as, act. pr. fermento miſceo & creſcere facio, Syrer/ kommer til at hoffne. *Panem fermentabant.* Et translatè, *fermentare terram ſtercore*, eſt facere ut rarefiat & intumeſcat, Giøre jord lett oc hoffuen.

Fermentatus, a, um, formento miſtus. Ut, *panis fermentatus*, Syrede Brød. *Fermentata terra*: *fermentatum ſolum*, quod tumidum eſt ac molle, Lætt jord.

Fervidus, a, um, idem quod fervens, idq; tùm propriè, tùm translatè. Ut, *terra ferbida*: *ingenium ferbidum.* Verùm hoc videtur magis ſpectare calorem ipſum, quàm caloris motum, qui in voce fervens eſt. *Ferbidæ ſeu ferventes rotæ*, i. e. impetuoſæ, cum impetu ruentes, rapidiſſimè & citiſſimè, qualis natura caloris.

Fervor, oris, m. t. ferventis ratio, & calor qui eſt intenſiſſimus, Siudhede. *Æſtatis ferbor*, Sommerens hede och brynde. Et translatè, *pectoris ferbor*, pro ſummo ſtudio, & ad dicendum agendumve motu. Sic. *in mentis eſt ferbor.*

Com-

Compoſita.

Conferveo, es, idem quod ſimplex ferveo. Inde translatè, *mea conferbuit ira*, q. d. Søed offr / bleff optendt. Et apud Medicos, *oſſa conferbent*, i. e. coëunt, Groer ſammen / lægis.

Conferva, æ, f. pr. Plin. ſpongia aquarum dulcium verius quam muſcus aut herbæ denſitatis villoſæ atq; fiſtuloſæ; ſic dicta, quòd eâ fracta oſſa conferveant, h. e. coëant & ferruminentur.

Conferveſco, ſcis, n. t. idem quod ferveſco.

Deferveo, es, fervere deſino, fervorem amitto, Lader aff at ſiude. *Olla deferbuit.* Et translatè, miteſco, Sactis/formildis/ formindſkis. *Ira, odium, ſplendor, nitor deferbet.*

Deferveſco, idem quod deferveo, vel defervere incipio.

Defrutum, pen. bre. n. ſ. vinum muſto ad dimidias vel ad tertiam partem decocto, factum; à defervendo ſic dictum, Soden Vin/ſoden Muſt. Aliter à fructu, quaſi excocto omni fructu.

Defrutarius, a, um, quod ad defrutum pertinet. Ut, *vaſa defrutaria* : *cella defrutaria*.

Defructo, as, act. pr. muſtum decoquendo vinum facio, Siuder Muſt.

Efferveo, es, valde ferveo. Inde translatè, erumpo, bryder vd. *Apes ruptis boum coſtis efferbent*, Bryder vd/ velder vd : ſcil. agminatim & feſtinanter.

Efferveſco, ſcis, valde fervidus fio, Vorder ſaare hed/hitzig. Inde translatè, valde commoveor, Oprøris. *Efferbeſcit mare quodam quaſi æſtu: animus efferbeſcit*, Opæendis/ vorder haſtig. Et rurſus inde, erumpo, Bryder,vd/vdfalder/velder vd. *Pontum efferbeſcentem in Aſiam ægrè repulit.*

Effervo, is, n. t. veterib. idem quod efferveo.

Inferveo, es, & **inferveſco**, ſcis, Cat. & Hor. idem quod ferveo.

Perfervidus, a, um, valde fervidus. Ut, *perfervida æſtas*

Præfervidus, a. um, valde fervidus. Ut, *ira præfervida.*

Referveo, es, n. ſ. valde ferveo. Unde translatè, *referbens crimen*, pro vehementi & atroci. Item fervere deſino. Ut, *referbuit oratio*, Sactedis / ſactis.

Referveſco, ſcis, denno fervidus fio. Ut, *referbeſcit aqua* : *referbeſcit ſanguis effuſus.*

Sufferveo, aliquantulum ferveo.

FESTUCA, æ, f. pr. ſtipula eſt arida & craſſior in fœno nondum demeſſo, à fœno ſic dicta, Viſſen høſtraa/ græſtraa/ huingræß. Aliter à feror deducitur, quod feratur vento: exponiturq; aridum & leve fenum: unde & pro re quaq; leviſſima ponitur. Item tropicè virgula Prætoris, quâ ſervis donare ſe libertatem ſignificabat, capiti nimirum ſervi manu lictoris impoſitâ.

Feſtucarius, a, um, quod per feſtucam fit. Ut, *actio feſtucaria*, quâ ſervus per feſtucam libertati donatur. Inde *vis feſtucaria*, quæ non vi & armis, ſed jure & legitime habetur, Haandel formedelſt Low oc Rætt.

FIBER, bra, brum, antiquis idem quod extremus, à finio.

Fibræ, cujus ſingul. **fibra**, f. pr. ſunt velut capilli in extis animalium, in radicibus ſtirpium & in aliis tenuiſſimæ ejusmodi rerum extremitates & fines, Ender/ ſmaa treffler/ ribler/ ſtrenge / ſom oc ſaffr Lærer/oc ſmaa treffler haar/eller traad der henger

ved vrte rødder. *Fibræ cordis, pulmonis, jecinoris* : *fibræ herbarum, radicum, &c.* Inde fibra pro ipſis præcordiis. Ut, *eſt ipſi cornea fibra*, i. e. dura præcordia, haardt hierte / Menniſke der lader ſig icke røre eller bevege. *Hoc arcanâ latet fibrâ*, Det ligger ſkiult oc forborget i det inderſte hierte eller hierte rødder.

Fibratus, a, um, quod fibram habet. Ut, *fibrata radix.*

Fiber, bri, m. ſ. canis marinus, ſed qui modò aquas, modò terras inhabitat, ſic dictus à fibris, i. e. extremitatibus, ſive oris amnium, quas incolit, Beffuer.

Fibrinus, a, um, quod eſt fibri vel ex fibro. Ut, *fibrina pellis*, Beffuerſkind.

Fimbria, æ, f. pr. veſtis ora ſeu extremitas, quaſi fibra: habebatq; inciſuras ſerræ dentibus non abſimiles, Saa ſom knipling / frøndter oc vdfuſſede kraffuer/ trefflede ender. Inde rerum quarumcunq; extremitates. Ut, *cincinnorum fimbriæ.*

Fimbriatus, a, um, quod fimbriis conſtat. Ut, *fimbriata veſtis*, Bremmede. *Collare fimbriatum*, Trefflede eller vdfuſſede kraffue/ eller med knipling. *Fimbriata urticæ folia.*

FICUS, f. ſ. & quart. declin. pr. prod. nomen arboris, à σύκη σύκης, ejusdem ſignificat. Figen træ. Fiebat autem ex ficu priapus: unde & pro priapo ponitur. Item ficus, fructus arboris, Figen: ſed tum cenſetur Gen. com. Item ad fructus hujus ſimilitudinem tuberculum in ano, idq; , ut volunt, gen. maſc. Figenbyld/ Ørtzbyld. Eſt autem ficus nigra ex arboribus infelicibus: alba ex felicibus. Aliter ejusdem originis habetur cum fœcundo, quòd feracior ſit cæteris arboribus. Ter enim quaterq; ſingulis annis fert fructum, ut altero matureſcente, alter oboriatur, ut loquitur Iſidorus.

Ficulus, m. ſ. parvus ficus.

Ficarius, a, um, quod eſt ex ficu, vel ad ficum pertinet. Ut, *ſarmenta ficaria*, Figenquaß. *Ficariæ crates*, Figen vender. *Ficarius corbus, piſcina ficaria*, Figen kurffue. Et abſolutè *ficaria*, f. pr. locus ficis arboribus conſitus, Figen haffue.

Ficatum, ti, n. ſ. jecur ſuillum, à ſue ſcilicet fico paſta.

Ficedula, f. pr. nomen avis ab eſu ficuum ſic dicta, idq; per productionem, non per compoſitionem ab edo, ut Græcorum σύκαλις, ejusdem ſignificationis. Corripitur autem antepenult. Juvenali: producitur Martiali.

Ficetum, n. ſ. locus ficis arboribus conſitus, Figen haffue. Et translatè, anus fico morbo obſitus.

Ficitor, qui ficus amat, colligit & vendit, Figen mand/ Figen æder.

Ficitas, atis, f. t. Nonio, ficuum abundantia.

Ficoſus, a, um, ficis, vulneribus plenus vel laborans. Inde ſuperlat. ficoſiſſimus.

Ficoſitas, atis, ipſa vulnerum copia.

Ficulneus & ficulnus, a, um, quod ex ficu arbore eſt. Ut, *ficulnei caules*, Figen ſtilck. *Ficulnus truncus*, Figen ſtump. *Arbor ficulnea*, Figen træ. *Ficulneum folium*, Figen blad. Et translatè, *ficulnum auxilium*, i. e inane nullíusq; momenti Sic *ficulni homines. Ficulna mens.* Ficus enim lignum fragile & inutile.

Compoſita.

Caprificus, ci, f. ſ, ficus ex ſylveſtrium genere nunquam matureſcens, ſic dicta, quòd ut caper omnia carpit & depaſcit; ita ipſa parietes ſaxáve obſtantia diſrumpit, Vildt Figen Træ.

Caprifi-

Caprificiales dies, Plin. dicti ſunt caniculares, quòd eo ferè tempore mulieres Romanæ, liberæ ſimul atq; ancillæ ſub arbore caprifico ſacra faciebant. Legitur & pro eodem *caprifici dies.*

Caprificor, aris, Plin eſt adhibita caprifico provideo ne fructus propinquæ ficus ante maturitatem decidant. Fiebatq; id duobus modis; aut circum ficeta ita ſolebant diſponi caprifici, ut ventorum flatu culices è groſſis enati ad ficus ferrentur, easq; humore earum lacteo conſumpto ad matutitatem perducerent: aut groſſi aliunde petitæ & colligatæ in arborem injiciebantur. Indè translatè ſignificat, quovis modo ad maturitatem perduco, Giør moed. Et nova translatione, perficio magna cura & arte.

Caprificatio, onis, caprificandi actus & ratio. Unde ea quæ fit per inciſionem, Ritzelſe paa træ at de kunde voxe.

FIDO, dis, fiſus, n. t. pr. prod. ſpem in aliquid colloco; quaſi certiſſimis perſvaſus, à πείθομαι, perſvadeor, forlader mig til / fortroer / fortrøſter mig paa eller til. *Fidere ingenio, eloquio, nocti: fidere alicui; fidere Deo: non eſt fidendum nimis rebus ſecundis.*

Fidens, tis, om. t. qui fidit, Trøſtig / fortrøſtende. *Qui fortis eſt, idem eſt fidens: qui fidens eſt non extimeſcit: fidenti animo ad mortem graditur.*

Fidenter, adverb. animo fidenti, Driſteligen / fortrøſtende / trøſteligen. *Fidenter ſcribit: fidenter confirmat.*

Fidentia, æ, f, pr. fidendi actus, ſeu fidentis affectus, Fortrøſtelſe / fortrøſtning. *Fidentia eſt pars fortitudinis.*

Fides, ei, pr. cor. f. quint. fidentium ſibi invicem mutua relatio & affectus: definiturq; dictorum conventorumq; conſtantia, Tro oc Loffue / Loffactighed. *Fidem præſtitit: In fide manet: fide ſe abducit.* Et Interjectivè, *Juno Lucina, tuam fidem!* Item ſpecialiter, Patrocinium, tutela, defenſio, clientela, fidei ſcil. ſubjecta, God oc viſſe forſuar. *Meæ fidei commiſſum eſt: eſt in mea fide: In meam fidem ſe dedit.* Item auctoritas & certitudo, fuld mact / viſhed. *Fides tabellarum.* Et *pecuniaria fides*, quam debitor dat creditori, Penge Loffue. Item auxilium. Ut, *implorare fidem alicujus*, hielp oc biſtand. Peculiariter Eccleſiaſticis eſt animi certiſſima perſvaſio ac opinio Chriſtum amplectens, Chriſten tro. Aliter fides à fio, quia fit quod dicitur.

Fidelis, le, lior, liſſimus, om. t. qui in officio fidem ſervat, Tro / Trofaſt / troi ſin gierning oc beſtilling. *Homo eſt parum fidelis: ſervus fidelis: animus fidelis.* Et translatè, *fidele glutinum*, cui maximè fidere poſſumus, Faſt oc vſuigelig. Exponitur & aliquando, ex Plauto, qui fidit alteri. Item abſolutè *Fidelis* pro ſervo. Item Eccleſiaſt. *fideles* dicuntur, qui fidem Chriſtianam profitentur facto & opere, Rætſindige Chriſtne. Diſtinguunt autem Grammatici inter fidelem & fidum ratione rerum ſubjectarum, ut illud in minoribus, hoc in maximis negotiis habeat locum. Itaq; dicitur fidelis ſervus, amator, ager, unde non poſſis quicquam tàm tutò & tàm certò expectare: fidus autem amicus, fidus medicus, quibus magnum quid tutò committitur. Sed leve videtur hoc diſcrimen, qvum & Horat. dicat fidelem medicum.

Fidelè, adverb. Plaut. pro fideliter. Ut, *fac fidelè.*

Fideliter, fideli modo, Trofaſteligen / med troſaſthed. *Fideliter hæc curabat.*

Fidelitas, atis, f. t. fidelis habitus ſeu ratio, Troſaſthed. *In hac fortuna perutilis ejus opera & fidelitas: nulla ei erga Patriam fidelitas.*

Fidus, a, um, pr. prod. cui tutò fidendum eſt, Trofaſt / Loffactig. *Animus fidus: amicus fidiſſimus.*

Fidè & fidiſſimè, fido modo. Ut, *fidiſſimè atq; amantiſſimè ea mihi ad timorem propoſuiſti.*

Fiducia, æ, f. pr, virtus, qua alicui fidimus, Tillid / fortrøſtning. *Fiduciâ ingenii, fiduciâ artis ſuæ hoc fecit.* Item peculiariter fiducia dicitur pactum cum conditione redimendi redhibendiq; quod venditum eſt, ſive quâ concredimus alicui rem ad tempus, ſive verè ad uſum ſive ſimulatè. Item ipſum depoſitum ſeu pignus, Naar mand affhænder noget bort med ſaa forord / a mand maa løſe eller kiøbe det igien for nogent eller pant oc betroedt. *Qui fiduciam accepit, debet præſtare fidem.*

Fiduciarius, a, um, quod ad fiduciam pactam pertinet. Ut, *fiduciaria poſſeſſio*, naar mand beſidder noget effter affſted oc forord til en viſſe tid: brugelig pant / fortroedt godtz till vnderpant oc brug. *Fiduciaria mancipatio, & fiduciaria venditio*, Naar mand ſaa affhender oc ſelger / at mand maa løſe det igien / eller pantſettelſe til brug oc at løſe igien. *Fiduciarius hæres*, cujus fidei hæreditas committitur ad reddendum alii, Fortroed Arffuing.

Fiduſta, orum, Feſt. ea dicuntur, quæ maximè fidei erant.

Compoſita.

Confido, dis, omninò & certus fido, Forlader mig til / forhaaber / troer til viſſe / fortrøſter. *Confido hoc ita eſſe: confidere alicui*, Stole paa en / forlade ſig paa nogen. *Sibi confidit*, i. e. ſeipſo nititur, nec aliunde pendet. Et abſolutè, *confido*, Trøſter mig ſelff vell.

Confidens, tis, tior, tiſſimus, om. t. qui confidit. Et peculiariter, in malam partem, idem quod audax, impudens, quiq; leges & jura contemnit, Somdriſtig / fordriſtig. *Homo confidens, quod Dii omnes illum perdant.*

Confidenter, adverb. confidenti modo, Modeligen / med it frit mod. *Confidenter andax eſt.* Et in malam partem, temerariè, med formaſtelſe. *In domum puellæ confidenter irrupit.*

Confidentia, æ, f. pr. confidentis affectus, & in malam partem. Ut, *ô hominis confidentiam.* Item idem quod fiducia. Ut, *confidentia nulla eſt meo in corde. Confidentiâ ſcapularum fretus.*

Confiſus, a, um, part. qui confidit. Ut, *confiſus cælo, pelago, copia & facultate cauſæ*, Som forlader ſig eller ſtoler paa noget.

Confiſio, onis, confidendi actus Ut, *animi confiſio*, quâ animus confidit.

Diffido, dis, n. t. quaſi variis diſtractus opinionibus non fido, Slaar icke lid till / Miſtroſter / Miſtæmler. *Diffido tibi & de te.*

Diffidenter, cum diffidentia. Ut, *diffidenter attingit rationem veneficii.*

Diffidentia, æ, f. pr. diffidentis affectus, Miſtrøſtelſe.

Diffiſus, a, um, qui diffidit. Ut, *in adoleſcentia non ſum meo diffiſus ingenio.*

Infidus, a, um, pen. prod. non fidus, cui non eſt fidendum, vtro / falſk. *Amici alii fidi; alii infidi. infidum vulgus: infidum fœdus.*

Infide-

Infidelis, le, om. t. non fidelis, quiq; fidem & promissa non servat, Falsk/ wtro/ som holder ingen tro oc loffue. *Homo est Reipubl. infidelis: servus hero infidelis.*

Infideliter, modo infideli, Falskeligen. *Infideliter hoc fecit: infideliter opus suum fecit,* wtroligen.

Infidelitas, atis, f. t. infidelis vitium & affectus, Falskhed / wtroskab. *Quantæ sunt infidelitates inimicis!* Infidelitas exercitus.

Perfidelis, le, om. t. valde fidelis.

Perfidus, a, um, pen. corr. quod fidem violat ac prodit, fidem transgreditur, Som holder huercken tro eller loffue / Meeneder oc Forræder vnder venskabs skin / Som bryder tro oc loffue. *Perfidus amicus: arma perfida.*

Perfidia, æ, f. pr. perfidi affectus & scelus, Skelmstycke vdi tro oc loffue.

Perfidiosus, a, um, perfidia plenus, Fuld aff Forræderj och Meeneden. *Marius perfidiosissimus.*

Perfidiose, ut, perfidiosè hoc factum est.

Præfido, dis, valdè fido. Unde præfidens sibi, Forlader sig ilet oc aldelis/ visse paa.

Composita alia.

Levifidus, a, um, Plaut. qui est levi fide, & fidem facilè violat. Ut, *Lenæ levifidæ,* Bedragelige.

Medius-fidius, adverb. formula jurandi, & quidem viris tantum licita, q. d. ita me Dius Fidius, i. e. fidei præses amet seu juvet, paa tro oc loffue. Aliter exponitur Mediusfidius, quasi me Διος, i. e. Jovis filius amet, Saa sant hielp mig Gud: Beder mig Gud hielp paa.

FIDELIA, f. pr. corr. vas fictile ad varios usus accommodatum, à fingo fictile, quasi fictelia, aut à πιθος dolium q. pidelia, Leerkruge / Steenkruge/ Leerflaske/Steenflaske.

FIDES, dium, f. t. pl. pr. corr. instrumentum musicum nervis canoris constans: sic dictæ à fide, quòd tantum inter se chordæ ejus, quantum inter homines fides, concordent, Strengeleeg/som Harpe/Lutt/Zither/ Feile/ Gige. Legitur & in singul. numero apud Poëtas, fides, dis.

Fidicula, f. pr. parva fides, Lidet Strengeleeg. Item sidus quoddam cœleste. Item fidiculæ dicuntur instrumentum nervis constans ad torquendos maleficos, Strecke Benck/ Ramme/Bøddel Ramme. Et inde quodcunque instrumentum, quod nervis constat, Ramme oc Spile at strecke noget paa. Est & herbæ nomen.

FIGO, gis, xi, um, pr. prod. act. t. firmiter aliquid alicui immitto, à πηγω ejusdem significat, Ieg fester / nagler. *Palum humi fixit: figit humo plantas: in postelegem fixit: parieti clavum fixit: figere arma parieti,* hengge op paa veggen: *Figere aprum,* Sticke igiennom. *Figere tabulam,* est legem sancire, Slaa nogen Low eller forordning op. Et translate, *spem figere in aliquo,* Sætte sin tillid til noget. Et *figere beneficium clavo trabali,* est firmiter memoriam tenere beneficii.

Fixus, a, um, quod fiximus, Festet/ naglet. *Arma Herculis ad postem fixa. In animo fixum tenet,* haffuer vist oc fast i sinde. *quod promittit id fixum esto,* vist oc fast.

Fibula, & veteribus fixula, f. pr: propriè clavus, qui per tignorum capita trajicitur & figitur ne diducti proruant parietes, Speger eller nagle vdi Bielckehoffuedt. Unde *fibula interior* in machina, quæ prohibet ne machina introrsum inclinet, Inderste nagle/told/tub. Et *fibula disclusa,* quæ prohibet ne extrorsum inclinet, yderste nagle. Item clavus extremitatibus axis impactus cohibens rotas ne dilabantur, Lundsticke. Et translate uncinellus quo fœminæ posteriorem vestem subnectunt, hegte/ krog. Item alio nectendi genere, ferramentum sive æramentum, aut alia ex materia, annulo & clavo constans, Sylle/torn eller ring. Item orbiculus comœdis & histrionibus familiaris, eorumq; glandi penis insertus, servandæ vocis aut valetudinis gratia. Inserebatur autem præputio gladiatorum perforato, quemadmodum annulus auriculæ: qui & non inepte fibula dicitur, ørering. Item Medicis os tibiæ minus. Item commissura qua ora vulneris committuntur quò minus lata fiat cicatrix, Heffte vdi Saar. Aliter fibula à findo, quia quasi findit id quod perforat.

Fibularius, m. s. qui fibulas facit, Spaangemager/ Notteler.

Fistuca, f. pr. lignum vel ansatum vel funibus ductile, quo pali ac sublicæ altè in terram figuntur vel solum solidè exæquatur, Buck som Brolegger eller Tømmermend bruge: saa och staffr fylle.

Fistuco, as, act. pr. fistuca depango vel exæquo, Støder eller jeffner med buck / staffrer. αδηλεν.

Fistucatio, onis, Vitruv. fistucandi actus.

Fistucatus, a, um, quod fistucavimus, quod fistuca depactum est vel exæquatum.

Composita.

Affigo, is, ad aliud figo, Nagler till. *Minervæ talaria affigunt. affigere aliquem remo publicæ triremis,* Somme oc sette en paa Galej: *Affigebat animis dulcedinem: affigere manus simulacro,* i. e. fingere, formare.

Antefixa, Fest. quæ ex opere figulino tectis adfiguntur sub stillicidio.

Configo, is, idem quod simplex figo, Fester. *Configere tabulas inter se configere oculos cornicum,* proverb., de quo vide in voce cornix. Item transfigo. Ut, *configere sagittis,* Skiude igiennem / skiude/ sticke. Et translatè, *configere omnes curas, vigilias, cogitationes in salute Reipublicæ,* Feste oc henvende all sin omhu til Menniskhedens gaffn oc beste. Sic, *configere spem in aliquo,* Slaa sin lid / feste sin lid paa nogen.

Confixus, a, um, quod configitur, quocunq; verbi significatu.

Crucifigo, is, act. t. affigo cruci, Kaarbfester. *Ducem crucifigebant.*

Crucifixus, a, um, cruci affixus.

Defigo, is, deorsum figo, Ieg fester. *Defigere terræ vel in terram: Defigere sicam in corpore, cultrum in corde.* Et translatè *defigere animum, mentem, curas,* Henvende all sind och omhu: *ad rem & in re: defigere oculos in rem aliquam & in re,* At stirre paa / haffue i sict. *Defigere aliquem votis, diris, beneficiis,* Legge lade for en.

Defixus, a, um, quod defiximus. Ut, *vitia in ipso defixa sunt,* Sidder fast/ fester hart i/ Roedfest.

Infigo, is, intro seu in rem figo, Ieg sticker/ Indsticker. *Gladium hosti in pectus infixit: infigere in aliquem oculos.*

Infixus, a, um, quod infiximus, Jſtucken/ Jfeſtet/ ſom ſider faſt/ *telum infixum.* Et translatè, *hoc animo & menti infixum eſt: infixa animis religio: animus infixus in charitatem patriæ: mens in imagines infixa. Oculi in ipſum infixi ſunt,* De ſtirre paa hannem. Et *hærent infixi pectore vultus.*

Offigo, is, idem quod figo aut affigo, tilnagler. *Bis offigantur pedes, bis brachia.*

Perfixus, a, um, per totum fixus, Giennom ſtucken. Et translatè, *perfixus deſiderio, perfixus telis paboris*, i. e. perculſus.

Præfigo, is, ante figo, Fprfeſter / feſter for paa. *Lineas itineri præfigunt: præfigebat haſtæ ferrum.* Sic, *præfigunt ora capiſtris*: ſed per enallagen, pro præfigunt oribus capiſtra.

Refigo, is, fixum avello, Løſs neder/riffuer affigien. *Refigere tabulas, leges, acta alicujus*, pro reſcindere: translatâ ſignificatione, à tabulis, quæ publicè figuntur & refiguntur. Item idem quod figo ſeu valdè figo. Ut, *apes cerea regna refigunt.*

Suffigo, is, idem quod affigo, *ſuffigere aliquem cruci: ſuffigere in cruce.*

Transfigo, is, aliquid ab uno extremo ad aliud per media figo, Giennom ſticker. *Pectus gladio transfixit.* Et, *per pectus transfixit.*

Transfixus, a, um, quod transfiximus, Giennom ſtucken. *Pectus transfixum.*

Compoſita à Fibula.

Confibula, æ, f. pr. inſtrumentum in torculari ad dehiſcentium arborum hiatum comprimendum, Klemme.

Diffibulo, as, fibulam diſſolvo, Spender op. *Chlamydem diffibulat.*

Refibulo, as, act. pr. fibulam peni inductam ſolvo.

Suffibulum, n. ſ. veſtimentum album prætextum, quadrangulum oblongum, quod in capite veſtales virgines ſacrificantes habebant, idq; fibulâ comprehendebatur.

FILIUS, lii, m. ſ. parentum maſcula ſoboles, à φίλος, amicus, propter amorem ſcil. ſingularem, quo pater filium amplectitur. Unde & Græcis gradu ſuperlat. ipſi liberi dicuntur τὸ φίλτατα, Søn. Comprehenduntur & Juriſconſ. aliquando filii filiorum appellatione. Item translatè, *filius Lunæ & æris*, i. e. ros. *filius ſolis*, i. e. dies. *filius vitis*, i. e. vinum *filius noctis*, de ricini frutice apud Jonam Prophetam, ſignificantem eum una nocte creviſſe & aruiſſe. Item *filius cœli*, quaſi qui cœlo genitus eſt, En Gudz Mand. Dicitur & de brutis. Ut, *admiſſarius nepotibus quam filius utilior.* aliter Filius q. Vilius ab υἱὸς, ut ab ἴον viola: ab ἴλος valeo.

Filiolus, li, m. ſ. parvus filius Liden Søn. Et voce blandienti, Søn lille.

Filia, æ, f. pr. parentum ſoboles fœmina. Daatter. Et translatè, *filiæ noctis*, i. e. ſtellæ: *filiæ nubis* i. e. pluviæ. *filii limi*, i. e. ranæ: *filia petræ*, i. e. Echo. *filia ſpei*, i. e. oraculum. *filia ſponſionis* noxa. *filia uſus & memoriæ*, ſapientia eſt. *filia fortunæ*, ſors. Legitur & Dat. plur. filiis pro filiabus.

Filiola, læ, f. pr. parva filia, Liden Daatter. Et voce blandienti, Daatter lille.

FILIX, icis, f. t. pr. corr. herba agricolis & aratris inviſa, dicta à felix, quaſi minus felix agris, Bregne. Numerantur autem duo ejus genera; filix maſcula, filix fœmina, de quibus Herbarii. Aliter filix à πίλον, penna, pinna, quod ejus virgulæ ſint pennarum inſtar: unde & Græcis πτέρις, dicitur, quòd ſcil. folia habeas expaſſa velut ala.

Filicula, f. pr. herba filici ſimilis, Engelſøde eller Engebregne.

Filicatus, a, um, quod filicem refert. Ut, *filicatus* calix, i. e. cælatus, ſeu qui filicis herbæ ſpeciem habet. Sic, *filicata opera.*

Filicones, veteribus dicebantur homines mali & inutiles, quemadmodum filices ſunt hominibus.

Filictum, ti, n. ſ. locus filice conſitus, Bregnholm.

FILUM, n. ſ. pr. prod. propriè quod ex lino lanáve nendo deducitur, à fingo, quod nendo fingatur, Traad/ garn. Et translatè, linea, ſcil. ob ductum, Streg. *Ducere filum attramento ſutorio.* Item lineamentum corporis, Skickelſe. *Corporis filum & habitus.* Item lineamentum ſeu ſtylus orationis, Stiil. *Filum epiſtolæ tenuiſſimum.* Et *filum orationis tuæ expetimus.* Aliter filum à findo, quaſi propriè quod in lignis fiſſis apparet. Item ab hilum, quòd minimum ſit in veſtimento. Item ejusdem originis cum pilo propter ſimilitudinem.

Filamentum, ti, n. ſ. quod filis conſtat. Ut, *infulas ſacerdotum filamenta vocabant.* Feſt.

Compoſita.

Exfilatus, a, um, Feſt. pro exertus, Bard. Unde *Exfilatum brachium:* quòd ſcil. *omnes exerto brachio ſint exfilati*, i. e. extra veſtimentum filo contextum.

Infilare, veterib. pro veſtire, amicire, quaſi veſte filis contexta amicire.

Infula, læ, f. pr. faſcia ſacerdotalis ad modum Diadematis dependentibus utrinq; vittis, ab infilando, quaſi qua infilabatur ſacerdos, Biſpehått.

Infulatus, a, um, infula ornatus.

Exinfulabat, Feſt. i. e. exerebat.

FIMUS, m. ſ. pr. corr. excrementa, quibus agri ſtercorantur & pingueſcunt, à πίων, pinguis, vel à voce inconditâ fi, phy: quâ tetros odores averſamur, Møg. *Fimus bobis*, Fæmøg/Kumøg. *Fimus equi*, Heſtemøg. *Fimus ovis, vel ovillus*, Faaremøg. *Fimus capræ*, Gedemøg. Apulejus etiam in gen. fœm. uſus eſt. Item fimum in Neutro, apud Plin.

Fimetum, ti, n. ſ. locus, quo fimus congeritur, Møgdinge/Møgdingſted.

FINDO, is, fidi, fiſſum, act. t. propriè ligna vel lapides divido & dehiſcere facio, à χαίνω, hiſco, dehiſco: Unde & adverb. χανδὸν, i. e. ore hiante, Kløffuer/ flecker/ ſplitter. *Ligna findebat.* Et translatè, *findere freta claſſe*, eſt navigare. *Vomere rura vel agros findere*, eſt arare. *Via ſe in duas partes findit*, Vejen ſkil ſig i thu. *Cor meum & cerebrum finditur*, i. e. turbatur, Stødis ſlet aff laſſue.

Fiſſio, onis, findendi actus. Ut, *terrarum fiſſio.*

Fiſſilis, le, om. t. quod findi poteſt. Ut, *fiſſile robur, lignum, ſtipes.*

Fiſſura, æ, f. pr. rima vel diviſio, quæ fit findendo, Splitte/ kløfft/ ſprecke. *Fiſſura pedum.*

Fiſſus, a, um, quod fidimus, Kløffuedt/ flact. *Lignum fiſſum*, Kloffholt / klofft. *Panis tenui fiſſus rima.* Et abſolutè, *fiſſum* pro rima, Sprecke. *Fiſſum jecoris.*

Unde

Unde *fissum familiare*, quod erat in jecore: *fissum vitale*, in aliis extis, ut pulmone. Eratq; linea quædam, & limes, qui fibras in extis, ut jecore medio, bipartitò dividebat, secabat & dirimebat.

Fissiculo, as, pro exta rimor, quasi fissum jecoris timor.

Fissiculatio, onis, fissiculandi actus.

Composita.

Bifidus, a, um, quod in duas partes fissum est, Tuekløffstedt/Tueskorn. *Surculus bifidus*, Tuegrenedt: *malleus bifidus*; Klohammer.

Bifidatus, a, um, Plin. idem quod bifidus.

Diffindo, is, in partes findo, Kløffuer ad/flecker ud. *Saxum diffidit.* Et translatè, *diem diffindere*, id est, abrumpere & in aliud tempus differre. Sic, *meridiem somno insiticio diffindere*, Soffue Middags søffn.

Diffindens, tis, om. t. quod diffindit. Ut, *dies diffindens mensem*, pro idibus dividentibus scilicet mensem in duas partes.

Diffissus, a, um, quod diffidimus, Kløffuedt adt. *Lignum, saxum diffissum.*

Infindo, is, findendo incido. Ut, *telluri infinde sulcos*, Giør forer/ pløje.

Multifidus, a, um, quod in multas partes finditur & multas habet divisuras, Mange grenedt. *Multifidi pedes*: *multifidus flubius*: *faces multifidæ*: *linguæ multifidæ.*

Profindo, is, proscindo. Ut, *profindere terram.*

Quadrifidus, a, um, quod in quatuor partes findi potest aut fissum est. Ut, *sudes quadrifidæ*: *imbs quadrifida*, Fire kløfftedt,

Trifidus, a, um, quod in tres partes fissum est & divisum, Tregrenedt. *Hasta trifida. Cuspis trifida* pro Neptuni tridente: *Trifida flamma*, i. e. trisulcum fulmen.

FINGO, is, finxi, fictum, ἀπὸ τοῦ φέγγω; splendor, lux, lumen, quasi lumen rei addo, seu in lucem, quod non erat, faciendo profero: propriè quod non erat facio, seu artificiosè aliquid facio ad speciem, Skabet/Mesterligen giør oc optencker/ mager / giør til noget. *Natura fingit homines*: *artifex vas fingit*: *apes fingunt favos.* Et translatè, *fingere juventutem*; Lære oc danne vngdommen til det oc det. *Fingere mores*; Stille oc danne skick oc sæder. Sic, *fingere vultum, faciem, vocem, sonum alicujus*, est fingendo imitari, Giøre ens aadant efter. *Fingere fugam*, est struere, moliri. Item *fingere animo*: & absolutè, *fingere*, pro comminisci ea, quæ revera non sunt, Optencke/dicte. Sic, *fingere crimen*, dicte/ luge.

Fictor, oris, m. t. qui fingit opus aliquod, Giernings Mester/ saa som Pottemager / Kaaberstøber/ Billedesnider.

Fictus, a, um, quod finximus, Skabt/ giort till/ dannedt/ magedt. *Ex argilla & luto fictus homo*: *in amicitia nihil sit fictum*, Optenckt/dictet/ løgnactigt/ falskt.

Fictè, modo ficto, non in rei veritate. Ut, *fictè loquitur*, Dicter/ luger/ tall icke sanferdeligen.

Ficticius, a, um, quod fictum refert seu ficto constat. Ut, *ratio ficticia*, quæ ficta est, & falsò excogitata.

Fictilis, le, om. t. peculiariter, quod ex luto argillâve fictum est. Ut, *vas fictile*, Leerkar: *poculum fictile*, *dolium fictile.* Et absolutè, *fictile*, pro vase fictili.

Figmentum, ti, n. s. fingendi ars, ipsumq; illud quod fingebatur, Dict oc paafund. *Figmenta poëtica*, Poetiske dict/ Fabell.

Figulus, li, m. s. peculiariter, qui opus ex creta argillâve facit, Pottemagere / Teiglmagere.

Figlinus, a, um, quod ad figulum pertinet. Ut, *figlina creta*: *figlinum opus* Et absolutè, *figlina*, s. pr. officina figuli, Pottemagers Verckested / Offn / Teiglhuuß / Teigloffn/ Teigllade. Et *figlinum*, n. s. pro ipso opere figuli, Teigl arbeid.

Figularis, re, om. t. idem quod figlinus. Ut, *rota figularis*, Pottemager hiul. *Creta figularis.*

Figura, æ, f. pr. ficti species externa seu habitus, Skabelone/ skickelse/ Figur. *Corporis figura*: *vasis figura.* Et translatè, Rhetoribus habitus quidam orationis singularis, artè inductus & à communi dicendi usu alienus, En besynderlig maade och skickelse vdi noget tale.

Figuro, as, act. pr. figuram induco, Skicker/ giør noget i sin skickelse. *Deus hominem figurabit ex luto*: *mundum ex nihilo.*

Figuratus, a, um, quod figuravimus, Laffuedt/ skickedt/ dannedt. *Benè figuratum corpus*: *tergum equi ad accipiendum onus figuratum.* Et translatè *oratio figurata*, quæ figurarum coloribus exornata est.

Figuratè, per figuram.

Figuratio, onis, figurandi actus, Skickelse/dannelse. Inde *figuratio mentis*, qua mens figurat & imaginatur aliquid.

Composita.

Affingo, is, fingendo addo, Dicter til. Inde quocunq; modo accommodo, apto vel appono, Mager til/ Settet til. *Ei rei affinxit*: *probam orationem improbo affingit*: *parvis momentis natura multa aut affingit, aut detrahit, aut mutat.* Item simpliciter fingo, Dicter *Qui aliquid boni volunt afferre, affingunt aliquid quo id efficiant, quod nunciant, lætius.*

Affictus, a, um, quod affinximus, ut, *afficta falsa, multa pars corporis sine aliqua necessitate affixa est*, i. e. formata.

Afficticius, a, um, quod rei alicui affingitur sive additur. Ut, *ad villam afficticius actus*, Tilsatt/tillagt.

Confingo, is, idem quod fingo. Ut, *confingere nidos*, Bygge reder. Et translatè, comminiscor, commentor, Optencker/ dictet/ luger. *Confingere dolum, crimen.*

Confictio, onis, confingendi, i. e. comminiscendi actus & ratio. Ut, *confictio criminis*, Optenckelse/ opdictelse/ løgn.

Confictus, a, um, quod confinximus. Ut, *confictæ lacrymæ.*

Configuro, as, act. pr. Colum. figuram induco. Ut, *pravitas statuminum ad similitudinem sui vitem configurat*, Giør kraagedt med sig.

Diffingo, is, fictum vario, giør om igien. *Diffingere retusum ferrum*: *nihil hinc diffingere possum*, i. e. non possum negare rem sic se non habere, Kand icke sige det anderledis/ Mestre om igien.

Effigia, æ, Plaut. idem quod effigies.

Effigies, ei, f. q. rei facies seu species pingendo sculpendove effecta: seu effecti ratio & forma, Billede/Contrafej/Liffactig/Maalning / Skabelone/ Efterlignelse.

Effigiatus, a, um, cui effigies inducta est. Ut, *materia effigiata.*

Ineffigiatus, a, um, quod non est factum ad aliquam effigiem, Vden skickelse. *Bestia hæc fœtum edit ineffigiatum.*

Effingo, quasi exfingo, h. e. valde exactè, seu vivè fingo, Arteligen oc konsteligen efftergior / opdicter. *Effingere mores, orationem alicujus: animo effingit.*

Effictio, onis, effingendi actus, Efftergiørelse/ efterlignelse. *Effictio corporis,* quâ effingitur.

Effictus, a, um, quod effinximus, Efftergiort: *mores efficti. Geruli figulos flagitii* dixit Plaut. fictâ voce, qui gerunt & fingunt flagitia, i. e. flagitiorum auctores.

Præfiguro, as, act. pr. Lact. pro repræsento, figuram alicujus refero. Ut, *quisq; se in illis imaginibus præfigurabit.*

Transfiguro, as, act. pr. ex una in aliam figuram converto, Omskaber. *Puerum Sporum in muliebrem naturam transfigurare conatus est Nero: transfigurantur amygdalæ ex dulcibus in amaras.*

Transfiguratio, onis, Plin. Ut, *hominis transfiguratio,* h. e. conversio in aliam naturam post mortem, qualem somniabant Pythagoræi.

FINIS, is, m. t. pr. prod. propriè agri extremâ, à fune sic dictus, quo dividebatur., Ende. Inde cujuscunq; rei actionisvé extremum & term. is. Ut, *finis hujus loci, tributi, orationis: scribendi, (ix) cendi, ferendi, &c.* Et *finis vitæ,* i. e. mors. Item tropicè causa ob quam suscipitur actio aliqua, & cujus gratia fit, Ende oc brug / Mening / forsæt *In hunc finem hæc à te dicta, acta factáve sunt.* Item pluraliter *fines* dicuntur, ubi duorum vel plurium termini concurrunt, Grendzer. *Fines suos tuetur: fines hostium: in finibus Romanorum hæc dicta sunt.* Legitur & finis aliquando apud Cic. Virgil. Lucret. Horat. in genere fœmineo. Aliter finis à fio, ut propriè sit causa, ob quam aliquid fit, vel quasi facti alicujus generatio, ultimaq; ei adhibita manus & perfectio. Item à figo, quia fixo, lapide aut palo signabatur.

Finio, is, ivi, & ii, itum, act. q. finem impono, Ender. *Finire bellum: finire dolores.* Item *finire agros,* est fines discriminare & ponere, Sætte maall / pegl oc steen. Et translatè, absolvo, consummoq;, Fuldkommer/ giør til ende. *Sine finiam quod incepi.* Item *finire animam est mori.* Et absolutè, *finire,* Døe. *Finire alicui provinciam,* est fines administrandæ provinciæ præscribere, Forskriffue en visse ende oc tid. *Finire animo,* est designare, Beskicke it maall oc ende. Accipitur & pro definire. Ut, *ita Rhetorica finitur.*

Finitio, onis, idem quod definitio.

Finitor, oris, m. t. qui finit & peculiariter agros, vel fines agrorum designat, Oldinge paa jord at maale / Maalsmand / Rebsmand. Item finitor circulus cæli, qui & græca voce Horizon, finiens conspectum seu visum nostrum.

Finitus, a, um, quod finivimus, vel finibus suis constat, Endeligt. *Cælum finitum.* Item quod cessavit & finem fecit, Faaedt ende / endt. *Frigus finitum.*

Finitè, modo finito, Endeligen. *Finitè avarùs est.*

Finitimus, a, um, quod nostros fines attingit, Nest hos. *Civitates finitimæ: mari finitimus aer: falsa veris finitimæ.* Et absolutè, *inferre bellum finitimis,* Naboer.

Compositâ.

Affines, ium, cujus singul. affines & adfinis, com. t. propriè viri & uxoris cognati inter se, quod duæ cognationes inter se diversæ per nuptias conjunguntur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, Suoger/ Suogerske. *Affinis meus, & affinis mea.* Inde adjectivè & translatè, idem quod particeps, consors, cognatus, conscius, consentiens. Ut, *homo affinis facinori: suspicionis affinis, rei capitalis, culpæ, turpitudinis,* Seelactig i med/ skyldig udi. Item Plaut *affinis* abusivè pro genero.

Affinitas, atis, f. t. affinium conjunctio, Suogerskab.

Confinis, ne, om. t. quod eosdem habet fines. Ut, *agri confines,* quorum fines conjuncti sunt, Grendzer sammen / Naboe sammen. Item confinis dicitur qui agrum aut villam habet alterius agro contiguam vel vicinam, vicinus, finitimus, Grande / Naboe/ Rhenbroder/som ligger till Rhens med anden. Et translatè, idem ferè quod simile. Ut, *ei confine est quod dicitur per suspicionem.*

Confinium, n. s. finis agri, ubi cum altero jungitur, Grandlav/Grendze/Agger Rhen. Et translatè, quævis vicinitas, seu propinquitas. Ut, *mediocritas in confinio boni mali; posita est.*

Confinia, ium, n. pl. t. Sen. idem quod confinium. Ut, *in confinibus hostis arcendus est.*

Definio, is, certis & suis finibus rem comprehendo vel includo, Befatter eller beskriffuer inden eller med sit visse maal. *Definire imperium Romanum, orbis terrarum terminis.* Et *definire vim vocabuli alicujus,* scil. partibus suis essentialibus. Et impersonal. *perge eloqui, non remittam, definitum est,* i. e decretum est.

Definitio, onis, definiendi actus, quo scilicet aliquid definimus, Visse beskriffuelse / befattelse. *Definitio virtutis. Definitio imperii,* quâ definimus virtutem imperium.

Definitus, a, um, quod definivimus. Inde *locus definitus,* pro certo attributo & assignato.

Definitè, modo definito, expressè, Endeligen/ klarligen/ visseligen. *Definitè hoc ei assignavit, ademit.*

Definitivus, a, um, apud Rhetores. Ut, *constitutio definitiva, in qua vis vocabuli definienda est.*

Indefinitus, non definitus, quodq; nullis rationibus definitur circumscribiturvé, wendelig. *Sermo est indefinitus.*

Infinitus, a, um, non finitus, quodq; finiri non potest, wendelig / vden ende. *Res infinita multitudine & magnitudine. infinita pecunia,* vtallige penge. *Infinitum imperium,* Alsomstørste oc vid.

Infinitè, modo infinito, sine modo & fine, wendeligen/vden maade/ offuer all maade. *Infinitè concupiscit divitias.*

Infinitò, Plin. pro eodem.

Infinitas, atis, f. t. Cic. infiniti ratio, Wendelighed/ offuer maade storhed eller mangfoldighed. *Infinitas locorum: infinitas naturæ, materiæ, numeri.*

Infinitio, onis, f. t. Cic. idem quod infinitas.

Infinitivus, Grammat. modus est quidam verbi, nec personas, nec numeros ejus definiens.

Interfinium nas, Skillerom i Næsen.

Præfinio, is, quasi ante finio & præscribo, forskriffuer/ setter maal for / forlegger. *Præfinisti ne plures emerem: sumptus funerum ex censibus præfinitur.*

Præfi-

Præfinitus, a, um, quod præfinivimus, Forſkreffuedt / forſatt / forlagt. *Præfinita dies: præfinitum tempus.* Et *lege hoc præfinitum.*

Præfinitò, adverb. ſignificans ad præfinitum modum, Effterſom forſkreffuit er. *Non licebat niſi præfinitò loqui.*

Trifinium, n. ſ. ubi trium agrorum terminus eſt.

FIO, is, ire, n. q. verbum inuſitatum, idem quod ferveo, æſtuo, ſive æſtuans fumum emitto, à θύω, ejusdem ſignificationis.

Compoſita.

Exfio, is, veteribus pro purgo, & proprie odoramentis incenſis & fumum facientibus.

Exfitus, us, m. q. veterib. purgatio. Et exfir purgamentum.

Suffio, is, ivi, vel ii, itum, act. q. ſubtus fumum facio medicandi gratia, Ryger vnder. *Suffire naturam muliebrem: ſuffire thymo: ſuffire terras ignibus æthereis: Suffire carnem recentem pilo hædorum: fumo vineas.* Et paſs. *cella bonis odoribus ſuffienda.*

Suffimen, n. t. idem quod ſuffitio.

Suffimentum, n. ſ. idem quod ſuffitus, aut quo ſuffimus. Ut, *ſuffimentis hoc facere volebant.* Suffimenta autem veteribus dicebantur, quæ fieri ſolebant ex faba, millioq; molito mulſo aſperſo: ea Diis eo tempore dabantur, quo uvæ calcatæ prælo ſive pilo premebantur.

Suffitio, onis, ſuffiendi actus, Rygen. *Abſtinendum à nimia ſuffitione.*

Suffitor, oris, m. t. qui ſuffit. Ut, *puer ſuffitor.*

Suffitus, us, m. q. idem quod ſuffitio. Ut, *ſuffitu converſionem vulvarum excitant.*

Suffitus, a, um, quod ſuffivimus, Røget vnder. *Aniſum naribus ſuffitum,*

FIRMUS, a, um, propriè quod viget atq; fervet, viribus ſuis non intermiſſis, à ἑρμὸς, calens, fervens, ardens animo, animiq; viribus aut corporis actionibus, Faſt / ſterck. *Firma valetudo: firma amicitia: firmus cibus, firma potio*, quæ eſt multi nutrimenti, Fyndig / kraffrig. Firmum vinum, Sterck vin oc vandrig *Antonius ab equitatu firmus*, Sterck paa Rytterj. Aliter Firmum Feſt. ἀπὸ τῦ ἑρμᾶ.

Firmè, & firmiter, modo firmo, ſeu cum firmitate, Sterckeligen / krafftigen / faſteligen / faſt / ſtadeligen. *Firmè rem ſuam curat: firmiſſimè affirmat: firmè animo concipit. Et firmiter dixit: firmiter affixit.*

Firmamen & firmamentum, quo aliquid firmatur, Sterckning / ſtyrckning / beſtyrckning. *Virtutum firmamentum eſt fides, nervi firmamentum corporis.* Rhetoribus *firmamentum cauſæ*, in quo ceu cardine omnis cauſa vertitur, Hoffuedt ſagen. Item Eccleſiaſt. *firmamentum* dicitur cælum, à firmitudine, Beſeſtning.

Firmitas, atis, f. t. firmi ratio & affectio, Faſthed / ſtadighed / ſtyrcke. *Corporis, amicitiæ firmitas.* Et, *firmitas cibi*, Fynd / dyd oc faſthed. *Vini firmitas*, Faſthed / varighed.

Firmitudo, inis, f. t. idem quod firmitas. Ut, *firmitudo animi, firmitudo vocis.*

Firmo, as, act. pr. firmum facio, Styrcker / beſtyrcker / feſter / ſtadfeſter / befeſter / giør faſt. *Pompejum armis firmavit. herba hæc alvum ſolutam firmat,*

giør faſt. *Firmare pacem: firmare aſylum petentibus*, pro confirmare, Stadfeſte.

Firmator, oris, m. t. qui firmat, Stadfeſtere. *Pacis firmator.*

Firmatus, a, um, quod firmavimus, Faſtgiort / ſtercket / ſtyrcket. *Animus ratione & conſilio firmatus: firmata ætas virum facit.*

Compoſita.

Affirmo, as, firmè ajo, Stadeligen / til viſſe ſiger. *Nihil hîc affirmare poſſum: affirmo tibi nullam talem eſſe conſolationem: omni aſſeverationè affirmo. Rationibus affirmat*, i. e. comprobat: *non temerè de altero affirmat.*

Affirmatio, onis, affirmandi actus, Stadig oc viſſtilſigelſe. *Spem ex affirmatione afferre volo.*

Affirmatus, a, um, quod affirmavimus.

Affirmatè, i. e. firmiter. Ut, *affirmatè, quaſi Deo teſte, hoc promiſit*, Stadeligen.

Confirmo, as, idem quod firmo, Stercker / Stadfeſter. *Confirmare ſe: confirmare pacem.* Item aſſevero & affirmo, Siger noget ſtadeligen / ſtadfeſter. *Confirmo brevi futurum*, Siger for viſt.

Confirmatio, onis, confirmandi actus, Stadfeſtelſe / bekrefftelſe. Item pars orationis Rhetoricæ argumenta continens.

Confirmator, oris, m. t. qui confirmat. Ut, *confirmator pecuniæ.*

Confirmatus, a, um, quod confirmavimus.

Confirmitas, atis, f. t. Plaut. pro ſuperba audacia, Stiffhed / Traadzighed.

Circumconfirmo, as, Colum. *ex omni parte confirmo.*

Infirmus, a, um, ior, iſſimus, non firmus, Skrøbelig / vanſtyrckelig / ſuag / wſtyrckelig / haffuer ingen ſtyrcke / ringe / duer intet / formaar icke meget. *Ætas infirma: vires infirmæ: cauſa infirma; judicium infirmum.* Et *vinum infirmi ſaporis*, Som haffuer ingen ſterck ſmag / ringe / kraffteløs Vin / vden ſmag.

Infirmè, modo infirmo. Ut, *infirmè animatus eſt*, pro parùm, Ringe.

Infirmitas, atis, f. t. infirmi affectio & ratio, Vanſtyrckelighed / ſuaghed / ſkrøbelighed. *Infirmitas ætatis, valetudinis, cauſæ, judiciorum.*

Infirmo, as, act. pr. infirmum facio, Suækker / giendriffuer. *Infirmat argumenta adverſarii: infirmat fidem teſtium: facta infirmat atq; convellit*, giør til intet.

Infirmatio, onis, infirmandi actus, Suækkelſe / ſuæckning / giendriffvelſe. *Infirmatio rerum judicatarum.*

Perinfirmus, a, um, valde infirmus.

Obfirmo, ſive offirmo, as, induro, & quaſi me animumvé contra aliquid firmo, firmum facio, & obſtinatè in re aliqua perſiſto, Staar faſt oc ſtifft paa noget / fæſter / hærder mig oc mit ſind. *Ne te obfirma: age ne te obfirmes chreme: animum obfirmabat ſuum.*

Obfirmatus, a, um, quod obfirmavimus. Et amiſſo tempore, qui ſe obfirmavit, Stiffſindet / ſtiffnackedt. *Animo obfirmato feram: voluntas in vacandia obfirmatior.*

Obfirmatè, modo obfirmatio, Stiffſindeligen / haardnackeligen. *Obfirmatè reſiſtit.*

FISCUS,

FISCUS, m. ſ. ſporta vel ſacculus pecuniarum majoris ſummæ, quò pecunia Principi debita ferebatur aſſervabaturq; : dictus quaſi hiſcus, ab bio hiſco, propter amplam capacitatem. Ut, *fiſci complures cum pecunia Siculienſi Romam allati ſunt*, Penge Kurffue / tynde eller indbunden tynde udi Kurffue eller med vier. Inde ipſum Principis ærarium, Førſtelig Skattkammer / Rentekammer / Rigens ſole. *Nummos in ciſtam tranſtullit ex fiſco.* Item fiſcus pro qualo olario, qui cervici torcularis ſupponitur, ne fæces in lacum cum oleo defluant : vel etiam in quo olivæ ponuntur, cum prælo ſupponuntur, ut fæx aliquantiſper exſudet & per vimina perfluat, Saa ſom roſte eller humbleſie. Aliter fiſcus q. viſcus à viso vimen, quia ſporta erat viminea. Item à Φάσκ & Φάσκωλον, i. e. marſupium, pera.

Fiſcalis, le, om. t. quod ad fiſcum pertinet. Ut, *fiſcalis cauſa. jus fiſcale*, Som kommer Førſtens Skatkammer ved. Et *fiſcalis calumnia*, quâ quis alium defert, & ex fiſco præmium accipit.

Fiſcina, æ, f. pr. vaſis genus ex ſparto, vimine, junco, vel alia ſimili materia, Kurffue eller Løb aff Vidie / pile / ſtraa eller andet ſaadant. Et peculiariter, corbis, quo fici ſervantur, Figenkurffue.

Fiſcella, æ, f. pr. idem : & peculiariter vas vimineum, per quod defluit ſerum dum caſeus exprimitur, Oſtkar / Oſtkurffue. Item ſporta viminea, in qua piſces ad uſum ſervantur, Hyttefad / Fiſketynde : vel quâ capiuntur piſces, Ruſe / Tiene. Item inſtrumentum quo boum jumentorumq; ora capiſtrantur ne tenera germina præcerpat, Mulekurffue.

Fiſcellus, m. ſ. Colum. pro eodem. Feſto pro eo, qui mollis caſei appetitor eſt, Som gierne æder ny Oſt / eller Oſt aff Oſtkaren.

Compoſita.

Confiſco, as, act. pr. in fiſcum redigo. Ut, *confiſcare pecuniam ſeu hæreditates, bona alicujus*, Tager til eller vnder Kronen / til Byeßpenge / føre til Menighedens Kiſte. Dicitur etiam *confiſcare hominem* per tropum, pro bona eorum confiſcare.

Suffiſcus, m. ſ. folliculus teſtium arietinorum, quo utebantur antiqui, pro marſupio, ſic dictus à ſimilitudine fiſci.

FISIO, is, ire, n. q. idem quod pedo, & flatum ventris ex ano mitto, à Φυσάω, flo, efflo, Fiſer. Legitur & viſio per v.

Fiſium, ſive viſium, Gloſſar. pro peditu, qui non tàm aures ferit, quàm nares, Fiß.

FISTULA, f. pr. aſpera eſt arteria, per quam ſpiritus reciprocatur, à Φυσάω, flo, Aande pibe / Hals pibe. Inde abuſivè, gula per quam cibus in ventrem deſcendit, Strubbe / ſtrubbekulck eller ſtrubbeſuelg. Item translatè inſtrumentum muſicum quod inflatur & diverſum à tibia : eratq; initio ſimplex unica, conſtans arundine, inde etiam ex binis, mox ex ſeptem compingebatur, totidemq; vocum diſcriminibus. Item fiſtula tubulus aqualis, Vandrende. Item hulcus quoddam ſinuoſum & manans ſeu ſtillans pus, Fiſtell. Aliter ejusdem habetur originis cum findo ob hiatum.

Fiſtularis verſus, cui paulatim increſcunt & ab una ad plures augeſcunt ſyllabæ.

Fiſtulator, oris, m. t. qui fiſtulam inflat, Saa ſom Pibere / Sinckeblæſere.

Fiſtulatus, a, um, idem quod fiſtuloſus. Inde *fiſtulatæ tabulæ*, quibus in cœnationibus flores ſpargebant unguentáve fundebant.

Fiſtulo, as, Plin. pro fiſtulam ago, ſeu in modum ſpongiæ cavernulas habeo. Unde, *terra fiſtulans pumicis modo.*

Fiſtuloſus, a, um, quod fiſtulis abundat, ſeu foraminibus plenum eſt, ad modum ſpongiæ, Fuld med huler / Pibevorn. *Caſeus fiſtuloſus*, Løß Oſt: *fiſtuloſa terra*, Løß jord. *fiſtuloſus morbus*, i. e. cancer morbus.

FLACCUS, a, um, veteribus pro detrito ſeu quod deterendo molle erat factum, à Φλάω, contundo & contundendo mollio, contero. Item flaccidum facio, Tynd ſlitt / ſleden. Unde Plaut. *flacco habebit illic homo lumbos meos*, i. e. ad terendum habebit. Sed tamen hoc Plauti loco aliter legitur flocco habebit. Verùm translatè ſignificat, qui aures habet latas, & ob magnitudinem deorſum reflexas, Langøredt / Slugøredt / Sludøredt / Slatøredt.

Flacceo, es, n. ſ. & Flaceeſco, ſcis, n. t. quaſi ex detritione mollis ſum vel fio, Vorder ſlattvorn / ſlattis / Tyndſlidis / ſlattſlidis. Inde translatè, remiſſus, vel languidus fio, Sactis / kryber ind / falder aff mig ſelff. Unde Colum. *Hoc in ſole flacceſcit.* Et Cic. *oratio flacceſcit.*

Flaccidus, a, um, quod flaccet, Slatten. *Folium flaccidum, flaccidæ aures*, i. e. latæ & reflexæ, Sludøret. Aliter hoc à πλάξ, κός, tabula lata propter latitudinem.

Flaccido, as, act. pr. flaccum facio, Tynd ſlider. Sed dictio eſt carens exemplo. Item imitatione Græcâ ſignificat cum flatu & ſibilo comedo, Smadſker : ut eſt mos helvonum avidiusq; comedentium. Id enim & Φλᾶν apud Græcos ſignificat.

Compoſita.

Conflacceſco, ſcis, Gell. translatè de mari dicitur fluctus remittente. Ut, *fluctus, ſimul ac ventus ſe poſuit, ſternuntur & conflacceſcunt*, Sactis / ſtillis / henfalder.

FLAGRO, as, n. pr. impetuoſiùs ardeo, voce à ſono tracta per Onomatopœjam, ut & Græcorum Φλέγω, uro, inflammo, Lumbrender / Brender ſaa der Lumbrer. *Fæx vini ſiccata recipit ignes, ac ſine alimento per ſe flagrat : flagrabant ſancti ſceleratis ignibus ignes.* Et translatè de vehementioribus affectibus amoris, odii, iræ, virtutis, vitii. Ut, *avaritiâ, irâ, odio flagrat*, Hand brender / etc. *Totam Italiam bello flagraturam intelligo.*

Flagrans, tis, om. t. tior, tiſſimus, Brendende / Lumbrendende / lumrende. *Flagrans pinus : flagrans cupiditas : amore literarum homo flagrans. Et flagrans Dei vultus*, i. e. reſplendens.

Flagranter, modo flagranti, Brendende. *Flagrantiſſimè cupit*, Inderligen.

Flagrantia, æ, f. pr. flagrandi actus, vel flagrantis affectio. Ut, *flagrantia montis : flagrantia oculorum.*

Flagito, as, n. pr. nomine impetuoſiùs, ardentiùs, tumultuoſiùs & inſtantiùs appello, remq; meam repeto & poſco, Raaber paa / gielter / offuerſkriger / maaner / eſter / vil endeligen haffue / oc ey vil før lade aff. *Cæſar frumentum ab Hedvis flagitat : flagito te debitum vel portorium*, i. e. à te. Et paſs. *clamore magno & multum flagitabere : peculator flagitatur*, Paa raabis /

bis/ offuerſkrigis. Ubi & per accuſatur exponi poteſt. Item *flagitare* in duodecim tabulis, eſt conviciis alicujus exiſtimationem lædere.

Flagitator, oris, m. t. qui flagitat, Gieltere / Offuerſkrigere/ ſom ey vill lade ſig affrenge.

Flagitatus, a, um, Caton. pro infamatus. Ut, *ſtupris flagitatus*, i. e. inteſtinis probris infamatus.

Flagitium, tii, n. ſ. clamoſa appellatio, & cum verborum contumelia, Skielden / ond Mund. *Flagitio cum majore poſt reddes tamen*: ubi & exponitur infamia: Item aliquando flagitatio. Inde quodvis ſcelus ex libidine, nequitia, Skændige gierninger. Unde *flagitioſi* dicuntur impudici, adulteri, ganeones, aleatores, facinoroſi, parricidæ, ſicarii, ſacrilegi, perjuri, &c. Aliter à flagrum, quaſi flagris dignum ſcelus.

Flagitioſus, a, um, flagitii plenus, Fuld aff ſaadanne ſkalckſtycker / ſkændelig och ſlæm. *Vita flagitioſa: libidines flagitioſæ.*

Flagitioſè, modo flagitioſo, Skændeligen / ſlæmmeligen. *Flagitioſè vivit: flagitioſiſſimè amori inſervit.*

Flamma, æ, f. pr. flagrans ignis ſeu fumus accenſus & crepitans, Lumrende Lue/ Ildlue / gloende Lue. Et translatè, periculum præſentiſſimum, ut ſi per flammam eundum eſſet, Stor Liffs fare. *De flamma judicii ereptus*: *ex flamma cibum petit.* Aliter immediatè à ſono.

Flammula, parva flamma.

Flammeſco, ſcis, n. t. incendor & flamma corripior.

Flammeus, a, um, flamma conſtans. Ut, *halitus flammeus*, Ilddamp oc lue. *Orbis flammeus*, Ildkredz oc Lue. Item quod flammæ colorem refert, Rødgul/ Liußrød/ Ildrød. *Color flammeus*, qui ſplendoris eſt particeps cum aliquo candore. Et *viola flammea*, nomen herbæ, Gule Fioler. Item abſolutè *flammeum*, pro velo luteo, ſeu coloris flammei, quo nova nupta, vel verecundiæ cauſa, vel etiam boni ominis, & in ſignum indiſſolubilis conjugii velabatur; Brudhengel.

Flammeolus, a, um, idem quod flammeus, ſive flammam referens. Ut, *caltha flammeola*, quæ eſt flammeo colore. Et abſolutè *flammeolum*, n. ſ. idem quod flammeum nuptiale.

Flammearius, m. ſ. infector flammei coloris, vel etiam flammei veli confector venditorq;.

Flammo, as, n. pr. Unde flammantia, è quibus quaſi flammæ color emicat, quod iratis accidere ſolet, Gloende øyne. Et flammo activè, pro inflammo, ſignificatione translata, Optender / operrer. *Literæ iſtæ tuæ me flammârunt.*

Flammatus, a, um, quod flammavimus, Optendt. *Cor flammatum.* Et *flammatus Juppiter*, qui flammam manu geſtat, qualis apud antiquos fingebatur.

Compoſita.

Conflagro, as, flagrando conſumor, Opbrender i Liuß lue. *Conflagrabit curia.* Et translatè, *conflagro invidiâ*, i. e. gravor & magnam undiq; ſuſtineo invidiam, Kaffuer mange mißvndere oc wvenner.

Deflagro, as, prorſus flagro & igne conſumor, Opbrender eller vdbrender: ut cum nihil relinquatur ex incendio. Et translatè, *deflagrant minæ, iræ*, Oc bliffue til intet/ ſactis/ tæris vd eller hen.

Deflagratio, onis, deflagrandi actus. Ut; *terrarum deflagratio*, quâ deflagrant terræ, Opbrendelſe.

Efflagito, as, inſtanter ſeu valdè flagito, Stedze paakreffuer/ paaraaber / paaeſker. *Librum efflagitat*: *enſem efflagitat.*

Efflagitatio, onis, efflagitandi actus, Paakreffuelſe / paaeſkning. *Brutus libertatis defenſor omnium efflagitatione.*

Efflagitatus, us, m. q. idem, ſeu efflagitantis ratio.

Efflagitatus, a, um, quod efflagitavimus, Paaeſkedt/ paaraabt/ paakreffuedt. *Tribunitia poteſtas diu eſt efflagitata.*

Inflammo, as, act. pr. flammam injicio, Sticker ild paa i Liuß lue. *Tædas ignibus Ætnæ inflammavit*: *fanum claſſem inflammavit.* Et translatè, *inflammare invidiam*, pro excitare vel augere. Et *honoribus, cupiditatibus inflammatur*, Hand optendis til ſaadant: mouetur ſcil. ad vehementer appetendum ea. Sic, *inflammatur & exardeſcit in dicendo.*

Inflammatio, onis, inflammandi actus; Et Medicis *inflammatio membri* alicujus, cum quaſi ignis cujusdam ardor in aliquo ſentiatur, Hede i noget Lemme. Et columellæ inflammatio, It ſlags breck paa drøbelen/ halsvæ inden vdi.

Inflammatus, a, um. Ut, *inflammatus irâ, odio, furore, libidine*, Optendt. *Animus inflammatus ad hoc faciendum*: *amore inflammatus in illum.*

Reflagito, as, iterum flagito. Ut, *perſequamur eum, ut reflagitemus.*

FLAGRUM, gri, n. ſ. virga vel lorum, quo ſervi cædebantur: ſic dictum quod eo membra quaſi flagrabant, ut cùm Horatius dicit, *urere flagris*, Pidſk / tyrmei / vond/ ſnertt at ſlaa med. Aliter à ſono, qui inter cædendum editur, ut & flagro. Item à φλάω contundo. Item à plagis, quæ infligantur.

Flagrio, onis, m. t. ſervus ſic dictus, quod flagris ſit ſubjectus, vert at hudſtrygge/ eller Kagſtroggen.

Flagellum, li, n. ſ. parvum flagrum, Snertt. Et peculiariter flagellum, quo aurigæ utuntur ſingulari ſono ſibilum edente, Smekſuøbe. Item translatè, palmes tenerior ex anniculis ſarmentis enatus, Ny tæn / Sommertæn. Item in aliis quoq; arboribus fruticibusq;. Item lignamentum teres, quo frugum faſciculi decutiuntur, Pleigll. Item flagella dicuntur forcipata brachia cancrorum, Krabbe ſax.

Flagello, as, act. pr. flagello cædo, Slaar med ſuøbe/ ſlider huden aff. Et translatè increpo, Straffer med haarde ord / Reffſer / ſlider huden aff med mund. Item *flagellare annonam*, eſt annonam incendere & duriorem facere, giøre dyr tid. Sic *arca flagellat opes*, i. e. arctius ſervat, holder hart ved. Turnebus ſic rationem formulæ reddit: Flagellare divitias & flagellare annonam dicuntur, qui magnas arcis clauſas opes tenent, & horreis fruges: quòd invitas velut verberibus & carceribus coercitas erumpere foràs non ſinant: quod in annona qui faciunt, duriorem reddunt & onerant coemptis fugibus, & in horreis reconditum. Nos dicimus, Dine korn vd.

FLAMEN, inis, m. t. quaſi filamen, ſacerdos fuit: ſic dictus, quòd per ætatem dempto ſolito pileo, caput ligabatur filo, cum ei nudo capite incedere fas non erat.

Flamineum, nei, n. ſ. flaminis velum, Sløjer. Sed & ſcribitur flammineum, à flamma, exponiturq; velum flammei ſeu lutei coloris.

Flaminia, æ, f. pr. domus Flaminis.

Flami-

Flaminica, æ, f. pr. Flaminis uxor. Item virgo Flamini præministrans.

Flaminium, n. ſ. Flaminis dignitas ſeu ſacerdotium.

Flaminius lictor, qui Flamini Diali ſacrorum cauſa præſto eſt. Et flaminius camillus, qui Flamini in ſacrificiis adminiſtrabat.

FLAVUS, a, um, quod colorem habet flammeo proximum, à flamma ſumpta voce, Gull / Liußgull: qualis potiſſimùm cernitur in auro, melle & ariſtis maturis. Unde mel flavum. Et *flava ceres*, i. e. matura, ſeu fruges flava: quia maturis ariſtis talis eſt color. *Flava bilis*, bilis eſt colore aureo ſanguinem in arteriis & venis vehens, & excrementorum, quæ etiam tingit, expulſionem adjuvans: flavum mare, cum flaveſcit flumine flavo.

Flaveo, es, n. ſ. flavus ſum, ſeu colorem flavi refero, Er gul. *Flavent ſata*: *arenæ flaventes*: Et *flavent lanugine malæ*.

Flaveſco ſcis, flavus fio, Gulner. *Flaveſcit campus, ariſta*: *Herbulæ inanibus ariſtis ante meſſem flaveſcunt.*

FLECTO, is, xi, xum, act. t. propriè aliquid aliqua ſui parte inclino, nutareq; facio in quamq; partem, introrſum ſcil. ſive extrorſum, ut inter nectenda texendaq; viminea fieri ſolet, à πλέκω, necto, texo, Bøjer. *Flectit arborem, flectit genua ſua*, Bøjer / kneler. Inde translatè, *flectere iter aliquò*, eſt curſum dirigere, Vende ſin reiſe nogen ſtedz hen. *Flectere animum*; Bøje / vende ſit ſind / giffue act paa. *Flectere aliquem precibus*, i. e. movere, Offuertale / faa Bøn med en. *Flectere vocem de Græco*, i. e deducere. *Flectere judicium ſuum adverſus aliquem*, Vende. *Flectere equum in gyrum*, Tumle en Heſt.

Flexibilis, le, om. t. quod facilè in quamvis partem flectitur, Bøjelig. *Arcus flexibilis.* Et translatè, *animus, voluntas, ætas, oratio flexibilis.*

Flexilis, le, om. t. idem. Ut, *cervix flexilis*: *mollitia flexilis*: *cornu flexile.*

Flexio, onis. flectendi actus, Bøjelſe. *Flexio vocis*: *flexio nodorum.* Et abſolutè, Flexiones, pro anfractibus, Krumgang / bugter / krumning: Et propriè, & translatè.

Flexumines, dicti ſunt equites Romani à flectendis equis.

Flexura, æ, f. pr. flexi ratio & curvatura, Bøjning / krumning / bugter. *Arborum flexura materias profundit.*

Flexus, a, um, quod fleximus. Bøjedt / Nejet. *Flexum genu*: *flexum os in mœſtitiam.*

Flexus, us, m. q. idem quod flexio & anfractus. Ut, *flexus viæ ad iter*: *Flexus capillorum, aurium*: Et *flexus ætatis*, cum ætas flectere incipit & inclinari.

Flexuoſus, a, um, flexibus abundans, Megit krum medt / vd oc ind *Iter flexuoſum*: *flexuoſus abus volatus*: *flexuoſa vitis*, hid oc did / icke ret frem.

Flexuosè, modo flexuoſo. Ut, *flexuosè volitat flamma*, hid oc did / icke ret frem.

Compoſita.

Circumflecto, tis, in gyrum flecto, Vender om igien / giør ſuøb. *Circumflectit curſus.*

Circumflexus, us, m. q. Plin. amplexus, Ombøjelſe / omfaffnelſe. *Circumflexu ambit, tegit, &c.*

Circumflexus, a, um: Unde Grammat. *accentus circumflexus*, conſtans acuto & gravi.

Deflecto, is, deorſum flecto, vel ſimpliciter loco alio ſum flecto, Nedbøjer eller bøjer til ſide. *Deflectere ramos*: *de via deflectere.* Et translatè, *ab amicitiis ſapientum ad leves amicitias deflexit oratio*, henvende ſig.

Deflexus, a, um, quod defleximus, Bøjedt / hen bøjet. *Amnis deflexus*, i. e. ſinuoſus: *ætas deflexa ad otium*, i. e. otii cupida.

Deflexus, us, m. q. Colum. deflexi ratio, Bøjening. *Ne deflexu frangatur.*

Indeflexus, a, um, non deflexus ſeu inclinatus. Ut, *ætatis indeflexa maturitas*, Som helder icke / elſ ler bøjer fraa / men er fuldkommen / er i ſtør / i beſte laſſue.

Inflecto, is, idem quod flecto, vel aliquo flecto, Bøjer / henbøjer / henvender / vender om igien. *Sinus ad urbem ab littore inflectitur*: *ſtellæ nunquam inflectunt veſtigium curſus ſui*, Vender aff dieris veje eller lob. *Inflectere voces cantu*, Siunge / quinckelere. *Inflectere orationem*, Vride oc vende / laſſue oc danne ſin tale i atſkillige maade. *Inflectere animum, oculos. Inflectere jus*, Bøje rætten. *Inflectere vocem ad miſerabilem ſonum*, Giøre ſine ord oc tale ſørgeligen oc jammerligen til.

Inflexio, onis, inflectendi actus, Bøjelſe / vendelſe. *Laterum inflexio.*

Inflexus, us, m. q. idem, ſeu ratio ipſa inflexionis, Bøjening.

Inflexus, a, um, quod infleximus, Krummedt / Bøjedt. *Aratrum inflexum*: *bacillum inflexum*: *cervix inflexa*: *genu inflexum.*

Inflexibilis, le, om. t. non flexibilis, ſeu quod inflecti non poteſt, vbøjelig / vvendelig. *Dolor inflexibilis*: *obſtinacia inflexibilis.*

Offlecto, is, circum vel contra flecto. Ut, *huic offlectam navem*, Vende imod.

Reflecto, is, retrorſum flecto. Ut, *mollia colla reflectunt*, Bøjer tilbage. Et translatè, *reflecto orationem*: *miſericordia ipſum reflexit*, Vende tilbage.

Reflexus, a, um, quod refleximus, Bøjedt tilbage. *Cervix reflexa*: *dentes reflexi.*

FLEMINA, ſive Flegmina, n. plur. Plaut. vitium cruris, qvum labore viæ ſanguis defluit circa talos & tumorem facit, à φλεγμαίνω, æſtuo, intumeo, intumeſco, ſive φλέγμα, inflammatio.

FLEO, es, flevi, n. ſ. lacrymas emitto, à κλαίω, ejusdem ſignificationis, Græder. Ut *flerent, oculos erudiere ſuos*: *flet funera patris*: *De ſupplicio patris flebit.* Et impersonal. *Longo flebitur ævo.*

Flebilis, le, om. t. quod dignum eſt ut defleatur, Begrædelig. *Multis fuit flebilis, ſed flebilior quàm tibi.*

Flebiliter, modo flebili. Ut, *flebiliter maritum mortuum appellat*: *flebiliter reſpondet.*

Flens & Fleturus, part. Ut, *uxor amans flentem*: *non aliter flebi, quàm me fleturus ademptum ipſe fuit.*

Fletus, a, um, quem deflevimus, Begrædt. *Equites, nobiles fleti.*

Fletus, us, m. q. flendi actus. Ut, *maximo cum fletu legi.*

Compoſita.

Affleo, es, Plaut. admodum fleo, vel fletum addo, Græder ved. *Affletur, cum hæc memorat.*

Defleo,

Defleo, es, act. f. fletu prosequor, Begræder. *Abeuntem defles.*

Defletus, a, um, quod deflevimus. Ut, *mors crassi defleta*, Begrædt.

Indefletus, a, um, non defletus, cujus mortem nemo deflet.

Effleo, es, supra modum fleo, vel flendo consumo. Ut, *oculos efflebat*, Græd øynene vdt.

FLIGO, is, xi, ctum, pr. prod. veterib. pro in terram prosterno, à πλήττω, percutio, vel πλίττω, quod de equo dicitur terram insigniter pulsante, Slaar til Jorden saa at det badʒ. *Ipse se in terram saucius fligit cadens; non perdolescit socios morte fligi.* Aliter à θλάω, θλίβω, contundo, premo, elido.

Flictus, us, m. q. pro ictu simpliciter. Ut, *dant sonitum galeæ flictu*, Hug/ slag.

Composita.

Affligo, is, quasi ad aliquid fligo & illido. Ut, *affligere ad terram*, Slaa mod Jorden. *Affligere statuam, monumentum alicujus*, i. e. dejicere, prosternere, pessundare. Et translatè, dolore, injuria majori afficio, perturbo, Giør sorg/ plager/ kommer aff laffue. *Discessus tuus me afflixit: rem vituperando affligit: curæ animos affligunt: affligere aliquem sententiis: senectus affligit homines.*

Afflictio, onis, affligendi actus, aut afflicti conditio, Plagen/ Sorg/ Plagerj.

Afflictor, oris, m. t. qui affligit vel afflixit, Plagere.

Afflictus, us, m. q. idem quod afflictio.

Afflictus, a, um, quod afflximus, Plagedt / tryct. *Afflicta navis ad scopulos. Afflictus odio populi, calamitate, luctu, mœrore.* Et amisso tempore, *homo afflictissimus*, Sorgfuld / ælendig. *Afflicta fortuna, salus, virtus, animus: mœstitiâ afflicta domus: ab afflictâ amicitiâ transfugit*, i. e. afflictorum.

Afflicto, as, sæpè vel multùm affligo. Ut, *meipsum afflicto*, i. e. curis conficio. Et pass. *Coloniæ afflictantur*, i. e. vexantur, Plagis meget: *afflictatur Respubl.* Et *acerbè de hac re afflictor.*

Afflictatio, onis, afflictandi actus & ægritudo cum vexatione corporis.

Confligo, is, unà fligo, cum alio fligo, dimico, prælium committo, Slaar sammen/ ſtrider / holder ſlag. *Cum Antonio conflixit.*

Conflictio, onis, confligendi actus. Ut, *conflictio pugnantium: conflictio causarum.*

Conflictus, us, m. q. idem, vel confligentium ratio. Unde *conflictus nubium*, Sammen støde lſe.

Conflicto, as, n. pr. idem quod confligo. Inde translatè & activè vexo. Ut, *conflictare Rempublicam.*

Conflictatio, onis, conflictandi actus. Ut, *conflictatio exercitus*, quâ confligit & dimicat exercitus.

Conflictatus, a, um, agitatus, vexatus. Ut, *gravi morbo conflictatus.*

Conflictor, aris, dep. pr. idem quod conflicto. Ut, *cum hujusmodi ingeniis conflictatur.*

Effligo, is, idem quod affligo, seu constanter & multum affligo, ſtorligen plager/ ſlet vdplager. *Omnes effligit.*

Effictim, adverb. effligendi seu efflicto modo, Plageligen/ med ſtor plage. *Efflictim amat: efflictim deperit.* In quibus & exponitur valde, supra modum.

Infligo, is, magna vi infero & in aliquem fligo. Ut, *infligere alicui vulnus*, Slaa eller hugge it Saar. *Infligere securim*, hugge en øxe i en. *Infligere hastam*, ſtøde it Spiud i en. Quæ omnia & translatè dicuntur. Ut, *infligere animo vulnus*, Bedrøffue / giøre ſorg. *Infligere Reipubl. securim*, giøre eller tilbringe Mennigheden en ſtor ſkade. Sic, *infligere alicui turpitudinem*, føre en ſpaat oc ſkam paa.

Profligo, as, act. pr. quasi porrò & valde fligo, & fligendo abigo, depello, dissipo & ad internecionem deduco, Splitter/ forjager/ ſlaar paa fluct / nedſlaaer/ nedhugger. *Profligare copias, exercitum, aciem hostium, classem.* Et *profligare bellum*, est absolvere & vincendo conficere.

Profligator, oris, m. t. qui profligat.

Profligatus, a, um, quod profligavimus, Forjagedt. *Profligatus exercitus: profligatum bellum.* Et translatè, *mœrore profligatus.* Item amisso tempore, *profligatissimus homo*, in quo nihil sani, nihil integri, de quo nihil spei est, Ret forjaget ſkalck der ingen ſtedʒ kand eller burde at være for ſlemhedʒ ſtyld Sic *profligata res*, pro perdita & ad perniciem reducta, Vuor det er ſlet vde/ ſlet kommit aff laffue/ aff sit lee.

FLO, as, n. pr. propriè de vento vehementiùs spirante, à sono quem edit, ut & Græcorum φλάω, Blæʃʒ hart. *Aquilo in his locis flare consuevit: flavit nobis ab Epiro levissimus auster.* Inde de homine dicitur cum contractis labiis vehementius spirat, Puſter. *Homo flare & sorbere didicit.* Et tropicè, *flare pecuniam, argentum*, pro signare, Mynte/ ſtøpe/ ſtemple: flando enim signatur.

Flabilis, le, om. t. Cic. pro aërio. Ut *nihil est animis, ne humidum quidem aut flabile aut igneum.*

Flabra, orum, n. plur. pro flatu ventorum, Vind/ ſtorm/ blæſt. *Flabra Boreæ: arborem convellunt flabra.*

Flabellum, n. s. instrumentum, quo ventum excitamus refrigerandi gratia, Veffte. Et translatè, *flabellum seditionis*, pro incitatione seu incitamento, Tilſkyndelſe.

Flamen, inis, n. t. flandi actus & agitatio seu commotio, Blæſt/ bruſen/ puſten. *Flamina sylvis fremunt.*

Flator, oris, m. t. antiquis pro tibicine inflante scilicet tibiam, Pibere.

Flatus, us, m. q. flandi actus, Blæſt/ puſten.

Flaviſſæ, veterib. pro thesauris, quasi æs argentumq; flatum signatumq;, Liggendefæ / ſlagen mynt. Aliter legitur faviſſæ, de quo in classe Favus.

Composita.

Afflo, as, ad aliquid flo, & spiro, Tilblæſʒ. *Afflabat vis frigoris acrior.* Et translatè, *malum rei afflat*, i. e. advenit: *rumor afflat*, i. e. auditur. *odores afflantur è floribus*, exhalant & spirant: *aura afflatur ei in hoc crimine*, i. e. funditur, auditur. *Poëtæ divino quodam spiritu afflantur*, i. e. incitantur, agitantur, Oriſſuis.

Afflatus, us, m. q afflandi actus. Ut, *afflatu superbolantium concipiunt perdices: divinus afflatus*, qui divinitùs infunditur, Indſkydelſe.

Cinnflo, m. t. Horat qui cineres inflat ad calefaciendos calamistros, Som kruſer haar eller tager kraffuer vd. Erat & ignominiosa dictio, qua notabantur ipsi molles, capillos calamistris crispantes.

Circumflo, as, act. pr. Cic. undiquaq; afflo. Ut, *circumflant auſtri.* Et translatè, *his ordo ab omnibus ventis invidiæ circumflatur.*

Conflo, de ventis dicitur, cum diverſi ſimul ſpirant. Ut, *ventis conflata tempeſtas.* Inde de aliis, ut ſit conflo, ſimul vel unà flo, Blæß tillige eller ſammens/blæß i med/ puſter: Vel ſimpliciter flo. Ut, *conflare ignem*, puſte eller blæſe ild op. Et per conſequens, liquefacio, Smelter: *Conflare argentum.* Item cudo. Ut, *falces conflantur, in enſem.* Item conficio. Ut, *mundum ex nihilo conflavit.* Et translatè, commiſceo, compono. Ut, *conflare mendacium*, Smede en Løgn / ſette en løgn ſammen. *Conflare ſibi odium, invidiam, inimicitiam*, i. e. excitare, fly ſig / forårbeide wvenſkab/ had och affuind. *Conflare æs alienum*, Sancke fremmede pengc / laane oc borge her och der/ giøre gield. Et *conflare populum*, eſt congregare, Sancke Folck/ſlaa Folck ſammen.

Conflatilis, le, om. t. quod conflando fit, qualia ſunt ſigna ærea, argentea, aurea, &c. ἀδηλον.

Conflator, oris, m. t. qui conflat. Et peculiariter *conflator figurati æris*, Myntſmelter / ſom ſmelter Mynten om.

Conflatura, æ, f. pr. conflandi ratio, Smelterj. *Conflatura metallica.*

Reconflo, as, Lucret. denuo conflo. Et translatè, reſtituo. Ut, *repente reconflantur ſenſus per membra.*

Deflo, as, Plin. idem quod flo. Ut, *vetabant munditiarum gratia deflare.*

Difflo, as, flatu in varias partes ago, Puſter bort/blæß bort / ſtrøer bort med en puſt. Ut, translatè apud comicum, *legiones difflare*, Puſte dennom bort/ſom affner / huor huer tager ſin vej: hyperbolicè dictum pro profligare.

Efflo, as, quaſi extra flo, Vd Aander. *Animam, extremum halitum efflat*, giffuer ſin Aand op / døer. Item flando abigo, Bortblæß. *Vento efflantur culices.*

Inflo, as, act. pr. in aliquid flo, Blæß i noget / Jpuſter. *Buccinam, tibiam inflat.* Et *inflare ſonum*, Blæſe den Sang. Item abſolutè, *inflat*, hand blæß i noget Inſtrument. Item *inflat buccas*, hand blæß op/ flatu ſcilicet turgentibus buccis. Quod etiam interdum eſt nota irati animi. Unde illud Horat. *Jupiter ambas iratus buccas inflat.* Et translatè, *rumor animos inflat*, quaſi turgentes & ſuperbos facit, Gior ſtort mod.

Inflatio, onis, actus ſeu vis inflandi. Ut, *cibus hic magnam habet inflationem*, q. d. Der opblæß / optrylle.

Inflatus, us, m. q. idem. Ut, *tibicinis inflatus*, quo ſcilicet tibicen inflat, Piben/Jblæſen. *Divinus inflatus*, pro afflatu & inſpiratione, Gudz eller guddommelig indſkiudelſe / opliuſning.

Inflatus, a, um, quod inflavimus, ſeu quod flatu turget, Opblæſt/optrylledt. *Venter faba inflatus: bucca inflata*, Opblæſt mund. Et translatè, *animus falſa ſpe inflatus*, Opblæſt/ ophoffuen/ modig.

Perflo, as, flando penetro, Blæß igiennom. *Favonius æſtivis menſibus perflat: terras turbine perflant: perflant altiſſima venti.*

Perflabilis, le, om. t. quod perflari poteſt. Ut, *Dii Epicuro habebantur perlucidi & perflabiles.*

Perflatus, us, m. q. perflandi actus. Ut, *ulmus in perflatu firmiſſima*, ſtor blæſt / igiennom blæſt.

Proflo, as, porrò flo ſive efflo, Blæß frem / blæß vd. *Noctem tartaream proflantes pectore tauri*, i. e. ignem & fumum ingentem, tenebris & flammis tartareis non abſimilem. Sic, *taurus & immani proflabit turbine flammas.* Et *homo proflat pectore ſomnum*, i. e. ſonoro flatu utitur inter dormiendum, Skryder / ſnorcker vdi ſøffne. *Iras proflare*, eſt flatu iram teſtari, ut ſolent feræ. Item proflo, interdum flando reſolvo, Smelter. *Maſſa proflatur.*

Proflatus, us, m. q. actus ipſe proflandi. Ut, *æſtivo proflatu refrigerantur.*

Proflatus, a, um. Ut, *maſſa, auri proflata*, i. e. reſoluta.

Reflo, as, contra & adverſum flo, Blæß imod. *Reflat ventus.* Et translatè, *Reflat ipſi fortuna*, i. e. contraria eſt & iniqua.

Reflatus, us, m. q. reflandi actus. Ut, *naves hoc reflatu relatæ in Uticam*, Modbørd.

Sufflo, as, flatu excito, Opblæß. *Sufflare ignem.* Item idem quod inflo vel flatu extendo. Ut, *ſufflare buccas*, blæſe munden op. *Neſcio quid ſe ſufflavit uxori ſuæ*, i. e. irâ turgidum præbuit.

Sufflatio, onis, ſufflandi actus. Ut, *bullantium aquarum ſufflatio*, Opblæſen.

Sufflatus, a, um, quod ſufflavimus. Et translatè, iratus turgidus. Ut, *ſufflatus ille huc venis.* Et, *ſufflata dicendi figura*, i. e. inflata.

Sufflamen, inis, n. t. Juvenal. machinæ genus, quo in deſcenſu vel procurſu nimio rota ſolet retineri, Vogns fæde.

Sufflamino, as, act. pr. ſufflamine comprimo & retineo. Unde translatè, *orator fusè dicens ſufflaminandus eſt*, i. e. comprimendus, Holdis op.

FLOCUS, ſeu floccus m. ſ. quod inter texendum è lana inutiliter decidit evolátve: aut in ipſo opere exſtantes noduli, à πλόκος, quod de texto nodoſoq; dicitur, Noppe/lu/flock. Inde translatè, flocus, quod eſt nullius pretii. Ut, *homo flocci; res flocci*, Som duer til intet. Et *flocci non facio*, Acter ſlet intet. Sic, *flocco aliquid habeo.*

Flocculus, m. ſ. parvus floccus.

Floces, veterib. fæx vini à vinaceis expreſſa: ſic dictæ, quòd in fæce inſint flocci quidam & panni: Unde illud Perſii: pannoſam fæcem morientis ſorbet aceti. Tria enim in vino: flox, flos & ipſum vinum. Unde Cæcil. *Ego neq; florem, neq; floces volo, mihi vinum volo.*

Compoſita.

Defloco, as, act. pr. floccos extero, Slider lu aff klæder. Unde in Plauto legunt quidam, *defloccare lumbos alicujus*, pro verberibus exterere.

Defloccatus, a, um, Plaut. quod defloccavimus. Unde translatè, *defloccati ſenes*, qui decrepiti ſunt, & ita attriti, aut etiam depiles, calvi, ut veſtis, quæ floccos nimio uſu amiſit, Gamle forſlitt Folck / eller ſkaldet.

FLOS, oris, m. t. ſtirpium fœtus quidam tenuiſſimus, decoris pleniſſimus, & fructus prænuncius, à χλόη, viror, viriditas, Blomſter. Transfertur inde ad alia. Ut, *flos vini: flos cerevisiæ*, ſquamulæ ſcil. albæ in ſuperficiæ innatantes, Skimmell. Item *flos vini*, pro odore vini. *flos lactis*, Fløde: *flos æris*, portio æris tenuiſſima, quæ ab ære exſpuitur, qvum frigida affuſa exſtinguitur. *flos ſalis*, portio ſalis leviſſima & candidiſſima

favillæ ritu efflorescens. Item *flos flammæ. flos ætatis*, i. e. vigor. Item flos, subalaris lanugo. Item flos, ornamentum alicujus rei, ære/blomster oc hærlighed. *Flos nobilitatis*: *flos equitum*: *flos juventæ*: *flos populi*: *flos Italiæ*: *flos orationis*, Det ypperste oc bæste vdi noget saadant.

Flosculus, m. s. parvus flos.

Flora, æ, f. pr. Dea florum. Et translatione non inepta, Majgreffinde. Et *Florus*, Majgreffue.

Floralia, ludi erant in honorem Floræ Deæ, Saa som Majgreff gilde / eller naar mand før Maj i by.

Florentus, veterib. pro flore plenus.

Floreo, es, ui, n. s. produco flores, Staar i blomster. Et translatè, vigeo seu excello. Ut, *homo iste floret literis, honoribus, divitiis, potentia*, Blomstrer / staar i blomster/er fuld aff/oc er hærlig paa Rigdom/ mact/bogelige konster.

Florens, tis, tior, tissimus, om. t. qui floret & excellit, Blomstrende. *Florentissima fortuna*, Hærlig/ som er paa sit høieste oc skønneste.

Floresco, is, n. t. florere incipio, Blomstris. Et translatè, cresco, Groer/voxer til. *Floresçit hic homo*: *Justitia tua floresçit*, Lader sig see.

Floreus, a, um, quod est ex floribus Ut, *corona florea*: *sertum floreum*, Blomster krandz.

Floridus, a, um, dior, quod floribus abundat, Blomster fuld. *Sertum floridum*. Et translatè, *floridus homo*, Hærlig / vdi sin flor oc velmact. *Color floridus*, Fuld farffue/ høy/ lifflig/ liuß farffue.

Floridulus, a, um, aliquantum floridus: vel etiam cum blanditione: Ut, *os floridulum*.

Composita.

Defloro, as, act. pr. quasi floribus & ornatu spolio, contamino, Smitter / beskæmmer. *Fama est uno memorabili prælio fuisse debellatum, gloriamque ejus victoriæ defloratam ad Thermopylas esse*.

Defloreo, vel defloresco flores amitto, Miister blomster. *Vitis defloresçit*. Et translatè vigorem amitto. Ut, *formæ dignitas aut morbo defloresçit, aut vetustate*, Miister sin krafft. *Seges defloresçit*, Korn staa i dræ: flores scil. acquisitos amittens.

Efflores̄eo, is, efflorui, floridus fio. Et translatè, vigeo, seu extra splendeo, Blomstrer/skin vd. *Ex rerum cognitione efflores̄cit oratio*: *amor, utilitas efflores̄cit*.

Præfloreo, es, Plin. antè floreo. Ut, *præflorent aliæ aliis arbores*.

Præfloro, as, Gell. pro prælibo. Ut, *fructum gaudii spes tibi præflorabit*, Lippet aff.

Refloreo, es, & refloresco, rursus floreo, & denuo floresco.

Superfloresco, is, Plin. post alium floresco. Ut, *particulatim cucumis floret, sibiipsi superfloresçens*.

Vitiflora, æ, columbæ genus, quod statos latebræ dies habet, exoriente sirio occultatum, ab occasu ejusdem prodit.

FLUO, is, xi, xum, n. t. propriè de aqua currente dicitur, à sono, quem impetuosiùs ruens edit, ut & Græcorum βλύω, mano, scaturio, eadem ex causa, flyder. Inde transfertur ad alia. Ut, *suis in venis fluit metallum*. Item de siccis significat uberiùs cresco. Ut, *rami arborum fluentes*. Item de rebus aliis, decurro, seu impetuosiùs curro. Ut, *res humanæ retrorsum fluunt*, De gaar

tilbage. *Ex hac gente plurimi fluxere populi*, de kommer vdaff/ i. e. originem traxere. *Oratio fluit*, Gaar ordentligen vden forhindring lige frem/ flyder vel. *Vestis ipsi fluit*, Klæder flyder om hannem/ henger oc sluder. *Fluunt buccæ*, Kinderne henge paa en. *Morbus fluens*, qui quasi æquè in omnes fluit & grassatur, Almindelig Landsiuge.

Fluctus, us, m. q. fluentis aquæ actus seu impetus, Bylge. Et translatè, impetus, Anløb. *Fluctus fortunæ*: *fluctus totius barbariæ una urbe sustinere non potest*.

Fluctuosus, a, um, fluctibus abundans. Ut, *mare fluctuosum*: *gemma fluctuosa*: *imago fluctuosa*, Bylgende/ blommende: quæ maculas fluctibus similes habent.

Fluctuo, as, n. pr. fluctus agito, gaar i bylger. *Mare fluctuat*. Et translatè, *fluctuat lumborum crispitudine*, gaar oc vricker eller krisser med Kiøffuen Item fluctibus agitor, Slaais oc driffuis aff bylger. *Navis fluctuans* Et translatè, quocunq; modo incertus agitor vel dubito, Er wrolig / tuilraadig. *Magno curarum fluctuat æstu*: *animo fluctuat*.

Fluctuatus, a, um, fluctibus agitatus.

Fluctuatim, Afran. Ut, *solo fluctuatim ire ad eum*, i. e. vel solutis & fluentibus vestibus, vel agitatione quadam corporis.

Fluctuor, aris, dep. pr. Liv. & Curt. idem quod fluctuo. Ut, *fluctuatur animo*: *fluctuantur animi*.

Fluentum, ti, n. s. parvum flumen, Beck/lidet Vands fald.

Fluesco, is, August. pro fluidus fio: Ut, *Sal in aqua fluescit*.

Fluidus, a, um, quod fluit, flydende. *Caro fluida*, Item mollis & quod facile liquescit. Ut, *corpora fluida*, Bløddactig.

Fluito, as, sæpe vel continuè fluo, flyder stedze oc jeffne. *Fluitans alveus*, stedze flydende. Item supernato. Ut, *pisces mortui fluitant*, flyder paa Vandet. Et translatè, jactor incertus seu nuto, staar paa held/ falder om/bort. *Fluitat fides*: *fluitat sors*.

Flumen, inis, n. t. aqua fluens, flydende Vand. Et peculiariter, aqua perenne fluens, Flod/ Aa. Undè *porta flumentaria*, Romæ, quam flumen Tyberis alluebat.

Flumineus, a, um, quod est ex flumine. Ut, *aqua fluminea*, Flodvand; Aavand. Et *fluvineæ volucres*, quæ in fluminibus degunt, Aafugle.

Fluminosus, a, um. fluminibus abundans, Flodrig. *Fluminosa regio*.

Flustrum, stri, n. s. maris tranquillitas, quasi minimè fluctuans, quod & Græca voce malacia dicitur, Kaffstille.

Flutæ, arum, anguillæ aut murenæ dicebantur in mari Siculo, propterea quòd sole torrefactæ, qvum se curvare aut mergere non possint, aquis superfluant. Græcis etiam dictæ θλαῶλαι.

Fluvius, m. s. idem quod flumen, seu aquæ angusto, flexuoso, & longiore tractu decurrentes, perenne fluentes & in mare exonerantes, Flod.

Fluvialis, le, om. t. quod ex fluvio est. Ut, *aqua fluvialis*. Et *fluvialis arundo*, Aarør. *Fluvialis lupus*, qui in fluvio vivit. *Gobius fluvialis*, Grundling.

Fluviatilis, le, om. t. idem quod fluvialis. Ut, *piscis fluviatilis*, Aafisk. *Murena fluviatilis*, Lamprete, *Ibis fluviatilis fluviatilis arena*, Aasand.

Fluviaticus, a, um, idem. Ut, *animal fluviaticum*.

Fluviatus, a, um, in flumine maceratus, Lagt i vand/ i blød. *Lignum fluviatum. Canabis fluviata*, Som er eller haffuer været i sencke/ i Røde.

Fluxus, a, um, quod fluit. Ut, *aqua fluxa.* Et translatè, *fluxa vestis*, hengende / flydende klæder. *Cinctura fluxa*, Vid/for vid. Et rursu, inde à vestibus translatè, mollis & effœminatus, Quindactig. *Homo est animi fluxioris.* Item translatè, ab aquarum instabilitate, instabilis, wstadig. *Gloria divitiarum, formæ, fluxa est.* Et, *res humanæ fluxæ.*

Fluxè, Varr. pro abundanter, affluenter.

Fluxio, onis, fluendi actus. Ut, *fluxio aquarum, fluxio sanguinis*, Vandlob / Blodlob.

Fluxura, Cypr. pro mollicie venerea.

Composita.

Affluo, is, quasi ad aliquid fluo, seu valde & copiosè fluo, Flyder oc løber flux / hasteligen. *Torrens à vertice imbribus conceptus affluit.* Et translatè, *affluunt mihi divitiæ: malos voluptas cum suavitate affluit & illabitur: nihil rumoris inde ad nos affluxit.*

Affluens, tis, om. t. quod affluit, Løber offuer / er offrflodig paa noget. *Urbs affluens hominibus & studiis: vita voluptatibus affluens: homo affluens copiis, opibus, bonitate, unguentis, lepore ac venustate, scelere, otio & uberrimis ingeniis.*

Affluentius voluptates haurit, i. e. cumulatiùs.

Affluentia, æ, f. pr. affluentis ratio & affectio, Offrflodighed. *Ex affluentia rerum nascitur arrogantia.*

Circumfluo, is, circum aliquid fluo: Ut, *oppidum circumfluit amnis.* Et translatè, abundo. Ut, *circumfluit bonis omnibus*, Offuerflødig aff/ flyder aff / eller vdi. Item concurro. Ut, *variæ gentes circumfluunt*, Løber sammen.

Circumfluus, a, um, Ovid. quod circumfluitur. Ut, *Insula circumflua*, Omflodt / eller omflydis. Et activè, *amnis circumfluus*, qui circumfluit.

Confluo, simul vel unà fluo, Flyder sammen/tillige. *Succus confluit.* Et translatè, convenio, Kommer sammen / tilhobe. *Homines confluunt: multa in unum confluunt.*

Confluens, tis, subst. positum, seu absolutè significat amnem in quem duo flumina confluunt.

Confluges, apud Nonium, loca sunt, in quæ rivi diversi defluunt. Festo autem loca, in quæ undiq; confluunt venti. Aliter in hac Festi significatione, legitur *conflages* à flo. Item apud Isidor. *confrages.*

Confluus, a, um, quod simul fluit.

Confluvium, n. s. quò multi rivi simul fluunt, vandfang.

Confluxus, us, m. q. confluendi actus. Ut, *confluxus aquarum.*

Confluctuatur, translatè, pro agitatur. Ut, *confluctuatur metu*, driffuis hid oc did.

Defluo, is, deorsum fluo, Løber eller flyder ned adt. *In mare defluit amnis.* In translatè, *defluit oratio*, den flyder flux. *Defluit eò*, i. e. dilabitur. *Defluit capillus*, Haaret falder aff. *Per socordiam defluunt vires, tempus, ingenium*, i. e. cadunt & pereunt. *Ubi defluxit salutatio, literis me involvo*, i. e. cessavit. *Unus ex Tribunis me absente defluxit*, i. e. alienatus est.

Defluvium, n. s. capillorum defluxus, Haar fald.

Defluus, a, um, quod defluit. Ut, *capillus defluus.*

Defluxus, us, m. q. defluii ratio & affectio, Bortfald / afffald / henfald. *Defluxus aquæ; defluxus capillorum.*

Deflustro, as, act. pr. Tertull. pro sedo, quietum reddo. Ut, *mare deflustrat intemperatum.*

Diffluo, is, in diversas partes fluo, Flyder allevegne hen eller vd. *Diffluit aqua.* Et translatè, *sudore diffluere*, falder hen i Sued / Suedis saa mand drypper eller drypper aff Sued. Et *diffluere otio, luxuriâ, lasciviâ*, Falder hen oc bliffuer slet til intet/ formedelst saadanr.

Effluo, is, quasi extra fluo, Vdflyder/ flyder hen. *Vinum effluit manente aqua.* Et translatè, *vita cum sanguine effluit*, i. e. moritur: *A Meliseo colendorum Deorum ritus effluxit*, Fraakom. *Bona præterita sapienti non effluunt*, i. e. pereunt, Kommer aff hu / glemmes. *Ex tuo animo effluo*, gaar aff glemme. Item multum seu copiose fluo, Løber / flyder offuer: *sive naturæ aliquid deest, sive abundat & effluit.*

Effluentia, æ, f. pr. effluendi actio, Vdflydelse/ vdflod. *Genituræ affluentia.*

Effluvium, n. s. idem quod effluentia. Ut, *humorum effluvium.*

Effluxio, onis, peculiariter Physicis significat menstruorum missionem.

Effluxus, us, m. q. effluendi actus, Vdflod. *Aquarum effluxus.*

Influo, is, intro fluo seu in aliquid fluo, Indflyder. *Humor influit. fluvius iste in mare influit: sanguis per venam illam cavam influit in ventriculum cordis.* Et translatè, *hoc influebat. in aures hominum: Influit in animos hominum*, i. e. sensim irrepit, Kommer dem saa sact i sind/ smuger sig saa sact. Et *influunt in urbem hostes.*

Interfluo, is, inter aliqua fluo, Flyder imellom. *Flumen interfluit oppidum.*

Interfluus, a, um, quod interfluit. Ut, *amnis interfluus.*

Perfluctuo, as, n. pr. Lucret. fluctuum more circa aliquid moveor. Ut, *exos & exsanguis tumidos perfluctuat artus*, i. e. per artus fluctuat.

Perfluo, is, per aliquid fluo, Giennom flyder oc rinder. *Per colum vina perfluunt.* Item liquorem transmitto, Rinder. *Lagena malè compacta perfluit.* Et translatè, plenus sum rimarum. Ut, *hæc illac perfluo*, i. e. arcana continere non possum. Item perfluo, valde fluo seu effluo, flyder offuer. *Voluptas perfluit*, Item præterfluo, flyder forbi. *Infima valle perfluit Tybris.* Et *aquæ perfluunt Tybur.*

Præfluo, is, ante fluo, vel præter fluo. Ut, *præfluit amnis*, Flyder oc løber for om.

Præfluxus, us, m. q. præfluendi actus.

Præfluvium, n. s. idem.

Præterfluo, is, præter aliquid fluo, vel fluendo prætereo, Flyder frem for / eller forbi. *Flumen muros præterfluit.* Et translatè, *hæc res præterfluit. sine orationes præterfluere*, i. e. præterire, elabi.

Profluo, is, abundanter fluo, vel porro fluo, Flyder fuldt och offuerflødigen / flyder hen adt / frem. *Lacus emissus lapsu & cursu ad mare profluit: profluunt lacrymæ ab oculis.* Et translatè *ejus ore sermo melle dulcior profluebat: ab his fontibus profluxi ad hominum famam*, i. e. adveni.

Pro-

Profluens, tis, om. t. quod profluit, fremflydende. *Aqua profluens.* Et translatè, *genus orationis liquidum, fusum & profluens*, i. e. loquacitas profluens. Item amisso tempore & absolutè positum, idem quod fluvius, flumen, torrens, Flod eller Beck. *In profluentem dejectus est.*

Profluenter, modo profluenti & abundanter, flydende/ offrflødigen. *Omnia ipsi profluenter, prosperè, &c.*

Profluentia, æ, f. pr. profluentis rei ratio & abundantia, Offrflodighed. *Inanis loquendi profluentia.*

Profluvium, n. s. profluì affectio & ratio. Ut, *profluvium sanguinis*, Blodlob: *profluvium albi*, Bugslob: *profluvium seminis, vel profluvium genitale*, seminis est profusio sine venere, ac nocturnis imaginationibus illata, Græca voce Gonorrhæa: *profluvium mulierum*, Quinde maanedtz siuge. *Profluvium narium*, Næselob/ Næsebløden.

Profluus, a, um, quod profluit, flydende. *Profluus amnis*, qui perpetuo fluit. Sic, *profluus aquæ recessus.*

Refluo, is, retrorsùm fluo, flyder tilbage. *Refluit aqua campis & condidit se alveo.*

Refluus, a, um, quod refluit, Tilbage flydende. *Mare refluum.*

Subterfluo, is, subter aliquo fluo. Ut, *subterfluit torrens impidus.*

Superfluo, is, supra modum affluo, Løber offr. *Superfluit fons.* Et translatè, *redundat & superfluit orator juvenili quadam dicendi impuritate.*

Superfluus, a, um, quod superfluit, Offuerflydende.

Superfluitas, atis, superflui affectio. Ut, *pampinorum superfluitas.*

Composita alia.

Dulcifluus, a, um, quod dulciter & svaviter fluit. Ut, *oratio dulciflua.* ἄδηλον.

Ignifluus, a, um, quod igne fluit. Ut, *cavernæ igniflua.*

Largifluus, a, um, quod largè & abundanter affluit.

Mellifluus, a, um, quod ad modum mellis svaviter fluit. Ut, *oratio melliflua*, Sødflydende.

Septemfluus, a, um, quod septem alveis, rivis aut fontibus fluit. Ut, *flumen septemfluum*, Nilus.

FODIO, is, di, fossum, act. t. pr. corr. terram, vel è terra aliquid eruo, à βόθρος, fovea, scrobs, & βοθύω, βοθύνω, scrobem facio, Graffuer. *Fodere puteum: fodere metallum.* Et translatè, *fodere jugulum; fodere latus ense*, i. e. ferire vel transfodere, Slaa eller sticke. *Fodere stimulis, calcaribus*, Sticke med Spore. Aliter à φυτεύω, planto, quasi propriè dictum fuerit de scrobe plantandis facienda.

Fodare, pr. & fodire q. veteribus pro fodere.

Fodico, as, act. pr. idem quod fodio pro ferio. Ut, *fodicat latus*, hacker / sticker / picker. Et translatè, ango, Nagger. *Hoc animum meum fodicat: ista res me fodicat.*

Fodina, æ, f. pr. locus ubi quid effoditur, Grubbe. *Auri fodina*, Guld grubbe: *argenti fodina*, Sølff grubbe: *salis fodina*, Salt grubbe.

Fossa, æ, f. pr. locus, unde terra est effossa, Graff/ grøfft.

Fossula, parva fossa.

Fossatum, Plin. pro fossa.

Fossilis, le, om. t. quod fodi potest. Ut, *sal fossile, ebur fossile. Mustela fossilis* seu *piscis fossilis*, de genere quodam mustelarum marinarum.

Fossio, onis, fodiendi actus, Graffning/graffuen.

Fossitius, a, um, Plin. idem quod fossilis. Ut, *arena fossitia*, Graffsand.

Fossor, oris, m. t. qui fodit, Graffuere.

Fossura, æ, f. pr. idem quod fossio.

Fovea, æ, f. pr. fodiendo excavatum altiùs solum ad decipiendas feras, Graff/ Grubbe til at fange Diur.

Composita.

Affodio, is, Plin. fodiendo adjungo. Ut, *furto vicini cespitem nostro solo affodimus*, Graffuer ind til.

Circumfodio, dis, Plin. in gyrum fodio, Graffuer runden om.

Circumfossor, m. t. qui circumfodit.

Circumfossura, æ, f. pr. circumfodiendi actus, seu ipsa circumfossio, Omkringgrafuelse/ eller grøfft.

Confodio, is, idem quod fodio. Ut, *confodere hortum* Item perfodio seu configo, gennom sticker. Confodere hominem, sticke en ihiel.

Confossus, a, um, quod confodimus.

Defodio, is, in terram fodio, Graffuer noget i Jorden/ Neder stopper. Item deorsum fodio, Graffuer neder adt. Item idem quod fodio. Ut, *defodere strobem.*

Defossus, a, um, quod defodimus, Graffuedt i Jorden. *Aula domi defossa.*

Defossus, us. m. q. defossi ratio, Graffning. *Area in defossu cavata.*

Effodio, is, fodiendo eruo, Opgraffuer. *Ex hoc sepulcro veteri viginti minas effodiam ego hodie.*

Effossus, a, um, quod effodimus, Opgraffuedt. *Præda tua ex sterquilinio effossa est.*

Exfodio, is, veteribus, idem quod effodio. Ut, *exfodit aulam auri plenam.*

Infodio, is, in humum fodio, graffuer noget i Jorden. *Infodere vites: infodere aurum.* Item simpliciter fodio. Ut, *campestris locus altè duos pedes infodiendus est.*

Perfodio, rem per medium fodio, Graffuer igiennom. *Perfodit parietem.*

Imperfossus, a, um, non perfossus, vgiennom stucken.

Præfodio, ante fodio, Graffuer for. *Præfodiunt alii portas*, i. e. ante portas fossas fodiunt. Sic, ratione temporis: *Ostendit aurum, quod ante præfoderat*, Graffues ned tilsorne.

Refodio, fossum semel denuo fodio, Graffuer om igien. *Refodere cuniculos.* Et translatè, *cuniculos avaritiæ atq; luxuriæ refodere.*

Suffodio, subtus effodio, Graffuer vnder op. *Sus rostro suffodit & cespites excitat.* Et *suffodere equum*, est sub suo sessore confodere & interimere, Skræbe/ sticke / skiude eller slaa Hest ihiel vnder Manden.

Suffos-

Suffoſſus, a, um, quod ſuffodimus. Ut, *Equus ſuffoſſus*, Graabt Heſt vnder Manden. Exponitur & *equus ſuffoſſus*, qui ſuffodit, Heſt/ ſom ſkraber/ſlaar paa jorden med fødder/ſtampere.

Transfodio, aliquid ab uno extremo ad alterum per media fodio, Giennom ſticker. *Ferro latus transfodit; gemino vulnere transfodit pectus.*

FOEDUS, a, um, propriè idem quod ſanguinolentus, ſanguinarius ac crudelis, à Φάω, macto, occido, Blodig/ heſſelig/ grim/grum. Inde ſignificationes partim propriæ de animo & facie externa; partim translatæ. Ut, *fœdus homo*, Skiden/ſlem/grimet/grum/ heſſelig. *Fœda ſenectus*, *fœda perſona*, grim. *Fœda facies*, Smuret/grim/blodig/ ſeer ilde vd: *fœdum facinus*: *fœdum exemplum crudelitatis plenum*: *fœdum miniſterium*, Skident. Item translatè, ad odores: *fœdus odor*, Slem luct. Aliter fœdus ab Hœdus, & propriè de odoribus, quaſi quod tetrum hœdi odorem refert. Veteres etiam in gravi ſignificatione ponebant, inquit Iſidorus.

Fœdè, modo fœdo, Slemmeligen/ſkændeligen/ Ilde. *Fœdè ad libidinem expetitur*: *fœdiſſimè cauſam agit*: *fœdè dilexat.*

Fœditas, atis, f. t. fœdi ratio, Heſſelighed/ grimhed. *Fœditas vulnerum.*

Fœdo, as, act. pr. fœdum facio, Giør ſlem/ſkiden/ grim/heſſelig. *Serenos fœdavit vultus.* Et translatè, dehoneſto, Skammer/beſkæmmer. *Nos appellatione fœdant hoſtes.* Item corrumpo, Fordærffuer/ oc giør ſaa en ting ſeer ilde vd. *Agros fœdat.*

Fœdus, eris, n. t. pactum ſolenniter ſancitum inter diverſas Reſpublicas cum ſumma ac dira fallentis imprecatione: ſic dictum à fœdo, quòd fiebat cum fœda porcæ mactatione. Unde Virgil. *Cæſâ jungebant fœdera porcâ*, Jt blodigt forbund. Inde ritu iſto fœdo abolito, manſit nomen pro ſolenni pacto cum devotione inter Reſpublicas diverſas, Forbund/ ſaa ſom mand oc tager Sacrament paa/ mellom atſkillige Folck oc Mennigheder. Et translatè pro privato neceſſitudinis vinculo. Ut, *fœdus amicitiæ*, Venſkabs bund. Fœdera lecti, Ecteſkabs baand: *fœdus conjugale.* Item pro lege, contractu & ſtipulatione, Low eller affſked. *Rex certo fœdere & premere & laxas ſcit dare juſſus habenas.*

Fœderatus, a, um, fœdere conjunctus, Somerſ forbund. *Civitas fœderata*: *oppida fœderata.*

Compoſita.

Confœduſti, ſeu confœdaſti, apud veteres, pro fœdere conjuncti.

FOEO, ſive feo, verbum inuſitatum, pro gigno, à Φύω, gigno, pario.

Fœcundus, a, um, dior, diſſimus, quaſi parru abundans & dives, Grødeſom/grødefuld/fructbar/yngelſom. *fœcundus ager*: *fœcunda bos.* Et translatè, de alia quacunq; re. Ut, *fœcundum pectus*: *fœcunda quæſtura*: *amor felle fœcundiſſimus*: *fœcundi calices*, Fulde ſkaaler.

Fœcundè, adverb. Ut, *reciſa virgula fœcundiùs reſurgit*, Fructbarligere.

Fœcunditas, atis, f. t. fœcundi ratio & affectio Fructbarhed/ offuerflodighed. *Fœcunditas fœminarum*: *fœcunditas ingenii*: *terræ fœcunditas.*

Fœcundo, as, act. pr. fœcundum facio, Giør fructbar oc grødefuld. *Nilus Ægyptum fœcundat.*

Fœmina, æ, f. pr. in animalibus ſexus fœtum edens, Hun. Et in genere humano, Kunkiøn. Hinc *homo vel cibis fœmina*, Quindfolck. *Bos fœmina*, Ku eller Que: *piſcis fœmina*, Hunfiſk: *porcus fœmina*, Soe. Et translatè, de herbis, ubi ſcil. ſpecies per ſexum ab Herbariis appellatione diſcernitur. Aliter Fœmina à fœtu quem edit.

Fœmineus, a, um, quod eſt fœminæ, vel fœminam refert. Ut, *ſexus fœmineus*, Kunkøn/quindkøn: *Fœmineus plangor, clamor, amor*, pro impatienti & immodico, qualis eſt fœminarum, Quindactig/ vtaalmodig,

Fœnum, n. ſ. herbæ fœtus, quem nimirum quotannis edit, Høe/græß/grøde.

Fœnarius, a, um, quod ad fœnum pertinet. Ut, *falx fœnaria*, Hølee.

Fœniculârium, n. ſ. locus, ubi fœnum ſecatur, ſive ab agricola, ſive à militibus, Engebond/ Enghaffue/ Engplads/ eller huor Krigsmender paa Foring.

Fœniculum, n. ſ. nomen herbæ, à thyrſis quos fœno ſimiles gerit ſic dictum, Fennickel. Aliter à fœnore, quòd ſemen terræ mandatum magno fœnore reddat fructum. Item Iſidoro, quaſi Phœnoculum, à Φάω, luceo, & oculus, quòd viſum reficiat acuatq;

Fœneus, m. ſ. ſimulacrum effigiésve hominis ex fœno, quo objecto ad ſpectaculum præbendum tauri irritabantur, Høemand/ mand giort aff høe.

Fœnile, lis, n. t. locus in quo reſervatur fœnum, Høelade/ Høeſlye.

Fœnus, oris, n. t. fœtus eſt pecuniæ mutuò datæ eo nomine & ſtipulatione, à fœo fœtus, ut Græcorum τόκος, ejusdem ſignificationis à τίκτω, pario, Rente aff penge. Et translatè lucrum, Bade/ dubbelt igien. *Sæpè venit magno fœnore tardus amor.*

Fœnuſculum, n. ſ. parvum fœnus, Liden rente.

Fœnebris, bre, om. t. quod ad fœnus pertinet. Ut, *lex fœnebris*, Low om penge oc rente. *Res fœnebris*, Rente ſag. *Malum fœnebre eſt urbi*, Byen trengis/ eller haffner ont med rente.

Fœneralia, orum, n. pl. tempus, quo fœnus ceſſabat & finiebatur, reddebaturq; pecunia, Omſlag/ penge omſlag.

Fœnero, as, act. pr. fœnus accipio ex re locata, Tager rente/Aagrer. Et ſignificatione translatâ, loco, mutuum do, Laaner bort. *Sol cæteris ſideribus lumen ſuum fœnerat.* Item cum fœnore reddo, giffuer rente/ forrenter. *Metuiſti ne non hoc tibi fœneraret.*

Fœneratio, onis, fœnerandi actus, Rente/Aager.

Fœnerator, oris, m. t. qui fœneratur, ſeu qui ad fœnus dat, Aagerkarl/ ſom ſetter paa rente.

Fœneratorculus, m. ſ. parvus aut vilis fœnerator.

Fœneratò, cum fœnore, paa rente/ med rente oc Aager. *Fœneratò accepit*: *fœneratò dat*: *fœneratò verba funditat.*

Fœneratus, us, m. q. idem quod fœneratio.

Fœneror, aris, dep. pr. fœnori do, Sætter paa rente. *Pecuniam centeſimis fœneratur.* Et translatè, *fœnerari beneficium*, Tage betalning for velgiort/ giøre gaat paa det mand vil haffue noget igien.

Fœneraticius, a, um, quod ad fœnus pertinet. Ut, *pecunia fœneraticia*, quæ ex uſuris colligitur, Rente penge.

penge. Et quod fœnori datur. Ut, *pecunia fœnoraticia*, penge paa rente.

Fœto, as, n. pr. Colum. fœtum edo, føder. *Aves circa paludes maximè fœtant.* Et translatè de arboribus herbisq; , giffuer Affgrøde/ grøder.

Fœteo, es, n. s. malè oleo, à fœto translata voce, quasi propriè sit de fœtantium coëuntiumvé odore, Lucter raa/ ràm/ ſtincker: *Vino fœtet mulier*: *uxori tuæ fœtet anima.*

Fœtidus, a, um, quod fœtet, Stinckende. *Os fœtidum*: *arma fœtida.*

Fœtiditas, atis, f. t. Sen. idem quod fœtor.

Fœtor, oris, m. t. fœtidi ratio, Stanck. *Fœtorem redolet olla.*

Fœtura, ræ, f. pr. fœtus proventus seu ratio, Quægning/ grøde. Item tempus à conceptu ad partum, Børſel tid. Et de inanimis: *fœtura pratorum*, grøde.

Fœtus, a, um, quod in utero gerit. Ut, *ovis fœta*, Faar med Lam. Item quod peperit, Nybaarn. *Lupa fœta*: *bacca fœta.* Et absolutè de muliere, *Fœta*, quæ jam peperit, Quinde i Barſelſeng/ Barſelquinde. Item translatè, *loca fœta*, i. e. plena, Grødefuld. *Loca fœta currentibus austris*, i. e. gravida.

Fœtus, us, m. q. idem quod partus, Foſter/ yngling. *Fœtus animalis*: *fœtus avium*: *fœtus piſcium*; *fœtus hominis.* Et translatè, *fœtus arborum, herbarum, agrorum*, grøde/ affgrøde. *Fœtus pecuniæ*; *fœtus terræ*: Item *fœtus animi*, pro scientia, vel opere, quod gignit animus. Aliter fœtus à Φοιτᾶν, scilicet à congressu & consvetudine masculi cum fœmina. Item à foveo, quod dum in utero sit & postquam eductus sit à matre foveatur.

Fœtuosus, a, um, Hieron. *fœtu plenum.*

Scribebantur autem hæc omnia antiquitùs etiam per E simplex: Fecundus, femina, fenum, &c.

Composita.

Confœta sus, apud Fest. sus, quæ cum omni fœtu ad sacrificium adhibebatur.

Effœmino, as, act. pr. in fœmineam mollitiem converto, giør quindactig. *Corpus animumq; virilem effœminat*: *cogitationibus molestissimis effœminamur*, Vorder bløde/ modet falder.

Effœminatus, a, um, quod effœminavimus, vel fœmineam mollitiem imitatur, Quindactig/ vden mod/ løßactig. *Horreo effœminatus.*

Effœminatè, modo effœminato, Quindacteligen/ løßacteligen. *Cave ne quid effœminatè facias.*

Effœtus, a, um, quod fœtum edidit, Som haffuer født oc baaret *Effœtæ partus amovendus est.* Item quod fœtum est, Foſter: *Grex effœtus hoc modo deponendus.* Item qui fœtum edere desinit, Vdbaaren/ gammel. *Effœta mulier*, Som icke meere faar Børn. *Gallina effœta*, gammel afflagt høne. Et translatè, *Effœtus ager*: *effœtum solum*, quod exhaustum est & lassatum, ut fructus non edat, Vdackeredt/ vdarbeidet jord oc land. Et *effœcâ corporis vires*, Mactesløß/ kand eller formaaer icke meget/ ſkrøbelig. *Effœtum corpus*; Affmectig.

Effœtè, adverb. modo effœto, debili & exhausto.

Infœcunditas, atis, f. t. ipsa infœcundi qualitas, Ufructbarhed.

Præfœcundus, a, um, valde fœcundus.

Superfœto, as, n. pr. fœtum fœtui addo sive fero, haffuer thu kuld eller ſteere i liffuet paa en tid. *Le-*

pores superfœtant, aliud educantes, aliud in utero pilis vestitum, aliud implume, aliud inchoatum gerentes pariter.

FOLIUM, n. s. pr. corr. stirpium velamina, à φύλλον, ejusdem significat. Blad paa vrter oc træ. Inde translatè, charta libri, à palmarum foliis, in quibus olim scribere solebant, Blad papiir / Arck papiir. Item translatè, res viliſſima nulliusq; momenti. Ut, *folia sunt & nugæ.*

Foliaceus, a, um, quod est ex foliis, vel foliis simile est. Ut, *semina foliacea.*

Foliatum, ti, n. s. unguenti genus ex foliis nardi, quod & Græca voce petalion à Plauto dicitur, ſaa ſom Spick-olie.

Folioſus, a, um, foliis plenum, Bladefuld. *Herba folioſa.*

Composita.

Aquifolia, æ, f. pr. species ilicis, mespilam foliis referens.

Aurifolium, n. s. genus arbusculæ infelix.

Latifolia, æ, f. pr. arboris glandiferæ genus, à latitudine foliorum nomen habens. Item adjectivè: *Laurus latifolia*: *myrtus latifolia.*

Millefolium, n. s. nomen herbæ, Røllicke.

Millefolia, f. pr. nomen herbæ.

Quinquefolium, n. s. nomen herbæ.

Trifolium, n. s. herba à tribus foliis dicta, quæ in singulis habet germinationes, Kleffuerblad.

FOLLIS, lis, m. t. origine sua idem quod saccus, à φύλαξ, ejusdem significationis; unde & φυλάκιον, folliculus. Inde peculiariter saccus coriaceus servandis nummis, Taſke. Item genus pilæ maximum ex aluta vento inflata, Ballon. Item instrumentum partim ligno, partim corio constans, cum præferrata fistula ad excitandum ignem, Puſte/ Belge. Aliter deducitur à φυσάω, inflo. Unde φύσα, pro instrumento igniario. Item à φαλλὸς, pro pene coriaceo. Item simpliciter à pellis. Item à foveo.

Folliculus, m. s. parvus follis. Et peculiariter theca & involucrum seminis cujuscunq;, Skall/ Belg/ Frøhuuß. Item corium uvæ, vel uva expressa, Affstryct drue. Item parvus saccus, quo caput parricidæ obvolvebatur, ne statim captus cælum aspiceret. Item Lucil. folliculum vocat corpus humanum. Ut, *ego si quis sum, & quo folliculo nunc sim indutus, non queo*: nimirum eâ formâ, qua Græcis ἀσκὸς utris, de corpore hominis, & nobis, Sæck/ dicitur.

Folleo, es, n. s. Hieron. more follis in calceis pedes motu vago agito, Suopper. Pes laxa pelle follet.

Follico, as, n. pr. Apul. more follis nares agito, reciproco spiritu, Snøffter. Unde *nares follicantes.* Et Hier. *caligæ follicantes*, quæ imitantur laxitatem & recessus follium, Store vide Buxer/ Offrtog / vdhugne Buxer.

Folliculare, ris, n. t. pars remi quæ folliculo tecta est. Remi enim pelle muniuntur ea parte, qua scalmo incumbunt. Inde vita denominatur, folliculum vel res follicula.

Follitim, Plaut. adverb. Ut, *follitim ductitare aliquem*, est folle & pecunia emungere.

FONS,

FONS, & antiquis funs, tis, m. t. origo aquæ: ſic dictus quòd fundat aquam, vel ex eo aquam fundamus, Kilde/ Vandquæll/ Vandſpring/ Kildeſpring. Inde tropicè aqua ipſa, ſeu aqua fontana, Kildevand. Item translatè, *fons vitii, fons urbanitatis*, i. e. origo vel copia. Legitur & fons in gen. fœm. pro cratera.

Fonticulus, li, m. ſ. parvus fons, Liden Kilde eller Vandſpring.

Fontalia, ſive fontinalia, n. plur. feriæ erant fontibus dicatæ, quibus & coronæ in fontes conjici, & putei coronari ſolebant.

Fontalis, le, om. t. quod ex fonte eſt. Ut, *aqua fontalis*: Et pro eodem abſolutè, *fontalis*.

Fontanus, a, um, idem quod fontalis. Ut, *aqua fontana*, Kildevand.

FORDA, æ, f. pr. bos uterum geſtans, quaſi quæ fœtum fert, à fero, ut Græcorum Φοράδες, i. e. boves aut equæ fordæ eadem notione à Φέρω, Ku med Kalff/ Tiurlobben Ku.

Horda, æ, f. pr. veteribus, idem.

Hordicia, orum, n. pl. ſacra in quibus hordæ ſeu fordæ hoſtiæ immolabantur.

FOREM, pr. corr. fores, foret: Et plural. forent, pro eſſem, eſſes, eſſet; & eſſent. Et futurum infinit. fore pro futurum eſſe, à fero, cum fore nihil aliud ferè ſit quàm ferri, Kunde bliffue/ kunde vorde/ varet. *Quærebas quis eo beatior foret: ſpero fore: ſpero te amicum fore: Exiſtimabitis, vivo Clodio, horum nihil vos viſuros fore.*

Compoſita.

Abfore, ſignificat abfuturum eſſe. Sic abforem pro abeſſem.

Adfore, adfuturum eſſe. Ut, *reminiſcitur adfore tempus: non ſuſpicatus ſum illum affore.*

Confore, idem quod futurum eſſe, Skulle ſkee/ bliffue aff. *Confore ſpero*, Jeg haaber det ſkal bliffue aff.

Defore, idem quod defuturum eſſe.

Perfore, valde & crebro futurum eſſe: *Credo rem illam perfore tibi accommodam*, Skulle bliffue til viſt/ endeligen.

Profore, Horat. idem quod profuturum eſſe: *Fugio quæ profore credo.*

FORES, ium, f. plur. t. pr. corr. oſtium domus per quod homines feruntur ingrediendo egrediendoq;, à fero, ut porta à porto, vel πεῖρω: aut à θύρα, ejusdem ſignificationis, Dørre/ dør. Legitur & numero ſingulari foris. Ut, *increpuit foris: pande forem: excluſus fore.* Aliter fores à foràs, quaſi quæ foràs in publicum rejiciuntur, Dør ſom ſlar vd adt. Foràs autèm â foro, quaſi ad forum.

Foriculæ, parvæ fores, Loge.

Foràs, adverb. ſignificans motum à domo ad extra, quaſi per fores, vel extra fores, vd adt. Exi foràs ſceleſte.

Foris, adverb. ſignificans in loco extra fores, extra domum, vden til. *Mulier dum foris eſt, nihil mundius: Laſſus eſt opere foris faciundo.* Et *foris canere*, eſt dextra & plectro pulſare, Lægge oc ſlaa fuldkommeligen/ høyt. *Foris eſſe* dicitur debitor, qui latitat, neq; facit ſui conveniendi copiam, qua formâ & nos dicimus, Manden er icke hiemme.

Forculus, Deus qui foribus præerat.

Compoſita.

Biforis, re, om. t. Ovid. quod duas vel geminas habet januas. Ut, *biſores feneſtræ.* Et translatè, *biforis cantus* apud Virgil. pro biſono.

Quadriforis, re, om. t. quod quatuor habet fores ſive foramina. Ut, *nidus quadriforis*, Med fire dørre.

FORI, orum, m. plur. ſ. pr. corr. navium tabulata à puppi ad proram per mediam navem, per quæ feruntur & currunt nautæ, nimirum eadem cum foro origine à fero: aut à πόρος, tranſitus, quaſi qui tranſitum præbent nautis in navi, Offrlog/ Løbeboor. Inde fori, tabulata, unde ludi ſpectantur. Item ſubſellia templorum, unde auſcultant, Stole i Kircken/ Kircke ſkamle. Item in hortis dicuntur fori, ſulci inter pulvinos, Gange om Bedene. Item Gladiatoribus fori ſunt tractus, quibus inſiſtunt: unde dicuntur *facere foros*, cùm longum circuitum ſectantur. Legitur & in ſingulr *ſtans in foro puppis.*

Foruli, in quibus reponuntur libri, Hylder til Bøger.

Forago, inis, f. t. filum quo textrices opus diurnum diſtinguunt, à foris, quos quaſi diſtinguendo facit, ſeu à forando.

Foro, as, act. pr. quaſi foros facio, Giør fore/ drager fore/ eller vejlangs vd. *Forare parietes*, drage dem thin anden. *Forare aliquem per vias*, ſlæbe at gaderne/ giennom alle gader. Item terebro, & quaſi forando forosq; faciendo terebro, Borer. *Forare arborem.*

Forabilis, le, om. t. quod forari poteſt; ſom kand boris. Ut, *nullo forabilis ictu.*

Foramen, inis, n. t. forati cavum, Hull. Boredt hull/ giort hull. *Foramen arboris. foramen animalis*, Saa ſom orne/ Mæſe/ øyne hull/ Bagende.

Foraminoſus, a, um, foraminibus plenum, Fuld aff huller.

Foratus, us, m. q. forandi actus vel ratio, vel ipſum foramen, Boring/ hull. *Foratus oculorum.*

Compoſita.

Circumforo, as, Plin. Omkringborer / borer paa alle ſider.

Efforo, as, Colum. idem quod perforo, Giennom borer.

Multiforis, re, om. t. Plin. quod eſt multorum foraminum. Ut, *ſpecus multifores in terra.*

Multiforus, a, um, idem. Ut, *buxus multiforus.*

Multiforatilis, le, Apul. idem. Ut, *tibia multiforatilis*, Pibe med mange huller.

Perforo, as, rem per medium foro, Borer igiennom. *Vitem perforat.*

Perforatus, a, um, quod perforavimus, Giennom boredt. *Lumina duo ab animo ad oculos perforata.*

FORIA, orum, n. plur. ſ. veterib. dicebantur ſtercora liquidiora, ab eo, quòd facile foràs ferantur, Rende ſkide.

Forica, æ, f. pr. locus publicus, quaſi ejiciendis foriis deſtinatus, Almindelig mag eller huuß.

Forio, ris, vel forias, n. pr. foria ejicio.

Foriolus, m. ſ. qui foria emittit, Løßliffuedr.

Compoſita.

Conforio, rire, vel riare, veterib. pro fœdare vel concacare. Ut, *conforiſti me.*

FORMA,

FORMA, æ, f. pr. naturalis cujusq; rei facies, per Metathesin à μορφη, ejusdem significat. Skabning oc naturlig skickelse / danlighed. *Forma hominis, leonis, ædificii, quadrati, curvi.* Et peculiariter facies decora & pulchra. Ut, *forma dimidium dotis.* Item translatè, *forma orationis, ingenii, honesti, honestatis : forma dicendi.* Item forma instrumentum in quo exprimitur caseus, Ostkar. Sic, *forma calcei,* Læst. Ponitur & aliquando pro specie, Jt slag : *abdicationum formæ duæ sunt.* Item pro specie dialectica. Ut, *forma & species idem.* Item pro essentiæ alterâ parte. Ut, *Essentiæ duæ partes, materia & forma.* Forma etiam puls miliacia ex melle : sed immediatè à φορβη, alimentum, esca. Aliter forma ab antiquo formo, i. e. calido, quia calor sanguinis ruborem pulchritudinis creat. Formus autem est à θερμος, calidus vel ardens, fervens, de animo scil: unde & formosus exponitur calens & fortis, quasi animo calens. Sed & pro formo legitur forvus à ferveo.

Formula, æ, f. pr. parva forma. Estq; aliquando etiam blandientis. Item præscriptum seu norma agendi, En visse maade oc forskrifft.. *Formula quædam constituenda est, quam si sequemur, ab officio non aberremus.* Et in causis forensibus Beretning / vnderviisning: *Formula agendi, formula dicendi,* visse maade ät ta.e med.

Formularius, rii, m. s. qui formulas omnis generis negotiorum ad usum servat, Copist / breffue Dictere eller Stilere. Item qui ex formula causam agit, Sønd driffuer en Sag effter forskrifft.

Formalis, le, om. t. quod ad formam vel formulam pertinet. Ut, *formalis temperatura aris. formalis epistola* procerta formula epistolæ, Ret forskrifft eller vdskrifft / paa it breff.

Formaceus, paries, qui formæ modo circumdatus dùabùs tabulis, terrâ infarcitur verius quàm instruitur. Item pro eodem, formatium. Sed & legitur alibi hoc loco fornaceus paries, quasi ad similitudinem fornacis, quemadmodùm & fornicatus paries.

Formaster, antiquè, qui sibi formam alicujus fingit.

Formido, inis, f. t. metus est permanens, sive pavor fixus, ex forma alicujus rei tristi, seu formis, i. e. spectris, Fryct oc Kædsel.

Formidolosus, a, um, formidine plenus, & quidem neutral: qui formidat, Fryctactig / Kæd. Et pass. qui formidatur, Fryctsom / forfærdelig. *Res formidolosæ : bellum formidolosissimum.*

Formidolosè, modo formidoloso, Frycteligen. *Formidolosè hosti se opponit.*

Formido, as, n. pr. formidine trepido, Frycter saare / storligen / gruer for. *Illum malè formidabant : Intus pabeo, formido foris.*

Formidabilis, le, om. t. quod formidamus, forfærdelig / gruelig. *Homo formidabilis : Lumen formidabile.*

Formidus, a, um, antiquis, pro calido. Unde *formida hyems; formida exta.* Vide suprà in dictione forma. Sed & aliter legitur fervida. Item deformis.

Formiter, Jurisconsul. pro cum certa quadam formula, Med visse forfattede ord. *Formiter juratur.* Et, *informiter juratur.*

Formo, as, act. pr. formam alicui induco, Skaber / danner / mager. *Animal in utero formatur.* Et translatè, *Oratoris est verba, orationem formare : Literis studiisq; ingenium juventutemq; formare.* Et *formare aliquem ad studia.*

Formator, oris, m. t. qui format. Ut, *formator animi : formator morum,* Tuctemester.

Formatura, æ, f. pr. formationis ratio; seu ipsa uniuscujusq; rei forma, Danlighed / skabning.

Formatus, a, um, quod formavimus, Dannedt / skabt / vell skickedt. *Formatum marmore signum.*

Formosus, a, um, sior, sissimus, bona forma præditus, Deilig / skøn. *Formosa mulier.* Item formosus aliquando fortis : quâ ratione sapit originem formi.

Formosulus, a, um, aliquantum formosus.

Formositas, atis, f. t. formosi ratio & affectio, Deilighed / Skønhed. Unde translatè, *formositas dicendi, agendi.*

Composita.

Conformis, me, om. t. ejusdem formæ, Ligesaadt / lige dannet / lige skickedt. Et translatè conveniens & congruus, Bequemmelig / laffig / danlig.

Conformo, as, in formam redigo, Danner / laffuer / skicker. *Natura conformat nos ad majora. ova in speciem volucrum conformantur.* Et translatè apto, Laffuer oc lemper *Ad ejus voluntatem me conformo : animum & mentem cogitatione bonorum conformo. Conformare consilium & emendare,* Sætte til rætte / i laffue.

Conformatio, onis, conformandi actus. Item ipsa forma, Skickelse / danlighed / skickelighed. *Conformatio corporis, verborum, membrorum, vocis, sententiarum &c. Conformatio insignita & impressa in intelligentia.*

Conformatus, a, um, Particip. Ut, *Mundus à natura conformatus.*

Deformis, me, om. t. & comparat. deformior, forma carens, turpis, Grim / Slem. *Homo deformis : domus deformis : spectaculum deforme.* Et *deformius nihil est ardelione sene.*

Deformiter, Quint. modo deformi, Ilde / slemmeligen. *Junctura deformiter sonat.*

Deformitas, atis, f. t. deformis ratio & affectus, vanskabning / grimhed. *Deformitas corporis.* Et translatè, *deformitas animi,* Vanartighed.

Deformo, as, formâ spolio, Vanskaber / vanskær / vantierer. *Oris speciem deformat.* Et translatè, *deformare Italiam,* est turbare, fœdare, forstyrre / komme aff laffue. Et *deformare famam, causam alicujus,* forvende oc skamfejre. Item deformo, nova formâ insigno, Giør om igien setter anden skickelse paa. *Tragicæ scenæ deformantur columnis, &c.*

Deformatio, onis, deformandi actus. Ut, *Deformatio Majestatis,* quâ majestatem deformamus.

Deformatus, a, um, quod deformavimus. Ut, *omnia animo deformata habeo,* pro valde formata, picta & sculpta.

Informis, me, om. t. sine forma, Vden skabning oc skickelse / som haffuer icke sin skick. *Fœtus informis,* qui nondum suam formam accepit. *Cadaver informe,* quod formam amisit. *Informe monstrum. hyems informis,* quæ formam & venustatem florum herbarumq; amisit. Et *res informis,* Som haffuer icke sin skick. Sed & *res informis,* exponitur, res quæ corpore caret, in isto ad Heren: *cum res muta aut informis fit eloquens & formata. Informis terra nives aggeribus,* i. e. deformis, Naar Jorden seer ilde vd aff Snee. *Informe lethum,* pro suspendio, Slem død.

Performo, as, Quint. formam absolvo. Unde *materia performata*, fuldtgiort.

Præformo, as, ante vel prius formo. Ut, *præformare materiam*: *præformare puero literas*, formaaler / fordanner / Danner tilforn / giør eller skriffuer forskrifft.

Reformo, as, in aliam seu meliorem formam redigo, Omnisnstrer / giør noget om oc bedre. Se *Præceptori reformandum tradidit.*

Reformator, oris, m. t. qui reformat. Ut, *reformator literarum.*

Transformis, me, om. t. quod quamcunq; formam recipit. Ut, *corpora transformia*, ut quæ nunc equa, nunc ales, modò bos, modò cervus abibat.

Transformo, as, in aliam formam muto, Skaber om. *Jupiter aut in aves, aut sese transformat in aurum.*

Composita cum aliis dictionibus.

Biformis, me, om. t. duas habens formas, ut cum *Minotaurus dicitur proles biformis*, quia una parte homo, altera taurus fingitur. Sic & Latinè dici potest, qui utriusq; sexus particeps est masculi & fœminei, sive id sit in genere hominum sive brutorum, tuctoße. Item *animalia biformia*, quæ sunt mixti generis, nempe misto genere nata, ut Leopardus, mulus, &c.

Biformatus, a, um, idem. Ut, *Centaurus biformatus*, utpote qui fingitur superiùs homo, inferiùs equus.

Multiformis, me, om. t. idem quod varius, quasi multiplicis formæ, paa atskillige mannering. *Oculi contuitu multiformes. nuces multiformes*, atskillige dan.

Multiformiter, modo multiformi, atskillige dan / i atskillige maade. *Multiformiter differit: hæc res multiformiter auxiliatur.*

Quadriformis, me, om. t. quod quatuor habet formas.

Semiformis, me, om. t. dimidiata sui parte formatus. Ut, *pulli semiformes*, halfskabte.

Tauriformis, me, om. t. formam habens tauri. Ut, *tauriformis Aufidus*; scil. fluvius quidam Apuliæ, propter Acheloi similitudinem fluminis omnium Græciæ maximi? quod primùm vocatum est tauriforme, multarum flexionum & exundationum gratia: quæ affectio postea cœteris fluminibus attributa est, qvum imbribus aucta extra ripas fluerent: vel fortasse Epitheton referendum est ad consvetudinem tauro faciendi pro fausto trajectu fluminis: quemadmodum Plutarchus memorat Lucullum fecisse Euphrati in ipsius vita: vel referendum ad mugitum armentorum, quæ propter flumina pascuntur.

Triformis, me, om. t. tres habens formas. Ut, *Cerberus canis triformis.* Et *Hecate Diva triformis.*

Composita à formido.

Afformido, as, Plaut. idem quod formido. Ut, *magis afformido ne is pereat.*

Performidatus, Sili. multum formidatus.

Præformido, as, Quint. valde formido.

Reformido, as, valde formido. Ut, *non desperatione reformidat, sed judicio refugit*: *reformidat ferrum*: *reformidant lumina insvetum solem.*

Reformidatio, onis, reformandi actus.

FORMICA, æ, f. pr. genus vermiculi, à ferendis farris micis, sic dicta: vel à μύρμηξ, ejusdem significat. quasi mormica, Myre.

Formicula, læ, f. pr. exigua formica.

Formicans pulsus, dicitur exiguus, debilis & frequens, omniumq; maximè lethalis, ita dictus, quòd quasi formicas per arteriam discurrentes tactui repræsentet. *Verruca formicans*, quæ dum stringitur sensum inducit formicarum morsibus similem.

Formicatio, onis, f. t. extuberatio quædam parva & callosa in summâ cute radicibus latissimis inhærens superne angustior, quæ inter scalpendum mordentis formicis sensum præbet.

Formicinus, a, um, quod ad formicam pertinet: *homo formicinus*, Liden Vurm / Vrøffue karl. *Gradum movet formicinum*, pro parvum & contractum, i. e. more formicæ incedit, Trin stacket / gaar Jomfru gang.

Formicosus, a, um, formicis plenum. Ut, *arbor formicosa*, Myreboe / Myrefuld.

Formix, ulceris genus.

FORNAX, acis, f. t. fabrica igne injecto coquendis calefaciendisq; destinata; cujusmodi sunt, quibus calx aut lateres coqvuntur, quibusq; hypocausta calefiunt, a furno, in quo coqvuntur panes, propter quandam operarum similitudinem; aut immediate à θερμαίνω, igne concoquo, vel injecto igne torreo inflammove, Ovn / Limovn / Tegelovn / Bagelovn.

Fornacula, æ, f. pr. parva fornax.

Fornacalia, orum, n. pl. feriæ, quibus ad fornacem in pistrinis sacrificium fieri solebat.

Fornacarius, Jurisconsul. cui accedendæ fornacis, panisq; coquendi cura incumbit, Baggere eller Fyrbøder.

FORNIX, icis, m. t. & pen. gen. corr. arcus in ædificiis, & quodcunq; opus & ædificium concameratum à furni concameratione & angustia sic dictus, Hvælning eller hvalbt kammer / hvalbt kælder. Inde *fornix vitium*, pro opere vitium concamerato. Item cella obscura, ignobilis & meretricia, Bore hytte / Bore kippe. Item arcus quacunq; materia exstructus in triumphantis honorem, Sejervindings Bue eller hvelning. Aliter fornix a furvo, i. e. atro, quod hujusmodi loca sint obscuriora.

Fornico, as, act. act. pr. Plaut. fornicem exstruo, vel fornicis formam induco, Giør hvelning / hvelger. *Populus contra omnia inferiora panditur*: *palma è contrario fornicatur*, i. e. sursum incurvatur, qvum fornicis cornua deorsum soleant inclinari.

Fornicatio, onis, fornicandi actus. Ut, *lapidum fornicatio.*

Fornicatus, a, um, in fornicis modum exstructus, Hvalbt. *Cellæ fornicatæ. paries fornicatus.*

Fornicor, aris, dep. pr. Eccles. in fornice meretricio ago, Gaari Horehuus / Horer. Sed & aliter hoc à πορνεύω, scortor.

Fornicatio, onis, Eccles. fornicandi actus, Skørleffnet.

Fornicarius, m. s. Juriscons. qui tabernas sub fornicibus exstructas conducit, mercesq; venales habet, Surler / som boer i Kælder eller smaa Hytter oc Boeder.

Composita.

Confornico, as, apud Vitruv. pro fornicem conformo, Giør eller danner Hvelning / Hvelger.

FORS,

FORS, gen. f. quod homini divinitùs fertur & contingit, à fero, Beſkæring / huad Gud beſkærer eller tilfører; tilfald / huad heller det er gaat eller ont. *Fors in aliquibus rebus plus quàm ratio poteſt.* Ponitur aliquando pro fortuna. Ut, *de illa ambulatione fors viderit.*

Fortè, adverb. ſignificans contingenter, & caſu quodam, quia fors talis occurrit, Aff en hændelſe. *Forte ſub arguta conſederat illice Daphnis. fortè evenit,* Det ſlumpedt ſig til. Item dubitanter, quia fors dubia & incognita, Maa vel ſkee / kand ſkee. *Ae ne fortè hoc magnum ac mirabile videatur. Si quis fortè miratur, &c.* Et *fortè fortuna hoc evenit*, ubi ſcil. dubitatur an fortuna vel caſu res evenit. Item compoſitè vel per hyphen, *forte-mater*, i. e. nutrix.

Fortaſſe, & Fortaſſis, idem quod fortè in poſteriori ſignificatione.

Fortuitus, a, um, quod fit forte & caſu, Slumpende. *Fortuita pugna. fortuitus ſermo,* Det mand kommer ſlumpende oc hoppende til. Exponitur & compoſ. à fortuna & eo: afferturq; literam I & corripi, & produci poſſe.

Fortuitò & fortuitu, modo fortuito, Aff en hændelſe eller ſlumpelycke / Affvanvare. *Domus ardebat non fortuitò, ſed oblato incendio Fortuitò-parentes*, i. e. non veri, ſed qui tantum ſibi ſuppoſuerunt liberos.

Fortuna, æ, f. pr. ordinaria Dei voluntas hominibus rebusq; eventus providens & ferens, Lycke / Tilbærendis Lycke. Ethnicis erat Dea, quæ hominibus rebusq; eventus ferebat dabatq; : Sed Chriſtianis exponitur providentia Dei, eventus & rerum ſucceſſus gubernans, Guds forſinn / huad heller det er ont eller gaat. Inde tropicè ponitur pro divitiis, Rigdom / formue. *Quo mihi fortuna, ſi non conceditur uti.* Item pro re omni ſalva, Velmact / velfærr. *Si non integra fortuna, at afflicta patri tuo gratulare.* Item conjunctè: *Fors fortuna*, quod inter invocandum plus eſt quàm ô fortuna: ſignificatq; præſentem opitulationem fortunæ quaſi ô fors, i. e. ferens jam jam opem Fortuna. Exponitur & *Fors* fatorum lex: *Fortuna* eventus incertus: *Fors fortunæ* fatalis eventus cauſa, & eventus fortunæ bonus. Item fors fortuna de bono eventu fortunæ. Quia fortuna abſolutè poſita medium eſt vocabulum. Aliter Fortuna quaſi vertumna à verto.

Fortunatus, a, um, fortuna dotatus, Lyckſalig / ſom haffuer megit aff Lycken. *Fortunatus puer : fortunatus ſenex.*

Fortunatè, modo fortunato. Ut, *fortunatè vivit*, Lyckſaligen.

Fortunatim, Plaut. idem.

Fortuno, as, act. pr. fortunâ cumulo, giffuer Lycke till. *Di tibi patrocinium fortunent, honorem, horam, &c.*

Compoſita.

Infortunatus, a, um, non fortunatus, wlyckſalig. *Nihil me infortunatius*, i. e. cui fortuna minus favet, Som Lycken ey holder med.

Infortunitas, Gell. idem quod infortunium.

Infortunium, n. ſ. quaſi mala fortuna, wlycke / ond lycke. *Feres hinc infortunium, ab infortunio os tibi non longè*, Din mund er icke langt fraa wlycke / Ret nu faar du ſkam paa din mund.

FORTIS, te, om. t. tior, tiſſimus, ferendo oneri aptus, ut & Græcorum φέρτος, ejusdem ſignificationis à

φέρω, Sterck til at drage / bære eller giøre noget. Inde ad animum transfertur, Mandelig. *Fortes fortuna juvat.* Item ad res alias. Ut, *fortis equus*, Raſk Heſt. *Forte vinum*, Sterck Vin. *Fortis familia*, i. e. dives vel potens, Rig eller mectig. Item Plaut. ſignificat formoſum. Ut, *ecquid fortis viſa eſt*, Smuck / vell ſtickedt. Item aliquando divitem, copioſum.

Forticulus, a, um. aliquantum fortis. Ut, *forticulus in tormentis* Sterck / Mandelig i pine.

Fortiter, tiùs, tiſsimè, modo forti, Sterckeligen / mandeligen. *Caſum ſuum fortiter fert.* Item *fortiter facere*, dicitur in re venerea.

Forteſco, is, veteribus pro fortis fio. Ut, *forteſcunt vires.*

Fortitudo, inis, f. t. fortis habitus & affectio animi in patiendo ac perferendo ſummæ legi parens, ſine timore. Styrcke / Mandelighed.

Compoſita.

Malefortis, Ovid. non fortis.

Perfortiter, valde fortiter. Ut, *vicit perfortiter*, Vel / deligen.

FORUM, n. ſ. pr. corr. locus urbis patens, ubi populus ferebatur, ſive ad familiariter colloquendum, ſive agendas cauſas, ſive neceſſaria emenda, à fero ſic dictum, ut Græcorum φορὸς, ferens, & φορὰ, latio cum impetu, à φέρω, fero, Torffe / Byeß baane. Inde peculiariter locus in foro, ubi jus dicebatur, Ting. Item tropicè, ipſa judicia, quæ in foro aguntur. Ut, *Appius forum agit*, i. e. judicia exercet, Holder Rætt. Item, mercatus, Marckedt. *Foro utitur :* ſcit uti foro, Hand veed at lempe ſig effter Marcket / Folck / Kiøb oc ſall. Item plural. fora, dicta ſunt vaſa, quibus antiqui utebantur in torcularibus. Item Gell. pro foris navium. Aliter forum deducitur à fororum ſimilitudine, quia initio erat locus oblongus, inde rotundus, quadratus, aliáve figura. Item à foràs, quòd foràs in forum irent.

Foraria, æ, f. pr. mulier villatica, quæ fructus villæ venales in forum defert, Torffuekone / Torffuequinde. Legitur & foratia: ſed fortaſſe corruptè.

Forenſis, ſe, om. t. quod ad forum & judicia pertinet, Ut, *cauſa forenſis*, Tingſag. *forenſis homo*, qui in foro verſatur & cauſas agere ſolet, Tingmand ſom gierne lader ſig finde til Ting och ſteffne. *Forenſis Rhetorica*, cauſis forenſibus accommodata. *togæ forenſes : veſtes forenſes*, quibus in foro utebantur.

Compoſita.

Circumforaneus, a, um, Cic. qui circum forum ſpatiatur, aliquid venditans. *æs circumforaneum*, quod ſumitur à circumforaneo daniſta, vel quod à daniſtis in foro tractatur, Gemeene Vexell eller Jagerpenge. Item abſolutè, qui circa forum crebro verſatur, Krimgeldriffuere / Dagdriffuere. *Circumforanea domus*, quæ mobilis eſt & ambulatoria, Saa ſom Kramboe eller Tæltt. *Circumforaneæ hoſtiæ*, quæ circum agros & urbes in Ambarvali ſacrificio circumferuntur.

Inforo, as, Plaut. act. pr. in foro traduco, vel in jus voco, Raaber anden vdt paa Torffuet blant Folck / Bærer eller forer en ved ens naffn til Torffuet / løbe om By med en / eller klager an til Tinge. *Non inforabis me quidem.*

Superforaneum, Sidon. & Apul. pro ſupervacaneo.

FOVEO, ves, vi, tum, act. ſ. pr. corr. naturam viresq; rei alicujus aliquo medicamine promoveo, adjuvo, ſtabilioq;: ſive ita curo conſervoq; ut perficiatur, néve lædatur, à πυέω, in utero q. geſto, coeo, foveo: ut propriè dictum ſit de fœtu in utero. Et inde translatè de aliis, aliisq; fovendi modis, Vederquæger / værmer/ holder ved lige. *Aves pennis excluſos fœtus fobent*, Vederquæger / værmer. *Fobere lacte*, Føde. *fobere ventrem*, eſt alimentis & cibis replere. *Fobere ignem*, holde Ilden ved lige. *fobere cibum igne adhibito*, Varme mad. *fobere ſpem*, haffue forhaabning/ forhaabe. *fobere vulnus*, Linc / bage / varme eller ſuøbe it Saar. Et *fobere gremio*, ſkiule/ forſuare. *fobere caſtra*, forſuare oc holde Skantzen ved lige. Aliter à Φύω gigno, pario: ut ſit ejusdem omnino originis cum fœtus, de quo ſupra.

Fotus, a, um, quod fovimus. Ut, *oba anatum gallinis ſuppoſita & fota: pulli excluſi & foti*, Vederquægedt/ varmet / holt ved lige.

Fotus, us, m. q. fovendi actus, Værmelſe / vederquægelſe/ opholdning. *Herba iſta decocta potione & fotu juvat cœliacos.*

Focus, m. ſ. locus ubi ignis fovetur, ſive qui nos igne fovet & calefacit, Aarne/ Ildſted. Inde tropice domus ipſa, Huuß oc hiem. *Pro aris & foris dimicat.*

Foculus, li, m. ſ. parvus focus. Et tropicè, ignitabulum, quod tempeſtate frigida transferri poteſt, prunas candentes continens, quod hodie & ferreum & fictile in uſu eſt, Ildpotte/ Ildpande. Item inſtrumentum igne oppletum & menſæ appoſitum ad calefaciendas eſcaria, Fyrfad.

Focula, orum, n. pl. pro nutrimentis. Ut, *ventris focula fumant.*

Focarius, a, um, quod ad focum pertinet. Ut, *panis focarius*, qui in foco coquitur. Et abſolutè, *focaria*, veterib. quæ curam rei domeſticæ agebat, ſimulq; concubinam, Forrædzel. Item gen. maſc. Focarius, qui foco in navi præeſt, Skibskock.

Focaneus palmes, qui viti in bifurco medius profilit, Vy tæn paa Vinſtock.

Focillo, as, Plin. & Svet. idem quod foveo.

Focillatio, onis, Feſt. focillandi actus.

Focillatus, a, um, quod focillavimus, Vederquæget. *Mulier focillata.*

Focillor, aris, dep. pr. Varr. idem quod focillo.

Fomentum, n. ſ. fovendi inſtrumentum. Ut, *morbus fomento tollendus*, Vederquægning. *Frigori fomenta adhibenda*, Varming/ varme. Et translatè, *fomenta dolorum*, i. e. remedia quibus dolores mitigantur.

Fomentatio, onis, f. t. Ulpian. quod corpori admotum, ipſum fovet & calefacit, ſive id aridum ſit, ſive humidum, Det mand binder paa ſig eller noget Lem at Værme oc Vederquæge/ linne.

Fomes, itis, m. t. materia arida, quæ de facili ignitur, Tynder eller andet / ſom ild letteligt tendis aff. Et translatè, quicquid excitat & ad agendum accendit. Ut, *ingenij, virtutis fomes*, tilſyndelſe / tylſyndning.

Compoſita.

Confoveo, es, ſimul foveo. Ut, *ſtercore agrum confobet.*

Defomicatum, apud Feſt. lignum quod à fomitibus, quibus confoveri ſolet, eſt ſucciſum.

Refocillo, as, act. pr. Plin. vires reficio, vederquæger. Unde, ægrè refocillatus, non ſine ultionis ſolatio deceſſit.

Refoveo, es, collapſas vires foveo, vederquæger. *Refobet terram ſtercoratione; refobet artus.*

FRACES, ium, f. t. plur. carnes ſunt & fæces olivarum in oleo ſubſidentes, à frango; aut βάγες, acini, quorum ſcil. in trapeto contuſorum ſunt fragmenta quædam, Grumſer. Et in re cereviſiatia, Maſk. Aliter legitur frages.

Fraceſco, is, n. t. quaſi fraces contrabo; idem eſt quod corrumpor & vetuſtate putreſco. Ut, *fracéſcit oleum*. Aliter legitur frageſco.

Fracidus, a, um, quod fracuit, ſeu fracibus conſtat. Ut, *oliva fracida ſit, ut melius frangatur*, Mør/ſør.

FRÆNUM ſeu frenum, n. ſ. & plur. freni & freda, m. & n. ferramentum, quo ori immiſſo equum moderamur, ſic dictum vel à frango, quod ora & impetum equi frangat.: vel à frendo, quaſi ferramentum, quod ori immiſſum frendit, dentibusq; agitat equus, Bidzel/ Mundſtycke. Inde translatè, *mordere frenum*, eſt obluctari & oſtendere nos graviter aliquid ferre, quod tamen ferendum, Kæder ved gierningen: ſumptâ ſcil. metaphorâ ab equis, qui cum frenum excutere non poſſunt, perpetuo tamen mordent & arrodunt, oſtenduntq; coactos & invitos ſe frænum ore recipere: ſic eadem translatione dicitur, *accipere frænum* pro dedere ſe alicui, Giffue ſig for en / giffue ſig fangen. *Frænum maris*, i. e. glacies.

Fræno, as, act. pr. equo frænum injicio, Legge Bidzel paa Heſt. *Equum frænabit.* Et translatè, cohibeo, Spæger/ tæmmer/ holder op/ gienner. *Conſcientia ſceleris animum frænat: frænat voluptates: frænabit mare, vel maris clauſtra, vel curſus aquarum*, Opholdt/ giennede imod.

Frænatus, a, um, quod frænavimus, tæmmedt. *Equus frænatus: animus frænatus.*

Compoſita.

Defrænatus, a, um, Ovid. idem quod effrænatus, quaſi ſine fræno. Ut, *defrænato volbuntur in aquora curſu.*

Effrænatus, a, um, atior, non frænatus, ſeu qui frænum non admittit, vſpæget/ haſtig/ vild/ ruſende/ raſende / ſom far aff ſted ſom en vild / vtæmpt Heſt. *Homines ſecundis rebus effrænatos oportet: Effrænatus animus: Effrænata cupiditas, libido.*

Effrænatè, adverb. & comparat. effrænatiùs, modo effrænato. Ut, *effrænatè bibit: effrænatè in libidinem fertur.*

Effrænatio, onis, f. t. effrænati vis & impetus, Ruſen/ vtæmpt haſtighed. *Effrænatio animi.*

Effrænis, ne, om. t. ſine frænis, Vden tømme eller Bidzel. *Effrænis equus.* Et translatè, indomitus, vtæmpt vild. *Homo effrænis: animus in libidinem effrænis.*

Effrænus, a, um, idem quod effrænis.

Infrenatus, a, um, non frænatus. Ut, *equus infrænatus*, Vden Bidzel/ bar Heſt.

Infræno, as, act. pr. frænum injicio. Ut, *equos infrenant*, Legger Bidzel paa Heſt. Et translatè, cohibeo, Holder op/ tæmmer/ tuinger. *Anchoris navigia infrænant: infrænant dominandi rabiem, libidinem, animos.*

Infrænus, a, um, & Infrænis, ne, om. t. ſine fræno, vden Bidzel. *Infrænus equus. Equus infrænis*, qui equo infræno utitur. Et translatè, *infrænus curſus*, qui

liber

liber fertur, nec à quoquam inhibetur impeditúrve. Fri Lob.

Refræno, as, idem quod fræno, vel retrorsum fræno, Tømmer op / holder tilbage. *Magno animo adolescentes refrænandi potius à gloria, quàm incitandi: Refrænat aquas obliquaq; flumina sistit.*

Refrænandus, a, um, idem interdum quod effrænatus. Ut, *ô libidinem refrænandam.*

Refrænatus, a, um, quem refrænavimus. Ut, *religione refrænatus.*

Suffrænatio, onis, f. t. Plin. structuræ genus, quo lapides veluti fræno retinentur.

FRAGA, cujus singul. fragum, n. s. pr. prod. genus quoddam mori, seu baccæ cujusdam herbæ humi serpentis, à ῥάχις, i. e. cauliculi & sarmenta, quibus scil. humi funditur herba, Jordbær.

Fragaria, æ, f. pr. herba fraga producens, Jordbærrüß.

FRAMEA, æ, f. pr. corr. Tacit. hasta seu telum veterum Germanorum, à quibus & nomen fractum est, angusto breviq; ferro, sed acri, & ad pugnandum, sive cominus, sive eminus, habili, Spiud eller Spidz. Aliter Isidorus: Framea, gladius ab utraq; parte acutus, quam vulgò spatam vocant. Ipsa est & Romphæa. Framea autem dicta, quod ferrea est. Nam sicut ferramentum, sic framea dicitur, ac proinde omnis gladius, Framea.

FRANGO, is, fregi, fractum, & antiquis Frago, pr. prod. act. t. violentiâ quadam rem dissolvo, à sono ficta voce, qui nimirum isto actu editur; vel à ῥήσσω, ῥηγνύω, ejusdem significationis, Bryder / bræcker / skeffrer. *Fregit brachium*, Brød eller skeffret *Frangere cervicem. frangere nuces. frangere dentibus*, Knecke / knuse mellom tænderne. *Frangere linum pectine*, Brage hør. *Fregit navem*, pro naufragium passus est, Løb paa / støtte med Skibet / saa det gick sønder. *Frangere subsellia*, i. e. facere ut surgant auditores in subselliis & abeant. Sic *frangere convivium*, Bryde laffuet. *Comam in gradus frangere*, Krüse / krylle. Item translatè, *animum frangere: frangere audaciam & consilia perditorum*, Giøre til intet / støde aff laffue / formindske / raade. Sic *frangere impetum*, styre ens hastighed. Et pass. *frangi dolore, metu, pudore*, bliffue til intet / stødis aff laffue. Aliter frango à fragore, qui inter frangendum editur: fragor autem aliunde, ut infrà. Item frango à θραύω ejusdem significationis.

Fractus, a, um, quod fregimus, Brut / støt aff laffine. *Animus fractus*, forsagt: *animo fractus*, Sorgefuld / sorgslagen. Et amisso tempore: *spes amplificandæ fortunæ fractior.*

Fractura, æ, f. pr. fractionis sive fracti ratio. Ut, *ossis fractura*, Skæffrelse. Item Vitr. fracturæ pro fractis cæmentis, quibus infartiuntur parietes, Steensliser. Sed & aliter in hac significatione legitur, farcturæ à farcio q. d. fyld kalck / fylding.

Fragesco, veteribus pro frangor. Ut, *pectora hominum fragescunt.*

Fragilis, le, om. t. quod facile frangi potest, Skørt / skæffrt. *Saccharum dentibus fragile.* Et translatè debile, fluxum & caducum, Skrøbelig / affeldig / forfengelig. *Res humanæ omnes fragiles.*

Fragiliter, modo fragili.

Fragilitas, atis, f. t. fragilis ratio seu affectio. Unde translatè, *humana fragilitas: generis humani fragilitas.*

Fragmen, inis, n. t. & fragmentum, s. pars rei fractæ, Stycke. *Fragmina favorum: fragmenta corporis.*

Fragor, oris, m. t. propriè fracti sonus. Inde quivis sonus vehementior, Knagen / Bragen / skryden / susen. *Fragor montium: fragor tectorum.* Aliter immediatè à ῥαχαί, frequentia sarmentorum, quasi propriè de sono, qui auditur conflictione flagellorum. Item à βέαχω, sonitum seu crepitum edo.

Fragosus, a, um, fragore plenus, Bragefuld / knagende. Et translatè, *oratio fragosa*, i. e. insuavis auribus: *aures fragosis offenduntur, & lenibus mulcentur. Loca fragosa*, quæ aspera sunt & prærupta.

Fragosè, cum fragore, modo fragoso. Et comparat. fragosiùs, Vised stor lüd / knagen oc bragen.

Fragro, as, n. pr. prod. quasi fractus odorem emitto, Lucter / giffuer luct. Unde *mella fragrantia.*

Fraxo, as, veterib. pro vigilias circumeo, quod eo labore homo frangatur, vel etiam quod frangat quis quasi iter & flectat. In frangendo enim fit flexio. Unde fraxatores, qui custodes circumeunt vigilias. Aliter à φράσσω, sepio, munio, circumsepio. Et inde antiquis simpliciter circumeo.

Frustum, sive frustrum, n. s. fractæ rei particula, quasi frastrum, Stycke / Affbrutt stycke. *Frustum pueri* Plaut. dicitur aliquis à parvitate substantiæ, aut per contemptum, Jt stycke dreng / it stycke folck / it stycke skælm. Aliter à frio, ut propriè sit friatorum. Item à fruor, ut propriè sit esculentorum.

Frustatim, adverb. per frusta, Stycke viß / i stycke tal. *Caro frustatim in olla vel patinis coquitur.*

Frustulum, frustillum, diminutiva, Lidet stycke.

Frustulatim, per frustula.

Frustulentus, a, um, frustis plenus. Ut, *aqua frustulenta*, Med stycker vdi.

Compositæ.

Adfringo, is, Stat. ad aliquid frango.

Affrango, is, Stat. ad sive juxta frango.

Anfractus, us, m. q. varia viæ alicujus obliquitas, quasi ubi via frangitur & flectitur. In frangendo enim fit flexio, Krumgang / Kringellkrog. *Non longè distat urbs, si nullus intercederet anfractus.* Et translatè, *oratio circumscripta longo anfractu*, i. e. circuitu verborum & sententiarum, Omslag / Omsuøb / Kringelkrog. Sic, *nihil opus est circuitu & anfractu.* Et *utitur anfractu*, Hand slaaer lenge om / førend hand vil til meningen. *Ætas tua convertit jam decem anfractus redituq; solis: anni anfractus.*

Anfractum, ti, n. s. idem, antiquè.

Confragus, a, um, asper & inaccessus, huaß / wjæffn / Rhu sted / stickende: quales sunt exstantes fractæ rei partes. Ut, *confraga dumeta*, Busk vorn.

Confragosus, a, um, idem. Ut, *loca confragosa*, wjeffn / skrubbelvorn. *Versus confragosus*, qui syllabis asperè coëuntibus catenatus est.

Confringo, is, idem quod frango, vel plane frango, Bryder slet sønder / sønderknuser / slaar eller bryder. *Confringere calices.* Et translatè, *frangere consilia.*

consilia, Giøre Anslag oc raad til intet. *Confringere alicujus superbiam*, Brecke / giøre it skaar i ens mod. *Confringere tesseram hospitalem* dicebantur, qui jus hospiti violabant. Et *confringere navem* est naufragium pati.

Confractus, a, um, quod confregimus. Ut, *navis confracta est.*

Defringo, is, idem quod frango, vel de superiore loco frango. Ut, *summas defringe ex arbore plantas*, Bryder offn aff / plucker aff. *Defringere remos*, est in concursu navium frangere.

Diffringo, is, in varias partes frango, Smaalig bryder. *Curâ diffringuntur*, i. e. succumbunt.

Effringo, quasi extra frango, seu valide vel vi frango, Bryder op / Bryder ind / hærger. *Foris effregit.*

Effractor, oris, m. t. qui fores parietémve effringit rapiendi causa, Indbrydere / Huußstormere / en hærger / voldsmand.

Effractarius, m. s. Svet. idem.

Effractura, Jurisconsul. Effractoris vis, Indbrydelse / Indbrud / hærgverk / vold.

Effractus, a, um, quod effregimus, Indbrut / opbrut. *Janua effracta.* Et translatè, *fame effractus.*

Infragilis, le, non fragilis. Ut, *animus infragilis*, Frisk mod. *Vox infragilis*, Stiff røst.

Infringo, is, act. t. valde seu omninò frango, Bryder sønder / i stycker. *Remos infregit.* Et translatè, debilitare, cohibere, Tømme / tage macten fraa. *Infringere hominem, gloriam, dignitatem, spem: Infringere animum*, Tage modet fraa en / giøre ens mod til intet. Item *infringere alicui colaphum*, pro infligere, Slaa en paa munden. *Infringere aulam in caput*, Slaa potte eller gryde sønder paa hoffuedet.

Infractus, a, um, idem quod fractus, vel valde seu omninò fractus, Brut / slet sønderbrut. *Remus infractus.* Et translatè, *animus infractus*, Forfærdt / bedrøffuedt / sønderslaget sind: *furor infractus*, styredt / tæmmedt. *Res infracta*, Sagen er slet aff laffue / alting er i onde maade eller aff laffue. *Oratio ejus est infracta*, hans tale er ydmyg oc ringe. Item infractus, non fractus: Ut, *mares infractis armis.* Et *infractus animus*, wforsagt. *Infracti Latini.*

Infractio, onis, infringendi actus. Ut, *ossis infractio, quâ infringitur*, Beenbrud. Et translatè, *animi infractio*, quâ turbatus est, Forfærdelse / forstyrrelse / sorg oc bedrøffuelse.

Interfringo, is, idem quod infringo, Bryder offuer tuert.

Offringo, is, terram iterum aro & glebas frango, transverso sulco, Pløjer om igien / pløjer anden gang / fræger jorden. *Cum proscideris offringi oportet.* Sic, *rastro offringere*, Felde med Harffue.

Perfringo, is, planè frango, Bryder sønder. *Campi ingentes bobes & fortissima aratra perfringunt.* Et translatè, *perfringere decreta, repagula juris*, pro violare.

Perfractus, a, um, quod perfregimus, Sønderbrut. *Axis perfractus.*

Perfractè, pro præfractè, obstinatè. Ut, *perfractè defendit ærarium & vectigalia.*

Præfringo, is, idem quod frango, aut anteriorem partem frango. Bryder for til. *Præfregit brachium: præfregit hastam.*

Præfractus, a, um, idem quod fractus, sive ante vel prius fractus. Ut, *præfracta arbor, stirps, sarculus.* Et amisso tempore, durus & inflexibilis, pertinax, pugnax,

quasi cujus animus frangi aut flecti non potest, Stiffsindet / Haardnacket / fortrodden. *Homo præfractus: justitia ejus ad vim & cruorem præfractior.*

Præfractè, modo præfracto, Haardnackeligen. *Nimis præfractè defendit ærarium.*

Refrago, as, antiquis pro suffragor.

Refragor, aris, dep. pr. contra sto, sentio & adversor, Siger imod / staar imod. *Homini amicissimo non refragabor: hæc lex tuæ petitioni refragata est. Ei refragatur ingenium*, i. e. obstat quò minus intelligat.

Refringo, is, frangendo patefacio, Bryder op. *Refringere cellam, claustra, carcerem.* Et translatè, *refringere vim fortunæ*, Trenge Lyckens hiul til side.

Refractus, a, um, quod refregimus, Opbrut. *Refracta claustra.*

Refractarius, a, um, qui pertinaciter & habitu quodam infringit alterius voluntatem & actus, Som altid er mod strøm. *Homo refractarius: animus refractarius. Equus refractarius*, qui est duri oris & difficulter regitur, Stiff eller haardmundet Hest. Sed & aliis videtur esse, qui retrogradus est, ac cessim sive recessim cedit nepam imitans, Hest som gaar tilbage / eller gaar til siden / gaar affvejen / vill icke følge vejen.

Refractariolus, a, um, aliquantulum refractarius. Exponitur & concertatorius. Ut, *genus judiciale, & genus dicendi refractariolum.*

Suffrago, inis, f. t. flexura in posterioribus quadrupedum cruribus retrorsum curvata, quæ in prioribus contrario modo inflexa, genu dicitur: à frangendo, i. e. flectendo, quòd subtus flectantur suffragines non suprà, sicut in brachiis: quod ibi cruris continuitas divisa & quodammodo fracta appareat, Baghaser paa Quæg. Suffrago etiam dicitur agricolis vitis suboles radicibus adhærens.

Suffragino, as, Catul. suffragines concido.

Suffraginosus, a, um. Ut, *equus suffraginosus*, qui suffragine laborat, Hest med store eller onde hasser / stor oc ilde haset / eller Skanckhalt. Sic *jumentum suffraginosum.*

Suffragor, aris, dep. pr. calculis, tabellis aut voce subscribo aliorum sententiæ in creando Magistratu, sententiamq; ferendo de reo aut candidatis: & animum & voluntatem declaro, à suffringendo, i. e. subtus flectendo, quod quasi suffractis tabulis ferantur sententiæ: aut à suffragine jumentorum, quibus se colligunt, sustinent ac tuentur: quasi ad eum modum, alium meâ sententiâ juvo ac tueor in consequendo quod cupit, Stemmer med / giffuer vaal oc samtycke. *Candidato Cæsari suffragabatur: suffragabatur pro eo.* Inde ponitur pro quocunq; modo consentio alicui extra usum fori aut curiæ, Samtycker med i noget. Item faveo, velynder. *Laudando ipso fratri suffragatur.* Item auxilio sum. Ut, *Hortensio suffragatur.* Sic, *fortuna suffragatur rebus nostris*, i. e. favet, auxilio est.

Suffragatio, onis, suffragandi actus, Stemmen oc Samtycken.

Suffragator, oris, m, t. qui suffragium fert, Samtyckere / som stemmer offuer ens med anden.

Suffragatorius, a, um, quod suffragiis declaratur, aut in suffragiis versatur. Ut, *brevis & suffragatoria amicitia*, Medstemmende.

Suffragium, ii, n. s. suffragantis sententia, & animi, voluntatisq; ejusq; declaratio, Samtycke / Medstemme / Vaall. *Suffragiis declaratus consul.*

Suffrin-

Suffringo, is, idem quod frango, vel ſubtus frango. Ut *talos homini ſuffringit*: *crura iis ſuffringuntur*. Lixponitur & ſubtus flecto: unde dictæ ſuffragines.

Compoſita cum aliis dictionibus.

Dentifragibulus, Plaut. qui dentes confringit, Som bryder eller ſlaaer tænder vd. Et gen. neut. Dentifragibulum, inſtrumentum, quo dentes effringuntur, Tandbrecker.

Fluctifragus, a, um. Ut, *littus fluctifragum*, *ad quod franguntur fluctus*, ſtrydende.

Fœdifragus, a, um, fœdus frangens, Tro oc Eedbrydere/Meeneedere.

Lumbifragium, n. ſ. Plaut. voce ficta, pro fractura lumborum.

Naufragus, cui navis ex intempeſtate maris fracta eſt, Skibbrudden. Et translatè, naufragus, qui bona diſſipavit, vel qui quavis re alia calamitoſus eſt, Forloren Brodr eller Sellge.

Naufragus, & Navifragus, a, um, quod naves frangit, ſeu ubi naves franguntur. Ut, *mare naufragum*: *tempeſtas naufraga*: *fretum navifragum*: *ſaxa navifraga*.

Naufragium, n.ſ. navis fractio vel ſubmerſio, Skibbrud. Et translatè, calamitas, jactura, exitium, ſkade. *Verſor in eorum naufragiis & bonorum direptionibus*: *nobis commune eſt naufragium*, i. e. calamitas & exitium.

Nucifrangibulum, n. ſ. vox Plauto ficta pro dente, quod dentibus ſoleant frangi nuces.

Oſſifragus, a, um, oſſa frangens. Ut, *aquila oſſifraga*.

Saxifraga, æ, f. pr. herba ſic dicta à frangendis calculis, Steenbreck: ſive quod in ſaxoſis locis naſcatur.

Sylvifragus, a, um, quod ſylvas frangit. Ut, *ſylvifragus ventus*: *ſylvifragus Deus*.

FRATRES, cujus ſingul. Frater, tris, m. t. pr. prod. iisdem parentibus geniti, à Φράτρες & Φρήτρες, i. e. curiales & communionis ſocii, Brødre. Aliter vulgò frater, quaſi fere alter: idq; propter convenientiam ortus & natalium.

Fraterculus, li, m. ſ. parvus frater, Liden Broder. Item blandiendi formâ, Broder lille. *Fraterculus gigantium*, i. e. homo obſcurus.

Fraternus, a, um, quod ad fratres pertinet, ſeu fratrum eſt, Broderlig. *Fraternus amor*, Broderlig kierlighed: *fraternus animus*, Broderlig hiertelag: *fraternæ acies*: *fraternum parricidium*.

Fraternè, modò fraterno. Ut, *Epiſtola fraternè ſcripta*, Broderligen.

Fraternitas, atis, f. t. fraterni amoris conjunctio & neceſſitudo inter duos fratres, Broderſkab.

Fratria, æ, f. pr. uxor fratris, Broderkone.

Fratriſſa, æ, f. pr. Iſid. idem quod fratria.

Fratrò, as, n. pr. & fraterculo, las, de mammis puerorum dicitur, cùm primùm tumeſcunt, quòd velut fratres pares oriantur (quod etiam in frumento ſpica facere dicitur.) Ut. *mammæ fraterculant*.

Fratrueles, Iſid. materteræ filii.

FRATILLI, apud Feſt. villi ſordidi in tapetis, dicti quod per terram ferantur. Legitur & Fritilli.

FRAVS, dis, f. t. verbum conſiliumve, ſive ipſum inde manans factum, quo alium præter ſuam opinionem callidè eludimus, & in magnum aliquod periculum

conjicimus, à Φράζω, loquor, excogito, conſilium ineo agitoq;: Unde & Φράσμων, circumſpectus, conſultus, peritus; & Φράδη, ſolertia, prudentia, quaſi fraus, quod ex unius ſolertia & calliditate alterius molitur exitium, Bedrægerj/Suig. *Sine fraude tecum agam*. Inde tropicè, ipſum periculum, ſtor fare. *Eandem fraudem ex hac re atq; illa incides*. Item crimen, ſkyld/ forſeelſe / laſt oc ſkælmſtycke. *Fraus peculatus*. *fraudi legem facere*, i. e. peccare in legem. *fraus capitalis*, i. e crimen capitale, vel pœna capitalis. Fraus enim antiquis etiam pœnam ſignificabat. Item *ſine aliorum fraude*, vden dieris ſkade oc fare. *Verba fraudis*, i. e. fraus.

Fraudo, as, act. pr. fraudibus everto, Bedrager en noget aff. *Pupillum fraudare nefas*: *fraudabant ipſum regno*. *fraudat ſeipſum victu*, i. e. ſimpliciter privat, ſkill ſig vd. Sic *fraudare genium*, i. e. non ſatisfacere naturæ & voluptati. *Fraudare ſtipendium alicujus*, i. e. avertere, forvende ens Løn. *Fraudare deſiderium alicujus*, i. e. non facere quod cupit.

Fraudatio, onis, fraudandi actus; Ut, *inter bonos ſine fraudatione agendum*.

Fraudator, oris, m. t. qui fraudat, Bedragere/Beſuiger. *Fraudator & interceptor pecuniæ*.

Frauſus, veterib. particip. act. pro eo qui fraudem commiſit. Ut, *metuo in commune ne quam fraudem frauſus ſiet*.

Fraudulentus, a, um, fraude plenus, ſeu qui fraudem facit, Bedragelig/Suigactig. *Homo fraudulentus*.

Fraudulenter, modo fraudulento, Suigactigen. *Fraudulenter infeſtat*.

Frauduloſus, idem quod fraudulentus. Ἄδηλον.

Fruſtrà, adverb. ſignificans modum fraudantem ſeu per fraudem, quaſi frauſtra. Ut, *ſervus Dominum fruſtrà habet*, i. e. fraudat & eludit, Skuffer/ bedrager/ ſixerer. *Fruſtrà ſum*, i. e. fallor. Item idem quod incaſſum, & quaſi ſine fruge, ſeu nulla cum fruge, (unde origo alia) forgæffs. *Fruſtrà natus eſt*: *fruſtrà terit tempus*.

Fruſtro, as, act. & Fruſtror, aris, dep. pr. fruſtra habeo, fallo, decipio, Skuffer/bedrager/ſlaar feil. *Milites ſuos fruſtrabit*: *præſtigiator hic mulierem fruſtrata eſt*: *ipſum ſpes fruſtrabatur*. Et paſs. *Hannibal à Fabio fruſtratus*: *ſpe fruſtratus eſt ſuæ*. Item fruſtor, fruſtrà facio, giør til forgæffs. *Opera facta fruſtrantur expenſas*: *agricolæ ſapè laborem ſuum fruſtrantur*.

Fruſtratio, onis, fruſtrandi actus, Skuffelſe/ ſom naar noget ſlaar feil. *Fruſtratio cupiditatis*, quâ fruſtramur cupiditatem.

Compoſita.

Defraudo, as, act. pr. fraudem facio, vel per fraudem aliquid intercipio, Lurer/ſkuffer/ bedrager en noget aff. *Defraudare genium*, i. e. interrumpere voluptatem, & negare naturæ quod appetit; Spæge ſit Legome/ oc holde der med t Raade. *Orationis brevitas aures defraudat*.

FRAXINUS, f. ſ. nomen arboris, ſic dictæ, quod fragoſis locis gaudeat & naſcatur, Aſk / Eſk. Aliter à frango, flecto, quòd materiam præbeat flexibilem.

Fraxineus, & fraxinus, a, um, quod eſt ex fraxino. Ut *frondes fraxineæ*: *virga fraxina*.

FREMO, is, ui, itum, n. t. pr. corr. propriè de ſonitu fluctuum dicitur, à Βρέμω, ejusdem ſignificationis. Ut,

Ut, *fremit mare*, Skryder/bruser. Inde translatè ad hominem significat murmuro, & sonantiore voce indignationem ostendo: vel sonum emitto varium & turbulentum, qualis in confusa turba, aut in mari ventis turbato auditur, Bruser / fnyser. *Fremit sibi ereptum consulatum: gentes germanicæ fremunt*, Stormer/ knurrer/ fnyß. Et *bella fremunt*, Buldrer oc giffuer Allarm / allarmer.

Fremebundus, a, um, valdè fremens, Skrydende / stormende / larmende / fnysende.

Fremitus, us, m. q. fremendi actus. Ut, *fremitus maris*, Haffskryden: fremitus hominum, Folckfnysen/ stormen. *Fremitus equorum*, Hestskryden.

Fremor, oris, m. t. frementis maris sonitus, Brusen/ skryden. Agræt. *Fremor est rumor hominum: fremitus ferarum.*

Fretum, n. s. locus maris angustus inter duas continentes: sic dictum, quòd ibi æstu maximè fremat mare, Sund. Aliter deducitur à ferveo, quasi fervetum, quod mare æstu ferveat. Legitur & apud veteres in gen. masc. Fretus.

Composita.

Adfremo, is, ad aliquid fremo. Ut, *adfremat bis quassato caput*, fnyß der til.

Confremo, is, idem quod fremo, vel simul fremo, fnyß/ skryder/ snorcker. *Cœlum confremit: agmina confremunt.*

Infremo, is, idem quod fremo, vel valdè fremo. Ut, *infremuit ferox aper: infremuere cives suis dereptis navibus*, De stormede / fnysede.

Perfremo, is, valdè fremo. Ut, *inciti perfremunt Delphini*, fnyß.

Transfreto, as, n. pr. trans fretum eo, fretum trajicio. Ut, *remis transfretat obstantia freta*, Offuer far / offr roer/ offr seigler.

FRENDEO, es, ui, n. s. dentibus fremo, dentesq; vi quadam collido, à sono, vel à βρύχω, ejusdem significationis, Bidder tænder/knasker. *Ipsum nimis formidabam, quia ita frendebat dentibus.* Sic *frendens aper: frendens Leo*, cum scilicet ex ira dentes concutiant. Item frendo veteribus in tertia conjugat. idem quod frango. Ut, *saxo fruges frendam.*

Fressa, seu fresa faba, i. e. fracta, & quasi quam molâ leviter frenduimus, Greffuet paa Quærne eller Mølle.

Composita.

Infrendeo, es, idem quod frendeo, & dentes collido, Bidder tænderne sammen. *Dentibus infrendens gemitu: Infrendit serpens obvia quæq;*, i. e. frangit, conterit.

Infrendes dicuntur pueri sine dentibus, qui frendere non possunt, Børn som icke end haffue faaedt tænder.

Nefrens, dis, porcellus qui fabam nondum frendere potest, Spæ grüß. Exponitur & de arietibus, qui nec dentibus frendere possunt. Item de infantibus nondum frendentibus, i. e. frangentibus cibum. Spæde Børn/ som icke haffue tænd. *Nefrendes agni*, qui à lacte disjuncti sunt, Affvant. Aliter *nefrendes porci*, qui sunt castrati, & sine testiculis, quos & Græci ὐσφρῆς vocant.

FREQVENS, tis, om. t. pr. corr. idem est quòd multus, numerosus, & propriè de turba densa, à βρέχω, sono, sonitum edo: sumptâ scil. denominatione à sono & murmure, quod turba edit, Mange / mangfoldig/ stimlende. *Frequentes fuimus omninò ad ducentos: Equites Romani frequentissimi in campo Martio: frequens senatus: frequens populus: frequens turba: frequens collegium: frequens schola, ludus*, Huor der er stor søgning. Et tropicè, creber, Idelig. *Demosthenes frequens fuit Platonis auditor.* Et, *opera frequens*, i. e. assidua. Item quod frequentamus. Ut, *frequens urbs, oppidum, locus, frequens platea*, Som haffuer stor oc fuld søgning/ huor mange stimlis. Aliter à fraxo circumeo, quasi propriè frequens, qui fraxaret vigilias: Unde & *miles frequens.*

Frequenter, modo frequenti, Ideligen/gierne. *Frequenter consequimur artis rationem: studio & frequentissimè hac voce utimur.*

Frequentia, æ, f. pr. frequentis ratio & affectio. Ut, *frequentia populi, senatus*, fuld forsamling.

Frequento, as, n. pr. frequenter adeo, Idelig en besøger/ tilgaar eller stimler om. *Frequentare domum alicujus: frequentare festum, festos q; dies. Et frequentari domus dicitur*, quæ à multis aditur, huor mange stimlis. *Sententia frequentatur*, quæ frequenter repetitur. Item frequentem reddo, Samler / sancker i hob. *Dies tribunos ad ærarium frequentabit.* Item translatè, *primas partes in animo frequenta*, i. e. agita seu cogita.

Frequentarius, a, um, veterib. pro frequens.

Frequentatio, onis, frequentandi actus. Unde *densa & continens verborum frequentatio.*

Frequentatus, a, um, quod frequentavimus. Ut, *ratio sententiis frequentata.*

Frequentamentum, n. s. genus modulationis musicæ. Gell. *Frequentamenta, quæ varia tibicen incineret.*

Composita.

Infrequens, tis, om. t. parum frequens, rarus. Ut, *infrequens senatus*, est paucorum senatorum conventus, Tynd Raad / huor der er icke mange tilstede/ eller der ere faa i Raadet. Sic *infrequens forum*, in quo pauci conveniunt. *In urbe, vel Romæ sum infrequens*, Jeg er sielden der. *Infrequens miles*, qui abest, abfuitve à signis. Et, *dedit se infrequentem rei militaris*, Sielden til eller i Krigs haandel.

Infrequentia, æ, f. pr. infrequentis ratio. Ut, *infrequentia senatus.*

Refrequento, as, Syet. rursus, vel iterum atq; iterum frequento.

FRICO, as, ui, ictum, & veterib. cavi, catum, act. pr. corr. cutem prurientem unguibus, vel alio modo, rado, voce à sono facta per Onomatopœjam, Klaaer/ Riffuer/ Kratzer. *Fricat brachium, genua, dentes.* Et *fricat arbore costas;* Gnider sig paa eller til it træ. *Fricat se pariete*, Gnider sig paa en Veg.

Fricatio, onis, Columel. idem quod frictio. Ut, *sanguis fricatione discutitur.*

Fricatus, us, m. q. idem quod frictus.

Frictio, onis, fricandi actus. Ut, *oculorum frictio*, Riffuelse/ gnielse / klaaelse.

Frictus, us, m. q. idem quod frictio vel frictionis ratio, Gniden/ Riffuen. *Frictum crissantis adorat.*

Compo-

Compoſita.

Affrico, as, ad aliquid frico, Klaaer til noget. *Arbori affricant ſe beſtiæ: herbis ſeſe affricabat.*

Affrictus, us, m. q. affricandi actus, Klaaen / gnidden. *Spuma aquæ affrictu verrucas tollit.*

Circumfrico, as, Caton. Kraber runden om.

Confrico, as, idem quod frico. Item invicem, ſeu ſimul frico, Klaar hin anden.

Defrico, as, idem quod ſimplex frico. Ut, *palatum ſale defricato.* Et paſs. *in balneo defricari ſolet.*

Dentifricium, Plin. quo dentes fricantur, ut fiant candidi.

Infrico, as, Colum. fricando immitto, vel fricando contundo. Ut, *tantum ſingulis amphoris infricat.*

Perfrico, as, valde frico, Gnider vell. *Sale carnes perfricat: vulnera ab his facta perfricantur.* Et translatè, *perfricat frontem, faciem, os*, prò pudorem abjicit, Bidder hoffuedt aff ſkam: translatâ ſignificatione ab inverecundis, & qui erubeſcere nolunt, qui ſolent os & frontem perfricare ad ruborem detergendum ex pudore & conſcientia facti contractum.

Perfrictus, a, um, quod perfricuimus. Et translatè, *perfricta frons*, pro impudentia, wſkamfuldhed / wbluhed.

Refrico, as, rurſus vel valde frico, Riffuer op. *Refricare vulnus.* Et translatè, renovo, forferſker. *Refricare dolorem, deſiderium.* Sic *refricat lippitudo: refricat memoriæ.* Et *hæc me refricant*, i. e. vexant.

Suffrico, as, leviter frico. Ut, *ſi quid facis doliis inhæſerit, eradi & ſuffricari debet.*

FRIGO, is, xi, xum, vel frictum, act. t. in vaſe aliquid ad ignem humore ſpolio, humorem educo & excoquo, à φρύγω, ejusdem ſignificationis, Tører paa ild / bager / baſter / ſteger i pande. *Far primùm frigunt, deinde molis frangunt: frigere carnes*, Bage / ſtege / Baſte.

Frictus, a, um, quod friximus. Ut, *frictum cicer: frictæ nuces. Ovum frictum*, Pandkage / Eggekage.

Frixorium, n. ſ. vas ſive fictile, ſive ferreum, ſive æneum, in quo friguntur torrentúrve carnes, far, aliudve, Brad pande / Stæge potte eller pande. Sic, frixorium dici poteſt ſtructura polentæ torrendæ parata, Kølne.

Compoſita.

Defrigo, is, valde frigo. Et translatè, bona conſumo.

Infrigo, is, in patello vel ſimili aliquid frigo.

FRIGUS, oris, n. t. pr. prod. aër eſt corpora contrahens & conſtringens, à ἐίγω, ejusdem ſignificationis, Kuld / froſt. *Terra frigore obriguit.* Et tropicè, metus vel timor, Fryct / Redzel *Solvuntur frigore membra.* Item eventus inſperatus, Vanmod. *Imperitia, rigor & deformitas actori afferunt frigus:* nimirum ob imperitiam & deformitatem aliud eventurum eſſe quam quod exſpectat. Aliter à φρίσσω, horreo.

Frigedo, inis, veterib. idem quod frigus.

Frigeo, es, xi, n. ſ. frigore corripior ſeu frigidus ſum, Fryß / er kaald. Et translatè, ſegnis ſum, languidus & remiſſus, ſeu non ſuccedo, vel facio ex animi ſententia. Ut, *friget opus*, Det gaar icke for ſig / giernngen er kaald / vil icke frem. *Friget Venus: friget amor*, er kaalot / vil icke gaa for ſig. *Friget ad populum*, i. e. improbatur: *forum Romæ à judiciis frixit*, i. e. otioſum eſt.

Frigeſco, is, n. t. frigere incipio, Bliffuer kaald / kylner / kylnis. Et translatè, *frigore frigeſcimus*, pro otioſi ſumus & langueſcimus.

Frigidus, a, um, dior, diſſimus, quod friget, Kaald. *Frigidus anguis: frigida aqua*: & abſolutè, pro eodem, *frigida*, Kaaldt vand. *Homo frigidus*, qui opere friget, Lad oc doffuen. Sic *frigida bello dextera*, Som duer intet / er wduelig. Et *frigida ſententia*, quæ nihil definit, Løß menning oc dom.

Frigidè, modo frigido, Kaald / løſlig / icke Alvorligen. *Frigidè agit; frigidiſſimè loquitur.*

Frigidulus, a, um, aliquantum frigidus, Kaaldactig / Seenferdig.

Frigidarium, n. ſ. ahenum in balneis, quo frigida aqua continebatur, Kar til kaald vand: vel locus refrigerationi deſtinatus, Suale bad. Et adjectivè, *cella frigidaria*, locus in quo frigidâ lavabantur, Kaalbad.

Frigilla, æ, f. pr. nomen avis: ſic dicta, quòd frigore cantet & vigeat, Bogfincke. Aliter legitur fringilla.

Frigutio, is, n. q. modo frigillæ ſonum edo, vel minutim ſubſilco. Ut, *quid frigutis? quid iſtuc tàm cupidè cupis.* Eſt itaq; hic frigutire geſtu corporis cupiditatem animi declarare.

Compoſita.

Defrigeſco, ſcis, Colum. idem quod frigeſco.

Perfrigeo, es, valde frigeo. Ut, *ſi perfrixit cantat benè.*

Perfrigero, as, idem quod refrigero.

Perfrigeſco, valde frigidus fio.

Perfrigidus, a, um, valde frigidus.

Præfrigidus, a, um, valde frigidus.

Refrigero, as, act. pr. rem calidam frigidam facio, Kølner / Sualer. *Refrigerat corpus aquis.* Et translatè, *Refrigeratur ſermo, rumor*, pro paulatim evaneſcit atq; minuitur, Sactis oc bliffuer til intet / forminderſkis. Sic, *negotium, accuſatio refrigeratur.*

Refrigeratio, onis, refrigerandi actus, Kølning / Sualning / Sualen.

Refrigerator, oris, m. t. qui refrigerat. Et Refrigeratrix, idem in gen. fœm. Ut, *natura omnibus refrigeratrix.*

Refrigeratorius, a, um, quod refrigerandi vim habet. Ut, *vis refrigeratoria.*

Refrigeratus, a, um, quod refrigeravimus, Kølnet / Sualedt. *Membra refrigerata.*

Refrigeſco, is, n. t. frigidus fio, vel frigidior fio. Ut *refrigeſcit vinum: refrigeſcit collum bovis. Cor vulnere læſum refrixit.* Et translatè, *refrixit res, animus, haſtæ & impetus alicujus*, pro decrevit, & ab incepto, actionis calore ſeu impetu deſiſtit, evaneſcit, minuitur, Falder / bliffuer til intet / ſactis.

Subfrigidus, a, um, aliquantum frigidus, Kaaldactig / temmelig kaald.

Subfrigidè, adverb. modo ſubfrigido.

FRIO, as, act. pr. digitis minutim tero, à ſono ficta voce, vel à θραύω, ejusdem ſignificationis, Smuler mel lom fingrene. *Friare terram; friare panem, lapidem.*

Friabilis, le, om. t. quod facile friatur, cujusq; partes facile abſiſtunt, Som lader ſig ſmule / Skiørt / Miørt. *Labis friabilis.*

Frit, quod in ſumma ſpica jam matura minus eſt quàm granum, à vilitate ſic dictum.

Frivolus, a, um, propriè quod facile friatur frangiturq;, Løſt / Smulende / Skørt. Inde uſitatè ſignificat fragile & contemnendum, Skrøbeligt / Ringe / Foractteligt. *Frivola baſa*, i. e. fictilia ideoq; fragilia: *Frivolum verbum*, nullâ fide ſubnixum.

fribola mens, quæ nullæ eſt conſtantiæ, ſed fluxa eſt & inſtabilis. Sic *origo populi fribola*, Ringe/foractelig: *Oratio fribola*: *res fribola*: *homo fribolus*, Som duer inret / oc tal det ſom intet haffuer paa ſig. Abſolutè etiam *fribola* ſignificat vaſa fictilia. Ut translatè, omnem tenuem ſuppellectilem, Ringe Huußraad/ wryd/pialter/ potter/bencke/ oc andet ſaadant ribsrabs. *Fribola transfert Ucalegon.* Aliter frivolum à τρίβομαι, comminuor, quod facile comminuitur. Item aliter legitur fribulum.

Frivolarius, m. ſ. qui frivola vendit. Et in gen. fæm. frivolaria, Paltecone.

Frivicolum, n. ſ. levis offenſiuncula inter virum & uxorem, quam ſequitur ſeceſſio. Aliter legitur friguſculum, quaſi ubi friget amor conjugalis.

Compoſita.

Affrio, ad aliquid frio, vel friando inſpergo, Smuler vdi. *Panem potui affriat.*

Infrio, as, friando leviter injicio, Smuler noget i. *Panem cerebiſiæ infriat*: *paulum ſalis triti vulneribus infriato.*

Infriata, Colum. minutim inſperſa, Støt i pulver/ Pulverizeret/ ſmaalig ſtør.

Suffrio, as, Colum. idem quod infrio, paululum frio, h.e. friatum ſive minutum inſpergo, Rører vdi. *Scopis farinam aquæ ſuffriare.*

FRITILLUS, m. ſ. vaſculum aleatorum infundibuli ſpeciem repræſentans, in quod aleæ & teſſeræ conjiciuntur ad vitandam impoſturam, à crepitu & ſono teſſerarum, dum agitantur & conjiciuntur, ficta voce, Stob eller Bægger at kaſte Terninger med. Aliter à fero, quaſi feritillus, quòd in eo ferantur teſſeræ.

FRITINNIRE, de voce cicadæ, fictum verbum à ſono. Ut, *cicadæ fritinniunt.*

FRONS, dis, f. t. propriè, ramus arboris foliis veſtitus, vel folium arboris, non item herbæ, à fero, quòd huc illuc ferantur agitenturq; frondes, ſcribiturq; alicubi fruns, Maj/løff/eller Græn med løff paa. Ponitur inde pro ipſis foliis.

Frondarius, a, um, quod ad frondes pertinet. Ut, *frondariæ piſcinæ*, Kurffue til at ſancke løff vdi.

Frondeo, dui, n. ſ. frondes habeo. Ut, *ſylvæ frondent*: *vitis frondet*: *æſculus frondet.*

Frondeſco, ſcis, n. t. frondes emitto, Skiuder løff/ blade. *Arbores frondeſcunt*: *vitis paucis frondeſcit pampinis.*

Frondeus, a, um, quod frondibus conſtat. Ut, *coronæ frondea*, Løffkrandz. *Torus frondeus* Løff Seng.

Frondo, as, act. pr. frondes & ramos amputo, Steffner træ. Item frondare, pro pampinare, Blæde.

Frondatio, onis, frondandi actus, Løffſnittelſe / Løffſnid / Blæden.

Frondator, oris, m. t. qui colit arbores & ſupervacuos ramos amputat, Som ſteffner noget træ. Item qui pampinos manu avellit, Som plucker løff aff/ Blæder. Item qui è frondibus manipulos conficit venditq;, Som giør oc ſelger Løffkoſte.

Frondoſus, a, um, frondibus abundans, Løffuld/løffrig. *Frondoſus lucus*: *frondoſus ramus*: *frondoſa ætas.*

FRONS, tis, f. t. pars capitis ab oculis ad capillos, à fero, vel à φρόνησις, cogitatio, cura, quòd præ ſe ferat animi indicia, cogitataq;, Forſtiern/Pande. Inde translatè, principium ſeu pars anterior cujuſcunq; rei, forriſte part/for deel/ for bryn. *Fronte ſub adverſa ſcopulis pendentibus antrum*, *frons exercitus*, Forriſte ſpidz i Slactordningen/ forriſte Fane. Item affectus & pudor in homine, quia frons indicium eſt affectus & pudoris. Ut, *homo eſt nulla fronte*: *fronte caret*, vblu Menniſke. Et, *illa fronte precor carmina noſtra legas*, Med det ſind oc hierteſag. Legitur & apud veteres in gen. maſcul.

Frontale, lis, n. t. ornamentum frontis, præcipuè in equis & elephantis, Stierneſmycke paa Heſte oc andet ſaadant.

Frontatus, a, um, quod frontem habet, vel quod in fronte alicujus rei poſitum eſt. Unde *frontatus lapis*, qui & frontem habet, & pertendit ad utramq; frontem parietis. Et *laterculi frontati*, qui in opere externi ſunt & conſpicui.

Fronto, onis, m. t. qui eſt tumida, lata magnáve fronte, Bredpandet / Bredpande.

Frontoſus, idem. Et translatè impudens, vbluferdig.

Compoſita.

Bifrons, tis, Virg. com. t. qui duas frontes habet, qualis erat Janus iſte Latinus, qui gemina facie pingi ſolet.

FRUGES, is, f. t. pr. prod. quod è terra pullulat germinatq; in alimentum comprehendens ſcil. legumina, ſegetes, arbores uſui humano fructiferas, à βρύω, pullulo, germino, Jordens grøde til Menniſkens gaffn. Et translatè, quicquid in rebus uſui eſt, Gaffns giørende/ tilgaffns. *Ad frugem hominem corrigere*, Straffe til gaffns/ giøre en god karl aff en. *Evadit ad frugem*, Bliffuer eller kommer til gaffns/ vorder duelig oc nyttig. Et cum adjectione, *ad bonam frugem*, til et beſynderlig gaffn. Item indeclinabiliter: *Homo frugi*, Jt dueligt oc nyttigt Menniſke. *Servus frugi*: *ſervus bonæ frugi*, *vel frugus*, i. e. bonus, utilis, Synderlig nyttig oc duelig: *Res eſt frugi*, Nyttig oc gaffngiørende ting. Item *Homo frugi*, qui in victu, veſtitu ſimilibusq; temperans eſt, quaſi qui frugibus ad veterem morem victitat, Tarffuelig i mad/ klæder och andet. Aliter à fruor, pro edo, veſcor: ſcribiturq; antiquè in nominat. Frux.

Frugalis, le, om. t. lior, liſſimus, qui eſt frugi, Nyttig/ duelig/ oc ſom ſpilder intet / men veed at giøre alting nyttig. *Serbi frugales*: *magiſter pecorum frugalis.* Item qui parcè & temperanter vivit, & quaſi frugibus veſcitur, Tarffuelig i mad oc klæder.

Frugaliter, adverb. modo frugali, Tarffueligen. *Frugaliter vivit.*

Frugalitas, atis, f. t. frugalis affectio & ratio, Tarffueligheb / ſparſommelighed. Continet frugalitas duas virtutes, modeſtiam & temperantiam. Apul. utitur aliquando pro ipſis frugibus. Ut, *omni frugalitate abſumptâ.*

Compoſita.

Defrugo, as, Plin. act. pr. fruges deformo præpoſterè agendo. Ut, *ſegetem defrugat*, Forſeer grøden / ſom naar mand ſaaer eller høſter i vride/for tilig eller for ſildig/ Saaer for tyndt eller for tiicft/eller oc ſaaer den Sæd ſom icke tien: Spreniger eller ſkarper Jorden.

Defrugatio, onis, Col. defrugandi actus. Ut, *conſtat ſegetem nimiâ defrugatione exinaniri.*

FRUNISCOR, eris, dep. t. antiquè & obſoletè, idem eſt quod ſapio, mente & ratione præditus ſum, prudens ſum, à φρονέω, ejusdem ſignificat. Ut, *æquè fruniſcor ego, ac tu.*

Frunitus, a, um, Cat. idem quod prudens.

Compoſita.

Infrunitus, a, um, idem quod imprudens, inſipiens, ſtolidus. Sed hæc omnia æquè obſoleta.

FRUOR, eris, & antiquè Præter. fructus ſum vel fruitus ſum, dep. t. propriè idem quod veſcor & paſcor, à βέω, βέσκω, edo, depaſco. Inde delectationem capio ex rei uſu, Nyder oc bruger / haffuer gaat aff. *Fruitur vectigali, bonis ſuis, licentiâ, pace, beneficiis, honoribus, conſvetudine, amicitiâ, animo quieto, &c. Fruitur hoc agello*, i. e. alitur, non proprietate potitur. *Fruitur Deorum colloquio*, i. e. paſcitur: Dicituŕq; tantum de rebus bonis. Sic, *ſperat ſe fruiturum eſſe his bonis; fructus eſt ſumma amœnitate: fruitus eſt ſuo.* Et paſs. *fruenda eſt ſapientia: fruendæ voluptates.*

Fretus, a, um, qui fruendo ſive fructu rei contentus eſt, vel confidit, Som lader ſig nøje / er til fredz oc forlader ſig paa. *Fretus conſcientiâ.* Et, *malitia, ingenio fretus eſt*, fordriſter ſig der paa.

Fructus, us, m. q. (& antiquis genit. frucți & fructuis) omnis generis fœtus quorumcunq; ſeminum & plantarum, & peculiariter, qui eſui eſt, vel colligitur, utpote leguminum, ſegetum, arborum fruticum herbarumq;, à fruor, quaſi quo fruimur veſcimurq;, Fruct / alle ſlags haande fruct. Inde translatè, utilitas. Ut, *ex amicis fructum capit maximum*, Nytte oc gaffn.

Fructuarius, a, um, quod ad fructum pertinet. Ut, *cella fructuaria*, Fruct Kælder eller Huus. Sic *villa fructuaria*, pars villæ continens cellam olearia m, torcularia, cellam vinariam, de frutariam, fœnilia, palearia q;, & apothecas & horrea, Laadgaar. *Fructuaria ovis, porca*, ex qua fructum ſperare potes. *Palmes fructuarius in vite*, Fructbar træn / ræbe eller quiſt paa Vinſtock. Item *Fructuarius*, qui fructum alicujus rei percipit.

Fructuoſus, a, um, fructus & utilitaris plenum, fructbar / baadefuld. *Terra ſine cultura non eſt fructuoſa: ars fructuoſa.* Et *fructuoſum eſt interdum de ſuo jure cedere*, gaffnligt.

Fruiſcor, eris, dep. t. veteribus idem quod fruor. Ut, *gloriâ fruiſcitur.*

Frumen, inis, n. t. pars gulæ ſumma, per quam cibus deſcendit, quaſi quo fruimur & veſcimur: idem ſcilicet quod faux, øffuerſte ſuelg i halſen. Exponitur & pars eminens gutturis ſub mento, Strubekulck.

Frumentum, n. ſ. fœtus eorum ſeminum, quæ ariſtas faciunt: Et peculiariter, jam decuſſas: ſic dictum quaſi quo fruimur veſcimurq;, Hart Korn / affrorſken korn. Frumenta quoq; dicuntur grana in ficis, Figenkorn eller Steen.

Frumentaceus, a, um, quod ex frumento eſt ſeu conſtat. Ut, *panis frumentaceus.*

Frumentarius, a, um, quod ad frumentum pertinet. Ut, *frumentarius ager*, Kornager. *Frumentarius negotiator vel mercator*, Kornkiøber / Kornhandler. Et pro eodem abſolutè, *frumentarius. frumentaria lex*, quæ agit de frumentis *res frumentaria*, Kornhandel. *Machina frumentaria*, mola, quâ frumentum molitur, Mølle / Heſtemølle.

Frumentor, aris, dep. pr. frumentum colligo, Sancker Korn. Et *agri frumentantur*, cum ex iis frumenta colliguntur.

Frumentatio, onis, frumentandi actus. Et peculiariter, quo in militia frumenta colliguntur congeruntuŕq;, Kornbering / Kornførſel / Kornſamling i Krig.

Frumentator, oris, m. t. qui frumentatum extra caſtra profectus eſt, Som er vde paa Foring / eller Korn førſell / och biering.

Compoſita.

Infructuoſus, a, um, non fructuoſus, wfructbar. *Arbor infructuoſa.* Ut translatè, *preces infructuoſæ*, quæ nihil impetrant, Forgæffs Bøner.

Perfruor, eris, diu, multum & continuè fruor. Ut, *perfruitur divitiis, voluptatibus.*

Perfruendus, a, um, quod perfrui debemus. Ut, *voluptates perfruendæ.*

Uſusfructus, us, m. q. jus alienis rebus utendi fruendiq; ſalvâ rerum ſubſtantiâ. Ut, *uſusfructus fundi. Uſusfructus bonorum*, Affgrøde oc nytte / ſom mand haffuer aff en andens Jord / Quæg oc andet ſaadant mand haffuer i leje.

FRUTEX, ticis, m. t. pr. corr. planta eſt ſtatim ab ortu ſtolonibus pullulans, à βρύω, pullulo, Buſktræ, Buſkvrte / Rißtræ. Eſt autem perennis contra naturam herbæ, quæ areſcit, nec tamen ad juſtam magnitudinem arboris aſſurgit. Legitur & apud Svet. pro ſtirpe, ut *ſingulos repente ramos à frutice dedit.*

Frutetum, vel fruticetum, ti, n. ſ. locus fruticibus conſitus & abundans, Krat / Buſkeſkow.

Frutetoſus, a. um, fruretis creber. Ut, *locus frutetoſus: tractus frutetoſus.*

Fruticeſco, is, n. t. fruticari incipio, faar ny grøde. *Arbores quædam celeriter fruticeſcunt.*

Frutico, as, n. pr. Plin. quaſi frutices emitto: ſignificatq; de arboribus, pullulo & ſurculos emitto, Buſkis / ſkiuder ny grøde / græne. *Arbor annicula præciſa ad duos pedes fruticat.*

Fruticatio, onis, fruticandi actus, ſive fruticantis ratio & affectio. Ut, *fruticatio arborum.*

Fruticor, aris, de pen. pr. Cic. idem quod frutico. Ut, *fruticatur exciſa arbor.*

Fruticoſus, a, um, quod longè lateq; fruticat. Ut, *planta fruticoſa: rami fruticoſi.*

FUCUS, ci, m. ſ. pr. prod. nomen herbæ tingendis lanis aptæ: cujusq; radiculâ ad ementiendum ori ruborem utuntur mulieres, à φύκος, ejusdem ſignificat. Farffue / Smincke. Et translatè, aſtutia, fraus, Suig / bedrægerj. Unde *alicui fucum facere*, Sætte en briller paa. *Et ſine fuco agit, dicit*, i. e. ſimpliciter, vden falſk. Item apis degener aculeo carens, melliſq; operas depaſcens: ſic dictus, quòd apibus induſtriis fucum faciat, Vandbi. Et translatè homo ignavus frugibus conſumendis natus.

Fuco, as, act. pr. fuco tingo, Lødder. *Lana fucatur: mulier ſe fucat.* Et translatè, fictè orno, Beſmycker falſkeligen / ſmincker.

Fucatus, a. um, quod fucavimus, propriè & translatè, Farffuedt / Lødded / ſminckedt / falſkt. *Fucata lana: fucatus nitor: fucata amicitia.*

Fucoſus, a, um, fuco tectus & adulteratus, propriè & translatè, Smincfedt / ſom haffuer icfun itſfin/ bedragelig. *Fucoſæ merces: fucoſa amicitia.*

Compoſita.

Infuco, as, fuco imbuo, Smincker/ Beſtryger. *Faciem infucat.* Et translatè, *infucare aliquid*, eſt verbis ſic ornare, ut non deprehendatur, Beſmycke ſine gierninger / ſaa mand mercker icke huad der er vnder.

Infucatus, a, um, quod infucavimus, Beſtrogen/ ſmycfedt/ ſmincfedt. Unde translatè, *infucata vitia*, Beſmyckede Laſter. *Infucatum facinus*, Beſmycket ſtycke eller gierning.

Offuciæ, arum, f. pr. plur. pro fallaciis, translatâ ſignificatione à fuco mulierum, Bedrægerj. *Offuciis mihi os ſublevit*, Band ſtrøg mig ræt om munden.

FUGIO, is, gi, itum, n. t. pr. corr. cum curſu & celeritate diſcedo, & me ſubduco, à φεύγω, ejusdem ſignificat. Flyer / rømmer. *Pugnantibus aliis ſolus fugiebat.* Inde fugiendo vito, Vndflyer / flyer / fyer. *Fugit patriam: fugit ſocietatem hominum: fugit conſpectum ejus.* Et translatè, *hoc me fugit*, i. e. ignoro, Det er mig vviſt: *memoria me fugit*, Bfkommelſe ſlaar mig feil. Item *vinum fugiens*, quod ætati cedens diutius ſervari non poteſt, Affgaar/gaar paa fald. *fugientes literæ*, quæ vetuſtati cedunt, diffluunt.

Fugiens, tis, om. t. qui fugit. Ut, *fugiens laboris*, Som flyer for Arbeid/ fyer.

Fuga, æ, f. pr. fugiendi actus, ſive fugientis ratio, Fluct/ Rømning. *Ex fuga omnes retraxit.* Item ſimpliciter, curſus, Løb. Fuga navium.

Fugo, as, act. pr. in fugam conjicio, Rømmer til at fly/ forjager. *Fugat legionem hoſtium.*

Fugatus, a, um, quem fugavimus, forjagedt. *Saturnus fugatus à filio.*

Fugax, acis, om. t. qui facile fugit, flyctig/ lobſk. *Capra fugax: aves fugaces.* Et translatè, quod non eſt durabile, Icke varende. *Poma fugacia, color fugax*, vbeſtandig/ vvarende farffue. Et *anni fugaces*, qui citò elabuntur.

Fugacitas, atis, f. t. fugacis ratio & affectio. Ut, *fugacitas temporis: fugacitas ætatis.*

Fugitivus, a, um, qui fugit. Ut, *ſervus fugitivus*, qui à Domino fugit. Løbben fraa ſin Boßbonde. *fugitiva aqua*, quâ quis ex publico rivo derivata furtim utitur. Sic, *fugitivum argentum: fugitivus lapis. fugitivæ gaudia*, i. e. fugacia, quæ citò evaneſcunt, Forgængelig icke lenge varende.

Fugitivarius, Juriſconſ. qui fugitivum inveſtigat & reducit.

Fugito, as, n. pr. ſæpè, celeriter, crebrò fugio, flyer haſteligen eller ideligen. *Iterum fugitat: fugitando fugi, ne quis me cogno ſceret.*

Fugitans litium, Som flyer oc ſkyer trætte.

Fugitor, oris, m. t. qui fugit. Plaut.

Compoſita.

Aufugio, is, aliò fugio, flyer hen/ løber bort. *Aufugit fur: Ex eo loco, ubi pugnatum erat, aufugit.* Et cum caſu: *aufugiebat conſpectum patris*, i. e. fugiebat.

Confugio, is, idem quod fugio. Ut, *confugere in agros, in arcem, ad aliquem.*

Confugium, gii, n. ſ. ad quod ſubſidii cauſa confugio, Tilfluct. *Commune ægris animantibus confugium.*

Defugio, is, omninò & in totum fugio, flyer gandſke/ ſkyer. *Defugere ſermones; defugere laborem.*

Diffugio, is, in diverſas partes fugio, flyer / løbber/ tager huer ſin vey. *Diffugiunt armenta: milites ad ſua præſidia diffugiunt.* Et translatè, *non diffugio, quin dicam quod ſcio*, flyer icke for at ſige.

Diffugium, n. ſ. actus, quo quis diffugit, Benfluct. *Proximorum diffugia languentibus jam ſtudiis.*

Effugio, is, fugiendo evado, quaſi exfugio, extra fugio, Vndflyer/bortdrager. *Effugere ſcopulos*, eſt celeriter tranſire. *Clam patre patriâ hac effugiam. Effugit ſceleratus vincula*, Vndkommer.

Perfugio, is, auxilii gratia ad aliquem confugio, flyer til om hielp. *Quotidie multi ad Cæſarem perfugiebant.*

Perfuga, æ, com. pr. qui ad hoſtes perfugit, flyctig/ forlobben Landzknecht. *Perfuga ab eo venit in caſtra Fabricii.*

Perfugium, n. ſ. locus tutus, ad quem perfugimus & nos recipimus malis agitati, Tilfluct. *Roma multorum erat perfugium.* Et translatè de literis: *utor eodem perfugio, quo tibi utendum cenſeo, literulis noſtris*: nimirum quæ in rebus adverſis ſolent eſſe loco perfugii.

Profugio, is, procul fugio, flyer ſlet eller langt hen. *Domo, patriâ, profugit in Aſiam: profugit militatum: in exilium profugit: ex terris profugit.* Item fugiendo relinquo, vel aufugio, flyer for / løbber fraa. *Servi profugiunt Dominos*, Løbber bort/rømmer bort.

Profugium, n. ſ. idem quod perfugium.

Profugus, m. ſ. qui patriâ, domicilio, iisq; finibus, in quibus ante agebat, profugit, Rømnings mand/forlobben/flyctig. *Hannibal patriâ profugus.*

Refugio, is, retrorſum fugio, flyer tilbage. *Victus in ultimam regionem refugit.* Et translatè, abhorreo, & tanquam à re pernicioſa reſilio, flyer for / ſkyer for. *Ab hoc genere ſemper refugi: refugit animus & reformidat dicere: refugere à dicendo: refugit ſanguis metu.* Item vito. Ut, *refugere periculum, tela, incurſus hoſtiles.* Item confugio. Ut, *refugit ad legatos.*

Refugus, a, um, quod refugit. Unde *refugum mare*, quod refluum eſt. *Refugæ cæſariæ*: Et *refugi capilli*, prè à fronte, vel in frontem rejectis.

Refuga, æ, m. pr. qui refugit ex opere, Bort lobben/ſom løbber fra ſin gierning och arbeide.

Subterfugio, is, clàm aufugio, Sniger oc ſtiel mig bort. *Subterfugit mihi chryſalus.* Item vito, detrecto, fugio, flyer/ ſkyer/ vndſlaar. *Subterfugit mare ſævis tempeſtatibus.* Sic *ſubterfugere militiam, laborem, periculum.*

Suffugio, is, Liv. idem quod confugio. Ut, *cuſtodes in tecta ſuffugere coëgit.*

Suffugium, n. ſ. refugium, & quò quis ſuffugit. Ut, *vitantibus nimbos ſum ſuffugium.*

Transfugio, is, ad hoſtes deficio & fugio, Løbber fra Hæren til fienden/Giør fluct/forløbber Hæren. Et translatè, *ab afflicta amicitia transfugere ad florentem alium*, Giøre fluct.

Transfuga, æ, m. pr. qui transfugit, forløbbende Krigsmand. Item Juriſconſ. non ſolùm qui ad hoſtes, aut à bello transfugit, ſed qui per induciarum tempus ad eos, cum quibus nulla amicitia, fide ſuſpecta transfugit.

Transfugium, n. ſ. defectio ad hoſtes & perfugæ ſcelus, Fraafald/ Affald. *Simulabat transfugium: fallebat crebris transfugiis.*

Compo.

Compoſita cum aliis dictionibus.

Herifuga, æ, com. pr. qui herum fugit. Ut, *famuli herifugæ.*

Lucifugus, a, um, qui lucem fugit & gaudet tenebris. Ut, *homo lucifugus: animal lucifugum.*

Lucifuga, æ, m. pr. Sen. qui contra naturam nocte utitur pro die, Natteraffn/ Natteſiddere.

Lucrifuga, æ, m. pr. qui lucrum fugit.

Nubifugus, a, um, qui nubes fugat. Ut, *Nubifugus Boreas.*

Regifugium, n. ſ. feſtum Romæ celebrari ſolitum poſtridie Terminaliorum, in memoriam Tarquinii Romæ profugi.

Solifuga, æ, f. pr. animal perexiguum aranеæ formâ in metallis argenteis plurima occultò reptans, & per imprudentiam ſuperſedentibus peſtem faciens, à ſole fugiendo ſic dicta. Iſidor.

FULCIO, is, ſi, tum, propriè palis aliquid ſuſtento, à palis deducta voce, quaſi pulcio, Styrter. *Fulcire domum, fulcire menſam.* Inde translatè, *Conſulatum ruentem fulcire*, Styrcke/ holde ved mact / opholde. Sic, *fulcire ſtomachum cibo.* Aliter à Φυλάττω, munio.

Fulcimentum, n. ſ. quod aliquid fulcit, Styttevercк.

Fulcrum, n. ſ. quo fulcimus. Et ſpecialiter fulcrum lecti, Sengeſtolpe eller Stytte.

Fulmenta, æ, f. pr. Plaut. idem eſt quod ſolum, quod calceo ſubſui ſoler, ut ſit ſolidior & firmior, Skoſole/ Skoplade. *Fulmentas ſoccis ſuppingam.* Et proverbii forma: *fulmentæ* (vel fulmentum pro fulcimentum) *lectum ſcandunt*: quâ ſignificatur, præeſſe velle, quod ſubeſſe debet.

Fulmentum, n. ſ. idem quod fulcrum, vel fulcimentum.

Fultura, æ, f. pr. fulciendi actus, vel ipſum fulcimentum ſeu fulcrum, Styttning/ Stytten/ Styttelſe.

Compoſita.

Confulcio, is, idem quod fulcio.

Confultus, a, um, quod confulſimus. Ut, *corpora confulta exiguis intervallis.*

Effulcio, is, idem quod fulcio. Ut, *obium effultus tergo.*

Perfulcio, is, benè fulcio, roboro, Styrcker. *Perfulcire ſenatum.*

Præfulcio, is, valde fulcio & munio, vel ante & prius fulcio. Ut, *Præfulci atq; muni ne quid fiat.* Item ſuſtento. Ut, *magnis miſeriis præfulcior*, i. e. laboribus & miniſteriis ceu munimen aliquod præficior. Sic *præfulcio aliquem negotiis*, i. e. *præfulcio columen & munimen negotiis meis.*

Semifultus, a, um, dimidiatâ ſui parte fultus. Ut, *ſubſellio ſemifultus.*

Suffulcio, is, ſubtus fulcio, Vnder ſtytter. *Manu mentum ſuffulcit.* Et translatè, *ſuffulcire artus.*

FULGEO, es, ſi, ſum, n. ſ. propriè de cœlo dicitur cum lucem flammeam ex tonitru vibrat, à Φλέγω, ardeo, Lynet. Unde *cœlum fulgens, Jupiter fulgens.* Inde tropicè idem quod ſplendeo, Giffuer glandz/ ſkinner / glindzer. *Gemma fulget: purpura fulget.* Aliter à Φαλὸς, ſplendens. Item à Φάλλω, vibro quod antiquis fulgere ſignificaret proprié ferire. Legitur, & in tert. conjugat. antiquè fulgo, is.

Fulgetrum, n. ſ. & fulgetra, f. pr. idem quod fulgur.

Fulgor, oris, m. t. fulgentis ſplendor, Glandz. *Speculorum fulgor.* Ponitur & pro fulgur.

Fulgur, uris, n. t. lux eſt, ſeu vibratio luminis, quæ cernitur ante auditam tonitru, Lynet.

Fulguralis, le, om. t. quod ad fulgur pertinet. Ut, *libri fulgurales*, qui agunt de fulguribus, eorumq; oſtentis, inſpectionibuſq;.

Fulgurio, is, apud Non. pro fulgur jacio, Slaaer med Lynild. *Fulgurivit Jupiter.*

Fulguritus locus, fulgure & fulmine ictus, Lynneſlagen.

Fulguritas, antiquis pro afflatione fulminis, Lynneſlag. *Arborum fulguritas.*

Fulguro, as, n. pr. fulgur emitto, Lyner/ Lyßner.

Fulguratio, onis, fulgurandi actus, Lynelſe.

Fulgurator, oris, m. t. fulgurum inſpector, Lynneſkigere.

Fulgurita ſunt arbores, Plaut. pro fulgure percutiuntur, Lynneſlaaes.

Fulmen, inis, n. t. ignis ex fulgure & tonitru erumpens & feriens, Lynild ſom ſlaaer/ Lynild ſtraaler Et translatè, vis & impetus, Kraffi/ fyrrighed/ Iſtrighed. *Fulmen verborum: fulmen fortunæ.*

Fulmineus, a, um, quod eſt fulminis. Ut, *ignis fulmineus*, Lynild. Item translatè, quod fulmen violentia refert. Ut, *os fulmineum Leonis*, i. e. violentum omnia proſternens fulminis more.

Fulmino, as, n. pr. fulmen jacio, Lynner/ Slaaer med Lynild. *Fulminat Jupiter.*

Fulminatus, fulmine ictus, Lynneſlaagen.

Fulminaſter, m. ſ. ridiculus fulminum imitator. Sic enim Cicero quendam vocat, qui de bello ſcripturus, ita omnia auget, ut fulgurare fulminaq; jacere videretur, Stortalende. Neq; ineptè traducitur ad ſclopetarium, qui diſplosione machinæ fulmina & tonitru imitatur, Som ſkiuder ild/ Byßeſkytte. Eſt autem fulminis vis triplex: afflans, incendens, findens ſive terebrans: unde & triſulcum dicitur.

Compoſita.

Circumfulgeo, es, Plin. circum aliquid, vel omni ex parte fulgeo.

Confulgeo, es, idem quod fulgeo pro ſplendeo. Ut, *confulget auro domus.*

Effulgeo, valde fulgeo, ſeu extra fulgeo. Ut, *ignis inter nubes effulget: effulgent auro ſtuctus: literarum claritas ex hoc ſinu effulſit.*

Præfulgeo, es, præter modum vel nimis fulgeo. Ut, *locus orationis ſplendore præfulget, veſtis auro præfulget.*

Præfulguro, as, idem quod fulguro. Ut, translatè, *ſtricto enſe præfulgurat viam*, i. e. vibrando caſem facit viam fulgurare & corruſcare.

Refulgeo, es, idem quod fulgeo, vel multum fulgeo. Ut, *ſtellis diſtincta refulget.*

Superfulgeo, es, ſuper aliud fulgeo. Ut, *templa ſuperfulgens*, i. e. ſuper templa.

FULLO, onis, m. t. qui lanas inficit, pannumq; parat, ſic dictus à furvo colore, quo ſorder, Farffuere/ Lyddere/ Vaalckere/ Offuerſkætere. Exponitur & qui veſtes purgat politq;, Blæge Mand / ſom blæger. Item nomen piſcis, Sudere. Item vermis, cujus cauda in bifurcum mucronem exit, ørc orm.

Fullonica, cæ, f. pr. fullonis officina, Farffuer verckſted/ Farffuerj. Item fullonis ars, Farffuerkonſt/ Lyddekonſt.

Fullonius, a, um, quod ad fullonem pertinet. Ut, *ſpina fullonia: carduus fullonius.* Et *pila fullonia*, quâ tundebantur veſtes, ut polirentur. Item *fructus fullonius*, i. e. opus

i. e. opus fullonium, ſive id dictum ſit in re obſcœna, ſive ſeriò: translatâ ſignificatione ad verbera. Item abſolutè *fullonia*, f. pr. pro fullonica.

FUMUS, m. ſ. pr. prod. vapor niger ex igne exhalans, à Ϝέω, ferveo, æſtuo, ſive æſtuans fumum emitto, Røg/Smøg. Es translatè, res inanis & nullius uſus, vnyttig ting. *Fumos vendit.* Item *fumus terræ*, herbæ nomen, Jordrøg.

Fumarium, n. ſ. locus ubi fumus excipitur, ſive id ſit in uſum vini ex fumo maturitatem contrahentis, ſive eſculentorum, ſive lignorum durandorum contra ætatem, Røgſtue eller Kammer/ Røgekiælder/ Røgepald.

Fumeus, a, um; Ut, *vina fumea*, quæ fumo condita ſunt.

Fumidus, a, um, fumum referens, vel quod fumat, Ryggende/Røgvorn. *Virus fumidum.*

Fumo, as, n. pr. fumum emitto, Rygger. *Fumant tecta.* Inde translatè; dicitur *aper vel urſus fumare*, cum ex naribus denſum ſpiritum emittunt inſtar fumi.

Fumoſus, a, um, quod fumo abundat. Ut; *fumoſa ligna*, quæ fumum emittunt; fumoſa flamma, Røgefuld træ eller lue. *fumoſa tecta*, quæ fumo tincta ſunt, Røgede tag. Et *fumoſæ imagines*, pro antiqua nobilitate, quaſi cui nobilitatis imagines & inſignia antiquitate ſunt fumo obducta, Gammell Adell: continebantquè majorum res geſtas, & domi ſervabantur, & vetuſtate quaſi fumo fuſceſcebant, Røgvorn maalning oc Contrafej. Hinc *fumoſi equitum magiſtri*, vel *fumoſi homines*, qui fumoſis imaginibus gloriantur, Som ſtole paa / oc rømme ſig aff dieris Affkom oc Forældris mandelige gierninger.

Compoſita.

Infumo, as, act. pr. ad fumum ſicco, Røger. Unde *caro infumata*, fumo ſiccata, Røgedt Kiødt.

Infumibulum, n. ſ ſpiraculum, per quod fumus exit, Røggab / Skorſteen / Lyre/ ſom Røg far vd adr.

Transfumo, as, Stat. fumi modo tranſeo. Ut, *clauſtraq; compreſſæ transfumat anhelitus iræ*, Røger igiennom.

FUNDA, f. pr. tormentum ſive inſtrumentum è funiculo factum, quo vibrantur, funduntur & jaciuntur lapides, à σφενδόνη, ejusdem ſignificat: vel ſimpliciter à fundo; ut Græcorum βόλος; ejusdem ſignificationis, à βάλλω, jacio, Slynge. Item genus retis quod in orbem funditur, Bundgarn eller Varpegarn. Et translatè, ſacculus ſeu marſupium, ſcilicet in retis modum factum profundum, Lumme / pung eller poſe. Item annuli pala, in qua nimirum gemma inſeritur. Hul udi Ring/ huor i Steenen feſtis. Aliter funda à fundus, quaſi quæ fundi inſtar excipit lapidem, piſcem, nummum aut gemmam.

Funditores, rum, cujus ſingul. funditor, m. t. qui fundis pugnatoriis dimicant.

FUNDO, is, fudi, fuſum, act. t. propriè liquida verſo, à χύω χύνω, ejusdem ſignificationis, Gyder/ ſtøber/ øſer/ ſkencker. *Fundere imaginem ære*: *fundere vina cadis*. Inde ſimpliciter liquefacio, Smelter. *Fundere æra, metalla.* Item translatè, *fundere lacrymas*, Græde. Et abſolutè, *fundere* in ſacrificiis veterum, pro ſupinâ manu libare, fiebatq; id Diis ſuperis, Offre Drick-offer. Item *fundere corpora humi*, eſt ſternere ſeu ſpargere, Sprøde vd ad Jorden. *Fundere exercitum* eſt profligare, Splitte och ſprøde. *Fundere ſanguinem*, vdgyde/ vdſtyrte. *Fundere flammam*, eſt præbere abundanter, giffue ild oc lue aff ſig. *Fundere flores*, copiosè præbere, giffue offuerflødigen. *fundere verba*, pro large loqui, Tale mange ord.

Fuſilis, le, om. t. quod fundi poteſt, vel quod fuſum eſt, Gydet/ſtøbt. *Vaſa fuſilia, ſigna fuſilia*, quæ ex metallo fuſa ſunt. Et *aurum fuſile*, Smeltet.

Fuſio, onis, fundendi actus, Gydelſe/ ſmeltelſe/ vidt ſprædning. Unde translatè, *fuſio animi*; *fuſio Deorum.*

Fuſor, oris, m. t. qui ex metallo aliquid fundit, Kandeſtøbere / Klockſtøbere eller Gydere.

Fuſorius, a, um, quod fuſionem ſeu liquefactionem admittit. Ut, *opus fuſorium*, ſtøbt arbeide. *Vas fuſorium*, in quo metalla liquefiunt, Støbegrubbe/ Segel ſom Guldſmed ſtøber vdi / Støbeform/ Støbe ſkee. Item *ars fuſoria*, eſt ars fundendi, Gydekonſt/Gyderj.

Fuſura, æ, f. pr. fuſionis ratio, Gydning/ Støbning. *Fuſura plumbi.*

Fuſus, a, um, quod fudimus, Gydet/ſtøbt/øſt. *Statua ex auro fuſa*, *fuſus cereus*, ſtøbt Voxlyß. Item liquefactum. Ut, *fuſum æs*: *fuſum aurum.* Item ſparſum, Vidt ſprædt/ ſprædt vidt vd. *Facetiæ in oratione fuſæ. fuſus aër*, i. e. ſparſus: *fuſi capilli*, Vdſlaget haar. Sic *fuſæ jubæ*, Vdſlagen/Lang/Stid. Item profligatus. Ut, *exercitus fuſus*, Split/ ſprædt/ ſlagen paa fluct.

Fuſè, modo fuſo, ſeu copiosè & abundanter; Vidtlefftigen. *Fuſè dicit.*

Fuſim, idem quod fuſè.

Fuſus, ſi, m. ſ. inſtrumentum coli pectinatum & volvulum, quod penſum quaſi fundit, Rocketeen.

Fundito, as, act. pr. ſæpè fundo. Ut, *verba funditat.* Item rem funditat, i. e. profundit, Vdøſer och fordojer.

Compoſita.

Affundo, is, ad aliquid fundo, Tiløſer. *Vinum illi affundit. Fluvia* quoq; & *maria affundi* dicuntur iis locis, quæ alluunt aut præterlabuntur. Ut, *affunditur hic æſtuarium è maris flexuoſo meatu.*

Circumfundo, is, circum aliquid, vel omni ex parte fundo. Ut, *terram circumfundit aër.*

Circumfuſus, a, um, quod circumfudimus. Ut, *terra circumfuſa eſt aëre.*

Confundo, is, in unum fundo. Ut, *multa jura confundit coqvus*, Blander eller øſer i hin anden. Sic *venerem confundere cum multo vino*, i. e. libidinem cum ebrietate confundere. Inde idem quod conturbo ſive perturbo, Forſtyrrer/ kommer aff laſſue. *Ea philoſophandi ratio confundit vera cum falſis. Hic omnia confundit & perturbat.*

Confuſus, a, um, quod confudimus. Ut, *confuſum chaos*, Menget i hin anden. *Confuſa mulier*, Forſkreckedt/ kommet eller ſtørt aff laſſue/ ſkamfuld. Et amiſſo tempore, *pavor eſt confuſior*, & *confuſiſſimus.*

Confusè, Wordentligen / vden all ſkick oc ſkickelighed. *Confusè dicit, agit.*

Confuſim, idem apud Plinium.

Confuſio, onis, confundendi actus. Ut, *rerum omnium confuſio*, wordentlig formengelſe. *Confuſio vitæ*, wordning och vſkickelighed. Ponitur & abſolutè confuſio pro animi perturbatione.

Defun-

Defundo, is, Columel. idem quod fundo. Ut, *poſteaquam refrixit, in baſa defundas & operias*, tuilde/tuildner. *Vinum defuſum*, quod defudimus, vel quod maturitatem habet & ſvavitatem, tuildnet eller fuldkommen moed vin.

Diffundo, is, variè fundo, & hinc inde ſpargo. Et translatè; *aratrum non minutè diffundit humum*, Opryſter/ opkaſter ſtore flager. *Arbos ramos diffundit*, Breder vd paa alle ſider. *Diffundere animum alicujus*, eſt exhilarare, forlyſte/ giøre glad. *Diffundo animum meum*, Slaar mig løß.

Diffuſio, onis, diffundendi actus, Vdbredelſe. *Animi diffuſio*, qua diffunditur, Forlyſtelſe.

Diffuſus, a, um, quod diffudimus. Ut, *jus civile diffuſum*, Vdviedt/ ſplit oc vdbredt: *Arbor ramis diffuſa.*

Diffuſè, modo diffuſo, Her oc der. *Hæc diffuſè dicta ſunt.*

Effundo, is, extra fundo, Vdøſer. *Aquam effundit.* Item *fideliam effundit*, i. e. quod erat in fidelia. Item *vox in turbam effunditur.* Item *patrimonium effudit: effundit ærarium* Item *tota civitas cum conjugibus & liberis ſe ad te effundit*: ſcilicet, cum impetu & quaſi aqua vaſe fracto. *Effundere honorem in aliquem*: *ager effundit herbas.*

Effuſio, onis, effundendi actus, Vdøſelſe. *Effuſio aquæ.* Et translatè, prodigalitas. Ut, *effuſionibus Reſpubl. gravatur.*

Effuſor, oris, m. t. Jurisconſ. qui patrimonium effundit, Fordøjere.

Effuſus, a, um, quod effudimus, Vdøſt. *Aqua effuſa.* Et translatè, *ruunt effuſi carcere curſus*, Vdladt: quaſi agminatim & cum impetu, carcere aperto. Item *effuſus ac proſtigatus peditatus.* i. e. diffuſus, Split adt.

Infundo, is, fundendo immitto, Indøſer/ Jøſer. *In naribus infundit*: *venenum ſororis filio non dedit, ſed infudit.* Et translatè, *infundere orationem in aures*: *infundere vitia in civitatem.*

Infuſio, onis, infundendi actus, Jøſelſe.

Infuſus, us, m. q. idem.

Infuſus, a, um, quod infudimus, Indøſt / Jøſt. *Quod ſemel eſt infuſum, nunquam effluere poteſt*: *infuſa in urbem barbaries, peregrinitas.*

Infundibulum, n. ſ. inſtrumentum per quod liquores in vaſa infunduntur, Trafft. Item per quod frumentum in molam transmittitur, Mølleſtru/ Quærneſtru.

Interfundo, is, inter aliqua fundo, Imellem øß / øß iblant.

Interfuſus, a, um, quod interfudimus. Ut, *interfuſus Oceanus*: *interfuſum mare*: *interfuſa ſtyx.*

Offundo, is, contra fundo, øſer paa. *Deficienti aquam offundebat.* Et translatè, *offundere alicui caliginem, noctem, tenebras*, pro obſcurare & obtenebrare.

Offuſus, a, um, quod offudimus, paaøſt. *Aqua offuſa*: *nox Reipublicæ offuſa*, i. e. obſcurata eſt Reſpublica: *offuſa caligo animis Doctorum.*

Perfundo, is, fundendo totum madefacio, Offuerøſer/ offuerſlaaer. *Aquâ perfundunt pecus*: *artus perfundit rore*: *Enſis perfunditur ſanguine.* Et translatè, *perfundere animum religione*, pro imbuere, Indgiffue. Sic *perfundere animos ſuavitate, voluptate*, giøre glad/ forlyſte.

Perfuſus, a, um, quod perfudimus, Offuerøſt / offuerſtenckt. *Miles cruore perfuſus.*

Profundo, is, largè & copiosè effundo, Spilder fuldt/ øſer megit oc flux vd. *Vinum profundit*: *profundit oculis lacrymas*: Et *profundunt ſe lacryma, dolor*, Sluß-græder. *Profundit ſanguinem, vitam, animam pro patria*: *verba profundit ventis*: *profundere odium in aliquem.* Item prodigo & inutiliter conſumo, vdøſer oc fordøjer vnytteligen. *Si placet, profunde, perde, nihil ad me.* Et cum caſu, *profundere patrimonium, fortunam. profundere laborem*, Spilde ſit arbeide. Item inſtanter ago: *profundere vota preces q̃*, i. e. inſtanter precari: *profundere vires ingenii*, i. e. intendere, & omnem ingenii vim applicare. *profundere ſe totum in aliquem*, giffue ſig ſlet bar / och forlade ſig paa en / eller ſlaa ſig løß paa en.

Profuſus, a, um, quod profudimus, Vdøſt. *Sanguis in morte profuſus. Sanguis per totum corpus profuſus*, i. e. diſtributus. Et amiſſo tempore idem quod immoderatus. Ut, *profuſi ſumptus*: *profuſæ epulæ*, Offuermaadig/ vtilbørlig oc offuerdaadig/ vnyttig. Item pro abjecto, quaſi qui ad ſummam egeſtatem pervenit ex profuſione. Item cum caſu; *alieni appetens, ſui profuſus.*

Profuſè, modo profuſo, Offuerflødeligen / offuerdaadigen. *Profuſè vivit.*

Refundo, is, rurſus fundo, øſer i igien. *Æquor refundit in æquor*: *vaporibus altæ renovatæq; ſtellæ, atq; omnis æther refundit eodem.*

Refuſio, onis, refundendi actus. Ut, *refuſio humorum vi ſolis ad ſupera elatorum, copia eſt plubialis.*

Refuſus, a, um, quod refudimus. Ut, *mare refuſum*, i. e. refluens & refugiens. *ſtagna refuſa vadis*, i. e. affuſa.

Refuſè, modo refuſo & abundanti. Ut, *humus refuſiùs egeſta.*

Suffundo, is, ſubtus fundo aut infundo, Vnderøſer/ Jøſer. *Suffundere aquam in os.* Et translatè, *ſuffundi rubore facies* dicitur, cum ſanguis ſubter cutem ſeſe diſpergens, faciem inficit rubore, Rødmer/ bliffuer rød.

Suffuſio, onis, vitium oculi ex humore craſſo inter carneum & cryſtallinum collecto, Tincke øyne/ eller Staer.

Suffuſus, a, um, quod ſuffudimus. Ut, *ſanguis ſuffuſus cordi*, i. e. infuſus: *æther calore ſuffuſus*: *animus nulla in alios ſuffuſus malevolentia.*

Superfundo, is, de liquoribus dicitur, cum alicui rei ſuper injiciuntur. Offuerøſer. *Superfundere oleum.* Et translatè, *ſuperfundere ſe*, i. e. ubertim ſeſe oſtendere, Slaa ſig formegit løß/ ſlaa ſig vd.

Superfuſus, a, um, quod ſuperfudimus, Offuerøſt. *Superfuſus amnis*, i. e. inundatus: *ſuperfuſi hoſtes*: *Gens ſuperfuſa montibus*, i. e. conſperſim fuſa.

Transfundo, is, de vaſe in vas fundo, øſer / fylder om aff it kar i it ander. *Aquam in alia baſa transfundunt.* Et translatè, *transfundere ſuas laudes ad alterum; omnem amorem in illam*, i e. convertere, Henvende.

Transfuſio, onis, transfundendi actus.

FUNDUM, n. ſ. imum ſeu ima pars vaſis aliúsve rei, à βυθὸς πυθμὴν, πύνδαξ, ejusdem ſignificationis, Bunde. Fundum dolii: *fundum maris.* Inde tropicè, finis rei. Ut, *largitio fundum non habet*, i. e. finem. Aliter à fundus, quod inſtar fundi continentis fructum aliquid contineat.

Fundi-

Funditùs, adverb. significans motum à loco seu fundo, Fra bunden. *Domus, familia funditùs evertitur*, i. e. penitus & omninò, Slet oc gandſke: *Respublica funditùs periit.*

Fundo, as, act. pr. quasi fundum rei substituo, Legger bond eller grund. *Domum fundabit.* Et translatè, *fundare civitatem*: *fundare Rempubl.* Stiffre/begynde at bygge.

Fundamen & Fundamentum, cui fundamus, Grundvold. *Fundamentum fabricæ.* Et translatè, *fundamenta Reipubl*, i. e. principium: *fundamenta dignitatis, amorum, amicitiæ*, i. e. initia & quibus nituntur, Begyndelſe och grundvold.

Composita.

Profundus, a, um, quod porrò & longè habet fundum, Dybt. *Mare profundum.* Et translatè, *profundæ libidines, profunda avaritia*, i. e. immoderata. *profundus venter*, pro insatiabili. Item absolutè *profundum* pro mari. Ut, *abjicit in profundum.* Item pro ventre. Ut, *in profundum nummi vel in arcam condantur.* Item simpliciter idem quod fundum. Ut, *in profundo aquæ.* Item locus abditus. Ut, *natura veritatem in profundo abstrusit.*

Suffundo, as, Varr. fundamentum subjicio, Legger eller giør vnder grund. *Suffundare domum lapidibus*, Legge ſtor grundvold.

FUNDUS, m. s. quicquid est Domino agrorum, seu possessio extra urbem, fructum ipsi producens, à φύω, fructum produco, Grund oc vden Byeß eydom: Venitq; hoc nomine pratum, salictum, nemus, pomarium, olivetum, hortus, venatorium, lacus, piscatoria, villa sive ædificium. Inde translatè, auctor rei alicujus, & unde res provenit nataq; est, Huor fra noget kommer/oc er grund oc Aarſag til. *Huic rei pater fundus esto*, Det ſkal hede det kommer fra Faderen/Faderen ſkal være hoffuer her for. *Populus fundus*, qui seipsum fundo Domini obstrinxit, vel jure obstrictus Domino aliquem facit fructum, Saa ſom den der giffuer ſig ind paa Boßbondens godz oc grund/ eller er fød paa Boßbondens godz/ oc giffuer enten hold/ tieniſte eller Landgilde. Inde Cic. populus tunc sit fundus, cum scita ac jussa nostra, sua sententia comprobat. Item *fundus muliebris* pro ano muliebri, ut honestiùs circumscribit Virgilius. Aliter à fundere, quòd fructum fundat quotannis. Item à fundum, quasi qui fundum & fundamentum sit hæreditatum, bonorum ac proventuum.

Composita.

Latifundium, n. s. quasi latusfundus, h. e. magnus & amplus, Stort Jordgodz.

FUNGOR, eris, dep. t. functus sum, in præt. officium aliquod facio exerceoq;, à πονέω, laboro, officium facio, laborem rei impendo, Forſtaar/ er i arbeide med noget/ er i beſtilling/ beſtiller/ giør min gierning. *Fungitur præturâ, consulatu, officio, munere. Fungor vitâ*, Er i Liffue. Et antiquè, cum accusativo: *fungitur officium, munus.* Et pass. *fungendum munus.*

Functio, onis, fungendi actus, Beſtilling. *Functio muneris. Labor est functio quædam vel animi vel corporis, gravioris operis.*

Fungibiles res Zas. Jurisconſ. quæ consistunt in numero, pondere & mensura, ut, pecunia, frumentum, vinum, oleum. Corpora autem in universum omnia, omnes aliæ species, dicuntur res non fungibiles.

Composita.

Defungor, eris, ad finem usq; fungor, forſtaar oc holder vd til enden. *Defungor consulatu: defungor decimus.*

Defunctus, a, um, qui ad finem pervenit, nec amplius fungitur, Sat aff med noget. *Defunctus consulatu*, Er aff med Borgemeſterdom. *Defunctus vita*, i. e. mortuus, qui non amplius vita fungitur.

Defunctoriè, Jurisconſ. pro modo defuncto, h. e. languidè & remissè, ut defunctus officio agit, Løßligen. *Petere aliquid defunctoriè.*

Perfungor, eris, benè fungor, & ad finem usq; fungor, Staar vel for. *Munere perfungitur: maximis honoribus perfunctus est.*

Perfunctio, onis, actus quo perfungimur, vdſtaaelſe. *Laborum perfunctio.*

Perfunctorius, a, um, quod non rectè perfungitur munere suo, languidum, remissum. Ut, *opera perfunctoria* quam veluti aliud agentes rei alicui impendimus, Offuerfaret.

Perfunctoriè, modo perfunctorio, languidè, escitanter. Ut, *perfunctoriè dicit.*

FUNGUS, m. s. ignobilis & quasi excrementicius terræ fructus seu fermentum, à σφόγγος, σπόγγος, spongia, quod materia ejus sit spongiosa, continetq; sub se plurimas species, Saa ſom Suomp paa træ/Paddehat/Skurredhat. Inde translatè, fungus pro homine stupido, vel qui est capite immani: Unde illud; fungino est genere. Fungi enim nihil aliud quàm caput. Item fungus pro tubere in corpore ex pugna & verbere, Knude. Item fuligo sive favilla in lucernis remanens, reddensq; atram quandam fungi imaginem, Lusse taande.

Funginus, a, um, quod ex fungo est. Ut, *genus funginum. Funginum caput*, quod est fungi instar.

Fungosus, a, um, quod raritate & levitate sua fungum refert. Ut, *fungosa medulla*, Suompeſom/ løst eller fuld med huler ſom en Suomp.

Fungositas, atis, f. t. fungosi ratio, raritas & levitas.

FUNIS, is, m. t. pr. prod & Plin. fœm. restis ex canabe aliáve materia contorta, à χοῖνος, ejusdem significat. Reeb.

Funiculus, m. s. parvus funis, Line/ſnor/ mærling.

Funalis, le, om. t. quod funibus constat. Ut, *Cereus funalis.* Et, pro eodem, absolutè *funale*, n. t. fax ex fune & cera vel pice, Voxbluß/luß. Et *funales equi*, qui fune juncti currum triumphalem præcedebant. Item *funalis equus*, Stangflipper: qui tertius bigis adjungitur.

Funeta, orum, n. s. arcus sunt in vitibus, qvum breviores palmites sarmento junguntur inter se funium modo.

FUNUS, eris, n. t. pr. prod. pompa exsequiarum, à funalibus, quibus dum efferrebatur, circumdatum erat, sic dictum, Lig ſom føres til begraffuelſe. Aliter funus idem quod cadaver, à θνήσκω, quod cædem & cladem significat. Inde translatè, mors ipsa. Ut, *nec moritura tenet crudeli funere Dido.* Item sepulcrum. Ut, *instauramus Polydoro funus.* Item *prandio facit funus*, i. e. consumit prandium.

Funebris,

Funebris, bre, om. t. quod ad funus pertinet. Ut, *epulum funebre*, Ligmaaltid. *Funebris oratio vel concio*, Ligprædicken. *Veſtimentum funebre*, Ligklæder.

Funera, ræ, f. pr. quaſi funerea, de matre vel ſorore funeris dicitur, den Sødis Moder eller Syſter.

Funereus, a, um, idem quod funebris. Ut, *fax funerea*, Ligluß/bluß. *Frondes funereæ*, Ligqvter. *Funereus bubo*, qui funera cantat præſagitq;.

Funero, as, act. pr. funus curo & ſepulcro do, Beſtille Lig/Begraffuer. *Ipſe funerari ſe juſſit. Cadaver ejus funerabit nutrix.*

Funeratus, a, um, quem funeravimus. Unde: *prope arboris ictu funeratus*, i. e. occiſus.

Funeſtus, a, um, propriè idem quod funebris. Ut, *funeſta fax*: *funeſta arbor*, quæ funeribus adhibebatur. Item funere inquinatus. Ut, *funeſta familia*. Et tropicè, quod funus refert fœditate aut exitio, fœdum & exitiale, Sørgelig/jammerlig/gruelig/ſeer ilde vd/ſkadelig. *Funeſta cædis dies*: *nox funeſta*: *vox eſt Reipubl. funeſta*: *funeſta victoria*, i. e. cruenta.

Funeſto, as, act. pr. cæde polluo, funere inquino, Beſmitter med lig oc mandſlet. *Funeſtare domum paternam*: *funeſtare templa, aras.*

Funeſtatus, a, um. Ut, *funeſtata domus*, quæ funere aliquo affecta eſt.

FUR, ris, com. t. pr. gen. prod. qui clàm, invito Domino, aliquid aufert, a Φώρ, ejusdem ſignificationis, Tyff. Inde translatè, fucus, qui melli apum inſidiatur, Vandbj. Item ſervus. Ut, *quid Domini facient, audent cum talia fures. Et manipulus furum*, Løß Selſkab/forloren hob. Aliter immediatè à fero, ut Φῶρ à Φέρω, ejusdem ſignificat. Item à furvo, i. e. nigro, obſcuro, quaſi qui obſcuro tempore obambulat. Unde facetè Plauto: *Cohors fuliginoſa, vulcanoſa, atra, quæ de die ſub terras habitant, nocte in tectis ambulant*, i. e. fures.

Furunculus, m. ſ. parvus fur, liden Tyff/Snappere/Snattere. Item muſtela ſylveſtris, quâ in cavernis cuniculi capiuntur, Frette. Item tuberculum acutum cum dolore & inflammatione, ovum columbinum magnitudine non excedens. Item tuberculum in vitibus in modum verrucæ eminens.

Furinus, a, um, quod ad furem pertinet. Ut, *forum furinum*, Tyffue torffue/huor den ene ſtiel fra den anden.

Furor, aris, dep. pr. furtum facio, Stiel. *Tibi furatus eſt veſtes.* Item furtim & fraudulenter conſequor, Stiger acteligen naaer oc bekommer/Sniger/Snapper. *Civitatem furatus eſt.*

Furax, acis, om. t. qui proclivis eſt ad furandum, Tyffactig/Snapper. *Furax aleator*: *furax ſervus*: *furaces manus*, Tyffhænder/Snaphænder/Rap.

Furaciter, modo furaci, Rapſk. *Furaciſſimè domum ſcrutatur.*

Furacitas, atis, f. t. furacis habitus & ſcelus, Snapperj/wmettelig Rapperj oc Stielen.

Furo, onis, m. t. idem quod furunculus pro muſtela ſylveſtri.

Furtim, adverb. furandi modo, Tyffactigen. Et translatè, clanculum, Hemeligen/forborgen. *Furtim in campum currit*, Hand ſneg ſig. *Furtim ago*, Jeg ſniger mig til: *furtim habet ſervum meum*, Hand haffuer min Tiener hemmeligen oc mig waffvidende/hand dylger min Tienere.

Furtum, n. ſ. furis ſeu furandi opus & ſcelus, & ipſum quod clam eripitur, Tyffuerj/Tyffuende. Inde tropicè, clandeſtinum quodvis facinus, vel omnis rei fraudulenta tractatio, det mand vil ſtiele eller ſnige ſig til at giøre/Snid. *Furta dulcia*, i. e. adulteria, Hoररj. *Cælari vult ſua furta Venus. furta belli paro*, pro clàm bellum paro. Sic *furtum facit ætati*, *ſive in ætatem*, i. e. callidè occultat. Aliter quaſi φερτὸν à φέρω.

Furtivus, a, um, quod furto ablatum eſt, Staaledt/Snappedt. *Virgo furtiva.* Item quod clanculum fit, Hemmelig/ſaa det icke merckis/ſom det mand ſniger ſig til. *Furtivæ excurſiones*: *furtivæ literæ. furtiva ſcripta*, quæ artificio quodam fiunt, nec legi poſſunt ab alio quàm ab eo ad quem ſunt ſcripta.

Furtivè, modo furtivo & clandeſtino. Ut, *furtivè accepit*, Hiemmeligen. Inde *furtivè mater*, quæ non vera mater eſt, ſed ſubditicia.

Compoſita.

Aurifur, qui aurum furatur.

Bifur, plusquam fur, vel qui bis in furto ſit deprehenſus.

Suffuror, clàm furor, Snapper.

Trifur, eximius fur, tri augente ſignificationem, Dubbeltyff/Hoffuettyff/Alltyff.

FURCA, cæ, f. pr. inſtrumentum biſulcum ſeu bicorne, quo ſtramina ferimus & verſamus, fœnum ſegerémve congerimus, à fero deductâ voce, Strøgaffel/tyffue/høetyffue/kornryffue. Item furcâ, quâ carbones gerebant, Jldtang/Jldklemme. Item translatè, lignamentum quoddam duplex currus axi inſertum, quo etiam maleficus ſervus diſtendebatur ignominiæ cauſa, ſubligatis ad illud manibus: Et ſi capitalis eſſet, affigebatur enecabaturq;, Vogntyffue. Erat autem lignum geminum in modum litere V, ita ut initium & caput eſſet à tergo hominis, qui eam ferret: inde paulatim divaricatum circa pectus & humeros ad manus volam pertingebat.

Furcula, æ, f. pr. parva furca.

Furcilis, inſtrumentum bidentatum tridentatúmve, quo utimur ad extrahendum fimum, Møghacke. ἄδηλον.

Furcilla, idem quod furca pro inſtrumento meſſorio, Høetyffue. Item furcillæ dicebantur, ærumnulæ, quibus religatas ſarcinas gerebant viatores: Item quibus homines ſuſpendebant.

Furcillo, ſive **forcillo**, as, act. pr. Plaut. ficta vox, quaſi furca & ſtigmate noto: furti arguo, aſtringo, Tyffter/eller Smaatyffter/Skielder for Tyff/giør Tyff aff en. Et translatè, infamiâ noto. Ut, *ſtatim meam furcillat*, Løgter min tro och loffue/ſetter hende den ſtick paa. Aliter à cillo, quaſi furem incillo: vel furcâ cillo.

Compoſita.

Bifurcus, a, um, Col. geminas furcas habens. Ut, *bifurcum ferramentum*: *bifurci ramuſculi.*

Trifurcus, a, um, quod tres furcas habet: Unde *femina trifurca*, quæ in tres partes furcata ſunt.

FURFUR, ris, maſcul. terr. pellicula, quæ à frumento inter molendum abſcedit: eſtque farinæ excrementum craſſius, à far per geminationem

sic dictus, Klid/Saaer. Inde translatè, *furfures capitis* dicuntur, cum quædam quasi furfuraceæ squamulæ absq; ulceratione à cute resolvuntur, præsertim in capillo, barba, nonnunquam etiam in superciliis, Skæll. Aliter furfur quasi βόρβορος, pro retrimento cibi.

Furfuraceus, a, um, quod ex furfure constat. Ut, *panis furfuraceus*, Klidbrød / Hundebrød.

Furfureus, a, um, idem.

Furfurosus, a, um, furfure plenum, Klidfuld / fuld aff klid. *Panis furfurosus*, qui crassioribus furfurum recrementis constat. Et translatè, quod similitudinem furfurum refert. Ut, *color furfurosus*.

Furfurio, onis, f. t. nomen avis, sic dictæ, quòd prius farre in farinam redacto pascatur: nimirū eadem origine cum furfure, à far per geminationem. Legitur & Farfario.

FURNUS, m. s. fabrica coquendo pani, à πῦρ, ignis, πυρεῖον sive πυρίον, igniarium, πυρόω, igne infesto, sive igne injecto uro, inflammo; item concoquo, & πυρά, strues lignorum igni subjecto ardens, quali etiam inflammescit furnus, Bagoffn. Aliter à furvo colore, qui incensa pyra intus conspicitur, vel propter obscuritatem, quam intus habet. Item à φύραμα, massa panitia coquenda, quasi in quo φύραμα coquatur.

Furnaceus, a, um, quod in furno coctum est. Ut, *panis furnaceus*, Offnbrød.

Furnaria, æ, f. pr. ars seu opificium coquendi panis, Baggerkonst/ Baggerj. Item mulier quæ furnariam exercet, Baggerquinde.

Composita.

Infurnibulum, li, n. s. pala, quâ panes in furnum mittuntur disponunturq;, Grißel/ Skydzel.

Præfurnium, n. s. Perot. os furni, quo ligna in fornacem induntur.

FURO, is, pr. corr. n. t. mente alienata & turbata feror, à fero, aut à θόρος, impetuosus, qui cum impetu assultat, ut solent furiosi, Kaser/ er forbistret / splitter gal. Inde translatè, vehementer irascor, Er hastig/ vred/ wbesindet: & præ iræ magnitudine quasi furo. Ut, *Clodius furebat se ab illo vexari.* Item aliquocunq; majori & vehementiori affectu feror, Kaser. *Furit audaciâ, scelere, libidine*, Er offuergiffuen/ tager hart aff sted. Aliter à πῦρ, ignis, quasi de animo inflammato ad iram vel insaniam.

Furens, tis, om. t. qui furit, Kasende/ Bister.

Furenter, advetb. modo furenti. Ut, *furenter inascitur*, wbesindeligen.

Furiæ, arum, f. pr. Deæ furoris fictæ à Poëtis, terrestres, quæ scelerum ultrices in furorem agunt sceleratos, som sla saadanne med forbistrelse oc galenskab: significantq; cruciatum conscientiæ ob admissa scelera, wroelig Samvittighed/ samvittighedz orm oc plage.

Furia, æ, f. pr. furiarum una. Ut, *furia est pestis patriæ, quæ furore patriam corripit.*

Furialis, le, om. t. quod furias refert, Forfærdelig oc forbistrende. *Incessus furialis: furiale carmen: vestis furialis: furiales voces.*

Furialiter, modo furiali. Ut, *furialiter agit, vivit*, forbistret/ oc som en gal.

Furina, æ, f. pr. Dea furiarum.

Furinalis, le, om. t. quod ad furinam pertinet. Ut, *furinalis flamen: furinales feriæ*: & pro eodem absolutè, *furinalia, ium*: & *orum.*

Furibundus, a, um, qui vehementer furit, Slet rasende/ gal/ forbistredt/ wbesindelig.

Furio, as, act. pr. Horat. pro in furorem ago, vel furiis agito, giør galen. *Flagrans amor & libido quæ solet matres furiare equorum.*

Furiatus, a, um, furore concitatus, sive furiis agitatus, giort galen eller hastig. *Mens furiata.*

Furiosus, a, um, furore abundans, forbristret/ rasend/ wbesinder.

Furiosè, modo furioso. Ut, *furiosè facit*, wbesinds deligen.

Furor, oris, m. t. furentis habitus & vitium, forbistrelse. Et translatè, afflatus divinus acrius exardens. Ut, *non est magnus Poëta sine furore.*

Composita.

Interfuro, is, Stat. quasi inter aliquos vel subinde furo, Kaser imellom eller iblant med.

Perfuro, is, valde furo. Ut, *perfurit armis: perfurit acri cum fremitu.*

FURVUS, a, um, antiquis, quod est colore nigriore & obscuro, scil. idem quod ater: qualicq; color est furni fumosi primùm incenso rogo, unde & à furno deducta voxest, Sortemørck/ mørckesort/ fulsort. Inde *furva hostiæ furvum antrum.* Aliter à φέρβω, φόρβη. Item à πῦρ.

Fuligo, inis, f. t. fumus condensatus, sive ex fumo pingue excrementicium caminis vel furnis adhærens, à furvo sic dicta, quasi furigo, Soed.

Fuliginosus, a, um, fuligine plenus, Sodig / fuld aff Soed/ Soedbunden.

Fulica, f. pr. & fulix, t. avis marina vel stagnensis, paulò supra magnitudinem columbæ, sic dicta à fuligineo colore, Bleß And.

Fulvus, a, um, eadem cum furvo origine à furno, dicitur q; de colore, qualis est candentis furni, jam discusso furvo, Guulbrun/ guul/ soeder eller sandet. Inde *fulvum aurum*: *fulvus Leo*: *fulva arena.* Item *fulvus lupus.* Et *fulva jaspis*, abusivè pro viridi.

Fuscus, a, um, de colore dicitur, furvo qui propior est & subnigrior, quivé medius est inter candidum & nigrum colorem, Sortbrun/ mørckebrun eller sortladen/ de/ sorteblæg: qualis est facies hominis ad ignem ferrarium. Inde *fuscus equus*, mørckbrun Hest / eller Soedet: *fuscum vinum*, quod dilutum est, cum vini generosi nigrior fit color. Sic *fusca cornix.* Et translatè, ad sonos. Ut, *vox fusca*, quæ canora non est, nec candida nec clara, Sum røst oc stemme. Aliter fuscus à φαιὸς, ejusdē significat. Item quasi ubi φῶς σκιάζεται, obscuratur lux: vel à φώσκον, ab Ustulatione scilicet.

Fusco, as, act. pr. fuscum facio, Mørcker / giør mørck. *Fuscantur corpora campo.*

Fuscator, oris, m. t. qui fuscat. Ut, *Corus cæli fuscator.*

Composita.

Infusco, as, act. pr. fuscum facio, Suerter/ giør sort/ mørck. *Vellera infuscat.* Et *infuscare aquam*, est ita turbare, ut nigrior appareat. *Infuscare vinum*, est aquâ diluere. Item translatè, *barbaries cives infuscat*, i. e. inficit, Den forgiffuer dem/ besmitter dem.

Infuscatus, a, um, quod infuscavimus, Suertet/ giort mørckt. Et translatè, *infuscata vicinitas malevolentia*, i. e. infecta, Betagen/ besmittet.

Infuscus, a, um, Colum. idem quod fuscus.

Offusco, as, act. pr. obnubendo fuscum reddo, Formørcker. *Lumen majus offuscat minus*, Formørcker/ tager liuset fra.

FUSCINA, æ, f. pr. telum tridens ad piscandum aptum, à fundus, quòd fundo natantia capiat, Algierd/ liuster. Eratq; insigne ac veluti sceptrum Neptuni.

Fuscinu-

Fuſcinula, læ, f. pr. quaſi parva fuſcina: ſignificatq; ferramentum quo ex aheno fervente carnes extrahuntur, Madgaffel. Item quo ad menſam utimur, Bord Gaffel.

FUSTIS, is, m. t. lignamentum feriendo paratum, à ferio, aut à fugo, quaſi quo ferimus aut aliquem fugamus, Knippel / Kiæp.

Fuſtitudinæ inſulæ, Plaut. fictâ voce, ubi fuſtibus vapulant homines.

Fuſtuarium, n. ſ. Cic. caſtigatio ſeu pœna, quæ fit fuſte, Knippel ſtuge/hug/kiæps hug.

Fuſterna, næ, f. pr. Plin. abietis pars ſuperior nodoſa duriorq; propter duritiem ſic dicta. Aliter legitur Suſterna. Sed corruptè, ut innuit Phylander.

FUTIO, tis, n. t. pr. prod. de vaſe dicitur per rimas liquorem, fundente, à fundo, Rinder.

Futilis, le, om. t. quod futit. Ut, *vas futile*, Rindende Kar/Sprucken/ Aabenkar. Item *futile vas*, vas ob anguſtum & acutum fundum atq; os pandum, ſtare impoſs, in ſacris olim Veſtæ uſitatum, quod miniſtri ſacrorum non deponebant, propterea quòd ipſa poſitione everteretur. Item translatè, *homo futilis*, qui & ſimili translatione dicitur plenus rimarum, levis, vanus, & qui tacenda continere non poteſt, ſed effundit, Bladderer/ſom kand icke tie. Item nullius momenti, Som haffuer inted paa ſig/ kladdervorn. *Futilis cauſa*: *futile negotium*: *futilis ſententia*: *futilis alacritas*.

Futilè & futiliter, modo futili, Kladdervorn. *Factum hoc eſt futilè*: *provenit futilè*, i. e. fruſtrà & ſine quæſtu.

Futilitas, atis, f. t. futilis ratio & affectio, Kladderi.

Futis, Sipont. idem quod futum.

Futo, as, futo vaſe ad hoc apto inverſâ aquâ ferventia compeſco, Semper det ſtudende / ſaa det ſtuder icke offuer. Et *futari vinum dicitur*, cum aqua diluitur. Item antiquis futo, translatè, idem quod arguo.

Futum, ti, n. ſ. Varr. vas aquarium, quo aqua in triclinium infundebatur, Saae.

Futatim, Plaut. pro profusè, Offuerflodigen. *Futatim nomen meum commemorabi ter.*

Compoſita.

Confuto, as, idem quod futo, ſeu futando compeſco. Ut, *coquus ahenum, quando ferbet, confutat aquâ*. Et translatè redarguo & argumentis convinco. Ut, *argumenta ipſius confutabat*, Igiendriffuer. In qua ſignificatione aliter deducitur à fari. Item committo. Ut, *harum ædium ſumma atria confutabant Architectones*.

Confutatio, onis, confutandi actus.

Effutio, tis, quaſi extra futio, nimirum ineptè, inconſulrè, inaniter loquor, ſeu aliquid ſecreti profero & divulgo, ſumptâ translatione à vaſe futili, Vdbladderer/ taler vnytteligen/kand icke tie. *Quidam de mundo effutiunt.*

Effutitus, a, um, quod effutivimus, Vdbladderet. *Verba effutita.*

Offutio, is, Plaut. quaſi futilem facio. Ut, *offatim te offutiam*. Sed & aliàs hoc loco legitur offatim te officiam, antiquè pro tibi officiam.

Refuto, as, act. pr. contra futo & arguo, Igiendriffuer. *Refutare orationem libidinem, cupiditatem*; quaſi aliquid futile eſſe oſtendo, Giøre til intet/ beviſe noget inted at haffue paa ſig/ at være ſkarn. *Virtutem hanc refutare non debemus, ſed augere.* Sic, *refutare conatum alicujus.*

Refutatio, onis, refutandi actus, Igiendriffuelſe.

Refutatus, us, m. q. Lucr. idem. Ut, *ancipitiq; refutatu convincere falſum.*

FUTUO, is, tui, act. t. Verbum eſt obſcœnæ & ludibrii plenæ ſignificationis de coitu maſculi cum fœmina, à Φυτῶν, pangenda planta, vel ſobole plantanda.

G.

GABALUS, m. ſ. pen. prod. veteribus idem quod crux, ſeu furca malefica, à χαίνω, hio, ſcil. quod divaricatis pedibus hiaret, ad quos ſontium ſive brachia ſive crura diſpendebantur, Jt tuegrænet Galge træ eller Gaffl at pine eller henge Miſdedere paa.

GÆSUM, n. ſ. Virg. teli genus gallicum, Hiſpanicum vel Libycum, à γαισὸς, ſive γαῖσον, ejusdem ſignificationis. Sed & Græcum hoc exponitur contus & defenſaculum. Legitur & Geſſas & Geſſam ab ὑσσὸς, ejuſdem ſignificationis, ut interprætantur quidam.

GALBUS, a, um, quod eſt colore viridi, pallido & flavo, eadem origine & ſignificatione cum Gilvo, Helvo, in quo ſcil. ea eſt colorum facies, Guul/ guſten/ guul blackedt/ guulſodet.

Galbeus, a, um, quod eſt galbo colore. Ut, *faſciæ galbeæ*. Et abſolutè, Galbeum, n. g. ornamenti muliebris genus.

Galbinus, a, um, Mart. pro molli & laſcivo, quaſi qui galbeo muliebri, ſeu galbano utitur: Ut, *tunica galbina*.

Galbulus, m. ſ. pilula ſive nux cupreſſi, quæ & galgulus, Cypreß nød.

Galba, æ, f. pr. vermiculus miræ exilitatis, qui æſculis innaſcitur, Egeorm.

Galbula, læ, f. pr. nomen aviculæ luridæ, à galbo colore ſic dictæ.

Galbanum, ni, n. ſ. pen. corr. genus veſtimenti delicatorum, à colore albo & ſublucido, quod nullos habet pilos. Item ſuccus quidam ferulæ naſcentis in hyna, græca voce χαλβάνη; à cujus colore aliis galbanum, pro veſte, deducitur.

Galbanatus, a, um, Mart. *galbano indutus.*

Galbaneus, a, um, quod galbani colorem refert. Item quod ex galbano ſucco eſt. Ut, *galbanei odores.*

GALEA, æ, f. pr. corr. tegumentum capitis militare, propriè ex corio, & quidem initio ex pelle felina vel muſtelina, à γαλὴ, felis ſive muſtela, ut & Græcorum κυνέη, ejusdem ſignificat. à κύων, canis. Inde frequentiſſimè idem quod Caſſis, quæ de ferro erat advertſus vim telorum, Hielm/ Jernhat/ Stormhat/ Stormhue. Utebantur autem & milites galeâ loco ſitellæ vel urnæ urbanæ aut forenſis in ſortiendo, unde illud Virgil. extremus galeaq; ima ſubſedit Aceſtes. Sortiebantur enim Duces, & ſortes in galeas injiciebant, quis cum Hectore pugnaturus eſſet.

Galeola, læ, f. pr. vas ſinuoſum à galeæ ſimilitudine.

Galeatus, a, um, galea indutus, Med Stormhat paa. *Miles galeatus*: *Minerva galeata*, quæ galeâ pingitur induta. Et *galeatus* piſcis, qui galeam capite refert. Item translatè, Hieron: *galeatus prologus*, qui ita communis eſt, ut in omnibus cauſis, quemadmodum galea ſeu ga-

leatum omnibus indigis possit esse commune. Sic *galeatum principium librorum*, quod commune est proœmium multorum librorum, non unius singularis, sed plurium & omnium, quæ in libro continentur. Et *galeatum præsidium*, quod omnium commune est, ut *galeati omnes tuentur.*

Galeo, as, act. pr. galeam induo, Setter Stormhat paa. *Galeantur milites in campo.*

Galerus, m. s. med. prod. pileus rotundus à galeæ similitudine dictus, Hat. Item coma asciticia capiti muliebri annexa ad effigiem galeæ, Haar sætt / haar top paa Quinde hoffuet/garnete aff haar.

Galericulus, m. s. idem.

Galerita, æ, f. pr. avis plumam galeatam habens in capite galeri similitudine, Lercke.

Galeritus, a, um, Propert. galero insignitus. Item Galeritus absolutè, gen. masc. idem quod galerita pro ave.

Compositum.

Albogalerus, ri, m. s. pileam capitis, quo Flamines diales utebantur. Fiebat autem ex hostia alba Jovi Cæsa, cui affigebatur apex virgula oleagina.

GALEUS, m. s. γάλεος, piscis nomen, qui & Latinè mustela, Lamprete/Steensue. Sed & latius se extendit dictio variâ expositione: idq; absolutè, pro pisce, quem nos Haa indigitamus: vel cum adjectione, *Galeus glaucus*, Tantheje eller en blaa Haa: *Galeus stellatus*, plettet Haa eller Tantheje: *Galeus asper*, Haa: *Galeus levis*, Lamprete/Steensue eller Riegenøye.

GALLÆ, cujus singul. Galla, f. pr. nuces sunt sive poma in arboribus glandiferis præter legitimum fructum provenientia, dicta galla, quasi garra, à κάρα, caput, ob figuram, ut Græcorum κάρυα, eadem origine pro nuce juglande, Ege Æble. Hinc proverb. Lucill. *Gallam bibere & rugas conducere ventri*, est parsimonia uti, neq; gulæ indulgere ventremq; coarctare. Aliter à κήλη, tumor omnis in corpore præter naturam. Item a callus, quòd sit quasi callus quidam vel callosa materia.

GALLICÆ, arum, f. pr. calceamenti genus ex ligno, quo utebantur Galli tempore pluvioso, unde & nomen sortitum est, Træsker.

GALLO, as, n. pr. Varr. idem quod bacchor, voce sumptâ à Gallis Cybeles sacerdotibus.

GALLUS, m. s. avis domestica: sic dictus à cantu, quem edit, Hane / Kock. Aliter à καλός, pulchritudo, propter colores inprimis palearium: unde & ipsa palacria dicta sunt καλός & καλλιον. Item Isid. à γάλλος, castratus, exectus, quod inter aves huic soli testiculi eximuntur. Item *Gallus marinus*, nomen piscis, gobio congeneris.

Gallina, æ, f. pr. Galli fœmina, Høne. *Gallina Indica; Gallina Africana*, Indianſk oc Kalckunſk Høne. *Gallina Melica & Medica*, amplissimi corporis & proceris ad pectus cruribus à regione Medorum, Velſke Høne. *Gallina Meleagris & Numidica*, Spanſk Høne/ Purrede Høne. Aliis, Kalckunſk Høne. Sunt & plures species Gallinarum, formâ, magnitudine, locis differentes. Ratione locorum, aliæ sunt sylvestres, aliæ aquaticæ: quæ & rursus in plura distinguuntur genera.

Gallinaceus, a, um, quod ex gallinis est. Ut *pullus gallinaceus*, Kylling. *Ovum gallinaceum*, Høneg. *Gallus gallinaceus*, vel absolutè, *Gallinaceus*, Hane. *Pes gallinaceus*, nomen herbæ.

Gallinago, inis, f. t. gallinæ sylvestris genus, Græcâ voce, Scolopax, Snaphøne.

Gallinarius, m. s. qui gallinas curat.

Gallinaria, æ, f. pr. idem in sexu fœmineo Høns ekone.

Gallinarium, n. s. locus in quo aluntur gallinæ, Høns ſchuus.

Gallicinium, n. s. pars noctis, qua Gallus cantat, Natte høns egal. Habetur & composita dictio à Gallo & cano.

Gallulo, as, n. pr. more Gallinaceorum sonum gravem ac raucum sono, quod pubescentibus fieri solet.

Gallulascо, is, n. t. idem. Ut, *vox ejus gallulascit.*

GAMMARUS seu Cammarus, m. s. κάμμαρος, piscis ex genere cancrorum caudatorum, inter astacum & squillam medius, Jt ſlags kræbs. Exponitur & simpliciter generice cancer.

GANEUM, n. s. lustrum seu locus libidini & helvationibus aptus à γαῖα, γῆ, terra, quasi γήϊον, quod in terra, vel ad terram exstrueretur, Horehuus/ Hytte/ Kroehuus/ Horekippe/ Bordel. Aliter à γάνος, gaudium, voluptas, oblectamentum. Est enim scortatorum & helvonum expetitum gaudium.

Ganeæ, arum, f. pl. Cic. idem.

Ganeo, onis, m. t. qui ganeas frequentat, Horejager.

GANNIO, is, ivi & nii, n. q. de voce dicitur vulpium, à sono per onomatopœjam, Raver ſom en Ræff. Dicitur & de canibus claro ululatu dolorem vel gaudium significantibus, à γάνυμαι, quod significat læto quodam vultu aliquem excipere, vel prosequi, Biaffer. *Ganniunt canes ob Dominorum adventum.* Inde transfertur ad homines, pro murmurare, vel fastidio multa loqui hortando, Knarrer/gielter. *Quid ille gannit, quid vult.* Et de mente, pro hortor, raader til/ſiger til. *Stat contra ratio, & secretum gannit in aurem.*

Gannitio, onis, & gannitus, us, m. q. ganniendi actus.

Compositа.

Oggannio, is, quasi contra gannio: significatq; translatâ significatione, eadem ad fastidium repeto, inculco, Siger tit oc offte/bielder i ens øre. *Sæpius ogganire ei cogor. oggannit in aurem, & usq; ad aurem.*

GARGARIZO, as, n. pr. γαργαρίζω, guttur aquâ reciprocando colluo, Skyller halſen.

Gargarizatio, onis, gargarizandi actus, Halsſkyllen.

Gargarizatus, us, m. q. & Græcâ terminatione, Gargarismus, in secunda, idem.

Gargarizatus, a, um, Plin. Ut, *aqua gargarizata*, Skyllet vand i halſen.

Gargaridio, as, n. pr. Varr. translatè, multùm vel odiosè & cum fastidio repeto. Ut, *poëmata ejus gargaridiat.*

GARRIO, is, n. q. de cantu avium dicitur, à sono fictâ voce, Quindrer. Inde transfertur ad homines, pro loquor sine delectu judicio ve, Sladderer. *Garrimus quicquid in buccam venit: cupiebam etiam nunc plura garrire: nugas garris.* Aliter à γηρύω, loquor, dico, sono. Item à Gerris Siculis.

Garrulus, a, um, qui garrit. Ut, *avis garrula*, Quidderende. *Homo garrulus*, ſladderhanck. Et in re musicâ: *Garrulus cantus; garrula cistra*, ſnurrende/klingende.

Garrulitas, atis, f. t. garruli vitium & habitus. Ut, *garrulitas avis*, Quidren. *Garrulitas hominis*, Sladren.

GARUM, n. s. γάρον, liquamen seu sanies piscium saleconditorum & maceratorum, primùm è garo pisce fieri solitum, unde & nomen habet: quod nos efferre possumus, licet nobis usu incognitum, Indſylter/fiſke gal rei eller indſylter fiſke ſmalt / ſaa ſom Kydſk Caviar. Erat autem præcipuum garum ex scombri intestinis, ideoq; divitum: unde & dictum est sociorum.

GAVDIUM, n. ſ. exſultans animi motus ex opinione præſentis boni, à γαῦρος, exſultans in re aliqua, quaſi gaurium, Hiertens fryd oc glæde. Ennius per apocopem uſus eſt gau, pro gaudium. Aliter gaudium à γηθω, ejusdem ſignificationis.

Gaudiolum, n. ſ. parvum gaudium.

Gaudeo, es, gavisus ſum, n. ſ. gaudio afficior, Hiertelig glædis/frydis vdi ſinder. Gaudetq; propriè is, qui modeſtè & conſtanter ſe effert. Inde *gaudere decet: lætari non decet.* Item *gaudeo mihi: gaudeo hac re: Gaudeo gaudium.* Et apud Apulej. *gaudeo voti*, i. e. gaudeo te voti compotem eſſe factum: *gaudeo re aliqua*, haffuer villie oc lyſt til noget/haffuer lyſt aff/ bruger och haffuer gott aff.

Compoſita.

Paragaudæ, faſciæ aureæ, vel ſericæ auro ornatæ, quæ veſtibus intexebantur, non ut inſtitæ aſſuebantur, ſic dictæ, quòd eſſent ornamentum quoddam & gaudium veſtis, voce ex græca παραγαῖ, & Latina gaudium, Gyldene och ſilke luſter paa klæder. Aliter, quaſi paracauda, i. e. juxta caudam & extremitatem & oram veſtis. Ut, *nemo auratas habeat aut in tunicis, aut in lineis paragaudas.* Item *paragauda veſtis*, quæ paragaudas intextas habuit.

Pergaudeo, es, valdè gaudeo.

GAVLUS, m. ſ. Plaut. γαῦλος, vaſculum in formam cymbii. Græcis etiam exponitur mulctrale & vas lacti recipiendo. Item cum circumflexu γαῦλος, genus navigii.

GAVSAPE, neut. indecl. pen. corr. ſtragulum militare, & initiò ſtramenticium, inde villoſum ex lana, quaſi gauſtape, à γαῖα, ſolum, & τάπης, tapetes, ſtragulum, nimirum cui incubabant milites: velà κῶς κῶας ovium villus, quaſi gauſis, (ut ab ὦσις, auſis) & τάπης, Rye. Inde translata eſt ejus forma ad urbanos uſus, ita ut ſignificet ſtragulum menſarium, Skiffue klæde/ Skiffue tecke. Item veſtem villoſam induitui, foret Hiortel. Sic Gloſ. exponitur βαρβαρικὸν παλλιον, pallium Barbaricum. Ponitur & translatè probarba hirſuta & proliza.

Gauſapes, is, f. t. antiquè, idem.

Gauſapum, n. ſ. idem.

Gauſapinus, a, um, quod ex gauſape eſt. Ut; *penula gauſapina: veſtis gauſapina.* Et abſolutè pro eodem *gauſapina*, veſtis qua hyberno tempore & frigido ùtebantur, foredt Vinterhiortel eller Kappe/ Filtkappe oc tiuck ſom vadmaal.

GELU, pr. corr. neut. & indeclin. & antiquis gelus & gelum, frigus eſt vehementius terras & aquas ſtringens, cogens & incruſtans, quaſi γέας λύων, terram ſolvens, ſcil. vel per antiphraſin à ſtringenda tellure, ut innuit Iſidorus: vel ab effectu, quòd eam friabilem reddat & ſolutilem, froſt.

Gelidus, a, um, gelu affectum, ſive per concretionem quandam, ſive aliàs frigidum, froſſen/ ſtarckner/ kaald: Idq; modò propriè, modò translatè. Ut, *gelidus amnis. gelidum flumen gelidus ſanguis, gelida aqua*, Iſkaald. Et abſolutè pro eodem *gelida.* Item *gelida mors*, ſcil. ab effectu, quæ ſanguinem gelat. Item *ſidus gelidæ naturæ*, Aff en kaald natur.

Gelidè, adverb. modo gelido. Ut translatè, *res omnes timidè gelideq; miniſtrat*, i. e. otiosè non ſtudiosè.

Gelo, as, act. pr. gelu conſtringo. Ut; *gelatur mare, gelatur aqua.* Et translatè, *pavido gelantur pectore.* Item neutraliter, Det fryſſ. *Non demetuntur fruges quàm gelaverit.*

Gelaſco, is, n. t. gelu conſtringor, fryſſ. *Vini natura non gelaſcit.*

Gelatio, onis, gelandi actus, froſt/fryſen.

Gelatus, a, um. Ut, *gelatum lac: gelatus caſeus.*

Gelabilis, le, om. t. quod gelu duratur.

Compoſita.

Circumgelatus, a, um, undiquaq; gelatus.

Congelo, as, n. pr. frigore aſtringor, fryſſ ſammen/ ſtørckner. *Congelat aqua, oleum.* Et translatè, *congelat otio*, pro marceſſit, quod nos dicimus, Kryber ſammen aff roligheed/eller druckner i roligheed. Item paſs. apud Columel. Ut, *nix congelata: nubes congelatæ.*

Congelatio, onis, congelandi actus, Størckning/ froſt/ fryſen. *Omnis liquor congelatione minuitur.*

Congelaſco, is, n. t. gelu conſtringor, Størckner/ løbber ſammen.

Incongelabilis, le, om. t. Gell. quod congelari non poteſt, ſom kand icke fryſe til. *Mare incongelabile.*

Degelo, as, gelare deſino, Lader aff at fryſe/tøer.

Egelido, as, act. pr. Sidon. quod gelatum eſt diſſolvo, Tøer op. *Egelidantur fibræ glaciales.*

Egelidus, a, um, quod de ſummo gelu aliquid remiſit, Naar kulden er ſlagen aff/ Luncken. *Egelida aqua.* Item valde gelidus. Ut, *egelidum flumen.*

Prægelidus, a, um, multùm aut nimis gelidus. Ut, *lucus prægelidus: rivus prægelidus.*

Regelo, as, act. pr. Colum. gelatum ſolvo, Tøer op. *Regelare frigora: terra regelatur vi ſolis.*

GEMINI, orum, m. ſ. pr. cort. cujus ſingul. Geminus, nati ſunt duo, uno conceptu partuq; editi, à γέμω, plenus ſum, onuſtus, ſcil. propter tumorem & onus matris, Tuillinge. Et peculiariter ſignum cæleſte, ſignificans Caſtorem & Pollucem; quiq; alternis mortibus vivere, credebantur, & ſignificant ſolem ipſum unum eundemq; modò deſcendentem ad mundi infima, modò in ſummam altitudinem reſurgentem. Inde adjectivè & tropicè, idem quod bini vel duo, Tuende/tu. *Geminæ ſomni portæ: geminæ veſtes*, i. e. binæ, quarum altera indutui; altera amictui. *Ex unis geminas mihi conficies nuptias*, Tu Brylluper for it. Item, plures. Ut, *geminæ percuſſiones.* Item duplex; ut *dentes gemini*, de dubbelte Kindtænder. Sic, *ſerpens geminis pennis: Lucerna gemino lumine declarat diſſenſionem.* Et *janus geminus*, qui gemina facie pingitur. Item ſimilis, Lig/ Ligdan. *Par eſt avaritia, ſimilis improbitas, eadem imprudentia, gemina audacia.* Sed & hoc loco & aliis ſimilibus exponitur robuſtum & firmum, ut vox duplex, q. d. magna vel maxima audacia.

Gemelli & ſingul. Gemellus, idem: ſed deminuta ſubſtantia. Ut, agnus gemellus. Lidet Tuilling. Et *gemellæ vites*, quæ uvas geminas producunt.

Gemellar, ris, n. t. vaſis genus, ſic dictum, quòd duas ſeu geminas menſuras contineat.

Geminitudo, inis, Pacuv. geminorum affectio.

Gemino, as, act. pr. geminum facio duplicioq;, Giør dobbelt. *Verbera geminat*, Slaar tu for it. Et tropicè, firmo. Ut, *inſigni geminat concordia tædâ.*

Geminatio, onis, geminādi actus. Ut, *verborũ geminatio.*

Geminatus, a, um, quod geminavimus ſeu duplicavimus, Dubbeltgiort. *Geminata victoria: geminata arx: geminatus honor.* Et *geminatus ſol*, i. e. duo ſoles.

Compoſita.

Congemino, as, idem quod gemino. Ut, *tu peperiſti Amphitruonem, ego alium peperi Soſiam. Nunc ſi pateram peperit patera, omnes congeminabimus.* Item multiplico. Ut, *crebros enſibus ictus congeminant.*

Congeminatio, onis, actus ſeu ratio, qua aliquid congeminatur.

Ingemi-

Ingemino, as, act. pr. idem quod gemino, vel frequenter gemino, Giør dubbelt/ it i ander/ tu i it. *Ingeminant voces corvi,* Skriger ſkrig i ſkrig. Et neutraliter, *ingeminant auſtri & denſiſſimus imber,* De gaa i hin anden oc volmer op/ den ene tager den anden.

Quadrigeminus, a, um, Plin. idem quod quatuor ſimul ſumpta. Ut, *quadrigemina cornua,* i. e. quatuor.

Septemgeminus, a, um, quod ſeptem habet partes & membra. Ut, *Nilus ſeptemgeminus.*

Tergemini, orum, qui tres eodem partu nati ſunt, Trilling. *Tergemini fratres.*

Tergeminus, a, um, idem quod triplex, Tredubbelt/trefaldig. *Tergeminus vir: tergeminus canis: tergeminus ignis Jovis,* i. e. fulmen triſulum. Item *proles tergemina,* i. e. tres liberi: *tergemina victoria,* i. e. tres victoriæ.

Trigemini, orum, m. ſ. tres uno partu editi. Et *trigemina porta Romæ,* ſic dicta à tergeminis Horatiis & Curiatiis.

GEMMÆ, arum, cujus ſingul. gemma, f. pr. propriè oculi in arboribus & vite, quæ ſunt tubercula, quædam prodeuntia, à γέμειν, plenum eſſe ſcil. quia turgent, Knop paa træ. Inde translatè, lapillus omnis pretioſus, ſive perlucidus ſive non, ædelſteen. Aliter gemma arboris, à κῦμα, germen, vel calyx unde proruit germen.

Gemmula, f. pr. parva aut vilis gemma.

Gemmatus, a, um, gemmis ornatus, Beſat med ædelſteene. *Gemmata pocula; moneta gemmata: gemmati annuli.*

Gemmeus, a, um, quod ex gemma lapide eſt. Ut, *trulla gemmea.* Et *gemmea rotunditatis radix,* i. e. rotunda in modum gemmæ.

Gemmo, as, n. pr. de vitibus & arboribus dicitur, cum gemmas emittunt, Faar knopper. *Gemmant vites.* Et translatè, *herbæ gemmantes,* i. e. ſtillis roridis quaſi gemmis lucentes, pratumque varietate colorum ſvaviſſimè diſtinguentes, Som glimmer aff dug. Item *gemmantes aves: gemmantes alæ pavonis,* i. e. lucentes in modum gemmæ.

Gemmaſco, ſeu gemmeſco, gemmare incipio. Ut, *gemmaſcit arbor.* Item gemmæ duritiem ſeu formam acquiro. Ut, *lapillus gemmaſcit in cerebro Draconis, Bufonis,* Vorder til Steen.

Gemmoſus, a, um, gemmis multis exornatum. Ut, *gemmoſum monile,* Beſat med mange ædelſteene/fuldt beſat med ſteene.

Compoſita.

Bigemmis, mè, om. t. Colum. duas habens gemmas. Sic trigemmis. Ut, *in arboribus malleolus bigemmis, trigemmis.* Trigemmis dictus, non quòd omninò trium oculorum ſit, qvum ferè circa plagam, qua matri abſciſſus eſt, plenus ſit gemmarum: ſed quòd his exceptis, quibus eſt frequens in ipſo capite, tres deinceps articulos totidemq; gemmas habeat.

Progemmo, as, Colum. n. pr. gemmas emitto. Ut, *progemmant palmæ.*

GEMO, is, ui, itum, n. t. pr. corr. ex pectore mœrore repleto ſonitum inconditum & lugubrem edo, à γέμω, plenus atq; onuſtus ſum: aut à γόημι γοάω, ejuſdem ſignificationis cum Latino, Sucker. *Gemit damno: gemit damnum ſuum.* Et tropicè, conqueror cum dolore, Giffuer mig for. *Quod fecerim, gemo.* Item translatè, *gemit Cymba,* ſcil. cum nimis onuſta eſt. Et *gemunt navis gubernacula,* Huiner eller ſkryder. Item de avibus, quæ cantum habent flebilem; *gemit columba, gemit turtur,* Kurrer. Legitur & paſs. gemor. Ut, *ſtatus civitatis gemitur: libertas amiſſa gemitur à viris.* Aliter à κυμαίνω, fluctuo, æſtuo: ſcil. dictum tùm de animo, tùm de mari navibusq;.

Gemebundus, a, um, abundè gemens, Suckende ſuckt ſuck.

Gemiſco, is, n. t. idem quod gemo.

Gemitus, us, m. q. gementis affectio, Suck. Legitur & in Genit. gemiti.

Gemoniæ ſcalæ, vel gemonii gradus, locus in urbe Roma, ad quem corpora damnatorum unco impacto trahebantur ad carnificinam.

Gemurſa, æ, f. pr. tuberculum ſub minimo digito pedis, ſic dicta, quod gemere faciat eum, qui id gerat.

Compoſita.

Circumgemo, is, Horat. n. t. Ut, *circumgemit ovile,* i. e. circum ovile gemit.

Congemo, is, ſimul gemo & condoleo. Ut, *congemuit ſenatus frequens congemuit mortem.* Dicitur etiam translatè de arboris cadentis fragore. Ut, *evicta vulneribus ſeu ictibus congemuit.*

Ingemiſco, is, idem quod gemo, vel valdè, altè ſeu multùm gemo. Et translatè, graviter fero, Sucker/ haffue ner megit ont aff. *Ingemiſcit quoties me videt: civitas in una illa re ingemuit.* Et cum caſu: *interitum ejus ingemuimus omnes,* wi ſuckede ved. Sic *malo nulli ingemuit.*

GENA, æ, f. pr. corr. monticulus ſub oculis ſive oris pars eminentior oculis ſubjecta, à γένυς, mala, maxilla, Kindbacke. Item mentum propter affinitatem. Item pars vultus ab oculis ad mentum, quæ barba veſtitur, Kind/Kindbeen. Exponitur & ex Plinio, membrana tàm inferior, quàm ſuperior oculos tegens, øyenelog.

GENU, n. in ſingul. indeclin. Sed plural. t. decl. genua, uum, ubus: nodus corporis in quo fœmora deſinunt, à γόνυ, ejuſdem ſignificationis, Knæ. Legitur & genus imitatione antiquorum, qui & declinabant in ſecunda declinat. genus, ni.

Geniculum, n. ſ. parvum genu. Et peculiariter nodus in ſtipulis, caulibusq; herbarum, Læd eller knæ paa Straa/ oc ſtilcker.

Geniculatim, adverb. per genicula. Ut, *foliis geniculatim circumdata.*

Genicularis, ris, f. t. herbæ nomen geniculis plurimis conſtans.

Geniculatus, a, um, quod frequentibus eſt geniculis, vel geniculis diſtinctum. Ut, *culmus geniculatus: ſtipula geniculata.*

Genualia, orum, n. pl. faſces crurales, quibus ſcilicet infra genu caligæ conſtringuntur, Hoſebaand/ Knæbaand.

Geniſta, æ, f. pr. arbuſcula quædam humilis, ſeu frutex, ſic dicta, vel quòd genibus medeatur, vel quòd in modum genu flexilis ſit, Kiß mand giør figenkurffue aff/gyel.

Compoſita.

Congenulo, as, act. pr. veter. in genu dejicio, in genu cadere facio, Støder om paa knæ / ſlaaer en paa knæ. *Ipſe Regis ferit pectus adverſum congenulat, perculſu*

cuſſu dejicit Dominum. Et paſs. *multi adverſis plagis icti & congenulati.*

GEOMETRA, æ, & **Geometres**, æ, m. pr. γεωμέτρης, qui terram ſeu terræ ſpacia & fines metitur.

Geometria, æ, f. pr. ſcientia dimetiendi terram. Et latiore ſignificatione, ſcientia & ars alias etiam quantitates dimetiens.

Geometrice, ces, f. pr. idem.

Geometricus, a, um, quod ad Geometram vel Geometriam pertinet. Ut, *opus Geometricum*: *ratio geometrica.* Et abſolutè, *Geometrica, orum*, n. pl. præcepta Geometrica ſeu de Geometria. Ut, *didicit geometrica.*

Geometricè, modo geometrico. Ut, *geometricè rem omnem demonſtrat.*

GERMEN, [& antiquis Genimen, à quo & Germen deductum eſt] inis, n. t. ſurculus prægnans & generationis principium, Ny quiſt / ſpire / grøde / oc vdſpryng paa træ. *Germen inſitioni aptum*: *germen frondium, hortorum.* Aliter deducitur quaſi Gerimen à Gero.

Germanus, a, um, iſſimus, ex eodem genere & ſtirpe eadem ortus, quaſi ejusdem germinis: diciturque de fratribus & ſororibus. Ut, *frater germanus*, Kiødelig Broder. *Soror germana*, Kiødelig Søſter. Et translatè, verus ac ſincerus. Ut, *germana juſtitia, patria*: *germani artis magiſtri*, Eigentlig / ſelffiamme. Item congruens. Ut, *memoria literaturæ germana*, Ret Staldbroder eller Syſter der til. Sic, *illud germanum erat conſiliis Catilinæ. Antiochus erat germaniſſimus Stoicis.* Et *hoc illi germanum*, Det er hans Natur / det er hannem eigentlig/medgiffuen.

Germanè, modo germano & fraterno, ſincerè. Ut, *germanè fraterneq; ad te ſcripſi.*

Germanitas, atis, f. t. germani virtus, conjunctio & vinculum, tùm propriè, tùm translatè, Broderſkab/ idelſandhed.

Germino, as, n. pr. germen emitto, Giffuer ny græne/grøder/grødis. *Germinat arbor.*

Germinaſco, is, n. t. idem. ἄδηλον.

Germinatio, onis, germinandi actus, vdſpryng.

Germinatus, us, m. q. idem.

Compoſita.

Congermino, as, ſimul germino. Item translatè, coaleſco & conſocior. Ut, *congerminati & conjuncti Rempubl. tenent.*

Congerminaſco, is, apud Nonium pro conſocio. Ut, *facite exempla eorum, ut cum illis congerminaſcere ſciatur.*

Egermino, as, quaſi extra germino, ſeu in altum germino, vdſpiris. *Caput trunci egerminat*: *malleolus depoſitus egerminat.*

Prægermino, as, Plin. antegermino. Ut, *prægerminat arbor.*

Progermino, as, Colum. germen produco. Ut, *progerminat ſureulus*, Springer vd/ ſpringer frem.

Regermino, as, iterum germino. Ut, *arbor ſucciſa regerminat.*

Regerminatio, onis, regerminandi actus.

GERO, is, geſſi, ſtum, act. t. pr. corr. propriè manibus aliquid tracto verſóve, quaſi chero, à χείρ manus, & χειρίζω, manu tracto, unde & Gerones Gloſſario

dicti χειραγωγοὶ, q. d. Handler. Inde ſimpliciter manu aliquid fero, Bær. *Annulum gerit digito. gerere veſtes*, Drage / bære / haffue klæder paa. *Gerere nomen aut decus*, haffue naffn oc ære. *gerere alicui morem*, i. e. obedire. Et tropicè quovis modo tracto verſoq; , adminiſtro, handler / beſtiller / forſtaaer. *Gerere cauſam, rem, negotium, magiſtratum, Rempubl.* Sic *gerere legationem*, i. e. fungi legationis munere: *gerere amicitias aut inimicitias cum aliquo*, holde Venſkab eller Fiendſkab med nogen. *Malè aut benè ſe gerit*, Skicker ſig ſaa / bær ſig ſaa adt / tager affſted / ſkaaer ſig ſaa. Sic, *adverſus aliquem ſe gerit.*

Geraria, æ, f. pr. Plaut. puella pueris gerendis inſerviens, Barnepige. Legitur & Ceraria.

Gerulus, m. ſ. veterib. proprie qui aliquid tractat verſatq;. Inde peculiariter qui onus aliquod gerit & portat mercedis gratia, Dragere.

Gerundium & gerundivum, voces ſunt artis Grammaticæ.

Geſtio, onis, gerendi actus. Ut, *negotii geſtio*, Handling/forhandling.

Geſtor, oris, m. t. qui gerit, ſeu gerere ſolet. Ut, *criminum geſtor, qui linguâ quaſi, crimina geſtat & exprobrat divulgatq;*, vdfører / bær om by.

Geſtorius, a, um, quod geſtoris vice fungitur. Ut, *navis geſtoria*, eadem quæ vectoria, Ferge

Geſtus, a, um, quod geſſimus, Giort / handlet / bedreffuen. *Res benè geſta eſt. mos tibi geſtus*, Mand haffuer lydt dig ad. Et amiſſo tempore, *res geſtæ.* Item abſolutè, *geſta, orum*, n. pl. Bedrifft.

Geſtus, us, m. q. peculiariter motus quidam corporis intimos affectus tacitè repræſentans & ſignificans, quaſi quo talem ſe gerit aliquis, Facter/noder/lader.

Geſtuoſus, a, um, geſtibus abundans, Nodefuld. *Manus geſtuoſæ*, Som haffuer allehaande noder paa ſig.

Geſticulor, aris, dep. pr. geſtus facio, haffuer Lader oc noder paa mig/ giør mig til/ Noder mig. Unde *geſticulatus eſt Nero carmina in defectionis Duces*, i. e. ad numeros carminis ſaltabat & modulis corpus adaptabat.

Geſticulator, oris, m. t. qui geſticulatur, Som ved at neje/bucke/ klappe oc giøre ſig til med ſine lader oc noder. Et peculiariter, qui mirâ manuum pedumq; volubilitate & argutiis populum oblectat, Gygler.

Geſticulatrix, icis, f. t. quæ geſticulatur.

Geſticulatoria, æ, f. pr. ars geſticulandi, Gyglerj/Gyglen.

Geſtio, is, ivi, & ſtii, n. q. peculiariter geſtibus lætitiam oſtendo, & ſubita felicitate exhilaratus nimio corporis motu præter conſvetudinem exſulto, Springer aff glæde/klapper med hænderne/ hoffverer. *Alter lætitia geſtit, alter dolore cruciatur.* Item geſtiendo cupio, haffuer lyſt til at haffue eller giøre/giør mig til oc vil haffue noget. *Geſtio ipſum mihi dari in conſpectum.* Et *geſtiunt pugni*, h. e. cupiunt verberare.

Geſtito, as, valde geſtio, & geſtiendo imitor referoq;. Ut, *volucrum vocem geſtitat*, Effter giør.

Geſto, as, act. pr. ſæpè, frequenter gero. Ut, *geſtare annulum; geſtare in utero fœtum*: *geſtare in manibus puerum*, bære: Sic *geſtare rumores*, bære tidende. *Geſtare aliquem in oculis*, haffue en altid i ſict / eller altid omgaaeß. *Geſtare verba, ſermones*, i. e. fingere & divulgare; *Geſtare vitia*, i. e. patrare.

Geſta-

Geſtatio, onis, geſtandi actus, Bærelſe. Item locus in quo geſtabantur homines ſanitatis vel voluptatis gratia: eâ ſcil. formâ, qua dicitur cænatio & ambulatio.

Geſtatus, a, um, quod geſtavimus. Ut, *equis geſtatus fuit Regulus.*

Geſtatus, us, m. q. idem quod geſtatio.

Geſtatorius, a, um, quod ad geſtationem pertinet. Ut, *ſella geſtatoria*, in qua aliquis geritur, Bare. Et abſolutè *geſtatorium*, pro lectica, ſella aut carruca, Bare/Roßbare. *Scalæ geſtatoriæ*, quæ mobiles ſunt & transferri poſſunt, Stige.

Geſtamen, inis, n. t. quicquid geritur, ut arma, veſtes, ſceptrum, clypeus, Dragt.

Compoſita.

Aggero, is, act. t. ad aliquid gero, Bær eller fører til. *Lutum & limum, item aquam his aggerebant.*

Aggeſtus, a, um, quod aggeſſimus, Tilført. *Aggeſta terra.*

Agger, ris, m. t. terræ aut cujusvis rei coacervatio & aggeſtio ad loca munienda, nec non oppugnanda, Vold/Skandze/Stige. *Aditus hoſtium aggeribus prohibetur: oppidum aggere, vineis, turribus oppugnavi.* Et translatè, *Græcia agger Italiæ oppugnandæ:* quod ea aptiſſima eſſet, ex qua tanquam ex loco ſuperiore bellum Italiæ poſſet inferri. Item agger media viæ eminentia ex aggeſtis lapidibus ſtrata, etiam utrinq; foſſata.

Aggero, as, act. pr. quaſi aggerem facio. Unde *aggerare arborem vel circa arborem*, eſt foſſis aggeſta terra circumdare fructificandi gratia. Et translatè *aggerare iram dictis*, i. e. augere. Et *aggerare aliquem dictis*, i. e. aggravare, Betynge.

Circumaggero, as, Plin. circum aliquid terram aggero. Ut, *ſimo circumaggerare radices*, Møge runden om paa roderne.

Exaggero, as, quaſi aggerem ſtruo. Et translatè, amplifico & verbis aliquid magnum facio, Giør ſtort aff/forvider/forhøjer/betømmer. *Orationem, artem, virtutem, beneficium, rem familiarem exaggerat.*

Exaggeratio, onis, actus quo aliquid exaggeratur. Ut, *exaggeratio animi in contemnendis & deſpiciendis doloribus*, Modighed. Eſt & Schema Rhetoricum.

Exaggeratus, a, um, quod exaggeravimus, Forhøjet/formeeredt. *Exaggeratus virtutibus animus exaggerata oratio*, Prectig eller vitleſtig tale/ſom giør alt formegit aff.

Circumgeſto, as, circum loca geſto, Bær omkring. *Circumgeſtare epiſtolam.*

Congero, is, in unum gero, Sancker ſammen/bærer vdi hob. *Congerere aurum, veſtes, penum.*

Congeſtus, a, um, quod congeſſimus. Ut, *granatritici in os Midæ congeſta.*

Congeries, ei, f. q. res quæ congeritur, ſeu congeſta eſt, Hob. *Congeries pulveris, ſylvæ.*

Congeſtus, us, m. q. idem. Ut, *congeſtus culmorum, arenæ, &c.*

Congeſticius, a, um, quod congeſtu conſtat. Ut, *congeſticia humus*: *congeſticius locus.*

Degero, is, Plaut. idem quod gero, vel aliquò gero. Ut, *ornamenta mea ad meretrices degerit*, Henbær. Sed & hic legitur *digerit apud Meretrices.* Item apud Feſtum legitur degerere, pro exſpectare, ſed fortaſſe corruptè, pro degere.

Digero, is, quaſi variè gerens ordino, Setter i laſſue/huert paa ſit ſted/eller i rad effter hin anden. *Digerit libros, mandata, Rempubl.* Et *digerit in numerum*, Giør paa verſ. Et translatè, concoquo, Fortærer/fordøer. *Digerit cibum*: *digerit cruda ſtomachus.*

Digeries, ei, f. q. Macrob. idem quod digeſtio.

Digeſtio, onis, digerendi actus. Ut, *digeſtio librorum*, quâ digeruntur, Ordentlig beſtriffuelſe. *Digeſtio cibi*, fordøning.

Digeſtus, a, um, quod digeſſimus, Sat i laſſue/døjet/fordøedt. *Libri digeſti*: *cibus digeſtus.*

Indigeſtus, a, um, non digeſtus, vlaffuedt/wordnet/vtilgiordt. *Indigeſta materia*: *indigeſta moles.* Et *indigeſtus cibus*, Som icke vil fordøis i Maugen/vdøelig.

Indigeſtè, adverb. modo indigeſto, wordentlis gen/vden laſſue. *Indigeſtè agit, facit, loquitur.*

Egero, ſive Eggero, is, extra gero, Bær vd. *Stercus ex columbario egeritur*, vdmøgis. *Fons egerit aquam*, giſſuer aff ſig/ſpruder vd eller fra ſig.

Egeſtio, onis, egerendi actus, Vdbrædelſe. *Facultates ſuas adjuvat egeſtione publicarum opum.*

Egeſtus, us, m. q. Sen. idem.

Ingero, is, quaſi aliquid in aliud gero, & ſæpè vi quadam vel copiâ. Ut, *cibum ingerunt ægroto*, Nøder hannem mad paa til at æde. *Ingerere ligna foco*, bære flux væd til ilden i ſtor menge. *Ingerere ſolo ſemen*, ſaae tinckt i Jorden. Et translatè, *ingerere convitia alicui.* Et *ingerere mala ſeu dicta in aliquem*, Offuerſtende/offuerfuſe en med mange ord.

Ingeſtus, a, um, quod ingeſſimus, Paa nødt. *Nomen Patris patriæ à populo ſæpius ingeſtum repudiavit Tiberius.*

Superingero, is, aggregatione ingero: Ut, *superingerunt leguminum acervos*, Fylder paa hin anden.

Ingeſtabilis, le, om. t. non geſtabilis, quòdq; geſtari non poteſt: Ut, *onus ingeſtabile.*

Integerinus paries, Feſto, qui inter confines ſtruitur & quaſi intergeritur, aut quia intergerit onus duorum ædificiorum.

Prægeſtio, is, valdè geſtio, cupio. Ut, *prægeſtit animus videre juvenes iſtos*: *vitulus prægeſtit ludere in ſalicto.*

Progero, is, Colum. porrò vel foras gero, Bær vd/bær frem. *Oleum urceis progerebatur*: *apes progerunt defunctos.*

Regero, is, retrorſum gero & ago, Giffuer igien/driffuer tilbage. *Regerit ipſi convitia.* Item ſcriptis mando quod quis legendo audiendóve didicit, Før ind oc beſatter i Skrifft.

Regeſtus, a, um, quod regeſſimus. Ut, *term regeſta*, quæ eodem relata eſt, unde fuerat egeſta, ført tilbage i ſit hull. Et *regeſta crapula*, quæ vomitu ejecta eſt, giffuer aff ſig igien huad mand haffuer ædet oc drucket formeget. Et abſolutè *regeſtum*, pro terra ex ſulco egeſta & in aliquantulam altitudinem elevata. Item *regeſtum* Jurisconſ. quod in tabulas commentariósve relatum eſt. Unde *regiſtrum*, quod Latinè dixeris commentarium & tabulas, Regiſter paa Regnſkab eller andet/Tegnebog.

Suggero, is, in auxilium alicui aliquid aggero & ſubminiſtro, Før til/bær til. *Suggerebat mihi ſumptus.* Et *huic ſententiæ rationes ſuggerit*, i. e. ſubjicit. Item in memoriam revoco, Paaminder om noget. *Si memoria defecerit, tuum eſt ut ſuggeras*: *Suggerit facienda, dicenda.* Et *ſuggerebantur ſæpè damna aleatoria.*

Suggeſtus, a, um, quod ſuggeſſimus. Ut, *verba ſuggeſta ſunt quæ dicentur.*

Sugge-

Suggeſtum, n. ſ. locus editior, unde oratio ad populum ſolet haberi, ſic dictus, quòd congeſtâ materiâ conſtet, vel quod inde populo ſuggeratur, quod in rem ejus eſſe poſſit, Prædickeſtoel. Dicitur & de alio quocunq; loco editiore, ubi quid ſpectandum proponitur.

Suggeſtus, us, m. q. idem. Et translatè, *Suggeſtus comæ*, pro coma ſylvarum & arborum, Skow top.

Suggrunda, ſive ſubgrunda, dæ, f pr. pars tecti eminentior, quæ ſtillicidium arcet, ne quid parieti nocumenti fiat, quaſi ſubgerundia, quòd ſubgeratur, Tag ſkæg oc ſkalcke paa tagſpær.

Suggrundatio, onis, f. t. conſtructio ſuggrundiæ.

Suggrundaria, orum, n. pl antiqui dicebant, ſepulcra infantium, qui nec dum quadraginta dies impleviſſent, quæ nec jam buſta dici poterant: quia oſſa, quæ comburerentur non erant: nec tanta cadaveris moles, quâ locus tumeſceret.

Suggrundia, orum, n. pl. idem quod ſuggrunda.

Supergero, is, amplius aggero, vel cumulatè aggero, quaſi ſuper aliquid aliud gero & jaceo, Oproger paa hin anden. *Supergere terram.* Et *ſupergeſta terra*, Offuer troget.

Compoſita cum aliis dictionibus.

Aliger, a, um, Virg. quod habet alas. Unde *aliger cupido*: *aliger amor.*

Antigerio, antiquis pro valdè, & ſtatim quaſi antequam res gerantur.

Armiger, ri, m. ſ. qui lanceam, ſcutum, galeamq; ferens, armatum equitem in prælio ſequitur, Vabendrager.

Auriger, a, um, aurum gerens. Ut, *arbor aurigera*: *taurus auriger.*

Barbiger, a, um, Lucret. barbam habens. Ut, *barbigeræ pecudes.*

Belliger, a, um, Martial. idem quod bellicoſus.

Belligero, as, n. pr. bellum gero, Kriger/ Feider. *Belligerat cum Ætolis.* Et impersonal. *cum Gallis tumultuatum magis quàm belligeratum.*

Claviger, a, um, qui clavam gerit, Som bær och haffuer Rodkylle. *Clabiger Hercules.*

Corniger, a, um, cornua gerens & habens, Hornet. *Corniger hircus.* Et translatè, *Flavius corniger*, qui duobus decurrit brachiis.

Criniger, a, um, multos crines gerens ſeu habens. Ut, *homo criniger.*

Damnigerulus, a, um, damnum adferens. Ut, *Gerro damnigerulus*, Skadelig/ en fore i ſkade.

Famigero, as, act. pr. Unde *famigeratus* pro famâ celebratus. Et Plaut. *famigerator*, qui famam alicujus rei ſpargit, Vdraabere.

Famigeratio, onis, famigerandi actus, Vdraabelſe. Es Apul. *famigerabilis*, pro famâ claro & noto, Klaffnfundig.

Flammiger, a, um, flammam gerens. Ut, *Sol flammiger.*

Flammigero, as, n. pr. Gell. flammam gero. Ut, *Ætnæ noctu flammigerat.*

Floriger, a, um, qui gerit flores.

Fluctigerus, a, um, quod fluctu geritur. Ut, *fluctigerus pabo.* ἄδηλον ex Cicerone.

Laniger, a, um, quod lanas gerit & fert. Ut, *arbores lanigeræ*: *Lanigeri greges*: *lanigeræ oves.*

Lauriger, a, um, laurum gerens: Ut, *laurigeri triumphi*: *Lauriger Phœbus.*

Liniger, a, um, lineas veſtes gerens. Ut, *turba linigera*, pro ſacerdotibus lineis indutis. Sic *Iſis linigera.* Et *grex liniger.*

Morigeror, aris, dep. pr. morem gero, ſeu mores meos ad alterius compono, Adlyder/lemper mig effter. *Ipſe mihi monigeratur. Oratio aurium voluptati morigerari debet.*

Morigerus, a, um, qui morigeratur, ſeu morem gerit, Lydig/ oc ſom laffuer oc lemper ſig effter anden/ſylgactig. *Mihi ſemper fuit morigerus.*

Naviger, a. um, qui navem fert aut ſuſtinet. Ut, *mare navigerum.*

Nubigeri clypei, qui toti candidi, ſine omnibus inſignibus, quos & Virgilius vocat inglorios.

Nugiger, a, um, Cic. Ut, *manus nugigera*, i. e. vana, & quæ ſeipſam fefellit. Sed ſuſpecta eſt lectio.

Nugigerulus, a, um, qui nugas circumfert, Squalderer/ Sladderhanck/ Bußmere.

Penniger, a, um, pennas gerens. Ut, *Volucris penniger.*

Plagiger, a, um, Plaut. plagas ferens, i. e. vulnera. Ut, *plagigera genera hominum.* Sic Plagigerulus.

Plantiger, a, um. Ut, *arbor plantigera.*

Rumigero, as, veteribus, rumores fero.

Rumigerulus, a, um, qui rumorem gerit, en før omby-

Salutiger, a, um, Apul. qui ſalutem alicujus juſſu nunciat & renunciat.

Salutigerulus, m. ſ. Plaut. idem.

Sandaligerulæ, dictæ ſunt ancillæ, quæ Dominæ ſandalia gerebant.

Scutigerulus, Plaut. pro armigero, quaſi qui ſcutum Domini gerit.

Securiger, a, um, gerens ſecurim. Ut, *puellæ ſecurigeræ*: *ſecurigera dextra.*

Serpentiger, a, um, qui ſerpentes gerit. Ut, *ſerpentigeri gigantes.*

Spumiger, a, um, ſpumas gerens. Ut, *fons ſpumiger*: *ſus ſpumiger.*

Squamiger, a, um, quod habet ſquamas. Ut, *ſquamigerum genus. ſquamigerum pecus*, i. e. piſces.

Stelliger, a, um, ſtellas gerens. Ut, *cælum ſtelligerum: polus ſtelliger, axis ſtelliger pro cælo.*

Sylviger, a, um, ſylvas proferens. Ut, *montes ſylvigeri.*

Thyrſiger, a, um, gerens thyrſum & haſtam Bacchicam. Epitheton eſt Bacchi.

Tridentiger, a, um, tridentem gerens. Epitheton Neptuni.

Turriger, a, um, turres gerens. Ut, *humeri turrigeri Elephantorum*, *turrigeræ nubes*: *turrigeræ carinæ.* Et *turrigera cybelæ*, i. e. tellus, ſic dicta, quod turres & urbes gerat. Sic *frons turrigera cybeles.*

Verbigero, as, n. pr. Apul. verba facio, ſive verbis contendo. Ut, *memorare nolo quàm diu & quoties inter nos verbigeratum eſt.*

GERRÆ, arum, f. pr. γέρρον, crates vimineæ, Flager. Et peculiariter, quibus milites utuntur pro munimento, aggeſta terra, Skandzkurffue. Item omne munimentum ex vimine, etiam ſcutum vimineum, Skiold aff vender. Item Bryſtverck aff flettedt vier/ eller andet ſaadant. Ponitur &, Translatè, pro re frivola & inutili hac occaſione: Athenienſes cum Syracuſas obſiderent & crebrò gerras poſcerent, irridentes Siculi, gerras clamitabant, unde factum, ut gerræ pro nugis & contemptu dicantur. Hinc *tuæ blanditiæ mihi gerræ ſunt germanæ*, Kladder/ ſladder / ſom haffuer inter paa ſig. Item tropicè, pro homine nihili.

Gerro, onis, m. t. qui gerris, h. e. frivolis verbis utitur, Sladder/ Sladderhanck/ wnyttig ſqualderer. Legitur & Cerrones pro Gerrones.

Compoſita.

Congerro, onis, m. t. qui cum aliquo familiariter garrit & verſatur, quaſi gerris utens, Snackbroder / fortvillig raad. Aliter ſcribitur congerones, & ſimplex gerones à gero, quaſi qui ad ſe multa congerunt, vel multa fingunt.

GIBBUS, m. ſ. tumor dorſi ex ſpinæ inflexu, à κυφὸς, gibboſus, incurvus, Bulck paa Ryggen / Rygge-bunck eller bancke. Accipitur & translatè, pro quovis alio corporis tumore. Ut, *mediis in naribus ingens gibbus.* Item adjectivè, convexus ad modum gibbi, Rygget. *Calvaria extrinſecus gibba.*

Gibber, a, um, gibbo deformatus, Skrukrygget/eller Kraagrygget/ och ſom haffuer en bulck paa Ryggen.

Gibboſus, a, um, idem.

Compoſita.

Regibber, a, um, qui introrſum incurvus eſt, forma nimirum gibbo contraria, Suegbagedt/dybryggedt/ hulryggedt/ dalbagedt. *Equs regibber*, Suegbagedt Heſt.

GIGAS, antis, m. t. γίγας, homo immani proceritate, fingiturq; ex terra ſine homine parente editus in Deorum perniciem, Kæmpe / Riß / Jette. *Fraterculus Gigantum*, pro ignobili homine, qui paulò majore eſt ſtatura, En ſtor Slyngel.

Giganteus, a, um, pen. prod. ex Græcorum ει, quod eſt Gigantis. Ut, *bellum giganteum*, quod Gigantes gerebant. Et *giganteæ furiæ*, quæ gigantes excitabant.

GIGERIA, orum, n. pl. Lucill. ventriculus ſeu inteſtina gallinarum, quæq; cum his coquuntur à γύρος per reduplicationem, i. e. orbicularis, & in ſe revolvens: vel à lapillis & ſcrupis, quos γογγρύλις ſimiles continet ventriculus, ſic dicta, Hønſe fraſe. Hermolaus Barbarus legit Gigleria. Item expoſitore Feſto, Gigena, ex multis obſoniis decerpta.

GIGNO [antiquis Geno] genui, genitum, act. t. conformem mihi ſpeciem ratione naturæ ex me produco, à γεννάω, ejusdem ſignifiaationis, ſive à γένομαι γίνομαι, gignor, naſcor, Affler / føder. *Piſcis ova gignit: Jupiter Herculem ex Latonâ genuit: genitus eſt mihi filius.* Item tropicè, produco. Ut, *Deus vel natura nos, urbem animumq; genuit*, Skabte / giorde. Sic, *gignis nobis novas opiniones, præceptiones: pax & concordia gignitur. Genitur & gnitur* veteribus pro gignitur. Et *gnixus* pro genitus.

Genitor, oris, m. t. qui gignit. Et peculiariter pater qui genuit, Fader. Item qui producit. Ut, *Græci omnium vitiorum genitores.*

Genitrix, icis, f. t. mater, quæ genuit, Moder. Item quæ producit. Ut, *Ceres frugum genitrix.* Scribitur & genetrix.

Genitura, ræ, f. pr. gignendi vis ſeu ratio, Affling. Et translatè ſemen animalis, quod ſcil. in ſe gignendi vim habet, quod & græca voce ſperma dicitur, Sæd.

Aſtrologis etiam genitura dicitur, tempus quo quis naſcitur quod & græcâ voce Horoſcopus dicitur, Fødzels ſtund.

Genitus, a, um, quod genuimus produximusq;, Født/ afflet/ ſkabt/giort. *Genitus annos nobem: genitus ad perdenda vina: genitus ad ſuperbiam*: Et *geniti dentes in palato.*

Genitivus, a, um, quod vim gignendi habet. Ut, *genitivus humor*, Affleſom. Item à natura ingenitus. Ut, *notæ genitivæ*, Medfødde. Item gentilitius. Ut, *agnomen genitivum*, Fæderne eller Affroms naffn. Et Grammat. *Caſus genitivus*, qui gignentem notat affectionem.

Genimen, inis, n. t. veterib. interpret. Bibl. idem quod progenies. Ut, *genimen viperarum*: *genimen vitis*: idq; fictum ad Græcorum γέννημα, ejusdem ſignificationis.

Genitalis, le, om. t. quod genitum ſpectat. Ut, *genitale ſolum.* Fødeſted/ Fødeby/ Fæderneland. *Genitale ſemen*, quo quid gignitur, Sæd. *Genitalia membra*; Et ſingul. *genitale*, virilia ſunt & muliebria, Hemelig Lem paa Mand eller Quinde. Item *genitale arvum*, pro natura muliebri, ubi ſcil. gignitur fœtus, Moderen. Item translatè, *genitalia ſemina terræ*, ſcilicet quæ terra ad gignendum poſcit, Sæd. Et *genitalia corpora*, pro elementis, utpote corpora, ex quibus omnia genita & producta ſunt, quæq; vim gignendi in ſe habent rerum omnium.

Genitaliter, adverb. Lucret. pro genitali modo, ſeu gignendi vi. Ut, *ſemina ſeminibus genitaliter commiſcentur.*

Genii, cujus ſingulare Genius, m. ſ. Dæmunculi quidam Ethnicis credebantur aſſignati hominum genituræ, eorumq; actus & fortunas recturi per totum vitæ tempus: ſic dicti, ſive quòd genitos in ſua haberent poteſtate, ſive unà cum genitis gignerentur, Følge. Inde Chriſtianiùs accipitur pro angelis bonis, quorum miniſterio res & fortunas Chriſtianorum Deus procurat, Gode Engle. Rejicitur tamen aliis dictio in hac ſignificatione, ut ſuperſtitione Ethnica plena, ejusq; loco Græca vox Angelus adhibetur, de quo ſuo loco. Aliàs Genius ſcriptoribus etiam ſignificat naturam ipſam hominis, quâ beatè vivere cupit homo, Aadt. Unde illa: *Indulgere Genio*, pro facere quod natura requirat. *Defraudare Genium*, eſt derogare naturæ quod vult illa. Et *belligerare cum genio ſuo*, eſt naturæ repugnare. Item translatè dicitur *liber ſuum habere genium*, cum inventurus ſit & habeat, qui ei gratiam conciliet & quaſi ſucceſſus fortunet.

Genialis, le, om. t. quod genio & naturæ beatæ convenit. Ut, *dies genialis*, Lyſtig oc glad dag. *Cœna genialis*, idem quod ſaliaris & opima: *genialis torus*: *lectus genialis*, Brudſeng/ Ecteſkabs Seng: quiq; ſternebatur in honorem genii. *Genialis homo*, qui lautè vivit, quiq; hoſpitalis eſt & dapſilis, Rund oc gaffmild/ giæſtefuld/ god vert. *Muſa genialis*, *Rus geniale*, i. e. voluptatis plenum, & in quo quis genialiter vivere poteſt, Frydefuld. *Genialis pecudum copia*, i. e. fœcunda. *Genialis hyems*, quæ facit hominem genialiter vivere laboribus & operibus prohibitum.

Genialiter, adverb. geniali modo, Lyſtigen. *Feſtum genialiter agit.*

Gens, tis, f. t, populus eſt ſui, & ab aliis diſcreti generis, Itſlags Folck / ſaa ſom Velſke / Tydſke / Danſke. Item familia. Ut, *gens Valeria, ælia*, pro Valeriorum & Æliorum familia. *Homo ſine gente*, i. e. ignobilis, ſine certa familia. Item translatè, de

apibus

apibus: *inteſtino bello totæ gentes conſumuntur.* Item de piſcibus: *gens humida ponti*, i. e. piſces. Item Eccleſiaſticis dicuntur *Gentes* omnes populi qui non ſunt Chriſtiani, Græco etiam nomine Ethnici, Hedninge. Aliter deducitur immediatè à γέν, genus.

Gentilis, le, om. t. quod eſt genti alicui peculiare. Ut, *tympana gentilia*, i. e. gentis illius propria. Et abſolutè, *Gentiles*, qui ex eadem ſunt familia, & ejusdem nominis, Som ere aff Slect och Byrd med hin anden/ Slect och Byrd. Item, qui ejusdem ſunt nominis etiamſi ex eadem non ſint familia, Naffne/ſom haffue naffne ſammen. *Sacrum gentile*, quod familia aliqua privatim obſervat. *Sacerdotium gentile*, *vel gentilitium*, quod quis ab avorum origine habet. Item Eccleſiaſt. *Gentilis*, qui non eſt Chriſtianus, aliàs Græco nomine Ethnicus, Hedning.

Gentilitas, atis, f. t. gentilium conjunctio & neceſſitudo, Slect/ Byrd. Item multitudo ipſa, vel familiæ, vel gentis, ſive nationis alicujus, Landz folck.

Gentilitius, a, um, quod eſt ex gente & familia. Ut, *gentilitia nomina*, quæ gentis originem & familiam declarant, Stamme naffne/ Slect oc Byrd oc Affkoms naffne. *Sacra gentilitia*, quæ alicui genti ſeu familiæ ſunt peculiaria. *Gentilitium ſacerdotium*, quod quis jure gentis & familiæ habet. Item *gentilitium*, quod alicui genti ſeu familiæ eſt proprium, J Slecten. *Illi gentilitium eſt, eruditè ſcribere.* Et *in Serranorum familia gentilitium eſt fœminas lineâ veſte non uti*, Det Slectis viiß oc art.

Genuinus, a, um, quod cuiquam ingenitum eſt & naturale: adeoq; non aſcititium, non ſpurium, Medfødt/ Eigentlig eller egens. *Genuinus ſermo*, *genuinus honor*, quem natura alicui deſignat, ſeu quem quis à natura habet. Ut, *genuinus eſt honor*, *ut pater ſuperiorem locum obtineat filio.* Item *dentes genuini*, qui in intima gingiva in homine gignuntur noviſſimi, Inderſte Kindtænder. Sed in hac ſignificatione aliter fit deductio à genis, ſcil. à quibus dependent. Dicimus autem *genuino rodere*: *vel genuinum in aliquo frangere*, pro alicui clàm detrahere: quia dentes hi genuini ſunt velut occulti, Hemmeligen tygge en anden.

Genus, eris, n. t. genitorum ab uno origine & principio ratio. Affkom/ Herkomſt/ Byrd/ Slect. *Oreſtes à Tantalo ducit genus.* Et abuſive multitudo cognatione quadam & legibus ab aliis diſcreta. Ut, *Romanum genus*: *Trojanum genus*, Jt ſlags indbunden Folck. Sic dicitur, *Plato eſt genere Athenienſis.* Item Dialecticis, translatè univerſalitas plures ſub ſe ſpecies continens. Ut animal eſt Genus; homo ſpecies: q. d. Dyr er et Slect ſom befatter mange: Men Menniſker et ſlags i ſame dyrß Slect. Et oratoribus vicevers, ſpecies ſub aliquo genere, Jt ſlags. *Genus coloris*: *genus mortis.* Item Grammaticis, ſexus quædam ratio, ſeu ſexum diſtinguens. Ut, *genus maſculinum*, *fœmininum*, *neutrum.* Aliter immediatè à Græco γέν, ejusdem ſignificationis.

Generalis, le, om. t. quod ad genus pertinet, ſeu eſt univerſi generis, ad omnes nimirum pertinens, Almindelig. *Generalis ſocietas.*

Generaliter, adverb. *Definit & loquitur generaliter*, Almindeligen / i almindelighed.

Generatim, adverb. idem & per genera. Ut *generatim agit de negotio hoc.* Item per ſpecies, Styckviß/huer for ſig ſeerdelis. *Generatim diſcite*, *qui cultus agrorum.*

Gener, ri, m. ſ. filiæ meæ vir, quaſi generis propagator, Daatter mand/ Suoger.

Genero, as, act. pr. genus propago. Ut, *generat homo ſibi ſimile*, Affler/ føder. *Hominem generabit & ornabit Deus*, Skabte. Et translatè invenio. Ut, *illi rudes ſolâ mentis naturâ ducti ſunt*, *ut tàm multa generarent*, Paaſinde oc komme til veje.

Generatio, onis, generandi actus, Afflen. *Avium generatio ſimplex.*

Generator, oris, m. t. qui generat. Et peculiariter, pater.

Generatus, a, um, quod generavimus. Ut, *generatus mundus. gramen in olea generatum*, Voxt.

Generabilis, le, om. t. quod facilè generatur.

Generaſco, is, n. t. Lucret. pro naſcor, Fødis/ Afflis.

Generoſus, a, um, per excellentiam genere clarus, ſeu quod genus ſuum perfectè repræſentat, Velbyrdig/ eller Slecter vel/ artig. *Titulis generoſus avitis*: *Equus generoſus*: *pecus generoſum*: *mare generoſum*: *arbor generoſa*: *vitis generoſa*: *vinum generoſum*, Som Slecter/ arter vel/ artig/ ſom icke vanſlecter. Inde peculiariter ſignificat magnanimum, & qui altiore eſt animo, Mandelig/ modig. *Rex generoſus.*

Generoſe, adverb. modo generoſo: Ut, *generoſè periit*, i. e. generoſo animo.

Generoſitas, atis, f. t. generoſi habitus & virtus. Ut, *vitium generoſitas*, Medfødt oc indfødt godhed/ artighed. *Tauri generoſitas*, Modighed.

Compoſita.

Antegenitus, a, um, priore loco genitus.

Antegenitalis, le, om. t. Plin. Ut, *antegenitale experimentum.*

Congenero, as, antiquè pro adjungo, aſſocio. Ut, *eum mihi congenerat affinitas*, Tilføjer.

Congener, ris, om. t. quod eſt ejusdem generis, Sammeſlags.

Degener, ris, om. t. quod ſuo generi virtute non reſpondet. Ut, *filius degener*: *canis degener*: *animus degener.*

Degenero, as, n. pr. degener ſum vel fio, Vanſlecter. *Degenerant filii à gravitate paterna.* Et translatè, *degenerant poma*, i. e. deterioris fiunt ſaporis. Item ſimpliciter à genere diſcedo, etiam malitioſo. Ut, *ne degeneraveris à familia imperioſiſſima & ſuperbiſſima.*

Ingenero, as, act. pr. in re aliqua genero, Jføder/ indføder. *Non ingenerantur hominibus mores.*

Ingeneratus, a, um, quod ingeneravimus. Ut, *ingenerata ei familiæ frugalitas*: *animus eſt ingeneratus à Deo.*

Ingigno, is, in aliquo aliquid gigno, Jføder eller i bær. *Natura cupiditatem veri inveniendi homini ingenuit.*

Ingenitus, a, um, quod nobis ingenuit natura, Jfødt/ Jbaaren. *Solo ingenita ſterilitas*: *homini ingenita nobilitas.*

Ingenium, nii, n. ſ. vis rei alicui ingenita ad hoc vel illud exſequendum, Art oc Natur. *Ingenium hominis*: *ingenium equi.* Sic *ingenium loci*; *ingenium ſoli*; *ingenium agrorum*, *arborum*, &c. Deris art enten til det onde eller gode. Sed & in homine ſignificat peculiariter rationis vim, qua res objectas percipit & dijudicat, Hemme oc forſtand/ ſind. *Hæc non ſunt noſtri ingenii*, Det gaar offuer vor forſtand. Sic *ingenium eſt ipſi ad diſcendum aptum.*

Ingenioſus, a, um, ingenio abundans, Klem/ ſindig/ artig.

Ingeniosè, modo ingenioſo, Forſtandeligen/ ſindeligen. *Hæc ingeniosè ſunt excogitata.*

Peringenioſus, a, um, valdè ingenioſus, Meget klem. *Homo peringenioſus.*

Ingens, tis, om. t. quod eſt inſigni aliquâ multitudine, & magnitudine, ut eſt tota gens aliqua, ſeu quod magnum natum eſt, in augente ſignificationem, Megit ſtoer: Stoer oc mangfoldig. *Ingens numerus*, Jt megit ſtoer tal. *Ingens multitudo*, En megit ſtoer mangfoldighed / Almue oc forſamling. *Ingens monſtrum*, farlig ſtoer ſpøgelſe eller vdunder. *Ingens campus*, farlig ſtoer marck. *Ingentes divitiæ: ingens pecunia*, meget ſtoer oc mangfoldig Rigdom och penge. *Ingentes gratiæ*, quæ & multæ ſunt & magnæ, ſtoer oc mangfoldig tack. Et translatè, *ingens animus*, Jt ſtort moed.

Ingenuus, a, um, qui in genere ſuo libertatem habet: non in facto, ut libertus, Frjbaaren/ frjfød/ fødfrj. Et tropicè, qui moribus ingenioq; eſt honeſto, utpote quæ ingenuo erant quaſi peculiaria, ærlig / redelig/ dydig. *Homo eſt ingenuus.* Et de rebus: *factum eſt ingenuum*, Jt ærligt oc redeligt ſtycke. *Ingenuum faſtidium*, redelig ſky eller affſky. *Ingenuus dolor*, redelig ſorg: i. e. non fucatus, ſed ſincerus liberalisq;, ſeu qui ingenuum decet. Sic *animus ingenuus, ars, diſciplina, ſtudium, doctrina*, quæ ingenuum natum decent, Frj ſind oc mod/ frj hæderlig oc ærlig konſt.

Ingenuè, modo ingenuo, Redeligen/ friligen. *Ingenuè factum fatetur.* Et *ingenuè educatus eſt*, i. e. ut ingenuum decebat, Er vel opdragen.

Ingenuatus, a, um, Plaut. ingenuis moribus dotatus.

Ingenuitas, atis, f. t. ingenui hominis ratio & affectio, Frjbaarenhed / redelighed. *Ornamenta non ſolum fortunæ, ſed & ingenuitatis: præ ſe fert probitatem quandam & ingenuitatem.*

Prægigno, is, ante gigno ſcil. tempore. Ut, *nolo ex te malim morem prægigni.*

Prægnans & prægnas fœmina gravida, quaſi à prægnô & prægenero, & præ ſe ferens generationem animantis, Er med Barn / ſtugelig och fructſommelig Quinde/ ſom reder til Barſel. Et de brutis: prægnans ſus, Løbben Soe/ Soe i far. Sic *prægnans canis.* Et translatè, *prægnans arbor*, quæ humorem & ſuccum ſibi familiarem exuit, nec dum in folia aut flores propagavit, Træ med grøde vdi. Item *prægnans crumena*, plena pecuniis & tumens: *prægnantes plagæ*, pro tumentibus, Reiſen/ hoffuen ſlag oc ſaaer.

Progener, ri, Svet. m. ſ. neptis meæ maritus, Saatter Saatters mand / eller Sønne Saatters mand.

Progenero, as, generationem ex me produco. Ut, *progenerat fœtus: non aquila progenerat columbam.*

Progeneratio, onis, progenerandi actus. Ut, *progeneratio mularum.*

Progigno, is, quaſi porrò gigno, Affler fra mig/ eller aff mig. *Progenuit hunc.*

Progenies, ei, f. q. quod progenitum eſt ab aliquo, q. porro genitum, & genus porrò natum, Affkom: adeoq; non minus de nepotibus & poſteris dicitur, quàm de filiis & filiabus.

Progenitor, oris, m. t. Ovid. propriè avus, quaſi patris genitor, Farfader.

Prognatus, a, um, quem progenuerunt, Født. *Thyeſtes Tantalo prognatus.* Diciturq; de nepotibus & abnepotibus, Affkom.

Regenero, as, rurſum genero. Et translatè, repræſento, & formæ, morum ingeniivé ſimilitudinem refero. Ut, *Druſus Cæſar regenerabit patrem bibacitate.*

Regigno, is, iterum gigno. Ut, *membra & partes mundi conſumpta regignuntur.*

Compoſita cum aliis dictionibus.

Alienigena, næ, om. pr. quod eſt alieni generis, vel alibi natum, externum, peregrinum. Ut, *homo alienigena: Dii vel hoſtes alienigenæ: vinum alienigena.*

Alienigenus, a, um, idem: Ut, *exempla alienigena: vinum alienigenum.*

Bigener, ris, om. t. Varr. ex diverſo genere natus, quales ſunt Leopardus ex Leæna & pardo: Ex equa & aſino mulus: Ex equo & aſina hinnus.

Bignæ Feſt. dicuntur geminæ, quia bis una die natæ ſunt.

Cæcigenus, qui cæcus natus eſt, Blind fød.

Caprigenus, a, um, quod ex caprarum genere eſt. Ut, *caprigenum genus hominum*, quod ſemper febri laborat, quo morbo ſubinde infeſtantur capræ. Item quod odorem aut naturam ſcandendi caprarum refert, Som haffuer Gedenatur / er affGedeſlect/ ſom de der ville altid frybe / eller lucter ram.

Flammigena, æ flamma genitus.

Indigena, æ, com. pr. qui in eo loco, quem incolit, natus eſt, Indfødning/ Indfødt Borger. Item adjectivè omnis generis. Ut, *indigena vinum*, hiemvoxt Vin/ Land Vin: non aliunde deportatum.

Indigenitalis Poëta, pro indigena, nativo, proprio, non alienigena.

Melligenus, a, um, Plin. quod eſt ejusdem generis cum melle. Ut, *ſuccus melligenus*, Honning ſafft / Honning.

Multigener, ris, om. t. Plaut. quod eſt multorum generum, Mangeſlags. *Milites multigeneres.*

Multigenus, a, um, Plin. quod eſt multorum generum. Ut, *via volucrum multigena.*

Nubigena, næ, om. pr. ex nube genitus. Ut, *nubigenæ centauri*, qui finguntur ex nube nati: *amnes nubigenæ.*

Omnigenus, a, um, ex omni genere, Alleſlags. *Omnigeni Dii*: omnigeni colores.

Primigenus, a, um, quod prima, i. e. initia genituræ in ſe habet. Ut, *primigenia ſemina*, quæ à natura nobis inſita ſunt, ut ſunt valetudo, ſenſuum integritas, vires pulcritudo, doloris vacuitas, &c. *Primigenia pecuaria*, quæ ad fœturam ſunt utilia. *Primigenius ſulcus*, qui in condenda nova urbe junctis tauro & vacca deſignationis cauſa imprimebatur. *Primigenia fortuna*, quòd prima & initia condendæ Romæ in ſe habuit, vel quòd omnium rerum principium ſit fortuna; vel quòd omnia cernat, expendat, moneatq; unumquemq; debere meminiſſe à quibus majoribus natus ſit, qualis ipſe ſit. Item *primigenia dicta* ſunt jura primi & maximi natu filii. Item *primigenia verba*, quæ non ſunt profecta ab alio verbo, ſed ſuas habent radices, ut Lego, ſcribo. Et *primigenia pronomina*, quæ aliunde originem non trahunt.

Primogenitus, a, um, Eccleſiaſticis, qui primus aperit vulvam, & ante quem nullus eſt genitus, Førſte fød.

Rurigena, om. pr. qui ruri natus eſt, Fød vde paa Landet.

Serpen-

Serpentigena, æ, om. pr. ex ſerpente genitus.

Soligena, æ, om. pr. Ut, *Æetes ſoligena*, qui filius ſolis fingitur. Sic *dies ſoligena*.

Terrigena, æ, om. pr ex terra genitus. Ut, *gigantes terrigenæ, fratres terrigenæ*.

Trojugena, æ, om. pr. à Trojanis ortus. Ut, *Trojugenæ interpres, Trojugenam agmen*.

Unigenitus, a, um, quod unicum genitum eſt. Ut, *unigenitus filius*, Eniſte Søn/Enbaarne Søn.

Unigenus, a, um, quod unicum eſt. Ut, *unigenus mundus*.

Unigena, om. pr. idem. Ut, *unigenæ mundus*, imitatione Græcorum, ὁμογενὴς.

GILVUS, m. ſ. color qualis eſt ſemicocto lateri, à κίρρος, ejusdem ſignificat. Blacket / blæggul.

GINGIVA, æ, f. pr. oris pars, cui dentes inhærent, dicta quaſi gigniva, à gignendis dentibus, Tændgierd / gumme.

Gingivula, parva vel tenuis gingiva. Apul.

GINGRIO, is, grii, gritum, de anſerum voce clangente dicitur, per onomatopœjam, ſkriger ſom en Gaaß.

Gingritus, us, m. q. ſonus anſerum.

Gingrina, æ, f. pr. genus quoddam tibiæ brevius & exilius luctuoſumq; edens ſonum, à gingritu fictitia anſerum voce, vel quòd ex anſerum oſſibus eæ tibiæ concinarentur, ſed & Græcis γίγγρα, dicitur, Liden pibe eller fløite. Transfertur autem ad fiſtulam ipſam anſerinam, quâ pueri ſonos anſerum imitantur, Gaaſe-radle.

Gingritor ſive Gingrinator, qui gingrinâ gingrit. Exponiturq; tibicen.

GIRGILLUS, m. ſ. inſtrumentum quo fila revolvuntur in glomum, à gyrus, girus, quod in gyrum vertatur, Garnvinde. Exponitur & Iſid. lignum in transverſa pertica mobile, ex quo funis cum ſitula vel utre in puteum demittitur hauriendæ aquæ cauſâ. Aliter dictio habetur Gallica.

GLABER, bra, brum, brior, quod læve eſt & ſine pilis, à γλαφυρὸς, ſcitus, elegans, venuſtus; ſive immediatè à γλάφω, ſculpo, quaſi lævore referens ſculpta, Slet / glat. *Gallum hunc redde mihi glabrum. Glabræ ſues.* Et *puer glaber*, qui depilis ludis præſulis miniſtrabat. Aliter deducitur à glubo. Item à glacies, quaſi quod lævorem refert glaciei. Item à λᾶς, lævis, glaber.

Glabellus, a, um, quodammodo glaber.

Glabella, æ, f. pr. Capel. interſtitium ſupercilia determinans ſupra naſum, quod utplurimum glabrum eſt.

Glabreo, es, n. ſ. glaber ſum & depilis, Er glat / ſkalder. Et translatè, *terra glabret*, ubi ſtirpibus nuda eſt, nihilq; gignit.

Glabreſco, is, n. t. glaber fio, idq; propriè de animali: Et impropriè vel translatè de terra.

Glabreta, orum, n. pl. loca ſunt, ſatis ſtirpibusq; nuda, Bar Land / huor inter groer.

Glabrio, onis, m. t. qui corpus glabrum & pilis nudum habet, Skalder oc glat.

Glabro, as, act. pr. glabrum facio. Ut, *glabrare ſues*, Skaalde Suin.

Compoſita.

Deglabro, as, glabrum facio. ἀδηλόω.

GLACIES, ei, f. q. aqua gelu concreta, quaſi gelacies, à Gelu, Iis. Inde translatè, *glacies æris*, i. e. ipſum æs, quod congelatione quadam conſtat & coit in venis ſuis, ut glacies aquæ. Aliter glacies à glaber propter lævorem.

Glacialis, le, om. t. quod in glaciem aſtringi ſolet. Ut, *oceanus glacialis: fretum glaciale*. Et activè, *frigus glaciale*, quod glaciem inducit, Iise froſt.

Glacio, as, act. pr. in glaciem converto. Ut, *glaciat nives Jupiter, glaciat aquam*. Et paſs. *aqua glaciatur*. Item translatè, *caſeus glaciatus*, pro coagulato & concreto.

Compoſita.

Conglacio, as, n. pr. Cic. in glaciem convertor, Fryß ſammen / vorder til Iis. Aqua conglaciat. Et translatè, otioſus fio. Ut, *conglaciat tribunatus*, eâ ſcil. formâ, quâ dicitur, friger opus.

GLADIUS, [& antiquis Gladium, in neut.] m. ſ. telum ferreum & mucronatum, ſive longius, ſive brevius, quo cœſim punctimq; pugnatur, à clade dictus, quod cladem præſentiſſimam adferat, Kaarde eller daggert. Inde translatè, vis quæcunq;, quâ alium oppugnamus, ſive ea factis conſtat, ſive conſilio & verbis. Ut, *teipſum tuo jugulas gladio*, giendriffuer dig ſelff. Sic *gladius plumbeus*, pro levi argumento, leviq; operâ, quâ alium confutamus. Eſt & gladius piſcis nomen, Suerd fiſk.

Gladiolus, m. ſ. parvus gladius, Kappir / Dagger / Dolck / Pundert. Item nomen herbæ.

Gladiator, oris, m. t. qui gladio veræ pugnæ ſpeciem ludit, Suerdficter / Blodficter. Erat autem gladiatoris initiò, aut cadere manu adverſarii, aut ſtare & adverſarium mactare. Inſtitutumq; id genus hominum à veteribus, vel ut civium ſanguine litato ſpecie pugnarum Fortunam ſatiarent: vel ut ituri ad bellum Romani ſpectarent pugnas, vulnera, ferrum & nudos inter ſe cosuntes, ne in bello armatos hoſtes timerent, contraq; audentiores irent. Adhibitum eſt quoq; ſæpius in funeribus illuſtribus, nec non conviviis. Unde & gladiatores, pro ipſis ludis, tempore ludorum. Inde tandem à piis Imperatoribus & Chriſtianis damnatum & abolitum eſt, ut ſanguinarium & inhumanum nimis.

Gladiatorius, a, um, quod ad gladiatorem pertinet. Ut, *ludi gladiatorii*, ficter ſpil. *Pugna gladiatoria*, Suerd fecten. *Munus gladiatorium*, fecterj. *Gladiatoria familia*, fectere. Sic *gladiatoria ſpectacula*. Et translatè, *animus gladiatorius*, pro obſtinato, & ad omnem eventum parato, qualis erat gladiatoris. Sic *gladiatoria deſperatio*.

Gladiatura, ræ, f. pr. congreſſus gladiatorum, ſeu ipſa pugnatio gladiatoria.

Compoſita.

Digladior, aris, dep. pr. gladiis huc illuc vibratis certo, Kaardis / ſlaaiß med Kaarder. Et translatè, contendo. Ut, *cum carneade ſoluminibus digladiatur Antipater*.

GLANS, dis, f. t. fructus quercus, roboris, eſculi, cerri ilicis, fagi, ſuberis, & ſimilium, cortice ſcil. & corio bracteato & medio inter nucem & pomum, à βάλανος, ejusdem ſignificat. quaſi blans, Agern / Bog. Sed & veteribus glandis nomine comprehendebatur omnis fructus hominibus eſui, quia ante inventa frumen-

frumenta glandibus vescebantur. Translatè autem glans, plumbum ad similitudinem glandis, quod loro alligatum in hostem torquebant antiqui & ad se retrahebant, Lencke lod. Inde pila plumbea, quam jaculantur sclopetarii, Byßelodt. Item glans pro capite penis. Item Medicis glans dicitur, quæ sedi immittitur ad deducendam alvum, à figura oblonga glandis. Aliter à κλάω, frango, quòd frangebatur in usum farinarium.

Glandula, læ, f. pr. parva glans. Et peculiariter glandulæ, partes in sue callosæ duritie & figura glandis: quæ ex gutture & cervice detrahuntur, yrer och kierteler vdi Suine hals. Item ipsa caro glandulis referta, quæq; mollior spongiæ modo, rara est & friabilis.

Glandarius, a, um. Ut, *sylva glandaria*, quæ glandes fert.

Glandatio, onis, f. t. Sipont. glandium collectio, & suum pastio ex glandibus, Aalden paa Skoffue.

Glandionia, sive glandionida suilla, Plaut. pro suilla carne glandulosa.

Glandium, n. s. idem quod glandula pro carne suis glandulosa.

Glandulosus, a, um, glandibus plenus. Ut, *glandulosa cervix*, yrede.

Composita.

Juglans, dis, f. t. quasi Jovis glans, scil. κατ' ἐξοχὴν, fructus è nucum genere, alio nomine dicta nux basilica & regis, Valnød. Fingebatur & in Jovis tutela: ideoq; boni ominis causâ spargebatur pueris à marito, quasi quo Jovis omine nuptiæ celebrarentur, ut nova nupta matrona esset sicut Juno. Unde illud Catulli: spargemarite nuces. Item juglans arbor ipsa eum fructum ferens, Valnødtræ.

Jugula, læ. f. pr. Stella Orion, quod amplior sit cæteris, q. nux juglandis, inquit Festus. Varro autem sic rationem originis tradit. Hujus signi caput dicitur è stellis quatuor (tribus) quas infrà duæ claræ, quas appellant numeros. Inter quas quod videtur, jugulum: unde jugula dicta.

GLAREA, æ, f pr. prod. arena scruposa, sive plena lapidibus minutis, qualis in rivis, fluviorumq; & marium ripis esse solet, à clarum q. clarea propter resplendescentiam, in rivis quâ diffuso colore apparet, Groffue Strandsand/ smaa Strandsteen. Inde Virgil. *Glarea cliboſi ruris.* Aliter à κλῆρος, sors, quòd ex hoc genere sortes eligebantur, ut & alia arenarum genera, calculi, scrupuli, saburra, sabulum, à suis affectionibus & usibus denominationem sortita sunt.

Glareola, æ, f. pr. parva vel vilis glarea.

Glareosus, a, um, glareâ abundans. Ut, *ribi glareoſi: loca glareoſa*, fuld med ſaadanne groff Steenvorn ſand.

GLEBA, bæ, f. pr. corr. fructum terræ prosciſſæ globosum & durius, à voce globus denominatum, Jord/ klump/ klump/ humpel. *Glebis aut saxis aut fustibus aliquem de fundo præcipitem agere.* Et *gleba minii*, idem quod terra sigillata, & terra lemnia. Ponitur & tropicè pro ipsa terra vel agro, Jord / Land. Aliter à κόλος mutilum, truncatum.

Glebula, læ, f. pr. parva gleba.

Glebarii, Varr. dicti boves, qui facilè proscindunt glebas, Stercke Plougſtude.

Glebosus, a, um, quod glebis abundat. Ut, *ager glebosus*, Agger med klimpe paa / klimpvorn / humpel/ vorn. Item quod in glebæ modum est convolutum. Ut, *sulphur glebosum.*

GLIS, ris, m. t. animal est sylvestre colore cinereo muri simile, sed majore corpore, & quidem esculentum, sic dictum à gliscendo, quòd somnio pingue reddatur.

Glirarium, n. s. in quo glires nutriuntur.

GLISCO, is, n. t. propriè motibus animi magis æq; magis cresco, augeor & invalesco, à γλίχομαι, ardenter cupio, appeto, affecto, Tager til / jo meere oc meere. *Regnare gliscit.* Sic *gliscit seditio, furor, prælium: Et accenso gliscit violentia Turno.* Et antiquè *gliscitur invidia Lepido*, i. e. gliscit. Inde transfertur ad alia: Ut, *multa crescente Lunâ gliscunt, deficiente, contra deficiunt.* Item *equus pabulo gliscit: terra gliscit stercoratione*, i. e. pingueſcit, vel pinguedine nitescit, Fædmis / eller gliſſer aff fædme. Aliter à λιστὸς levis, glaber.

Gliscens, Næv. pars quædam suis, quæ in eduliis non erat contemnenda.

Glisceræ mensæ, i. e. opimæ, opiparæ, copiosæ & crescentibus epularum ferculis refertæ.

Composita.

Pergliſco, is, Colum. crescendi vel pinguescendi finem accipio.

GLOBUS, m. s. pr. corr. corpus solidum undiquaq; rotundum, à γλόφος, γλοφὸς, colliculus è terra exsurgens, Klodt. Hinc *globus Lunæ*: *globus terræ.* Item tropicè, multitudo hominum collecta & quasi conglobata, Stimmel folck. *Globus circa Fabium dictatorem increpat.* Aliter deducitur à glomus, quòd sit instar glomi. Item à globo.

Globulus, m. s. parvus globus, Liden klodt/knop/ lod/ knap. Item genus edulii in modum globi convolutum, Saaſom Munner/ Klumpe eller Muncke paa mad.

Globo, as, act. pr. Plin. in globi formam duco. Ut, *guttæ dependentes parvis globantur orbibus. Et globari in rotunditatem.*

Globatus, a, um, globi formam indutus. ἄδηλον.

Globosus, a, um, quod globi formam habet. Ut, *globosum corpus; globosa terra, stella, &c.*

Glomus, mi, & eris ut refert Calee filum est, vel aliud simile in globi figuram convolutum, Nøgle. Unde Plin. *sine glomere lini nemo exitum invenire potuit.* Et interpretib. Adagiorum, *glomi malorum, glomi bonorum*: à glomere translatâ significatione. Item glomus, Fest. in sacris crustulum cybii [sive cibi, aut cubi, aut rombi,] figurâ & oleo coctum appellatur. Aliter à κλώθω, glomero, & filum in talem figuram convolvo. Distinguit autem Perottus sic: Globus si ex filo aut alia re simili factus sit, Glomer vocatur. Glomus autem in sacris crustulam Cybii figura ex oleo coctum & in sphæricam effigiem compositum.

Glomero, as, act. pr. glomum facio, Vinder Nøgle. *Filum glomerabit in orbes.* Et translatè, *Equus gressus glomerat*, gaar i fuld traff/ oc kaſter Benene ſom en haand der vinder nøgle. *Nubes tempestatem glomerant*, Vinder / suøber / huirler om hin anden. *Offæ glomerantur ex ficis & farre misto*, rund eltis. *Apes vel apes, mistæ glomerantur in orbem*, Suøbis om hin anden/ vendis om i hob/ i ring/ huirlis om. *Nives vento glomerantur*, huirlis / omſyger.

Glome-

Glomeratio, onis, glomerandi actus, tum propriè, tum translatè. Ut, *glomeratio ventorum*, huirling. *Glomeratio militum*, Stimlen/huirlen.

Glomeramen, inis, n. t. Lucil. Ut, *dissimiles formæ in glomeramen unum conveniunt*, i. e. quasi in unum globum.

Composita à Globus.

Circumglobo, as, Plin. Unde circumglobatus, pro in globi formam circumvolutus.

Conglobo, as, in unum cogo, in globum convolvo: Sancker tilsammen/ vinder och løber sammen i hin anden som et nøgle. *Conglobant se milites.*

Conglobatio, onis, conglobandi actus.

Conglobatus, a, um, quod conglobavimus. Ut, *conglobatum corpus in modum pilæ.*

Conglobatim, adverb. modo conglobato, per globos, Nøgleviis.

Composita à Glomus.

Agglomero, as, act. pr. ad aliquid glomero, & juxta glomero. Ut, *lateri agglomerat nostro.*

Conglomero, as, idem quod glomero. Item involvo, seu multiplico. Ut, *omnia in me mala conglomeras.*

Inglomero, as, Stat. in glomeris formam involvo, Vinder i hin anden/ J vinder. Ut translatè, *plurimus auster inglomerat noctem.*

GLOCIO, is, n. q. de gallinarum voce dicitur ovis incubiturarum, dictione ficta per onomatopœjam, Klucker eller skrucker som en Høne der vil til at Ligge. Unde *gallina glociens*, Skruck høne.

Glocito, as, n. pr. idem. Legitur & glocido, as, apud Fest. pro eodem. Sed glocito de voce anserum, & glaucito, de voce catulorum apud auctorem Philomelæ, fictæ sunt dictiones à sono, quem illa animalia edunt. Sed & pro glaucito, aliàs legitur glocito.

GLORIA, æ, f. pr. prod. illustris & pervulgata hominum opinio seu fama de benè merentibus, à κλέος, ejusdem significationis, Pris / ære. Unde *in gloria esse, gloriam habere, capere, gloriam dare alicui.* Dicebatur & antiquis Glosia, deduciturq; à γλῶσσα, lingua, quia famâ constat. Unde illud: esse in ore omnium.

Gloriola, æ, f. pr. parva gloria.

Glorior, aris, dep. pr. gloriâ afficior, Roser mig/brammer/ brasker. *In hoc gloriatur. De me glorior more senum. De vita suâ, de cive & populari gloriatur*, Roser sig aff saadant. Et cum accus. *posse bellem idem gloriari quod Syrus.*

Gloriabundus, a, um, quod abundè gloriatur: *Gloriabundus contemplatione tanti exercitus, Hannibalem aspicit.*

Gloriandus, a, um, Cic. gloria dignus. Ut, *gloriandæ virgo*, Priselig/ rømmelig.

Gloriatio, onis, gloriandi actus, vel glorioſa prædicatio, Prie/Loff oc ære/brasken.

Glorioſus, a, um, gloriâ plenus, Priselig / ærefuld. *Homo glorioſus: glorioſus triumphus: glorioſa facta: glorioſi actus.* Item qui seipsum inaniter jactitat, & inanem laudem quærit, ærgærig. *Miles glorioſus.*

Gloriosè, adverb. cum gloria & laude, Med ære. *Gloriosè absolutus est.* Et in malam partem: *gloriosè loquitur*; ærgærigen.

Glorius, veterib. Grammat. est unius gloriæ. Gloriator non habet causam gloriandi, sed tamen gloriatur. Glorioſus pluribus de causis gloriatur.

Composita.

Inglorius, a, um, qui nullam gloriam aut laudem suâ virtute aut fortitudine consecutus est, wpriselig/wbesrømmelig. *Senex ignobilis atq; inglorius: ingloria vita & inhonorata.* Et translatè, *fucus trahit inglorius alvum*, quia non ut apes industria colligendi mellis claret, sed ignaviâ fœdus est, wdvelig Vandbj. *Inglorius clypeus*, cui nondum aliquod insigne, sed totus candidus sine omni insigni aut argumento.

GLOS, tis, f. t. mariti soror, à γαλως, ejusdem significationis, Hussbonds Syster.

GLOSSA, æ, f. pr. γλῶσσα, Quintil. Græcorum imitatione, significat vocem secretiorem & obscuriorem, peregrinam & interpretatione indigentem, Gloſe.

Glossarius, a, um, quod glossas spectat. Unde ex Gell. Glossarium, quod glossas continet, vel idem quod glossa. Et mascul. Glossarius, qui glossas tractat & interpretatur.

Glossema, atis, n. t. Varr. q. d. γλώσσημα, Græca scil. formatione, idem quod glossa, i. e. vox aliqua minùs usitata, seu vocabulum peregrinum.

GLUBO, is, act. t. pr. prod. pellem animali aut corticem arbori detraho, à γλύφω, γλάφω, sculpo, fodio, abscindo, Flaaer/ Krenger. *Glubere pecus: glubere arborem.* Et *glubere ramos*, i. e. distringere. Aliter à λέπω, λοπίζω, i. e. decortico.

Gluma, & veterib. cluma, æ, f. pr. folliculus grani frumentarii quo scilicet deglubitur granum & decorticatur, Korn skall.

Composita.

Deglubo, is, bi, bitum, glumam granis eximo, Skaler. Et translatè, *pecus deglubo*, i. e. pellem detraho, Flaaer. Deglubta, sive *deglupta Mœna*, Plaut. q. cui cutem detraximus, Spægedt oc krenget Sild. Vocatur autem sic Pœnus, vel propter viritatem piscis, vel obsceno quodam sensu, q. verpus apella & recutitus.

GLUCIDATUS, a, um, Fest. idem quod svave & jucundum, à γλυκύ, dulce.

GLUTEN, inis, n. t. pr. prod. & Glutinum, n. s. corium excoctum ad summum lentorem & tenacitatem, quo postea utimur ad colligenda tenaciùs, à κόλλα, q. golluten, gluten, ejusdem significat. Trælim/ Snedkerlim/ Paplim. Aliter à quodam γλίος, aut γλοιὸς, unde γλιχρὸς & γλοιώδης, i. e. tenax, viscosus, glutinosus. Item à glubo, quòd fiat de detractis coriis. Item à λύω, solvo, per antiphrasin, q. Luten.

Glutino, as, act. pr. glutine colligo, Limer sammen/ kliner sammen. Unde *vis bituminis glutinat: glutinat vulnus.*

Glutinamentum, n. s. quo aliquid glutinatur, vel quod glutinatum est.

Glutinator, oris, m. t. qui glutinat, quiq; schedulas ex quibus indices librorum conficiuntur tabulis seu chartis applicat.

Gluti-

Glutinoſus, a, um, tenax. Ut, *terra glutinoſa*, Lijmet actig.

Glutis, Gloſs. exponitur humus tenax. Legitur & glis glittis.

Glutus, a, um, antiquis pro unito & benè ſubacto. Ut, *locus bipalio ſubactus ſiet benè, glutus.*

Compoſita.

Agglutino, as, ad aliquid glutino & copulo. Ut, *ita mihi ad malum, malæ res planè ſe agglutinant.*

Conglutino, as, glutine ferrumino. Et translatè, conjungo, copulo, Bibinder tilhaabe. *Natura homines conglutinat.*

Deglutino, as, glutinatum diſſolvo, Løſner det ſom er lijmedt/ eller henger i. *Palpebras deglutinare.*

Reglutino, as, Plin. glutinatum diſſolvo, Løſner lijmt oc klijnt. *Palpebras reglutinat.* Et translatè, *ab unguibus tuis reglutina veſtem meam*, ſcil. quam arctiùs tenuiſti.

Reglutinoſus, a, um, valdè glutinoſus.

GLUTIO, is, ivi, itum, act. q. pr. prod. gula voro præcipitoq; , q. gulutio, à gula, Sluger. *Epulas ipſum glutire putamus.* Aliter à ſono, glut, glut, quem edit liquor per anguſtum tramitem means. Unde illud Poetæ de ruſtico ebrio: *Percutit & frangit vas: vinum deſluit: anſa Stricta fuit. Glut Glut murmurat unda ſonans.*

Gluto, onis, Perſ. idem quod manducus & edax, q. qui glutit, Æder/ Fradzer/ Slughals.

GNARUS, & per Aphæreſin Narus, a, um, pr. prod. qui certò rem novit, ejusq; peritus eſt, à γνωρίζω, noſcito, Vittig/ forfaren. Gnarus viæ: *gnarus tergi noſtri.* Et cum accuſat. *Gnarus hanc rem.* Item Gnarum, quod cognitum eſt, Kiendt/ vitterligt. *Via gnara: palus gnara.* Et *hoc nulli magis gnarum quàm Neroni.*

Gnarè, modo gnaro, Vidende. Inde idem quod apertè. Ut, *gnarè id oculis noſtris contemplati ſumus.*

Gnariter, antiquis pro gnarè.

Gnaritas, atis, f. t. gnari affectio, Vidſkab paa nogen ting. *Gnaritas locorum*, quâ gnari ſumus locorum.

Compoſita.

Ignarus, a, um, non narus ſive gnarus ab in privat & gnarus. Ut, *omnium ignarus*, Som veed intet aff alt det. *Ignarus malorum*, i.e. inexpertus, vviden/dis/ haffuer ingen kundſkab paa. Item ignarus, qui ignotus eſt, ſeu ignoratus, vkiendt/ vbekiendt. *Proles eſt parenti ignara.*

Ignoro, as, n. pr. q. ignarus ſum rei, Veed icke aff. *Hoc ego ignoro.* Et paſs. *fides ignoratur*, Den mand veed intet aff.

Ignoratio, onis, ignorandi actus. Ut, *ignoratio generis*, quâ genus ignoratur. Sic *ignoratio ſui*, quâ quis ſeipſum non novit.

Ignorabilis, le, om. t. quod facilè ignoratur ſeu non cognoſcitur, vbekiendt. *Homo ignorabilis: res ignorabilis.*

Ignorantia, æ, f. pr. ignorantis affectus & vitium, cum ſcilicet quis ignorat, quod debeat facere aut dicere, Vankundighed.

Prognarè, antiquis, pro apertè.

Prognariter, Plaut. prognarè.

GNOMON, onis, m. t. γνώμων, æneus eſt ſtylus ſive veruculum, quod in medio amuſio, horologio aut ſciaterio collocatur ad indagandas umbras, Viſere paa Kompaß.

Gnoma, æ, f. pr. genus eſt machinulæ, quo regiones agri cujusq; cognoſcuntur, ſeu quo utuntur in deſignandis & metandis urbium viis ad avertendam ab eis vim ventorum moleſtam, eadem cum ſuperiori origine, à γνώμων, quod & hujus ejusdem ſignificationis. Legitur & in hac ſignificatione Groma & Gruma, de quibus infrà.

GOBIUS, bii, m. ſ. κώβιος, nomen piſcis: Unde *gobius fluviatilis*, Grundling/ Smerling.

Gobio, idem.

GOSSYPIUM, n. t. fruticis genus fructum ferens barbatæ nuci ſimilem & lanugine ſeu lana molliſſima plenum, nec non & ipſa fruticis lana, dicta q Cotoſtypium, à Syriaco Cot, ejusdem ſignificationis: vel à κῶς, vellus, lana & στύπη, ſtupa, ſtipes, ſtirps, caudex, q. d. Cot ſtupa vel lana lignea, quemadmodum Græcis vocatur ξυλόξυλον, Bomvuld.

Goſſypius & Goſſypinus, a, um, quod ex goſſypii lana conſtat. Ut, *linum goſſypium & goſſypinum*, Bomvuld. *Veſtis goſſypina*, Bommerſie.

GRABATUS, ti, pen. prod. & corr. pr. m. ſ. κράβατος, lectuli genus, in quo meridiari ſolebant, Sneffe liden Seng at ſoffue middags ſøfn vdi. Exponitur & lecticæ genus vile, ſaa ſom en bære baarde/ at bære fryblinge paa.

GRACILIS, le, om. t. pr. corr. propriè quod præ tenuitate ſua motum crepitat, ut folia & bracteolæ, à craceo, ſonitum, crepitum edo, quod nos dicimus, Saa tynd ſom et løff/ och ſom mand kand bøje offuer en finger/ ſmert. Inde ſimpliciter quod ſummè tenue aut tenerum eſt ſive naturali conſtitutione, ſive ex macie. Ut, *gracilis puer*: *gracilis virgo*: *gracile corpus*, tynd oc ſmal/ ſpærlemmet/ tynd oc magr. *Gracile inteſtinum*, Slunckен Tarm. Sic *glans gracili nucleo*, *gracilis avena*, Suaang. *Gracilis lapis. gracile marmor. gracilis vindemia. gracilis liber.*

Gracilens, tis, antiquis idem quod gracilis.

Gracilentus, a, um, idem quod gracilis. Ut, *filum gracilentum*, ſmaa traad.

Gracileſco, is, n. t. gracilis ſio, Tyndis/ magris.

Gracilitas, atis, f. t. gracilis corporis ratio, Tyndhed/ magrhed. *Corporis gracilitas.*

Gracilitudo, inis, f. t. veterib. idem quod gracilitas.

Compoſita.

Pergracilis, le, valdè gracilis.

GRACULUS, li, m. ſ. pr. prod. nomen avis, dicta à ſono quem edit, Kog. Item nomen piſcis & idem qui Coracinus. Aliter graculus Feſto à gerendo, quòd jacta ſegetum ſemina gerat: vel quia ex olivetis cubitum ſe recipiens, duas pedibus baccas, tertiam ore ferat. Scribitur & gemino C gracculus.

GRADUS, uum, cujus ſingulare Gradus, us, m. q. pr. corr. propriè ſunt moduli ſcalarum & radii transverſarii, quibus aſcenditur & deſcenditur, à gero inquit Varro,

Varro, q. quibus gerimur, Trappe eller træn. *Scalarum gradus.* Inde ipſa machina & ſcala, Trappe. *Templorum gradus ab infima parte plebe completi erant.* Item idem quod greſſus, Træn oc gang. *Gradibus ſonare compoſitis.* Item translatè, ordo quidam in rebus negociisq;. Ut, *in omnibus cauſis tres ſunt gradus*, Trap per oc Ordener. *Sonorum gradus*, Tone. *Gradus virtutum, honorum, dignitatis, ætatis, officiorum, hominum*, Trin/ Trappe/ ſtat oc vilkaar. Et *gradus cognationis*, Slecte Linie. Aliter à γράω, ſculpo, incido, quòd initiò incidebatur, vel quòd q. inciſurim conſtet. Item à βάθρον, baculus, præfixo G, ſcil. à transverſis bacillis, quibus ſcala conſtat.

Gradatim, adverb. per gradus, Trænviiß. *Gradatim alium præponit alii.* Item ordinatim, paulatim & lentè, Ordentlig oc ſactfærdeligen. *Minutatim & gradatim interrogat: pedetentim & gradatim accedit ad cauſam.*

Gradatio, onis, f. t. figura Rhetorica, Græcâ voce Climax.

Gradatus, a, um, Plin. in modum graduum factus. Ut, *gradata buxus.*

Gradilis panis, Prudentio, qui eleemoſynæ loco egenis olim in gradibus quibusdam Romæ diſtribuebatur, Alsmiße Brød om By.

Gradior, eris, greſſus, d. t. propriè minutatim & ſenſim, aut altius ſublato pede, eo & incedo, q. per gradus quosdam ſcalares, Træner / Trapper / tramper eller gaar ſaa ſagt hen. *Ipſe uno graditur comitatus Achate: animalium quædam ſerpendo, quædam gradiendo ad paſtum accedunt.* Aliter à κραδαίνω, vibro, quatio, q. inter eundum altiùs crura tollens vibro, terramq; quatio, Traffuer / Tramper / Strabadzer. *Fidenti animo graditur ad mortem.*

Gradarius, rii, m. ſ. eqvus qui alterno greſſu molliter incedit: qui & Aſturco dicitur, ab Aſturia regione Hiſpaniæ, Gangere. Item Diomedi *Gradarius pes*, qui aliàs Jambus.

Gradivus Mars, inquit Feſtus, appellatus à gradiendo in bello ultrò citroq;: ſive à vibratione haſtæ, quod Græci dicunt κραδαίνειν: vel quia gramine ſit ortus, quod interpretantur, quia corona graminea in re militari maximæ eſt honorationis.

Greſſus, us, m. q. gradiendi actus, Gang/Træn.

Graſſor, aris, dep. pr. propriè cum impetu & vehementia, ſine impedimento & intemperanter gradior, Gaar fort frem/ fuß friligen frem. Inde peculiariter cum impetu tuo in aliquem, diripioq;, Graßerer / tager grumt aff ſted. *Hoſtis graſſatur in agris Romanorum: ſæpè hac viâ graſſatus eſt.* Et translatè *peſtis graſſari* dicitur, cum invaleſcit, & ingentem hominum ſtragem facit, Peſtilentze graßerer. Accipitur & aliquando in bonam partem, ut cum Saluſt. ait: *Vita ad virtutis gloriam graſſatur.* Et Livius *jure graſſatur*, i. e. jure procedit. Sic *graſſari pedibus* tùm in malam, tùm in bonam partem.

Graſſatio, onis, graſſandi actus, Graßering/Romſtering.

Graſſator, oris, m. t. qui graſſatur, quiq; plateas, vicos aut vias obſidet, & obvios quosq; diripit, Frjbytter/ Offuergiffuen / vbarmhiertig Frjbytter/ Røffuere/ Struckrøffuer.

Graſſatura, æ, f. pr. idem quod graſſatio.

Compoſita.

Aggredior, eris, ad aliquem gradior & propriè impetu quodam ſive mentis ſive ipſius greſſus, Tilgaar / Angaar. *Me aggreſſus eſt alloquendo, convenienda, contendendo*, Talde mig til / greb mig an med ord. *Omnes urbes quà aggreditur mare circumvectus ſum. aggreditur cauſam, rem*, i. e. ſuſcipit aut orditur, Tager ſig for eller begynder. Sic *aggredi ad hiſtoriam, diſputationem, cauſam, ad faciendam injuriam, ad probandum.* Item, *aggreditur hoſtem, ejus comitatum*, Angriber. Et *à te ſictus aggreditur donis.*

Aggreſſio, onis, aggrediendi actus. Unde *animos aggreſſione occupabit*, i. e. principio & exordio dicendi.

Aggreſſura, æ, f. pr. Ulp. pro vi quâ aggredimur alium, Angriff.

Adgretus, antiquè pro aggreſſus, t ſcilicet pro s, ut mertus, pultus, pro merſus, pulſus.

Antegredior, eris, ante aliquid gredior, Gaar for. *Lucifer ſolem antegreditur.* Sic *antegreſſæ fortuitò, cauſæ, ſigna, honeſtas.*

Congredior, eris, cum aliquo vel in unum gradior, kommer ſammen / gaar ſammen. Item hoſtiliter vel contendens coëo. Ut, *congredi cum hoſte: congredi cum adverſario ad diſputandum vel pugnandum*, giffue ſig i Feide med nogen / angaa.

Congreſſio, onis, congrediendi actus.

Congreſſus, us, m. q. idem, Sammenkomſt. Item colloquium, pugna, Samtale/ Strid/ Kæmpen.

Congreſſus, a, um, qui congreditur. Ut, *pede congreſſos inſequitur.*

Digredior, eris, q. hac illac gradior, alio inſcio incertóve quo perſiſtam, Gaar min vej / gaar bort. *Ferinimo patior animo me à te digredi: parens ejus nunquam à me digreſſus eſt.* Et translatè, *de cauſa digreditur: de propoſito, &c.*

Digreſſio, onis, digrediendi actus, Bortgang/bortvigelſe. *Digreſſio amicorum: Digreſſio cauſæ: digreſſio in propoſito.* Item figura quædam Rhetorica.

Digreſſus, us, m. q. idem.

Digreſſus, a, um, activè, Sveton. Ut, *digreſſa* dicitur *mulier*, quæ divortium cum marito facit.

Egredior, eris, extra gradior, Gaar vd. *Domo egreditur: Templo egreditur.*

Ingredior, eris, idem quod gradior, Gaar eller gaar frem adt. *Soluti compedibus tardiùs ingrediuntur: generoſi pecoris pullus in arvis altiùs ingreditur.* Item in locum aliquem q. gradior, Indgaar. *Templum, domum ingreditur.* Sic *ingredi iter, ingredi viam, & in viam*, Indgaa nogen vej eller reiſe / begiffue ſig paa nogen reiſe/ paa en vej. Et translatè, aggredior vel incipio, Begiffuer mig til/ tager mig for/ begynder. *Ingredi ad ſtudium, ad dicendum. Ingredi pericula*, Begiffue ſig i fare. *Ingredi vitam honeſtam.* Sic *ingredi in bellum*, Begiffue ſig eller begynde Krig. *Ingredi in orationem*, Begynde ſin tale; *ad dicendum, ad diſputationem*, Begynde. *Indugredi* veterib. pro ingredi.

Ingreſſio, onis, ingrediendi actus, Indgang. *Ingreſſio fori*, quâ forum ingredimur. Et *ingreſſio mea è mediâ Philoſophia repetita eſt*, Min begyndelſe.

Ingreſſus, us, m. q. idem quod greſſus, Gang. Item ingrediendi actus, Indgang oc begyndelſe. *Orationis veſtigia, ingreſſum non vidi.*

Introgredior, eris, idem quod ingredior, vel q. intro ingredior. Ut, *poſtquam introgreſſi, & eorum data copia fandi.*

Oggraſſor, aris, Plaut. pro incedo. Ut, *didiciſti cum pedibus aggraſſari gradus.*

Prægredior, eris, priore loco vel ante alium gradior, Gaar for. *Alii prægrediuntur, alii ſeqbuntur amici.* Et translatè, ratione ſcil. dignitatis; *prægreditur alios*, i. e. antecellit.

Prægreſſio, onis, prægrediendi actus. Ut, *ſine prægreſſione cauſæ nihil fit.*

Prætergredior, eris, præter aliquid gradior & eo, Gaar forbj eller frem for. *Prætergreſſus eſt caſtra.*

Progredior, eris, porrò gradior, Gaar frem. *Progreditur viam multorum dierum: huc progreditur cum corona: in aquam progreſſus: progreditur obviam*, Gaar imod. Et translatè, *progreditur longiùs*, ſcil. dicendo, pro ſermonem extendit, Gaar langt oc vidt vd i ſin tale. Sic *morbus progreditur longius.*

Progreſſio, onis, progrediendi actus, Fremgang. Et ſpecialiter, quæ fit in diſcendo, Forfremmelſe. *Progreſſio diſcendi: progreſſio ad virtutem.*

Progreſſus, us, m. q. idem, Fremgang/ forfremmelſe. *Progreſſus ſtellarum: firmo progreſſu tendit in caſtra: progreſſus in literis.*

Regredior, eris, retrò gradior, Gaar tilbage. *Illuc regredere ab oſtio: incertus utrum progrediatur an regrediatur in caſtra.*

Regreſſus, us, m. q. regrediendi actus, Ut, *neq; pœnitendi locus aut regreſſus ab ira relictus eſt: fortuna regreſſum non habet*, Giengang.

Retrogredior, eris, retrorſum gradior. Ut, *retrogreditur in paſcendo.*

Retrogradus, a, um, quod retrorſum graditur. Ut, *Sydus cæleſte retrogradum*, Som gaar tilbage/ Kræbsegengig.

Suggredior, eris, latenter gradior. Ut, *ſuggreſſi propiùs ſpeculatores*, Gaar ſaa ſacteligen oc hiemmeligen. Et *ſuggreditur hoſtes*, i. e. latenter aggreditur.

Transgredior, eris, trans aliud gradior, Gaar offuer. *Alpes transgreſſus eſt: transgreſſus eſt pomærium.* Dicitur autem non de itinere pedeſtri tantum, ſed & de equeſtri & navali. Item translatè, ſupero, offuergaar. *Marcellum numero prœliorum transgreditur.*

Transgreſſio, onis, transgrediendi actus. Ut, *transgreſſio Gallorum*, quâ transgreſſi ſunt. Et peculiariter Rhetoribus, oratoria quædam exornatio, Græcâ voce Hyperbaton.

Compoſita alia.

Herbigrada, æ, f. pr. Cic. ex Pacuvio, cochlea, quæ ſuper herbam graditur. Aliter legitur Tardigrada.

Spiſſigradus, a, um, Plauto, qui ſpiſsè & tardè graditur, Tung fetdig i gang. *Homo eſt ſpiſſigradiſſimus.*

Tardigradus, a, um, qui tardè graditur. Ut, *tardigrada quadrupes*, Tunggangende.

GRÆCUS, a, um, quod in Græciâ ortum eſt, ſeu ex Græcia eſt. Ut, *Græca literæ: græci libri: Græca exemplaria.* Sic *Græcæ columnæ*, quæ ex Græcia afferebantur, erantq; Latinis pretioſiores. *Pilum Græcum*, quod in pinſendo tritico unâ deprimitur parte, alterâ attollitur more celonii & ciconiæ putealis. *Græca unctiones*, quæ elegantiores erant propter unguentorum copiam. *Dolium Græcum, teſta græca*, quæ in Italiæ regione, magna Græcia, facta erant. *Græca via*, quam Hercules octo ſtadiorum aggere in Lucrino muniit, ſcil. ab Græco Hercule ſic dicta. *Græcæ oves*, quæ Tarentinæ, à regione Italiæ, Magna Græcia. *Græco more bibere*, eſt largiùs geminatis cyathis, vel à ſummo conviva ad infimum ordine bibere: vel bibendo libare ſaluti Principum, amicorum, præceptorum, beneficorum, &c. Dricke Skaaler runden om/ kring. Sic *Græca cantio*, oratio quæ inter bibendum adhibebatur his verbis, ἢ πέντε πίν' ἢ τρὶς πίν' ἢ μὴ τέτταρα, i. e. aut quinq; bibe, aut ter bibe, aut ne quatuor: ad numerum ſcil. digitorum manus. In Athenæo legitur ἢ πίνε τρία, i. e. tria bibe, quod integrius puto, Inquit Turnebus, cantionemq; interpretor de vini temperatione, quinq; vini cyathorum ad duos aquæ aut trium ad unum. *Græcâ fide mercari & ſolvere*, eſt pecuniâ præſenti mercari & ſolvere. Ingenium enim erat Græcorum, ut ægrè merces ſuas cuiquam absq; præſenti pecunia crederent. *Græca roſa*, quæ ſylveſtris eſt fatua & ſine odore ad coronamenta tantum adhiberi ſolita. *Græca ſalix*, ſalicis genus.

Græcor, aris, dep. pr. Græcorum mores imitor.

Compoſita.

Congræcor, aris, dep. pr. & Congræco, as, n. pr. Plaut. idem quod pergræcor.

Pergræcor, aris, dep. pr. Græcorum more epulis & potationibus indulgeo. Ut, *Græcorum moribus ruri pergræcatur: pergræcatur cum milite.* Item ludis Græcanicis, pilâ diſco, exerceor, &c. ſen ludos Græcorum ludo.

GRALLÆ, arum, f. pr. pertice ligneæ furcatæ, quibus altiùs à terra gradimur, à gradiendo ſic dictæ, Stylter/ oc it ſlags Krycker eller ſtenger til at gaa oc ſpringe paa.

Grallator, oris, m. t. qui grallis utitur & incedit, Styltere.

Grallatorius, a, um, quod ad grallatorem pertinet, vel quod grallatorem refert. Ut, *gradus grallatorius*, i. e. magnus, qualis eſſe ſolet grallatoris, Store/ lange træn.

GRAMEN, inis, n. t. pr. prod. propriè omnis herba à germinando dicta. Inde peculiariter, quæ pecudibus eſui eſt, & ſecatur in pabulum, Græß. Aliter à gradior, quòd latiùs ſerpat progrediaturq; & novas crebrò ſpargat radices. Item à Græco γέρμις, ejuſdem ſignificationis, ut innuere videtur Iſidorus.

Gramineus, a, um, quod gramine conſtat. Ut, *coronæ gramineæ*, Græßkrandtz: dabaturq; iis, qui obſidione cinctos liberaſſent; *Ceſpes gramineus*, cum gramine evulſus, Grøn tørffue/ græß tørffue. *Campus gramineus* ſeu virens, ſeu conſitus, Græßmarck/ Engbond/ Eng.

Graminoſus, a, um, gramine abundans. Ut, *ager graminoſus*, Græßfuld Agger.

GRAMIÆ, ſeu Gramæ, arum, f. pr. ſordes ſunt oculorum cum lachrymæ & pituita concreſcit, ac veluti glutinat palpebras, à γλάμη, ejuſdem ſignificationis, Flatter i øyne/ øyne flod/ rod.

Gramoſus, ſive Gramioſus, a, um, m. ſ. qui iſto laborat vitio, Flatt øyedt/ ſure øyedt. Et adjectivè, *oculi gramoſi*, Flattedt øyne/ ſure øyne.

GRANDIS, de, om. t. quod in ſuo genere juſtâ eſt vel ſingulari quadam magnitudine & accrevit, q. Gerande à gero, aggero, ubi ſcil. multa per incrementum aggerantur, Fuldſom/ fuldvoxen. *Grandes fruges: grandia frumenta, poma, &c.* Et ratione ætatis, non ſubſtantiæ, til Alders. *Grandis puer; grandis virgo: Grandis natu,* Alderet: *grandior ætas.* Inde ſimpliciter idem quod ingens, magnum. Ut, *grande gaudium; grande æs alienum: grandis epiſtola, fœtus, cubiculum, vitium.* Et *vir grandibus verbis.* Item grave. Ut, *grande pondus argenti,* Suar oc tung vect. Aliter grandis proprie de ætate, à γεραιὸς γέρων ſenex, ſenilis.

Grandiuſculus, a, um, paulò grandior. Ut, *virgo eſt grandiuſcula.*

Granditer, antiquis, pro grandi modo: Unde Iſidoro, *granditer dicere.*

Grandeſco, is, n. t. grandis fio, Fuldvoxer / voxer ſtor / vorder ſtor. *Creſcente Luna frumenta grandeſcunt.*

Granditas, atis, f. t. Cic. grandis alicujus ratio ſeu quantitas, Fuldſomhed/ Suarhed. *Ætatis granditas, verborum granditas.*

Grandio, is, ivi, act. q. grandem facio, Giør ſtor oc fuldſom. *Vineta fruges grandiuntur.* Et *grandibo gradum,* Giøre ſtor gang oc træn.

Compoſita.

Ingrandeſco, is, ui, n. t. Colum. grandior fio. Ut, *locis apricis licet porrum, ſi jam ingranduit, transferre.*

Pergrandis, de, om. t. valdè grandis. Ut, *pergrande pectigal.*

Prægrandis, de, valdè grandis. Ut, *gemma prægrandis: aures prægrandes.*

Subgrandis, de, om. t. aliquantulum grandis. Ut, *ſubgrande cubiculum,* Temmelig/ paſſelig ſtoer.

Vegrandis, de, om. t. non grandis, vel malè grandis, i. e. parvus, Meget liden. *Meſſes vegrandes: oves vegrandes & imbecillæ: vegrande frumentum,* i. e. parvum & minutum: *vegrandis gradus,* i. e. minutus. Cic. *non idcirco extollitur nec vitæ vegrandi datur.*

GRANUM, ni, n. ſ. pr. prod. propriè ſemen frugum, ut tritici, hordei, &c. à gerendo, q. geranum, quod ferìtur, ut ſpica frumentum gerat, Korn *Granum tritici; granum hordei.* Inde translatè, omne quod minutum eſt, & cum grano frumentaceo ſimilitudinem habet aliquam, Korngrand/ Kierne. *Grana pomi,* Eble kierne. Item in re ponderali granum dicitur pondus, granum tritici æquans. Aliter à κέρατον, caput, propter orbiculatam figuram.

Granarium, n. ſ. locus in quo grana frugum reponuntur, Kornhuuß.

Granatus, a, um, Colum. quod granis abundat. Ut, *malum granatum, à granis,* Granate Eble / quod aliàs Punicum à gente. Et Plin. abſolutè granatum, pro eodem.

Granoſus, a, um, quod intus grana habet. Ut, *folliculi granoſi.*

Grando, inis, f. t. pluviæ guttula in aere congelata, ſic dicta quod granis ſimilis ſit, Hagel. Item morbus ſeu vitium oculorum, tuberculum ſcilicet grandinis magnitudine in ciliis natum. Item in ſuibus, cum ſub lingua venulæ varicoſæ fiunt ac nigreſcunt, Tinte.

Grandinatus, a, um, grandine ſaucium.

Grandinoſus, a, um, quod grandine abundat. Ut, *cælum grandinoſum.*

GRAPHO, γράφω, verbum Græcum, idem quod pingo, ſcribo, ſeu literas pingo vel inſculpo, Latinis in derivatis quoq; & compoſitis uſitatum.

Grammaticus, ci, m. ſ. γραμματικὸς, Græcâ conſvetudine & voce, idem quod initiò literatus, h. e. qui aliquid diligenter & acutè & ſcienter potuit dicere & ſcribere, Boglærdt. Et peculiariter, qui enarrabat Poetarum ſcripta.

Grammatica, cæ, & Grammatice, es, f. pr. γραμματικὴ, ars ſeu ſcientia loquendi ad certos modos & præcepta, ex uſu recepto linguæ. Accipitur & pro ipſis præceptis, ut cum dicitur, *puer iſte Grammaticam didicit.*

Grammaticus, a, um, quod ad Grammaticam vel Grammaticum pertinet. Ut, *ars grammatica: oratio grammatica: ſtylus grammaticus.* Et abſolutè, *Grammatica, orum,* n. plur. pro ipſis præceptis Grammaticis.

Grammaticè, modo grammatico. Ut, *grammaticè loquitur,* Taler konſteligen/ aff konſt.

Grammatiſta, æ, m. pr. idem quod literator, ſcil. qui tenuiter, nec perfectus eſt Grammaticus.

Graphicus, a, um, Plaut. pro ad unguem facto venuſto ſcitoq; ingenio, & q. pictoris manu expoliro, Konſtelig/artig. *Graphicus ſervus: graphicus homo, mortalis: graphicus fur; graphicus nugator,* q. d. Som en Maler kunde meeſt oc beſt maale hannem.

Graphicè, adverb. modo graphico. Ut, *graphicè ornatus: graphicè facetus,* Artigen.

Graphium, n. ſ. ſtylus & inſtrumentum æneum, quo antiquitùs in ceratis tabulis ſcribebant. Et inde quodvis aliud inſtrumentum, quo ſcribimus, Scriffuer ſtick/ pen.

Graphiarium, rii. n. ſ. Mart. in quo graphium ſervabatur, & theca calamaria, Pennehuuß / Scriffuer tøy.

Compoſita.

Apographum, phi, n. ſ. rutorum & cæſorum index, Inventarie Bog oc Regiſter.

Chirographum, n. ſ. literæ ſcriptæ propria auctoris manu in fidem alicujus, Haandſkrifft: vel privata ſcriptura manu cujusq; deſcripta, vnderſkreffuen haand. *Tuo chirographo literas accepi.*

Geographia, æ, f. pr. terræ deſcriptio.

Geographus, m. ſ. qui terram, terræve ſitum deſcribit.

Pergraphicus, a, um, Plaut. valdè graphicus & q. pictoris manu expolitus. Ut, *pergraphicus Sycophanta,* q. d. En ret affmaledt.

Syngrapha, æ, f. pr. ſcriptura ſive ſchedula, quæ fit propriâ manu contrahentium ad pactorum fidem, Vdſkaaren Skrifft. *Per ſyngraphan ei credidit. Ex ſyngrapha egit cum eo.* In chirographis autem tantum quæ geſta ſunt ſcribi ſolent; eaq; ab unâ tantum parte ſervari ſolita: ſyngraphæ neutrius manu utriq; parti ſervandæ traduntur: vel in ſyngrapha ſimul plures ſubſcribunt.

Syngraphus, phi, m. ſ. idem, Exponitur & diploma, per quod liceat belli tempore tranſire aliquo, Fri paß.

GRATUS, a, um, pr. prod. propriè quod nobis contingit provenitq; aliunde ſine premio aut pretio, ideoq; optatum & acceptum, q. Graſtus, χρηστὸς, exempto ſibilo, utilis, commodus, bonus & jucundus, Kiert/

teckeligt/behageligt. *Amor tuus mihi gratus est: officia tua mihi gratissima: gratum mihi fuit te ab eo amari.* Inde tropicè, Gratus, qui beneficium refert, utpote præstanti optatum & acceptum, vel qui optati beneficii memor est, Tacknemmelig. *Animus gratus: homo ingratus fuit.* Aliter Gratus q. χαρίτος, à χάρις, gratia.

Gratè, grato animo, Tacknemmeligen. *Gratè & piè facit.*

Grates, f. plur. & hac una quidem terminatione, pro gratia quæ referri debet pro accepto beneficio, Tack for velgiort. *Ago tibi grates.* Legitur & in Plauto: *grates gratias debeo*, sed suspectè pro gratas.

Gratia, æ, f. pr. gratæ rei affectio, quâ placet, arridet & amorem benevolentiam beneficiúmve meretur: Ideoq; sæpiùs ipse amor, amicitia, benevolentia aut beneficium, Ynde/ yndelighed / yndist / teckelighed/ naade / gunst / venskab / velgierning. *Homo est sine gratia: Oratio caret gratiâ,* haffuer ingen ynde/ yndist/gunst. Sic: *Valet apud nos gratiâ: nostram gratiam exstinguit hominum suspicio, Conciliare sibi gratiam alicujus, mereri, consequi, &c. Redire in gratiam,* Vaa/ faa ens gunst oc vensbab. *Inire gratiam,* fortiene tack. *Hoc sibi apponi gratiæ postulat,* Den naade/ gunst eller velgierning. Item gratia idem quod venia, Forloff. *Cum gratia impetrat; gratia est,* Det er forloff. *Gratiam facio tibi jurisjurandi*, i. e. veniam do & jusjurandum remitto. Sic *facio gratiam culpæ, criminum, edicti, votorum, pecuniæ, &c.* Et *facio tibi gratiam ætatis*, i. e. ætatem rei agendæ illegitimam, legitimam concedo. Item gratia idem quod causa, seu propter quod. Ut, *bestiæ hominum gratia creatæ,* For Menniskens skyld. *Hujus rei gratia id factum: quâ gratiâ hoc facis*, i. e. ob quam causam: *in tuam gratiam hoc feci,* for din skyld; dig til villie. *Mea gratia nobis pertimescit,* hand frycter intet for min skyld / hand seer icke ved for mig. Verba sunt domini de servo. *Exempli gratiâ,* Til it Exempel oc efterlignelse eller forbillede. Et omissâ ipsâ voce, atq; subintellectâ: *vitandi criminis id egit: prodendæ Reipubl. hoc voluit.* Item Gratia, grati animi & beneficiorum agnoscentis reddentisq; affectio, sive officium gratiæ & beneficio debitum, Tack. Unde, *refero gratiam,* Betaler lige for lige/ betal velgierning. *Facio gratiam de cœna, de promissis,* haffuer betackedt / eller betacker for det oc det. Et plural. *Ago gratias,* Jeg tacker. Et utroq; numero: *habeo gratiam, & habeo gratias,* Tacker/ haffuer betacket.

Gratiosus, a, um, qui gratiâ valet, seu valdè gratus est & acceptus, heldig/ haffuer held/yndelig / i yndist oc gunst. *Apud omnes ordines gratiosus fuit.*

Gratiosè, modo gratioso, cum gratia.

Gratiis, adverbialiter, idem quod gratis. Ut, *hoc tibi addam dono gratiis.*

Gratis, sine præmio & pretio, Aff idel oc bar gunst/ for intet/vden betalning. *Gratis ipsum manumisit: gratis diligit, gratis in disciplinam recipit* Et *gratis prætor factus est: gratis hoc mihi constat,* haffuer for intet.

Gratitudo, inis, f. t. Ethicis idem quod gratus animus, & grata voluntas, Tacknemmelighed.

Grator, aris, dep. pr. potissimùm Poëtis in usu, idem quod gratulor. Ut, *grator tibi honores.* Et *grator Diis*, i. e. sacrifico.

Gratabundus, a, um, Tacit. idem quod gratulabundus.

Gratuitus, a, um, pen. prod. quod sine præmio & mercede datur. Ut, *gratuita amicitia, opera, liberalitas.*

Gratuitò, adverb. modo gratuito, Aff gunst. *Gratuitò ipsi obstrictus est.* Et *gratuitò ipsum defendit.*

Gratulor, aris, dep. pr. de re grata lætitiam testor, Deo ago gratias & benè precor, Er glad ved ens gode och lycke/ tacker Gud/ ynsker lycke. *Gratulor tibi honores, victoriam:* Et *de honoribus tuis & victoria.* Et omisso Dativo, *gratulor adventum, reditum,* Beder være velkommen. Item gratulor, gratias ago. Ut, *Deo de victoriâ gratulor,* Tacker Gud for Sejervinding.

Gratulabundus, a, um, qui propensus est ad gratulandum, seu multum gratulatur. Ut, *populus gratulabundus flores undiq; in eum jacit.*

Gratulatio, onis, gratulandi actus, Velsignelse/ Lyck ynskning. Item supplicatio pro re benè gesta, Almindelig tacksigelse til Gud for Sejervinding. *Cæteris benè gestis, mihi uni conservatæ Reipubl. gratulationem decrevistis.*

Composita.

Congratulor, aris, cum aliquo gaudeo, signis lætitiam ostendo ex re nobis grata, Glæder mig med anden for det gaar hannem vel. *Mihi præcipuè congratulantur homines.*

Congratulatio, onis, congratulandi actus.

Ingratis, adverb. pro invitè, & mala cum gratia. Ut, *ingratis me excitat,* Mod min villie / foruden nogen tack/med wtack. *Ingratus mihi ancillam postulat,* Vil haffue hende imod min villie.

Ingratiis, idem quod ingratis: Estq; vel adverb. Ut, eundum est quò imperant ingratiis: vel nomen: Ut, *vobis invictis atq; amborum ingratiis liber fieri possum*, q. nullis vestris gratiis.

Ingratus, a, um, tior, tissimus, non gratus, wkier/ wkierkommen/ mig imod. *Onus ingratum: ingrata oratio: sapor ingratus,* ond smag. *Odor ingratus,* ond lucr. *Ingratus dormit,* hand soffuer imod sin villie/ enten hand vil eller ey. Sed & hîc alicubi legitur ingratis. Item ingratus, non gratus, quiq; gratiam ob beneficium acceptum non refert, wtacknemmelig. *Homo est ingratus: animus ingratus.*

Ingratè, modo ingrato, wtacknemmeligen. *Impiè & ingratè hoc repudiat.* Item, *ingratè ipsum nominat,* Nødigen/ mod sin villie.

Ingratitudo, inis, f. t. ingrati vitium & affectus, wtacknemmelighed.

Pergratus, a, um, valdè gratus. Ut, *pergratum fuit hoc mihi tuum factum.* Et per Tmesin: *Per mihi gratum fuit.*

GRAVIS, ve, ior, issimus, om. t. pr. corr. quod ponderè est insigne, q. bravis, à βαρὺς, ejusdem significationis, Tung/Suar. *Grave saxum: gravis sarcina: gravia arma.* Et tropicè, difficile: molestum, & quod oneri sit, Besuærligt/ til tynge/ hart. *Grave mihi fuit quicquam ab ipso petere: nunquam ipsi fui gravis: gravis senectus: gravis morbus: grave tempus: gravis annus: grave scelus,* stort skalcke stycke. *Odium grave: nuncius gravis*, i. e. tristis, ond budskab. Item de moribus, virtutibus vitiisq; quod excellit & magnum est. Ut, *Homo gravis,* Drabelig/ stadig / alvorlig / icke letferdig. Et *vir auctoritate gravis,* Myndig. *Nomen tuum mihi grave est,* Megit act/ eller acter.

Honestus grabior est quàm ulla res alia, Meere ædet. *Prudentiâ grabis*, Saare forstandig/forsictig. *Grabe certamen, bellum, pugna*, i. e. magnum. *Id quod facis gratum & grabe est*, i. e. magnum, multum, scil. in bonam partem. *Causa grabis*, quæ est magni ponderis, haffuer stort paa sig. *Grabe pretium fructibus*, stort værd / dyrhed / dyrcke. *Grabis ætate*, Gammel/ tung aff Alder. *Grabis fœmina*, i. e. gravida. Item de sonis grave idem quod humile. Ut, *ab acutissimo sono, usq; ad grabissimum sonum recipere*, groff stemme: Aliter à gero q. geravis, ut de oneribus propriè dictum sit.

Graviter, modo gravi. Ut, *graviter hoc fert*, Besuerligen / ilde tilfredz der med. *Graviter res gestas narrat*, Alvorligen oc sandrueligen. *Graviter ægrotat*, Saare megit siug. *Graviter suspectus sum*, storligen. Et in bonam partem: *Graviter placere cœpit: graviter amat*, i. e. valdè serio.

Gravitas, atis, f. t. gravis rei habitus vel ratio, Tynge / runghed / suarhed. *Gravitas ferri, armorum: gravitas morbi*, storhed / besuærlighed. *Catoni inerat à natura magna gravitas*, Alvorlighed / Adstadighed. *Gravitas cæli*, i. e. intemperies, Besuærlighed/ storm oc wveir.

Gravastellus, m. s. Plaut. pro seniore, à gravitate sic dictus, gammelactig. Sed & aliàs legitur Ravastellus, à ravo colore.

Gravedo, inis, f. t. morbus capitis ex humore crasso innares diffluente, easq; occludente, sic dictus, quod capiti & naribus gravis sit, Snue.

Gravedinosus, a, um, gravedine affectus, quiq; ad eum morbum est proclivior.

Gravesco, is, n. t. gravis fio vel oneror, Tyngis. *Fœtu grabescit nemus: cameli grabescunt*, i. e. gravidæ fiunt & prægnantes. *Valetudo grabescit*, i. e. gravior fit. *Mala publica indies grabescunt*, De bliffuer jo større och meere.

Gravidus, a, um, fœtu gravis, Tyck/fructsommelig/ *Mulier grabida ex eo.* Et sine præpositione: *Ea me grabida est.* Sic, *grabida albus.* Et translatè, *marsupium numis grabidum: pharetra sagittis grabida*, fuld oc tung. *Manus grabidæ*, quæ vel tument verberibus, vel rapto plenæ sunt.

Graviditas, atis, f. t. gravidi affectio vel conceptio, Vndfangelse/fructsommelighed. *Luna grabiditates & partus adfert.*

Gravido, as, gravidam reddo, giør tiuck/fructsommelig. Inde translatè terra seminibus gravidata, omnia parit & ex se fundit. Item simpliciter grave vel plenum reddo. Ut, *hic te probro grabidavit*, i. e. oneravit.

Gravo, as, act. pr. gravem reddo, seu onero, Tynger/ betynger: idq; tùm propriè, tùm translatè. Ut, *fœmina fœtu grabatur: arbor fructu, caput vino somnoq; grabatur, labor iste me grabat*, Besuærer. Et *grabare fortunam alicujus*, i. e. graviorem & molestiorem reddere.

Gravatus, a, um, quod gravavimus, Tyngedt/ betyngedt. *Arbor fructu grabata: homo vino somnoq; grabatus.* Et *caput grabatum*, quod gravidine laborat, Hoffuet fuld aff snue. Item activè *Grabatus*, qui gravatur aliquid facere, Nødig. *Haud grabatus istos sustinet labores.*

Gravatè, modo gravato, Besuærligen / nødigen. *Grabatè hoc credit pater: non grabatè erranti monstrat vilam.*

Gravatim, adverb. idem.

Gravor, aris, dep. pr. significatione translatâ, significat grave & molestum duco, Besuær mig t noget. *Grabatur hoc facere*, Besuær sig / holder det for suart/besuærligt: Hand sider ved at giøre det. Et cum accusativo: *odere Romanos & Dominos grabantur*, i. e. graviter ferunt, vel grave ducunt habere Dominos.

Composita.

Aggravesco, is, valdè gravis seu gravior fio. Ut, *aggrabescit morbus.*

Aggravo, as, act. pr. valdè gravo & onero, Besuærer. *Aggrabare socios: socii aggrabantur inopiâ.*

Degravo, as, valdè gravo. Ut, *lassitudo & vulnera & pavor degrababant: labore operis degrabantur.*

Ingravesco, is, gravior & molestior fio, Tynges jo meere oc meere. *Corpora laboribus ingrabescunt.* Et, *ingrabescit indies malum, morbus*, Vorder huer dag jo meere oc meere. Sic *ætas ingrabescens* pro senectute.

Ingravis, ve, Jurisconsl. valdè gravis. Ut, *ingravi valetudine affectus est.*

Ingravo, as, gravius facio & exaggero. Ut, *ingravat verba: ingravat orationem adversarius.*

Pergravis, ve, valdè gravis.

Pergraviter, admodum graviter. Ut, *pergraviter offensus est.*

Prægravis, ve, valdè gravis. Ut, *prægravis lapis: prægrave servitium.* Et *prægrave caput*, quod in terram propendet.

Prægravo, as, valdè vel supra modum gravo: Ut, *prægravat fructus aliqua parte.* Ponitur & pro præpondero. Ut, *prægravat facta sua*, i. e. præponderat.

Semigravis, ve, dimidia sui parte gravis. Ut, *somno vinoq; semigraves potabant.*

Subgravis, ve, aliquantùm gravis. Ut, *subgravis odor*, Temmelig sterck lugt.

GREMIUM, n. s. pr. corr. complexus inter femina, à Gero, q. Geremium, quòd eo parentes gerant & foveant liberos, Skød. *Puer in gremio matris sedens: liberi è gremiis parentum diripiuntur.* Inde translatè, *gremium terræ*, cùm scilicet terra semen suscipit, susceptumq; retinet, q. viventem fœtum postea paritura.

GREX, gis, m. t. pr. gen. corr. propriè agmen minorum pecudum, ut ovium, porcorum, caprarum, à Græco γέργερα, i. e. multitudo, flock/hob smaa Quæg/ Hiord. Dicitur & de majoribus, ut camelis, bobus, equis flock stort Quæg/Hiord: Sed cum adjectione, *grex magnus*, pro armento: Et *grex mugientium*, i. e. boves. Item translatè, de avibus. Ut, *grex avium*, hob/ flock fugle. Item *grex ancillarum, servorum: grex bænalium*, en hob aff det slags. Sic *greges Jonii*, i. e. histriones.

Gregatim, per greges, vèl gregali more, I hobe tal/ i flocke tal. *Elephanti gregatim ingrediuntur: grues gregatim volitant.* Et translatè, *cives Romani gregatim conjecti in lapicidinas.*

Gregalis, le. om. t. quod ex eodem grege est. Ut, *Equus gregalis*, I flock med/som gaar med i hiorden. Et translatè, *homo gregalis*, pro sodali, q. ex eodem genere, Stoldbroder/følgesuend/som er i flock oc følge med anden. Dicitur; potissimùm in malam partem.

Gregarius, a, um, quod est ex grege. Ut, *bos gregarius*, qui adhuc in grege pascitur, nondum jugo domitus, som gaar endnu vde med Quæget. Et translatè, *miles gregarius*, qui non electus, sed tumultuariè undecunq; collectus & vulgaris, Gemeen Landzknect/Dryfbe Knect/ Sløer.

Compo-

Compoſita.

Abgrego, as, act. pr. à grege abduco, vel ex gregibus pluribus partem ſubduco.

Aggrego, as, q. in unum gregem contraho, Sancker i hob/ kiører i hob. *Eò naufragos undiq; collectos aggregavit.* Inde idem quod adjungo. Ut, *aggregare ſe ad aliorum amicitiam*, Skiude ſig i Selſkab oc Venſkab med.

Congrego, as, modo gregis in unum cogo, Samler i hob eller flock. *Cives congregant ſe in unum locum.* Et *congregant ſe apes*, De lyndis.

Congregabilis, le, om. t. quod facilè congregari poteſt. Ut, *congregabilia apum examina.*

Congregatio, onis, congregandi actus. Item ipſi homines congregati, Forſamling.

Congregatus, a, um, quod congregavimus. Ut, *multitudo ex ſervis congregata.*

Congrex, gis, m. t. Apul. gregi copulatus, miſtusq;, med i hiord eller flock. Item qui congregationem amat.

Egregius, a, um, q. è grege electus. Et translatè, excellens, eximius, Vovald/ ſynderlig/ herlig. *Forma egregia*, offuermaade ſkon ſkabning. Lucretius comparativè dixit: *nihil egregius, quàm res ſecernere apertas à dubiis.*

Egregiè, adverb. modo egregio, Synderligen/herligen. *Dolobella egregiè mihi placet.* Et compart. apud Juvenal. *Egregiùs cænat meliusq; miſerrimus.*

Segrego, as, ab aliorum numero vel ſocietate & grege ſeorſum duco, Fraſkillier. *Pamphilum à ſe ſegregat à ſe omnes extra te unum ſegregat. Segregare ſermonem*, eſt loquendi finem facere.

Segrex, is, m. t. qui ſegregationem amat. Plaut. & Prudentio.

GROSSUS, ſi, comm. ſ. ficus eſt immatura, vel fici arboris alter fructus, qui ſcil. non matureſcit, q. gloſſus à χλόος, viror, vmoed Figen/grøn figen. *In millibus tot ficorum non videbitis groſſum.* Aliter à χάσος fatuus, quaſi ficus fatua, cùm ſit inſipida. Item à κεχαδῶμαι dejicior: quia facilè dejicitur, arbore ventis concuſſa. Undè ſimilitudo Apocal. 6. Sicut ficus abjicit groſſos ſuos, cum vento magno concutitur. Et quidem κεχαδάω, ductum eſt à κεχάδη, genus ficus ſylveſtris.

Groſſulus, parvus vel parva groſſus.

GRUMA, æ, Nonio, & Groma Feſto, genus machinulæ, quâ regiones agri cujusq; cognoſci poſſunt, ſive menſura quædam, quâ fixâ viæ ad lineam diriguntur, ut in caſtris metandis & agris aſſignandis, à γνώμον, ejusdem ſignificationis. Item Grumæ dictæ ſunt quadrivia in quibus quatuor directæ viæ conveniunt.

Compoſita.

Degrumor, aris, dep. pr. veterib. ad grumæ menſuram dirigo. Ut, *degrumari viam; degrumari ferrum.*

GRUMUS, mi, m. ſ. terræ congeries & collectio, minor tumulo, à congerie, inquit Nonius, ſic dictus. Ut, tuberculum relictum ab aratro aut crate, Jordbylcke paa Aggeren / eller Jordklimp; aut à talpa egeſtum, Muldvarpſkud/ muldſkud: aut hominum cura ad pangendos lupulos ſalictarios, Humblekule. Item fruſtulum ſeu mica cujusq; rei in unam maſſam concretæ, krumme/grumſe. Sic grumus ſalis, Et Salt korn. Aliter à κρώμαξ acervus & congeſtio lapidum. Grumulus, parvus grumus.

Compoſita.

Exgrumo, as, n. pr. Varr. grumos perfodio, ſeu ex grumis exſilio, Skyder op aff tuer eller Jorden / ſaa ſom Snegle eller Muldvarpe. *Exgrumant cochlea.*

GRUNNIO, & veter. Grundio, is, ivi vel ii, itum, n. q. de voce porcorum dicitur, per onomatopœjam, à voce γρῦ, quam edunt, quemadmodum Græcorum γρυλλίζω, Grynter. Et translatè de homine, cum incondito edito ſono, gravatur reſpondere, Saa ſom naar en rømmer ſig. Iſtum enim ſuum ſonum tum imitatur.

Grunnitus, us, m. q. grunniendi actus, Grynten.

Grundules Lares, quos conſtituit Romulus in honorem ſcrophæ, quæ triginta pepererat porcos.

GRUS, uis, f. t. nomen avis gregatim volitantis, à ſono ſic dicta, ſive à γεγανὸς ejusdem ſignificationis, Trane. Dicitur Martiali, avis Palamædis: quia dum volitant grues figuram literæ Υ, γ, aut λ, conſtituunt, à Palamede primum obſervatam & in literas aſcriptam. Item Grus Marinus, nomen piſcis. Exponitur & avis aquatica.

Gruo, is, n. t. de voce gruis dicitur, Skriger ſom en Trane.

Gruina, æ, f. pr. nomen herbæ, quæ & Græcâ voce geranion dicitur, Tranehals/Storckenæb.

Gruinaria, æ, f. pr. idem.

Compoſita.

Congruo, is, ui, n. t. translatâ ſignificatione, idem quod convenio, conſentio, Stemmer ſammen/ kommer offuerens: ut ſolent inter ſe grues volatu. non enim ſe ſegregant, ſive in paſtu, ſive in volatu. *Sanè illi inter ſe congruunt concorditer: hoc cum illo congruit: temporum ratio vix congruit: de hoc non congruunt illi: iſta inter ſe congruunt: & hoc ei congruit.*

Congruens, tis, om. t. quod congruit, aptum, conveniens & accommodum, Samtydig/bequemmelig/ offuerens kommende. *Congruens tenor vitæ.*

Congruenter, adverb. modo congruente. Ut, *aptè & congruenter dicit: convenienter congruenterq; naturæ vivit.*

Congruentia, æ, f. pr. Svet. pro convenientia. Ut, *congruentia morum.*

Incongruens, tis, om. t. non congruens, vrimeſomt/ ſom icke ſtemmer eller kommer offuerens med. *Sententia hæc noſtræ eſt incongruens.*

Ingruo, is, n. t. confertim & cum clamore in aliquid feror, more gruum, qui non niſi magno agmine & clangore volitant, Falder tyck paa. *Ingruit hyems, tempeſtas, grando: Ingruunt milites contra hoſtes.*

GRYLLUS, m. ſ. locuſtæ genus ſimile cicadæ, noctu ſtridens, retrò ambulans, à ſono ſic dictus, Fåarkylling.

GRYPHS, phis, m. t. γρὺψ, avis genus quadrupes & roſtro in morem aquilæ, Gryff. Declinatur & Gryphus, phi, in ſecunda.

Gryphus, phi, m. ſ. qui naſo eſt adunco & inflexo ad morem aquilæ vel gryphis, krognæſedt ſom en ørn.

GUBERNO, as, act. pr. corr. propriè navem rego, ſeu navis curſum dirigo, à κυβερνάω, ejusdem ſignificationis, Styrer Skib. *Navem gubernat.* Inde quocunq; modo rego, adminiſtro, moderor, Reger oc ſtyrer/ raader ret frem oc forſtaar. *Rempublicam gubernat: tormenta, dolores, iter, eventus gubernat.* Et *fortuna, ratio, hoc gubernat.*

Guberna, Lucret. pro Gubernaculis.

Gubernaculum, li, n. ſ. clavus navis, quo illa gubernatur, Skibs Roer. Et translatè, adminiſtratio, Regæring/ Forſtanderſkab. *Reipubl. gubernacula tractat: à gubernaculis ipſum dejecit.*

Gubernatio, onis, gubernandi actus. Ut, gubernatio navis, Skibsſtyring/ ſtyrelſe. *Gubernatio Reipubl.* Regæring. *Gubernatio rerum quarumcunq;* Styrelſe/Regæring.

Gubernator, oris. m. t. qui gubernat, regit & moderatur, tùm propriè, tùm translatè. Ut, *gubernator navis,* Styremand. *Gubernator Reipubl.* Regentere. *Gubernator equorum,* Kiøreſuend.

Gubernatrix, icis, f. t. idem in ſexu fœmineo. Ut, *eloquentia gubernatrix civitatum.*

Gubernio, onis, Iſid. idem quod gubernator.

Gubernium, n. ſ. Laber. pro gubernator.

Compoſita.

Archigubernus, Jabolen. Jurisconſ. pro præfecto claſſis, voce fictâ ex Græco & Latino, Amirall.

GULA, æ, f. pr. cor. fiſtula per quam cibus potusq; in ventriculum deſcendit, à γύαλον, cavitas, propter cavum receſſum, quodq; partem ſub collo ſignificat, Madpibe/ Moderløſs. Inde tropicè, voracitas, ſeu immoderatus cibi potusq; appetitus, wmætteligҳed. *Hoc gulæ turæ non ſufficit.* Accipitur & frequenter oratoribus, pro anteriore parte colli, ſeu ipſo gutture, Strubbe. *Laqueo gulam fregit.* Aliter à Guma ſive gumia, i. e. guloſo.

Guloſus, a, um, qui eſt deditus gulæ vitio; wmættelig/ Fraadҳere/ſkyllehals.

Gulosè, modo guloſo & delicatè. Ut, *gulosè cibos condivit.*

Gulo, onis, m. t. animal quoddam in Norvegia, aliisq; locis ſeptentrionalibus, voraciſſimum, canis magnitudine, facie felis, corpore & cauda, vulpinis ac colore nigro. Cadavere invento tantum vorat, ut extendatur tympani inſtar. Itaq; anguſtiam aliquam inter arbores ingreditur, & per vim ſe ipſum intrudit, ac ventrem premens ſtringensq; exonerat. Inde extenuatus ad reliquias properat, rurſus ſe implet, tum quoq; exonerat ac redit, donec totum abſumpſerit, Felfroß.

Compoſita.

Degulo, as, act. pr. Plaut. gulæ trado. Ut, *degulato patrimonio pauper eſt factus?* Slaar i ſin hals/ ſkyller neder.

Ingluvies, ei, f. q. ſinus quidam gulæ in avibus, in quem alimenta deſcendunt, Kroe. Et translatè ad homines, inſatiabilis quædam voracitas, wmættelig/ wfyldeslig ſlugvornҳed. Apulejus etiam uſus eſt pro gurgulione, quæ q. tota eſt ingluvies. Aliter ingluvies q. inglubies, à glubo.

GUMIA, æ, com. pr. vox antiqua, idem ſignificans quod guloſus & abdomini deditus, à γόμφος, navis ſaburra.

Ut, *Betulæ gumiæ. Compellans gumias ex ordine noſtros.* Legitur & Guma: deduciturq; à voce κῦμα, fluctus, unda: cujus in morem omnia abſorbet.

GUMMI, n. indeclinabile, & Gummis, is, f. t. κόμμι, lacryma eſt quarundam arborum congelata in ipſarum truncis, Gumme. Et *gummi Arabicum,* Arabiſke gumme. *Gummi ceraſi,* Kirſequad.

Gummatus, a, um, gummi ſtillans. Ut, *gummata arbor.*

Gumminus, a, um, quod ex gummi confectum eſt. Ut, *oleum gumminum.*

Gummitio, onis, f. t. illinitio ex gummi, quæ doliis fieri ſolebat. Ut, *doliorum gummitio.*

Gummoſus, a, um, quod gummi abundat, Gummefuld. Arbor gummoſa.

GURGES, gitis, m. t. profundior locus in amne, quo aqua circumagitur gulæ in modum trahens & abſorbens, nec ſine murmure, unde & à ſono ficta vox eſt, Hav ſuelg/ Aa ſuelg eller hyſke. Inde translatè, homo, qui expleri non poteſt & inſatiabilis. Ut, *gurges eſt ille abdomini natus non laudi: gurges eſt patrimonii,* Skyllehals/ oc fordøjer. Aliter gurges proprie de homine, à Græco γοργών, i. e. homo prodigioſe & ad terrorem usq; vorax. Et inde vortex maris naves abſorbens. Item aliter ejusdem originis cum γαργαρεών, à ſono gutturis colluentis aquam.

Compoſita.

Egurgito, as, act. pr. Plaut. quaſi gurgite quodam conſumo. Ut, *domum egurgitat,* Suelger i ſig/ ſluger i ſig.

Exgurgito, as, act. pr. q. ſummâ copia ejicio, q. ex gurgite quodam, Vdſuelger/vdøſer. *Pecuniam domo exgurgitat.*

Ingurgito, as, q. in gurgitem conjicio, Huelger eller ſuelger i mig. *Ingurgitat merum in ſe,* helder i ſig. *Ingurgitare ſe cibis,* fylde ſig med mad/ ſluge i ſig Sic *ingurgitare ingenium poculis. Sus ſe cæno ingurgitat,* Søler ſig. Et translatè, *ingurgitare ſe in flagitia,* Søle ſig i Synd. Et *ingurgitare ſe in Philoſophiam.*

GURGULIO, onis, m. t. guttur, vel gutturis operculum, ſeu columella, fictâ voce à ſono, qui fit dum aqua colluitur, ut & Græcorum γαργαρεών, ejusdem ſignificationis, Aande pibe/ eller Drøbelen oc hug i halſen. Eſt & vermis nomen frumenta abſumentis, Kornorm: in qua tamen ſignificatione aliàs ſæpiſſimè ſcribitur Curgulio. Dicitur autem Iſidor. Gurgulio à Gutture, & cujus meatus ad os & nares pertendit: habens viam, quâ vox ad linguam transmittitur, ut poſſit verba collidere.

Gurguſtium, ſtii, n. ſ. anguſtius tugurium, ſeu taberna obſcura & anguſta: à gurgulione ſic dictum, Liden Hytte/Boe/Kippe/Sneffr oc trang bolig.

Gurguſtiolum, idem.

GUSTUS, us. m. q. ſenſus quo ſaporum diſcrimina percipimus, à γεύομαι, guſto, Smag. Inde translatè, *guſtus pietatis,* quo leviter pietatem attingimus.

Guſto, as, act. pr. guſtu percipio, Smager. *Guſtare cibos.* Et translatè, leviter attingo, percipio & experior, Smager lidet/forſøger / forfarer. *Genus hoc vitæ nunquam guſtarunt: nunquam literas guſtavit,* Haffuer aldrig

aldrig ſmagt eller ved rørt. *Guſtare ſermonem alicujus*, Smage hvad hand ſiger/høre nøje til.

Guſtatus, us, m. q. idem quod guſtus.

Guſtatorium, n. ſ. excipulus in quem aqua à fonte proflluit, Bryndfad eller Kiſte.

Compoſita.

Deguſto, as, act. pr. idem quod guſto, Lipper: vel multum guſto. Ut, *deguſtare vinum*: *deguſtare poculum*. Et translatè leviter attingo & experior. Ut, *deguſtare vitam*, forſøge. Item *ignes deguſtant tigna*, i. e. corripiunt, faar fat. Et *deguſtare de fabula*. Item *deguſtare convivam vel hominem*, pro experiri quid ſit in ipſo boni aut mali.

Inguſtabilis, le, om. t. non guſtabilis, quodq; guſtari non poteſt. Ut, *fons inguſtabilis*: *baccæ inguſtabiles*.

Inguſtatus, a, um, non guſtatus, vſmagt. *Ilia Rhombi inguſtata*.

Præguſto, as, priore loco guſto. Ut, *cibum præguſtat*, forſmager.

Præguſtator, oris, m. t. qui cibos Principis præguſtat, Kredentzer/ Forbidtzer. Et translatè, *præguſtator libidinum ſuarum Clodius*.

Præguſtatus, a, um, quod præguſtavimus. Ut, *non niſi præguſtatos cibos ſumebat*.

Reguſto, as, act. pr. iterum guſto. Et translatè, relego, & ad judicium revoco. Ut, *crebrò reguſto tuas literas*.

GUTTA, æ, f. pr. minima pars aquæ alteriusvé rei liquidæ, ſive humor per parva foramina paulatim defluens, à χυτὸς, fuſus, fuſilis, quod inter fundendum appareat, Draabe. *Gutta vini*, Vindraabe. Et translatè, *gutta conſilii*, i. e. minima conſilii pars. Item Guttæ, quæ triglyphis ſubduntur ad inverſi turbinis ſpeciem.

Guttula, æ, f. pr. parva gutta.

Guttatim, adverb. per guttas. Ut, *guttatim infundit*, i draabe tal.

Guttans, tis, om. t. Plin. guttatim ſtillans, Drybende. *Vulnera guttantia*.

Guttatus, a, um, quod colorem habet maculis quibusdam ſin modum guttarum diſtinctum. Ut, *abis guttata*: *veſtis guttata*, Spragelædt/ ſprinckeledt/ hagledt.

Gutturnium, nii, n. ſ. vas anguſto collo aquam in manus diſtillans, vel à quo vinum fundebatur in ſimpulum quod erat pro cyatho, ſic dictum quod guttatim id fiat, Saa ſom Dydekande / Vandkande / Løffkar/ Piffvekande. Aliter à gutture, propter colli anguſtiam. Erat autem initiò fictile.

Cohormum, nii, n. ſ. Feſt. vas, quo in ſacrificiis vinum fundebatur. Fortaſſe idem quod Gutturnium.

Guttus, ti, m. ſ. idem quod gutturnium, ſed potiſſimùm ad uſus ſacros. Item vaſis genus, in quo oleum vel unguenta ſervabantur, Oliekruuß/ Salvekrucke/ Kruuß eller Glaß.

Guttulus, m. ſ. parvus Guttus.

GUTTUR, tis, n. t. fiſtula colli nodoſa ad pulmonem ſpiritum adferens, à χύω, fundo, quòd per eam fiſtulam cibos fundi inſcitè credebat antiquitas, Strube/ Vandepibe/ Kallen/ Lufft rør. Erat autem olim etiam maſc. gen. Unde *inferior guttur*, apud Plaut. pro ano ſive podicè, per quem crepitus ventris fit. Aliter ejusdem originis habetur cum Gula & Gumia.

Gutturoſus, a, um, cui guttur ranquam ſpongia quædam intumeſcit, quales ſunt vulgò qui ad Alpes habitant &

Pyrenæos atq; in Avernis aquarum vitio, ſtoer kropet Menniſke.

GYMNASIUM, n. ſ. γυμνάσιον, locus ad exercendum, ut palæſtra, ſchola, Fechterſkole / eller Schole huor mand lærer Bogelige Konſter. Plaut. tropice dixit: *Senex gymnaſium*, i. e. qui nudum ſervum flagris exercet. Inde *& gymnaſium flagri*.

Gymnaſticus, a, um, quod ad gymnaſium pertinet. Ut, *exercitium gymnaſticum*, øffuelſe/ enten i Schole eller Fechterj. *Ars gymnaſtica*. Et abſolutè in gen. fœm.

Gymnaſtica, æ, ipſa ars ſeu doctrina, quâ pueri exercentur ſeu diſciplina exercitationis, øffuelſe.

Gymnicus, a, um, idem quod gymnaſticus. Ut, *gymnici ludi*: *certamen gymnicum*, in quibus ſe nudi atq; uncti exercebant paleſtritæ.

GYNÆCEUM, n. ſ. γυναικεῖον, locus in ædibus ſeparatus, ubi ſolæ mulieres verſantur, Quinde ſtuffue/ Fruer ſtuffue: ubi textrinæ lanificioq; dabant operam.

Gynæciarii, dicti qui fœminis mixti lanam & linum tractabant, Saa ſom Spinde drenge och Karle væffuere.

GYPSUS, ſi, m. ſ. & Gypſum, n. ſ. γῦψος, materia eſt calci ſimilis & proxima, quæ vel ex lapide cocto vel è terra effoditur, Gybskride.

Gypſatus, a, um, gypſo inductus, Kridedt. Inde, *gypſata amphora*, cui literæ, pretium aut ipſum quod continetur indicantes, gypſo ſunt inſcriptæ. Item gypſatiſſimus pro candidiſſimo & tenaciſſimo, qualis eſt gypſus, Huid ſom en Kride. Dicuntur & *gypſatæ manus*, quæ gypſo pingebantur ad conciliandum candorem. Item translatè *gypſatæ manus*, quæ dolos prætextu quodam occultant.

GYRUS, m. ſ. pr. prod. γῦρος, idem eſt quod circulus & ambitus, King / fredz / omgang. *Ducit per aëra gyros Milvius eqvum in gyrum duxit*, Førde eller red om i en ring / fredz. Et inde translatè, *oratorem ex immenſo campo in exiguum gyrum compulit*: *homo in gyrum rationis & doctrinæ duci debet*, Omledis.

Compoſita.

Regyro, as, Varr. in gyrum reflector, Løber eller vend dis i ring. *Ventus regyrat*, hvirler om.

H.

HA, voce inconditâ, interjectio eſt corripientis, ſive admonentis, ne quid fiat, nêve quis in re inœpta progrediatur. Ut, *ha, cave ne illi objectus nunc in ægritudine te has emiſiſſe*.

Hà, ha, he, Interjectio ridentis, à ſono fictâ voce.

HABEO, es, ui, itum, act. ſ. pr. corr. propriè ex originatione ſignificat ſimpliciter: mini in manibus eſt, ab ἅπτω, tango, tracto, teneo. Inde aliis tenendi modis, ratione ſcilicet poteſtatis, poſſeſſionis & uſus, haffuer. *Hoſtis habet muros*: *habeo virginem, divitias, rem cum aliquo communem, filium, patrem, ſapientiam, exercitum, cohortes, domum, mandata, naves, condiſcipulos, poma, oleum, &c.* Adſciſcit verba. Ut, *habeo dicere, ſcribere*: *habeo neceſſe ſcribere*: *habeo concludere, convenire, polliceri*

dere

de re aliqua, Haffuer at ſige / ſkriffue / etc. *Habeo audire quid hic ſentiat*, Jeg maa høre. Sortitur quoq; plurimas alias quam plurimas ſignificationes ex adjunctis & peculiari uſu loquendi. Ut, *habere comitia*, holde Herredage. *Injurias grauius æquo habeo*, holder / acter oc ſkøtter meere end billigt. *Habeo ipſum fratrem*, holder for min Broder: *habeor frater ejus*, holdis for Broder: *habeo te pro fratre, pro hærede, pro Philoſopho, pro matula*, holder dig for. *Habet hic mulier*, i. e. habitat, Boer. Sic *mali, fida, tetra loca habent: urbem habent*, i. e. inhabitant. *Habeo fruſtra aliquem*, i. e. decipio, ſkuffer / gøcker. *Nihil penſi habeo*, acter / ſkøtter intet. *Habeo tibi honorem*, i. e. exhibeo, giør ære. *Sic illum habeo*, i. e. tracto, handler med hannem. *Malè vel benè ipſum habet*, i. e. tractat. *Sic ſe res habet*, ſaa haffuer det ſig. *Habeo benè vel malè*, Jeg lider vel eller ilde. *Malè me habet*, fortryder. *Sat habeo*, haffuer nock. *Habeo venale*, haffuer fal. *Habeo gratiam, vel gratias*, Tacker. *Habeo iter*, Reiſer / vandrer / ferdis. *Habeo verba cum aliquo*, Taler / ſnacker. *Habeo orationem*, Taler / holder ord. *Habeo alicui, verbis alicujus fidem*, Bet oer. *Habeo rationem ſalutis, honoris, rei familiaris*, haffuer i act / giffuer act paa. *Habeo occultum Reipublicæ*, haffuer det ſkiult oc forborgen. *Habeo cognitum ex literis*, haffuer forſtaaet. *Habeo perſvaſum*, troer til viſſe. *Habeo vitam ejus perſpectam, fidem*, Kiender / haffuer forfaredt. *Habeo decumas deportatas*, haffuer hen flyt eller ført. *Domitas habet libidines*, haffuer tuinget. *Spem habeo in eò poſitam*, haffuer ſat mit haab. *Habeo ſimultates ſuſceptas*, haffuer fortaget / antaget. *Habeo ipſum vinctum*, haffuer i fengſel. *Habere delectum militum*, vdvelge. *Habet adoleſcentiam noſtram deſpectam*, foracter. *Habet vineam derelictui*, forſømme oc lade ligge warbeidet. *Habere deſpectui, contemptui*, foracte. *Habet quæſtui*, Vinder oc baader. *Habere pro derelicto oppidum, regionem*, Jntet ſkøtte / forlade oc ey dyrke. *Habeme commendatum*, i. e. commenda. *Habeo in deliciis*, haffuer megit kier / holder megit aff. *Non habeo ambiguum*, i. e. non dubito. *Habere infortunium*, være ælendig. *Quæſtionem habere de aliquo*, høre om / ſporge om. *Cenſum habere*, Legge ſkatt / ſkatte. *Habere ſibi aliquid ſtudio*, haffue til idret. *Res iſta me falſum habuit*, i. e. fefellit, Bedrog mig / ſlog mig feil. *Habet periculum res iſta*, Der er fare hoſſ. *Habere ſtatiua*, holde ſlagen leigr / eller ligge oc være i leigren. *Compertum vel incompertum habeo*, Veed vel / eller haffuer icke forfaret. *Habet me ſpes*, Jeg haaber: *metus me habet*, Frycter. *Habet omnes numeros*, Det er fuldkommen. *Habeo in animo*, haffuer i ſinde / er ſaa til ſinds *Habeo te ſuſpectum*, haffuer mißtenckt. *Habeo dubium de iſta re*, Tuil paa / haffuer tuil paa. *Susq; deq; habeo*, acter intet. *Habere rationem, negotium, cum aliquo, commercium*, haffue ar baandle oc beſtille. *Habet rationem cum terra*, Baandler / forarbeider Jorden. *Habere rem cum adverſario*, trette. *Habet rem cum muliere*, haffuer ſin haandel oc villie med. *Habet me ſollicitum*, Det giør mig wroeligt. *Habeo dictum*, haffuer ſagt. *Habeo alicui dignitatem*, høyt ærer oc acter. *Odium habere in aliquem*, haffue had til en. *Opus habeo*, Græciſmus, haffuer fornøden / faar oc maa giøre. Sic *neceſſe habeo*. *Summam hic habet apud nos*, Hand reger oc ſtaar alt for. *Habeo in promptu*, haffuer tilrede. *Sic habeto*, i. e. ita tibi perſvadeto. Et *ſic habendum*, i. e. intelligendum eſt. *Habeſſit* antiquis, pro habeat. Ut, *ſeparatim nemo habeſſit Deus.*

Habena, æ, f. pr. lorum quod freno utrinq; alligatur ad regendum cohibendumq; equum, Tømme. Et translatè, poteſtas moderandi. Ut, *habenæ iarum: habenæ rerum*. Et pro imperio. Ut, *laxa habenas*, translatione ſumptâ ab equis, qui relaxatis habenis aguntur.

Habenula, æ, f. pr. parva habena. Et Celſo, faſciola vulnus colligans, Vendel.

Habentia, æ, f. pr. antiquis pro divitiis, q. habentis ſubſtantia. Ut, *omnem habentiam evertit.*

Habilis, le, om. t. quod aptum eſt & optimè quadrat, Lavlig / til maade / tienlig / q. quod haberi ſeu adhiberi rectè poteſt. Ut, *arcus habilis: uva cyathis non habilis*, Suer icke til. *Calcei habiles*, Lige til maade.

Habilitas, atis, f. t. rei habilis ratio, Bequemmelighed / Lavlighed. *Habilitas corporis.*

Habito, as, n. pr. domicilium habeo, Boer. *Hic habitat.* Et cum caſu *humiles habitare caſas*, Boe vdi. *Tecum habita*, i. e. domi tuæ. Et paſs. *habitantur mœnia Grais*, Beboes / beſiddes. *Vides habitari in terra.* Item habito, veterib. pro frequenter vel paſſim habeo. Ut, *hoc modo antiquos ſecundis rebus comas habitaſſe*.

Habitabilis, le, om. t. quod habitari poteſt. Ut, *regio habitabilis*, huor mand kand boe oc ſidde.

Habitaculum, n. ſ. quod inhabitamus, Bolig / Voning.

Habitatio, onis, habitandi actus. Item ipſum habitaculum.

Habitator, oris, m. t. qui habitat; & ſimpliciter incola, Jndbyggere.

Habitus, us, m. q. qualitas eſt & forma corporis & cujuscunq; rei, Skickelſe. Dicitur enim de corpore & animo, veſtitu & valetudine. Ut, *habitus oris: habitus locorum: habitus foſſarum: Habitus ſcenicus: habitus militaris: habitus lugubris: habitus religioſus*, Dract / ham. Item Medicis, conſtans corporis conſtitutio, ſive ea mala ſit, ſive bona, Natur oc fadzon. *Bonus corporis habitus*, i. e. ſanitas firma. *Malus corporis habitus:* ſcil. ad morbos vitiumq; proclivis. Item Philoſophis, animi vel corporis perfectio natura concepta & uſu corroborata.

Habitudo, inis, f. t. corporis habitus, figura ſeu forma, Skickelſe. *Qui color, nitor, veſtitus? quæ habitudo eſt corporis.*

Habitus, a, um, quod habuimus. Ut, *honor ipſi habitus*, Giort ære oc beviſt. *Patrem tuum vidi habitum*, i. e. affectum. *Magnæ habitus eſt autoritatis*, Holt megit myndig. *Sapiens habitus eſt*, Holt for en viiß.

Habitior, compar. qui eſt habitu corpulentiori, Laſkedt / lubbet / tiuck / fæd. *Si quæ virgo eſt habitior.*

Habitiſſimus, Superl. i. e. pinguiſſimus. Ut, *equus habitiſſimus.*

Compoſita.

Adhabito, as, Plaut. juxta habito. Ut, *propiùs adhabitat.*

Adhibeo, es, q. ad rem aliquid habeo. i. e. teneo, holder til. *Adhibet ori manum: adhibet diligentiam*, Giører

ſin ſtid. *Adhibere teſtes*, føre vidnisbiurd. *Omnes adhibet machinas ad retinendum adoleſcentem: Equorum domitor adhibet verbera ad domandum.* Ponitur & pro infero. Unde *adhibere manus alicui*, i. e. diripere. Item pro præſto, efficio. Ut, *poteſt mihi vim majorem adhibere metus quàm fides.* Item *adhibere judicium*, eſt uti: *adhibere lumen*, eſt addere. *Adhibere officium erga aliquem*, i. e. afferre. Sic *adhibere aliquem in conſilium: ad hoc omnem rationem adhibe. Deo cultus & preces adhibere: Iram judici adhibere: ad panem adhibere aliquid.* Et paſs. *arbiter adhibetur ad litem.*

Adhibitus, a, um, quod adhibuimus, holt til / ført eller kommer til. *Adhibita doctrina: adhibitis opificum manibus.*

Antehabeo, es, Tacit. pro præfero, Meere acter.

Cohibeo, es, q. mecum habeo & retineo, refreno, ſtiller/ holder ſtille / tuinger. *Cohibere ſe; cohibere impetum alicujus; cohibere intra limen. Cohibeſſit* Lucret. pro cohibuerit.

Cohibitio, onis, cohibendi actus, interdictum, Forbud/ forbiudelſe.

Debeo, es, bui, bitum, n. ſ. obligatus ſum ad præſtandum, q. omniuò alteri aliquid habeo, Bør / er ſkyldig/ plictig til. *Multum Reipubl. debet: non debeo hoc facere.* Item peculiariter, æs debeo, Er pengeſkyldig. Et abſolutè, *mihi debet*, vel cum adjectione: *grandem debet pecuniam.*

Debitio, onis, debendi actus, quo ſcil. aliquid debetur, Skyld/gield. *Debitio pecuniæ: debitio dotis.*

Debitor, oris, m. t. peculiariter is qui pecuniam debet, & à quo invito pecunia exigi poteſt, Gieldener/ pengeſkyldig.

Debitus, a, um, quod debemus, Skyldig/ henſkyldig. *Debita pœna: debitum munus: debita gratia: debitus honor.* Et *debita conjux*, i. e. promiſſa, h. e. ſponſa.

Debitum, n. ſ. æs alienum, quod debetur, Skyld/ Gield.

Indebitus, a, um, non debitus, wforſkylt/ wtilbørlig. *Indebiti fletus: indebita præmia.*

Debilis, le, om. t. q. non habilis, h. e. infirmus & malæ habitudinis, Skrøbelig/Amectig. *Membra metu debilia ſunt.*

Debilitas, atis, f. t. debilis rei affectio, Amact/Skrøbelighed.

Debilito, as, act. pr. debilem reddo, Giør Amectig/ Krencker/ Suæcker. *Turpe eſt viro debilitari.*

Debilitatio, onis, actus quo aliquid debilitatur. Ut, *debilitatio animi*, Forſueckelſe.

Subdebilitatus, Cic. aliquantulum debilitatus.

Diribeo, es, act. ſ. q. dishibeo & ſeorſim habeo, ſcilicet unum ab alio ſecerno & quodq; in ſuam claſſem repono, Sancker i Orden / huer ſlags for ſig. *Diribere ſuffragia vel tabellas*, eſt triplici ordine ſecernere & colligere, abſolutionis ſcil. condemnationis & amplificationis, eorumq; numerum inire, Deele parterne/ oc ſee huilcken part ſom haffuer fleſt. Et *diribere populum*, eſt in ſuas tribus & claſſes diſtribuere, Sette eller legge i Orden oc roeder. Cuiq; autem claſſi binæ dabantur tabellæ; una cujus nota A, quod erat Antiquo: altera, cujus U. R, quod erat uti rogas; nota, ſcil. approbandi. Atq; ſic diſponere tribus & tabellas ſecernere dicebatur diribere.

Diribitio, onis, Cic. populi diſtributio in comitiis in tribus & claſſes, pro ferendis ſuffragiis. Aliter hoc loco legitur diremptio.

Diribitor, oris, m. t. qui populum Romanum in ſuas claſſes & tribus diribebat ad ſuffragia ordine ferenda, Munſter Herre/ eller Pladz Meſter. Diribitores ſtabant in initio pontis, qui tabellas ſingulis ſuffragia dicturis miniſtrabant, Lægsmend / ſom roeder Folcket / kalder eller ſetter Folcket i rode.

Diribitorium, rii, n. ſ. locus ubi recenſebatur exercitus, ſtipendiumq; militibus numerabatur, Munſter pladz.

Exhibeo, es, q. extra habeo, & in lucem profero, Viſer frem. *Rem exhibuit oblatam.* Et Jurisconſ. *exhibere reum*, eſt eum præſentem ſiſtere, Føre til ſtede for rætten. Item *exhibere alicui negotium*, giøre en vnæge. Sic, *exhibere moleſtiam laborem.*

Exhibitio, onis, exhibendi actus. Ut, *chirographi exhibitio.*

Inhabilis, le, om. t. non habilis & non aptus. Ut, *inhabilis progenerandis fœtibus*, vduelig. *Inhabilis magnitudo*, vhaandelig/vlavlig/ for ſtor. *Inhabile telum*, vtienlig/ vlavlig.

Inhabito, as, n. pr. in loco aliquo habito. Ut, *has ego inhabito ædes.* Vici inhabitantur. Et translatè, *inhabitat animus in oculis.*

Inhabitabilis, le, om. t. non habitabilis. Ut, *regiones inhabitabiles*, øde huor mand kand icke boe.

Inhibeo, es, q. contra habeo & impedio rem, ne ulterius progrediatur, Holder mod / holder op / ſtiller der ſom er paa lob. *Inhibere curſus equorum: inhibere tela: inhibere fletus. Inhibere album* eſt ſiſtere ſolutum, ſtille eller binde liſſuet / ſom haffuer været løſt. *Inhibere rem inceptam. Inhibere alicui imperium*, eſt interdicere ne utatur poteſtate, Forbiude en Regærings gen. Et *inhibere remos*, translatè, eſt in re aliqua cæpta ſubſiſtere & non ulterius progredi, holde op i ſin giørning oc fortæct. Propriè *inhibere remos* dicuntur nautæ, cum impreſſione remorum, navem currentem ſiſtunt, vel retrò vertere cupiunt, holde Aaret i Vand enten til at ſtille eller vende Skibet. Item inhibeo pro adhibeo & injungo. Ut, *inhibet legibus illis ſpem nonnullam.* Et *inhibere alicui ſupplicium*, eſt irrogare, infligere.

Inhibitio, onis, inhibendi actus. Ut, *remorum inhibitio*, quà remis inhibent navem.

Perhibeo, es, do, exhibeo, concedo, Giffuer / bær frem/ efterlader. *Perhibeo tibi apud me locum: veſtem ipſis perhibuit: Eodem mihi pretio ſal perhibetur, quo tibi.* Tilbiudis. Item dico & affirmo. Ut, *perhibeo hunc virum optimum, bonum patrem: perhibentur ibi eſſe aurei montes.* Et *perhibeo teſtimonium*, i. e. fero, Bær Vidnisbiurd.

Poſthabeo, es, q. poſteriori loco habeo, in poſtremis habeo. Acter oc holder ringe. *Res meas poſthabui.* Et, *poſthabui ſeria ludo*, Lod ringere om.

Poſthabitus, a, um, quod poſthabuimus, Ringe acter/ holt eller ladt ringe om. *Res meæ poſthabitæ ſunt.*

Præbeo, & antiquè Præhibeo, es, q. ante aliquem præbeo, & abundè do & ſufficio, Holder til / giffuer fuldt op / holder en noget for. *Præbet aquam: præbet lignæ: aër ſpiritum præbet animantibus.* Indè *præbeo aurem*, i. e. auſculto, Hører til. *Præbeo auxilium tibi*, Giør hielp. *Præbeo errorem alicui*, pro locum peccandi. *Præbere ſe facilem alicui, liberalem, æquabilem, ſuperbum, durum*, Bevi-

ſig/

ſig/ i. e. exhibere. *Præbet ei cibum, prandium,* Giffuer eller holder for. *Feneſtra præbet lumen: præbere ſonitum, ſpem, vim, uſum. Dantur, præbentur abundè verbera,* Vancker hug nock.

Præbenda, orum, n. ſ. Gell. ligna & ſal, quæ Parochi legatis publicè miſſis exhibere & præbere debebant, Føring.

Præbia, orum, n. pl. Varr. & Feſt. remedia, & præcipue quæ amuleti vice in collo geſtantur: ſic dicta quòd præbeant ſanitatem, Saa ſom Suerd breff/ och huad mand bær paa ſig for den kolde och anden ſiuge eller wlycke. Eſt autem hæc gentilis ſuperſtitio,

Præbitor, oris, m. t. qui præbet, Skaffer.

Præbitus, a, um, quod præbuimus, Hengiffuit/ begiffuit: *corpus Reguli Pœnorum crudelitati eſt præbitum.* & abſolute & pluraliter præbita pro rebus neceſſarijs quæ ſervis operisq; præbentur.

Prohibeo, bes, act. ſ. impedio & averto ne quid fiat, procul amoveo, quaſi porrò habeo. forbiuder/ affuender/ forhindrer/ holder fra. *Prohibe infandos nefandosque ignes: prohibe ſonitum forium & crepitum cardinum: prohibere aliquem provincia, domo, hoſpitio, ſepultura, uſu urbis: prohibere aliquem à Repub. à congreſſione, ab urbe.* Et ſpecie precandi: *Dij prohibeant* Gud forbinder. Ponitur & pro tueor, ut *prohibet virginem ab armatorum injuria & impetu: Rempubl. à periendo.*

Prohibeſcit & prohibeſcent antique, prohibuerit & prohibuerint.

Prohibitus, a, um, quem prohibuimus: *ut cibo tectaq; prohibitus.* forbøden.

Redhibeo, bes, bui, itum, propriè alienatum recipio, q: iterum habeo. Ut cum inſtitor merces recipit ab Emptore improbatas, Tage igien. Inde interdum idem quod reddo, Giffuer igien. *Salvum quod dediſti marſupium, tibi redhibeo.*

Redhibitio, redhibendi actus, Gientagelſe. *Mercium redhibitio.* Item actio ipſa quæ eſt de redhibitione.

HÆREO, es, hæſi, ſum. n. ſ. Rei tenaciter & arctè inſideo & conjunctus ſum, ab αἱρέω, capio, comprehendo: ſcilicet ab adjuncta capiendi præhendiq; tenacitate ſeu tenendi perſeverantia, Sidder eller henger faſt vedt: klynger ved. *Hærent parietibus ſcalæ. Vox faucibus hæret,* Sidder faſt/ kand icke komme vd/ ſidder død i ordene. Et cum accuſativo. *Hæret in amorem apud fidicinam.* Plaut. Inde ſimpliciter maneo vel inſideo. Ut, *in te hæret omnis culpa,* all Skylden er oc bliffuer/ ſidder/ henger/ ſticker hos dig. Sic *hærent infixi pectore vultus.* Et *hæret in iſta urbe,* Bliffuer der/ ſlet dueler. Item translatè dubito q. *animo hæreo:* tuill/ ſtaar i betenckende. *hæreo quid faciam. Hæret hæc res,* i. e. in dubio eſt, der er tuiffl om.

Hæſito, as, n. pr. multum hæreo & progredi non poſſum. Ut, *in eodem luto hæſitas,* Sidder hengende. Sed & hoc proverbialiter dicitur pro implicitum eſſe rei alicui vel negotio, ita ut ſe quis expedire non poſſit, vel ſaltim difficulter, hand ſtaar i it. Item translatè hæſito dubitò, tuil. Hæſitant dubitant. Item *hæſitare linguâ* eſt titubare, Stamme och lede effter ordene/ famler i ſin tale. Unde *hæſitantia verba.* Et, *lingua hæſitans,* Stam.

Hæſitantia, ſ. pr. vitium linguæ hæſitans, Stamhedt.

Hæſitatio, hæſitandi & dubitandi actus, Tuifflraadighed/ tuilelſe. *Hæſitatio linguæ,* Stamhedt/ eller famlen effter ord.

Hæſitator, oris, m. t. qui hæſitat. Ut, *in edendo ſum hæſitator,* er lenge om at ede: tuiffl paa at ede.

Compoſita.

Adhæreo, es, in re aliqua hæreo, henger/ klynger vedt. *Tela in tuis viſceribus adhærebunt. Sub caudam piſtricis adhæſit.*

Adhæreſco, idem quod adhæreo, ut *juſtitiæ, honeſtati & caſtitati adhæreſcit: adhæreſcit ad columnam, ad ſaxum adhæreſcit in locis:* in continuatione verborum: *adhæreſcit fax funeſta in hanc materiam.*

Adhæſio, adhærendi actus, Tilhengelſe.

Adhæſus, us, m. q. Lucret. idem.

Cohæreo, de rebus dicitur quà inter ſe hærent, henger ſammen: *Materia illa non cohæret.* Et translatè *res hoc dicta, verba non cohærent,* i. e. non conveniunt negotio, de rimer ſig icke.

Cohæreſco, idem.

Cohærentia, ſ. p. connexio partium & compoſitio. Ut, *cohærentia mundi,* Som Verden er ſatt ſamen/ och henger tilhobe.

Cohærarius, m. ſ. Cic. qui cohæret & alteri ad aliquod munus adjunctus eſt, Medbroder vdi nogen beſtelling/ biſidder. Aliter legitur coærarius.

Inhæreo, in aliqua re hæreo, henger i/ ſidder i. *Sydera ſuis ſedibus inhærent.* Et translatè, *inhæret oculis memoria imaginis,* ſtaar for øyene.

Inhæret voluptatibus, ſidder faſt/ føler ſig i vellyſt: *Inhærere veſtigiis,* bliffue vedt/ eller paa de veje: *Inhæret in mentibus: inhæret viſceribus.* Et, *inhæret lingua ut loqui non poſſit.*

Inhæreſco, idem. Ut, *veſtiolæ in ſordibus aurium tanquam in viſco inhæreſcunt: Poëtæ inhæreſcunt in mentibus.*

Obhæreo, es, ſi, n. ſ. pro adhæreo, henger vedt. *Surgenti lacinia obhæſit:* vel contra hæſit, henger i vejen.

HÆRES, edis, com. t. antiquis idem erat, quod dominus & Herus, à voce Herus ſic dictus. Inde bonorum dominus & Herus à morte alicujus, Arffuing. Et translatè, *Hæredes arboris* pro ſurculis & ramis.

Hæreditas, tis, f. t. hæredis ratio & jus, Arff/ Arffuedel/ eller lodt.

Hæredium, dii, n. ſ. parvum prædium ex hæreditate, Lidet Arffueland/ Gaar eller Jord.

Hærediolum, parvum hæredium.

Hæreditarius, a, um, quod ad hæreditatem pertinet. Ut, *bona hæreditaria,* Arffuegodz. *Succeſſio hæreditaria,* Arffuetræn/ och Arffueline. Et *actio hæreditaria,* Arffuefag och handel. Item Medicis, *morbus hæreditarius,* qui parentum vitio homini obtingit, Arffue ſyge.

Compoſita.

Cohæres, dis, Cic. unà cum alio hæres, med Arffuing.

Exhæres, dis, com. t. Plaut. qui deſiit eſſe hæres, i. e. dominus & poſſeſſor rei. Unde *exhæredem me facio bonis meis: exhæredem vitæ facio.* Item qui hæreditate privatus eſt, Arffueløß.

Exhæredo, as, act. pr. Exhæredem facio ſeu hæreditate privo, giør Arffueløß. *Filium exhæredavit.*

Exhæredatus, a, um, quem exhæredavimus. Ut *neceſſariis omnibus exhæredatus.*

Exhæredatio, Exhæredandi actus.

HÆRESIS, ſ. t. αἵρεσις, Græca voce Eccleſiaſticis uſurpata, idem quod ſecta: & peculiariter in malam partem,

tem, doctrina falsa, cui quis inhæret, Ketteri / vrang Lærdom.

Hæreticus, a, um, qui sectam & hæresin profitetur, Ketster. Et *doctrina hæretica*, i. e. quæ falsa est & aliena à vera religione.

HALCEDO, inis, f. t. avis maxima hyeme in mari indificans à Græco ἀλκυδὼν significationis ejusdem. Jiß fugel. Hieroglyphicum habetur militantis Ecclesiæ. aliter deducitur ab algore, quod frigidis temporibus in mari pariat: legiturq; aliquando sine asperatione, alcedo: etiam Græca imitatione ab ἀλκυδών.

Halcyon, & alcyon, idem Græcorum imitatione, ἀλκυὼν & ἀλκυών.

Halcedonia, n. f. plur. dies sunt quatuordecim Brumali tempore, quibus alcedo parit: diesq; sunt sereni & tranquilli.

Halcyonii, m. f. idem quod Halcedonia.

HALEC, & sine aspiratione alec n. t. pr. prod. genus muriæ non defæratæ ab ἅλς sal: Raa lage/ wsøden lage. Item piscis nomen, qui & sale gaudet & maceratur. Vulgò qui creditur esse quem nos appellamus, Sild. Legitur & pluraliter haleces in fœmino, ubi de pluribus fit mentio.

Halecula, læ, f. pr. Columel. nomen piscis: Ut, *rivalis halecula*. Scribitur ex alecula.

Halex sive alex, cis, f. t. Plin. idem quod halec. Exponiturq; gari vitium, & imperfecta nec colata fæx. Item ex Græco quodam loco apud Turnebum, colligitur esse liquaminis fæx, h. e. quod in vase residebat percolato liquamine, Legegrumser. Et sic videtur accipi in isto Planti, *Halex vini* q. fex vini, itt Affskum.

HALO, ās, n. pr. prod. idem quod spiro, odorem emitto, & evaporo, voce ficta à sono, quem inter exhalandum edimus: vel ab ἄω spiro, lo existente λήξει, ut in ambulo & similibus, Aander/ giffuer luct och Aande fra mig. *Thure carent aræ, sertisq; recentibus halant: horti floribus halantes invitant apes.*

Halito, as, n. p. frequenter vel multùm halo.

Halitus, tus, m. q. idem quod spiritus, Aande. *Efflare extremum halitum*, giffue sin siste Aande op. Item vapor, damp. *Halitus terræ. Halitus solis*, damp och hede fra Solen.

Halituosa, dicta sunt quæcunq; per cutem effluere foras sunt apta.

Halo, onis, m. t. veteribus dicebatur qui vino hesterno languet, ølsiug. Aliter ab ἄλη anxietudo & pandiculatio, cum quis toto corpore extenditur vel animo inquietatur ex crapula. Item Halo, sed Græca alia origine, ἅλως, circulus syderum, seu qui appáret circa Solem & Lunam, Havgaar.

Composita.

Adhalo, Plin. in aliquem halo, Aander paa en / eller ad en. *Serpens eos adhalat.*

Anhelo, las, n. p. fortius & brevius halo ex violento aliquo casu & motu, ab am & halo, støn/ stønner. *Anhelat bos lassus. anhelat de pectore frigus: anhelat ex imis pectoribus.* Et translatè *anhelat ex imo pectore crudelitatem*, i. e. spirat. *Sic scelus anhelat Catilina.*

Anhelatus, a, um, Cic. quod anhelavimus. Ut, *verba anhelata & inflata: anhelati ignes.*

Anhelatio, onis, anhelandi actus, stønnen.

Anhelator, oris, qui anhelat, Stønnende / Aandeløß/ stackandet.

Anhelitus, us, m. q. idem quod anhelatio. Item idem quod spiritus respiratio, Aanden. *Anhelitu movetur: anhelitus vini te in hanc cogitationem adducebat.* Et tropicè, *anhelitus terræ*, i. e. vapor.

Anhelus, a, um, qui anhelat & ægrè spiritum ducit, Stønnende/ Aandeløß/ stackandet/ Aandetret. *Senes anheli. Equus anhelus* qui ex cursu vel morbo anhelat, Ambrysset Hest/ Trang Aandet.

Exhalo, las, act. p. quasi extra halo, induta significatione activa, Vd Aander / vdpuster / vdbleß. *Spiritum exhalat: Exhalat nebulas.* Et, *exhalat crapulam, exhalat vinum*, Vdsoffver. Item, *exhálare animam vel vitam*, i. e. mori.

Exhalatio, onis, exhalandi actus. Ut *exhalatio terræ*; cum scilicet diffusi per terram flatus spiritusvè sursum in aëra feruntur, Som naar taage slaar op.

Exhalatus, a, um, quod exhalavimus. Ut *anima exhalata.*

Inhalo, as, act. p. halitum inspiro, paa Aander/ Indblæß: *Ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalasti.*

HALLUS, & Allus, li, m. f. pollex pedis scandens super proximum ab ἅλλομαι salio, quod velut insiliisse in alium videatur.

HAMUS, i, m. f. pr. prod. instrumentum aduncum, quo aliquid annectimus, alligamusq; ab ἄγω, nexus, vinculum, illaqueamentum, Krog/ hage/ hekte. Item peculiariter, ferramentum aduncum, quo pisces capiuntur, Fiske krog/ Backe/ Mæde krog. Item quo divitum aræ numariæ obsepiuntur. Item quo linum pectitur, Hægel.

Hamulus, li, m. f. parvus hamus. Item instrumentum Chirurgicum, quo pterygium ex oculo eximitur.

Hamatilis, le, om. t. quod ad hamum pertinet, ut *pisces hamatiles*, i. e. hamo captus, Fisk thagen paa krog. *Hamatilis piscatus*, qui fit hamis.

Hamatus, a, um, hamo instructus & munitus. Ut *hamati ungues: hamatæ sagittæ: instrumenta hamata*, Med krog paa. Et translatè *hamata munera*, quæ ita dantur, ut alia subinde dona ad se alliciant: quibus majora attrahantur quam dantur, gaffue som gieldis.

Hamiota, tæ, m. p. Græca terminatione, qui hamo piscatur, Fisk Medere/ Backesetter/ Torskfisker. Et simpliciter, idem quod piscator.

Hama, æ, f. p. instrumentum incendiis restinguendis comparatum: à forma hami sic dicta, Ildhage/ Fyrhage. Item vas aquarium ex corio, Leirspand.

Composita.

Adhamo, as, Cic. act. p. significatione translatâ pro appeto. Ut *adhamaverunt honores.* Sed aliàs legitur adamaverunt ab Adamo.

HARA, æ, f. pr. cor. prior. stabulum porcorum, anserum & similium, vel septum propriè in quo singulæ scrophæ suis cum suculis includuntur, ab Hebr. Chara, i. e. Excrementum, stercus, hara, Suineskii/ Grisepag. Aliter q. Hasa ab ἅσις limus, cœnum propter excrementa.

Haruga, f. p. bestia sic dicta ab hara cui includebatur.

HARPA,

HARPAGO, as, act. pr. Plaut. dictio ficta ex Græco ἁρπάζω, pro rapio, Rapper/Snapper. *Improbus cum improbis sit harpaget, furetur furibus quod queat?* Et part. *aurum mihi intus harpagatum est*, Snappet/Rappet. Eadem Græca origine sunt & sequentia Latinis usurpata.

Harpago, ginis, m. t. instrumentum est uncinatum, quo vasa è puteis retrahuntur & quasi arripiuntur, Brynd krog. Item quo navis arripitur teneturq;, Skibshage. Item uncus, quo vasa constringuntur, ut commodius inducantur circi, Baandhage.

Harpastum, genus pilæ majoris, quo raptim luditur, Boldt mand riffuis om ilæg.

Harpax, acis, om. t. idem quod rapax. Ponitur & adverb. in Plaut. *huc non ibis intrò, ne quid harpax feceris.*

Harpe, es, f. f. Ensis falcatus, Sabbel/Tesack. Item avis milvo similis sed major. Exponitur & aquilæ similis. Item eadem quæ ossifraga. Item avis marina. Item vulturis genus.

Harpedone, es, ἁρπεδονὴ; f. t. rota glomeratoria, qua filum rotando conglomerantur, Garnvinde.

Harpyjæ, arum, f. pl. deæ quædam rapaces: credebanturq; dæmonia esse alata, quæ etiam homines vi raperent. Unde si quis ex hominum oculis abreptus esset ab harpyis dilaniatus dicebatur. Exponuntur & Harpyiæ, aves corporibus vulturum, auribus ursorum, faciebus virgineis. Mythologicè autem, mulieres in luxum prodigæ & sumptuosæ. Translatè verò accipitur dictio pro homine avarissimo & rapacissimo.

HASTA, tæ, f. p. telum seu contus militaris ferro præpilatus à χάζω, cedo, retrocedo, quod cedere faciat hostem & vim hostilem prohibeat, Spyd/glavind. Et tropicè, auctio, quæ scilicet fiebat hastâ in signum positâ, Aabenbare Sal paa forfalden godz: Unde *hastæ subicere bona alicujus*, est auctione vendere, Vor dere/och selge forfalden godz. Et *emere ab hasta*, At kiøbe saadant. Item hasta simpliciter signum rei alicujus positum. Ut *hasta salutis* in signum salutis. Sic item *hasta cruenta*: *hasta publica*: *hasta centumviralis*. Item translatè *hastam abjicere* pro causæ diffidere, giffue sig tafft. Aliter ab ἀσπὶς serpentis genus propter spiculum.

Hastula, læ, f. p. parva hasta.

Hastarium, rii, n. f. Tertuli: pro venditione seu auctione, quæ fit sub hasta.

Hastaria censio dicebatur, cum militi nomine mulctæ ob delictum militare indicebatur, ut hastas daret, Naar mand tager Verit fra en for Wære skyld: Vanære.

Hastatus, a, um, hasta armatus, Spydzkarl/eller Krigzmand.

Hastile, lis, n. t. scapus hastæ, Spiudzstage.

HAV, vox incondita animi turbati, Bav/vav. *Hau obsecro mea Pythias.* Et, geminatè, *Hau, hau mi homo, sanus ne es.*

HAVRIO, is, si, stum & hausum: & veteribus haurivi, ritum, act. q. Humorem ex profundo traho, ab αἴρω ejusdem significationis, drager Vand/opøser. *Aquam è puteo hausit.* Et translatè *haurire auribus* est audire. *haurire oculis*, est videre. *haurire cogitatione*, est

cogitando intelligere. Et absolutè pro eodem haurire. Ut *suspiciens hausit cœlum*, i. e. vidit. *haurire latus ferro*, est confodere, sticke. Item, *Sol medium orbem hausit*, i. e. tenuit vel emensus est, Offuerlober eller betager. *Pavor corda haurit*, pro corripit & fatigat, Betager. *Hausit samptum ex ærario*, tog der vdt. *Haurire scapulis supplicium*, i. e. accipere, ferre; faa sin fortiente løn. *Tantum opus hausit incendium*, i. e. consumsit. Sic *haurire dolores, calamitates, gaudium* pro accipere, ferre, faa Sorg/skade/glæde.

Haustus, us, m. q. hauriendi actus, øsen. *Haustus aquæ.*

Haustorium, & Augustino Hauritorium, ii, n. s. pro vase quo aqua è puteo exhauritur, Junge.

Haustrum, n. s. situla in tympano aquam excipiens & in altum efferens, Brynd Spand/Junge. Item lignamentum, quo nautæ utuntur ad irrigandum velum, Sprude/Skibs spøite. Item Cyathi genus, quo vinum hauriebant, bibebantq;.

Haustus, a, um, quod hausimus, ut *aqua hausta*, øst. Et translatè, *naves mari haustæ*, Sinucket/Slugt. Sic *milites cum equis limo profundo hausti.* Et absolutè *haustum* Jurisconsl. pro jure hauriendi ex vicini puteo.

Composita.

Dehaurio, Cat. idem quod haurio. Ut, *amurcam dehaurito.*

Exhaurio, si, stum, extra haurio vel hauriendo educo extrahoq;, vdøser/tømmer. *Exhaurit vinum. Exhaurit poculum*, vddricker. Et translatè, *exhaurire alicui vitam*, tage liffuet aff en. *Exhaurire ærarium*, tømme Skattkammeret. *Exhaurire Rempublicam*, vdsue menigheden. *Rebus omnibus exhaurire civitatem*, slett tømme oc forarme. *Amor nullâ injuriâ exhauriri potest*, tømis/til intet bliffue/eller giøris. *Sermone exhaurire*, vdsnacke/snacke til enden. *Exhaurire mandata* est exequi & absolvere, fuldkomme/fuldbriffue til enden.

Exhausto, as, Fest. pro effero & evacuo, bær vdt/tømmer.

Exhaustus, a, um, quod exhausimus, Tømt/vdøst/vddrucket/fuldent. *Exhaustum vinum, poculum, labor, sermo.*

Inexhaustus, non exhaustus, quodq; exhauriri non potest, Bundløs. *Fons inexhaustus*: *metalla inexhausta.* Et *inexhausta legendi aviditas*: q. d. Bundløs/begierlighed/stedze varende.

HAVT, adverb. negandi, ex conjunctione disjunctiva aut. Nihil enim aliud negatio, quam subjecti & prædicati divulsio, Icke. *Haut muto factum. haut pudet*: *haut scio an fieri possit*: *haut scis an meminì*: *haut fermè hoc facere soleo*, icke gierne. Et compositè, *venit cum manu hautquaquam contemnenda*, i. e. nullo pacto vel nullo modo. Scribitur & haud, ex mollitie quadam linguæ.

HEBES, tis, om. t. pr. cotr. propriè de ætate dicitur non dum matura ac ἥβη, quod pubem & pubertatem significat. Indè ponitur simpliciter, pro stupido, stolido, Barnactig/Vankundig/Vanvittig: *Homo hebes est & tardus*: *ingenium hebes*, quod minimè est acutum. Et translatè ad ferramenta pro obtuso & non acuto, Sløff. *Ferrum hebes.* Et *cornua Lunæ hebetiora*, stumpede.

Hebeo,

Hebeo, bes, n. ſ. hebes ſum. Ut *ferrum hebet*, er ſløff. *Sanguis hebet*, er krafftesløs. *Hebet ingenium*, er tungferdig/vankundig.

Hebeſco, hebes fio. Vorder ſløff/ ſtumpet/ vanvittig: *Mentis acies hebeſcit: hebeſcit virtus.*

Hebeto, tas, act. pr. hebetum facio, ut *hebetare gladium*, døffve/ eller ſløff giøre. *Speculorum fulgur aſpectu ipſo hebetatur*, dummes.

Hebetatio, onis, hebetandi actus, ut *oculorum hebetatio*, quâ oculi hebetantur, dummelſe/døelſe.

Hebetudo, dinis, f. t. hebetis vitium, Vanvittighed/ ſløffhed.

Hebiones, veteribus pauperes dicebantur.

HEDERA, f. pr. corr. herba eſt perpetuo virens, muris arboribusq; adhærens, ſic dicta ab hæreo, quod ita hæreat, vel ab edo, quia omnia conſumit, & quaſi edit quibus adhæſit, Vedbende ſom voxe paa træ eller mure. Eſt autem hedera ſive edera duorum generum; altera quæ humi repit: altera quæ in altum attollitur, eratq; in tutela Bacchi, eaq; coronabatur: quia ut ille juvenis ſemper; ita hæc viret: vel quia ita omnia, ſicut ille mentes hominum illigat: vel quia adhibebatur contra crapulam.

Hederaceus, a, um, quod eſt ex hedera, ut *corona hederacea, baccæ hederaceæ, materia hederacea.*

HEI, vox incondita dolentis ingemiſcentisq;, ut Græcorum αἰ vel αἰ̃ ejusdem ſignificationis, eye/ hey: *hei mihi, non poſſum ſine lacrymis hoc commemorare.*

HELCIUM, n. ſ. lorum armis & pectori injectum, quo vehes trahitur ab ἕλκω traho, Sille/ Hesteſille.

Helciarius, m. ſ. qui helcio navim adverſo amne trahit, Som Landtrøſſer Skib mod ſtrømen/med Sille oc Reb drager Skib. Item qui fune molitur onera in navi, Som holer och indtridzer godz paa Skib. *Equus helciarius*, qui helcyo munitus naves molitur ſubducitq;, Heſt ſom trecker och drager Skib eller Boedt.

HELENIUM, n. ſ. ἑλένιον, nomen herbæ, Holtz vrt/ S. Eline vrt/ S. Eline roed.

HELLEBORUS, m. ſ. ἑλλέβορος, nomen herbæ, quæ & veratrum Latinis, purgandis noxiis humoribus accommoda, Nyß vrt. Dabatur & furioſis & melancholicis, unde proverbium. *Helleboro tibi opus eſt*, i. e. inſanus es; & ab inſania purgandus.

Helleborum, ri, n. ſ. Plaut. idem.

Helleboroſus, a, um, qui plus hellebori ſumpſit quàm par fuit, vel qui multo helleboro indiget purgandæ inſaniæ.

HELUCUS, n. ſ. gravedo capitis, & crapula q. Heluoſus morbus ab Helvo, ølſiuge. Aliter ſcribitur Elucus, quaſi extra Lucem: ſignificatq; languidum, ſemiſomnum aut allucinatorem & nugarum amatorem: aut helonem, h. e. heſterno vino languentem: quem ἔωλον Græci vocitant, vrtiidig/ ølſiug / dorſk i hoffuedet.

HELVO, onis, m. t. qui immoderatè bona conſumit & eluit, ab eluendo, aſſumptâ aſpiratione ad augendam aviditatis ſignificationem, Skyllehalß/ſlug/rutbroder/ fraadzer. Scribitur & Helluo.

Helvor, aris, vel hellueor, d. p. immoderatè bona conſumo, eluoq; Fordøjer och opſluger alt det jeg haffuer/ſluger i mig altſammen.

Helvatio, onis, f. t. helvandi actus, Fordøjelſe/ fraadzen/ ſølen.

HELVUS, m. ſ. Varr. voce ruſticâ, color idem qui gilvus à quo & denominatus eſt, q. gelvus.

Helvolus, a, um, quod accedit ad Helvum colorem; unde *helvola ubæ*, quæ ejus ſunt coloris.

Helvacea, Feſt. genus ornamenti Lydii, dictum à colore boum, qui eſt Helvus, inquit Feſtus,

---

HEM, vox incondita corripientis ſeipſum vel indignantis, Hy/ hey. *Hem nos homunculi indignamur: hem hominis audaciam.* Item verberantis, ut *hem tibi, hem cape.*

HEMINA, næ, f. p. pen. prod. menſuræ genus continens dimidium ſextarii ab ἥμισυ, dimidium, Halpotte/ Plancke.

Heminarius, a, um, quod heminæ menſuram habet. Et translatè exiguum, ut *dona heminaria*, quæ ſunt tenuia & exigua.

HENDO, is, verbum antiqvum & diſitum, idem ſignificans quod capio à χάζω χανδάνω ejusdem ſignificationis: vel recedo, quaſi recedentem capio: vel etiam à fendo, ut alii volunt pro impedio, vinculis involvo, conſtringo.

Compoſita.

Præhendo, & concisè Prendo, præhendi, prendi, præhenſum, prenſum, act. t. manum fortiter alicui injicio, q. validè hendo, & capio, Griber fat paa / tager fat paa/ fatter. *Servulum, quem præhenderat, abduxit.* Sic, *prendebat piſces*: *prendimus oras*: *Prendimus arundinem*: *prendit tabulas & legata digito delet. Prendere gubernacula Reipublicæ. Prendere aliquem auriculis*, eſt oſculandi modus, quo amantes prehenſis mutuò auribus inter ſe oſculabantur. *Prehendere aliquem criminis*, Fange en i forſeelſen. Sic *prendere aliquem bilinguii*, Finde hannem i falſkhed. *Prehendere mendacii &c: Prehendere manum*: *prehendere dextram*, Tage en i handt: comitatis, benevolentiæ, gratulationis ſignum.

Prehenſo & Prenſo, as, idem quod prendo, vel frequenter prendo, ut *prenſant faſtigia dextris*: *prenſat conſilium*, i. e. capit. Et translatè, ambio, ſive prendendo manus alicujus aliquid ambio, vel prendendo rogo; Giør mig til/ klapper/ ydmyger mig for at faa nogit. Ut ſcilicet ſolebant Candidati & ſupplices facere; Gaar effter/ gaar och føll effter nogit. *Singulos ſuffragatores prenſat.*

Prenſatio, prenſandi & ambiendi actus.

Præhenſus & Prenſus, a, um, quod præhendimus, Gribbet fatt paa/ fanget: *Servus in furto prehenſus*: *dextrâ prehenſus hoſtili.*

De Compoſita.

Apprehendo, is, idem quod præhendo vel arctius præhendo, fatter/ giffuer til/ och holder faſt. *Apprehendere manum alicujus*: *bites clabiculis, quaſi manibus apprehendunt adminicula*: *Atomi aliæ alias apprehendentes continuantur.* Sic *apprehendere hiſtorias*: *quicquid ego apprehenderam ſtatim accuſator extorquebat è manibus.*

Comprehendo, idem quod præhendo vel una præhendo ſeu arcte præhendo, Griber fat paa noget / griber

ber med hænderne: *furem comprehendite.* Et translatè, *comprehendere animô, mente, ratione, ſenſibus intellectu*, eſt percipere animo & intelligere. Sic *rem paucis comprehendam*, i. e. concipiam, befatter. Item *comprehendere aliquem benevolentiâ, amicitiâ, officiis*, i. e. complecti.

Comprehenſus, a, um, quod comprehendimus.

Comprehenſibilis, le, quod comprehendi poteſt, Begribelig/Befattelig: *viſum comprehenſibile.*

Comprehenſio, onis, comprehendendi actus, Gribelſe/fangelſe. *Comprehenſio mea ſontium*, quâ ego ſontes comprehendi. *Rerum comprehenſiones*, i. e. conceptiones, Befattelſe.

Incomprehenſus, a, um, non comprehenſus, wbefattet/wbegribben. *Res eſt homini incomprehenſa.*

Incomprehenſibilis, le, om. t. quod comprehendi non poteſt, wbegribelig.

Deprehendo, omninò & certiſſimè prehendo, ex improviſo prehendo, Kommer happendis paa/befinder/finder forviſt/ *deprehendi ipſum in ſcelere, furto, adulterio.* Et translatè cum adjectione: *ejus facinora oculis, priusquam opinione: manibus, antequam ſuſpicione deprehendi*, fornam/greb/følde. Item *deprehendi ceram*, greb fat/tog i hånden.

Deprehenſio, onis, actus quo aliquid deprehenditur, befindelſe. *Veneni deprehenſio.*

Deprehenſor, oris, m. t. qui deprehendit vel ſolet deprehendere.

Deprehenſus & deprenſus per Syncopen, a, um, funden/befunden: *deprehenſum ſcelus.*

Reprehendo, is, retrorſum prehendo, drager tilbage. Ut *conſul eos manu reprehendit: ipſum reprehendit pallio: reprehendit fugitivum.* Sic *reprehendere curſus alicujus: reprehendere elapſum tempus. Reprehendere ſe*, eſt animum jam-jam exiturum, quo non opus, veluti retrahere; holder ſig inde/tilbage at ſige och giøre noget. Et translatè, verbis noto & increpo, corrigo, animadverto & q. ab errore revoco, Straffer/Laſter/ſetter til rette/meſterer. *Reprehendit cæſarem & facta cæſaris.* Inde in malam partem, Laſter.

Reprehenſio, onis, reprehendendi actus.

Reprehenſor, oris, m. t. qui reprehendit & redarguit, Laſtere. *Reprehenſor comitiorum*, i. e. emendatur & corrector.

Reprehenſo, as, ſæpè & frequenter reprehendo & retraho. Ut *reprehenſans ſingulos, obſiſtens obteſtansq; rogabat.*

Irreprehenſibilis, le, om. t. quod reprehendi non poteſt, wſtraffelig/wlaſtelig.

Irreprehenſus, a, um, Ovid. qui jure reprehendi non poteſt, wſtraffelig. *Irreprehenſa probitas.*

HEPAR, & ſine aſpiratione epar, ἧπαρ Græca voce, idem quod Latinis jecur, Leffuer.

Hepaticus, a, um, quod ad hepar attinet. Ut, *morbus hepaticus.* Et abſolutè *hepaticus* qui hepate laborat. Abſolutè *hepatica*, nomen herbæ à ſimilitudine hepatis ſic dictæ.

Hepatarius, Plaut. idem quod hepaticus ſeu hepate laborans.

HERBA, f. p. ſtirps ſeu planta à radice foliata à φέρβω paſco, alo, & φορβὴ pabulum, alimentum, quod ſit animantibus eſui, Vrte/Græß. Inde tropicè victoria. Ut *herbam dare*, i. e. ſe victum fateri. Quia veteres

vincenti herbam porrigebant. Alites ab arvo, cui innaſcitur.

Herbula, f. pr. parva herba.

Herbaceus, a, um, quod eſt ex herba. Ut, *corona herbacea*, Vrtekrantz. Item quod in herbam excreſcit, ut *amomum herbaceum.*

Herbarius, a, um, quod ad herbas attinet, ut *ars herbaria*, quâ herbarum vires cognoſcimus, Vrterkonſt. Et abſolutè pro eodem, *herbaria.* Item *herbarius*, qui herbas earumq; vires cognoſcit, & ex iis medicamenta efficit, Vrte Meſter/Vrte Doctor.

Herbeus, a, um, quod herbæ colorem habet, Grøn/Græßgrøn: *herbei oculi*, qui aliàs felinei, Kattesøyne.

Herbeſco, vel herbaſco, n. t. herbam emitto, Faar Vrter/grønnis med Vrter/græßis: *terra herbeſcit.*

Herbidus, a, um, herbam habens vel referens. Ut *herbida inſulæ*, grøne øer. *Herbidus locus, campus.* Et *color herbidus*, grøn Farffue/Græßgrøn: *herbidæ ſegetes*, grønne Korn paa marcken/eller Korn ſtaar i Græß.

Herbilis, le, om. t. quod herba paſtum eſt. Ut *anſer herbilis, animal herbile.* Græß fætt/Græß født. Sic *herbiles boves*, Græß Stude.

Compoſita.

Exherbo, as, act. p. Colum. herbas extirpo, Rydder græß och Vrter aff. *Vinea exherbari debet: locus exherbandus.*

Obherbeſco, is, n. t. quaſi adherbeſco, Groer til med græß/forvoxer med græß.

HERCISCO & erciſco, act. t. antiquis idem quod divido ſeu partior, ab ἔργω ἔργω, interſepio & quaſi unum ab alio divido ſecernoq;. Ut, *herciſcere familiam*, Skiffte och Jeffne mellom Syſkende och Arffuinger. Legitur & in ſecunda conjugatione, Qui, *quibus verbis herciſceri oportet, neſcit*, idem *herciſcundæ familiæ cauſam agere non poteſt.* Legitur & deponent. Herciſcor.

Herctum, ti, n. ſ. idem quod diviſum, in re hæreditaria. Ut *herctum citum.* Legitur & erctum ſine aſpiratione. Feſtus deducit à coërceo.

Herceus, dictus eſt Juppiter, q. præſes eorum qui ejuſdem aulæ & ſepti participes eſſent: ſive quòd intra ſeptum domus cujuſq; colebatur, quem & Deum penetralem appellabant.

HERCULE & hercle adverb. jurandi, viris ſolenne q. per Herculem, nobilem illum Heroa. Ut, *Hercle hoc factum eſt.*

Mehercules, meherculè & merherclè. Idem, q. ita me amet vel juvet Hercules.

HERI, & veteribus here, pr. corr. adverbium ſignificans præcedenti die, à Græco χθὲς ejusdem ſignificationis inquit Feſtus, quaſi cheſi, heſi, heri, ut & Fuſius Furius &c. i gaar.

Heri hoc factum: *heri in veſpero & heri veſpera*, gaar Afften.

Heſternus, a, um, quod heri eſt vel fuit. Ut, *heſterna nox*, den Nat i gaar/gaar Nat: *Heſterna dies*, den Dag i gaar/gaar Dag. Accipitur & pro pridiano. Ut, *quo pacto ex jure heſterno panem atrum vorent.*

HERNIA, æ, f. p. tumor præſertim ſcroti, cùm rupto peritonæo inteſtinum in ſcrotum deciderit, à voce Sabina ſeu Marſica Hernia, i. e. ſaxum propter duritiem: vel ab ἔρυξ, ramus: quod inteſtinum decidens videatur ramum facere, unde & Latina voce dicitur Ramex, Kiil/ nederlob / brud. Exponitur & ipſa teſtium theca in iſto Martialis: *Ingens iratis apparuit hernia ſacris.*

Hernioſus, qui herniam patitur.

HEROS, ois, m. t. pr. prod. vir rerum geſtarum magnitudine, vel virtutis claritate inter homines illuſtriſſimus & ad Deos proprius accedens, ab ἥρως ejusdem ſignificationis, Mandelig och dydelig Herre / Helt/ dapper Herre. Superſtitio gentilis cenſuit hujusmodi ex homine & Deo naſci: unde & dicti ſunt ſemidei.

Heroina, f. p. idem in ſexu fœmineo, Helt Inde/ Førſtelig Quinde.

Heroicus, a, um, quod ad Heroes pertinet. Ut *ætas heroica*, Heroiſke tider. *Verſus Heroici*, qui de Heroicis ſcribebantur. Sic *carmen heroicum.*

Heroides, fœminæ illuſtriores, quales ſunt Heroum uxores & filiæ.

Herous, a, um, idem quod Heroicus. Ut *heroi pedes*, quibus in verſu heroico utimur, carmen heroicum.

HERUS, m. ſ. pr. corr. familiæ dominus ab Heros ſic denominatus à ſervis, Boſſbonde / Herre / Adelbonde.

Hera, f. p. idem in ſexu Fœmineo, & quæ cùm hero diviſam habet poteſtatem, Frue / Huſtrue/ Adelkone. Item ſpecialiter, Hera, nomen eſt Fortunæ.

Herilis, le, om. t. quod eſt Heri & ad herum pertinet. Ut *herilis filius*, Boſſbondens eller Herrens Søn. *Herile imperium*, Boſſbondens rætt/ magt och myndighed.

HEV, vox incondita dolentis à Græcorum φεῦ ejusdem ſignificationis, Hey. *Heu me miſerum*, & geminatè: Idq; ferè ſine caſu: *Heu heu, quam ego malis modis perdidi, quod tibi detuli.*

Eheu, idem.

Heus, vox eſt ad ſe vocantis, Heu: *heus evocate hùc Dabum.* Item dolentis, hey/ eyia: *heus etiam menſas conſumimus, inquit Julius.*

Compoſita.

Eho, vox ad ſe vocantis vel monentis ad attentionem, Hør/ ho: *Eho dic mihi*, dicitur autem eho ad differentiam eheu: niſi ducatus à Græcorum εὖ, ejusdem ſignificationis.

Ehodum, idem quod eho. Ut, *ehodum, dic mihi: ehodum, ad me.*

HIC, hæc, hoc, hujus, pronomen demonſtrativum de perſona vel re præſente, vel loquente vel ſcribente, ab ὅνε ejusdem ſignificationis, quaſi initiò fuiſſet hice, hoce, denne/dette. *Ab hoc ductus eſt in carcerem: his lectis conſultandum quid agendum: Hæc finis Priami fatorum: Hìc exitus illum ſorte tulit.* Ponitur & hic interdum pro talis, Saadan. *Hunc ego te euryale aſpicio. Sic, hoc ætatis*, i. e. hac tali ætate, ſive grandi ſive tenera, ſive aliter affecta. Et *hoc noctis*, i. e. tali nocte.

Hic, adverb. demonſtrans locum præſentem, vel locum ſecundum, in quo eſt cui loquimur, heer: *hìc ego multa ſimul cogitabi. Hìc tu miraris.* Accipitur & pro tali loco. Ut, *hìc ne eſſe oportuit, qui frugi ſunt.*

Hâc, adverb. ſignificans motum per hunc locum, Her frem. *Ite hâc vos omnes.*

Hicce, hæcce, hocce, & gen. hujuſce, idem quod ſimplex hic. Et Comicis plural, Hice, Diſſe. *Hice arbitrantur, nunc hoc munere ſuam eſſe Thaidem.*

Hiccine, hæccine, hoccine, pronomen interrogativè poſitum, quaſi hicne, Er icke denne/er icke dette?

Hinc, adverb. ſignificans motum de hoc loco, vel ex hac her fra/ her aff. *Hinc profectus eſt: hinc intro concedam: hinc omnia effingis.*

Huc, adverb. ſignificans ad hunc locum, hiid. *Huc abii.* Item ad hanc rem. Ut, *huc te pares*, lav dig her paa. Item ad terminum. Ut, *rem huc adduxi*, hidt til.

Huccine, interrogativum eſt. Ut *huccine tandem omnia occiderunt?*

Compoſita.

Abhinc, adverb. ſignificans ab hoc tempore, fra denne tiid. *Abhinc triennium*, tre Aar ſiden / i. e. ab hoc tempore. *Quæſtor fuiſti abhinc annos quatuordecim*, for 14 Aar ſiden. *Horum pater abhinc duos & viginti annos mortuus eſt. Comitia abhinc triginta diebus habita: abhinc annis viginti quinq; pro eo ſpopondiſti.*

Adhæc, adverb. ſignificans præter ſupra jam dicta, der til/ydermere/ herforvden. *Adhæc, prædia incenſa prædicabiſti.*

Adhoc, idem, Saluſtio.

Adhuc, adverb. ſignificans ad hoc quidem tempus, hiidt indtil/ endnu. *Facinus adhuc in nullo eſt vindicatum: unam adhuc à te epiſtolam acceperam.* Significat etiam continuationem temporis, & cum caſu. Ut, *adhuc locorum feci, faciam ſedulò.*

Antehac, adverb. ſignificans ante hoc tempus, førend denne tiid/ til nu. *Quid antehac fecit, nihil ad me attinet.* Item idem quod antea, tilforn. *Antehac quidem ſperare licebat, nunc etiam illud ereptum eſt.*

Dehinc, adverb. ſignificans poſt hoc tempus, her effter. *Dehinc, ut quieſcant, prrrò moneo.* Item aliquando ordinis eſt, idem qnod deinde, derneſt. *Primum facta dictis exæquanda, dehinc à judicio legentium quævis exſpectanda.*

Interhæc, duabus dictionibus, vel unâ per hyphen, adverbialiter pro interea.

Poſthac, adverb. ſignificans poſt hoc tempus, her effter. *Poſt hæc quas faciet de integro comœdias.*

Præterhàc, Plaut. pro poſthac. Ut, *ſi præter hac tu verbum faxis hodie.*

HILARIS, re, om. t. pr. corr. qui lætitiam vultu oſtendit ab ἱλαρὸς ejusdem ſignificationis, lyſtig oc glad/ glædelig. *Non oderunt hilarem.*

Hilarus, a, um, idem.

Hilarulus, aliquantum hilaris.

Hilare & hilariter, adverb. pro modo hilari, Lyſtelig och glædeligen.

Hilaritus, Plaut. idem quod hilariter.

Hilaritas, atis, f. t. hilari ratio vel habitus, Lyſtighed och glædſkab.

Hilaritudo, Plaut. idem quod hilaritas.

Hilareſco, hilaris fio.

Hilaria

Hilaria, orum, pl. n. festum quoddam veterum, quod peragebatur ad æquinoctium vernum, sive 25 Martii, saa som Fastelavns Mandag eller Vge.

Hilaro, as, act. p. Cic. hilarem facio, giør løstig oc glad.

Hilaratus, a, um, quem hilaravimus, ut *Periclis sapientia hilaratæ sunt Athenæ.*

Composita.

Exhilaro, ras, act. pr. idem quod hilaro, vel multùm hilaro. *Exhilarare mentem, animum.* Et translatè, *exhilarare pecudes pabulo,* giøre dem faade / och springende. Exhilaratur arbores floribus, vorder Blomstrende/staar Blomster. Et exhilarare servitutem alicujus, forløste.

Exhilaratus, a, um, quid exhilaravimus, ut *exhilaratæ pecudes exhilarata servitus.*

HILUM, li, n. s. oculus in faba niger, seu filamentum quo granum fabæ adhæret, à voce Filum, propter teneritudinem. Inde translatè res exigua, vel potius quæ nullius est momenti. Scribitur & geminato Ll, Hillum. Ut *hilli homines* sunt miseri. *Hillum pensi*, i. e. nihil pensi.

Composita.

Nihilum & usitatius per abscissionem nihil, & rursus per concisionem nil, gen. nihili deficientibus cæteris casibus, dicitur q. ne hilum, Intet: *nihil boni, nihil adversi, nihil à te accepi.* Et, *homo nihili,* som duer intet/ itt drog. Ponitur & adverbialiter pro non. Ut, *nihil circuitione usus es: nihil me fallis.* Item, *nihilum quicquam horum,* i. e. non quicquam.

Nihildum pro nondum, vel nihil adhuc.

Nonnihil, q. non omnino nihil, sed aliquid, aliquantum, noget. *Nonnihil tibi debeo.*

HINNIO, is, nivi, nitum, n. q. de voce equorum à sono fictâ voce, huinner eller vrinsker som Hest.

Hinnitus, tus, m. q. hinniendi actus, vrinsken/ Heste/ huin.

Hinnibundè equi spargunt terram calcibus, i.e. cum hinnitu.

Compositum.

Adhinnio, de equa dicitur, cum ad conspectum alterius hinnit, Vrinsker ad. *Fœmina adhinnit equo.* Et translatè cum plausu accipio assensumq; claræ voce testor. Ut *adhinnit ad hanc illius orationem. Adhinnire puellam.* Et *adhinnire puellis*: in obscœnis est, & re amatoria.

HINNUS, m. s. animal ex equo & asina natum, ab ὕννος ejusdem significationis. Asinorum pulli si non excrescant, sed nani maneant seu pumili, ut & equorum, Hinni dicuntur, & inni & Gnini, ἵννοι καὶ γίννοι, Smaa Esler / och smaa Heste.

Hinnulus, parvus hinnus. Item hinnulus pro fœtu cervarum, caprearum, capreolorum, damarum & similium, Hindekalff/Raalam/Buckekid/ och andre saadane. Legitur & in Horatio Inuleus: deduciturq; ab innuendo, quod innuat matri quid velit, sive quod ad nutum matris absconditur.

HIO, as, avi, n. pr. ore satis aperto à χαίνω χάω ejusdem significationis, gaaber. Inde translatè, *ligna ariditate, terra æstu hiat,* i. e. aperitur, Aabnis/ gaaber.

Item, *flores hiant,* cùm nimirum aperiuntur. Item ad animum humanum translatè dubito, stupeo. Ut *incertus clamor frustratur hiantes,* de tuffuelraadige: Item concupiseo. Ut, *ad spem futuri hiant,* gaaber effter noget. Item vorax sum seu insatiabilis. Ut, *Verres avaritia fuit inhiante.* Item malè cohæreo seu disjunctus sum. Ut, *verba hiantia: disjuncti atq; hiantes concursus literarum.*

Hiatus, tus, m. q. hiandi actus, gaaben. Et translatè aperitio seu scissio terræ. Ut *terræ hiatus,* Jord spreck/ Jord fald. *Hiatus leonis*, pro leone hiante.

Hiasco, Caton. idem quod hio. Unde significatione translata ad nuces: *ubi primum incipiunt hiascere tum legi oportet.*

Hieto, as, Plaut. pro sæpè & multum aperior. Ut *hietare nondum in mentem venit.* Laberius pass. usus est. Ut, *Hietantur fores*, pro patent. Legit autem Calepinus, Hiato.

Hisco, n. t. propriè labra diduco & loquendi gratia aperio, lader Mund op til at tale. Habetq; in se quandam trepidationem, unde & pro dubito seu hæsito sæpius ponitur. Ut, *hiscit, dubius est, quid agat.*

Hiulcus, a, um, quod hiat, Sprucken/gaabende/ Gaaben. Arvum hiulcum, quod calore & siccitate hiat. Et translatè *voces hiulcæ, hiulca oratio*, quæ malè cohæret, wjeffn. *Versus hiulcus*, cujus medium syllaba contra legem obsidet. *Hiulca gens*, i. e. avida & quasi hianti ore prædam captans.

Hiulcè modo hiulco. Ut, *hiulcè loquitur.*

Hiulco, as, act. p. hulcum facio. Ut *æstus hiulcat agros,* kommer til at gaabe och specke.

Hetta, apud Festum, q. hieta, i.e. hiatus hominis atq; oscitatio: significatq; rem minimi pretii. Alii dixerunt pustulam esse, quæ in coquendo pane solet assurgere: à qua accipimus rem nullius pretii, cùm dicimus, *non hettæ tu facio.*

Composita.

Dehisco, idem quod hisco vel multum hisco. *Dehiscit panis,* Brødt er frafalden: vacuo scilicet inter crustam & carnem.

Inhio, as, act. quasi in rem aliquam hio, i. e. aperto ore appeto more lupi. Ut, *uberibus inhiat infans,* er graae dig paa. Et translatè rem vehementer appeto, eiq; adipiscendæ nervis omnibus incumbo, hugter/stunder/ attraaer offuermaade effter noget. *Hæreditatem inhiat*, q esuriens lupus. Sic *mortem, fratris obitum inhiat.* Et *inhiat hortis, inhiat rosis.*

Semihiulcus, a, um, dimidiata sui parte hiulcus. Ut, *semihiulco sævio sæviatur. Semihiulcum sævium,* quod sit semihiulco ore, halffkyß/ itke heelkyß.

HIR, antiquis, Cavum mediæ volæ, monstrari solitum ad indicium nihili, à Græco χεὶρ manus, quod nos efferimus, en baar haand. Charisius facit gen. Hiris. Probus autem indeclinabile statuit.

Hira, ræ, f. pr. Veteribus & Plaut. intestinum tenue & jejunum: à voce Hir propter inanitatem, vacuitatemq; sic dicta. Item ipsa intestina vacua, ut *hiræ omnes docent.*

Hilla, læ, f. pr. deminutivum, idem quod hira. Item aliquando intestinum rectum. Exponitur & farciminis genus, hilâ intestino, potissimum constans, Jsters baand/worßband/och andre saadane. Aliter ab Hilo deducitur.

Illæ, sine aspiratione, Glossario, idem.

HIRCUS, ci, m. ſ. à voce ſabina Fircus ejusdem ſignificationis. Caprarum eſt admiſſarius, Giedebuck. Et translatè, homo immundus & libidinoſus, ut eſt hircus. Item fœtor allarum humanarum, qualis eſt hirci, Ramſtanck. Eſt & nomen piſcis.

Hircinus & hirquinus, a, um, quod eſt hirci ſeu ex hirco. Ut, *caro hircina*, Bockkiødt. *Pellis hircina*, Bockſkind. *Hircina barba*, Bockſkeg. *Hircina libido*, Bockridt. Et translatè: *homo barba hircina ſeu hirquina*, lang och ſpidz Skegget. *Homo libidine hircina*, wmetelig kaad och løßactig.

Hircoſus, a, um, qui hircum olet, Ramluctende. *Homo hircoſus, gens hircoſa.* Et peculiariter, hircoſus, cui os malè olet.

Hirquis ſive irquis hirquitalus ſeu hirquitallus, qui primò virilitatem ſuam experitur puer, ſic dicta à libidine hircina.

Hirquitalus autem ſive Hirquitallus, compoſitum videtur ab hircus & θάλλω vireo, floreo, q. d. hircus adoleſcens ſeu hircum imitans adoleſcens, ut Græcorum νεοθαλὴς de virgine adoleſcentula. Sic hirquitallire dicuntur pueri, cum vocem mutant nacti gravem pro exili, id quod fit annis pubertatis: accepta denominatione ab hirco, ſive quod vocem ſubraucam hircinæ ſimilem reddant, ſive hircum olere incipiant.

Hirqvus, m. ſ. oculi angulus, dictus ab hirci oculis, qui ex libidine retortis in angulum oculis obliquè capram aſpicit, øyne vrig/ øynekrog/øynekrig.

Compoſita.

Subhirci, Iſidoro, alæ ſunt ſic dictæ à fœtore hircino.

HIRRIRE, de voce canum rabioſorum dicitur per onomatopœjam à ſono, Knurrer ſom en hund.

HIRSUTUS, a, um, quod lanugine & piloſitate horridum, q. horrens ſetis, ſtyghaaret/ ſtrihaaret/ huaßhaaret. *Hirſutæ genæ, hirſutum ſupercilium, hirſuta crura, hirſutæ vepres, hirſutæ frondes.* Et *hirſutæ caſtaneæ*, quæ adhuc ſuis Echinis includuntur. Item translatè inſvavis & inamœnus. Ut, *annalibus nihil eſt hirſutius.*

Hirtus, a, um, idem quod hirſutus. Ut *canities hirta capillis: hirta corpora, hirtæ aures, hirtæ oves: hirtæ capellæ.* Et translatè *hirtæ ſepes*, huaße gierder/ſaa ſom rußgierder/ torn gierder. Aliter hirtus ab hirco q. Hirctus: & inde hirſutus.

HIRUDO, inis, f. t. vermis quidam aquas limoſas inhabitans, apprehenſæ carni admodum adhærens, & ſanguinem ſugens, unde & ab hærendo dicitur, Jle/ Blodile. Et translatè, *hirudo ærarii*, pro eo quod ærarium exſugit, Vdſuer.

HIRUNDO, dinis, f. t. nomen avis à χελιδὼν ejusdem ſignificationis q. Helundo, Suale. Varr. à ſono, quem garrula edit, ſic dicitur. Item *Hirundo marina*, nomen piſcis. Item Hirundo ab Hæreo, quòd tectis ædium vel trabibus, ubi indificat, adhæreat.

Hirundineus, a, um, quod eſt hirundinis. Ut *hirundineus nidus*; Suale rede. *Sanguis hirundineus*, Suale leblodt.

HISPIDUS, a, um, pilis ſetisvè horrens & aſper, q. aſpidus ab ἀσπὶς, quod prima ſignificatione acutum mucronem notat. Vaſtitas literæ additur ad ſignificandum majorem horrorem, huaßhaaredt/ſtrihaaredt. In

hirſuto notetur aſperitas cum denſitate & prolixitate. In hiſpido aſperitas cum raritate & brevitate, qualis facies eſt detonſi & truncatorum pilorum. Hinc *frons hiſpida, aſpectus hiſpidus*: primo propriè, inde translatè pro triſti & auſtero, ſkarpſeende/ huaßeende. *Homo aſpectu hiſpido*, ſom haffuer en ſkarp ſeende. *Calyx hiſpidus*, huaß ſkal.

Hiſpidoſus, a, um, Catul. pro eodem.

HISTORIA, f. p. ἱστορία, rerum geſtarum narratio, Biſtori. Item aliquando, narratio & deſcriptio rei naturalis. Ut, *hiſtoria naturalis: hiſtoria rerum naturalium*, en beſkriffuelſe.

Hiſtoricus, a, um, quod eſt hiſtoriæ ſeu ad hiſtoriam pertinet. Ut *fides hiſtorica: hiſtoricum ſcribendi genus.* Et abſolutè *hiſtoricus.* qui hiſtorias ſcribit, ſeu ſcribendarum hiſtoriarum eſt peritus, Biſtori Scribenter.

Hiſtorialis, le, Plaut. quod ad hiſtoriam ſpectat. Ut *hiſtoriale opus.*

HISTRIO, onis, m. t. qui perſonatus populo fabulas agit ab Hetruſca voce Hiſter ejusdem ſignificationis. Eratq; olim honeſtum nomen pro eo qui honeſtos ludos agebat, mores hominum, rerumq; eventus, veritatis ac virtutis ergò, repræſentans. Unde, Roſcius & Æſopus, hiſtriones clari. Hodiè autem, tribuitur præſtigiatoribus aliisq; circulatoribus, qui inhoneſtos & ridendos ludos argutatione pedum manuumq; faciunt, quive moribus ſunt mimis & ridiculè geſticulantibus, Gygler/ Spilleſuel.

Hiſtricus, a, um, denominativum ab Hetruſco, hiſter, idem quod hiſtrionicus. Ut *imperator hiſtricus*, Meſter mand paa det ſpill. Et Hieronymo, *hiſtricula mens*, quæ aliquid ficte repræſentat.

Hiſtrionalis, le, om. t. quod ad hiſtrionem pertinet. Ut *ſtudium hiſtrionale. Modi hiſtrionales*, quibus hiſtrio utitur.

Hiſtrionia, f. p. ars hiſtrionum, Gygle konſt/ Gygleri.

Hiſtrionicus, a, um, quod eſt hiſtrionis, ſeu quod ad hiſtrionem pertinet. Ut *ars hiſtrionica*: Et pro eodem abſolutè, *hiſtrionica. hiſtrionicæ veſtes.* Sic *hiſtrionica verba*: *hiſtrionicus geſtus.*

HOEDUS, di, m. ſ. fœtus eſt capræ à ſabina voce Fœdus, Kid/kii. Aliter ſcribitur hædus ab αἰδὼς, i. e. membrum genitale: quia animal eſt libidinoſum. Item edus ab edendo, ut caper à carpendis virgultis. Item ab Hebr. Gedi ejusdem ſignificationis, ut nobis Geed pro capra.

Hœdulus, hœdillus, & hœdiculus, deminutiva, pro parvo hœdo.

Hedinus, a, um, quod eſt ex hœdo. Ut hœdina caro, Kidkiød. *Hœdina pellis*, Kiſkind.

Hedile, lis, n. t. ſtabulum hœdorum, Kidſtall / Kiid huuß.

HOI, Plauto vox incondita deplorantis à ſono, hoi/ ſo/ joe.

HOLUS, & omiſsâ aſpiratione Olus, eris, n. t. pr. corr. omnis herba, quâ veſcimur & cujus foliis & caule in edulium utimur, ab ὅλον univerſum, quod priſci ad victum nihil opſonii ſibi deeſſe exiſtimarent, modò ne deeſſet olus, mad vrte. Aliter ab alo, quod oleribus alebantur ante eſum frugum & carnium. Veteribus etiam dicebatur Helus. Lucill. uſus eſt gen. pl. helcrorum pro holerum.

Holuſcu-

Holuſculum, li, n. ſ. exiguum vel vile olus, Smaa och ringe mad vrter.

Holeraceus, a, um, quod ex holeribus conſtat. Ut cibi holeracei. Inde *holeraceus frutex*, pro herba olerum modo fruticante, ſeu frutice oleri ſimili.

Holitor, oris, m. t. qui holera exercet colendo vendendoq; , Vrtegaardz mand.

Holitorius, a, um, quod ad holera pertinet. Ut *forum holitorium*: *horti holitorii*. Et *oſtia holitoria*, pro oſtiis hortorum, Havloge.

Helvellæ, Feſto exponuntur holera minuta, quoniam helus & heluſa dicebant veteres pro Holus & Holera. Alias helvellæ, exponuntur herbæ quædam latæ.

HOMO, inis, m. t. pr. corr. animal rationa præditum: ſic dictus ab Humo, ex qua creatus eſt, & in quam reſolvitur, Menniſke. Complectitur autem utrumq; ſexum ſub uno genere. Inde aliquando ſpecialiter ſignificatur marem, ut in illo Plauti: mi homo, & mea mulier, vos ſaluto. Sic ſcriptura de viro dicit κατ' ἐξοχὴν: *Relinquet homo patrem ſuum & matrem & adhærebit uxori.* Item *Homo & homines* in pandectis, pro ſervo & ſervis. Ponitur & in narrationibus commendationibusq; ſæpè pro pronomine, is vel ille. Ut, cum ſermo eſt de aliquo & dicimus, *hominem tibi commendamus*, i. e. cum. *Igitur homo ita rogabit*, i.e. is vel ille. Item *homo marinus*, monſtrum quoddam marinum, quod & Triton, de quo Virgilius: Frons hominem præfert, in piſcem deſinit alvus. In mari noſtro Balthico non procul ab Hafnia captus eſt piſcis, capite, collo, humeris, thorace, humanâ ſpecie. Caput ei raſum, ut Monachi, de collo, humeris, thorace cucullus quaſi pependit, qui rubris & nigris maculis fuit variatus. Cucullus deſiit in fimbriam, quali perizomate lumbos & femora tegere ſolemus. Brachiorum loco fuerunt pinnæ pedum quoq; cauda piſcis. Eratq; totius monſtri longitudo quatuor cubitorum. Item in Polonia ac Romæ aliquando viſunt alia quædam monſtra humanis figuris. Aliter ab ὁμῶς, quod ſit animal omnium maximè ſociabile.

Homulus, homuncio & homunculus deminutiva ſunt ejusdem ſignificationis, lidet Menniſke.

Humanus, a, um, pr. prod. contra originationem, quod eſt hominis vel ad hominem pertinet, Menniſkeligt/ Menniſkens. *Humana vita*, *humana ſpecies*. Et humanum genus, Menniſkelig kiøn. *Dolor humanus*, *calculus humanus*, qui homini eſt. Et abſolutè, *humanum eſt errare*, i. e. non alienum ab humana natura. Item humanum, quod eſt humanæ naturæ non ferinæ, ſom haffuer Menniſkelig hiertelav/mild/from/ god/ dydig/ dydelig. *Vir eſt humaniſſimus*: *gens humana*: *animus humanus*. Et veteribus *ſacrificium humanum*, quod mortui cauſa fiebat.

Humanè, adverb. pro ex humana natura, effter Menniſkelig Natur och ſkick. *Morbos humanè fert*. Item pro humano affectu ſeu benigne, frommeligen. *Feciſti humanè*.

Humanitas, atis, f. t. humani ratio & hominis ipſa natura, Menniſkelighed. *Magna eſt vis humanitatis*; *vir bonus multa communi humanitatis cauſa facit*. Item manſvetudo & facilitas q. quæ homini propria, Gods hedt/ fromhedt/ dydighedt. *Cæſaris ſumma fuit in nos humanitas*: *novi humanitatem tuam*. Item eruditio & doctrina, vel quia hæc etiam homini propria, vel quia hominem facit humaniorem & manſvetiorem, Lærdom. *Studia humanitatis*: *vir humanitate politus*.

Humaniter, idem quod humanè. Ut *humaniter vivit*, *fert*, *facit*.

Humanitus, adverb. pro humano more ſeu ex humana conditione, aff Menniſkelig vilkor/ Menniſkeligen. *Si quid mihi humanitus accidiſſet*: *Urſi humanitus ſtrati*, i. e. *ut ſolent homines*.

Compoſita.

Inhumanus, a, um, non humanus, wmild/ och wbarmhiertig/ arrig/ wdydig/ der haffuer intet Menniſkeligt ſind i ſig/ ſtydſk/ traadzig. *Homo eſt inhumanus*: *non ſum ingenio inhumano*: *audacia erat inhumana*. Item legitur inhumanus pro Divino, quaſi quod non humanum, ſed divinum. Ut *menſa inhumana*, i. e. divina.

Inhumanè, adverb. modo inhumano, Traadzeligen/ wmildeligen/ wbarmhierteligen/ arrigen. *Inhumanè nimis adoleſcentem cruciat*.

Inhumaniter, idem.

Inhumanitas, atis, inhumani vitium & affectus, wmildhedt/ wbarmhiertighedt/ arrighedt/ ondſkab/ wdydt.

Perhumanus, a, um, valdè humanus, ut *ſermo perhumanus*, gandſke venlig/ dydelig.

Alia Compoſita.

Nemo, inis, cum, t. q. ne homo, Ingen. Diciturq; de ſolis hominibus. Ut, *nemo Rex*, *nemo civis*, *nemo vicina*, *nemo mulier hîc peperit*. Et *neminis miſereri certum eſt*. Item per pleonaſmum *nemo homo*, Intet Menniſke. Et partitivè, *nemo omnium*, Ingen blant alle.

Semihomo, m. t. dimidiata ſui parte homo, Halff Menniſke. *Cacus ſemihomo*.

HONOR & honos, oris, m. t. pr. corr. officium eſt virtuti debitum, ejus memoriam repræſentans; conſtatq; ornamento, laude, decôre, ab onus q. oneri & laboribus pro Republ. exantlatis; ſeu ex vitæ genere juſtius peracto, debitum officium, ut & veteribus ſcribebatur ſine aſpiratione, *Onor*, Bevijſt heder och ære/ æris bevijſning. *Magno honore ipſum proſeqvuti ſunt*: *honore me affecit*, *cumulat*. Item ipſum onus, quod reipublicæ præſtatur, Hederlig/ ypperlig fald oc beſtilning: *Ampliſſimis honoribus defuncti ſumus*. Sæpè enim onus pro honore, & honor pro onere ponitur. Accipitur autem honos ſpecialiter pro pulcritudine. Ut, *lætos oculis afflabit honores*. Item pro cultu Deorum ſeu ſacrificio, Guds tieniſt/ Offer. *Aris imponit honores*. Item pro præmio, Skenck eller æreſkenck. *Honos alit artes*: *doctoribus addit honores*: *medico multus honos*. Item pro officio, quod mortuis præſtatur. Ut *honor mortis*, i. e. ſepultura. Item pro amore. Ut, *ſi quis amatæ tangit honos animum*. Aliter deducitur ab ὄνημι, utilitatem affero.

Honeſtus, a, um, ior, ſtiſſimus, honore plenus, Erlig/ hederlig. *Vir eſt honeſtus*, ſiin Mand. Et abſolutè *honeſtum* pro honeſtate. Item translatè ad habitum corporis, pulcher, Smuck/ ſkickelig/ hederlig. *Homo honeſtus*: *honeſtum os*: *honeſtus vultus*: *honeſtus equus*, Smuck/ velſkicket. Sic *honeſta formâ*.

Honeſtè, modo honeſto, Erligen/ hederligen. *Honeſtè facit*.

Honeſtas, atis, f. t. honeſti habitus & virtus, Erlighed/ hederlig.

Honeſto, as, act. p. honeſtum facio, hædrer/ pryder. *Honore me honeſtas*: *non domo Dominus*, *ſed Domus domino honeſtanda*.

Honorabilis, le, om. t. honore dignus, Æractig.

Honorarius, à, um, quod honore constat seu honorem exhibet. Ut, *ludi honorarii*, & absolutè *honoraria, orum*, pl. ludi honoris causa exhibiti, æreſpill och læg. *Honorarium munus, donum, vinum*: Et absolutè, *honorarium*, quod honoris causa datur, æreſſenck. Et *honorarius tumulus*, monumentum quod in funere erigitur, vel quod honoris tantum causa mortuo erigitur in memoriam, cadavere etiam longissimè absente, æregraff/ eller Graffſtrifft. *Honorarius arbiter*, *qui* honoris causa eligitur. *Jus honorarium*, i. e. Prætorium ab honore Prætorum. *Donum honorarium*, quo patronus à cliente honoratur, seu patrono honoris causa donatur.

Honorus, à, um, honore plenus, ærefuldt: *Honorâ oratio.*

Honoro, as, act. p. honore afficio, giør ære/ beviſer ære: *Honorare aliquem famâ: honorare laudibus.*

Honoratus, a, um, quem honoramus. Et amisso tempore, qui in honore habetur. Ut, *vir honoratus*, Hederlig/ Æractig/ ſom er i act och ære.

Honoratè, modo honorato, med act och ære. *Honoratè in senatu egit.*

Composita.

Cohonesto, honesto decore, pryder/ærer. *Cohonestare exsequias*, følge Lig til Jorde.

Dehonestus, à, um, Gel. quod valdè honestum est. Ut, *Dehonestum deculpatumq; verbum*, megit ſmuckt.

Dehonesto, as, act. pr. non honesto, sed fœdo, turpo, honore spolio privovè. ἀδηλόω.

Dehonestamentum, quod gratiam & honestatem adimit, Beſkemmelſe/ Vanheldigt. *Cicatrix corporis dehonestamentum. Factum id in nos fuit dehonestamentum*, Beſkemmelſe.

Inhonestus, a, um, non honestus, turpis, fœdus, Foractelig/ icke ſmuck/ ſlem. *Homo est inhonestus: inhonesta cupiditas.* Compar. stior, stissimus.

Inhonestè, modo inhonesto, foractteligen/ ſlemmeligen/ med ſkamme. *Inhonestè optat sibi divitias.*

Inhonesto, as, inhonestum facio, dedecoro, Vanærer/ beſkemmer. *Ne cadat & multas palmas inhonestet adeptas.*

Inhonoratus, a, um, non honoratus, Forvden ære eller æris bevisning/ foractelig: *Triumphus inhonoratior erat.*

HORA, f. pr. prod. veteribus spatium temporis certum, & quarta pars anni ab ὥρα ejusdem significationis, Fierding Aar. Inde usitatiore significatione, vicesima pars dici naturalis, en Stund/ Time. Ponitur & simpliciter pro quocunq; temporis spatio, seu tempore, Tidt. *Nunquam te crastinâ fallet hora, aliquot horas ibi consumpsi*, i. e. aliquot dies: scilicet per μείωσιν.

Hora, etiam nomen Deæ, quæ juventuti præesset: nec non & Romuli uxor. Aliter ab Horus, i. e. Apollo & Sol, q. quam metitur Sol suo cursu.

Horarius, a, um, quod hora constat, ut *tempus horarium*, en ſtunds tidt. Absolutè autem *horarium* dicitur, instrumentum quodvis quo horas metimur, Sejerverck/ Soelſkiffue/ Compaß/ Stunde ellet Timeglaß. *Secretum horarium*, quod est unius horæ.

Composita.

Aurora, f. p. Tempus est exorientis solis exhalatos vapores pingentis aureos, luteos, croceos, rutilos pro diversitate materiæ q. aurea hora, Morgenrodt/ morgen.

Semihora, ræ, f. p. dimidium unius horæ, en halff Time.

Sesquihora, una hora cum dimidio, Halffanden Time.

HORDEUM, n. s. genus frugis, sic dictum ab horrore, quod horreat aristis magis quam cæteræ fruges, Byg.

Hordeaceus, a, um, quod ex hordeo est. Ut *panis hordaceus*, Byg Brød.

Hordeius, Plaut. in Rustica persona ficta vox propulcros. Ut, *hordeiæ lolligiunculæ*, i. e. pulsæ. Rustico n. Hordeum in deliciis.

Hordearius, a, um, quod ad hordeum spectat. Ut *hordearium æs*, quod pro hordeo, equiti dabatur: *gladiator hordearius*, qui hordeo donabatur. Et *pruna hordearia*, appellata à comitatu hordei.

HORREUM, n. s. locus reponendus demessis frugibus: sic dictum ab una specie, hordeo, ut farreum à far, Lade/ Kornlade. Accipitur & Juriscons. pro repositorio quarumq; rerum prætiosarum & sepositarum ad quotidianum usum. Aliter ab ὡραῖον quod de omni fructu dicitur, qui æstate colligitur. Item ab horrido, i. e. pleno.

Horrearius, rii, m. s. custos horrei, Ladefoget.

HORNUS, a, um, quod est hujus anni, vel quod est unius anni à Græco ὥρα æstas & ὡραῖος fructus omnis, qui eo tempore colligitur. Ut, *hornæ fruges*, dette Aars grøde. *Agnus hornus*, Aarig/ Aar gammel. *Hornum vinum*, dette Aars Vin/ eller Aar gammel Vin. Et absolutè *horno se curat*, i. e. annona vel cibo.

Hornò, adverb. pro hoc anno, ut *hornò messis magna est, utrum annò an hornò te abstuleris à viro?* I fiord eller i Aar.

Hornotinus, à, um, idem quod hornus. Ut *frumentum hornotinum, nuces hornotinæ, plantæ hornotinæ.*

Composita.

Bihornus, a, um, quod est duorum annorum, tu Aarig: *Bihornum vinum.*

Trihornus, a, um, ut *trihornum vinum.*

HORREO, es, rui, n. s. toto corpore & propriè ex frigore aut febri aut ex pavore & formidine exsurgentibus serpentibusq; capillis tremo, à sono deductâ voce, quem algentes febricitantesq; edunt, Rudderer/ gyßer/ Røſter aff redſel ſaa mit haar det och ſtaar och gandſke krop kryber. *Totus horreo.* Inde simpliciter tremo. Item frigeo. Ut *horrenti tunicam reddidit.* Item timeo, frycter. *Arma horret. Impacatos horrebis à tergo Iberos. Horret filio vires humanæ fragilitatis. Horret animus de morte.* Item translatè *horret ager*, i. e. asper est, quemadmodum corpora quæ horrent, dura reddantur. Aliter à χέρρος asper, incultus, horridus, ut propriè dictum sit de agris terrisq;. Inde transferatur ad alia.

Horrendus, a, um, quod horrere facit, gruelig/ forfærdelig. *Monstrum horrendum: clamor horrendus: horrendus fuit, qui primus enses protulit.*

Horresco, horrere incipio vel idem quod horreo. Item contremisco, ut *horresco, ubi pulsare hasce occipio fores.* Item expavesco, ut *leges horrescit.* Et translatè, *segetes horrescunt tempestatibus*, De kryber neder och Suites.

Horri-

Horribilis, le, om, t. quo ſeu ad quod quis horret, forfærdelig/gruelig. *Horribile dictu: horribilis ignis.*

Horridus, a, um, quod horret, ut *glacie riget horrida barba*, ſtiff/huaß/ſtridt/hæſſelig. Et translatè incultus vel deformis. Unde, *horrida loca*, Vrødde ſteder. *Horrida mulier*, grim. *Horrida vita & horridus vitâ & oratione: oratio horrida*, quæ dura eſt, aſpera & jejuna, groff tale. Item horridus horrorem incutiens. Ut, *horridus injaculis.*

Horridulus, aliquantulum horridus. Unde *horridulæ papillæ*, quæ tumidiores ſunt.

Horridè, adverb. pro aſperè & inculte, grovligen/grummeligen. *Horridè dicit, loquitur.*

Horriditas, Næv. idem quod horror.

Horror, roris, m. t. horrentis affectio ſive ex metu ſive ex frigore, Gyßen/hudderen. *Horrore arrectæ comæ, & vox faucibus hæſit.* Et translatè, triſte ſeu terribile, horrorem incutiens, grum och forfærdelig/det ſom kyß Folck. *Horrore hominis deterritus eſt.* Item religioſum quod metum & horrorem incutit. Ut, *arboribus ſuus ineſt horror.*

Compoſita.

Abhorreo, es, n. ſ. à re horreo & horrendo averſor, fugio, & aſpernor, Skyer/grues for. *Bibuli voluntas à me abhorret. Pompejus ab iſta ſententia abhorret. libri de oratore abhorrent à communibus præceptis abhorret à legendo impius. Abhorret vitiis & vitium*: Item *parvulos & diſtortos famam &c.* Item *abhorreo animo, ſtudio, voluntate.* Et *abhorreo à ſuſpicione, à ratione*: *hoc facinus ab illo abhorret*, i. e. remotum eſt. *Abhorrere parùm famam*, Acte icke deert huad Folck ſiger.

Abhorrens, om. t. quod ratione caret ſeu alienum eſt à ratione. Ut, *abhorrentes lachrymæ*, Wforaarſaget/wbeſkedenligt. Item quod abhorret. Ut, *animus à litteris abhorrens: abhorrens ab auribus vulgi*, Som ſkyer flammer och trætte.

Abhorreſco, Lact. Ut, *Deum abhorreſcunt dæmones*, i. e. valdè timent, & quaſi videre non ſuſtinent.

Cohorreo, magno horrore afficior. Cohorreſco idem.

Exhorreſco, valdè horreo. Et cum caſu, *illud exhorreſco*, Gyß for. Item induta ſignificatione activa horrore ſuffundo, ſeu detereo. Ut *vulnus exhorreſcit amicos*, forferder/kommer til at gyße och grue.

Inhorreo, es, horridus ſum. Ut, *inhorret acies vallo ſeptâ.*

Inhorreſco, rui, horridior fio. Ut, *inhorreſcit mare tenebræ conduplicantur. Horum ſeveritatem dicitur inhorruiſſe primum civitas.*

Perhorreo, ſive perhorreſco, valdè horreo. Ut, *perhorrui bellum. Quid eſt, quod perhorreſcas.*

Perhorridus, valdè horridus. Ut, *ſtagnum ſitu perhorridum*, megit grum til at ſee.

Subhorridus, aliquantulum horridus. Ut, *homo ſubhorridus*, noget temeligt.

HORTOR, aris, dep. pr. propriè, verbis, precibus, rationibus, conſiliisq; ad aliquid faciendum moveo impelloq; ab ὄρω excito, concito, impello, Tilraader / tilſkynder med ſtor alvorlighed. *Te moneo & hortor.* Et paſſivè apud Tacitum: *ſententia, quâ hortaretur Claudius Octaviam deſpondere Domitio.*

Hortatio, onis, hortandi actus, Tilraadelſe / tilſkyndelſe. *Tua hortatio mihi grata eſt.*

Hortatus, us, m. q. idem quod Hortatio.

Hortamen, n. t. & hortamentum, n. ſ. idem quod hortatus ſeu quod hortamur.

Hortativus, a, um, Quint. quod hortandi vi præſtat, ſeu hortationi accommodum. Ut *hortativum dicendi genus.*

Hortator, oris, m. t. qui hortatur, Tilſkyndere. Specialiter dicitur moderator remigationis aliarumve actionum nauticarum, græca voce, celeuſtes, Høje Bodsmand ſom raaber for / til at beſtille noget vdi Skibs handel.

Compoſita.

Abhortor, à re aliquem hortor, ἀδηλόω.

Adhortor, aris, d. p. ad aliquid hortor, Tilraader: *Ad bellum adhortatur: ad recuperandam libertatem: ad certam laudem adhortatur.*

Adhortatio, onis, f. t. adhortandi actus.

Cohortor, ſimul vel unà ſeu vehementer hortor. Ut, *eum per literas cohortatus ſum*, med iblant andet.

Cohortatio, cohortandi actus.

Dehortor, à re aliqua hortor, Raader fra. *Dehortor te ne facias.*

Exhortor, d. p. vehementer hortor, ſtorligen tilraader. *Ad virtutis ſtudium exhortatur.* Et paſs. *Exhortatus eſt à ſorte*, Tilraader. *Exhortatus, ut eum ſecurè feriret.*

HORTUS, ti, m. ſ. ager ſeptus, & ad uſus præſentes vel voluptatem herbis & floſculis vel arboribus conſitus & inſtructus, à χόρτος ſeptum, gramen & herba omnis eſculenta, Vrterhaffue/Abelhaffue/Løſthaffue/Kolhaffue. Translatè ſignificat pudendum muliebre: in qua ſignificatione dicuntur & *Horti Heſperidum.* Aliter à verbo orior, à perpetuo ortu olerum. Item Hortus Feſt. omnis villa, quòd ibi, qui armâ capere poſſent, orirentur. Item ab ὄρχος ejusdem ſignificationis, & plantarum ſeries atq; ordo.

Hortulus, li, m. ſ. parvus hortus.

Hortenſis, ſe, om. t. quod in horto naſcitur. Ut *herbæ hortenſes.*

Hortenſius, a, um. Plin. idem quod hortenſis.

HOSPITES, tum, cujus ſingul. Hoſpes, itis, com. t. propriè amici diverſarum patriarum, qui ſe mutuo recipiunt, cum alter in alterius patria peregrinus eſt à voce Hoſtis, i. e. peregrinus. Inde ſimpliciter Hoſpes qui peregrinum domo excipit & fovet, Vert. Item, hoſpes, qui excipitur, Gieſt/fremmit. *Non hoſpes ab hoſpite tutus.* Erat & hoſpes compellatio ignoti.

Hoſpita, f. p. idem in ſexu fœmineo, Vertinde/elſker Gieſt.

Hoſpitalis, le, om. t. quod eſt hoſpitis ſeu ad hoſpitem pertinet. Ut *hoſpitale cubiculum*, Gieſtekammer. *Hoſpitale beneficium*, det gode Verten beviiß / god tractadz. *Hoſpitalis teſſera*, Gieſt eller Vertz løſſen. Item hoſpitalis, qui liberalis eſt & promptus ad ſuſcipiendos hoſpites. Ut, *homo eſt hoſpitaliſſimus*, from Vert/eller Gieſtmildt ſom gierne laaner Herberge. Item *hoſpitalis Deus* dictus eſt Juppiter, quod in ejus tutelâ hoſpites eſſe credebantur.

Hoſpitaliter, modo hoſpitali, pro benignè & liberaliter, Venligen och med fromhedt. *Hoſpitaliter vocatus eſt, invitatus.*

Hoſpitalitas, atis, f. t. hoſpitis excipientis affectus & virtus, fromhed/godhed och venlighed til at lade huuß och fare vel med Folck.

Hoſpi-

Hoſpitium, n. ſ. domus venienti hoſpiti patens, ubi familiares non tam pretio, quàm more & amore excipiuntur, Herberge for fient Folck och gode Venner. Item neceſſitudo & amicitia inter hoſpites, excipientem & exceptum.

Hoſpitor, aris, d.p. hoſpitio utor, er til Herberge. Et translatè, *arbor hic neſcit hoſpitari*, i. e. in peregrino & alieno loco creſcere viverevè.

Hoſpitus, a, um, quod eſt hoſpitum, vel hoſpites refert. Ut *loca hoſpita, terra hoſpita*: ubi hoſpitari poſſumus. Et *navis hoſpita* vel *avis hoſpita*, i. e. peregrina.

Compoſita.

Inhoſpitus, a, um, quod hoſpitio aptum non eſt & accommodum: vel propter ipſius loci, vel incolentium aſperitatem & inhumanitatem. Ut *domus inhoſpita*: *tectum inhoſpitum*, huor der er icke gott at Gieſte. Sic *loca inhoſpita*. *Inhoſpita teſqua*, quæ aſpera ſunt, & acceſſu difficilia.

Inhoſpitalis, le, om. t. Plin. idem quod inhoſpitus. Ut, *feritas Ponti inhoſpitalis*.

Inhoſpitalitas, atis, f. t. Cic. hominis non hoſpitalis vitium, naar en vil icke lade Folck huuß.

Perhoſpitalis, le, om. t. valdè hoſpitalis: *domus eſt nobis perhoſpitalis*.

HOSTIS, is, m. t. veteribus idem erat quod peregrinus ab ὁδὸς via, q. d. Veifarende: Indè uſitatiſſimè qui arma contra alium fert: translatâ hinc ſignificatione, quòd peregrini diffidebant à ſibi peregrinis & machinabantur contra illos: vel quòd peregrini alienore eſſent animo atq; infeſto, Fiende. Aliter Hoſtis peregrinus ab hoſtio, i. e. æquo, quod peregrini eſſent pari Romanis jure. Item ab ὅστις quivis, q. qui è variis nationibus.

Hoſticus, a, um, quod eſt hoſtis, Fiendens/ findſk: *hoſticus enſis*, *hoſticæ incurſiones*.

Hoſtilis, le, om. t. idem quod hoſticus & quod hoſtes refert, Findſk. *Arma hoſtilia*: *animus hoſtilis*: *odium & crudelitas hoſtilis*.

Hoſtiliter, modo hoſtili. Ut *hoſtiliter facit*, Finſke ligen.

Hoſtilitas, atis, f. t. Senec. hoſtium vel hoſtilis animi affectus.

Hoſtia, f. p. ſacrificium cœſa ove vel ſimili pecore pro impetranda ſive jam impetrata victoria contra hoſtes: vel quod laribus dabatur contra hoſtes, Tackoffer for ſeier: eller Bønoffer mod Fiender.

Hoſtiatus, a, um, Plaut. hoſtiis inſtructus. Ut, *æquius erat Vos hoſtiatas ad hoc fanum Venire*.

Hoſtio, is, act. q. veteribus pro æquo q. ex jure & more hoſtium, ſive peregrinorum ſive inimicorum. *Hinc hoſtire ferociam alicujus eſt* eum æquare vel retundere. Et *promitto hoſtire contra, ut merueris*, i. e. par pari ſeu talionem referre. Item *hoſtit Voluntatem tuam*, i.e. offendit, lædit.

Hoſtimentum, ti, n. ſ. Plaut. hoſtientium ſtudium: & ſimpliciter æquamentum & retributio, Betalning/ lige for lige. *Par pari datum eſt hoſtimentum*. Sic Feſto, hoſtimentum, eſt beneficii penſatio.

Hoſtorium, rii, n. ſ. radius ſeu lignamentum terræ quo menſuræ æquantur, Strygholt.

Compoſita.

Redhoſtio, antiquis pro gratiam refero. *Redhoſtit Viam*, i. e. reddit.

HUI, vox incondita admirantis: & quidem ferè ex indignatione aut contemptu ut Græcorum ἴεν, huj/ huj/ huornu: *Hui tam cito*.

Hu, vel hy, nota olfactus vel indignationis, ut Græcorum ἰὼ, ejusdem ſignificationis. Efferturq; nobis non rariùs naribus, quam ore.

HUMEO, es, mui, n. ſ. prim. prod. aquâ madeo, ab ὑομαι irrigor, pluviâ perfundor, Er Voedt. *Lachrymis humeo*: *arbor lachrymis ſeu reſinâ humet*. Et *terra humens glutinoſa eſt*.

Humectus, a, um, idem quod humidus vel humorem exſudans, Veſkende. *Locus humectus*.

Humecto, as, act. p. humidum facio, Væder giør voedt. *Preſſis fœtæ papillis deductum agni os humectat*. *Flubius humectat agros*.

Humeſco, humere incipio ſeu humidus fio, Vædis. *Spumis humeſcit*. *Oculi humeſcunt*.

Humidus, a, um, quod humorem habet ſeu humet, Voed. *Humida ligna, nox humida*, Voed Natt. Sic *humida aurora*, Et *humida vina*, quæ plurimum aqueæ ſubſtantiæ habent, Tynd Vin/ Vandactig. *Humidus ager*, qui aliquando ſiccatur: uliginoſus qui nunquam.

Humidulus, a, um, aliquantum humidus. Ut, *humidulum linum*.

Humigatus, a, um, Apulejo humore perfuſus. *Ceſpes libamine humigatus*, Vædet.

Humor, oris, m. t. humi vel humentis ratio & affectio, ſeu humidus liquor; ut aqua, Veede. *Aſtra humoribus aluntur*: *frigoribus dureſcit humor*. Et Poeticè, *humor muſti*, pro ipſo muſto vel aquoſitate quæ ineſt muſto.

HUMERUS, m. ſ. pr. corr. ſuprema brachii ſedes ab ὦμος ejusdem ſignificationis, Skulder/ Axel. Tribuitur & abuſivè bubus & avibus, Bov.

Humerale, Juriſc. tegumentum humerorum.

Humeroſus, a, um, latas habens humeros, Bred Axelet/ Bredherdet.

HUMUS, mi, m. ſ. pr. correp. propriè terra eſt compluta ab ὑομαι pluviâ perfundor irrigor. Inde ſimpliciter ſignificat omnem terræ glebam, Jordt. Humus injecta tegit cadaver. Corpora fundit humi vel humo, Til Jorden. *Humi jacet*, paa Jorden. Significat enim & motum ad locum & in loco. Varro uſus eſt abl. *Humu* pro Humo.

Humilis, le, milior: milimus, om. t. quod à terra non altè attollitur q. humo propinqvum, Lav. *Humiles caſæ*, *humilis Vitis*. Et translatè demiſſum vel abjectum conditione, ſtatu, fortunâ, ſorte, Ringe/ foractelig. *Cogitationes ſuas abjecit in rem iſtam humilem & contemptam*: *Homo humili arte præditus*: *animus Vel mens humilis*: *Verbum humile*: *Vir humilis*. Item humilis qui judicio ſuo, arbitrio, voluntate & conſilio abjectus eſt, Ringe och ydmyg. *Vir humilis*: *ſermo humilis ac demiſſus*: *animus fractus & humilis*. Sic Theologis Humilis dicitur (dictione in virtute poſita) qui in honoribus aliis cedit, aliisq; ſe ſubjicit. Idq; non ex animo puſillo, ſed ex mera innocentia & humanitate, ydmyg/ ydmydig.

Humiliter, modo humili. Ut, *facta aut attolluntur altiſſimè aut humilimè deprimuntur*, de forringis nedi grund.

grund. Et Liv. *Vulgus aut ſervit humiliter, aut dominatur ſuperbè,* foracteligen. Item Theologis, *humiliter culpam deprecatur,* ydmygeligen.

Humilitas, tis, f. t. humilis rei ratio, habitus & affectio, Lavhed/ ringhed/ foracteligheð. *Sidera inter ſe altitudine & humilitate diſtantia. Luna ſumma humilitate defertur. Deſpicit humilitatem ejus: humilitatem generis objicit.*

Humilio, as, act. p. Theologis, prohumilem facio, ydmyger/ fornedrer. *Humiliare ſeipſum.*

Humiliatus, a, um. Cic. humilitate affectum. Ut *alia animalia humiliata ſunt, ut cibum terreſtrem facile roſtris contingant.* Sed ſuſpecta eſt lectio.

Humo, as, act. p. humo tego & ſepelio, Jorder. *Mos eſt corpora mortuorum humare.*

Humatus, a, um, quod humavimus, Jordet. Dicitur autem ſepultus quocunq; modo conditus: humatus vero humo contectus.

Humatio, onis, Cic. humandi actus, Jordelſe/ begraffuelſe.

Compoſita.

Exhumo, as, ex terra ſeu humo extraho, ἀνήλω.

Inhumo, as, Plin. humo inſero, humo tego. Ut, *taleas inhumato.*

Inhumatus, a, um, quod inhumavimus. Et peculiariter, non ſepultus, wbegraffuen. *Inhumatus projectus eſt.*

Poſthumus, a, um, qui poſt humatum patrem natus eſt: Item; qui patri ſeni natus eſt, quaſi poſtremus natorum. Item poſthumus pro futuro ſequenti & poſtero. Ut *poſthuma ſpes, poſthuma proles, poſthumus filius:* in qua ſignificatione ſcribitur & poſtumus; deduciturq; à poſt, ut extimus ab extra. Sic etiam poſtumus qui poſt teſtamentum factum vivo patre naſcitur. Item qui poſt alios liberos utriusq; gignitur.

HYBRIDA, dæ, com. pr. propriè ſus prognata ex apro & domeſtica porca ab ὑβρίζω, quod inter alia ſignificat ſtupro, conſtupro, & prælaſcivia etiam ignotum ineo. Inde de aliis animantibus, ex imparibus prognatis, ut *canis hybrida, vel hybris*: quæ ex venatico & gregario nata eſt, hynting/ halffhynting. Item de homine, qui diverſo genere natus eſt, velut altero parente ignobili: vel, altero parente indigena, peregrino altero, født aff wlige Forældre. Aliter ab ibrio vel ubro, qui ſpurius erat apud Priſcos. Unde ibridæ vel ubridæ ſcribendum eſſet.

HYDRIA, f. p. ὑδρία, Græcâ voce quod Latinis, vas aquarium, quo aqua hauritur, aqualis, Vandkar/ Vandſpand/ Junge/ Vandkrucke. Item urna, in quam calculi & ſortes conjiciebantur.

Hydrus, m. ſ. anguis aquaticus, ab ὑδρὸς ejusdem ſignificationis, Vandſnog.

Hydra, f. p. idem. Item quæ Latinius excetra. Item poëtis ficta quædam beſtia multorum capitum, quorum aliquo exciſo plura continuo renaſcebantur: qua tamen venuſtè ſophiſticam intelligebant.

HYEMS & Hiems, emis, f. t. pars anni frigidiſſima & maximè pluvioſa ab ὕω pluo, Vinter.

Hyemalis, le, om. t. quod Hyemem ſpectat. Ut, *hyemalis navigatio*, Vinter ſeiling eller Seiladz. *Hyemalis nivis*, Vinter fuldt och Sne.

Hyemo, as, n. p. hyemem duco vel perago, holder Vinter/ eller Vinterleier. *Mercator in medijs undis hyemat.* Item actione exempta, ut vocant: *hyemat*, i. e. hyems viget, det er Vinter. Et expreſſo nominativo, *Deus, natura, ſydus, ventus, vel dies hyemat*, giør Vinter.

Hyematio, onis, hyemandi actus, Vinter leſſnit.

Hybernus, a, um, quod eſt hyemis. Ut *hybernum tempus*, Vinters tiid. *Hyberni ſoles*, Vinter Soel eller dag. *Hybernus agnus*, Vinter Lam. *Hybernæ coronæ*, quæ non ex herbis conſtant, utpote hyberno tempore deficientibus; ſed bracteata quadam materiâ, corneâ, æneâ, argenteâ, &c. Et abſolutè *hyberna* & *hybernacula, orum*, n. plu. pro caſtris hybernis, vel locis quibuscunq;, in quibus milites hybernant, Vinterlejere.

Hyberno, as, n. p. in hybernis ago, holder Vinterlejere.

Compoſita.

Prohyemo, as, Colum. n. p. totum hyemem tranſigo.

HYMEN, enis, pen. gen. corr. m. t. ὑμὴν, membranula creditur eſſe in natura muliebri, quæ ſcinditur virginibus primo coitu, Mødom/ Jomfrudom. Inde accipitur pro ipſis nuptiis. Item nuptiarum Deo ſeu præſide.

Hymenæus, a, um, quod ad hymen pertinet. Ut *Hymenæa vota, gaudia, carmina*, i. e. nuptialia. Et abſolutè gen. maſc. *Hymenæus* pro Deo, nuptiarum præſide. Et conjunctè, *hymenæus hymen* pro eodem.

HYMNUS, m. ſ. ὕμνος carmen ſeu canticum laudens continens. Loffuesang.

HYSSOPUS, pi, f. ſ. ὕσσωπος nomen herbæ, Jſop.

Hyſſopum, n. ſ. idem.

Hyſſopites, æ, m. pr. vinum hyſſopo conditum. Unde per appoſitionem: *Vinum Hyſſopites*, Jſop Vin.

I.

JACEO, ces, cui, n. ſ. pr. corr. corpore ſum ad ſubjectum locum diffuſo, ut ſunt dormientes ab ἰάυω, dormio, Ligger. *Jacet ingens littore truncus: jacet humi: jacet in ſtrato.* Item ſimpliciter ſed cum quadam translatione ſitus ſum, Ligger/ er ſatt. *In medio campus jacet aquis undiq; ſcatens.* Item mortuus ſum: *Ibi jacet*, hand ligger der begraffen: *hic jacet*, her ligger hand død. Item derelictus ſum, neglectus, contemptus, ligger foract/ forkaſt/ forglemt. *Virtus jacet, libido dominatur: homo hic totus jacet*, ſlet foract. *Jacent ſtudia*, de ligge vnder bencken/ brugis och actis intet. *Pauper ubiq; jacet*; allevegne foract. Et *animus jacens*, qui dejectus eſt, falden Moed/ forſagt Moed/ miſtuilet och bedrøffuit. *Jacere* etiam dicitur, qui inferior in cauſa diſcedit: metaph. ſumpta ab hoſte victo & proſtrato.

Compoſita.

Adjaceo, es, Colum. juxtà jaceo. Ut, *ingratis foribus adjacet.*

Circumjaceo, cui, Liv. in circuitu jaceo, Ligger runden omkring. *Regiones quæ circumjacent Europæ, in veſtra ſunt poteſtate.*

Interjaceo, inter alia jaceo, Ligger iblant eller imellem. *Planities, quæ duas inter urbes interjacet.*

Obja-

Objaceo, es, contra jaceo, Ligger i vejen / ligger mod / til ſtødt. *Cœſpites objacebant illis, objacet mons.*

Præjaceo, es, ante jaceo. Ut, *campus caſtris præjacet*, ligger for til.

Subjaceo, es, ſub re aliqua jaceo, ligger vnder: *Monti ſubjacet.*

JACIO, cis, jeci, jactum, act. t. ſingulari quadam vi aliquò emitto, ab ἰημι, ἱέω mitto, Kaſter / ſlenger / huiſter. *Jacit lapides*, kaſter ſteen. *Jacere aleam*, kaſter Tærning. Et translatè, Voffuer / forſøger lycken. *Jacere fundamenta pacis, amicitiæ*, begynde / legge grunden til noget. *Jacere aggerem*, Kaſte grøfft / diig / voldt. *Jacere anchoram*, kaſte Ancker. *Jacere telum*, ſkyde. *Jacere molem*, giøre en ſtoer Bygning. *Jacere gradum atq; aditum ad aliquid*, eſt q. viam parare, quâ ad reliqua progrediamur, legge broe och vej til noget / bro for. *Jacere verba, contumeliam, dicta ridicula in aliquem*, kaſte ordt / ſpott / til en. *Jacere ſermonem, jacere aliquid in vulgus*, eſt ſpargere, ſpre vd blant folck. Aliter jacere ab ἰέναι ἀχθος, i. e. mittere, emittere dolorem, unde *jacere maledicta*. Et abſolutè *jacere*, pro obſcure, perplexè & obliquè alloqui aliquem, kaſte ord til nogen.

Jacto, as, act. p. frequenter & multum jacio, ſeu fuſius multo largiusq; jacio. Ut, *lapillos in puteum jactabit. Jactare caput, pedes*, Slenge med hoffuedet / eller føder. *Jactare aliquid in manibus*, huiſte / kaſte aff en hand i anden. *Leniter haſtas jactat*, Sunger. Et translatè *jactare voces*, bruge mange ord / ſige megit. *Jactare alicui ruinas*, true ſuarligen. *Jactare leges*, paalegge lover en effter anden. *Jactare rumores*, ſpræ tiedende. *Jactare odorem*, giffue luct aff ſig. Item *jactatur navis in mari*, ſlenger i Haffuet / driffuis hid oc did i fare. Et *jactatur injuriis, ryllis*. Item abſolutè jacto, pro glorior. Ut, *ſe jactat ſtultus*, Roſer / berømmer ſig. Item inaniter loquor, ut, *talia jactat*, pladderer.

Jactans, tis, qui ſe jactat, Stoer talen / ſom roſer ſig ſielff / tal ſtore ord om ſig.

Jactantia, f. p. jactantis & gloriantis affectus & vitium, ſtore ord / hoffærdig berømmelſe / egen roeß och berømmelſe.

Jactanter, adverb. cum jactantia. Ut, *jactanter cauſam ſuam egit*, med egen roeß / berømmelſe.

Jactatio, onis, f. t. jactandi actus. Ut, *jactatio vulneris: jactatio maris.* Et *jactatio verborum*, idem quod jactantia. Item idem quod favor, aura, yndiſt och medhold. *Jactatio populàris multos perdidit. Jactatione populari tenebratur.*

Jactator, oris, m. t. qui ſe jactat, æregerig / ſom roeß ſig ſielff.

Jactus, a, um, quod jecimus, kaſt / lagt. *Gradus ad factum hoc jactus eſt.*

Jactus, us, m, q. jaciendi actus, kaſt. *Jactus pilæ, jactus teſſeræ.*

Jactura, f. p. propriè damnum ex jactu mercium in mare. Inde ſimpliciter quodvis rei amiſſæ damnum, forlosring / ſkade. *Jactura rei familiaris, jactura bonorum.*

Jactatus, a, um, quod jactavimus, huiſt / kaſt / ſlinget: *Manibus jactatus*: *mari jactatus.* Et translatè, *jactatus injuriis*, Ryllit / fixerit / plaget.

Jactatus, us, m. q. idem quod jactatio & jactandi actus: *jactatus maris.*

Jactito, as, novum frequentativum à jacto, & ejusdem ſignificationis.

Jaculum, li, n. ſ. quod in hoſtem eminùs jacitur, Piel / ſteen / lod. Item nomen ſerpentis, pro quo & jaculus habetur, ita dictus, quod mirâ vi animal quodcunq; obvium penetret. Item cum adjectione per appoſitionem: *jaculum rete*, i. e. retis genus, idem cùm funda, Ver / pegarn.

Jaculor, aris, dep p. jaculum mitto, ſkyder enten bue eller byße. Unde translatè: *jaculatur fulmina Juppiter*, ſlar med Torden och Liunild. *Jaculatur arces*, i. e. ferit, ſkyder til / beſkyder / ſkyder neder. Item ſimpliciter jacio, kaſter: *Ventilator faham jaculatur.* Legitur & activè jaculo. Ut, *latis jaculabat in arbis.*

Jaculatio, onis, jaculandi actus, ſkydelſe / ſkyden.

Jaculabilis, le, om. t. quod jaculari poteſt. Ut *telum jaculabile*, det mand kand ſkyde eller kaſte med. Pondus jaculabile.

Jaculamen, inis, n. t. & jaculamentum, n. ſ. quo jaculamur, ſeu ipſa jaculatio, ſkud / ſkyden.

Jaculator, m. t. & jaculatrix fœm. qui & quæ jaculatur, ſkytte. *Annibal jaculator. Diana jaculatrix.* Item *jaculator*, pro piſcatore, quia jacit rete.

Compoſita.

Abjicio, cis, act. t. à re locovè aliquid jacio, Kaſter / ſlenger hen / bortkaſter haanligen fra mig. *Abjicit ſe è muro in mare.* Et translatè, *abjicere ſeſe*, eſt deprimere & parvi pendere & q. contemptùm jacere, Foracte ſig ſielff. *Abjicere ſe ſupplicem*: *abjicere ſe ad pedes alicujus*, ydmyge ſig for nogen / falde paa knæ / falde til fode. *Abjicere haſtam*, eſt deſperare: ſumptâ translatione à victis prælio, qui fugientes abjiciunt arma. Sic *abjicere ſpem*; *animum pro deſperare*. *Abjicere amorem*, eſt deponere, Afflegge / bortlegge. *Abjicere curam*: *abjicere aliquid de manu*; *capite abjicere onus, dolorem, cogitationes in aliquam rem. abjicere ſenatus auctoritatem*, Slenger / forſkyder / foracter. *Seaurum Pompejus abjecit*, i. e. neglexit. *Abjicere ædificationem*, i. e. conſilium ædificandi. *Famam ingenii abjicere, Italiam, memoriam, humanitatem*, i. e. aſpernari.

Abjectio, onis, abjiciendi actus, Bortkaſtelſe / hen kaſtelſe. Unde *abjectio animi*, i. e. trepidatio.

Abjectus, a, um, iquod abjecimus, henſlengt och kaſt. Et amiſſo tempore, *homo abjectiſſimus*, ydmyg / foract / ringe / red och forſagt. Sic *abjecta oratio.* Abjecte modo abjecto. Ut, *abjecte caſum ictum tuli*: *abjectè omnia fecit*, red och forſagt.

Abjecto, frequenter abjicio.

Adjicio, ad aliquid aliquid jacio, til kaſter. *Ex inferiore loco tela commodè adjici non poſſunt.* Et translatè, *adjicere vires, autoritatem, & adjicere animum rei & ad rem*, giffue ſit ſind til / legge ſig effter / ſla ſit ſind til. *Adjicere oculos in aliquam rem*, eſt cupiditate rei viſæ teneri, haffue øye paa noget / kaſt øye paa. *Adjicere calculum*, eſt approbare. *Ædes adjicere fano*, eſt conſtruere juxtà fanum. *Ad laudem bellicæ doctrinæ & ingenii gloriam adjecit*, i. e. addidit. Legitur & unico *jadicit adicere*, & ſæpè correpta prima.

Adjectio, adjiciendi actus.

Adjectus, us, m. q. Vitruv. idem. Ut, *cuneorum adjectus.*

Adjectus, a, um, quod adjecimus. Unde *oculi adjecti hærditati*, kaſt der paa.

Adjicia-

Adjicialis cœna, ſacerdotum erat; ſic dicta quod in ea multa extra ordinem, juſtaq; fercula adjiciebantur.

Circumjicio, jeci, jectum, Liv. in circuitu jacio. Ut *circumjicere vallum*, eſt circum ædificare, faſte voldt rund den om. *Circumjicere ambitu extremitatem cœli*, eſt circumplecti.

Circumjectus, a, um, Liv. ut *circumjecta urbi loca*, om ſatt/omlagt. Et Cic. *anguis vectem circumjectus*: ubi tamen aliter legitur circumvectus.

Conjicio, idem quod jacio. Item ſimul jacio. Ut *tela conjiciunt*, faſter tillige/tilſamen. Et translatè *conjicere ſe aliquò*, eſt cum feſtinatione ſe abripere, ſkynde ſig hen. *Conjicere in pedes, vel in fugam*, eſt feſtinanter fugere, at fly haſteligen. *Conjicere aliquem in vincula*, faſte eller ſette en i fengſel. *Conjicere pallium in collum*, tage eller faſte Kaabe paa. *Conjicere aliquem in lætitiam*, eſt lætitiâ afficere, giør en glad. Item translatè, interpretor, divino, gietter. *Tu cætera conjicito.*

Conjectio, conjiciendi actus. Ut, *conjectio telorum*, faſten/ faſtelſe. *Conjectio ſomniorum*, giettelſe/ gietten.

Conjectus, tus, m. q. conjiciendi ratio, faſt. *Conjectus oculorum*, naar mand faſter øyen til. *Conjectus nationum*.

Conjectus, a, um. Ut *oculi omnium in te ſunt conjecti*, alle øyen ſtaa och ſee paa dig.

Conjecto, as, frequenter conjicio & divino. Item, *Conjectabant ad menſam varios ſermones*, q. d. ſkyder ſamen/ h. e. proponebant.

Conjector, oris, m. t. qui interpretatur vel divinat, gietter/ ſpaamand.

Conjectura, æ, f. pr. conjiciendi & divinandi ratio, giettelſe/ giettning.

Conjecturalis, le, om. t. quod per conjecturam colligitur & proponitur. Ut *cauſa conjecturalis.*

Conjecturo, apud Senecam pro conjicio ſeu conjecturam capio, giør gietzing.

Conjectarium, rii, n. ſ. apud Nonium ex Cicerone: & conjecturarium apud Sipontium, pro efficaci & perfecto, q. certa conjectura notum. Sed legunt alii in Cicerone conſectarium.

Dejicio, deorſum jacio, neder faſter / neder ſtyrter. *Plurima cælo dejicit in terras.* Et translatè *oculos dejicit*, i. e. avertit, vender øyne/ eller ſind fra. *Dejicere officio*, ſtøde fra ſaldet. *Dejicere honore, præturâ, ædilitate, &c.* Et *dejicere de gradu, de dignitate, poſſeſſione, fortunis, bonis, divitiis, valetudine*, ſette en tilbage. *Dejicere aliquem conſtantia*, i. e. deducere à propoſito, in quo pedem q. fixit. Sic *dejicere de ſententia*, komme en fra ſin mening.

Dejectio, onis, actus, quo aliquid dejicitur, neder-faſtelſe / fraſtødelſe. Unde *dejectio alvi cruenta*, quæ Græcâ voce dyſenteria, Buglob.

Dejectus, tus, m. q. idem. Ut *dejectus arborum*, ſcilicet quo ſunt dejectæ, træfald.

Dejectus, a, um, quod dejecimus. Ut, *dejectus conjuge*, qui uxorem amiſit.

Disjicio, in diverſas partes jacio, faſter/ driffuer/ och ſplitter ad/ bort. *Disjicere concilium, cœtum*: *ventus, æquor, fluctibus, claſſem, disjicit.*

Disjectus, a, um, quod disjecimus. Ut, *disjectum tectum, disjecta auxilia.*

Ejaculor, aris, extra ſeu longè jaculor, ſkyder vd / ſkyder langt/faſter. *Mons in urbem ejaculatur umbram*, den giør ſkygge ſaa lang at den naar i byen/den ſkygger byen. Et *fiſtula jaculatur aquas.*

Ejicio, cis, q. extra jacio, vdkaſter / vdſtøder / vdjager. *Hinc nos ejicit* & excludit. Et Jurisconſ. abſolutè pro abortio, kaſter. *Ejicit equa*, kaſter føll.

Ejectamentum, ti, n. ſ. quod mari ejicitur in litora, havkaſt/opkaſtning/ eller vrag.

Ejectio, onis, f. t. ejiciendi actus. Ut, *è patriâ ejectio*, forjagelſe/ vdſkydelſe/Landflyctighed.

Ejectus, a, um, quod ejecimus, vdjager / eller vdkaſt/dreffuen. *E patria ejectus eſt Milo*: *ejectus bi tempeſtatum*, i. e. ad litora pulſus, dreffuen i Land. Et *ejectum*, neutraliter, vrag.

Ejectitius, a, um. Plin. quod ejectione fit. Ut *partus ejectitius*, kaſt foſter. Sed iſto Plinii loco legitur alias enecto, alias ſecto: Et additur *ſuo ſibe bulba ſuis adjectitia*, quæ ejectione laborat.

Ejecto, tas, in totum, vel, omnino ejicio, kaſter ſlet vd. *Ejectat avenas.*

Injicio, in aliquid jacio, i kaſter. *Antequam hæc in domum injicias.* Inde, *injicere alicui pallium*, kaſte en Kaabe paa/legge paa. *Injicere alicui catenam*, legge en lencke eller kæde paa. *Injicere manicas*, legger hannem Handkløffuer paa. *Injicere alicui metum*, giøre en fryctactig/ forfærde hannem. *Injicere alicui vel rei vel perſonæ manum*, griffue fat paa och beholde / tage ſig til. *Injicecere alicui ſcribendi cauſam*, giffue Aarſage til at ſkriffue. Et abſolutè, *Injicere vel injicere in ſermonem*, giffue for / giffue for i tale. *Injicere fruſtrationem, errorem*, komme en i vildfarelſe. Sic *injicere ſuſpicionem, plagam, timorem, periculum, tumultum. Injicere terram alicui vel in os*, kaſte jord paa den døde. *Tonſor injicit involucrum*, ſcil. ne veſtis inquinetur lapſu capilli tonſi.

Superinjicio, deſuper injicio, kaſter/legger offuen offuer. *Raras ſuperinjice frondes.*

Interjicio, cis, inter aliud jacio, kaſter imellem. *Semina ſtramentis interjicit.* Et ex adjuncto, immiſceo, blander iblant. *Inter equites interjicit raros ſagittarios, & expeditos levis armaturæ.*

Interjectio, onis, interjiciendi actus. Ut, *interjectio verborum, ſententiarum in oratione.* Item interjectio Grammaticis, vox incondita affectum ſignificans & orationi interjecta.

Interjectus, tus, m. ſ. idem quod interjectio. Ut *interjectu terræ Luna deficit.*

Interjectus, a, um, quod interjecimus, Imellom kaſt/ lagt/blandet: *Semina ſtramentis interjecta*: *interjectæ collibus valles*: *naſus q. murus oculis interjectus eſt. Homo eſt inter Philoſophos interjectus*, ſatt iblant: interjectus pro interpoſitus.

Objicio, is, ante jacio, kaſter for i. *Objicere frondes alicui, objicere odorem naribus, objicere alicui lætitiam.* Item contra jacio, kaſter imod/ kaſter i vejen: *Objicere hoſtibus periculum: objicere caput ſuum periculis, ſeu contra pericula*, pro dare, giffue ſig i fare. *Objicere ſe in impetus hoſtium*, i. e. contra impetus: *Objecit caput pro veſtris Ceremoniis.* Sic *objicere moram.* Et translatè, *objicere alicui facinora*, bræge en ſine ſtycker. *Non tibi hoc objicio*, Jeg bræder dig det icke / kaſter i Næſen. Sic *objicere alicui crimini*: *nobis de morte Cæſaris objicit.* Et *objicit ei probrum*, kaſter i Næſen ſom en ſkam och ſkendzel. Ponitur & pro infero, paaføre. *Thebanis multa acerba funera objecit. objicere aliquem præpilatis haſtis*, lade en løbe gienom ſpidzen.

Objectus, a, um, quod objecimus, modſatt. *Propugnaculum hoſtibus objectum. objectæ vallo munitiones.* ſic *objectus ad omnes caſus periculorum. objecta ſpecies voluptatis*, forkaſt / eller forkommen. *Objectum crimen*, kaſt i Mæſen / bræget. Item Philoſophis abſolute *Objectum*, quod ſenſibus objicitur, ab iisq; percipitur. Ut *color eſt objectum viſus.*

Objectus, tus, m. q. objectæ rei ratio & conditio, forkaſt / modſetning. *Objecta terræ Luna occultatur.*

Objecto, as, act. p. ſæpius ſive frequenter objicio. Ut, *objectare corpora bello, objectare crimen.*

Objectatio, onis, objectandi actus. Et ſpecialiter exprobatio, bræbelſe. *Illorum objectatio*, quâ ſcilicet, illi objectant.

Objectaculum, n. ſ. Varr. pro obice, ut *aquis erit objectaculum*, Demning.

Obex, icis, & poëticè objicis, ut producatur prima: Virg. fœm. Plaut. maſc. quicquid alicui objicitur ad inhibendum, Mein / modſatt / modſetning ſaa ſom Vejbrodde / demning. *Ecce maris magna claudit nos objice pontus.* Tropicè autem ponitur pro peſſulo, Dørſkodde / klincke / huirreld.

Porricio, antiquis voce aruſpicum & ſacrificantium, pro porrigo: q. porro jacio. Ut, *Diis porricit exta: exta porricit in fluctus.*

Porrectus, a, um, quod porricimus. Ut *exta porrecta.*

Præjacio, is, ante jacio, kaſter for hen. *Moles in gyrum projaciuntur.*

Projicio, cis; quaſi porro jacio, kaſter vd / hen / frem / eller for ſig. *Projice tela manu: projicit galeam ante pedes: projicit ſe in judicium*, i. e. intromittit, Indleder / kaſter ſig vdi. *Projicio foràs: projicitur in exilium.* Ponitur & pro negligo. Ut, *rogant, ne me projiciam.* Item pro extendo. Ut, *tectum projicitur.* Et translatè *patriam virtutem projicere*, i. e. exuere, amittere, afflegge / miſte / affkaſte. Et *projicere libertatem ſuam*, forkaſte.

Projectio, onis, projiciendi actus. Ut, *projectio brachii*, vdſtrekken / vdkaſten med Armene.

Projectura, ræ, f. p. in ædificiis prominentia eſt, & q. ſupercilium quoddam parietis, arcendis ſtillicidiis inventum, Vdheng eller offuerheng / tagſkeg.

Projectus, a, um, quod projecimus. Ut, *projectus inhumatus*, henkaſt. *Brachium procerius projectum*, vdract. *Inſula in utriusq; portus oſtium projecta*, i. e. objecta. *Urbs projecta in altum*, i. e. excitata. *Projecta ſenatus autoritas*, i. e. contempta & vilis. *Projectus puer*, i. e. expoſitus, hitte barn. Et amiſſo tempore. *Projecta cupiditas*, libido effrenata, profligata, ſlem / ſkendig. Item abſolutè numer. plur. *projecta* dicuntur in ædificiis, quæ prominent, ut Mœniana, ſuggrundia & podia penſilia.

Projectus, us, m. q. idem quod projectio. Ut, *projectus corporis*, i. e. extenſio.

Rejicio, is, retro vel ceſſim jacio, kaſter / ſkyder / drifſuer til bage / kaſter til ſide. *Rejicere hoſtem, ſcutum, &c. capellas à flumine rejecit. obſcuritas te à libris Ariſtotelis rejecit*, ſtott fra. Et translatè aſpernor, repudio, forſkyder och foracter. *Librum humi rejecit*, Et *rejicere judicem vel arbitrum*, i. e. repudiare, recuſare. Item rejicere, eſt alio conſulto aliquid facere. Ut, *rejicere cauſam ad Senatum*, ſkyde ind for raadet. *Rejicere conſultores ad alium*, Viſe dem fra ſig til anden.

Item, *rejicere in alium diem*, ſkyde offuer til en anden dag.

Rejectio, onis, rejiciendi actus, forkaſtelſe / henſkydelſe. Et ſpecialiter: *Rejectio cibi* pro vomitu. *rejectio ſanguinis*, cum ſanguis per os quovis modo, ſive id per tuſſim fiat, pulmone, thoraceve affecto, ſive per vomitum ex ventriculo, cum ſanguis eò ex hepate, lieneve defluerit, opkaſter.

Rejectus, a, um, quod rejecimus, kaſt tilbage / til ſiide. *Milo rejecta penula de Rheda deſiliit: rejecto ſcuto aufugit.* Et abſolutè *rejecta, orum*, pl. idem quod rejicienda.

Rejectus, us, m. q. idem quod rejectio. Ut, *rejectus cibi*, opkaſten.

Rejecto, as, ſæpius vel multum rejicio. Ut, *comeſtum avidius caſeum rejectavit.*

Rejectanea, orum, n. pl. in ſtoica doctrina, quæ vulgo rejiciuntur tanquam mala, ut ſunt morbus, egeſtas, dolor.

Rejiculus, a, um, quod ab omnibus propter vitium aliquod rejicitur nulliusq; pretii eſt. Ut, *ovis rejicula*, quæ propter ætatem vel morbum rejicitur. Sic *armenta rejiculâ.*

Recinium, nii, n. ſ. veſtis quadratæ genus q. rejicinium: ſic dictum quòd ejus laciniam retrorſum rejiciebant.

Subjacto, as, act. pr. in altum jacto, ut cum in areis frumenta vanno à paleis ſecernuntur. Ut, *ſubjectare frumentum*, kaſte Korn i loen.

Subjicio, is, aliquid ſub aliud jacio vel pono, vnderkaſter / vnderlegger. *Ramea coſtis ſubjiciunt fragmenta.* Item docendi ſcribendive ratione. Ut, *ſubjicere aliquam materiam arti: bonâ cibium voci præconis ſubjicere; ſubjicere calumniæ quâ rectè faciunt boni, ſubjicere fortunas innocentium ficto ſermoni.* Item Ratione poteſtatis: *ſubjicere imperio & poteſtati alicujus: ſubjicere ſe ſub poteſtatem alterius.* Item ratione objecti: *ſubjicere rem aliquam ſub aſpectu omnium. Subjicere oculis, ſub oculis & ſub oculos.* Item in locum & vicem aliud ponere & jacere. Ut, *ſubjicere teſtamentum*, legge itt vrette och wlovlig Teſtamente frem. Item *ſubjicere terram ferro*, i. e. ſubigere, colere, q. d. poteſtati ferri, dyrcke / handle jorden. *Subicere exempla ſub ſingulos artis locos*, i. e. proximè poſt. Item, *corpora ſaltu ſubjiciunt in equos*, i. e. ſurſum jaciant, Slenger ſig paa Heſtene / kaſter ſig paa. *Subjicere arietem* dicebatur, qui arietem pro ſe agendum cædendumve dabat. Ubi tamen aliter legitur ſubigere. Item ſubingerere. Item *ſubjicere* in Scenicis actionibus, dicebantur, Monitores. Ut *non tibi ſubjiciet carmina ſerus amor*, ſige til. *Cupio mihi ab illo ſubjici ſi quid prætereo*, i. e. moneri, ſigis til.

Subex, icis, m. t. propriè aër altus, quaſi qui cœlo ſubjectus eſt. Inde adjectivè, *nubes ſubjices*, i. e. aër.

Subjectio, onis, ſubjiciendi actus, unde Rhetoribus, ſubjectio rei ſub aſpectum pro ejus delineatione, deſcriptione & repræſentatione: Græca voce hypotypoſis. Item *ſubjectio teſtamenti*, quâ adulterinum teſtamentum pro vero ſumitur.

Subjectus, a, um, quod ſubjecimus. Unde *partes ſubjectis*, i. e. ſubactis. *Virtus ſubjecta eſt ſub varios caſus*, i. e. obnoxia, vndergiffuen: ſic *omnia Deo ſubjecta, ipſe nulli ſubjectus.* Et amiſſo tempore, *ſubjectior ſum invidiæ.*

Subiculum, li, Plaut. ut *ſubiculum flagri*, pro eo qui flagris ſubjicitur.

Subjecto,

Subjecto, as, id quod sub aliquo est, seorsum jacio, faster fra neder op. *Nigram subjectat arenam.* Item, identidem subjicio: unde *subjectare manum*, dicuntur qui sub eqvuleorum ventrem manum solent subjicere, ne postea adulti ad factum hujusmodi expaveſcant.

Superjacio, is, aliquid super aliud jacio, offuerfaſter. *Folia frutetis & arboribus delapsa superjaciuntur.*

Superjectus, a, um, quod superjecimus. Ut, *semina de tabulato superjecta.*

Superjectus, tûs, m. q. superjaciendi actus. Ut, *mas superjectu eblanditur.*

Superjacto, as, frequentative. Unde *transversa navigia superjactant*, i. e. transiliunt.

Trajicio, cis, trans flumen jacio & mitto, Stiber offuer. *Exercitum trajecit Rhodanum.* Et neutraliter transvehor, transfreto. Ut, *amnem vado trajecit*, Farer offuer. Ponitur & activè pro transfigo, transverbero. Ut, *trajecit ebutio brachio*, giennom sticker. Item transfundo, sive in alia vasa fundo. Ut. *trajicere in alia vasa.* Item transfero. Ut, *trajicere culpam in aliquem*, ſkyde ind paa. Item reicio in alium. Ut, *trajecit rem in magistratus*, ſkyde ind for.

Trajectio, onis, trajiciendi actus. Unde *cautior est mansio honestior existimatur trajectio.* Et translatè, *trajectio veritatis.* Et *trajectio verborum.* Græca voce hyberbaton, cum verba transponuntur & perturbantur ordine. *Trajectio stellarum*, i. e. transitus stellarum errantium. Vulgo *trajectio stellæ*, cum stellæ præcipites cœlo cadi videntur, Stierne ſkud.

Trajectus, ûs, m. q. idem. Et peculiariter locus ubi trajicitur, Fergeſtedt/ſtente/ſtete.

Trajectus, a, um, quod trajecimus & transfiximus. Ut, *præcordia trajecta*: *crus vulnere trajectum*, *trajectus navicula in Africam*, offuerfort / offuerſkibet.

Transjectus, a, um, idem. Ut, *terra, quæ transjecto axe sustinetur diei noctisq; effectrix.*

JAM, & veteribus comicis Jame, adverb. significans momentum temporis, vel elapsi vel futuri ab ἰάπτω mitto, jacio, s. propter velocitatem motus, Nu. Ut, ratione futuri: *Jam ex me recognosces.* Et elapsi: *cum te jam adventare arbitraremur, repente abs te in mensem Quintilem rejecti sumus*, Allerede. Sic *jam advenit & jam adveniet.* Et geminatè ad augendam, significationem, ratione instantis temporis: *nunciant jamjam adesse: jamjam aderit*, rætt nu. Cicero posteriori addit que, ut *jam jamq; video bellum: nunciant illum ruere, jam jamq; adesse cogitandum est jam jamq; monendum.* Item ratione vehementioris cujusdem affectus; qualis est indignatio, commiseratio, exhortatio, Nu nu. *Jamjam nec maxima Juno, nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis.* Ponitur autem aliquandò Jam pro nunc. Ut, *jam jura legitima ex legibus cognoscere oportebit.* Item pro modò, ſaa: *At puer Ascanius mediis in vallibus acri, Gaudet equo jamq; hos cursu, jam præterit illos.* Item pro præterea, & quasi amplius quàm quod dictum est, ydermere. Ut cum Virgilius dixisset de animalium terrestrium interitu, subdit de aquaticis: *Jam maris immensi prolem & genus omne natantum. Littore in extremo, ceu naufraga corpora fluctus proluit, &c.* Jungitur & cum aliis adverbiis. Ut, *jam antea petibi abs te*, i. e. jam, tunc.

Jamdiu, adverb. significans jam per multos annos, dies, menses, lenge/et langt ſtund. *Pecuniam solvit jamdiu debitam.* Jam nunc, nota est certi cujusdam ac præmaturi temporis, Allerede. *Votis jam nunc assveſce*

vocari: Quæ cum cogito, jam nunc timeo: pro quasi ante tempus metu conficior. Jam nunc pro adhuc, Endnu. *De quibus ad me scripsisti jam nunc me delectant.* Jam olim multo abhinc tempore, lengeſiden. *Jam olim feras posuit eum vinea frondes.* Jam tum pro adhuc, Endaa: vel pro etiam, ſamme tiid. *Qui omnes in judiciis publicis jam tum florente Reipublica floruerunt.*

Jamverò, i.e. præterea. *Jam verò narrationem, quid nos jubeat verisimilem esse, rectè nos admoneat.* Componitur & cum aliis. Ut *jamdudum, jampridem.* Item enclitice: Etiam, quoniam, uspiam, quispiam, de quibus suis locis.

JANUA, f. p. Extimus ædium ingressus, à Jano, Deo quodam gentili, cui omnem introitum & exitum, adeoq; etiam januam sacraverant, Gadedør. Inde tropicè aditus, occasio seu via ad aliquid, Vej. *Quâ nolui januâ sum ingressus causam. Urbs ista est janua Imperii Romani.*

Janitor, oris, m. t. januæ custos seu præfectus, Dørvocter.

Janitrix, idem in sexu fœm. ut *anus janitrix.*

Janeus, m. s. veter. idem quod janitor.

Janual, libi genus Jano sacrum.

Januarius, m. s. mensium primus & q. anni aditus: sic dictus per translationem à janua, vel immediatè à Jano, cui rerum initia dicta erant, Glugmaaner.

IBI, pr. corr. adverb. demonstrandi pro in eo loco ab ἐκεῖ ejusdem significationis, der. *Ibi postis est, ubi templi aditus est.* Legitur & pro tunc, daa. *Invitat tristis, mansit, ibi illa cum illo sermonem occipit.*

Composita.

Alibi, adverb. significans alio in loco, I et anden ſted: *Alibi hoc nascitur: alibi habebam animum amori deditum.*

Inibi, adverb. q. intus ibi vel in eo ipso loco, Samme ſtedz/rett i ſamme ſtedt. *Nos domum properamus, vos inibi adeste.* Item aliquando idem quod inter alios, blant andre. *Pater captivos commercatur alios, & inibi etiam olim amissum filium.* Nonius quoq; ex veterum aliquot locis exponit, sic & mox.

Interibi, adverb. idem quod interea, diſſimellem. *Age tu interibi da sabium.*

Nullibi, q. in nullo ubi, in nullo loco, ingenſtedz.

Neutrobi, pro neutro loco, huercken her eller der. *Neutrobi habet stabile stabulum.*

Postibi, Plauto pro postea.

Utribi, utro in loco. Ut, *uter utribi accumbamus.*

Utrobiq;, adverb. significans inutroq; duorum, vel in utraq; parte, quasi in utroq; ibi, Begge ſteder. *Utrobiq; magnos inimicos habeo: eadem veritas utrobiq; est*, i. e. in diis & hominibus.

ICO, icis, ici, ictum, act. t. pr. prod. propriè misso telo ferio, eadem cum jacio origine ab ἵημι mitto, unde ἰκμὸς missile, telum; ſkyder. *Eum catapulta aut balista icit: hæc fulmine icit Juppiter: laurus fulmine icitur: hunc poculo icit adversarius.* Inde transfertur ad alia pro percutio, ferio, ſlaar/baſſer: *Icere femur. icere colaphum*, i. e. impingere, ſlaa baſk paa Munden. Item *icere fœdus*, ut ferire fœdus, giøre pact oc forbund / ſlaa hund i hand om noget.

Ictus, a, um, quod icimus, ut *telo vel venena ictus*, ſkott: *à beſtiis ictus*, ſtucken eller ſlagen: *ictum fœdus*, giort pact och forbundt / ſlaget hand i hand.

Ictus, us, m. q. Iciendi actus, ut *ictu fulminis periit*, ſlagen aff Lyndild: *ictus infixus eſt corpori meo*: *ictu cominus pugnatur*. Et, *calamitatis ictus*, quo quis calamitate icitur, appetitur & afficitur.

ICTIS, idis, f. t. ἰκτὶς, animal è genere ſylveſtrium muſtelarum, Jllder.

IDOLUM, li, n. ſ. εἴδωλον Græca voce idem quod imago, ſimulacrum & ſpectrum. Inde Eccleſiaſticis peculiariter ſimulacrum Deorum gentilium, quod ſuperſtitiosè colebant gentes, Affgud.

Idololatra, æ, com. pr. εἰδωλολάτρης, idolorum cultor, Affgudz dyrckere.

Idololatria, æ, f. pr. εἰδωλολατρία cultus qui idolis exhibetur, Affgudz dyrckelſe.

IDONEUS, a, um. pr. corr. quod aptè ſuo muneri, rei ſibi cui adhibitur, reſpondet: ab εἶδος, forma, ſpecies: Item modus, vel ab ἴδω, gravis, ſciens, Danlig/bequemmelig *Idoneus auctor, tempus, locus. hoc tibi idoneum eſt. non eſt idoneum dignitate tua. lex eſt idonea ad jubendum & vitandum.* Sic idonei dicuntur Cic. homines qui poſſunt reddere benefacta, h. e. divites & locupletes: id quod pauperes præſtare non poſſunt. dicitur & abſolutè *idonea, orum*: pl. n. pro locis idoneis. Legitur & *idoneior* apud Juriſconſ. Aliter idoneus ab ἴδιος, q. idioneus, i. e. peculiaris, proprius.

Idoneè, modo idoneo, Bequemmeligen / danligen. *Exordium, animum idoneè comparat ad reliquam rationem.*

Compoſita.

Peridoneus, a, um, valdè idoneus. Ut, *locus eſt, caſtris peridoneus: præceptor idoneus.*

IDUS ſeu Eidus, iduum idibus, f. t. pr. prod. Octavus dies poſt Nonas, vel etiam nonus dies, numerato & incluſo Nonarum die: unde à nonis numeramus, ut *octavo idus*, i. e. octavo die ante idus qui eſt nonis proximus, ſic *ſeptimo idus, ſexto, quinto &c.* eſtq; decimus quintus in Martio, Majo, Junio, Octobri: in reliquis verò menſibus decimus tertius: ab Hetruſca quadam voce, iduo, ſignificante divido: ſic dictæ quòd menſem dividant in duas partes propemodum æquales.

Idulis, dicta avis, quæ omnibus idibus Jovi immolabatur.

JECUR, pr. corr. Jecoris & Jecinoris, quaſi à Nominat. Jecinus, n. t. viſcus animalis, & officina ſanguinis, ac vegetationis organum, à ζέω ferveo, q. Zecur: quod ferveat ibi & concoquatur ſanguis: vel à ζάω vivo, quòd ſit principium vitæ, Leffuer. Aliter ab ἵεσθαι, cupio, deſidero: quòd antiquitas ſtatuit jecur eſſe ſedem affectuum, libidinis, cupidinis & amoris: unde & ejus Imperium Veneri aſſignabatur. Item animi: unde illud Furii Bibuli: *En cor Zenodoti! En jecur cratetis!* Item jecur q. jocur, à jocus: ex iſto ſcilicet peculiari animi affectu. Item jecur q. juxtà cor, quod juxta cordis vires ſuam poteſtatem exerceat.

Jeculculum, parvum jecur.

Jecoroſus vel jecinoroſus, a, um. Medicis, qui ex jecore laborat.

JEJUNUS, a, um, pr. prod. qui die aliquo nondum quicquàm cibi guſtavit, ab ἠῶς, ἑῶς matutinus, quaſi qualis ſit matutinus, faſten. Inde qui nihil edit. Ut *biduum jejunus fuit*. Et translatè aridus, tenuis & cui par non eſt virium. Ut, *in orationibus eſt jejunior*, Tør/ſkarp/ſulten. *Jejuna oratio*, Tom/tyndt/ſulten tale/icke vel flydende. *Jejunus animus*, ſom icke er lyſtig eller foed / men ſaa løß. *Jejuna glarea* pro ſicca & ſterili terra. Item Medicis, *jejunum inteſtinum*, quod cibum non retinet, ſed inanius aliquantò reliquis eſt propter celerem tranſitum chyli. Item Columel. *Jejuna ſaliva*, quæ ab homine jejuno exſpuitur, faſten ſpytt.

Jejunè, modo jejuno. Unde translatâ ſignificatione, *Jejunè agit, diſputat, dicit*, i. e. aridè, tenuiter.

Jejunioſior, Plaut. pro, magis jejunus ſeu majore jejunitate tenuis. Ut. *non vidi hominem jejunioſiorem.*

Jejunitas, atis, Jejuni affectio. Unde translatè: *Jejunitas orationis* pro ariditate, & cui nulla eſt copia.

Jejuno, as, n. p. à cibis abſtineo, ἀδηλέω.

Jejunium, nii, n. ſ. idem quod jejunitas. Item dies, quibus à cibo abſtinemus, faſten/faſte/faſtedag.

Jento, tas, n. p. Cibi vel potionis aliquantum jejunus deguſto pro confirmando ventriculo, eadem cum jejuno origine ab ἠὼς ἑὼς aurora & ἤωθεν ἕωθεν manè, faae davre / biider faſten paa en Mund fuld/ eller dricker en drick. Aliter ab ἰέναι, h. e. ire, quòd eſſet cibus ſubitarius, & qui raptim ſumebatur, ut prandium ſtatarium, Mamertino, quod ſumitur raptim & quaſi in pedes ſtando.

Jentaculum, li, n. ſ. cibuſculus ipſe vel potiuncula quæ ſumitur, Davere.

IGITUR, conjunctio rationem ſeu cauſam colligens & inferens: adhibeturq; brevibus conjunctionibus, ab ago, q. agitur, Derfor/thi. *Ordiamur igitur à ſenſibus.* Ponitur & interdum pro inde ſeu poſtea, ſaa ſiden. *Quid igitur faciam?* Item pro tum. Ut, *cum otium erit, igitur tecum loquar.*

IGNIS, is, m. t. elementum & officina caloris, ab in, intenſiva & Geno, gigno, quòd ſit primum generationis fomentum, Jld. Indè translatè vis amoris, Kierligs hedz ild/brynde: utpote qui calore quodam naturali æſtuat. Ut *cæco carpitur igni*. Item idipſum quod amatur. Ut, *mihi nunc ſeſe ultro offert meus ignis Amyntas.* Item ſcintillatio quædam & ignis oculorum, øynegniſter. Item *ſempiterni ignes*, i. e. ſydera. Item exttium præſens. Ut *ignem piis ſubjicit*. Aliter ab in privativa & gigno, q. in quo nihil generatur, & quod omnia domat: propriè ſcilicet de materiali igne non elementari.

Igniculus, parvus ignis. Et translatè vis ad agendum ingenita. Ut, *igniculi ingenii*: *deſiderii igniculus.*

Igneus, a, um, quod ex igni conſtat vel ignis naturam habet, *ardor igneus*, Jldhede. *Igneus fervor, igneus ſol, ignea ſydera.* Et *color igneus* qui ignem refert, Jldfarffue.

Igneſco, ſcis, ignitus ſio vel in ignem convertor. Ut, *mundus igneſcit.* Et translatè æſtuo. *Igneſcit ira: igneſcit amor.*

Igniarium, rii, n. ſ. inſtrumentum, quo ignis excutitur, conſtans ſcil. ferro, ſilice, & fomite, Fyrtøj.

Ignitabulum, li, n. ſ. quo ignis recipitur ad calefaciendos vel lectos, vel cibum menſæ appoſitum, Fyrfad/Fyrbecken.

Ignitus

Ignitus, a, um, quod ignis similitudinem refert. Ut, *stella ignita*. Item quod igne candet, gloende. *Ferrum ignitum*. Et translatè, *vinum ignitum*, quod natura in se calorem habet, hitzig Vin.

ILEX, icis, f. t. pr. prod. species quercus durioris ab ὕλη quo nomine peculiariter intelliguntur ligna fabricis parata: quasi arbor præstans materiam excellentem structuris, et synderligt slags haard Eg. Aliter ab eligendo quod mortales primi ejus glandes non dum reperrâ fruge in victum elegerint.

Iliceus, a, um, ilice constans. Ut, *iliceæ trabes*, Egebielcker.

Iligneus & ilignus, a, um, idem. Ut, *pedes lecti ilignei. Ilignea frondem bobus rectè præbemus. Ilignea corona, ilignea glans.*

ILIA, ilium, n. pl. pr. prod. cujus singulare ile, intestina sunt graciliora, & in gyros convoluta ab εἱλέω circumvolvor, smaa tarme. Item molles & cavæ ad latera partes inter lumbos & pecten, ilium regionem describens, tynde liff/slag side. Aliter ilia ab ina, quæ pars est chartæ tenuissima.

Ileus, ei, m. s. ejusdem originis Græcæ, vel, immediatè ab εἰλέω ejusdem significationis: morbus illum qui & latinius dicitur volvulus, cùm scil. iis obstructis excrementa per os egeruntur.

Iliacus, ci, m. s. qui laborat morbo ilium, som spiier sit egit sarn vd. Et adjectivè *iliacus morbus*, *iliaca passio*, idem quid ileus morbus.

Iliosus, idem quod iliacus.

Composita.

Exilis, le, quod ilium tenuitatem refert, tynd/spærlemmet. *Corpus exile*: *porcus exilis*, tynd/mager/suang. Et translatè *exilis oratio*, *vox exilis*. Et *exile solum*, quod solidum non est, sed macrum, tynd/løß jord/ huor ingen veske er vdi.

Exiliter, modo exili, tyndeligen. *Exiliter disputat*, løßligen.

Exilitas, atis, f. t. exilis ratio seu habitus, tyndhed. *Foliorum exilitas.*

Perexilis, le, valdè exilis.

IMBER, bris, m. t. pluvia sensim & æqualiter cadens, ab ὄμβρος ejusdem significationis, Mild/sactregen/støffregen. Inde tropicè, quivis humor aqueus, ut pro aqua marina: *accipiunt inimicum imbrem rimisq; fatiscunt.* Et pro lachrymis: *spargebat tepido flebilis imbre sinus.* Item *imber lactis*, *lapidum*, *sanguinis*, *terræ*, pro insigni quadam copia, offuerflødighed/ fuld aff. Sic *ferreus imber* dicitur, copia ferri, seu telorum in modum imbrium.

Imbrex, icis, f. t. tegula cava excipiendis deferendisq; imbribus accommoda, huul Tagsteen/ huul teil. Imbrex narium, pro intersepimento seu discrimine narium.

Imbricus, a, um, imbres & pluviam ferens seu generans, Regnende/ regnactig. *Auster imbricus*, *Imbricum tectum* imbrice constans, seu imbrice tectum, tact med huul steen: vel etiam idem quod imbrex.

Imbrico, as, act. pr. in modum imbricis facio, giør eller legger render; vel imbricibus tego, legger med huul tegel: undè *imbricata cæmenta*, quæ imbricum in morem inter se ligata sunt & composita, huor vdi ere giort render.

Imbricatim, modo imbricato, Rende viß med lange hule stribber.

Imbricarius, rii, m. s. qui imbrices facit paratq;, Teigl/brender.

Imbricamentum, Gazæ pro suggrunda, Tagskæg.

Imbricatus, a, um, imbrice tectum. Ut, *tectum imbricatum*, Teil tag-

Ambrires Festo regulæ quæ transversæ asseribus & tegulis interponuntur. Seu tegulæ quæ transversæ asseribus & regulis interponuntur.

IMITOR, aris, d. pr. corr. dicta factavè alicujus, ipsumvè quod ad dicta vel facta & ad exemplum sequor. Et q. verba, facta, mores ipsumq; totum exprimo per aphæresin à μιμέομαι ejusdem significationis, effterfølger/ gaar i andens fodspor/ giør eller tal en noget effter. *Te ego quidem imitor: imitor facta, virtutes, vitia antiquitatem, mores, casus, pulcritudinem, veritatem. Humor allapsus, humorem imitatur.* Et, *imitari chirographum alicujus* est confingere seu adulterare, giøre falsk Handskrifft. *Imitari mœstitiam*, est simulare, Lade som mand sørger/giøre sig sorgefuldt.

Imitatio, onis, f. t. imitandi actus, effterfølgelse. *Imitatio vitæ*, *exempli*, *brevitatis*, *facti*, *virtutis*, quâ exemplum imitamur. Aliter ab ὁμάω, ὁμοῖω, similis sum, unde & ὁμοίωμα simulacrum, effigies expressa. Dicebatur & antiquis imito activa terminatione & significatione, unde participia passivè significationis *Imitatus* & *imitandus.*

Imitator, oris, m. t. qui imitari solet vel qui imitatur, effterfølgere. *Imitator facinorum, studiorum, majorum.*

Imitatrix, idem in sexu fœmineo. Ut, *fama popularis imitatrix temerariæ gloriæ.*

Imitabilis, le, om. t. quod imitari possumus, effterfølgelig.. Orationis *subtilitas imitabilis.*

Imitamen, nis, n. t. Ovidio pro imitatione.

Imitamentum, idem. Ut *imitamenta doloris*, quibus quis dolores fingit.

Imago, ginis, f. t. simulacrum seu species rei ficta, picta-ve, alióve modo, speculo, aqua, ære, cerâ, ligno repræsentata, q. imitago, Billede/liffactig/effterlignelse. *Imago Demosthenis*, *imago antiquitatis*, *vitæ.* Et translatè ad animum, *virtutis Imago*, pro exemplari. Item pro nobilitate, quia nobilitas solebat generis & stemmatis imagines seu nobilitatis insignia in atriis ostentare, iisq; gloriari. Ut, *multæ sunt imagines quæ me vobis commendent*, Adelskab. Item imago pro vagina, quòd scilicet vagina sit velut imago rei, quam claudit. Ut, *curvam falcem servans sub imagine falcem.* Item Rhetoricis imago dicitur, figura quædam orationis, cùm res gesta verbis quasi ad vivum exponitur. Item imago pro comparatione. Ut, *imago est formæ cum forma cum quadam similitudine collatio.* Item, imago, oratio demonstrans corporum aut naturalium similitudinem.

Imaguncula, parva imago.

Imaginarius, a, um, quod imagine constat, & verum seu rei veritatem repræsentat. Ut, *militia imaginaria*, quæ non verâ est militia contra hostes; sed tantùm eam refert. *Pugna imaginaria*, cum quis pugnas veras repræsentat ludo, huor mand lader som mand slaais/ leger kun for sig.

Imagi-

Imaginariæ faſces de imperio non vero, ſed ſimulato. Imaginarius emptor, qui emit pro aliò non pro ſe, ſom kiøber for anden / och dog lader ſom hand kiøber for ſig ſielff.

Imaginaria Venus, cum quis in ſomno Venerem imaginatur.

Imaginoſus, a, um, imaginibus abundans. Ut, *ſpeculum imaginoſum, in quo plures viſuntur imagines.*

Imagino, as, Gel. act. p. imagines facio ſeu repræſento, giør eller giffuer Billede / efterlignelſe. Speculum hoc loco poſitum nihil imaginat.

Imaginor, aris. d. p. Imaginem alicujus rei mente concipio, Indbilder / haffuer griller om noget / ſynis mig. *Imaginatur venerem per ſomnia. Imaginatus eſt in ſomno Neronem veniſſe.*

Imaginatio, onis, f. t. Imaginandi actus, Syn / eller indbildelſe / grille. *Libidinum imaginatio.*

Imaginatus, a, um, Lactant. quod ad alicujus imaginem factum eſt. Ut, *Idololatræ terram digitis ſuis imaginatam metuunt & adorant.*

Compoſita.

Inimitabilis, non imitabilis, quodq; nemo facile imitari poteſt. Ut, *opus eſt inimitabile.*

IMO, ſive immò, adverb. veteribus ſignificans idem quod prorſus & ex intimis, unde & ab intimo & imo deducitur. Inde uſitatè ſignificat Quin potius, Ja heller / Ja meere: *Cauſa bona eſt, imò optima: non quod res alia eſſet, immò eadem. Non humanitas, imò ſævitia eſt, lædere innocentem. dictum puta, nempè ut carentur rectè hæc. Reſp. Imò aliud. Et in ſomnis, fortaſſe. Reſp. Imo vigilans vigilantem.*

Quinimò, Plin. à quin & imo, Ja end och. *Quinimo conſurgenti ad cenſendum acclamatum eſt.*

IN, Præpoſitio notans terminum capientem motum ab ἐν ejusdem ſignificationis, I / ind i. Eſt autem terminus iſte vel locus, vel perſona, vel tempus, vel alia quæcunq; res corporea vel incorporea actum in ſe recipiens: ſortiturq; caſum accuſativum vi motus. Ut *in urbem in Italiam venit: in currum inſcendit.* Item Ablativum ratione quietis. Ut, *in urbe eſt, agit, vivit.* Ponitur & ſæpè pro aliis præpoſitionibus, ut pro erga. *Amor parentum in filios.* Pro adverſus uel contra: *in paricidam dico, in Tyrannum pugno.* Pro ad: *non omnes loci in omnem cauſam conveniunt: pecunia in claſſem erogata.* Pro poſt: *bellum in trigeſimum diem indixerant*, i. e. poſt triginta dies, vel, triginta diebus exactis, til den dag: Pro usq; ad: *in lucem ſemper Acerra bibit.* Pro, Pro. *Pompejo decreta pecunia in rem frumentariam: in ſingula capita tres minæ*, for huer. Sic *legiones decreti in Syriam.* Pro De: *in illam orationem addidi quædam: in eam ſententiam multa dixit, ſcripſit. Humiliter in me cogitat.* Pro ſupra: *In humeros ſuos pupillum tulit: poteſtatem in filios habet.* Pro ſub: *In ſole ambulat, in poteſtatem redigit.* Pro ante: *in oculis omnium hoc eſt: legiones commiſit in conſpectu hoſtium.* Pro, Inter, numeri ratione: *reponere aliquem in ſuis: melius in peſſimis nihil fuit. hic habendus eſt in bonis.* Pro, Per: *Erat adportas in multos annos. Frumentum in omnes terras diſtributum: in omnem orationem id confundendum eſt: ſanguis à corde in totum corpus diſtribuitur.* Pro coram: *In faciem, in os dicere, loqui, culpare, laudare*, obenbarlig i hands syne. Dicimus etiam, *In præſens, in præſenti, in præſentia, & in præſentiarum*: paa / I nærverende tid / nu til rede. *In diem vivere & in horam*, eſt præſentis tantum diei rationem habere, neq; ſolicitum eſſe de victu ſequentis, Sørge for den Dag er / icke den der kommer / lade huer Dag ſørge for ſig. Sic *in diem mercari. In morem*, efter viß och vane. *In rem tuam eſt*, dig til gode / dig gaffnligt / nyttigt. *In dies, in horas creſcit pecunia*, huer ſtunde / dag fra dag. *In medio linquere*, lade andre dømme och ſige der paa. *In medium afferre*, bære her for. Item giffue til beſte. *In ordinem redigere*, ſette til rætte / i lave: *ut ſi quis eminentius ſe gerens aliis, rogatur ſe demittere, &c. In manibus*, forhaande / til rede. *In manu, in poteſtate*, I min haand / vold och magt. *In poſterum*, I fremtiden. *In ſumma*, forteligen / i enſum. *In communi conſulere*, pro æqualiter omnibus, Raade gott i tilfellis ſager / for alle tillige. *In delitiis habeo*, holder aff / haffuer kier. *In craſtinum*, i Morgen. *In numerum ſaltare*, ad Rythmi modum & ſonum cantilenæ, effter viſſe ſlag / holde viſſe træne. *In numerato habere*, til rede. *In ære alieno ſum*, er i gield. *In noxia eſt, in culpa*, ſkyldig / brødig. *In parvo* pro fere, Plin. *Roſtrum in parvo haut abſimile ſvillo. In tempore* pro tempeſtivè, i lave tiid / i tiide. *In loco*, beleiligen / rætt effter leilighed. *In brevi*, Inden en kort tiid. *In diem addicere*, til en viß dag: eſt rem venalem ita vendere, ut niſi alius ad certum præſtitutumq; diem majus prætium obtulerit, illius ſit qui primo obtulerit. *In hunc annum obiit ille*, til denne tiid. *In diem hodiernum mutatur veſtis*, til den dag och tiid. *In horas mutatus* pro ſingulis horis, huer ſtund och tiid. *In promptu*, til rede. *In perpetuum*, Evindelig / ſiedze til enden. *In intimis eſt*, i. e. inter intimos, En aff mine beſte och inderſte Venner. *In procinctu*, ſtat paa ſin farendis reiſe. *In quantum* Plin. adverbialiter poſitum pro tantum quantum, ſaa vitt: *In quantum fieri potuit à me requirebantur.* Aliquando quoq; ponitur Accuſat. pro Ablativo. Ut, *portus veſtros in hoſtium poteſtatem eſſe*, pro poteſtate: *conficere rem in Galliam* pro Gallia: *eſſe in amicitiam, in ditionem, in poteſtatem: In ipſum exempla fient*, pro in ipſo: *incidere in æs* pro in ære. *In amorem hærere, in aquam macerare, in arborem relinquere, in controverſiam, in vadimonium res eſt, in feneſtram concludi, in lapicidinas fui, in luſtra jacere in manum eſt ſtimulus, in memoriam habere, in mentem eſt tibi.* Item cum aliis præpoſitionibus, *in ante, in usq, in palàm, in ſuper habere.*

Porro IN, in compoſitione modò privat, ut *Inimicus* q. non amicus. *Informis* q. nulla vel mala forma. modò intendit ſignificationem. Ut, *inſono, increpo, incanus* pro valdè canus. modò motum in terminum. Ut, *ingredior induco.* Modò ſignificat contra. Ut, *inſultò, inclamo, invebo.* Modò ſupra, ut, *immineo.* Mutatur quoq; in compoſitione. Ut, *imbibo, immunis, impono*, nimirum in M. ante b, m, p. Et *illudo, irruo*, in L, R, ante L & R: manet autem integra ante vocales & has conſonantes, c, d, f, g, h, n, q, ſ, t. ut *inauris, ineo, injicio, inops, inveho, incedo, induco, infero, ingero, inhibeo, innuo, inquiro, inſiſto, intueor.* Sed & ante L, ſervari volunt quidem antiquantes, ut *inluſtris*, pro illuſtris &c.

Endo, veteribus, idem quod in, adeoq; ejusdem originis, nec tamen ſine reſpectu ad Græcorum ἔνδον, intus, ut, *Enduperator, endoitium, endoploro: Endo provincia, endo procinctu, endo pavimento, endo domum ſuam.* Quo etiam pertinent, *Indugredi, indigena, induſtrius.*

Infeſti

Infer, ra, rum, antiquis quod ſub nos eſt, ut ſunt ea, quæ in re ſunt reſpectu extantium, q. inpet, ut ſuper Græca imitatione, ab ὑπερ, Neden til. *Vicinus infer.* Inde uſitatiſſima comparatio. *Inferior infimus*, cum poſitivis *inferum* & plur. *inferi.* Ut, *limen inferum*, Sørterſkel. *Mare inferum*, quod aliàs Tyrrhenum. Et eſt Italiæ occidentale: ſic dictum à ſitu inferiore, reſpectu urbis Romæ: vel quia ſitum eſt ad occaſum reſpectu Adriatici. Item, *inferi* abſolutè & plur. pro Diis inferis, Jordguder. Et, Chriſtianis, Dieffle och onde Aander. Item comp. *inferior ordo*, ringe och nedrig ſtatt. *Inferior contignatio*, førſte eller nederſte loſft. *Homo divitiis, ætate, dignitate, viribus, alio inferior*, ringere. Et ſuperlat. *Infimi homines*, qui nullo ſunt in honore, ringe folck. *Homo infimo loco natus*, født aff ringe Forældre/fattig folck. *Homo infimæ ſortis*, ringiſte vilkor/ fattig/ foractelig.

Infimates, tium, om. t. qui ſunt ex infima plebe, fattige/ringe och gemene folck.

Infimo, as, Apul. pro infimum facio, deprimo. Ut, *ingenium ad miſerias infimatum*, fornedret.

Inferiæ, arum, f. p. ſacra quæ inferis manibus fiebant, de Dødis begengelſe. Item ſacrificia pro iisdem, Offer for de Døde/Seelmeſſe. Aliter inferiæ à ferendo, quia ferebantur epulæ: vel à ferendo, quia feriebantur victimæ.

Infernas, natis, om. t. quod mare inferum ſpectat. *Infernas abies, & ligna infernatis*, quæ ex Apennini parte quæ inferum mare ſpectat cæduntur.

Infernus, a, um, idem quod infer, Nieder til. *Infernus fluctus.* Ex imo maris ſpirat. *Inferni Dii, infernæ umbræ:* quæ ſub terram infra nos ſunt, ſom de Døde/ och de mand kalder (credulitate gentili & ſuperſtitioſa) Vetter/och Elle folck/Vnderjordzkræ. Et abſolutè Eccleſiaſticis, *infernus* & *infernum*, pro loco damnatorum, Helffvede.

Infernalis, le, om. t. quod eſt inferni ſeu tartari. Ut, *infernales furiæ.*

Infra, quaſi inferà, adverb. ſignificans inferiore loco, Nieden til. *Infrà jam nihil eſt niſi mortale: exemplum literarum infrà ſcripſi.* Et cum caſu degenerans in præpoſitionem, Nieden for. *Infrà oppidum te exſpecto: infrà tuam eſt dignitatem.* Adeoq; nota eſt dignitatis & loci. *Infrà claſſem* dicti ſunt, qui minore ſumma quam centum & viginti millium æris cenſi ſunt.

Inter, præpoſitio notans ſitum rei, quem mutuo reſpectu includunt extrema, Imellem. *Inter me & Scipionem de amicitia diſſerebatur: inter me & Brunduſium cæſar eſt. inter falcarios venire* eſt in locum venire, ubi erant falcarii: *Dii inter ſe diligunt*, i. e. mutuo. Sic *nos inter nos diligimus*, imellem oſſ ſielff. *Cogitat inter vias, inter vicos*, mellem huß/ mellom paa vejen. Sic *inter cænam*, i. e. dum cœnaretur. *Inter ſicarios committitur judicium*, pro de ſicariis. *Inter opus canit*, i. e. in ipſo opere, vel cum opus ſit. In compoſitione autem ſignificat variè, hic illic: ut illud quod *inter eſt*, non eſt definito loco, ſed confuſo, modo propè terminum, modo remotius modo remotiſſimè. Aliquando etiam paſſim & ſparſim, her och der alleveghe. Ut, *interputo, interrado.* ſic *interbello*, variè & paſſim vello: *intercludo* variè & paſſim claudo. *Interverto* variè vel totum verto & everto. Interdum ſignificat actionem, quâ nihil majus, ut, *interficio, interimo.* Interdum vim habet ſeparationis. Ut, *interjungere* ſeparare equos à curru. Quo modo & *interficere*, exponitur ſeparare à vita: *interimere.* i. e. ſeparare à vivis.

Intra, præpoſitio notans ſitum interiore parte, inden for: idq; ratione temporis & loci. Ut, *intra diem: intra horam: intra muros: intra Oceanum.* Item ratione modi pro minus, & quod modo non reſpondet, ſed minus eſt quam modus, inden for/ mindre end burde. *Intra modum loquitur: intra legem.* Et *intra famam*, mindre end røcter er. Interdum etiam fit adverb. amiſſo caſu, ut *baſa intrà debent eſſe picata.*

Intrarius, a, um, Plaut. pro intimus, ut *amicus intrarius.*

Interior & interius comparativa ſunt, Inderligere/ mere ind ad. *Interior pars ædium. nihil interius mente: animal motu cietur interiore: tactus interior. interior homo.* Plaut. pro vita & anima hominis. Et Eccleſ. pro ſpiritu hominis divitus illuminato. Item *Africa interior.* Et translatè, *interiores Epiſtolæ*, literæ, quæ amiciores, familiariores, graviores, præſtantiores ſunt.

Intimus, a, um, ſuperlat. Inderſte. *Tunica intima*, Skiorte/Vlden ſkiorte. *Intimum ſacrarium: intima cogitatio: intimus animus, ſenſus: intimus ſermo: intimum conſilium: intimi familiares.* Et abſolutè *intimus*, Venlig / kierlig / beſte ven: ſcilicet, pro amiciſſimo & familiariſſimo. Ut *Claudius Antonio intimus.*

Imus, a, um, adject. ſignificans intimum rei terminum ſive infimum: unde aliis ab intimo, aliis ab infimo per conciſionem deducitur, Inderſte/nederſte. *Fulmine dejecti fundo volvuntur in imo. imâ ſede ſemper hæret terra. preces ab imo fundit pectore.*

Intimè, adverb. pro ex animo intimo, Inderligſten/ alvorligſten/venligſten. *Intimè commendabit ipſum.*

Intimo, as, act. pr. Plin. & Apul. ſignifico aliquid, q. ex intimis rei viſceribus, non ſuperficialiter, ut loqvuntur, aut perfunctoriè.

Interanea, orum. Plin. inteſtina ſunt animalis, ſic dicta, quòd intra corpus ſint condita; nec non ad imitationem Græcorum, quibus ἔντερα eadem ratione, Indvold. Hinc etiam.

Exentero, ras, act. pr. Plaut. ut Græcum ἐξεντερεύω ejusdem ſignificationis, q. inteſtina ſeu interiora extraho eximoq;, Sker op/ och tager indvolden vd. *Piſcem exenterabit: ſenem cultro hoc exenterabo.* Et translatè, exenteror pro angor & crucior, Bedrøffuis at jeg vrier och vender mig / ſom den der opſkæris eller haffuer vridt i liffuit.

Interim, adverb. temporis pro inter tempus ſcil. dum aliquid fit, diſſimellom/imeller tiid: *funus interim procedit, ſequimur.* Inde ex adjuncto quodam ponitur pro repente & q. præter opinionem, haſtigen / i det ſamme der mand icke tenckede. *Primum dies compluſculos benè conveniebat, ſanè inter eas, interim miris modis odiſſe cœpit Soſtratam.* Item pro aliquando, nogen gang. Interim vitia excuſantur.

Internus, a, um, Perott. idem quod interior.

Interula, f. p. veſtis eſt intima & corpori proxima, ſkiorte/ ſerck.

Inteſtina, orum. n. ſ. cujus ſingulare inteſtinum, canales q. ſunt membranacei, qui in interiore ventris parte ſiti, alimentorum excrementa è ventriculo excipiunt longisq; orbium anfractibus: tandem per ſeceſſum dejiciunt, Tarme/ indvold. Hinc translatè, *inteſtina marſupii* pro numis.

Inteſtinus, m. ſ. apud Varronem & Plinium pro eodem.

Inteſtinus, a, um, quod quaſi eſt intra viſcera, ad inteſtinorum modum, indvortis. *Bellum inteſtinum*, quo

civitas

civitas in ſua viſcera deſævit, ac graſſatur, Indbyrdis Krig/ Feide. *Inteſtinum malum*, quod cives in ſe & intra ſe exercent, Indvortis Krig och onde. Item quod ad modum inteſtinorum latet & occultum eſt, ſkiult / himmeligt. *Inteſtinum odium*, himmelig hadt. Sic, *inteſtinus dolor*, *inteſtinus timor*, *malum*: tum pro civili, & domeſtico, tum pro occulto & latenti. Item *opus inteſtinum*, quod q. domus eſt inteſtinum potiſſimumq; ex ligno conſtat, Allehaande ingiort Boſkab/ ſaa ſom Paneel/ Bord/ Bencke/ Sengeſted och andet ſaadant. *Pavimentum inteſtinum*, Gulff aff plancker och deler.

Intrò, adverb. notans motum ad interiora, Ind/indad. *Ibo intro.*

Intro, as, n. pr. interiora peto ſeu intrò eo, gaar ind I/ Inden for. *Intrat portus*: *intrat urbem*: *Venabula intrat urſos*, Spiudet gaar igiennom. Et translatè *intrare familiaritatem alicujus*, Komme inderſt i venſkab med nogen / Komme i Inderſte kundſkab. *Intraſſis* pro intraveris. Plaut.

Intractus, a um, Liv. quod intravimus, ut *ſylvæ intractæ*, ſkov mand gaar och er vdi.

Intus, adverb. Loci, ſignificans motum ab in & interiori loco. Ut, *intus effertur*: *prodit intus*, fraa Inden/ inden fraa. Item ſitum in interiori parte, Inde. *Quis intus eſt? intus in mundo eſt*, Inden I. *Canere intus* eſt ſibi ſubmiſsè canere, ut cum quis ore clauſo ſecum cantat, Synger ſor ſig ſielff/ Nyner. Dicitur & de manu ſiniſtrâ fides premente. Item intus cum adjectione, *intus patens*, quæ intus eſt. *Mulier intus*, i. e. domæſtica: *argentum intus effertur foras*, i. e. argentum quod intus eſt.

INA, næ, f. p. pars chartæ tenuiſſima à Græco ἶνες, fibræ herbarum, ac animalium.

INANIS, ne, om. t. in quo nihil eſt, ab ἰνέω evacuo, inanio, expurgo, tom. *Inanis navis*, *galea*, *menſa*: *nux inanis*. Et translatè otioſus, q. qui nihil agit, ørckeløß/ ødig. *Hoc juvat inanes. ludus inanis*, ubi otiosè luditur. *Inanis rediit*, i. e. ſine re, quam expedire debuit, kom/ tom tilbage. *Inanes epiſtolæ*, i. e. leves, ſom haffue intet paa ſig. *Oratio inanis pietate*, ſom haffuer ingen Gudz fryct. *Inanis errabat equus*, i. e. ſine ſeſſore. *Inanis tumulus*, in quem corpus illatum non eſt; ſed qui honoris tantùm gratia extruebatur. *Inanis metus & terror*, græca voce panicon à Pane Deo, cui tribuebatur cauſa terroris: Undè *Panicus* terror: Item abſolutè *inane* pro aëre. Ut, *longum per inane reſolvit.*

Inanitas, atis, f. t. inanis rei qualitas & habitus, toms hed: *Inteſtina inanitate murmurant*: *inanitas arundinum*.

Inaniter, modo inani, & translatâ ſignificatione falsò. Ut *animus inaniter exultat*, vden ræt Aarſag. Item fruſtra, forgieffs. *Medicus exercet inaniter artes.*

Inania, f. p. Plaut. idem quod inanitas. Ut, *inania opleta eſt domus.*

Inanio, is, ivi, itum, act. q. Plin. inane facio, tømmer/ tom giør. *Album inanit herba hæc.*

Inaneſco, q. ab inanio, inanis fio.

Inanitus, a, um, quod inanivimus, tømpt.

Compoſita.

Exinanio, idem quod inanio ſeu inane facio, tømmer/ vdtømmer/ giør tom. *Exinaniri creduntur ova ſalæ.*

Exinanibit domus agros: *Exinanienda navis eſt*, vdloße/ tømme Skibet.

Obinanis, ne, Varr. idem quod inanis.

Subinanis, ne, om. t. non nihil inane, ſive non nihil vani aut inanis habens. Ut, *gloria in homine eſt ſubinane quid.*

INGVEN, inis, n. t. fœminum ſinus ad pudenda, ab ὄγκη angulus vel ὄγκος tumor, quia tumore infeſtatur, Kiøre/ Laarkrog/ Lyſke. Inde tropicè, ipſum pudendum, hiemmelig lem. Ponitur & apud Lucil. pro tumore inguinum, Kiørebyld / eller gaar Kiertslene hoffner.

Inguinaria, f. p. herba quæ medetur doloribus inguinum.

Inguinalis pediculus pubem & inguina infeſtans, flad luuß.

INQVIO, pro quo tamen uſitatius dicimus Inquam, is, it, quiſti verbum eſt defectivum ſententiæ inſertum modo pro majori ejus aſſeveratione facta geminatione; modo ad interſtinguendum loqvutores, in Dialogis ab ἔπω loquor εἶπα dixi, factâ uſitatâ Latinis & Æolenſibus literarum mutatione: efferturq; ſignificatione verbi ajo vel dico, Siiger. *Hunc unum diem, hunc unum, inquam, bodiernum diem defende. Crux, crux, inquam, miſero comparabitur.* Et ſine geminatione: *multò hæc, inquam, noſtra res melior.* Sic & dialogis ſæpè inquit & inquam occurrunt. Unde illud Ciceron. *Quaſi enim, inquit, ipſos interduxi loquentes, ne inquam & inquit ſæpius interponeretur: quas tu mihi interceſſiones inquis? Is mihi inquit, ubi igitur, inquio, philoſophia tua. tu vero inquiſti.* Sic inquiet, inque, inquito.

JO, interjectio dolentis & exclamantis, ut Græcorum ἰὼ ejusdem ſignificationis. Ut, *uxor jo remove ſæva puella faces*, Joe joe/ Jo dutt. Item gestrientis & lætantis & peculiariter ovantium militum, Jo. *Dicito jo Pæan, & jo his dicite Pæan.*

JOCUS, m. ſ. & plur. joci & joca pr. cotr. oratio eſt facetâ & ludicra perſonam non ſeriò ſed animi tantùm gratia perſtringens & eludens, à juvo q. jucus, quòd juvet & delectet, ſkempr. *Per jocum multa dixit*: *Joca facetiarum plena*: *Jocos conſtruxit in eum.*

Joculus, m. ſ. parvus jocus.

Jocò & joculò, adverb. per jocum, Skempt viiß/ med ſkempt/ aff ſkempt. *Jocò dixit.*

Jocularis, re, om. t. Joco & riſu dignus, latterligt. *Jocularis licentia.*

Joculariter, modo joculari, per jocum & riſum, latterligen/ aff ſkempt. *Joculariter objiciebat hoc ipſi.*

Jocularius, a, um, idem quod jocularis, ſeu quod jo co fit vel dicitur, ſkiempteligen/ ſkiempteſom. *Jocularium in malum neſciens penè incidit.*

Jocoſus, a, um, jocis plenum, ſkiemptfuldt. *Res eſt jocoſa*: *lis jocoſa.*

Jocosè modo jocoſò, med ſkiempt / ſkiemptviiß. *Jocosè luſimus.*

Jocor, aris, jocatus, d. p. Jocis utor, ſkiempter. *Jocor tecum, jocor cum illo.* Item terminatione activâ Plauto, *jocabo.*

Jocatio, jocandi actus vel ipſe actus, Skiempt/ ſkiempten. *Nunc venio ad jocationes tuas.*

Joculor, aris, d. p. aliquantum jocor.

Joculator,

Joculator, qui joculatur, ſtiemptere/qui jocari ſoleт, ſom ſtiempter gierne/ eller ſtiempter lider.

Joculatorius, a, um, quod fit cum joculatione. Ut *diſputatio joculatoria.*

Jucundus, ſive jocundus, a, um, dior, iſſimus: pr. prod. contra naturam matricis, quod ſingulari quadam ſvavitate gratum eſt, & delectat, ut ſunt joca unde & à joco deducitur mutatâ quantitate initialis ſyllabæ, behagelig / lyſtigt / kiert *Oratio jocunda, literæ jucundæ: aſpectu jucundum.* Aliter à juvo q. quod juvat. Alii diſtinguunt, ut jocundus ſit à joco, jucundus à juvo.

Jucundè, modo jucundo. Ut *jucundè narrat, bibit, edit, vivit,* lyſteligen.

Jucunditas, tis, f. t. Jucundi affectus & ratio, behagelighed/ lyſtighed/ kierkommenhed. *Multa in homine jucunditas: dare ſe jucunditati: tuis jucunditatibus nihil mihi gratius.*

Jucundor, d. p. La. jucunditate afficior, forløſtis. *Quotidiè jocundabor ante faciem ejus.* Auguſtinus etiam activè utitur: *Jucundaſti omnes inimicos ejus.* Sed orator & latinus pro his dicet, gaudio afficio.

Compoſita.

Injucundus, ior, ſimus, non jucundus, quod nullam affert jucunditatem, wlyſtig / kiedſommelig. *Injucundus labor.*

Injucundè, modo injucundo, diùs, diſſimè. *Res hæc non nobis injucundius acta.*

Injucunditas, injucundæ rei ratio & affectio. Ut, *oratio iſta multum habuit injucunditatis,* den vaar icke til tacke eller velkommen.

Perjucundus, a, um, valde jucundus. Ut, *perjucundæ literæ.*

Perjucundè, modo perjucundo.

IRA, f. p. motus animi ſcelere irritatus cum ſtudio ulciſcendi ab uro q. ura, quòd motus iſte oriatur ex fervore quodam cordis & animi: vel per Onomatopœjam à murmure, quod edunt irati, vel quo irritantur, Vrede. *Irâ cœlitum invectum malum.* Et abuſivè odium, Had. *Neq; irâ neq; gratiâ tenetur.* Aliter deducitur ab ὀργὴ ejusdem ſignificationis, exempto γ.

Iracundus, a, um, qui ad iram naturâ proclivis eſt, vredagtig/ vredſom/ vredladen. *Opus erit tibi advocato triſti, iracundo: non meum eſt eſſe iracundum.*

Iracundè, modo iracundo, vredagteligen/vredeligen: *Iracundè tecum agit.*

Iracundia, f. p. iracundi affectus & proclivitas in iram, Vredladenhed.

Iraſcor, eris, d. t. irâ commoveor in aliquid, er vred paa/ vredis ved/ vredis. *Iraſcor tibi.* Et *iraſcor vicem ejus,* i. e. doleo, ſørger for/giør mig ont.

Iratus, a, um, qui iraſcitur ſeu qui ira æſtuat, Vred. *Antonio iratus eſt Cicero.* Comparaturq; iratior, iratiſſimus.

Iratè, iratiùs, iratiſſimè, modo irato, Vredeligen. *Conſervos iratius contuitur.*

Iratiſsimus, fictè apud Plaut. pro ira æſtuans & pleniſſimus. Ut, *iratiſſimi Dii,* megit vrede.

Compoſita.

Obiratus, a, um, idem quod iratus. Ut, *obiratus fortunæ, cultum Deorum reliquit.*

Subiraſcor, nonnihil iraſcor, Fortørnis/vredis ved/ ſeer noget ved/ ſeer ſurt ved.

IRIS, dis, vel irritis, f. t. arcus cœleſtis ab ἴρις ejusdem ſignificationis, Regnbue. Item herbæ nomen, blaa Lillie. Irinum, ni, n. ſ. ὄξυον, unguentum quod ex iride herba fit.

IS, EA, ID, ejus, Pronomen eſt relativum & demonſtrativum à Græco ὅς ſignificante Quis aut hic, hand/ hun/ den/ det. Demonſtrativè: *Nuper is homo ad me ſcripſit: is ſum, quem tu tu me eſſe vis.* Relativè: *Venit mihi obviam pater tuus, is mihi literas abs te reddidit,* pro qui. *Qui præfert virtutem divitiis, is ſanè fortis eſt. Id genus & hoc genus,* formulæ ſunt loquendi, pro ejus generis, & hujus generis, dette/ eller dette ſlags.

Sos antiquè pro eos.

Eò, adverb. ſignificans motum ad locum, der hen. *Veſtigia ipſum eò deduxerunt. Rem eò perduxit,* ſaa vit hen/ der hen. Ponitur & pro idcirco, derfore / for den ſags ſkyld. *Vindemiolas meas eò reſervo, ut illud ſubſidium ſenectuti parem. eò ne ferox es, quia habes imperium in belvas.* Item cum voce magis: *Eò magis feci, quod mihi te amicum ſcirem,* ſaa meget mere/ derfor. Sic & *eò maximè,* derfor. Item cum caſu: *eò magnitudinis, eò virtutis devenit.* Idem in priore prod. eadem item & idem neut. priore corrept. quaſi is ſanè ſeu is quidem, h. e. is ipſe, hic ipſe, den ſamme. *Idem ambas ferro dolor, atq; eadem hora tuliſſet: ſi feciſſet, idem caderet ſub judice morum.* Ponitur & cum relativo. ſignificatq; etiam. Ut, *huic conjuncta beneficentia, quam eandem benignitatem vel liberalitatem appellare licet.* Niſi quis velit ſimpliciter exponere, huilcken ſamme eller ſielſamme. Sic & dicitur: *non eſt adultera, quæ non eadem maleſica.* Item abſolutè, idem eſt, det er det ſielff ſamme / lige ſamme ſlag.

Ille, illa, illud, illius, Pronomen demonſtrativum, tertiam perſonam deſignans, tam à loquente quam ab audiente remotam ex antiquo olle, hand/hun/hit/der. Interdum etiam emphaticum eſt, vehementiam orationi addens. Ut, *hic ille eſt,* rætt hand/ rætt den. *Ille ego qui quondam gracili modulatus avena Carmen.* &, *ipſum illud,* det ſielff ſamme. Eſt autem olle ab ὅλος, totus.

Olli Dat. antiqvus pro illi.

Ollinc, adverb. pro illinc.

Illac, adverb. per illum locum. Ut, *plenus rimarum hac illac perfluo,* her och der/paa alle ſider.

Illi, adverb. pro ibi vel illic, her eller der. *Interea dum ſedebamus, illi intervenit adoleſcens quidam.*

Illinc, adverb. ex illo loco, der fra. *Illinc huc transfer.* Item hinc illinc, her och der fra. *Sede dum hinc illinc cognatio venerit.* Et de perſona. *Omnem amorem abjecit illinc,* i. e. ab illa atq; in hanc transfudit. Terminatio autem Inc facta eſt ad ſimilitudinem vocis hinc, ut & iſtinc.

Illo, adverb ſignificans ad illum locum, diit/ hiſſet hen. *Cum illò advenio, ſolitudo ante oſtium.*

Illuc, adverb. ſignificans motum ad locum illum, diid/ hiſſet hen. *Huc illuc,* hiid och diid.

Ipſe, & antiquè ipſus, as, um, Pronomen relativum omnium perſonarum à Pronomine is & enclitica pe, ut idem pro isdem: vel ab is ſeu ὁς & dorico ψὲ pro σφὲ ſuus, q. is ſuus, hand ſielff/hand/hun.

Sic, cum aliis Pronominibus ego, tu, is, hic, ille, aliisq; dictionibus emphaſin notat & diſcretionem. Ut, *ego ipſe, tuipſe, pater ipſe, ipſum illud, hoc ipſum,* i. e. ego vel tu vel pater, & non alius, ſielff i egen perſone / ey anden. Ponitur & plur. ſed poſt caſum Genitiv. Dat. & Ablat. in antecedente cum præpoſitione inter, pro ſe. Ut, *ipſorum inter ipſos & Philoſophis pugna eſt: à magnis incidunt vitioſa aliqua, & à doctis inter ipſos etiã mutuo reprahenſa.*

Ipſiſsimus, a, um, ſuperlat. pro is, ipſe, hand er den ſielff ſamme/ ræt ſielff ſamme/ ſandſkyldig.

Iſte, a, ud, iſtius, Pronomen demonſtrativum, demonſtrans rem vel perſonam ad quam loquimur: Et propriè qui apud te eſt, aut de quo loqueris, te enclitica reſtringente & reducente ſignificationem ad eum de quo loquor, denne/hand/om hulcken jeg tal: *Iſtis faucibus eripui*, i. e. tuis. *Urbem iſtam appetit ad quam ſcribo, in qua agitis.* Hinc in diſcernendo ſignificat, dette: cujus ſcilicet proximè fuit mentio. Illud reſpicit remotius, hit / hut. Sæpius etiam cum contemptu dicitur, ut *quis fecit? iſte*, quomodo & nos dicimus, den.

Iſtic, iſtæc, iſtoc & iſtuc idem quod iſte. Ut, *quid iſtoc quæſo? qui iſtic mos eſt* Clitipho. Eſtq; hoc Compoſ. ab iſte & hic.

Iſtic, adverb. notans locum in quo tu es, der / hißet: *Omitte, jam iſtic adero, quid iſtic eſt rei*, pro iſto in loco.

Iſtinc, adverb. ſignificans motum ab iſto loco, der fra/hißet fra. *De malis noſtris tu prius audis, quàm ego: iſtinc enim emanant.* Eſt autem Compoſ. ab iſte & hinc.

Iſtàc, adverb. ſignificans motum per locum, der hen ved/ hißet for offuer/hißet frem. *Abi iſtàc iſtorſum quovis: iſtàc judico*, i. e. in illam partem cenſeo. Compoſ. ab iſtè & hàc.

Iſtò, Plin. adverb. ad locum iſtum, der hen.

Iſtoc, adverb. pro ab iſto loco.

Iſtuccinè & iſtoccine, pro iſtudnè. Ut *iſtuccine interminata ſum hinc abiens tibi.* Sic *iſtoccine pacto agendum?* pro iſtone.

Compoſita.

Adeò, adverb. quaſi usq; eo, ſaa vitt / ſaa gandſke och aldelis. *Adeo erat ſtultus, ut hoc neſcierit.* Interdum ponitur pro valdè ſivè multùm, megit. *Juvenis adeo nobilis: Id adeo ſi placet, attendite, ex me cognoſcite.* Item, pro certe multum. Ut, *adeo raſtris glebas qui frangit inertes.* Item pro modo: *tute jam adeo ejus audies verba.* Item comicis ſæpè eſt particula expletiva, nec quicquam præter ornatum & ſonum orationi addens. Ut, *propera adeò puerum tollere hinc ab janua.*

Usq; adeo, idem quod adeo, ſaa gandſke och aldelis. *Tempeſtas usq; adeo eos jactavit, ut dominus navis, in ſcapham confugerit: quis huic urbi usq; adeo inimicus eſt, ut iſta diſſimulare poſſit?*

Usqz eò, idem quod adeò vel eousq;, ſaa aldelis/ eller ſaa vitt. *Usq; eò moroſi ſumus, ut nobis non ſatisfaciat ipſe Demoſthenes: usq; eò regno carere non poterat.* Item tamdiu, ad eum usq; finem, ſaa lenge. *Multa facimus, usq; eò, dum aſpectus fidem faciat ſui judicii: usq; eò perſequi, dum proprium afficiatur.*

Anteà, adverb. temporis, idem quod antè, ab ante & ea, tilforn. *Ad te antea atq; adeò prius ſcripſi*: id magis nunc aptum, quam nunquam antea.

Eccum, eccam, eccos, eccas, ellum pro ecce eum, ecce eam, ecce eos, ecce eas, ecce illum: q. See her er hand/ her er den. *Eccum me hic*, i. e. ecce eum, me ſcilicet de quo quæris, loqueris. *Eccum Parmenonem*, h. e. ecce eum, nimirum Parmenonem. Sic *Eccillam domi invenies*, i. e. illam. Notandum & hîc, eccum requirere præſentiam objecti: ſed & Plauto etiam abſentiam iisq; addi, quæ ſunt extra conſpectum. Ellum autem dici de abſente. Verùm valla interprætatur hæc adverbialiter, ut *eccum*, i. e. ecce hîc, ſubintellecto eo de quo loquimur. *Eccam*, i. e. ecce, hîc, ſubintellecta ea, de qua agimus. Et *ellum*, i. e. ecce illic, ſubintellecto viro.

Ideo, conjunct. ſignificans idem quod propterea, q. eo id, derfor. *Ideo Claudius retulit, ut berres auferre poſſet.*

Ibidem, adverb. ſignificans in eodem loco, I ſamme ſted. *Ter fluctus ibidem torquet agens circum.*

Identidem, q. idem & idem, ſignificat frequenter & eum quodam intervallo, ſaa och igien / titt och imellom ſtund. *Appellare alicujus nomen identidem.*

Indidem, adverb. compoſitum ex inde & idem: ſignificatq; ex eo loco, aff det ſelſamme ſted / ifra det ſamme: *Unde duci poteſt ſimile, indidem verbum unum translatum lumen affert rationi.*

Itidem, aduerb. pro ſimiliter eodem modo, q. item vel iterum idem, I lige maade / lige ſaa. *Quæ tibi dixi dicam itidem illi: quæ movent ſenſus itidem movent ſenſus omnium*, pro pariter, tillige. Aliter ab & idem. Item ſimpliciter ab item, idem exiſtente enclitica.

Interea & antiquis interatim, adverb. temporis quaſi ea inter, mellom diß/ dißimellom. *Interea ſiet aliquid ſpero.* Et cum caſu, *interea temporis: interea loci*, midler tid. Item aliquando pro tamen, dog. *Nec nulla interea eſt inanatæ gratia terræ.*

Poſtea, adverb. ſignificans poſt id temporis, der effter/ ſiiden. *Poſtea hoc ago: quid poſtea ſi Romæ fui? quid poſtea? quid tum inde.* Et *poſtea aliquanto*, i. e. aliquanto poſt.

Poſtea, interdum abundat idq; comicè. Item aliquando ponitur pro præterea.

Poſtidea Plaut. pro poſtea: ſed ambigua lectio eſt, pro poſtidem.

Poſtilla comicis idem quod poſtea. Inde vulgo.

Poſtillæ, arum, Eccleſiaſticis pro expoſitione & enarratione Evangeliorum q. poſt illa: ſcilicet Evangelica præmiſſa, aut alia quæ exponi publicitus ſolebant. Aliter tamen videtur dictio originis Italicæ q. poſtella à poſto, i. e. poſito, q. d. propoſitiuncula ſeu expoſitiuncula.

Præterea, adverd. quaſi diviſim præter ea, quæ dicta vel facta ſunt, derforvden. *Poſſumus nos eſſe & hujus civitatis & cujusvis præterea.* Interdum etiam temporis eſt pro poſthac vel poſtea, her effter. *Numen Junonis adoret præterea.*

Propterea, adverb. ſignificans propter eam cauſam, q. diviſim propter ea, derfor. *Atq; hæc propterea de me dixi, ut mihi Tubero ignoſceret.* Et addito quod: *ſi notionem veri vel falſi, propterea quod non poſſunt ea internoſci, nullam habemus.*

Reapſe pro reipſa, ſaa i ſig ſielff. *Formæ quæ reapſe nullæ ſunt, ſpeciem autem afferunt: quod idem reapſe primum eſt.*

Sapſa, antiquè pro ipſa vel ſeipſa.

Tantidem, adverb. pro eadem quantitate, & æquè magnò pretio: vel Genitivus potius à tantundem, Lige ſaa megit/ lige ſtor verd. *Ob malefacta hæc tantidem poſtulat emptam ſibi tradier. Injiciat manus pro tanta propoſita pœna vel tantidem lite æſtimanda. is voluntatem municipum tantidem quanti ſuam fidem facit. Tantidem frumentum emere, quanti, &c.*

Totidem, adverb. ſignificans æquè multi à tot & idem, lige mange. duo hi fratres non totidem annos vixerunt.

ISTHMUS, m. ſ. ἰσθμὸς anguſtum ſpatium, quo inter duo maria cohæret peninſula continenti, quale eſt Pelomponenſi ubi Corinthus fuit, den halſ ſom gaar fra nogen ſø/ ind paa det faſte land. Inde translatè, interſepimentum ſeu diſcrimen narium, det ſkillerum mellom Næſeborerne.

Iſthmia, iorum, n. plur. Ludi erant ſeu certamina in Iſthmo Peloponnenſiaco celebrata in honorem Neptuni.

ITA, Adverb. affirmandi ſignificans ad eum modum, ut dicis, q. oita ab ἴστω ejusdem ſignificationis, Saa/ja/ ligeſaa: Idq; modò forma reſpondendi, modò extra. Ut, *ita volo, ità ajunt. Eſt ita, ut dicitur, judices.* Et cum ſingulari affirmatione: *Ita ſanè*, ſaa ſandeligen/ ſaa viſt/ ja viſt. Item optandi formula: *Ita te Dii ament: ita tibi pro voto ſuccedant omnia*, ſaa hielpe dig Gud/ ſaa giid alting gaa effter din vilie och begiering. Adſciſcit & aliquando adverb. negativum non. Ut, *Caſſius non ita multum ſorore utitur*, Icke ſaa: pro mediocriter, ſaa maadelig/ ſaa paſſelig. Sic *oratio non ita probabilis; non ita diſſimilis: non ita pridem.* Interdum eſt conjunctio illativa pro igitur, Saa/ſaa daa. *Ita nobiliſſima civitas ſepulcrum tibis ſui ignoraſſet, niſi ab homine Arpinate didiciſſet.* Item conjunctum cum Enclitica què eſt cauſalis, derfor. Imò *ita volo: ita poſtulo ut fiat.* Ponitur & interdum pro nomine talis, ut *ita ſum*, i. e. talis ſum, er ſaadan. Aliter ab ἔτα ſignificante tum.

Itaq; conjunct. cauſalis & illativa, Derfor. *Itaq; ex me quærunt.*

Item, vel Itim adverb. notans continuationem & ſimilitudinem quandam membrorum in narrando, ab ita q. ad modum ita, Nogh/ligeſaa/ och ſaa. *Placuit Scævolæ & Cornucano idemq; cæteris.* Inde interdum ponitur pro etiam, och ſaa. *Sol, item Luna: Romulus augur, ſum fratre, item augure.* Sic & pro ita vel ſic, ſaa/i de maade/ i ſaa maade. *Si ex capite ſis meo natus, Item, ut ajunt Minervam eſſe ex Jove: mihi hoc, aliis non item: ſic te amo, item ut filium*, pro æquè ac filium, ſaa ſom min Søn.

JUBÆ, arum, f. pr. corr. crines prolixiores è collo equorum & aliarum beſtiarum penduli q. ἴουβας quod telorum ſagittarumq; modo projectæ ſint & promineant, Man/ Beſte Man. Et in anguibus & draconibus criſtæ in eorum capitibus eminentes, Kam/ top paa ſaadant. Item criſta in Galeis ſeu galeâ criſtata. Ut, *Crajarum jubarum error*, quo criſtam ſeu criſtatas galeas internoſcere potuimus. Aliter ab ἥβη pubes & pili per ætatem animalis ſuccreſcentes.

Jubatus, a, um, quod jubas habet, Mannet. Unde *jubati leones*, qui jubas habent ad differentiam eorum qui jubas non habent. Sic *jubati angues, dracones*, qui ſunt criſtati.

Jubar, aris, n. t. ſplendor ſolis aliorumq; ſyderum radios projicientium ad ſimilitudinem jubarum, Soel och Stierne ſtraaler/ giſel. *Jubare exorto portis ibat juventus*, h. e. exorto ſole, vel ſolaribus radiis. Item cujuſcunq; rei ſplendor ut auri, argenti, gemmarum & ſimilium rerum, glandz. Et translatè ſplendor & dignitas hominis ſive majeſtas, Herlighed. *Fratris regale jubar.*

JUBEO, es, juſſi, juſſum, act. ſ. jure meo aliquid impono, q. jus habeo, byder/ med rætte byder och befaler. *Mihi ne jubes? Jubeo, cogo atq; impono.* Inde interdum accipitur pro decerno, Affſiger/ paabyder. *Populus juſſit*, i. e. decrevit. Item pro rogo, beder om noget. *Infandum regina jubes renovare dolorem.* Item pro precor, beder och ynſker. *Jubeo te ſalvere*, i. e. precor tibi ſalutem. *Jubet me benè ſperare: jubeo trementem ſalvere.*

Juſſus, us, m. q. jubendi actus, Befalning: *Juſſu tuo feci.*

Juſſum, n. ſ. idem quod juſſus. Ut, *lex eſt generale juſſum populi.* Sic *juſſum patris*, Faderens befalning.

Compoſita.

Fidejubeo Juriſc. pro aliis fidem interpono, Borger/ loffuer for andre. *Filiusfamilias pro patre poteſt fidejubere.*

Fidejuſsio, onis, fidejubendi actus, Borgen/ viſſen och loffuen/ borgen for andre: *Servus, fidejuſſionis nomine non poteſt obligari.*

Fidejuſſor, oris, m. t. qui in privatis contractibus fidem ſuam pro alio obſtringit, Forloffuer/ borgen for anden.

Injuſſus, a, um, non juſſus. Ut, *injuſſus cantat.* Et translatè, *injuſſa virescunt gramina*, q. ſine juſſu & cura humana, quæ aliàs adhibenda frugibus, de komme aff dennem ſielff/ vden vmage.

Injuſſus, us, m. q. ſed in ablat. tantum uſitatum. Ut, *injuſſu meo, injuſſu Imperatoris, injuſſu populi hoc factum*, vden vilie och befalning/ vhiemel/ icke hiemel.

JUBILO, as, n. pr. prod. voce & clamore geſtio, ſumptâ appellatione à voce redeuntium à bello & Apollini vitam acceptam ferentium hoc modo, ἰὼ, βιῶ, παιὰν, Synger tack/ hoffuerer med tackſigelſe aff glæde. Varro & Feſtus ruſticorum faciunt vocem, quorum in lætitia eſt etiam ſimilem inconditum aliquem ſonum edere, huier/ ſiuer.

Jubilatus, tus, m. q. Varr. clamor ruſticorum, Bonde rob/ ſkrigen/ hujen.

JUGERE, Feſto, dicuntur Milvi cùm vocem emittunt, à ſono ſcilicet.

JUNCUS, m. ſ. herba paluſtris ad junctúras utilis, à jungo, Siff/ ſiffue mand kand binde med.

Junculus, parvus juncus. Item Apulejo, Junculus, cibi genus ex opere dulciario, qui ad ſimilitudinem Juncorum figuratus erat. Vel opus lactarium ſive coagulum inſtar metæ formatum juncis incluſum, quod meta lactis à Martiale dicitur.

Junceus, a, um, quod ex junco eſt. Ut *Cratis juncea: ſporta juncea*, giort aff Siffue. Et translatè tener inmodum junci, tynd/ſmaal. *Virgo juncea.*

Juncinus, a, um, Plin. idem quod junceus.

Junco, onis, m. t. avis, turdi magnitudine, lacus & flavios petens, caudam rhotitans. Exponitur & avis parva, paſſere paulò minor, cauda longiuſcula, capite nigro, cætera fuſca, & juncis & arundinibus inſidens.

Juncoſus, a, um, juncis plenus & abundans: *Juncoſus ager, juncoſa litora.*

Juncetum, locus juncis conſitus, Siffue ſted/ Siffues bond.

JUNGO, xi, ctum, act. t. duo connecto ſeu copulo à ζεύγω, ζευγνύω ejusdem ſignificationis, føjer ſammen. *Iis mos non erat jungere tauros*, Forſpende. *Cervix articulorum nodis jungitur.*

Junctio, onis, jungendi actus, sammenføjelse.

Junctura, f. p. idem quod junctio seu junctionis ratio, sammenføjning. *Junctura gemmarum, junctura verborum.*

Junctus, a, um, quod junximus, sammenføjet. *Amor fœdere legitimo junctus: puella juncta matrimonio.* Et *junctum vehiculum*, quod junctis trahitur jumentis, forspeet Vogn.

Junctim, adverb. modo juncto, sine intervallo, det ene vdi det andet / vden skilsmisse: *Magistratus gessit junctim*, Naar hand slap et kald / saa fick hand et andet igien.

Jugis, ge, gen. jugis vel jugetis, om. t. idem est quod perennis q. jugo affixus, Aagbunden / stedzvarende. *Jugis thesaurus, jugis aqua, jugis puteus.* Item *juge auspicium* dicebatur quod ex junctis bobus fiebat, cum jumentum jugo junctum stercus faceret: aut si magistratui prodeunti obviam fieret plaustrum disjunctis bobus.

Jugiter, modo jugi, stedze: *Venerem, amorem, amenitatemq; accubans jugiter exercet.*

Jugulus, m. s. & jugulum n. pars colli anterior, à junctura colli quod jungatur corpori caput, forhals der som struben sidder / querckен. Item jugula Medicis dicuntur, duæ concavitates in summa thoracis parte, sub clavibus sitæ, quarum alteram sinistrum jugulum, alteram dexterum nominant.

Jugulo, as, act. p. jugulum incido feriovè, sker strubben vd / eller sticker. *Grunnitum non audiunt eum jugulatur sus.* Et simpliciter quovis modo interficio, Slaar ihiel / tager aff dage. *Ipse se jugulat.* Et translatè *jugulare aliquem verbis* est convincere, offuervinde och igiendriffue med ord. Sic *jugulare aliquem sua confessione.*

Jugulatio, onis, jugulandi actus, Ihielslet / dræbelse. *Oppidorum jugulatio*, quâ oppidum jugulatur.

Jugulatus, a, um, quod jugulavimus: ut, *porci jugulati*, strubstucken / stucken / slactet. *Jugulatus homo*, Ihielslagen.

Jugum, n. s. pr. corr. lignamentum aut lorum, quo jumenta junguntur, Aag / halß kobbel. *Boum cervices natæ adjugum.* Et tropicè jugum, i. e. par boum jugo junctorum, paar Stude. *Multis jugis arant.* Item translatè jugum in fabricis quibusdam quod arrectaria lateralia superiùs connectit, ut *jugum januæ*, i. e. superius limen, offuerste dør træt: *Jugum patibuli*, galle hammer. *Jugum portæ arbalis*, Hammer paa it Vongeledt. *Jugum trabæ*, Slede Aag / Aag paa en Slede: Scilicet lignamentum quod latera connectit. Sic *juga navis*, quæ aliàs transtra dicuntur, Roerbenck. Item jugum in re militari, lignamentum quoddam duabus hastis in terram defixis seu arrectariis & transversim adjuncta tertia ad modum jugi in bobus, saa som en galle eller Vongeledt: per quod transire positis armis cogebantur hostes in servitutem mancipati. Unde formæ loquendi: *sub jugum mittere* pro in servitutem redigere: *sub jugum abire*, pro servitutem subire. Sic *jugum servitutis:* Item & ipsa servitus. Item in vinea cum duabus vel pluribus perticis fixis aliæ super alias alligantur ad modum jugi militaris, in quibus vites conjunguntur, Tuer bunden træ. Item jugum transversum illud ferramentum, & trabs in bilance, unde lances dependent, Bielcke paa skaale vect. Et hinc rursus signum cœleste quod aliàs libra. Item jugum pro vertice montis, Bierge top. Ut enim jugum bobus transversim incumbit; ita montibus eorum vertices. Item jugum quantum terræ jugo uno exarari potest, idem quod jugerum. Ut, *in singulis jugis arat.* Item *Jugum Veneris*, i. e. Matrimonium, sumpta translatione à jugo boum. Sed & jugum dicis causa imponebatur sponsis.

Jugalis, le. om. t. quod jugo continetur. Ut, *jugales equi*, qui eidem jugo subjecti, Et absolutè pro eodem *jugales*, Heste som drage sammen. *Tela jugalis*, juncta jugo, in quo texitur: ad aliarum telarum discrimen, quæ pinguntur acu, texuntur radio, pectine aut alio genere sine jugo tamen, stand væffue. Inde *telâ jugo juncta.* Item translatè, *jugalis torus, jugalis lectus*, Ecteseng. Sic *jugale fœdus, jugale vinculum, jura jugalia*, quæ sunt jugalis tori.

Juga Juno, sic dicta quod fœdera jugalia curet.

Jugerum, geri, n. s. & antiquè juger, ris: unde usitati casus plur. jugerum, jugeribus: tantùm terræ & agri, quantum uno jugo boum uno die exarari potest, En dags ploysning / en ploys land om dagen. Constabat significat ducentis quadraginta pedibus in longitudinem & dimidio in latitudinem.

Jugeratim, adverb. per singula jugera, paa huer stycke Jord saa stoer. *Primæ vineæ centenas amphoras jugeratim præberent.*

Jugo, as, act. p. jugo copulo, Aager sammen. Unde *jugare vites*, binde dem op paa recker: Et *vitis jugata*, quæ pedamentis canteriisq; transversis jugatur. Et translatè, *virtutes inter se jugatæ & nexæ.*

Jugarius, rii, m. s. qui juga ducit & regit, Ploykios ring. Et adjectivè, *vicus jugarius* Romæ, in quo ara fuit. Junonis jugæ.

Jugatorius, a, um, quod jugo aptum est, ut *bos jugatorius*, Ploystud.

Juxta, Præposit. denotans situm rei quasi junctum à jungo, q. jungsta: vel imediatè à jugum cui duo juncta sunt & juxta, hoss / ved / nær ved. *Sepultus jest juxta viam: facit lanam juxta ancillas.* Indè accipitur pro post vel secundum, næst effter. *Juxta Varronem eß doctissimus.* Item adverbialiter amisso casu, pro æquè, similiter, eodem modo, ligesaa vel. *Mater juxta rem mecum tenet.* Sic, *qui in omnibus officiis juxta ac si frater meus esset sustentabit.*

Juxtim, antiquis idem, & pro præpositione & pro adverbio.

Compositæ.

Abjungo, gis, act. t. junctum solvo, Affspender / fraspender: *Abjunxit arator bovem.* Et translatè, *abjunxit se ab hoc genere dicendi*, i. e. removit, separavit.

Abjugo, as, act. p. antiquè idem.

Adjugo, gas, antiquè ad jugum annecto. Et translatè idem quod adjungo.

Adjungo, is, act. t. aliquid ad rem aliquam jungo, hengføjer / tilføjer. *Tua studia te mihi adjunxerunt, adjutationes me adjunxi. adjungit sibi socium. Adjunges me quàm primum ad tuos sermones: adjungere animum ad studia: Magnus honos adjungitur rebus populi Romani. Adjungit benevolentiam comitate*, i. e. conciliat, acquirit.

Adjunctio, onis, adjungendi actus. Ut, *virtutis adjunctio. adjunctio animi*, i. e. *propositio necessitudinis quadam cum adjunctione. Nulla potest esse homini ad hominem adjunctio*, i. e. societas. Item adjunctio, oratoria quædam exornatio.

Adjun-

Adjunctus, a, um, quod adjunximus, tilføjet / ført och lavet. *Summis viris fortuna quædam adjuncta erat.* Et amisso tempore, *hæc sunt causæ adjunctiora*, i. e. propinquiora. Item adjunctum pro officio seu proprio rei. Ut *hostiâ maximâ parentare, pietati esse adjunctum putabat*, Eigentlig. Sic Dialecticis adjunctum quod ad rem pertinet, essentialiter accidentaliterve.

Conjugo, as, in unum jugum jungo, Aager sammen. Et translatè copulo seu conjungo. Ut, *amicitiam conjugat morum similitudo.*

Conjugata, apud Rhetores & Dialecticos sunt, quæ ab uno genere veluti jugo flectuntur. Ut, *justitia, justus, justè.*

Conjugator, oris, m. t. qui conjugat, ut *boni amoris conjugator.*

Conjugatio, conjugandi actus. Ut, *signorum conjugatio, cùm capitibus religantur.* Item apud Grammaticos actus verbi multa tempora ad unum thema velut jugum astringens.

Conjugus, a, um, quod conjugatum est, Aaget samen.

Conjugulus, a, um. Ut translatè, *conjugula myrtus*, genus quoddam myrti.

Conjugium, gii, n. s. conjugum vinculum, Ecteskab. Et per consequens coitus. Ut, *sine conjugiis vento gravidæ.*

Conjugalis, le, om. t. quod ad conjuges sive ad conjugium pertinet. Ut, *conjugalis torus*, lectus est conjugum. *Dii conjugales*, qui conjugiis præsunt.

Conjugialis, le, idem, ut conjugiale festum: *conjugiale fœdus*: *conjugiale jus.*

Conjux, ugis, com. t. consors gignendæ sobolis & fortunarum, q solemniter conjugatus, Ecte mand / Ecte hustru Aliter scribitur conjunx.

Conjungo simul jungo, copulo. Ut *boves conjungere*, *conjungere castra oppido*: *conjungere calamos cera*: *dextram conjungere dextræ*: *conjungere animos.*

Conjunctus, a, um, quod conjunximus. Ut, *homines benevolentiâ conjuncti*, tilhobe føjet eller bundet. Et amisso tempore, conjunctior, tissimus.

Conjunctio, onis, conjungendi actus, tilhobe føjelse *Humana conjunctio* quâ invicem conjunguntur. Et absolutè *conjunctio* pro mutua amicitia.

Conjunctè & conjunctim adverb. modo conjuncto, tilhobe. *Conjunctè re verboq; rursus movetur*: *conjunctim agendum de materia & partibus.* Et comparativè, Conjunctius & conjunctissimè.

Dejugo, apud Pacuv. pro disjungo, dissolvo. Ut, *unanimitatem nostram dejugat*, skil at / løsner.

Disjungo, gis, act. t. junctos solvo, løs och skill fra hin anden. *Res ista illum ab illa disjunxit.* Et translatè *ab orationibm disjungo me referoq; ad mansvetiores. disjungere me ab illo volo: à mamma disjungo*, Affvenner.

Disjunctio, onis, Actus, quo aliquid disjungitur. Ut, *animorum disjunctio.*

Disjunctivus, a, um, Grammaticis quod disjungit. Ut, *disjunctiva conjunctiones.*

Disjunctus, a, um, quod disjunximus. Ut, *mea opera. Disjunctus est Pompejus à Cæsaris amicitia.* Et amisso tempore, Disjunctior, tissimus. Ut, *disjunctissimæ terræ*, saare vit och langt fra hin anden: *nihil à sapientia disjunctius levitate & temeritate*, Vidare / lenger fra.

Injuges boves, Festo, qui nondum sub jugo fuere, vtemt Stude. Et *injuges hostiæ*, quæ ex bobus injugibus constabat.

Injungo, is, act. t. quasi aliquid alii jungo, føjer i/spender i/ Jspender. *Pondus aliquod jugo jungitur.* Et translatè, *Injungere Reipub. detrimentum*, føje hende skade til. Sic *injungere injuriam*, giøre vræt. *Injungere tormentum*, pine och plage. Item injungo, jungendo impono vel demando, paalegger/ paabyder: *injungo tibi hoc onus, hoc munus.* Et *injungere alicui servitutem*, giøre en til it træll / komme til at tiene.

Interjungo, is, act. t. propriè de curru dicitur cum rotis interjecta sude vel catena aliqua sistitur, Spender noget imellem hinlene at de icke løbe om / men staa stille eller slebe. Inde simpliciter accipitur pro sisto & insisto, holder stille: *concurrere debeas Bovillas, interjungere quaris ad Camœnas.* Item *interjungere equos & dejungere*, est eos à curru solutos & interjecta compede in pascua mittere, Spende fra / lade dem i helde och bede. Item, *interjungere dextras*, idem est, quod jungere dextram dextræ, faa hand i hand.

Sejugo, gas, Cic. idem quod sejungo. Unde, *animus à corpore sejugatus.*

Sejungo, gis, junctos non junctos facio, fra skiller / skill fra hin anden. *Ab invicem sejuncti sumus: fortunam nemo ab inconstantia & temeritate sejungit: Tua calamitas è Reipublicæ periculo sejuncta est.*

Subjugis, ge, om. t. Plin. jugo subactum, tæmt och Aaget tuingt.

Subjugia lora dicebantur, quibus jugum collis jumentorum aptabantur, Aagtiist.

Subjugo, gas, act. pr. quasi sub jugum mitto, Vnderstuinger: *hostes subjugat.*

Subjungo, gis, act. t. sub manum aut potestatem alicujus jungo, føje hen vnder. *Subjungere omnes artes oratoriæ subjungere urbes sub imperium, sub juris dictionem.*

Subjunctus, a, um, quod subjunximus. Ut, *in Aruspicum responsis hæc subjecta sunt.*

Subjunctivus modus Grammaticis, qui subjungitur alii modo ad complendam orationem.

Transjungo, is, act. t. Ulpian. de jumentis dicitur qvum jugis & locis suis mutantur & transferuntur. Ut, *transjungere equm*, est in quadrigis facere, ut prior loco eat, qui ante posteriore: vel dexter sit qui ante finister, skifte och forandre Heste for Vogn.

Composita cum aliis dictionibus.

Bigæ, arum, cujus etiam singulare biga legitur. Currus à bijugis equis tractus, Vogn med to Heste for.

Bigarius, rii, m. s. Ulp. qui bigam moderatur, Kudsk / Vogndriffner / Kiørsvend.

Bijugi & bijuges equi duo jugati trahentes currum, ett paar Heste vnder en Tomme.

Bigatus, Plin. Tacit. nummus bigas impressas habens.

Bijugis, Svet. om. t. quod constat biiugis equis. Ut, *bijuge curriculum*: idem quod Biga.

Decemjugis, m. t. currus quem decem equi juncti trahunt, Vogn med fem paar Heste.

Multiju-

Multijugus, a, um, & Multijugis, ge, om. t. quod multiplex eſt, varium & multum. Ut, *multijuga volumina*, fuld Bøger/mangfoldig och allehande. Sic *litteræ multi-juges.*

Octojugis, ge, om. t. quod octo habet juga. Ut, *Patricii Octojuges ad obtinenda imperia eunt.*

Quadrigæ, arum, f. p. plur. & ſingul. Quadriga, quaſi currus eſt quatuor equis junctus, Vogn med fire Heſte for. Item equi ipſi quadrigam trahentes. Ut, *alunтur perniciſſimæ quadrigæ in ſpem victoriæ: & albæ quadrigæ*, i. e. equi ipſi.

Quadrigulæ, arum, f. p. parvæ quadrigæ.

Quadrijuges, gum, m. t. equi quatuor ad unum currum jugati, fire Heſte for en Vogn.

Quadrijugi equi idem. Unde *quadrijugus currus*, pro quadriga.

Quadrigarius, m. ſ. qui quadrigas agebat in ludis circenſibus. Item numus argenteus quadrigarum imaginem habens impreſſam.

Quadrigatus numus quadrigæ nota inſignitus.

Sejugis currus, Apul. cui ſex adhibiti ſunt equi, Vogn med ſex Heſte for.

Semijugerum, n. ſ. dimidium unius jugeri.

Trigæ, arum, f. pr. vehiculi genus quod tribus agitur equis, à tribus jugis, q. trijugæ, Vogn med tre Heſte.

Trigarius, rii, m. ſ. trigarum agitator.

Unijugæ vineæ dicuntur, ſi haſtilibus in terra defixis ſingulæ tranſverſæ perticæ in unam tantum partem ordinis annectantur.

JUNIPERUS, ri, f. ſ. arbuſcula buccifera perpetuis aculeis loco foliorum villoſa, ab antiquo June, i. e. ætate viride, novum, & pario: quod perpetuò vireat aculeis & novo fructu, etiam appendente annotino, Enebær træ. Deſcribit autem Iſid. ſic. Juniperus Græcè dicta, ſive quod ab amplo in anguſtum finiat, ut ignis: ſive quod conceptum diu teneat ignem: adeo ut ſi prunæ ex ejus cinere fuerint operæ, uſq; ad annum perveniant, πῦρ enim apud Græcos Ignis dicitur.

JURGO, as, n. p. verbis aſperioribus aliquem etiam amicum alloquor, q. jus meum urgeo, ſed extra forum & privatim, ſendis/klammerer / trættis. *Jurgare lex putat inter ſe vicinos non litigare.*

Jurgor, aris, Horat. d. p. idem. Ut, *verbis jurgatur.*

Jurgium, n. ſ. ipſa contentio inter jurgantes, Skenden och trætte/ſenderj.

Jurgoſus, a, um, jurgiis abundans, Klammer voren.

Compoſita.

Adjurgium Plaut, idem quod jurgium vel objurgatio.

Adjurgo. Plaut. valdè in objurgo.

Objurgo, as, act. p. Jurgando reprehendo, Offuer/ſkielder/ſkelder och ſender paa en. *Quid me objurgas? me objurgat de familiaritate Pompeji.* Et translatè, *villa hæc alteram objurgat*, i. e. arguit. Ponitur & interdum pro exprobro. Ut, *objurgabant Ciceronem quod virginem ſexagenarius duxiſſet.*

Objurgatio, onis, m. t. objurgandi actus, Offuer/ſkelden/ſenden.

Objurgator, oris, m. t. qui objurgat.

Objurgatorius, a, um, quod objurgationem in ſe continet, ſkeldende. *Oratio objurgatoria.*

Objurgito, tas, Plaut. idem quod objurgo, vel frequenter objurgo.

JURO, as, n. pr. prod. Deum teſtem nomino in aſſeverandâ re, q. per Jovis iram aſſevero, Suerger. *Juravit ſe hoc facturum: juravit jusjurandum veriſſimum*, Soer en ſand Ed. *Jurare in leges: jurare in verba*, eſt jurando & conſentiendo ſe iis aſtringere, forplicte ſig til det och det. *Juro in litem*, forplicter mig til eller med Ed/ Suer mig til: Scilicet, me litis ſocium fore abſq; dolo. *Jurat morbum, ne ſiat conſul, ne militet*, pro jurare ſe morbo affectum, Suerge ſig ſiug. Item *jurare copiam* dicebatur debitor, qui ſui copiam ac ſuarum operarum copiam facturum creditori ſuo ajebat, aut qui jurabat ſibi bona eſſe ex quibus creditori poſſit ſatis fieri. Item paſſivè apud Lucanum: *Latè juruntur aves bubone ſiniſtræ.* Aliter juro à jure, quod jurare ſit aliquid ità ſanctè promittere, ac ſi jus ipſum eſſet.

Juratus, a, um, qui juravit & juramento devinctus eſt, ſom haffuer ſoret. *Jurato credi mihi.* Et *judex juratus* qui juravit ad Aram, de jure dicendo, Soren Dommer. Item de rebus paſſivè de quibus juravimus, Soret paa. *Judici demonſtrandum eſt, quod juratum ſit.*

Jurator, oris, m. t. qui jurat vel qui ad jurandum adegit, ſom tager Ed aff en paa nøyet. Et tropicè cenſor, qui jurejurando adigebat eum quem cenſebat. quò illud Plauti reſpicit: *bos juratores eſtis quæſo operam date*, i. e. vos cenſores hujus argumenti.

Jurandum, n. ſ. Plaut. idem quod jusjurandum.

Juramentum, n. ſ. verba quibus juramus, Ed.

Compoſita.

Abjuro, as, jurando nego quod habeo aut quod promiſi, Forſuerger. *Abjurare creditam pecuniam: abjurare mihi certius eſt quam dependere.*

Abjuraſſo antiqvum eſt pro abjuravero.

Abjuratus, a, um, quod abjuravimus, Forſoret. *Abjuratum depoſitum.* Inde ſimpliciter quod contra jus retentum eſt. Ut *abſtractæq; boves, abjuratæq; rapinæ cœlo oſtenduntur.*

Abjuratio, onis, abjurandi actus, Forſuerelſe / fornectelſe. *Abjuratio debiti.*

Adjuro, as, valdè juro, Suerger højeligen. *Sanctè adjurat ſe non poſſe perdurare.* Item Lactant. conceptis verbis Dæmonem ejicio, beſuerger. *Dæmones per Chriſtum adjurati de corporibus fugiunt.*

Adjuratus, a, um, Cic. qui juravit. Ut, *ille adjuratus, nusquàm ſe nusquàm libentius.*

Conjuro, as, q. unà vel ſimul juro. Et peculiariter cum ſcilicet multi jurant in alicujus perniciem, Beſuer ſig ſammen med en anden. *Conjurabant multi in Rempubl.* Item in bonam partem cum plures eidem juramento honeſtam ob cauſam ſe aſtringunt. Item ſine juramento, ſimpliciter aſtringo, legger offuer med anden. *Trecenti principes conjurabimus in tyrannum.* Item conſentio ſeu mutuò opem fero, ſtaar bie/giør hielp. *Alterius ſic altera poſcit opem res & conjurat amicè.*

Conjuratio, onis, conjurandi actus, ſive in bonam ſive in malam partem. Item ſine juramento, offuerleggelſe/naar to offuerlegge med hin anden/enten til gott eller ont at giøre.

Conjurati, orum, cujus ſingulare conjuratus, qui inter ſe conjuraverunt, ſorne Brøders. Dicitur & *conjuratus Gætarum*, qui cum Gætis conjurat.

Dejero, as, pen. corr. juramento, affirmo, Suer ſand drueligen / vrøggeligen paa noget. *Bacchis dejerat perſanctè.*

Dejuro, as, idem.

Deju-

Dejurium, n. ſ. ſanctum juramentum, Vrøggelig Ed. *Dejurio victus ſum.*

Dejurus qui dejurat.

Ejuro, & Ejero. jurando deteſtor, Forſuer. *Judicem & forum ejurat*, i. e. detrectat, Forſkyder / forſuer at ville haffue eller tage for fulde. Sic *ejurare bonam copiam*, eſt juramento denegare: idq; dicebantur facere qui ſolvendo non erant, cum jurejurando palam affirmabant ſibi copiam & facultatem diſſolvendi æris alieni minimè ſuppetere, atq; ita liberabantur à nexu & ſervitute creditorum, ſaa ſom hoff oſſ / forſuerge Arff och Gield / och ſette Nøgelen i dørren.

Exjuro, as, Plaut. Juramento aſſero affirmoq;, Suerger paa noget. *Exjuraſti te per jocum mihi non dixiſſe.*

Injuratus, a, um, qui non juravit, ſom ey haffuer ſoret. *Injurato credit mihi.*

Objuro, as, Feſto pro jurejurando obſtringo, adjuro, beſuær.

Pejero, as, juro quod præſtare non poſſum vel volo, ſuerger om meen. *Qui mentiri ſolet, pejerare conſuevit: pejerat de turdo: pejerat pro admiſſo ſcelere.* Item ſimpliciter mentior. Ut, *da pignus, ne nunc perjures.*

Perjurium, n. ſ. perjurantis vitium & ſcelus, Meened. Ponitur & tropicè pro mendacio.

Perjurus, qui perjurat, Meeneder: qui ex animi ſententia jurat nec tamen ſervat. Ut, *Perjurus Leno, perjurum caput* comparat. perjurior, iſſimus.

Perjurioſus, perjurii plenus, ſlem Meeneder / ſom ſuer ſig offte om meen.

Perjuro, Plaut. Idem quod pejero, ut, *verbis conceptis ſciens libenter perjuras.*

Perjuratiuncula, Plaut. ut *perjuratiuncula Paraſitica.*

Præjuro, priore loco juro ſeu præeundo juro concepta juramenti formula ut alius jnrando repetat.

Præjuratio, præjurandi actus.

Præjurator, qui præjurat.

Præjuratrix, idem in ſexu fœmineo.

Falſijurus, a, um, Plaut. qui falsè jurat, Meeneder.

Jurejuro, as, Liv. n. pr. idem quod juro. Ut, *prætores ambo in eadem verba jurejuraverunt.*

Jusjurandum, n. ſ. ſanctum & religioſum juramentum, Vryggelig och faſt Ed. Aliter q. Jovis jurandum.

JUS, ris, n. t. pr. gen. prod. Æqvum, quo ſocietas humana continetur, ſive id judicio naturali ſive ex ſcripta ſententia habetur, à juro, q. quod vim juramenti habet; omnes quaſi juramento quodam obſtringens: vel in quod omnes naturâ juraſſent, Lov och ræt. Inde *jus humanum, jus divinum.* Aliter à juſſu, q. quod communibus ſententiis juſſum eſt: vel ſimpliciter quod jubent Dii, ut fas quod fantur. Item jus q. Jovis os, vel immediatè à Ζεὺς Juppiter.

Jurè, adverb. pro cum jure, med ræt. *Jure hoc affirmat.*

Juſtus, a, um, quod jure fit & conſtat, rættferdig. *Juſta cauſa. juſtum ſupplicium. juſtum eſt hoc fieri. juſtus vir qui nihil contra jus facit*, rættferdig Mand. Sic *juſtus judex.* Inde accipitur pro convenienti, til maas de / til paß. *Juſta rei magnitudo. juſtum opus. juſta gloria. juſtum prælium. juſta eloquentia*, & *juſtus vades*, vederhafftig / god nock. Sic *juſtus dominus*, qui alicui jure dominus eſt, & ad differentiam ab eo qui alienus Dominus eſt, non jure, rette Hoßbonde och Herre. *Juſta materfamilias*, den rette Huſtru och Moder i Huſit: ad differentiam pellicis. Item, *juſti dies* dicebantur triginta dies à judice dati debitori ad quærendam pecuniam quâ non conquiſitâ, debitor addicebatur creditori. Item *juſti dies* in bellis ſuſcipiendis, triginta dies erant ab eo die, quo res repetebantur: quibus non redditis bellum apertè indicebatur, haſtâ in fines hoſtium conjectâ. *Juſtæ nuptiæ*, quæ jure & ſecundum legem fiunt. *Juſti liberi*, qui jure ſunt liberi, h. e. legittimi ad differentiam nothorum. *Juſtus dolor*, qui jure ſuſcipitur. Juſtè, ſtius, ſiſſimè, modo juſto, rættferdeligen. *Juſtè fecit: juſtè imperat.*

Juſtò, adverb. Quint. idem.

Juſta, orum, n. pl. exequiæ & inferiæ, quæ juſtè & ſuo quodam jure fiunt benemeritis, Sødis begengelſe. *Paterno funere juſta ſolvit.* Item translatè *juſta reddere*, eſt opus debitum & conſultum q. quæ debemus jure quodam, perficere. Et *adjuſta perducere*, eſt ad juſtum laborem, til ſit fulde arbeid och gierning.

Juſtitia, f. p. Juſti virtus habitus & actus, rættferdighed.

Compoſita.

Injuria, æ, f. p. nulla juris ratio, wrett. Item injuria. Adverbial. nullo jure, ingen rett / med wrett. *Ego tibi injuriâ ſum ſuſpectus.*

Injurioſus, a, um, injuriæ plenum. Ut, *injurioſus ictus, injurioſa vita. homo injurioſus*, qui injuriam infert, ſom giør wrett. *In proximos injurioſus eſt.*

Injuriosè, injurioſiùs adverb. modo injurioſo. Ut, *injuriosè eos tractavit*, hand giorde dem ſtor wrett / handlede ilde med dem.

Injurius, a, um, quod nullo ſit jure, wrett. *Injurium eſt me illi iraſci: homo eſt ſibi ipſi injurius*, giør ſig ſielff wrett / i. e. injuria afficit.

Injuriè, adverb. Nævio pro injuriosè.

Perinjurius, Apulejo valdè injurioſus.

Injuſtus, non juſtus, wrettferdig: *homine imperito nihil injuſtius.* Item quod juſtam magnitudinem excedit, quodq; q. indebitum eſt, Alt forſtort / formegit / wbilligt: *Injuſto ſub faſce viam dum carpit miles. ira injuſta*, quæ modum excedit.

Injuſtè modo injuſto, wrettferdeligen. *Injuſtè facit.*

Injuſtitia, æ, f. pr. injuſti vitium & habitus, wrettferdighed. *Injuſtitia mea hominem ejeci.*

JUS, juris, n. t. pr. gen. prod. liquor cocti cibi, à ζέω ferveo, bullio, unde ζέμα decoctum: vel ſimpliciter à ζῶμος ejusdem ſignificationis, Sod / Spai.

Juſcum, Apul. idem.

Juſculum, n. ſ. idem, vel cum quadam diminutione.

Jurulentum, quod jure coctum eſt, Mad med ſød paa / ſøden i ſodt.

Juſculentus, & jurulentus, a, um, quod eum vel in jure coctum eſt. Ut, *caro juſculenta & jurulenta*, Kiød med ſodt paa / Kiød i ſaad.

JUVENIS, com. t. pr. corr. antiquis Junis, unde comp. Junior, qui per ætatem laboribus & muneribus Reipub. Idoneus eſt, à juvando quod juvet ſic dictus, Før karl / Før piige / ført Folck / ført Menniſke. Item adjectivè, quod eſt juvenis ætate & viribus, Ung / før / ſterck. *Anni juvenes: ovis juvenis*, quæ quinquennis.

Sic

Sic *juvenis ſervus, juvenis, ſerva, mulier. Cornelia juvenis eſt & adhuc parere poteſt.*

Juvenalis, le, om. t. Plin. quod ad juvenes pertinet. Ut, *juvenalis fama. Dies juvenalis*, qui à juvenibus celebratur primo die poſt elapſa Saturnalia. Et abſolutè *Juvenalia* plu. n. ludi erant, qui pro ſalute juvenum celebrabantur.

Juvenilis, le, om. t. quod ad juvenem pertinet. Ut, *ætas juvenilis*, **førr och ſterck Alder/ Vngdoms Aar.** *Robur juvenile, vires juveniles, ludi juveniles.* Et comparativè: *Silenus ſuis ſemper juvenilior annis.*

Juveniliter, modo juvenili, **ſaa ſom en vng før Karl/ Kaad/ Kaſk.** *Hannibal juveniliter exultans.*

Juveneſco, n. t. juvenis fio. Ut, *illius à tactu Pyleus juveneſcere poſſit.* Sic *vitis juveneſcit.* Et *juveneſcunt ætate glires.*

Juvenor, aris, d. p. Hor. juvenum more ago, **handler/ læger/ er lyſtig/ ſom vnge karle pleje.**

Juventus, tutis, f. t. ætas eſt juvenilis, **Vngdom/ Vngdoms Aar.** *Juventutem ſuam exercet.* Item juvenum multitudo, **Vngdommen.** *Ex hac juventute generum ſibi eligat.* Sic *juventutem laboribus erudiunt.* Item juventus, Dea juventutis. Ut, *ædes juventutis in circo maximo.*

Juventa, æ, f. p. idem.

Juventas, atis, f. t. Lucret. pro eodem. Item Dea juventutis.

Juvencus, ci, m. ſ. bos junior, & qui nondum ad juſtam magnitudinem excrevit, **Studling/ Vng nød/ Vng ſtud.** Dicitur & de hominibus pro homine juvene. Ut, *te ſuis matres metuunt juvencis*, i. e filiis juvenibus.

Juvenca, f. p. idem in ſexu fœmineo, **Qvie.** Et *Graja juvenca*, i. e. Graja puella, **Vng Pige.** *Gallina juvenca*, **vng Høne.**

Juvenculus, & juvencula, parvus juvencus, parva juvenca, tam de hominibus quam de bobus.

Junius, menſis à Junioribus dictus, qui armis rempubl. tutabantur.

Junix, icis, f t. bos fœmina junior & quæ nondum ad ſummam magnitudinem pervenit, **Qvie/ vng Qvie.** *In flamma junicum omenta liqueſcunt.* Plautus etiam tranſtulit ad Philocamaſium meretricem, ubi ait allegoria quadam: *ad ſtabulum junix recipiat ſe è papulo.*

Juniculus, m. ſ. Plin. palmes vetus, & ad quartum usq; pedamentum porrectus & maſculetis Idoneus: dictus Juniculus per appoſitionem palmitis novelli, q. qui non eſt novellus, ſed grandior.

JUVO, as, juvi, jutum, act. pr. corr. opem fero & beneficio afficio, à Jove, opis & beneficiorum collatore, **hielper.** *Opera & conſilio te juvabo: claſſem hoſtium commeatu juvat*, **hielper paa.** Et paſs. *multum his ego juvor*, **huſſ uer gaffn oc hielp aff.** Item, translatè animum delecto, **forløſter.** *Juvantur aures*, i. e. delectantur, **for lyſtis / haffuer lyſt aff.** Item impersonal. *Juvat* pro volupe eſt, & delectat, **det behager/ er kiert.** *Juvat ebaſiſſe tot urbes. Juvat me*, & antiquè *juvat mihi.*

Juvamen, inis, n. t. & juvamentum, n. ſ. quo quis juvatur, **hielp.**

Jumentum, n ſ. animal quodcunq; , quod operam magnam adjuvat vectando aut arando, ut ſunt, equi, boves, aſini, cameli, &c. **Arbeidz Hæſt och Bæſt.** Item tropicè vectabulum ipſum dicebatur Jumentum, quod adjunctis jumentis trahebatur.

Compoſita.

Adjuvo, vas, ad faciendum aliquid juvo, **hielper til.** *Palæſtra multum adjuvat hiſtrionem: literæ adjuvant ad percipiendam colendamq; virtutem: adjuvare aliquem in collocatione filiorum: in eo te adjuvabo: me lacrymis ſuis adjuvit: auxiliis & copiis ipſum adjuves: confectio cibi etiam à lingua adjuvatur: in dicendo à Magiſtro adjuvatur.*

Adjumentum, ti, n. ſ. quo adjuvamur. Ut, *hîc adjumenta habet à natura rerum gerendarum.*

Adjutabilis opera, Plaut. quæ adjuvat.

Adjutor, oris, m. t. qui adjuvat, **tilhielpere.** *Adjutor belli, adjutor in conſiliis, in rebus agendis. Adjutor auctorq; ſententiæ: ſe præbet adjutorem ſcelerum.*

Adjutrix, icis, f. t. quæ adjuvat. Ut *conjux adjutrix, fortuna adjutrix conſiliorum bonorum.*

Adjutus, a, um, quem adjuvimus. Ut *alter ab altero adjutus.*

Adjuvandus, quem adjuvare debemus.

Adjutorium, rii, n. ſ. Val. Max. quo quis adjuvatur, **hielp.** *Adjutorium Deorum*, qui adjuvant Dii. *Adjutorium ſenectutis*, quo adjutur ſenectus.

Adjuto, as, idem quod adjuvo.

Adjutor, aris, d. pr, antiquè idem quod adjuvo.

Dejuvo, as, Plaut. non juvo. Ut, *deſerere illum & dejuvare in rebus adverſis pudet*, **Slaa handen aff hannem/ forlade hannem.**

Præjuvo, as, priore loco aut tempore juvo. Ut, *præjuvit affectam ejus fidem.*

L.

LABARUM, ſive laborum, duab. per ſyllabis correptis auctoritate Prudentii, n. ſ vexillum erat angustius, primum ante ſuperſtitioſos Imperatores in bello geſtari ſolitum, inde etiam ante Chriſtianos inſertâ cruce aut imagine Chriſti, tantaq; majeſtate, ut à militibus adoraretur: Sic dictum vel quia laborantibus aciebus ſubveniret vel quia in eo deferendo, exercituq; luſtrando, milites qui illud alternis vicibus veherent, maxime laborarent. Sed & aliis peregrina habetur dictio.

LABOR, aris, dep. t. priore productâ; propriè de aqua leniter ſenſimq; deorſum movente, à ſono ficta voce, quem inter actum iſtum facit, ut Græcorum λάπτω ſimili ratione de lambentibus canibus, **falder eller ſeigner ſaa ſacteligen ned/ glider eller ſkrider neder/ lacker frem/ løber ſaa ſact.** *Labitur flumen: labitur amnis.* Inde de ſenſim moventibus, ad finem vel terminum, aliisq; in lubrico loco pro ruentibus, **ſkrider/ glider.** *Labitur cœlum: labuntur ad æthere pennæ. labitur occultè annus: labuntur dies.* Item labi etiam piſcium eſt & ſerpentum, ut *labitur anguis*, **ſkyder ſig frem/ glider frem/ ſmuter.** Item translatè, *labitur dolor ad oſſa*, **falder ind paa.** *Labitur diſciplina*, **falder hen ſaa ſacteligen / forgaar.** *Labitur in multis Epicurus*, pro errat, **hand falder/ faar vild / forſeer ſig.** *Memoriâ labitur aliquis*, **ſlar feil paa hukommelſe/ huis hukommelſe ſlar feil.** Aliter labor à labore q. cui ſuccumbo.

Labilis, le, om. t. quod facile labitur, ἄδηλον.

Lapſio, nis, f. t. labendi actus, **fald/ ſkridt.** Proclivitas in malis quandam innuit lapſionem.

Lapſus,

Lapſus, us, m. q. idem quod lapſio. Ut *lapſu ſcalarum exanimatus eſt: dracones lapſu effugiunt*, gang/ løb/ ſkridt. *Lapſus rotarum ſubjiciunt pedibus*, i. e. labiles rotas, quibus ſubjectis facilius laberetur ingens iſte ligneus eqvus.

Lapſo, as, n. p. ad lapſum proclino & ſubinde labor Seigner/ ſnubler/ tumler/ falder i daa och daa/ ſeiner. *Traxit lapſantem in ſanguine nati*: Et *lapſantem greſſum firmabit*, ſtyrckede och feſtede ſin ſkrøbelig och ſnublende gang.

Labo, as, n. p. priore correpta, mutata ſcilicet quantitate primitivi: Idem quod lapſo. Et translatè, vires labant, de gaa paa fald. *Mens, animus labat*, ſindet/ modet falder/ famler. *Conſilium labat*, falder/ famler/ bliffuer til intet. *Sermone labat*, i. e. inconſtanter, timidè loquitur, famler i ſin ord och tale. Item ruo ſeu repentè cado, falder med en Heſt. *Labat janua crebro ariete: genua labant: ædes labantes.*

Labaſco, n. t. idem quod labo. Et translatè, *labaſcit ſidus uno verbo.*

Labaſcor, dep. t. Varr. idem.

Labes, is, f. t. pr. prod. vitium, quo q. aliquid labitur & corrumpitur, fald paa noget/ knæg ſkade och forderff. *Labes agri*, eſt vitium agri ex hiatu & terræ motu, tempeſtate, eluvie, ſkade paa Jord och Agerland. Sic *labes domûs, labes parietis, labes tecti*, Indfalden eller vdfalden huul paa huus/ væg/ och tag. Et translatè *labes civitatis, labes provinciarum*, fald och ſkade paa By och Land. Item expreſsâ materiâ: *labes mali*, fald til det onde. Item translatè labes pro macula ex ſtillato humore, Spilt drobe/ plette/ ſmitte paa noget. Et rurſus translatè ad animum & inanimata: *labes animi, labes dignitatis*, Smitte i ſindet/ ſmitte i ſtat och verdighed. Et expreſsâ materiâ: *labes turpitudinis, ignominiæ, libidinis, inconſtantiæ*, Smitte formedelſt noget ſaadant.

Labecula, f. p. parva labes; tum propriè, tum translatè.

Laboſus, a, um, antiquè, pro labe affectum, ſeu in quo quis facilè labi poteſt. Ut, *iter laboſum & lutoſum.*

Compoſita.

Allabor, eris, dep. t. juxta labor; vel ad aliquid labor & fluo. Ut, *Siculis allabitur oris.* Sic *humor allapſus extrinſecus*, ut in tectoriis videmus, Auſtro ſudorem imitari poteſt, ſom naar veggene och ſtene ſlaas vd och ſvæde.

Collabor, idem quod labor vel ſimul cum alio labor. Ut, *fugiens collabitur: clanculum collapſus eſt in corruptelam ſuam.*

Collabaſco, Plaut. idem quod labaſco: vel ſimul ſeu unà labaſco. Ut, *ſi labant res laſſæ, itidem amici collabaſcunt.*

Delabor, ris, deorſum labor, falder neder/ ſeiner. *Cælo & cælo repentè delapſus.* Et translatè *in iſtum ſermonem delapſus eſt*, kommen i/ falden i. *In morbum delabitur. Oratio conditio ejus delabitur*, bliffuer borte/ henfalder/ faar ende/ bliffuer til intet.

Dilabor, ris, quaſi diverſim & ſenſim labor, falder hen eller neder/ ſaa ſacteligen/ daa och daa noget. *Domus deſerta dilabitur: aqua dilabitur.* Et translatè *dilabuntur amici*, vnddrage ſig ſaa ſacteligen/ en effter anden/ ſnige ſig bort. *Dilabitur oratio*, falder aff och bliffuer til intet. *Mundus ſenectute dilabitur*, ſlides och bliffuer henne.

Dilabidus, a, um, Plin. quod facile dilabitur, Affeldig. Veſtes ex *pellibus leporinis dilabidæ ſunt.*

Dilapſus, a, um, part. Ut, *dilapſa aqua: dilapſus mpidè fluvius*, ſaa ſacteligen er bortfalden eller fløbt.

Elabor, eris, extra labor & evado, vndgaar/ vndløber/ ſlipper vd. *E manibus labitur: elapſus de cæde Pyrrhi Polites. Elapſus ſum periculis. Elapſus mediis hoſtibus.* Et translatè *elapſa eſt ſpes: uſitata res facilè è memoria elabuntur.* Item participi: *hæc de manibus elapſa in alterum annum redundat*, vndloben/ vndſluppen.

Illabor, eris, pſus, quaſi in loco vel in locum labor, falder i/ falder hen til. *Fluvius illabitur mari: illapſus eſt in hoſtes.* Et translatè *voluntas ad ſenſus illabitur.*

Illapſus, a, um, q. illabendi actus, tilfald. *Humoris illapſus.*

Perlabor, eris, labendo venio, falder hen til. *Sanguis ad cor perlabitur.*

Prælabor, eris, ante labor, aut præter labor & præter fluo. Ut, *mœnia Romana prælabitur Tybris.* Et translatè *prælabitur tempus.*

Præterlabor, eris, præter aliquid labor, fluo, falder/ flyder frem for. *Præterlabitur unda Sicanos.* Sic, *res hac præterlabitur antequam percipitur*, i. e præterit.

Prolabor, eris, d. t. quaſi porrò labor & eo. Ut, *canis ad caudam ſerpens prolabitur Argo.* Et translatè, *prolabor timore. Prolabor in orationem longius: prolabor ad orationem*, ſkrider och kommer ſaa ſacteligt til. Item labendo cado ex lubricitate loci, vel lapſo, Snubler eller falder och ſtyrter.

Prolapſio, onis, prolabendi actus, ſkriden/ ſnubling/ fald.

Prolapſus, a, um, ut *prolapſa Pergama: equus prolapſus*, ſom er falden och ſtyrt.

Relabor, eris, retrorſum labor. Ut, *in ſinus noſtros relabere formoſiſſime.* Et translatè, *furtim in Ariſtippi præcepta relabor.*

Sublabor, eris, ſenſim labor. Ut, *omnia retro ſublapſa inferri*, falder ſaa ſact hen/ tvd effter tvd.

Subterlabor, eris, idem quod elabor ſeu clanculum effugio, ſniger hen. *Subterlabentem ferire non potuit. Subterlabentia flumina muros* per Hyphen pro ſubter muros labentia flumina.

Translabor, trans aliquid labor eo, volo. Ut, *Diva potens uno volatu tranſlapſa eſt.*

LABOR, & antiquè labos, oris, m. t. pr. corr. ſtudium & opera, quæ labanti rei impenditur: Et ſimpliciter omnis opera, quæ cum fatigatione ſuſcipitur quaſi in qua quis labaſcit, à labo, vmag/ mødſomt/ arbeid/ trælen *Labor improbus omnia vincit. labor exercet apes.* Et tropicè ex adjuncto, moleſtia, calamitas, periculum, møde/ elendighed och fare. *Multis laboribus ſum jactatus: ſeries immenſa laborum.* Aliter à λαμβάνω, λήβω, capio, quod eum ad operam ſeſe invitarent dicebant: λάβωμεν, jam fructum capiamus, dictio ſcilicet ad ſolatium agricolarum. Item à λύπη, dolor moleſtia, λυπηρὸς moleſtus.

Laborioſus, a, um, ior, ſiſſimus, labore plenus & abundans, trælſom/ arbeidſom. *Laborioſus homo*, qui multum laboris ſuſtinet, ſom arbeider flittig och tager ſig altid ſtore gierninger for/ henger i gierning. Induſtrium dicimus laborioſum. *Laborioſus ager: laborioſum rus*: quod multum requirit laboris, fuld aff arbeid och træl. Sic *laborioſæ exercitationes* quæ plenæ ſunt laboris.

Laboriosè, sius, sissimè, modo laborioso & cum labore, med stor træl och wmage/ gandske flitteligen. *Laboriosissimè accusavit ipsum.*

Laboro, as, n. p. laborem impendo, arbeider / træler. *Jugiter fodiendo laborat: in hoc laborandum est.* Etc um adjectione, *arma laborat*, pro laborando arma conficit. Item translatè ad animum ejusq; vires, operam singularem adhibeo, paa Arbeider / giør mig wmag for noget. *Laboravi, ut vos decerneretis: non multus de his laboro,* Jeg tager mig ingen wmage / sorg eller omhu til der om/eller derfor. Item ad morbos pro affligor, lider ilde/er siug/plagis. *Laborat febri, podagrâ, ex dolore puerperii, à frigore.* Et expresso subjecto: *laborat capite, manibus, podagra, ex renibus.* Sic, *civitas laborat vitiis*, er fuld aff synd och laster: *laborat re frumentaria*, haffuer mangel paa korn.

Laboratus, à, um, quod labore & opera insigni constat, paa Arbeidet / giort och handlet med flid och wmage. *Laboratus ager: laboratæ vestes: laborati libri.*

Lassus, à, um, quasi labore obrutus & fatigatus, træt och modig: *Lassus amore, lassus de via, lassus viarum. lassus è labore: lassus sum è navi. lassus sum animi.* Aliter lassus à langueo.

Lassulus, a, um, Catul. aliquantum lassus.

Lassitudo, s. t. lassi affectus, trætheed/møde. *Nulla lassitudo impedire debet officium & fidem.*

Lasso, as, act. p. lassum facio, trætter / giør træt/ mød/møder. *Lassat dominum supplicibus libellis: lassat brachia aquis.* Et passivè, *in molli lassor arena.*

Lassatus, a, um, quem lassavimus, trættet. *Lassata viris nondum satiata recessit.*

Lassesso, is, Plin. n. t. lassus fio, trættis.

Composita.

Adlaboro & allaboro, as, valdè laboro. Ut *adlaborasse se Bruto probat.* Item alicui rei per laborem aliquid adjicio. Ut, *simplici myrto nihil adlabores.* Ponitur & pro adjuto.

Delasso, as, idem quod lasso. Vel omnino lasso.

Delassatus, a, um. Ut *labore delassatus*, giort træt.

Prædelasso, as. Ovid. ante delasso. Ut, *opposita moles prædelassat incursus aquarum*, Suecker.

Elaboro, as, valdè & sollicitè laboro seu laborando efficio, legger stor vind paa / konsteligen forarbeider/ giør ferdig / før til veje / kommer aff sted. *In propulsandis amicorum injuriis elaboravimus: elaboravit in literis: elaborare opus aliquid.*

Elaboratio, onis, elaborandi actus, wmmage / paa Arbeidelse. *Hæc sine elaboratione reperiri non possunt.*

Elaborator, oris, qui elaborat; en flittig paa Arbeidere.

Elaboratus, a, um, quod elaboravimus, flitteligen giort och forarbeidet. *Oratio elaborata: versus elaborati: elaboratus amor. Omne curriculum nostræ industriæ in foro elaboratum est*, i. e. absolutum & perfectum.

Inelaboratus, á, um, Quint. non laboratus, huor paa intet er arbeidet/ wforarbeidet/ raa/ groff.

Elassesco, scis, Plin. lassus fio. Et translatè *in arboribus nimia germinatio elassescit.*

Illaboratus, a, um, q. sine labore & diligentia confectum, wforarbeidet/ huor paa intet er arbeidet/ ingen flid er paalagt / groff och whøfflet. *Versus illaboratus*, cujus dictio inelaboratæ similis & solutæ orationi.

LABRA, orum, cujus singulare labrum, n. s. pr. com. sunt extrema oris, quibus cibos capimus & libamus à λαμβάνω capio, læber/ lipper. Et translatè, cujusvis rei extremitates, bredde. *Labra fossæ: labra fluvii: labra vulneris.* Item labrum, vas ad formam oris humani & labrorum factum. Ut, *labrum si in balneo non est, fac ut sit.* Labrum & labellum, in quo infantes lavantur, løffe uetrov. Item quodvis aliud vas amplum & patulum, balle eller anden stor viid kaar. Unde *labrum vinarium, olearum, lupinarium* de quibus suis locis.

Labellum, parvum labrum, & pro ore humano & pro vase.

Labrosus, a, um, Celsi quod extremitates habet velut quædam labra prominentes. Ut, *ferramentum in summa parte labrosum.*

Labeo, nis, m. t. labris insignis vel monstrosior, flab.

Labiâ, orum, cujus singulare labium, n. s. & antiquis Labiæ in fœm. idem quod labra pro extremo oris.

Labrusca, æ, f. p. vitis agrestis, sic dicta, quod in agrotum labris, h. e. marginibus & sepibus nascatur, videlicet à labris & extremitatibus rerum quibus se claviculis suis applicat: vel quod sapore acerbo labra lædat. Legitur & in neutro labruscum, Vildt Vintræ.

Composita.

Collabello, labra adjungo apud Laberinum. Ut *collabello osculum*, i. e. junctis labris osculor.

Sublabro, as, antiquè, cibum intra labra mitto. Ut, *sublabrabo esui illud sinciput.*

LAC, tis, n. t. Et antiquis hæc lactis & hoc lacte: succus maternus, quo nutriuntur fœtus à γάλα γάλακτος, detracto capite, ejusdem significationis: vel etiam simpliciter à Lacio, quasi quo alliciantur infantes, Melck.

Lactes, ium, f. t. pl. proprie pingue illud album, quod intestina ambit in homine & ovibus: Inde intestina graciliora in homine & ove per quæ labitur cibus, à lacte propter mollitiem aut candorem pinguedinis: vel immediatè à Lacio propterea quod cibum alliciant, Tarme eller smaa tarme i Menniske och Faar. Lactes agninæ. Item lactes in piscibus dicuntur semen candidum ac lactescens, Melcken vdi Fisk. Item ex Gazæ interpretatione idem quod Græcis Mesenterium & Mesaraum: in medio scilicet intestinorum situm corpus membranosum, ea complectens ac colligans, Meggeren.

Lactarius, á, um, quod lac in se habet. Ut *animal lactarium*, quod lactis causa pascitur. Lactana bos, Melckekoe. *Herba lactaria*, quæ succum habet lacteum. Et absolutè *Lactarius*. Spart. dicitur, pistor qui cibos ex lacte conficit. *Lactaria columna*, Romæ in foro olitorio, sic dicta, quod ibi infantes lacte alendos, deferrentur. Item absolutè lactaria, nomen herbæ.

Lacteus, á, um, quod lacte constat, ut *cibus lacteus*, Melck mad. *Porcus lacteus*, qui adhuc lactet seu lac sugit. Item lacteus translatè candidus, ad modum lactis, huid som Melck. *Collum lacteum.* Et *lacteus orbis seu circulus* in cœlo à candore sic dictus.

Lacteolus, a, um, aliquantum lacteus. Ut, *lacteolæ puellæ*, i. e. candidulæ: *folia lacteola.*

Lacteo,

Lacteo, es, n. ſ. lac ſugo, dier/patter. *Romulus lactens.* Sic *porcus lactens*, diende gruß. Et translatè lacteo, candorem lactis refero. Unde *lactentia frumenta*, quæ albeſcunt & lactis colorem referunt.

Lacteſco, n. t. in lac convertor. Ut, *cibus matrum lacteſcere incipit.* Item lacte impleor. Ut, *aſinæ prægnantes continuè lacteſcunt.*

Lacto, as, act. p. mater lac præbeo, giffuer dii. Unde *mulier lactans*, Quinde ſom giffuer dii. Et translatè lacto, pro ſvaviter detineo, ut ſolet mater lactans infantem, holder op / tavgner med ſøde ord. *Dolis me lactas.* Et ſimpliciter *amicos meos lactat*, holder op med ſøde ord.

Lactantia, Celſ. omnia quæ emittunt lac: vel cibi quicunq; lactarii.

Lactatus, tus, m. q. actus lactandi. Ut *muræna lactatu pinguescunt*, ſ. quo lactantur.

Lactoris, nomen herbæ intus lactis plenæ.

Lactuca, f. p. nomen herbæ acetariis expetitæ: ſic dicta, quòd abundantia lactis exuberet, Lackfuck.

Lactucula, Columel. deminutivè.

Compoſita.

Collactaneus, m. ſ. qui iisdem mammis eſt nutritus, ſom dier aff bryſt med anden.

Collacteus, qui uno & eodem lacte utitur, dricke ens Melck.

Elacteſco, Plin. ad modum lactis albus fio, ſed & legitur iſto loco, lacteſco.

LACER & lacerus, a, um, pr. corr. quod ſciſſum eſt vel diſcerptum, à λακέω ſtrepitum ſeu crepitum edo, unde & λακὶς pro ſciſcura facta cum crepitu, & pro fruſto panni lacerando avulſo: Et tandem ipſum verbum λακίζω pro lacerò, ſcindo & ſcindendo ſonitum edo, Reffuen/ palte. *Veſtis lacera*: *homo lacer*: *corpus lacerum*, quod membro aliquo truncatum eſt, q. d. Itt Menniſke der er ſlitt och Reffuen och miſt nogen lem. Aliter lacer à λαξαεὸς laxus vacuus.

Lacero, as, act. p. lacerum facio, Slider och riffuer i palter. *Hominem lacerat*, ſlaar och riffuer hannem ſlet i palter / ſkam ferer en paa hans legeme. Et expreſsâ formâ: *lacerare morſu*, Riffue och ſlide med Tænder: *Lacerare unguibus*, Riffue och ſlide med fingre/ negle. Item translatè ad animum: *lacerare hominem male ſuadendo*, giøre hannem ſtor harm/ føre ham i wlycke och klammeri. Sic *lacerat me meus mœror.* Item *lacerare patriam*: *lacerare Rempublicam.* Item *lacerare rem ſuam*, eſt abſumere bona ſua, ſpilde och fordoje. *Lacerare diem*, eſt in vanum conſumere, ſpilde dagen wnøttelig.

Laceratio, onis, lacerândi actus, Riffuen/ riffuelſe och ſliden. *Laceratio genarum muliebris*, qua genæ lacerantur. Et, *laceratio corporis*, quâ corpus laceratur.

Laceratus, a, um, quod laceravimus, Reffuen och ſlitt. *Corpus laceratum*, *pecunia laceratâ*, quæ variè diſtracta eſt, & quidem non ad veros uſus ſed indignos.

Lacerna, æ, f. p. veſtis quæ tunicæ inducitur adverſus aëris injuriam, Vanderkap / Regenkap/ Regenkaabe: ſic dicta, quòd lacera appareret licinià ſeu fruſtris panni alarum modo inſignita, ſaa ſom en Rabiner Raabe eller Kappe med ſlact Ermer ſom Vinger. Feſto quod ſit imminuta & q. lacera capitio. Iſidoro dicitur pallium fimbriatum & militare, lacerum quaſi amputatis capitibus fimbriarum, neq; ita laxis ut ſunt penularum. Aliter à λαξαεὸς laxus.

Lacinia, æ, f. p. pars veſtis flexuoſa, ſinuoſa aperta & quaſi lacera, & quam modò in humeros, modò etiam in ſinum recolligimus ad portandum aliquod: ejusdem ſcilicet originis cum lacer à λακέω vel immediatè à λακὶς quod ſignificat fruſtrum panni, ſaa ſom flug / ſuøb/ filtning/opſlag/ och ſide flaſker. Et translatè Columel. dicuntur *ægrota pecora in lacinias diſtribui*, i. e. in partes ſeparari.

Laciniatus, à, um, quod laciniis conſtat. Ut, *laciniata veſtis*, vidø klæder/ eller klæder med ſuøb opſlag/ flaſket kiortel.

Laciniatim, Apul. pro particulatim & ſeparatim.

Lacinioſus, a, um, q. laciniis abundans: ſignificatq; amplum & ſinuoſum. Ut, *veſtis lacinioſa*, vidø eller foldet klæder. Et translatè *lacinioſa urbs*, quæ vicis pluribus conſtat, By med mange ſtreder vdi/mange krinckel kroge. Sic *lacinioſa conballis.* Et lacinioſa folia, quæ ſtriatâ ſunt, & variè ſinuoſa. Item oratio ſeu *diſputatio Lacinioſa*, pro tortuoſa & implicata, tale med mange krinckelkroge.

Compoſita.

Delacero, as, avi, partes lacero, riffuer / ſlider i ſynder. Et translatè, *delacerare rem alicujus fallacis*, ſpilde ens vilkor.

Dilacero, as, in multas partes lacero, ſlider ſmaaligen/ i mange ſtycker. *Ferè ipſum dilacerabant.* Et translatè, *dilacerare Rempubl. opes*, pro diſperdere, Slide/ riffue/ forderffue och fordoje.

Semilacer, a, um, dimidiata ſui parte lacer, halff reffuen eller ſlagen ihiel. *Cruore fluens ſemilacerq; tentat foro conſurgere.*

LACERTUS, ti, m. ſ. pr. corr. pars brachii, ſive inferior à cubito ad manum; ſive ſuperior à cubito ad ſcapulas, quaſi ad lacerandum habilis, vel quòd à corpore videtur laceratus, Arm. Et tropicè, vis, robur. Ut, *in lyſia ſunt lacerti, ſic ut nihil fieri poſſit valentius.* Sic *oratorii lacerti* pro viribus oratoriis. Item lacertus piſcis quidam è genere Scombrorum. Item ſerpentis genus. Aliter lacertus propriè dicitur Muſculus, cujus corpus conſtituunt fibræ à nervis & ligamentis extortæ & carni ſimplici intertextæ, quod ſpeciem præbeat lacertæ ſerpentis.

Lacerta, æ, f. p. & lacertus, ti, m. ſ. ſerpentis genus: ſic dictâ quòd brachia vel pedes habeat ad humani lacerti ſeu brachii ſimilitudinem, firban/øgle.

Lacertoſus, a, um, quaſi lacertis & viribus pollens, veldig/ ſterck. *Centurio pugnax & lacertoſus*: *fœmina lacertoſa.*

LACIO, is, pr. corr. verbum eſt antiqvum & abſoletum, nec niſi in compoſitis uſitatum: ſignificatq; verbis mulceo, blanditiisq; capio, à λακίζω pro blandior & adulor, locker ad noget. Unde & antiquis *Lax* pro fraus & *lacebra* pro ſeductio. Aliter à lac, q. lacte mulcio, ut ſit propriè matrum lacte mulcentium natos. Item propriè de ductu aquarum à λάκκαινω fodio q. foſſa facta aquas deduco: quam vim retinent quædam derivata. Item à λάω video, fruor, & quidem cum voluptate, q. aſpectu & voluptatibus in amorem iuduco.

Laceſſo, is, ivi, & per ſincopen laceſſi: Unde [laſſerunt & laceſſiſſe] laceſſitum, act. t. quaſi laciendo provoco: Idq; modò in bonam partem pro amice invito,

Venligen indbyder. *Me scripto, epistolis & literis lacessivit.* Sic *beneficiis lacessere.* Prodò in malam pro irrito & hostiliter provoco, Byder vd til at slaas / esser til stridt. *Lacessere hostem.* Sic *lacessere aliquem maledictis.* Et lacessere sermones pro tentare. Aliter à lacero quasi lacerando provoco: ut propriè sit hostium.

Lacessitus, a, um, quem lacessivimus, Vdfoderet / vdbøden. *Injuria lacessitus.*

Lacessendus, a, um, qui lacessi debet. Ut, *bello lacessendus est.*

Lascivus, a, um, lascivior: quasi qui nimium & importunè lacit & illectat à lacio: respectatq; modò vires animi & corporis, Koed / kielen: modò naturalium, løssactig / stickende paa kiødelig vellyst. *Lascivus animus: lascivus jocus: lasciva puella: lasciva capella.* Aliter à λάγνος ejusdem significationis.

Lascivè, modo lascivo.

Lascivia, f. p. lascivi habitus & affectus, Koedhed / kielenhed. *Lascivia maledicendi: lascivia orationis.*

Lascivibundus, a, um, Plaut. Lasciviæ plenus, in lasciviam propendens, løssactig / alt for koed.

Lascivio, is, n. q. lascivè me gero. Ut, *equus lascivit, pecudes lascivunt,* Ere kiøde / giøre sig lystige. Et translatè dicuntur *arbores lascivire,* cum nimia ubertate luxuriant.

Composita.

Aqualicium, cii, n. s. cùm aqua pluvialis (sive quæcunq; remediis quibusdam elicitur, quod in maximis siccitatibus aliquando factum creditur.

Allicio, lexi, licitum, q. ad aliquid lacio vel blanditiis invito, Tillocker. *Allicere voluntates alienas benevolentiâ: allicere benevolentiam & gratiam in domum suam. Dicendo mentes allicit: benevolentiam studiis allicere: allicere ad misericordiam: virtus nos allicit ad diligendum: ad se allicit & trahit ferrum magnes.* Legitur, sed admodum rarò præteritum allicuit, ut elicuit.

Allector, qui allicit. Ut, *allector captivorum.*

Allecto, as, act. p. idem quod allicio vel studiosè allicio. Ut *allectare equos sibilo, ut bibant.*

Colliciæ, f. p. tegulæ cavæ aquam è tecto defluam colligientes & excipientis, huul teigl / huul tagsteen / tagrender. Item sulci aquarii per quos aquam agris elicimus, Aggerrender / aggerrene / och vandforer / at vandet kand løbe vd fra kornet.

Colliquiæ, canales sunt qui defluentem ex stillicidiis aquam recipiunt, Rende vnder taget eller langs at taget.

Delecto, as, act. p. quasi valde lacio, ad me lacio, locker vd. *Fabius de nocte cœpit hostium castra oppugnare, hostem delectare.* Et translatè svavitate afficio & moveo. Ut, *me tuæ delectant literæ,* giør glad. Dicitur & impers. delectat.

Delectamentum, ti, n. s. quod delectat, i. e. jucundum & gratum est, løstig / kiert / sott.

Delectatio, onis, delectandi actus. Ut, *delectatio aurium, puerorum,* quæ aures, pueros delectat. *delectatio vitæ,* quæ vitam delectat.

Deliciæ, arum, f. p. plur. quæ hominem svavitate alliciunt, Leckerhed / løst / nydelighed. *Deliciæ epularum.* Et translatè. *Titus deliciæ erat generis humani.*

Deliciolæ, arum, Deminutivum.

Delicia, f. p. singul. apud Plautum idem.

Delicium, n. s. Martial. idem.

Delicatus, a, um, deliciis defluens & gaudens & qui delicias appetit, Lecker / kielen: sive in moribus, sive in cibis. Ut, *delicatus adolescens.* Et de rebus: deliciis plenum. Ut, *Delicati cibi, mores, voluptates,* Leckere / nydelige.

Deliquiæ, & singul. delicia f. p. lignum, quod à culmine ad infimas angulares tegulas fastigium versus collocatur, ut inde aqua pluvia deliquet.

Deliciatum tectum quod delicias habet.

Deliciares tegulæ dictæ, per quas defluxit delicuitq; aqua pluvia.

Delico, as, act. p. apud veteres pro explico, explano, interpretor. Ut, *delica mater, quid istuc sit.* Item dedico, unde *delicata* dicebantur Diis consecrata, quæ nunc dicata appellantur.

Delicus porcus, qui à mamma depulsus non amplius lactet, grüß tagen fra patten.

Elecebræ seu illecebræ argentariæ, veteribus dictæ sunt meretrices elicientes argentum amatoribus, Penge snalzere / penge snydere.

Elicio, elicui, elicitum, act. t. quasi extrorsùm lacio, vdlocker. *Elicio tibi lacrymas: verbum non potui ullum ex eo elicere: lapidum conflictu elicitur ignis: terræ viriditatem elicit herbescentem.*

Elices, f. t. sulci latiores ad eliciendas & corrivandas è segetibus aquas, Vandforer.

Electo, as, Plaut. studiosè elicio. Ut, *electabo quicquid illud sit.*

Elicito, idem quod electo, ἄδηλον.

Elicius Juppiter ab eliciendis evocandisq; fulminibus sic dictus.

Illecebra, æ, f. p. res quæcunq; qua allicimur, tillockelse / lockelse / lockerj. *Spes impunitatis, est illecebra peccandi. Illecebræ virtutis, libidinum, vitiorum,* quæ ad virtutem, libidines, vitia allicit.

Illecebrosus, a, um, qui illecebris plenus est & abundat.

Illecebrosè, & illecebrosius, pro cum illecebris. Ut, *istoc illecebrosius fieri nihil potest.*

Illicio, cis, act. t. quasi in rem lacio, locker til. *Adolescentes in fraudem illicit.*

Illecto, as, August. pro frequenter illicio.

Illectus, us, m. q. illiciendi actus, tillockelse / tillockning.

Illectus, a, um, quod illeximus, tillocket.

Illex sive illix, icis, óm. t. quod illicit, tillockende / tilbringende / tilskyndere / slockefugl. *Illex animi Venus. oculi illices* qui vim illiciendi habent.

Illicium, n. s. quo illicimur, tillockelse / tilleggelse. *Apiastrum apibus illicium.*

Inlices canales Festo in quos aqua confluit in viis lapide stratis q. quibus elicitur aqua, Rendesteen.

Inlicium Festo dicitur, cum populus ad concionem elicitur, i. e. vocatur. Et *inlicium vocare* dicebant antiqui ad concionem vocare.

Ipsullices & ipsillices, bracteæ & lamellæ quædam in virilem muliebremq; speciem expressæ, quæ & sacris adhibebantur quasi necessariæ ad faciendam rem Divinam seu ad conciliandum amorem: sic dictæ quod ipsum vel ipsam illiciant, saa som gillekrog.

Oblecto, tas, act. pr. idem quod delecto vel circum quaq; delecto, forløster. *Hæc senectutem oblectant.* Inde *oblectare se: oblectare animum. Oblecta te cum Cicerone: agricola-*

agricolatione ſe oblectat: ſpe ſe oblectat. Item *oblectare otium temporis*, eſt tempus otioſum & vacuum à rebus ſeriis traducere in voluptatem.

Oblector, aris, d. p. Cic. idem quod oblecto.

Oblectatio, onis, oblectandi actus, **forlyſtelſe.** *Oblectatio rerum occultarum, otii, &c.*

Oblectamentum, n. ſ. quicquid oblectat, quoq; oblectamur, **forlyſtning / forlyſtelſe.** *Oblectamentum ſenectutis.*

Oblectamen, nis, Stat. idem.

Pellax, acis, om. t. qui in fraudem pellicit ſeu fraudendi cauſa allicit. Ut, *pellax Ulyſſes*, **Bedragelig lockere.**

Pellacia, æ, f. p. pellacis affectus & vitium, **Bedragelig lockelſe.** *Nullam fugam reperit pellacia.* Et translatè *pellacia maris* pro tranquillitate maris qua homines allicit & concitato ſtatim æſtu decipit & in periculum vitæ conjicit.

Pellex, icis, f. t. quæ pellicit ab uxore maritum, **Gifft Mandz boelſkab / Horekone.** Aliter à πάλλαξ juvenca, & παλλάκη concubina.

Pellicatus, us, m. q. pellicis vita & exercitium, **Boelerj med en gifft Mand**

Pellicio ſive perlicio, cis, pellexi, ctum, act. t. in fraudem blanditiis ſenſim perduco, **Bedragelig locker en til.** *Per epiſtolam ſenem pellexit: facetiis pellexit eum.*

Pellicator Feſto qui pellicit & blanditiis in fraudem pellicit, **Bedrager/ tillocker.**

Pelliceo, es, Columel. ait, ſ. idem, ſed ſuſpecta eſt lectio.

Perlecto, as, Cic. ſæpè vel multùm perlicio. Ut, *egentes viatico & benignitate perlectabat.*

Perlecebra, bræ, Plaut. idem quod illecebræ.

Prolicio, cis, act. t. porro vel ultrà lacio & duco, **locker frem / leder frem ad / fremmi.** *Ejus amor per tenebras huc me prolicit.*

Prolecto, as, frequenter prolicio. Ut, *prolectare aliquem benignitate.* Et, *prolectare aliquem probris*, eſt provocare & laceſſere.

Sublecto, as, Plaut. act. p. expalpando demulceo. Ut, *ſublectare os* quod nos dicimus, **klapper och ſtryger en om Munden.**

LACRYMA, æ, f. pr. corr. Et antiquè daeryma, humor eſt, ex oculis ex dolore & animi amaritudine manans ac ſtillans, à δάκρυ, ejuſdem ſignificationis, **Graad / vand tåare aff øyne.** Inde translatè, *lacrymæ arborum*, dicitur ipſe humor naturalis, quem arbores interdum exſudando foris oſtendunt, **Safft / quåd eller ſued ſom gaar vd aff træer.** *Lacrymæ papaveris* quod aliàs opium dicitur.

Lacrymula, f. p. parva lacrymæ.

Lacrymoſus, a, um, lacrymis abundans, **grædefuldt / ſorgefuldt.** *Riſus lacrymoſus, funera lacrymoſa: Carmen lacrymoſum. fumus lacrymoſus*, qui lacrymas provocat. Et *lacrymoſa arbor, lacrymoſa radix*, quæ ſæpius vel multum lacrymæ emittit, **Deſkende eller ſvedende træ.**

Lacrymosè, modo lacrymoſo. Ut, *vena lacrymosè Criſpa.*

Lacrymabilis, le, om. t. lacrymas ciens, commovens, ſeu quod lacrymis proſequimur, **begrædelig / jammerlig.** *Bellum lacrymabile.*

Lacrymabundus, a, um. qui in lacrymas propendet, vel qui lacrymis immerſus eſt, **megit grædvon.**

Lacrymo, as, n. p. & dep. lacrymor, aris, lacrymas emitto, **græder.** Et translatè, *lacrymare* dicuntur *plantæ* cum ex iis humor diſtillat, **Vedſker.** Vitis lacrymans, **drybende Vinrebe.**

Lacrymatio, onis, lacrymandi actus, **græden.** Item morbus ſeu vitium oculorum diſtillantium. Ut *oculorum lacrymatio*, **naar øyne rinder.**

Lacrymatus, paſſivè apud Ovidium, ut *Myrrha cortice lacrymata*, quæ è cortice ad modum lacrymæ emiſſa eſt.

Compoſita.

Collacrymo, as, una vel cum aliis lacrymo. Ut, *complexus me ſenex collacrymabit.*

Collacrymatio, onis, collacrymandi actus.

Delacrymo, as, effusè lacrymor, **græder ſaare eller ſtedze.**

Delacrymatio, onis, delacrymandi actus. Ut, *oculorum delacrymatio*: ſcilicet cùm ad oculos humor quidam defertur, **flodr i øyene / naar øyene rinder.**

Illacrymo, as, idem quod lacrymo, vel in re aliqua lacrymo. Ut, *illacrymaſſe dicitur gaudio.* Et *illacrymare morti vel errori*, **begræde ens død / forſeelſe.** Item translatè, exſudo, de rebus ſcilicet ſenſu carentibus. Ut, *illacrymat mœſtum templis ebur, æraq; ſudant.*

Illacrymabilis, le, om. t. qui ad lacrymas vel miſericordiam commoveri non poteſt.

Superlacrymo, Columel. lacrymando irrigo, vel nimis lacrymas ſtillo. Ut translatè, *reciſus palmes ſuperlacrymat & germinantem cæcat oculum*, **lø ber offuer / dryber / væder.**

LACUS, us, m. q. pr. corr. Locus quo ex flumine ad aquandum & lavandum aqua excepta eſt à λάκκος foſſa fovea, ciſterna: vel ſimpliciter à lavo, **vanding / tucteſted.** Item locus in terra profundior & amplior aquis perpetuis ibidem natis atq; ſcaturientibus ſtagnans, & ſæpius rivos & flumina ex ſe demittens, **Søe.** Et translatè vas amplum in quod muſtum prælo expreſſum influit, **Vinhov / Vintrov eller Kar.** Item inde excipulus, quo cereviſia cocta ex alveo excipitur, **Tappe trov / tappe kar / tynde hov.** Item vas in quo cereviſia refrigeratur, **ſaa ſom gielkaret eller balle til at kiølne øll och drick vdi.** Item conceptaculum aquæ fabrorum, in quod metallum candens demergunt, **Smedetrov.** Item diſtincta capedo in granariis ſeparandis leguminibus, **huert gulff med korn / lagulff.** Item concepraculum, ubi calx rutro ſubigitur, maceraturq;, **Kalcktru / huor i mand ſlaar kalck.** Item capedo inter tabulati trabes, **det rum mellom bielckerne / vnder lofftet.**

Lacuſculus, m. ſ. parvus lacus & vas excipiendis vinis, **trov / lidet kar eller balle.**

Lacuſtris, e, om. t. quod in lacubus degit. Ut, *merula lacuſtris*, **ſuder.**

Lacuna, æ, f. p. foſſa ſeu locus depreſſior æquis aſcititiis ſtagnans, **hulle med vand i / døvel / ſump / vandſtaa / vandpudz.** Et peculiariter Lacunæ in agris, foſſæ ſunt ad ſiccandos agros paratæ, **Agerdøvel eller ſump / til at tage vand til ſig.** Item cavum in labro ſub naribus, **læbedøvel vnder næſen.** Item lacuna quævis foſſula vel concavitas, **hule.** Lacuna ſuperciliorum in equis, **Indſuncken hule offuer Beſtens**

Geſtens øyne. Sic lacuna pavimenti pro loco inſidente, Indſuncken hull paa gulff / gulffhule. Et rurſus inde translatè lacunà rei familiaris pro damno, breck och ſkade/ ſkaar. Item lacuna in auro, pro imminutione aliqua auri, vel fraude, breck / ſkade och forfalſkning.

Lacunula, f. pr. parva ſeu exigua lacuna.

Lacunoſus, a, um, lacunis plenum, fuld med huller / hylcker och døveler. Et translatè inæquale, wjeffn. *Figura lacunoſa: mundus habet nihil lacunoſum.*

Lacunatus, a, um, ad lacunæ formam depreſſum. Ut *tori lacunati.*

Lacunar, ris, n. t. trabs ſeu triclinii pars ſuperior, & idem quod lacus pro trabe, trabiumq; concamerata tabulatione, ex eo quòd lacus quadratus habeat. ſic enim fiebant lacunaria, ut in tabulato lacus in quadrum texti reddetentur, lofft eller rom och paneling / dynecken mellom bielkerne.

Laqueare per Antiſtoechon idem.

Laqueatus, a, um, laquearibus ornatus, Loffted/lagt med lofft/panelede eller dynnecker och ſtaffered lofft. *Cœnatio laqueata*, hualt ſtuffue eller kammer.

Lacuno, as, Ovid. act. pr. lacunar facio. Ut, *ſumma lacunabant conchæ.*

LAGENA, f. pr. corr. vas vinarium ad ferendum habile à λάγηνος ejusdem ſignificationis, Legel/ Flaſke. Laguncula *parva lagena.*

LAGANUM, n. ſ. λάγανον, placentæ genus ex ſimila & oleo, vel oleo loco, butyro, Meel kage.

LÆDO, dis, ſi, ſum, act. t. damno aliquid inſigniter affucio: idq; ſive verbo ſive facto à λῃΐζω prædor, depopulor: ut translata ſit vox à factionibus & raptu: vel à λάθω convitiis proſcindo, quaſi propriè de injuriaverbis illata, giøre ſkade paa noget / giør imod/ giør en ſkade. *Nunquam læſit niſi laceſſitus: injuſtè neminem læſit Os ei læſit. frigora te lædunt. lædere majeſtatem alicujus*, Skam fere ens Maiſtet/ højehed och ære. *Lædere manes alicujus*, eſt offendere: nimio ſcilicet dolore. *Hoc me lædit*, Jeg haffuer ont der aff. Aliter à λαιδεὸς procax, audax, q. de injur a procaci. Item vulgò à λοιδορεῖν conviciari, q. propriè conſiſtat in conviciando & famam alicujus rodendo. Item lædo q. dædo, ut dacryma lacryma, à δαΐζω diſcerpo, lanio, & diſcerpendo minutatimq; concidendo occido: quæ vis & notio manifeſta eſt in compoſitis.

Læſio, onis, lædendi actus. Ut, *læſio corporis humani, quâ corpus læditur.*

Læſus, a, um, quod læſimus, Skad. *Cor vulnere læſum.*

Compoſita.

Allido, dis, act. t. Rem vi magna ad aliquid concuſſam lædo & planè deſtruo, ſlider och ſlaar ihiel mod noget/ ſlider ihiel. *Allidere parvulos.*

Alliſus, a, um, quod alliſimus. Ut, *pars magna remigum ad ſcopulos alliſa interficiebatur*, ſtøtt / ſlagen/ knuget til. Et translatè, *in damnationibus inimicorum alliſus eſt.* Servius, i. e. læſus vel impegit.

Collido, dis, ſimul unà vel in unum aliquid commiſſum ac concuſſum lædo, ſlider eller knuger hart ſamen/ ett mod ett andet. *Collidere manus: pondere ſuo hæ preſſæ colliduntur: ictu vehementiore colliduntur.*

Colliſio, onis, collidendi actus.

Colliſus, us, m. q. idem. Ut, *colliſus margaritarum.*

Elido, is quaſi valdè lædo & lædens effringo ſeu perdo, Knuger ihiel / ſmaale ſlaar / ſmaale knuſer/ och giør til intet / ſlider ihiel: *Elidere angues manu præhenſas, elidere ſtirpes*, Skere/hugge/knuge/ knuſe/ ſlide och til intet giøre: *Poëtæ omnes nervos virtutis eliduni*, knæger: *animus ægritudine eliditur*, knugis/ ſlidis och ſlaas. Et *elidere crura*, Steile ledt fra lidt/ och ſmaaleſlaa Benene med itt hiul.

Eliſus, a, um, quod eliſimus, knuſet/knuget/ſmaaleknuſt/ ſlaget/ trygt/ forderffuet / brutt. *Caules eliſi: homo præ turba eliſus.*

Illido, dis, in oppoſitum ſeu in adverſum rem vi magna mitto frangoq;, ſlaar/ ſtøder hart mod noget eller til i ſlaar och ſtøder i ſynder / ſlider paa noget. *Illiſit caput parieti*, ſlag / ſtøtt op til veggen. *In lapidem caput illiſit.* Sic *navem ſcopulis illiſit.* Et *illidere dentem rei*, eſt imprimere, Biide ſaa det kiendis.

Illiſus, a, um, quod illiſimus, ſtøtt paa / ſlaget til noget. *Navis littori ſcopulis illiſa*, Skiff ſtøtt/ſlaget i Synder. Sic *æquora ſcopulis illiſa.*

Illiſus, us, m. q. illidendi actus.

Illæſus, a, um, quaſi non læſus, uſkad. *Illæſa gallina unguibus aquilæ: cupreſſus illæſa brumâ.*

Oblædo, idem quod lædo. Ut, *ne oblæſis manum*, i. e. ne oblæſeris.

Oblido, dis, quaſi circum, vel circumquaq; lædo premendo vel ſuffocando præcipue, trycker til ſkade / knuger/trycker ihiel. *Anguſtiæ fœtus oblidebant.*

Obliſus, a, um, quod obliſimus, knuget eller trycket ihiel/qualt: *Obliſus faucibus. Obliſa vox* pro interrupta & interciſa, fortagen Maal.

LÆNA, f. p. veſtis lanea & duplex, quæ tunicæ exteriori ſuperindui ſolebat, à χλαῖνα ejusdem ſignificationis detracta χ; eratq; vel militaris, en Krigs Kaabe eller Kappe/ vel auguralis, ſaa ſom en Chorkaabe.

LÆTUS, a, um, ior, tiſſimus. Vulgò à latus, quaſi qui latâ fronte & exporrecta ſeu latè diffuſis ſpiritibus, [qui in triſtitia contrahuntur] gaudium oſtendit: vel qui animo effusè elato ob rerum expeditarum eventum exultat, lyſtig och glad. *Læti juſſa capeſſunt.* Et cum caſu, *lætus eſt lucris.* Item tropicè, quod nos lætos facit, lyſtelig/glædeligt. *Læta ſeges, læta vites, læta oves, læta armenta, læta prata: læta domus.* Et *lætus pabuli ager.* Item lætum pro fauſto & fœlici, lyckeligt. *Læta exta, læta omina*, quæ lætitiam & bonum protendunt. *Læti dii*, i.e. propitii, *Templum illud intraſſe, lætum eſt.* Aliter à Græco λαῖτος, i. e. incolumis, integer, hilaris.

Lætè, Adverb. modo lætò, lyſteligen / glædeligen. *Lætè dicit: Lætius fruticat arbor.*

Lætitia, f. p. læti affectus, lyſtighed.

Lætitudo, veteribus idem.

Lætaſter, antiquè pro eo qui ſingit ſe lætum, ſeu lætitiam.

Lætor, aris, dep. pr. lætus ſum ſeu lætitiâ afficior, er lyſtig och glad/ glædis viid. *Triumphis lætatur.* Et cum genit. *malarum non lætor.* Item gerund. paſs. *puto tuum caſum lætandum magis quàm dolendum.*

Læto, as, antiquè act. pr. lætum facio, giør lyſtig och glad. *Triplici te lætabit bono.*

Lætiſco, ſcis, antiquè pro lætus fio.

Lætamen,

Lætamen, is, n. t. fimus quo ſtercoramus agros: ſic dictum quòd lætas faciat ſegetes, giøde/ giødning.

Compoſita.

Illætabilis, le, om. t. quaſi non lætus, injucundus ingratus & triſtis. Ut, *unda illætabilis*, wkier/icke behagelig/ſlem.

Perlætus, a, um, vehementer lætus. Ut, *ſupplicatio perlæta fuit.*

LÆVIS, e, om. t. quod planum eſt, & æquale, cujuſq; partes ubiq; ſunt æquabiles, à λεῖος ejusdem ſignificationis, jeffnt/ ſlett/glat. Lævis clypeus. Et lævis pumice pro molli & effœminato: q. qui pumice corpus lævigavit, lævis braſſica, ſlett kaal. Item translatè glabrum & ſine pilis, ſlett / baar. Os læve, barmundt. *Frons lævis*, ſlett och bar pande. Sic *vir lævior fœminâ* mere bar om munden.

Lævitas, atis, f. t. rei lævis affectio & ratio, ſlethed/ barhed. *Lævitas inteſtinorum* eſt continua eorum & æquabilis ſuperficies cibos incoctos elabi ſineus, Bugløff.

Lævor, ris, m. t. idem quod lævitas.

Lævo, as, Stat. & Celſ. act. p. lævefacio, ſletter / glatter. Exaſperata lævat.

Lævatus, tior, tiſſimus, Gell. quod factum eſt læve ſeu quod lævavimus.

Compoſita.

Allævo, as, act. pr. Columel. Idem quod lævo. Ut, *plaga, quæ ſic fit, uno veſtigio allævatur.*

Delævo, as, Colum. idem. Ut *plagam acutiſſimo ferro delævato.*

LÆVUS, a, um, idem quod ſiniſter à λαιὸς ejusdem ſignificationis, Venſter. *Lævus humerus*, *lævum cornu*. Et *lævi boves* quorum cornua terram ſpectant. *Læva manus.* Et abſolutè lævâ pro manu læva, venſter hand. Item lævus translatè inauſpicatus, infœlix, wlyckelig. *Lævum numen*, *læva mens.* Et contrà, *lævum fulmen*, i. e. proſperum, quia quæ nobis ſunt ſiniſtra, Diis ſunt dextra. Sic abſolutè, *intonuit lævum* pro auſpicatò intonuit, lyckeligen.

LAICUS, m. ſ. Eccleſiaſticis, homo dicitur qui nulli ſacro ordini eſt initiatus, q. plebejus quidam Chriſtianus, à λαὸς populus, turba, leegt folck.

LALLUS, li, m. ſ. nænia nutricum, quâ pueris lallal occinunt ad conciliandum ſomnum: per onomatopœjam ficta voce. Undè illud Auſonii. *Nutrices inter lemmanta, lallíq; ſomniferos modos.* Exponitur & Lallus Deus qui hujuſmodi lallis præeſſe habebatur.

Lallare eadem origine per onomatopœjam dicuntur nutrices infantibus lal, lål, occinentes cum ſomnum iis conciliant, dyßer i lu/ſynger lu/ lu. Aut etiam puerorum eſt eodem congeminato ſono mammas nutricis affectantium, unde illud Perſii, iratus mammæ lallare recuſas. Sed & exponitur de nutrice puerum ad lactandum invitante.

LAMA, æ, f. p. Feſto idem quod lacuna voce deducta à lacu. Gloſs. locus lutulentus, à λήμη ſordes oculorum, quaſi ejus inſtar illuvies aquæ putris ſeu vitioſa aqua, Suer och raaden Vandſtaa. Sed & apud Feſtum legunt quidam pro lama, λίμνη, i. e. ſtagnum, palus,

lacus. Item lamæ dicuntur rupium fracturæ, ſteen flinter/ flager.

LAMBO, is, bi, bitum, act. t. de canibus & ſimilibus dicitur, lingua bibentibus, voce à ſono quem bibentes edunt ficta, ut & Græcorum λάπτω ejusdem ſignificationis, labet: ſed & de homine, aliisq; animalibus dicitur pro lingo, ſlicker. Lambit ore placentas: Muſcæ lambunt prandia & cibos. Sic *lambere digitos*, lambere manus. Et translatè ad inanimata leviter attingo alluoq;. Ut, *loca iſta lambit amnis*: *flamma lambit comas*, i. e. leviter attingit. Et *lambere tribunal* pro alimenta & eſcam, ex tribunali ſibi acquirere: phraſi ſcilicet ignominioſa à canibus deſumpta.

Lambero, as, antiquis pro lanio & ſcindo, ut apud Plautum: *me meo ludo lamberas*, i. e. ſimilibus me jocis & ſalibus feris, quibus te laceſſivi.

Compoſita.

Allambo, is, idem quod lambo. Et translatè leviter attingo, vedrører. *Filium tenuit allambentibus flammis.*

Circumlambo, is, Plin. act. t. Slicker runden om.

Delambo, is, idem quod lambo.

Prælambo, is, ante vel priore loco lambo. Ut, *prælambit dapes.*

LAMENTUM, ti, n. ſ. pr. prod. ægritudo animi cum ejulatu q. clamentum à clamo vel à κλαίω fleo, ploro, graad och hylen. Aliter lamentum q. lacrymentum. Item quaſi lavamentum, à lavo, q. lacrymæ quibus orarigantur & quaſi lavantur. Item ab antiquo lapo, i. e. dolore officio à λυπέω. Ut, *lapit cor cura.*

Lamenta, orum, n. ſ. Et lamentæ antiquis fœm. pr. quiritationes lugubres & ejulatibus plenæ, Jammer / jammer klag/veeklag. *Lamentis muliebribus ſe dedit.*

Lamentor, aris, d. p. lamentis proſequor, Jammerligen begreder och beklager/jammerer mig. *Matrem mortuam lamentabatur.* Et ſine caſu: *lapides lamentari coëgit.*

Lamentarius, a, um, quod lamentas affert. Ut, *ædes hæ mihi ſunt lamentariæ*, Jammerlig.

Lamentabilis, le, lamentatione dignum, Jammerligt. *Regnum lamentabile.* Item lamentatione conſtans, klagelig/ ſørgelig. Vox lamentabilis: *Carmen lamentabile.*

Lamentatio, lamentandi actus, Jammerlig beklagelſe.

Lamentatus, a, um, Silio paſſivè quod lamentati ſumus, Jammerligen begrædt. *Facta diu lamentata.*

Delamentor, lamentis proſequor. Ut, *natam delamentatur.*

LAMIÆ, f. p. λαμίαι, Dæmonum credebantur imaginariæ ſpecies muliebri formâ juvenibus apparentes, eosq; blanditiis venereisq; allicientes & ad exitium perducentes, Spøgelſe i Quinde lignelſe/ Elfoner. Inde Lamiæ pro quibusvis terriculamentis. Item de mole aliqua inſana, ut Lamiæ turres apud Tertulian. Item de muneribus quæ ſub ſpecie tantum dantur. Lamia etiam Græcis eſt piſcis nomen. Item monſtrum quoddam Lybicum, ſive verùm ſive fabuloſum, formâ ſuperne muliebri, infernè pedibus equinis, aut ſerpentinis: dicta Lamia q. Lania, quod fœtus ſuos crudeliter laniet.

Lamium, ii, n. ſ. urticæ genus eſt, mitiſſimum prorſus innocuum, q. inane quoddam terriculamentum, døffnælde.

LAMINA, f. pr. prod. & detritâ, Lamna, metalli frustum in latitudinem diductum, sed crassius quam bractea q. ἠλαμψή ab ἐλάυνω ductile opus facio, **plade/ſkinne.** Inde peculiariter laminæ dictæ sunt crustæ quædam ferreæ, quæ candefactæ admovebantur noxiorum corpori, **gloende plader at pine Miſdedere med.**

Lamella, æ, parva vel tenuis lamina.

LAMPAS, dis, f. t. λαμπὰς, lychnus pensilis, **liues/lampe.** Item fax funalis, **blus.** Item genus facis in aëre. Item herbæ nomen.

LANA, f. pr. prod. villi ovium à Græco λῆν ejusdem significationis, **vld.**

Lanaris, re, om. t. Varr. quod lanam habet. Ut, *pecus lanare.*

Lanarius, Plaut. m. f. qui lanam curat, **ſom handler med vld.** Et absolutè *lanaria*, herba cujus succo lanarum pinguedo eluitur.

Lanatus, a, um, lanâ tectus. Ut, *lanatæ oves. lanatæ pelles.* Et translatè, *lanatæ vites*, quæ lanugine canescunt. Sic apud Plinium, *lanatior canities*, quæ plus habet lanugenis: *malum lanatum* à lanugine quæ vestitur sic dictum.

Laneus, a, um, quod ex lana est, **vlden.** Lanea vitta, **vlden baand.** *Vestis lanea, pallium laneum.* Et *calceus laneus*, **filt Sko/eller Socker/vlden Socker.** Item translatè ex adjuncto, laneus pro molli, **blød.** *Laneum latusculum.* Et *lanei Deorum pedes*, i. e. molliſſimi. Item absolutè Laneus pro pisce Timavi fluvii, qui sic dicitur, quòd juxta hunc fluvium maxima sit ovium copia, uberrimusq; lanarum proventus. Item *laneus lupus* dicitur piscis iste à mollitudine carnis.

Lanerum, Fest. vestimenti genus ex lana succida. Sed & legitur hîc ambiguè lanetum, & laverum.

Lanitium, n. f. & antiquis lanitia fœm. idem quod lana, vel lanæ proventus, **Vldverck/vldet/vldgiert.**

Lanosus, a, um, Columel. lana abundans. Ut, *ovis lanosa.*

Lanugo, inis, f. t. tenera pilatio ad lanæ similitudinem, qualis est in genis adolescentum: Item in pomis quibusdam mollis ut lana, ut in Cydoniis, **første laad om Munden/och paa nogle ſlags frucr.**

Lanuginosus, a, um, lanugine abundans vel lanugine tectus, **lodde/megit lodden.**

LANCEA, f. p. hasta est longior & in medio amentata, à λόγχη ejusdem significationis, **glavind/ſpidz.** Isidorus deducit à lance, eò quod amento suo ceu lance æquâ ponderata vibretur. Gellio a. peregrinum est & Hispanicum.

Lanceola, f. pr. parva lancea.

Lancearius, qui lanceam gerit, **Spidzknect.**

Lanceatus, a, um, lancea armatus. Item lanceati dicti, qui ictu lanceæ necabantur.

Lancino, as. Senecæ & Plin. act. pr. prod. lacero, vexo, **ſtiner och plager/** à lancea, q. lancea ferio. Ut, *volucris aures canum lancinat, quia morsu defendi nequeunt.* Et *hominem lancinavit.* Aliter à langueo q. languino, languere facio.

LANGVEO, es, gui, n. f. viribus paulatim deficio, & q. defatigatus & operam lassus desisto, cesso, finem facio, à

λήγω cesso, finem facio, **vanmecter/trætris/formindſkis/macter lidet.** *Languet animus, languet corpus, languet ſolicitudo, ſtudium, cupido, amor.* Et *languet aliquis amore, ſenectute, otio & in otio.* Item *languet dolia*, **træe aff veyen.** Item opus negligenter facio, **er valen/træbert i min gierning.** *Languentibus his in curiam irrupit.*

Languens stomachus, **vtidig Mave.** Et *homo languenti ſtomacho*, **vtidig til mad: vſund/ilde til paß.**

Languesco, is, n. t. idem quod langueo.

Languidus, a, um, quod languet, **Affmectig/mactes løß/træbvan/valen.** *Languidus animo, vino languidus.* Et translatè, viror seu *herba languida* pro remissa & imminuta, **ſom ſactis ſig/formindſkis och forgaar.**

Languidè, modo languido & cunctanter. Ut, *languidè versatur in opere*, **træffuevon.** Sic *familia languidè procedit*, **valen.**

Languidulus, a, um, aliquantulum languidus. Ut, *somni languiduli.*

Languor, oris, m. t. languentis affectio, **affmact.** *Languor animi, languor corporis.*

Composita.

Elangueo, es, gui, languendo seu languore conficior. Ut, *delicijs elanguit.* Et *elanguit cura*, **Sueckis.** *Animus elanguit*, **det falder.**

Elanguesco, valdè languidus fio. Ut, *vigor animi elanguescit.*

Oblangueo, Cic. idem quod langueo. Ut, *literæ meæ oblanguerunt tui desiderio.*

Relangueo, ves, denuò langueo; vel in languorem recido. Ut, *corpore relanguit.*

Relanguesco, is, pro effœminor & vires mentis amitto. Ut, *relanguescunt animi in rebus, virtusq; eorum remittitur.*

LANIUS, ii, m. f. pr. corr. qui pecora mactat, & carnes populo vendit, sic dictus à lana, propter detractionem pellium, **Slacter/Kiødmanger.**

Laniena, æ, f. pr. lanii taberna, **Kiødbo/Slacterbod.** Item ipsa carnis laniatio, **Slacterj.**

Laniarium, ii, n. f. Varr. idem.

Lanio, onis, m. t. idem quod Lanius.

Lanionius, a, um, quod ad lanium pertinet. Ut, *mensa lanionia: more hoc fit lanionio.*

Lanio, as, act. pr. instar lanii cædo atq; discerpo, **Slacter/riffuer och ſlider.** *Lupi laniabant obvios*: Et *laniabant dentibus artus.*

Laniatus, us, m. q. laniandi actus. Ut, *ferarum laniatus*, quo scilicet laniant. Et *laniatu cogitur fateri ſcelus*, i. e. quo laniatur.

Laniatus, a, um, quod laniavimus, **Reffuen och ſlit.** *Laniatæ genæ, laniati artus.* Et translatè *laniata claſſis* pro dispersa & lacerata, **Slit oc reffuen.**

Lanista, æ, f. pr. qui gladiatores instruit ad mutuam lanienam, **Fictmeſter/Blodficter.**

Composita.

Delanio, apud Fest. q. lanam trahio, discindo.

Dilanio, as, act. pr. in diversas partes lanio, **Riffuer i ſtycker.** *Canes ipsum dilaniabant.* Et *dilaniare comas.*

LANX, cis, f. t. vas escarium latum & minùs profundum assis inserviens Varr. q. latanx à latum propter latitudinem.

nem, Fladfad/ Steegfad. Et translatè à similitudine eſcariorum, lances dicuntur vaſa libræ dependentia, in quorum altero pondus, in altero res ponderata continetur, Vectſkaal Aliter q. Chalanx à χαλαίνω, laxor propter laxitatem. Item à longum propter oblongam formam, qualis fuit paroptidis.

Lancula, vel langula, le, f. pr. parva lanx.

Compoſita.

Bilanx, cis, f. t. ſtatera duas habens lances, qualis eſt libra, Skaalevect.

LAPIS, dis, m. t. pr. corr. terra concreta ſummâ duritie & q. indomabili, à Græco λᾶας ejuſdem ſignificationis, Steen Et translatè homo ſtupidus, ſtolidus. Ut, *quid ſtas lapis?* Item tropice lapis pro milliarii, mil: quia termini milliariorum lapidibus poſitis ſignabantur. Unde *ad quartum lapidem* pro quarto milliari. Sic *homo de lapide emptus*, pro mancipio homineq: viliſſimo, quia mancipia in lapide quodam altiori Romæ ſtans vendebat præco.

Lapillus, m. l. parvus lapis. Et tropicè gemma, Ædelſteen. Sed ferè ſemper cum adjectione, *pretioſus lapillus*. Item calculus renum: etiam cum adjectione. Ut, *lapillus renum*.

Lapidarius, a, um, Plaut. quod ad lapides pertinet. Ut, *lapidariæ latomiæ*, Steengrube. Eſtq; in dicto hic auxeſis, quia latomiæ aliàs per ſe idem ſignificat.

Lapideus, a, um, quod ex lapide conſtat. Ut, *murus lapideus*, Steen Muur. *Sepimentum lapideum*, Steengierde. *Lapideus imber*, Steenhagl/ eller naar der regner Steen. *Niobe lapidea*, i quæ in lapidem verſa eſt. Et tropicè, lapideus pro gravi & ponderoſo, Tung oc ſuar. *Lapideus ſum, commovere me non audeo.*

Lapidoſus, a, um, lapidibus abundans, Steenfuldt. *Ager lapidoſus*. Et tropicè durus, haard. *Cornua lapidoſa.*

Lapido, as, act. pr. lapides in aliquem jacio, Slaar til med ſteen/ſteener. *Lapidabant Vatinium*. Item lapidibus obruo & interimo, Steener ihiel. Et translatè, *lapidare aliquem verbis*, pro inceſſere, forfølge en med ord. Item, abſolutè lapido, pro lapidibus pluo, Regner ſteen. *Vejus de cœlo lapidavit*. Et cum adjectione: *lapidabit imbri*.

Lapidatio, onis, lapidandi actus, quo quis lapidatur, Steenelſe.

Lapidator, oris, m. t. qui lapidat.

Lapidatus, a, um, quod lapidavimus, Steener. *Lapidatus Vatinius*. Et ex lapidatione pluviali: *lapidata templa*.

Lapio, is, antiquè, pro durum facio, & q. in lapidem converto. Ut, *lapit cor cura*. Exponitur & dolore afficio, vide ſuprà, in dictione Lamentum.

Lapideſco, is, m. t. in lapidem ſeu in lapideam duritiem convertor, Ut, *baccæ corallii lapideſcunt*: *virgulta & folia lapideſcunt*.

Compoſita.

Antelapides, qui utrinq; latus oſtii muniunt, ἀδήλου.

Delapidata, Feſto dicuntur lapide ſtrata, Steenlagt/ Brolagt.

Dilapido, as, lapides ſparſim huc illúcve jaculor, Slaar med ſteen, *Hominem dilapidabant*, ſteener ihiel. Et *lapidat hominum labores grandine Jnppiter*, i. e. perdit ſegetem, fructus. Sic *publicam dilapidabant pecuniam*, Forøde/fordøye dem.

Dilapidatio, onis, dilapidandi actus, ut *bonorũ dilapidatio*.

Elapido, as, lapidibus purgo, ryddet ſteene aff/ſancker ſteene oc renſer. *Agros elapidare, lutum elapidare*. Et *ager elapidatus, lutum elapidatum*.

LAPPA, æ, f. pr. nomen herbæ, cujus fructus tangentibus adhæret, ex aſperitate ſua, à λαμβάνω appræhendo, corripio, & λάβη, præhenſio, Borre/ſkreppe. Sunt autem ejus plures ſpecies, ut, *lappa inverſa, lappa canaria, lappa perſonata*, de quibus ſuis locis.

Lappago, inis, f. t. itidem nomen herbæ. Snare/ eller et ſlags ſnare med ſmaa borrer ſom erter / och henger ved klæder.

LAQVEUS, quei, m. ſ. pr. corr. genus quoddam vinculi, quo aves aliáve animalia illicimus & capimus, à lacio, blanditiis capio, Rendſnare. Et de vinculo quod ſuſpendentis collo adaptatur, Tuffſtrick oc ſnare. Item translatè, quicquid quo aliquem illicimus decipimusq;, ſnare. *Laquei Chryſippi*, i. e. argutiæ & ſophiſmata. Sic *laquei dialecticæ*: *laquei judicii*, quibus aliquis irretitur.

Laqueatus, a, um, laqueo captus & irretitus, beſnæret/ ſnærit. *Corpus laqueatũ & temonibus diſtentum obligatur.*

Compoſita.

Ablaqueo, as, act. pr. q. laqueo libero, laqueo eximo. Ut, *ablaqueare arbores*, eſt radices ſuperiores retegere, terrâ ceu laqueo quodam effoſsâ & exemptâ, ut fructificent magis q. recepto ſpiritu: quæ ſcilicet ante humo quaſi ſuffocatæ videbantur, graffue om trærr ar de rund de faa Lande/vedſke och verme. Unde, *ablaqueandæ vites*: & *ablaqueanda vinea*, *Sic ablaqueare lupulum ſalictarium*, giøre humble op. Aliter à lacus q. lacus facere circum arbores ad excipiendos imbres.

Ablaqueatio, onis, ablaqueandi actus.

Illaqueo, as, act. pr. laqueo conſtringo. Et ſignificatione translatâ, beſnærer. *Illaqueare aliquem legibus, periculis.*

LARDUM, & Plaut. Laridum, n. ſ. caro ſuillâ: κατ' ἐξοχὴν ſic dictum à λάειν, quod ſagmatum ſignificat & ſvave, propter pinguedinem ſc. vel ſimpliciter à λαὸς, quod etiam ſvavis exponitur, Fleſk. Aliter lardum q. largè aridum.

LARES, ium, m. t. cujus ſingulare Lar, gentilibus credebantur Dii præfecti tutelæ domorum, urbium, viarum, agrorum, regionum, à lar voce Hetruſia ſignificante principem ac πρωτεύω ſic dicti, Huusguder/Miſſer/Gaardboer/Landsguder/Byeſguder. Colebantur a. præcipuè ad focos, & in nuptiis coronabantur. In cultu a. offerebantur ipſis primitiæ. Inde translatè Lar, pro ipſis domibus. Ut, *qui Patrium Numæ donat fundumq; Laremq;* Sic apud Poëtas ſæpè accipitur pro foco, ſæpè pro igne, cujus tutelæ maximæ præerant lares. *Laſtbus* antiquis pro laribus. Aliter Lares à Lara matre, quam compreſſit Mercurius, ex eaq; geminos ſuſtulit.

Larazium, n. ſ. ſacrarium domeſticum, in quo lares & Dii peculiares adorabantur.

LARGUS, a, um, gior, ſſimus, ea ſignificatione à laribus, qua Dives à Divis, quaſi qui lares benignitate refert, rund oc god. *Largorum duo ſunt genera, quorum alteri prodigi, alteri liberales.* Et cum caſu, *largus lacrymarum*, rig oc offuerflødig paa grad / ſom gierne græder. Inde idem quod multus, copioſus, offuerflødig. *Pili in juba largi, aqua larga.* Aliter largus à λαῶς, i.e. multus, copioſus.

Largè, modo largo, offuerflødigen/rundeligen/fuldop. *Ligna ſuper foco largè reponens.*

Largitas, f. t. largi affectus, rundhed/offuerflødighed.

Largitèr, idem quod largè, ſed minùs in uſu.

Largitus, idem eſt ſed antiqvum & obſoletum.

Largior, iris, d. q. largè dono ſeu ex mera largitate do, giffue aff min goderundhed/rundeligen/vnder aff rundhed. *Largiri ciuitatem, largiri populo libertatem.* Et Plaut. *largior amico homini bobus domitis*, pro accuſativo, boves. Legitur & *largibere* in ſecunda conjug. pro largieris.

Largitio, onis, largiendi actus & ferè cum aliqua oſtentatione, vel favoris aucupatione, ſom naar mand giffter paa roeß / eller pranger ſig yndeſt til med noget. Exponitur & ſimpliciter largitas, Rundhed. *Largitione redemit voluntates militum.*

Largitor, aris, Plaut. ſæpiùs vel multùm largior.

Compoſita.

Dilargior, iris, d. q. variè ſeu diverſis largior, rundelig vdbytter til mange / allevegne. *Sylla ſine ulla religione omnia dilargitus eſt.*

Elargior, iris, idem quod largior. Ut, *de alienis elargitur.*

Prælargus, valdè largus. Ut, *prælargus pulmo*, qui ſpiritus capax eſt & abundans.

LARIX, icis, pen. genit. corrept. f. t. arbor eſt abieti ac pino cognata, nullam ſentiens cariem, neq; ignem perſe concipiens. Naſciturq; circa Padi ripas & maris Adriatici littora, reſinam fundens terebinthinæ ſimilem: ſic dicta à Caſtello Laricino, inquit Iſidorus.

Larignus, a, um. Ut *larigna reſina*, et ſlags harpie/ eller terpentin.

LARVÆ, arum, f. pr. damnatorum & male intereuntium credebantur animæ, viventibus terriculamenta afferentibus à laribus ſic dictæ, Spøgelſe effter de døde/ giengangere. *Larbarum plena ſunt omnia.* Item ſingulariter larva pro perſona ſeu facie confícta, quâ alium repræſentamus, Mummerj/Skabelcken.

Larvatus, a, um, qui larvis exagitatur, adeoq; furioſus ex mente motus, den ſom et ont hoff och regieris aff de onde Aander / offuerſeet. Item qui larva utitur & perſonatus eſt, Formummet.

Larvalis, le, om. t. Sidon. quod eſt larvarum. Ut, *umbræ larbales.*

LATEO, es, tui, n. ſ. pr. corr. in occulto ſum à λήθω λανθάνω ejusdem ſignificationis, er eller legger i ſkiul/ er forborgen. *Latet anguis in herba. Multæ inſidiæ in ſimulatione officii latent.* Item tropicè incognitus ſum, er vkient / vvitterligt. *Hæc res me latet ipſum latent doli & Jobis iræ.* Et cum dativo apud Lucanum, *tu mihi cauſa lates.* Sed forma eſt minùs uſitata Quanquam & Cicero aliquando utitur.

Latebra, bræ, f. pr. locus, ubi aliquid latet & occultatur, ſkiul / kryle och ſted ſom mand ligger i ſkiul/ fielſter. *Latebræ hominum, latebræ ferarum.* Et translatè excuſatio, vnd ſkyldning. *Perjurio quæritur latebra.*

Latebroſus, a, um, latebris abundans. Ut, *locus latebroſus: latebroſi colles, nox latebroſa: via latebroſa.*

Latebroſè, modo latebroſo & occultè. Ut, *latebroſè occultat abs tuo conſpectu.*

Latenter, modo latenti, vvitterligen eller ſkiult / forborgeligen. *Latenter natura facit multa.*

Lateſco, is, n. t. idem quod lateo.

Latibulum, n. ſ. idem quod latebræ: diciturq; tàm de hominibus, quàm de feris, kryle.

Latibulo, as, n. pr. Et latibulor dep, pr. antiquè pro lateo ſeu in latibulis ago.

Latito, as, n. pt. ſæpè vel multùm lateo, ligger gierne eller tit i ſkiul. *Extrahitur domo latitans Opptanicus à Manilio. Eruit veritatem latitantem.* Et tropicè, *latitavit*, pro ad judicium vocatus non comparuit.

Latitatio, onis, latitandi actus.

Laterna, f. pr. prod. contra naturam primitivi, cavea ſeu domuncula cornua aut vitrea, aut membranacea, aliáve ex materia, in qua lumen later ne ventis exſtinguatur, lycte.

Laternarius, ii, m. ſ. qui laternam præfert alteri, Lyctedragere/Lyctefuend.

Latex, cis, m. t. pr. corr. humor ſeu liquor omnis, ut aqua, oleum, lac, vinum & alia: ſic dictus, quòd intra aliquid lateat, vedſke/vaat. Unde *latex fontis aberni* pro aqua. *Latex Lyæus* pro vino. *Latex palladius* pro oleo.

Latrina, æ, f. pr. locus domus q latens, in quo familia ventrem latenter exonerat, hemmelig Mag / Priv vet. Aliam ſignificationem vide in latrina ex lavo.

Compoſita.

Deliteo, tes, valdè lateo, Ligger i ſkiul.

Deliteſco, idem. Unde. Cave, *iſta tam frigidâ, tam jejunâ calumniâ deliteſcas.*

Delitens, Part. Plin. quod deliteſcit.

Deliteſcens, idem.

Illatebro, as, act. pr. Gell. in latebris abſcondo. Ut, *illatebrant ſe*, ſkiuler ſig i huler/løber/ſticker ſig i ſkiul.

Obliteſco, is, n. t. Varr. pro lateo. Ut, *in rimis granaobliteſcunt.*

Sublateo, es, ſub re aliqua lateo, Ligger vnder ſkiul. *Ariſtæ antequam appareant, in vagina ſublatent.*

LATER, eris, m. t. pr. corr. terra ſeu argilla in certam figuram redacta & calore ſolis in lapidem ſiccata atq; durata q. lapis terreus à λᾶας lapis & terra, Teglſteen/ raa Teglſteen. Aliter, à latus, quòd lati formentur lateres, circumactis undiq; quatuor tabulis, inquit Iſidorus.

Laterculus, parvus later.

Laterarius, a, um, quod ad lateres pertinet. Ut, *officina laterariа*, Teigloffuen/Teiglhade. Et abſolute, Laterarius, qui lateres conficit, Teiglmager/Teiglbrender. Item, *laterarium*, genus ſigni apud Vitruvium.

Lateritius, a, um, quod larere conſtat. Ut, *paries lateritius*, Veg eller Muur aff Teiglſteen. *Fabimentum vel ſolum lateritium*, Tegllagt gulff.

Laterculum, n. ſ. Juriſconſ. pr. ædicula ſeù cella, perpetuò conſtante lapide. Ut, *mãdata tranſcribi & in ſacro laterculo deponi præcipit.* Aliter à latendo q. ſecretior aliquis locus.

LATOMUS, m, ſ. λατόμος, latinè lapicida, Steenhugger/Steenpicker.

Latomiæ, f. pr. λατόμιαι, officinæ ſunt, ubi cæduntur lapides, latinè lapicidinæ, Steengrubber. Et quia ad hujuſmodi fontes damnabantur, in iiſq; carceres fiebant, effoſſis lapidibus factum eſt, ut latomiæ pro ejuſmodi carceribus & operibus acciperentur.

Latumiæ & lautumiæ, idem quod Latomiæ, ſed & cum differentia exponuntur: Lautomia, i.e. cuſtodia & carcer: lautumiæ, i. e. vincula, cathena, carceris cuſtodia: Latumiæ, i. e. carcer Romæ, ubi olim fuerant lapicidinæ.

Lautumna, f. & Lautumnum, n. ſuppliſii genus.

LATRO, onis, m. t. pr. corr. olim ſic dicebatur miles mercede conductus, à λατρεύω ſervio: vel q. latero, qui latus principis ſtipabat, vel à λάτρον, quod mercedem ſignificat, ut ſtipatores à ſtipe, fremmet Krigsmand eller Dravant. *Latrones, quos conduxi miſi ad Seleucum Regem, ut regiam tutentur.* Hodiè verò in vitio eſt, & ſignificat eum, qui latenter inſidiatur viatoribus, q. eſſet à lateo, Røffuer / Skowrøffuer / Stratrøffuer. Ut *jugulent homines, ſurgunt de nocte latrones.*

Latrun-

Latrunculus, li, parvus latro. Et translatè latrunculi, calculi personati, quibus ludimus, Folck paa Skacktaffel.

Latrunculator, Ulp. prætor est rerum capitalium, sic dictus à latronibus, in quos potissimùm inquirit.

Latrocinium, n. s. studium & opera latronum, Røffuerj. Item militia, Krigstienisse oc Bestilling. *In latrocinio fuisti apud Regem.*

Latrocinor, aris, d. pr. latronum more prædor, Røffuer/giør Røffuer aff mig. *In via impune latrocinantur.* Item mercede milito, Kriger for løn oc besoldning. *Quia latrocinaris non tibi quidvis licet.*

Latrocinatio, onis, latrocinandi actus, Krigstienisse eller Røffuerj.

LATRO, as, n. pr. prod. propriè de cane dicitur, cum summa voce aliquem impetit per onomatopœjam fictâ dictione ex litera Canina R & voce la sive bla, vel à λὰ intensiva & τρέω tremo, propter terrorem, quem incutit, gøre/Bielder. *In me latrant canes.* Et translatè de homine dicitur, cum importunius vociferatur & clamat. Ut, *frater meus, cùm interrogaretur quid latraret, respondit se furem videre.* Sic: *oratores hodiè latrant, non loquuntur.* Item cum casu: *umbrasq; petunt & nubila latrant*: ad nubila latrant. Sic *canes Deum veritatis latrantes.*

Latror, pass. Plin. Ut, *hanc habentes negant latrari à canibus*, goes ad.

Latrator, oris, m. t. qui latrare solet, vel latrat.

Latratus, us, m. q. latrandi actus, gøen. Latratus canum. Item, latrantis canis sonus, glam.

Latratus, a, um, pass. apud Statium. Ut, *caput latratum.*

Composita.

Conlatro, as, latratu infesto, obloquor, med ord och tale bidder fra mig som en anden hund. *Conlatrare Philosophiam* est immodicè & intempestivè seu malè tractare & crepare Philosophiam.

Elatro, as, Horat. latrando & quadam canina mordacitate profero, hugger om sig med en trætactig och skendfuld mund/lader ilde med munden som en hund. *Acriter elatrat.*

Oblatro, as, Sil. contra latro, mod Bielder. Et translatè obloquor vel retrecto, tal oc bladderer imod/bagtaler: *Oblatrat Senatum.*

Oblatrator, oris, m. t. qui oblatrat.

Oblatratrix, f. t. quæ oblatrat, Sladderske/stiffmundet/som altid tall anden imod.

LATUS, a, um, tior, tissimus, prior. prod. in amplum deductus & extensus q. prolatus, vid och bred. *Lata radice arbor, latus lectus, latum mare.* Et *cyprinus latus*, Brasen. Aliter latus à πλάτυς ejusdem significationis.

Latè, tiùs, tissimè, modo lato, ut, *lucus latè sacer; hæc res latissimè patet, latius opinione malum hoc disseminatum est.* Et *longè lateq; nomen tuum vagabitur.*

Latus Clavus &c. vide suprà in voce Clavus.

Lateſco, is, n. t. latus fio & in latum extendor, vdvidis/vorder vid. *Napus, herba, non in ventrem lateſcit, ſed tenuem radicem deorſum agit.*

Stlata, tæ, f. pr. genus navigii piraticum, latum magis quàm altum; à latitudine sic dicta, eo modo, quo *ſtlocum* pro locum, *ſtlitem* pro litem & *ſtrigorem* pro rigorem dicebant.

Stlatarius, a, um, quod ſtlatâ advectum est, unde *ſtlataria purpura*, quæ peregrina est, & mari portata: vel q. piratica & latrocinans, cujus splendore spoliantur & fallantur venditores divitem censentes, qui eam gestat. Vel potius fallax & deceptrix & irridens, quòd eo vestimento homines decipiantur. Item absolutè, stlatarius, qui stlata vehitur.

Composita.

Dilato, as, act. p. ex varia parte latum facio, breder vd/vider / forvider vd / her och der. *Dilatare manus.* Et translatè, *dilatare orationem, dilatare literas*: *dilatare imperium.*

Dilatatio, onis, actus, quo, aliquid dilatatur, Forvidelse. *Orationis, manus, dilatatio.* Item, vitium corporis: tumor scil. mollis & digitis cedens, Bøffuelse.

Dilatatus, a, um, quood dilatavimus, forvidet/vdvidet. *Dilatatum imperium: Dilatata oratio.*

Composita.

Æquilatatio, Vitruv. duriore voce, quasi æqualium linearum secundum latitudinem productio.

Prolato, as, idem est quod præfero, quasi porrò lato & latum reddo, Forvider/forlenger. *Prolatare rem rusticam.* Item, *prolatare comitia, diem ex die, vitam*, i. e. prorogare, Forlenge.

Prolatatio, onis, prolatandi actus, forlengelse.

Prolatatus, a, um, quod prolatavimus. Ut *bellum prolatatum*, forlengt.

LATUS, eris, n. t. prior: corr. pars corporis sinistra & dextra: sic dictum, quòd sub axillis & brachiis lateat, Side. *Ex equo lapsus latus offendit vehementer.* Item abusivè vel Synechdochicè, ilium vel potiùs pectus. Ut, *latus ei dicenti condoluit.* Et *Milo ex lateribus & lacertis suis nobilitatus est.* Ponitur & simpliciter pro situ ad dextram vel sinistram. Ut, *Antonius à tergo, à fronte, à lateribus tenetur.*

Latuſculum, n. s. parvum latus.

Composita.

Quadrilaterum, quod habet quatuor latera, ἄδηλον.

LAUS, dis, f. t. Iudicium hominum benè de meritis judicantium, eorumq; facta deprædicantium à λαὸς populus, quasi popularis quidam applausus, Roes / priis: *Omni laude cumulatus, laudes grates q; dijs agit.* Aliter à λάω fruor, quòd sit fructus quidam virtutis.

Laudo, as, avi, atum, act. pr. laude prosequor, Priiser/roser/loffuer / rømmer. *Non solùm probant, sed etiam laudant. Laudato ingentia rura, exiguum colito: laudat bonos, vituperat malos.* Item veterib. laudare pro nominare, seu cum laude nominare. Ut, *Jovem supremum testem laudo.* Sic, *laudare possum certissimos autores.* Et, *laudare aliquem reum, auctorem*, est nominare vel adducere vel exhibere in rei testimonium, Kalde/neffne til / vinde til formand.

Laudatio, onis, laudandi actus, vel ipsa laudantis oratio, Loff och roes. *Laudatio Cæsaris*, quâ Cæsar laudatur.

Laudatus, a, um, quod laudavimus, Loffuet / roest oc berømpt. *Abundè laudatus.* Et amisso tempore, *laudata fœmina: laudatissima forma*, i. e. præstans & celebris seu dignâ laude.

Laudabilis, le, om. t. quod meritò laudari potest, Loffelig/priiselig/rømmeligt. *Vita laudabilis, opus laudabile, Carmen laudabile.*

Laudabilitèr, modo laudabili, Loffligen/ priſeligen/ paa loffue. *Laudabilitèr vivit.*

Laudativus, a, um, quod laudationi eſt accommodum: ut *laudativum genus orationis.* Et laudativa abſolutè, pro parte, quæ laudationem continet. Item *caſus laudativus* pro eo, qui accuſativus dicitur, quod per hunc videmur laudare vel accuſare.

Laudator, oris, m. t. qui laudat. Ut, *nolo eſſe laudator, ne adulator videar.* Et in cauſis forenſibus, laudatores dicebàntur præclari quidam cives, qui Rei vitam laudabant, Skudsmaals mænd: æractig mænd at giffue den anklagede got ſkudsmaal oc vidnisbyrd/ loffue hans liff oc leffnit/ſaa ſom Næffninger.

Laudatrix, idem in ſexu fœmineo. Ut, *vitiorum laudatrix fama popularis.*

Compoſita.

Allaudo, Plaut. pro laudo vel valdè laudo. Ut, *allaudat ingenium meum.*

Allaudabilis opera, Plaut. valdè laudabilis. Sed ſuſpecta eſt lectio, aliis legentibus, adjutabilis.

Collaudo, unà vel ſimul laudo, tillige roſer oc rømmer. *Ab omnibus collaudatur.*

Collaudatio, onis, collaudandi actus.

Dilaudo, as, act. pr. ubiq; laudo, roſer oc rømmer allevegne. *Libros ſuos dilaudat.*

Illaudabilis, le, om. t. quòd laudari non debet, ut, *Carmen illaudabile,* vberømmelig.

Illaudatus, a, um, qui nulla laude dignus eſt, qui ne nominari quidem dignus eſt: adeoq; Epitheton eſt ſceleratiſſimi hominis, den mand icke bør at neffne engang ved naffn.

LAVO, as, lavi, lotum, & veteribus lavatum, act. pr. corr. aqua purgo, à λούω ejusdem ſignificationis, & quod in compoſitis ſervatur. Ut, *omnes in fonte lavabo.* Et translatè humecto ſeu madefacio, veder / giør vaad. *Tabellas lacrymis lavit.* Et in tertia conjugatione: *lavere juſſit nos: lavit improbè teter ora cruor.*

Latrina, f. pr. receptaculum domus, quo ſordes è lavationibus confluant: ſic dicta Varroni q. Lavatrina, Rendeſteen och ſkiden ſtig.

Lavacrum, n. ſ. balneum, in quo commodè lavamur, Vandbad.

Lavatio, onis, lavandi actus, Toelſe. *Lavatio calida,* quæ fit per calidam. Ponitur & pro balneo. Ut, *lavatio eſt parata.*

Lautulæ, f. pr. aquæ calidæ ad Janum Geminum, Varmbadt: vel ſimpliciter, locus extra urbem, ubi lavandi uſum exercebant.

Lautus, a, um, quaſi lavatus, quod lavimus, Toed/ toen. *Lautus venit è balneo: manibus lautus currit.* Et tropicè amiſſo tempore, idem quod mundus, elegans, Reenferdig/ reenlig/ nipper/ ſom holder ſig vel. Item nova translatione dives, copioſus, Velved/ ſmuck. *In lauta eſt parte.* Sic: *civitas lauta: lautum & copioſum matrimonium: lauta cœna: lautâ ſupellex: lauti convivæ.* Refertur etiam ad orationem, ut, *lautus homo & urbanus.*

Lautè, modo lauto, Reenligen / reenferdeligen oc ſmuck. *Lautè veſtitus, lautè loquitur.*

Lautulus, a, um, aliquantùm lautus. Inde lautulæ, locus extra urbem, ubi quia aqua fluebat, lavandi uſum exercebant.

Lautulè, adverb.

Lautitia, f. pr. lauti hominis affectio, & potiſſimùm quæ eſt in cibo & veſtitu, Nipperhed. Item antiquis lautitia pro farina ex tritico aqua conſperſo.

Lotium, n. ſ. pr. corr. Svet. quo q. corpus diluitur, Piß.

Lotorius, a, um, quod ad lavationem pertinet. Ut, *malleus lotorius,* Tærſkild.

Lavandula, f. pr. Herba è Nardorum genere: vulgò ſic dicta, quòd balneis & lavacris adhibeatur, Lavendel.

Compoſita.

Abluo, is, act. t. lavando ſordes aufero, afftoer/ vdſkyller. *Abluere alicui pedes.* Et translatè, *perturbatio animi placatione abluitur,* Affſkyllis. Item, *ſuo ſanguine abluere inimicorum crudelitatem,* eſt expiare. *Abluere ſomnium,* eſt poſt ſomnium ſe abluere, i. e. expiare quod ſomnio pertendebatur.

Ablutio, onis, abluendi actus. Ut, *ablutio corporis,* Affſkyllen/ affſkyllelſe.

Abluvium, idem quòd diluvium & inundatio univerſalis.

Alluo, is, juxtà fluo, lavo. Ut, *fluvius divisus, latera inſulæ alluit,* flyder/ løber op til. *Montem alluit amnis: mœnia extrema alluuntur a mari,* ſkyllis paa/ eller op til. Et translatè, *hæc civitas barbariæ fluctibus alluitur,* i. e. afflictatur.

Alluvies, Liv. idem quod alluvio. Ponitur & pro fœtida aqua, quæ abluit, ubi lutum cum aqua non multa, dyndig vand/ puß.

Alluvio, onis, f. t. Cic. tacitum incrementum, quod paulatim à fundo & agris acceſſionem præbet, Vandflod/ ſom løber op paa Aggerne oc giør dem ſkade/ oc vndertiden ſkyller Jord oc Agre bort hen paa anden ſted. Unde *jus alluvionum eſt,* ut pars agri impetu fluminis in alium agrum aggeſta cedat in poſſeſſionem ejus, cujus eſt ager: quo reſpexit Lucanus dicens: illos terra fugit Dominos, his rura colonis accedunt dante Pado.

Alluvius, ager Iſid. quem paulatim fluvius in agrũ reddit.

Coalluo, unà vel ſimul alluo.

Circumluo, is, Liv. circum alluo. Ut, *in peninſulæ modum pars major circumluitur.*

Circumluvio, Cic. f. t. cùm partem alicujus agri rapidus amnis in alveum ſuum impulerit, & in modum inſulæ circumvolverit: quæ ipſo jure vicinioris erat.

Colluo, is, idem quod lavo. Ut, *colluere os, dentes, guttur,* Skylle. *Colluere amphoram,* Spylle.

Colluvies, ei, f. q. ſordes cœni aut cujusvis rei coactæ colluta hinc illinc, Spyllning / Fadevandt / Affſkum. Et translatè, de hominibus nihili, & rebus confuſis, Affſkom/ ſlør/ menggotz: *Hominum magna colluvies.*

Colluvio, idem & propriè & translatè.

Colluviarium, ii, n. ſ. per quod colluvies ejicitur vel ſervanda continetur, Rendeſteen/ Maſkerru / Suinerru.

Colluviaris porcus, qui ex colluviaribus ſeu colluvie nutritur, Maſke Suin/ Mædſke Suin.

Deluo, is, ui, lutum, act. t. diligenter luo ſeu lavo. Ut, *Laſerpitium aceto deluit,* Toer flitteligen/ vdtoer.

Delubrum, bri, n. ſ. area ſive locus ad templum, ſive per ſe ſolus, in quo ſimulacrum erat menſa & aqua, & in quo ſe deluebant & expiabant, Capell. Aliter delubrum, locus vel domuncula ad ædem ſeu templum, in quo ſervantur ſimulacra Deorum, vel Dii cuſtodiuntur, Sacriſti. Item Tropicè ipſum ſimulacrum alicujus Dei, ſic dictum à ligno delibrato, vdhuggen/ vdſkaaren Affguds Billede. Item exponitur, locus ante ædes Diis dedicatus, q. Deorum labrum, h. e. receptaculum. Cicero innuit aliud eſſe à templo & aris; ſed cui tamen aſcribit ſimulacra & menſas, Capell med Billede Altere och Bordt. *Simulacra ſanctiſſima Deorum ex delubris religioſiſſi-*

religiosissimis sublatas mensas argenteas de omnibus delubris jussit auferri: pugnat pro templis atq; delubris Deorum.

Diluo, is, lui, lutum, partibus omnibus & variis luo, ſkyller allevegne bort/ſkyller hen. *Canalibus aquâ immissâ diluunt lateres: dilue favos lacte & melle,* Toe vd/ſkylle vd. *Vinum diluere,* eſt aqua temperare, Giſſue Vand i Vin / blande ſammen. *Diluere helleborum,* eſt aliis medicamentis temperare. Et translatè, *diluere crimen,* eſt purgare, ſkære och renſe ſig. Item absolutè, *cum ego unaquaq; de re dicam & diluam,* i. e. purgem.

Dilutus, a, um, quod dilu mus, vd|kyldt/vdtoedt. Inde *vinum dilutum,* quod aquâ temperatum eſt. *Vinum Abſinthio dilutum,* Mallurt Vin / macerato ſcilicet aliquot dies abſinthio in dolio. Item, *abſinthio diluta cerevisia,* Mallurt øll. *Dilutus color,* qui adhibita aqua minùs intenſus eſt, Tynd/blæg vandfarſſue. Item absolutè *dilutum* quod diluendo excernitur, Affſpølning

Diluvies, f. Quint. vis diluens, Bort|kylning. *Agris minitatur diluviem.*

Diluvio, as, act. pr. diluendo perdo, Slet bortſkyller och øder. *Pontus omnia diluviabat.*

Diluvium, n. ſ. quo aliquid violenter diluitur, Stor vandflod och bortſkylning. Sic *diluvium univerſale,* quo perierunt omnia animantia, præter quæ in arca Noë erant. Et translatè, *diluvium Trojæ,* i. e. everſio, ødelæggelſe.

Elavo, avi, act. pr. Col. & Plaut, lavando à ſordibus purgo, Bader/Toer reent vd. Et translatè, *elavit ſe bonis,* i. e. ſpoliavit apud combibones ſuos, Badde alt ſit gods hen/roede det bort

Eluo, lui, lutum, lavando purgo, Toer vd / vdſkyller/giør reen. *Veſtes eluit.* Et translatè *mentem eluit,* Renſer oc klarer. *Crimen eluit,* Skærer ſig/legger ſkylden fra ſig/ beviis ſig wſkyldig.

Eluacrum, cri, n. ſ. labrum, in quo aliquid eluitur & lavatur.

Eluvies, ei, q. & eluvio, onis, f. t. vis aquarum terras eluens, hiatus & voragines faciens, Skylvand eller vandlob. Vel eluvies, proprie quod expurgatur præſertim aquarum fluxu, quamvis & alterius humoris dici poſſit. Item, aquarum inundatio. Ut, *elubie everruntur civitates.* Et translatè, exitium. Ut, *elubies civitatum,* vitium, quo eluitur q. civitas & obruitur, en Byes forderffuelſe ſom et ſkylle bad.

Elutia, orum, Plin. metalla auraria, in quibus metallum à ſordibus eluitur aquâ immiſſâ.

Elutus, a, um, quod elavimus, Vdtoed/ vdſkyldt. *Vaſa eluta.* Et amiſſo tempore, irriguus. Ut, *nihil eſt elutius horto,* Renere: ſcilicet qui aquis irriguis eluitur.

Elutrio, as, act. pr. de vaſe in vas transfero, Omtapper. *Elutriare vinum vel muſtum,* Fortappe/omtappe.

Elutriatus, a, um, quod elutriavimus, Omtappet.

Illotus, a, um, ſordidus & immundus, quaſi non lotus, wtoen/ſkiden/ wreen. *Manus illotæ.*

Illuibilis, le, om. t. Plaut. quod elui non poteſt. Ut *odor illuibilis,* ſom icke kand affſtyllis eller tois.

Illuvies, ei, f. Quint. ſumma ſordes & immunditia in homine aut veſte, aut re quavis alia inſita ſeu injecta, q. quæ elui non poteſt.

Interluo, is, q. inter aliqua fluens ea lavo, Løber gennem oc væder. *Abſciſſos interluit æquore montes.* Item ſimpliciter lavo, vel etiam parùm lavo. Ut, *manus interluito, poſtea vinum ſumito,* Skylle.

Peluvium, vij, n. ſ. vas, in quo lavantur pedes, Fodkar/ Fodballe/ Fodbecken.

Perluo, is, act. t. multum lavo, ut, *vino perluitur os, fonte perluit artus, manus.*

Perlutus, a, um, Columel. Ut, *reliquiæ favorum aqua dulci perlutæ.*

Polluo, is, lui, lutum, act. t. aquam ex multa corporis aliusvé rei lavatione ſordibus inficio, quaſi perluo ſeu porrò luo, ſeu πόδες, i.e. pedes abluo. Inde quamcunq; aliàm tem ſordibus inficio, conſpurco & contamino, Beſmitter/giør ſkiden. *Polluit urbes, domos, caſtra, cæremonias: polluit ſtupro, ſcelere, Polluit ore dapes.*

Pollubrum, n. ſ. ſic dictum q. pedum ſive πόδων lavàcrum ſive labrum, Fodbecken/ Baandbecken: vas in quo aqua ex ablutione manuum aut pedum excipiebatur. Ut, *aquam manibus pedibusq; dato, pollubrum ſiniſtra manu teneto, dextra vas cum aqua:* aliàs polubrum unico L: adeoq; à pedum lotione: unde & Gloſſis dicitur ποδονίπτης, ut manuum malluvium.

Polluvium & pelluvium idem, q. pedum lavacrum.

Pollutus, a, um, quod polluimus, giort ſkiden/beſmittet: *Polluta domus, pollutum hoſpitium.*

Impollutus, a, um, Sino, non pollutus. Ut, *fides impollutæ,* vbeſmittet.

Prælautus, Svet. valde lautus.

Præluo, is, n. t. antè vel priùs abluo. Item, præterfluo.

Proluo, is, act. t. valdè vel totum lavo & affundo, vel multum diuq; lavo, Toer offuer alt/ igiennom bløder/offuer ſkyller/offuer ſlaar. *Fonte proluit labia: proluit ſe auro: cruor proluit pectora: proluit præcordia mulſo.* Item, proluo, aqua infuſa cloacam à ſordibus purgo & lavo, ſkyller vd. *Proluere cloacam, proluit terram pluvia aqua, fluviis. Proluere pecuniam* pro dilapidare atq; eluere profunda ingluvie.

Prolutus, a, um, quod proluimus, offuerſlagen med vand eller andet. *Vappa prolutus multa,* i. e. benè, vel bløt/ igiennom bløt.

Proluvies, ei, f. q. Propriè ſordis profuſio, ſordes exre proluta, Spøll/ſkølning/affſkølning. *Ventris & alvi proluvies.*

Proluvium, n. ſ. idem. Et translatè Terent profuſio & prodigalitas, cùm quis more aquæ profundit opes. Sed ſuſpecta eſt lectio, legentibus quibusdam Prolubium. Item, *prolubium rei venereæ,* pro ſemine animalis.

Subluo, is. Colum. idem quod lavo, aut ſubinde lavo. Ut, *intertrigo bis in die ſubluitur aquâ.*

Subluvies, Colum. idem quod illuvies. Item genus morbi ovibus in diſcrimine ungularum naſcens.

Compoſita alia.

Æquilavium, Feſt. ex toto dimidium, dictum à lavatione lanæ, quæ dicitur æquilavio redire, cum dimidium decidit ſordibus.

Malluvium, n. ſ. vas in quo manus lavantur, Baandbecken.

Malluvia, æ, f. pr. Feſto idem.

LAURUS, f. ſ. & olim quartæ, arboris nomen perpetuæ comæ virentis q. laudus à laude quod laudis eſſet inſigne: quare & apud antiquos laudea nominabatur, Laurtræ. Et translatè victoria & triumphus, quia lauro coronabantur victores & triumphantes.

Laurea & Catoni lorea, f. pr. lauri folium, Laurbladt. Et tropicè corona ex lauro facta, quæ triumphantibus dabatur. Ponitur & pro ipſa lauro. Ut, *ſpiſſa laurea ramus ferbidis.* Item, pro triumpho.

Laureola, f. parva laurea ſeu corona ex lauro. Item laureola, nomen herbæ, Kielderhalß.

Laurea-

Laureatus, a, um, laureâ coronatus. Ut, *imperator Laureatus; imago laureata: fasces laureati.*

Lauretum, ti, n. ſ. locus, ubi laurorum copia eſt, **Laur-ſkow och tycke.** Item, locus quidam Romæ, ubi olim ſylva lauri fuit.

Laureus, a, um, quod eſt ex materia lauri. Ut, *laurea corona, laurea ſerta.*

Laurinus, a, um, quod ex lauro factum eſt. Ut, *oleum laurinum.* Et folia laurina, quæ ſunt ex lauro.

LAUTIA, orum, n. ſ. & lautiæ, arum, f. p. veteribus Dautia, à Do q. datia: munera erant, quæ exterarum nationum legatis dabantur, **æreſkenck ſom giffuis fremmede Sendebud oc Legater.** Item Lautia, Feſt. epularum magnificentia, à lavatione, quia apud antiquos hæ elegantiæ quæ nunc ſunt, non erant, & rarò aliquis lavabatur.

LAXUS, a, um, ior, iſſimus, cujus partes latè diffluunt & diffuſæ ſuut, à voce latus: vel à χαλάω, laxo, dempto capite, **viid/ſlatten.** *Laxa fides, laxi rudentes, laxi arcus, laxæ habenæ.* Et *vela laxa*, quæ ventorum flatu non tenduntur. Inde translatè pro amplo & capaci, **viid och romt.** *Ager laxus.* Et, *laxum tempus*: *laxa dies* pro longo, **lang tid/lang dag.** Et abſolutè laxum pro latè. Ut, *adhuc ſuperat centies tibi laxum.*

Laxè, modo laxo. Ut, *habitat laxè & magnificè*, **romt/rommeligen.**

Laxo, as, act. pr. laxum facio, **Slatter/løſner/giør løß oc ſlat/fiirer/liſner.** *Laxare arcum, laxare rudentes, laxare fides.* Et *laxare pedem*, **fiire ſkød.** *Laxare funem. laxare ſinum*, **Filte ſig nedt/løſer Filtigen.** Et translatè remitto, **lader falde.** *Ex eo, quo aſtrictus ſum, nihil laxabo: moleſtiis te laxo*, pro libero, ſeu à moleſtiis te laxum facio, **giffuis løff eller vdfrier.** Sic, *laxare animos, laxare furem.* Item aperio, **Aabner.** *Laxat Clauſtra.* Item, latum facio, **giør viid/rum/bredt.** *Laxare monumentum*: *laxare plagas.* Item pro demulceo. Ut, *laxare judicum animos*, & à ſeveritate ad riſum traducere.

Laxamentum, ti, n. ſ. pro laxatione, à negotiis, moleſtiisvé, **Løßning/roſt oc roe.** *Nactus aliquid laxamenti, tibi munuſculum concinnabi.* Et, *nullum eſt legi vel cauſis laxamentum*, **Løſning/affilag/opholdt/firing.**

Laxatio, onis, laxandi actus, **Løſning.**

Laxatus, a, um, quod laxavimus, **løſt.** *Laxati curis; Laxati vinculis.* Et *animus corpore laxatus*, ſcil. per mortem.

Compoſita.

Prolixus, a, um, quaſi porrò laxus, longus & latus, **langt och brett/vel langt/merckelig lang/viidløfftig.** *Prolixa barba, prolixa coma.* Et *prolixa arbor*, pro abiete. *Prolixum corpus*, quod longum eſt ac procerum, **høit oc langt legome oc krop.** Et translatè, beneficus & liberalis, **rund oc goed.** *Homo eſt in alium prolixus, prolixus naturâ: prolixus animus.*

Prolixè, adverb. modo prolixo. Ut, *prolixè agit*, **viidtløfftelig.** Item, liberalitèr & largè. Ut, *promittit prolixè: hominem nemo accipit prolixiùs.*

Prolixitas, atis, f. t. prolixi ratio, **viitløfftighed.**

Prolixitudo, antiquè, idem.

Relaxus, a, um, idem quod laxus, rarus & ſolutus, **Løs.** *Humus relaxa.*

Relaxo, as, act. pr. quod tenſum erat laxo & ſolvo, **Løßner.** *Pater nimis indulgens relaxat quicquid ego aſtrinxi: relaxatur alvus*, i. e. mollior fit: Et translatè, *relaxare animum*, eſt recreare & curas intermittere, **ſlaa ſit ſind løß.** *Relaxare curas, triſtitiam*, i. e. remittere.

Relaxatio, onis, relaxandi actus. Ut, *relaxatio animi.*

LEBES, etis, m. t. pen. gen. prod. λέβης, olla ſeu vas æneum, quo coquuntur obſonia, **Kaaber gryde eller Kedel.**

LEGO, is, legi, lectum, act. t. pr. corr. manibus hinc atq; illinc ſumo & percurro, à λέγω ejusdem ſignificationis, **ſancker/ſamler eller ruſker/plucker/luger.** *Legere flores, legere fraga, flores, ſpicas.* Et abuſivè furtim, rapio, **ſnapper/pluckſtieler.** Item, translatè, ſcripta oculis percurro, percipioq;, **giennom ſeer/leſer.** *Legere epiſtolam: legere orationes.* Item, *legere picturam*, **beſkue nogen Malning.** Item, navi percurro, **ſeigler ad/ſeigler langs ad.** *Oram Italiæ legebat: litora epiri legimus: legimus pontum.*

Lectio, onis, legendi actus, **Leſning/ſanckelſe/ſammelſſe.** *Lectio lapidum*: Et, *lectio ſcripti, libri, autoris*, quâ legitur & recitatur, **Leſning.** Accipitur & pro electione. Ut, *eam lectionem nemo ratam habet.*

Lectito, as, act. pr. frequentèr lego. *Calculos in littore lectitavit.* Et, *lectitavit libros Pyrrhi.*

Lectus, us, m. q. idem quod lectio. Et ſpecialitèr militum lectus pro electio ſeu collectio, **Samling/ſanckning.**

Lector, oris, m. t. qui ex officio legit, **Læſere eller Læſemeſter.**

Lectus, a, um, ior, iſſimus, idem quod electus ſeu ſelectus, amiſſo tempore, **vdkaaren/ſynderlig.** *Puella lectiſſima*: *lectiſſimus adoleſcens, lectiſſimi viri, lectiſſima fœmina.*

Lectè, iùs, iſſimè, modo lecto, **Synderligen.** *Lectiſſimè dicit.*

Lectus, m. ſ. in quo quietis cauſa cubamus à lego, ut, Græcum λέκτρον ejusdem ſignificationis, à λέγω qvia lectis herbis incubabant, **Seng/huileſted.** Hinc *lectus diſcubitorius*, **Bordpude eller hynde.** *Lectus cubicularis*, **Seng.**

Lectulus, parvus lectus.

Lectica, f. pr. Geſtatorium virorum principum, in quo lectulus eſat ſtratus, **Roßbaare.** Olim à ſervis, ut hodiè ab equis geſtabatur.

Lecticula, parva lectica.

Lecticarius, à, um, quod ad lecticam pertinet. Ut, *ſervus lecticarius*, qui lecticam geſtabat. *Lecticariæ veſtes*, quæ lectiis adhibebantur.

Lecticaria, Sidon. velum, quo tegebatur lectica, **Roßbarklede.** Et abſolutè, *lecticarius*, qui fert lecticam ſive is homo ſive eqvus, **Roßbardragere.**

Lecticariola, læ. f. pr. Mart. ſcortum ignobile, lecticariorum amores ſectatum, **Vognſuendshore/fiir huids hore.**

Legio, onis, f. t. turba militaris pluribus conſtans cohortibus: habebatq; modò decem cohortes, modò ſex mille centum pedites & ſeptingentos triginta equites: ſic dicta quòd viritim legebatur, **Jt Regiment Krigsfolck.**

Legiuncula, parva legio.

Legionarius, a, um, quod ad legionem pertinet. Ut, *miles legionarius, cohors legionaria.*

Legulus,

Legulus, m. ſ. qui uvas & oleas legit & colligit.

Legumen, nis, n. t. quicquid ex terræ ſatis manu legitur, nec ſecatur; ut ſunt, fabæ, piſa, cicer, lentes & ſimilia, huad ſom ſanckis eller ruſkis med haand / och er i lange ſkaller.

Legumentum, n. ſ. idem.

Lego, as, avi, atum, act. pr. priore productâ, mitto aliquem quaſi ad legendum & dicendum à λεγω dico, vel ſimpliciter à legendo & deligendo, ſender oc ſkicker Sendebud vd til at tale oc handle noget. *Viros principes Romam legat: legat aliquos ad Apronium.* Item *aliquem meo loco parti copiarum præficit*, giøre til Lutenant. *Cæſar me ſibi legavit.* Et translatè, *legare alicui negotium* pro omittere, Befale oc betroe en nogen beſtilling. Item decernere, & teſtamento alicui relinquere, Tillegge / afflegge en med noget. *Teſtator liberto ſuo pondo decem legavit.* Item, imputo, aſcribo. Ut, *fortunæ adverſa legat.*

Legatio, onis, legandi actus, Vndſendelſe / Førſtelig Sendebud. Et ſpecialiter, *legatio*, quæ honoris cauſa dabatur in provinciam eunti magiſtratu. Item, quæ voti prætextu ſuſcipiebatur.

Legatus, ti, m. ſ. qui legatione fungitur, Legat / Stadz eller Førſtis Sendebud. Item, *in bello legatus* dicebatur, qui imperatoris vice fungebatur, øffuerſte Lutenant. Item *Legatus Romanis* dicebatur, qui hodiè commiſſarius, Befallings mand vdi ſtor beſtillinger at handle / tilſat aff Menighed eller Førſte. Item *legatus*, qui vice erat conſulis, Statholder.

Legativum, Juriſc. quod dabatur Legato nomine viaticæ & impenſæ.

Legatum, n. ſ. pars hæreditatis alicui præter ordinem à teſtatore legata, Sielegaffue.

Legatarius, m. ſ. cui ex teſtamento aliquid legatum eſt, ſom haffuer foet Sielegaffue. Et adjectivè, *legatária provincia*, quæ alicui delegata eſt.

Legator, oris, m. t. qui aliquid legat per teſtamentum, ſom giffuer Sielegaffue / giffuer hen noget aff ſit godz til nogen efter ſin død.

Lex, gis, f. t. juris & æqui regula: ſic dicta, quod publicè legebatur, Low / ſkreffuen Low. Et translatè, regula & norma alicujus rei, viſſe Regel / ret maade oc rette ſnore. *Ad hanc legem formanda eſt oratio: aliæ leges in hiſtoria, aliæ in poëmate obſervandæ.* Item recepta inter duos conditio, Vilckor. *Hac lege tibi fidem meam obſtringo*, i.e. hac conditione. Sic: *eâ lege homo natus eſt, ut omnibus telis Satanæ ejus vita ſit propoſita.*

Legalis, le, om. t. quod ad legem pertinet. Ut, *tractatus legales.*

Legitimus, a, um, quod ad legem fit & per legem licet, Lowligt. *Uxor legitima, legitimus amor.* Sic, *legitima hæreditas, & legitima hæreditatis portio, ſtipendia legitima* modò erant viginti annorum, modo 40. Tiberii etiam tempore ſedecim tantùm.

Legitimè, modo legitimo, Lowligen. *Juſtè & legitimè imperat.*

Legulejus, m. ſ. qui legum ſtudia ſectatur, ſeu qui album tantùm & formulas quasdam legis ſecutus, non orator, ſed famularius eſt, ut Quintil. dicit; vel ut Cicero Legulejus, qui faciliora q. legit & eligit, quiq; deſcribitur præco actionum, & cantor formularum.

Compoſita.

Ablectæ, ædes. Plaut. pro viliſſimo prætio venditis, quaſi quæ non venditæ, ſed exſectæ à reliqua ſubſtantia.

Ut, *ablegmina*, quæ diis projiciebantur, ſquættet hen / ſkut hen. Aliter legitur abjectæ ædes q. non venditæ, ſed projectæ.

Ablegmina, partes extorum, quæ Diis immolabantur, q. ſelectæ & exſectæ à reliqua viſceratione: ſeu ablegmina, de opimis & integris, ſupervacuis quibusq; truncatis, capitulis & ungulis, quæ domi pueris vel cænibus deſtinabant.

Allego, gis, act. t. lego in numerum aliorum & legendo addo, Tilvelger / tillegger. *Multos ex amicis in ſenatum allegit: de plebe multi allegabantur.* Et *allecti patres*, qui propter inopiam ſenatorum ex equeſtri ordine, in ſenatum ſunt aſſumpti ad augendum numerum ſenatorum, qui & conſcripti dicebantur. Aliter hoc ab allicio deducitur.

Colligo, is, unà vel in unum lego, ſamler / ſancker ſammen. *Omnia colligere jubet.* Item, ſamler oc tager bort med: *Colligit omnia furtim.* Item, intelligo, forſtaar / ſamler oc ſlutter aff noget: *Hinc nihil colligi poteſt.* Item recipio & reficio, ſtercker: *colligere ſe*, ſtercke ſig / tage ſig roe oc huile til. Item, ex prima ſignificatione, *colligere tædium*, bliffue kedt. *Colligere iram*, bliffue vred / ſancke vrede. *Colligere ſe in arma*, Vebne ſig / lave ſig til / røſte ſig.

Collectio, onis, colligendi actus, Samling / tilhobeſanckelſe. Item, tumor corporis ex defluentibus humoribus collectus, flodt / hæffuelſe.

Collecta, æ, f. pr. pecunia, quæ colligitur à multis, ut fieri ſolet in diverſoriis à convivis, & aliis in locis. Skinder ſkud.

Collectiva, idem. Græca voce ſymbola: id ſcilicet, quod in commune fertur.

Collectaneus, a, um, ex variis collectus. Ut, *collectaneum æs*, ſamlet her oc der / eller aff atſkillige ſlags. *Collectanea* dicuntur ſcripta, quæ ex pluribus excerpta locis in unum lecta ſunt.

Collectitius, a, um, quod colligendo confectum eſt, ſamlet / vden Orden / med en haſt ſamlet

Recolligo, is, diligenter in unum colligo. Ut, *recolligere opa: recolligere actiones ſuas: recolligere annos.* Et translatè, *recolligere animum alicujus*, pro mitigare & ab ira revocare, Formilde / ſancke i laſſue: *Recolligere ſe ab ægritudine*, eſt vires reſumere & recipere, Faa til paſſe / faa til ſig igien.

Deligo, is, lego quod ad rem agendam idoneum eſt, vel hinc illinc lego, Veller vd / ſancker her oc der. *Delegit magiſtratum, delegit milites.* Vel etiam deligo, uſus & miniſteri cauſa lego, vdvelger til tieniſte eller brug.

Delectus, a, um, quod delegimus, Sancket / vald. *Vir ad diſcrimina, ad calamitates delectus.*

Delectus, us, m. q. delegendi ratio, Forſkiel. *Sine omni delectu rem agit: acceptorum beneficiorum delectus non ſunt habendi: habendus verborum & ſententiarum delectus. Delectus militum*, cùm imperator milites legit, etiam invitos, neceſſitate Rempublicam urgente, naar Folck tagis vd / ſom huer 10 eller 20 etc.

Eligo, is, act. t. quaſi exlego, Vdvelger. *Elige utrum velis: regem eligunt*, vdvelge eller kieſſe. *De aſinis ampliſſimum & formoſiſſimum eligunt.*

Electio, onis, eligendi actus, Vdvellelſe / vall. *Electio verborum.*

Elector, oris, m. t. qui eligit. Item hodiè electores, κατ' ἐξοχὴν dicuntur, qui ex officio eligunt Imperatorem Romanum, Churførſter.

Electus,

Electus, us, m. q. idem quod electio. Ut *in necis electu parva futura mora est.*

Electus, a, um, quod elegimus, Vdvalg/vdkiesset. *Rex electus: verba electa.*

Elegans, tis, m. t. qui singularem mundiciem morumq; electionem habet: dictio antiquis in vitio, sed posteris in virtute, Keck/herlig/ reenferdig/ fresen/ stattelig/ nipper/tierlig/ prectig/ holder aff sig selff/ holder sig vdi act oc ære: *Homo est elegans: elegans familia.*

Elegantia, æ, f. pr. elegantis virtus, Keckhed/herlighed/ stat/ prectighed/ reenferdighed. Et translatè, *elegantia sermonis, orationis.*

Elegantèr, adverb. modo eleganti. Ut *elegantèr loquitur,* statlig.

Inelegans, om. t, non elegans, slem. Fermo, oratio inelegans: *homo inelegans,* Tylper.

Inelagantèr, modo ineleganti, Slem/ ilde/ tylperst. *Oratio ineleganter scripta: homo ineleganter facetus.*

Perelegans, om. t. valde elegans: *Perelegans oratio.*

Pérelegantèr, dicit.

Illectus, a, um, quasi non lectus, wlæst: *Scriptum illectum.*

Illex, illegis, com. t. qui sine lege vivit, offuergiffuen/ der skøtter huercken Low och Ræt.

Perlego, is, à principio ad finem usq; lego, Igiennem læser. *Quod videtur, non satis est, sed perlegendum erit.* Et cum adjectione, *perlegere oculis,* pro diligenter intueri & contemplari.

Prælego, is, ante lego seu præeundo lego, Forlæser. *Pueris prælegit.* Item, prætervehor. Ut, *Campaniam prælegebat,* Foer eller reisde frem for.

Prælectio, onis, prælegendi actus, Forlæsning.

Prælector, qui prælegit.

Præliganeum vinum, Caton. quod præ omnibus legitur, seu quod in usum familiæ operarumq; ex uvis ante justam maturitatem collectis fit, Vin och Vlust aff raa Frucr.

Relego, gis, rursus lego, iterum atq; iterum lego, Læs igiennem/offre. *Relego quæ scripta sunt ad cultum Deorum, Relegere iter,* est per eandem viam redire, drage den samme vey tilbage. *Relegere pecuniam* est recolligere. *Relegere Arnobio,* pro religiosum esse: unde *relictus,* religione destinatus. Pendetq; hæc significatio ab Etymo quodam Ciceronis, quo ille deducit *religiosum* à relegendo, de qua voce & Etymo, vide in classe religo & Religo à ligo.

Seligo, gis, seorsim lego & colligo, Serdelis oc besynderlig sancker/ vdkaarer/ vdvelger. *Exempla seligebat multa.*

Selectio, onis, seligendi actus. *Selectio vitiorum.*

Selectus, a, um, quod selegimus. Ut, *selectæ sententiæ: selecti judices,* synderligen vdvald/vdkaaren.

Sublego, is, clam aliquid lego & aufero, furto surripio, stiel hen. *Sublegere alicui carmina:* sic *sublegere sermonem alicujus,* i. e. suffurari, clàm excipere, stiele ord fra en/mercke ad/ snappe op. Item, cursim & obiter aliquid lego, Læs saa wforseendis. *Hoc ego in tua epistola sublegeram.* Item post lego & relicta lego, sancker op effter. *In mensa quod jacebat inutile, sublegit.* Item, aliquem in alterius locum lego & substituo. Ut, *hunc in demortui locum sublegit.* Item idem quod colligo. Ut, *sublegere aquam.*

Sublectus, a, um, quod sublegimus. Ut, *aqua sublecta: is in meum locum sublectus est.*

Sublectus, m. s. qui in collegæ locum sublectus est, vel qui vicem alicujus collegæ sustinet, Tagen indi nogen bestilling.

Translego, is, idem quod perlego, sive legendo percurro, offuerløber med læsen. Plaut.

Composita mutato præterito.

Diligo, gis, dilexi, ectum, act. t. quasi hic ex quocunq; lego, non quidem usus gratia, sed solo amore & benevolentia, holder aff for nogen/ her oc der elsker. *Eos diligo & charos habeo: diligit tecta sordida,* vdvelger/ haffuer lyst til. Et translatè apud veteres: *Clypeatus Elephantum ubi machæra diligit. pernam totam diligit,* i. e. dividit.

Dilectus, a, um, Mart, quod dilexímus, Kiert och elskeligt. *Patri filius dilectus: arbor dis dilecta.*

Diligens, om. t. quasi qui diligit, ideoq; studiosus rei, quam diligit, flittig. Diligens, qui sua servare velit. Comparat. diligentior, entissimus.

Diligentèr, modo diligenti, flitteligen. *Curato istum diligentèr.*

Diligentia, æ, f. pr. diligentis habitus & studium, flittighed. *In diligentia omnes reliquæ virtutes continentur.*

Indiligens, tis, om. t. ior, issimus: non diligens, wflittig/forsømmelig. *Indiligens nimium es.*

Indiligentèr, modo indiligenti, wflittelig/forsømmeligen. *Parta bona indiligentèr tutatur.*

Indiligentia, æ, f. p. indiligentis habitus & vitium, forsømmelighed/wflittighed. *Magna est hujus hominis indiligentia, literarum missarum indiligentiam reprehendit.*

Perdiligens, valdè diligens. Ut, *homo perdiligens.*

Perdiligentèr, valdè diligenter: *perdiligenter epistolam hanc scripsit.*

Intelligo, xi, ctum, lecta & audita mente percipio, forstaar/ fornemmer. *Intellexi senis sententiam de nuptiis. Ex literis tuis intellexi, quid tuæ esset sententiæ.*

Intelligens, tis, om. t. qui intelligit. Et amisso tempore, doctus, peritus, sapiens, forstandig. *Vir doctus & intelligens. stulto intelligens quid interest: intelligens voluptatum.*

Intelligentèr, modo intelligenti, med forstand/ forstandeligen. *Intelligentèr audit, intelligentèr legit.*

Intelligentia, f pr. intelligentis habitus, Forstand/ forstandighed. *Pars animi rationis & intelligentiæ particeps, Deus intelligentiam in animo, animum concluſit in corpore.* Item *intelligentiæ* dicuntur rationes particulares, quas mente apprehendimus.

Intellectus, us, m. q. intelligendi actus, Forstand. *Intellectus disciplinarum, saporum,* quo disciplinas & sapores intelligimus percipimusq;. Item ipsum intelligendi principium & ipsa ratio in homine, Forstand. Et abusive de brutis: *Columbis quidam inest gloriæ intellectus.* Accipitur & aliquando pro intellecta rei significatione, forstand oc bemerckelse. *Verba quædam divisos habent intellectus.*

Negligo, gis, xi, ctum, q. non lego, à messoribus & vindemiatoribus translata voce, qui sive studio sive incuria partes aliquas messis prætereunt, adeoq; significat rem aliquam prætereo vel voluntariè vel ex incuria, forglemmer/lader tilbage/forsømmer/ acterucke/ gaar forbi. *Pecuniam loco negligere, maximum interdum lucrum: libertate contentus negligit humana.*

Negle-

Neglectio, onis, f. t. negligendi actus, quo aliquid negligitur, Ringact/foractelſe. *Amicorum neglectio.*

Neglectus, us, m. q. idem. Ut *res iſta mihi neglectui eſt.*

Negligentèr, modo negligenti, Forſømmeligen/foracteligen. *Res ſuas negligentèr facit.*

Negligentia, f. pr. negligentis vitium & habitus, Forſømmelighed/forſømmelſe/wactſomhed.

Compoſita mutata conjugatione.

Ablego, gas, act. p. aliquem alio lego & mitto alicujus negotii cauſa, & q. legando mitto, henſender / henſticker/ viiſer. *Pueros Senatum ablegabit: ablegare honeſtos homines qui cauſam norint: hæc legatio à fratris adventu me ablegat.* Dicitur & de aliis animalibus ut apud Columel. *Cum ablegabantur, in ea loca perducenda erunt, quibus nullum impaſcitur pecus.*

Ablegatio, onis, ablegandi actus. Ut, *ablegationem requirit iſta oratio.*

Ablegatus, a, um, quod ablegavimus. Ut, *demiſſo & ablegato conſilio.*

Allego, gas, aliquò mitto, vel ad aliquem locum, & peculiariter, alicujus rei impetrandæ gratia, henſender/afferdiger nogen ſteds hen. *Homines nobiles allegantur, qui peterent ne ad ſyllam adirent: allegat amicos & impetrat: allegabit illos ad te: allegabit ad te Philoſophiam.*

Allegatio, onis, allegandi actus, & privata quædam legatio.

Collega, æ, m. p. pen. prod. dignitatis, honoris, officii & poteſtatis ſocius, q. qui cum alio legatus eſt ad adminiſtrationem alicujus rei, medbroder eller medtiener.

Collegati artifices, Juriſconſ. qui in collegia ſunt disjuncti, Bandvercker/ſom haffue deris Law.

Collegium, n. ſ. collegarum ſocietas & communio, Law. Collegium augurum. Item congregatio & ſocietas quorumcunq; hominum, Stalbroderſkab / Compani/Law. *Fabrorum collegium.*

Delego, gas, act. pr. ſuo loco lego, ut, cum princeps legatos mittit, vel debitor creditori alium ſibi debitorem ſuo loco aſſignant, vdſender/ſticker i ſted/ ſticker eller ſetter til noget. *Duodecim delegantur ad regem.* Item injungo, mando, Befaler. Hanc *ei delegavi provinciam, negotium.*

Delegatio, onis, actus delegandi. Item ipſa provincia ſeu mandatum, Beſtilling/ befalning.

Delegatus, a, um, quem delegavimus, Vdſent / beſticket. Unde, *delegata provincia, negotium*, paalagt. Item, quod dedicatum eſt, giffuen hen til Guds tieniſte / eller menighedens beſte.

Relego, as, idem quod ablego vel procul ablego, Langt henſticker. *Relegare tauros in ſola paſcua: relegavat filium ab hominibus, & ruri habitare juſſit.* Item remitto, henviſer. *Relegat eos ad auctores, qui de dubiis rebus rogentur omnibus.* Item exulem facio, vel ad tempus civitate ejicio, Forviſer Landet. *Martianum in quinquennium relegavit.*

Relegatio, onis, relegandi actus. Ut, *relegatio civium.*

Relegatus, a, um, quod relegamus. Ut, *vir relegatus*, forviiſt Byen och Landet: ſic tamen ut ſuis perfruatur bonis. Et translatè, *relegata ambitione homo*, ſom haffuer lagt all ærgerighed fra ſig.

Sublego, as, in alicujus locum lego & vicem aliquam lego & ſubſtituo. Ut, *ſublegare ſenatum*, ſette Jnd.

Compoſita cum aliis dictionibus.

Aquilegium, gii, n. ſ. aquæ collectio & aquæ ductus.

Aquilex, gis, m. t. qui aquam colligit, ducit. Et propriè, qui ſignis quibusdam fontes novit inveſtigare, Vandfonſtner/ Vandſøger.

Aurilegus, a, um, qui aurum legit, i. e. furatur.

Exlex, gis, om. t. q. ſine lege vel extrà legem vivit, qui lege non tenetur, Jngen Low vnder giffuen/ ſom lyſter oc giør huad mand vil/offuergiffuen. *Sylla exlex fuit.*

Culicilega, æ, avis à Gaza ſic reddita ex Græco, κωνωπολόγος, quod venetur culices.

Florilegus, a, um, qui legit flores. Ut, *apes florilegæ.*

Frugilegus, a, um, qui collegit fruges. Ut, *formica frugilega.*

Mucrilegulus, Juriſc. qui murices piſces legit & colligit.

Privilegium, n. ſ. lex privis & privatis hominibus lata, Privilegi/ Friheds breff.

Privilegiarius, Ulp. cui aliquid privilegium eſt conceſſum, Privilegerit / haffuer faaed nogen Frihed for andre.

Sacrilegus, gi, m. ſ. qui rem ſacram aut rem profanam de loco ſacro legit & furatur, Kirckeſtiuff / Kirckerøffuer. Erat & convitium comicum in ſervos improbos. Et Juriſconſ. *Sacrilegus nuptiarum*, qui rumpit & violat leges conjugii adulterio.

Sacrilegium, n. ſ. ſacrilegi furtum, Kirckerøffuerſ. *Reus eſt ſacrilegii.*

Sacrilegus, a, um, quod ſacrilegio infectum eſt, ſacrilegio conſtat, vel atrocitate ſua ſacrilegium refert. Ut, *manus ſacrilegæ, bellum ſacrilegum.*

Sortilegus, gi, m. ſ. qui per ſortes futura prænunciat, & qui per ſortem aliquid eligit, dagvellere/ regnſæder.

Sortilegium, ii, n. ſ. ſortilegi actus. Item quævis magica ſuperſtitio.

Spicilegium, gii, n. ſ. collectio ſpicarum à meſſoribus præteritorum, Axe Sancken: *Meſſe factâ ſpicilegium venire oportet, aut domi legere ſtipulam.* Unde *ſpicilegium facere* dicuntur, qui meſſorum terga inſequentes ſpicas præteritas colligunt.

Supellex, lectilis, primâ brevi, f. t. initio eo nomine dicebantur, quæ ſuper lectos vel cubiculares vel diſcubitorios poni ſolebant: inde inſtrumentum omne uſibus domeſticis paratum, Boſkab/ Huusraad. Aliter à pellibus deducitur, q. omne inſtrumentum, quod in legationem proficiſcentibus locari & ſub pellibus uſurpari ſolebat. Dicitur & translatè *oratoris ſupellex* pro apparatu & copia ejus. Item *vitæ ſupellex.*

Supellectilis, f. t. idem quod ſupellex.

Supellectile, n. t. idem antiquis.

LEMBUS, m. ſ. genus navigii ſive piſcatorium ſive militare: eratq; majus & minus, à λέμβος ejusdem ſignificationis, Fiſkerſkude / Fiſkerbaad / Skøite eller Esping. Agebatur a. remis. Unde, *aſcendi in lembum atq; ad navim advehor.*

Lembulus, m. ſ. parvus lembus.

Stlembus, a, um, antiq. pro gravis tardus & piger, ſcilicet à motu lembi. Ut, *equus pedibus ſtlembus.*

LEMNISCUS, ſci, m. ſ. voce Syracuſana ſignificat faſciam coloriam, ſive tæniam ſtrictâ atq; anguſtam è coronis dependentem, Bendel ſom henger ved krantze paa hoffuedet. Sed & legitur in Lexico Græco λημνίσκος ejusdem ſignificationis. Item Lemniſcus Cæſ. linamentum in longum implicitum, Badſker bindel.

Lemniſcatus, a, um, Lemniſco inſignitus. Unde *corona lemniſcata, palma lemniſcata.*

LEMURES, rum, m. pl. inquieti dæmones & umbræ mortuorum homicidas infeſtantes, quaſi Remures, à Remi umbris fratrem Romulum inquietantibus, gienganger.

Lemuria, & Remuria, orum, n. plur. ſacra tribus noctibus in menſe Majo non continuis, ſed interveniente ſemper una nocte celebrari ſolita ad placandos Lemures.

LENIS, e, om. t. ior, iſſimus, pr. prod. quod utenti facile eſt, à λειαίνομαι ſubigendo mollitus, Smidig/ſacte. *Lenes cibi*, Lindt mad. *Lene vinum*, Sact Vin/ icke for ſterck. *Lene venenum*, quod minori cum cruciatu necat. Item, ad aures. Ut, *Lenis ſonus*, ſagt Lyd: *verba leniſſima*: *oratio leniſſima*. *Lenis ventus*, Sact vind oc vær. Et translatè ad animum: *homo lenis*, Sactferdig i ſin gierning oc ſkick. *Animus lenis*, Sactferdig ſind.

Lenitèr, modo leni, Sacteligen. *Lenitèr agit*, *diſputat*, *arridet*.

Lenè, adverb. idem, ſed minùs uſitatum.

Lenitas, tis, f. t. lenis affectus, Linhed / ſmidighed/ ſacthed / ſactferdighed. *Lenitas heri*, *lenitas guſtus*, pro ea, quam ſentit & percipit guſtus.

Lenitudo, f. t. idem. Ut, *Lenitudo orationis*. *Horum lenitudine opprimuntur*, ſcil. quâ illi utuntur.

Lenio, is, nivi, vel ii, itum, act. q. lene facio, placo, Linderer/ giør ſmidig / formilder/ ſacter. *Iratum leniebat*: *lenire odium*: *lenire multitudinem muneribus*: *conſolatione aliquem lenire*: *lenire deſiderium literis miſſis*. Legitur & antiqvum futurum *lenibo*: Et apud Plautum activum pro paſſivo. Ut, *iræ leniunt*, i. e. leniuntur: ut cum dicitur *terra movet*, i. e. movetur: *mortis metu mutant*, i. e. mutantur.

Lenimen, is, n. t. quo aliquid lenitur, Linnelſe / formildelſe. *Lenimen amoris*.

Lenimentum, n. ſ. idem.

Compoſita.

Delenio, Columel. lenem reddo, mulceo, & mulcendo mentem adimo, Formilder / offuertaler en. *Verbis delenitur commodis*, Formildis/ betagis/ offuertalis. Legitur & in eadem ſignificatione delinio. Ut, *tu me delinis*, du giør mig gall.

Delenitus, a, um, quem delenivimus, & mente quaſi alienatus quibusdam remediis, Fortryllet / fommen aff laſſue/ fra ſindet. *Delenitus ſum*, *ut neſciam quis ſiem*. Et *delenitus dote*, Forblindet / fortryllet/ forgiort. *Verbis delenitus*, Betagen med ord. Legitur & delinitus. Ut, *delinitus illecebris voluptatis*: *genus hominum deſertorum oratione delinitum*.

Delenitor, ſeu delinitor, oris, m. t. qui delinit, ut, *orator judicis eſt delinitor*.

Delinitio, ſeu delinitio, onis, actus deliniendi, Linnelſe/ formildelſe/ tilfredſ ſtillelſe. *Delinitio multitudinis*, quâ multitudo delinitur.

Delinimentum, ſeu delenimentum, quod delinit, Forlindring. Item, quo aliquem delinimus, ut ſunt veneficia, venena, pocula amatoria, Tryllerj/ Gillilock. *Homo delinimentis capitur*.

Semperlenitas, Terent. unica dictione. Ut, *Heu ſemperlenitas patris verebar quorſum evaderet*, i. e. ſolita & perpetua lenitas.

LENO, onis, m. t. pr. prod. qui ſcortorum proſtitutione q. lenis adoleſcentum amores, & vitam quaſi leniendo corrumpit, à lenio, Kuffer

Lena, f. pr. idem in ſexu fœmineo, Kufferſke.

Lenunculus, m. ſ. diminutivum, notans non quantitatem ſubſtantiæ Lenonis, ſed contemptum & ejus impe-

ritiam. Lenunculus etiam navigium piſcatorium, niſi pro eo ſit legend. Lembunculus.

Lenullus, aliud diminut. Sed per blandimentum, Kuffer lille.

Lenonius, a, um, quod ad lenonem pertinet. Ut, *loca lenonia*: *januæ lenoniæ*: *ædes lenonia*, Kufferhuus / Kufferj. Et *lenonia fides*, i. e. fallax.

Lenocinium, ii, n. ſ. ars & exercitium Lenonis, Kufferj. Et translatè illecebra & allectamentum, Tillockelſe/ lockning. *Dedidit ſe cupiditatum lenociniis*. Item, exquiſitior quædam elegantia, quali utuntur lenunculi in proſtituendis ſcortis, formegen pryding oc ſtaffering. *Lenocinia verborum*, *corporum*: *lenocinia veſtium*.

Lenocinor, aris, dep. lenocinium facio, giør Kuffer aff mig/holder Kufferj. Et translatè blandior. Ut, *tibi ſerviet*, *tibi lenocinabitur*. Item gratiam concilio. Ut, *libro iſti lenocinetur*.

Compoſita.

Vitilena, e, f. pr. vitium ſvadens lena.

LENDES, cui ſingulare lens, f. t. ova ſunt pediculorum capillis adhærentia, à λεπτὸς gracilis, exiguus. Aut à lentus, quod adhæreant.

LENS, tis, f. t. genus legumenis, tribus vel quatuor granis in ſiliqua, & inter legumina minimum, à lenis, quòd veſcentes lenes faciat & moderatos. Nam, inquit Plinius, Invenio apud auctores æquanimitatem fieri veſcentibus ea, Lindſer / et ſlags ſmaa Ærter. Facit. a. Cato accuſativum lentim. Alirer à lentus, quod humida ſit & lenta, vel quòd adhæreat humi.

Lenticula, f. pr. idem vel genus quoddam lenti ſimillimum, ſui tamen generis. Item *lens cocta*. Item lenticula, vaſis genus, & ut eſt conjectura, Unguentarium, à figura leguminis ſic dictum. Item ab hujus vaſis ſimilitudine, lenticula in gemmis dicitur, figura circa medium ſui lata, rotunda & depreſſa. Item lenticulæ ſunt maculæ in corpore, quæ & lentigines dici ſolent.

Lenticularis, re, om. t. quod lenticulas ſpectat. Ut, *formâ lenticularis*.

Lentigo, inis, f. t. macula in facie hominis ſubruffa & nigra interdum ad lentis ſimilitudinem, Fregne paa Menniſke.

Lentiginoſus, a, um, lentigine affectus & abundans, Fregnet/ fregnefuld.

LENTUS, ior, tiſſimus, a, um, quod tractu aut compreſſione diſſipari facilè nequit, ceſſione vincens, non reſiſtentia: ſeu quod non facilè interrumpitur ſed tenaciùs cohæret, q. à lenio vel lenis, i. e. mollis, quia ex lenitudine & mollitie tale eſt, Lind/ſei/ diciturq; tàm de ſiccis, quàm de liquidis. Ut *lenta pix*: *lenta ſalix*, *lentum vimen*, i. e. flexile. Inde tropicè ſignificat tardum (lenta n. tardè moventur) ſeen oc ſact: lentus gradus, ſeen oc ſact gang. *Tu Tityre lentus in umbra*, pro moram trahis, giffuer dig gode ſtunder/ du lenter. Sic *lenta manus*, *lenta brachia*, i. e. tardè moventia. *Lentus agricola*, pro vacuus & otioſus, ſeenferdig oc doen. *Lenti remi*, quòd tardè moventur & agantur; vel etiam lenti remi, quòd in undas acti videantur flecti & curvari non tamen frangi. Item, *animal lentæ vivacitatis*, i. e. longæ, Seiliffuet. Item, interdum remiſſum. Ut, *humor*, *pluvia*, *ros lentus*, qui non admodum irruit: *Ignis lentus*, qui non admodum caleſcit, ſagt regn/dug/ild. Sic, *lentus color*, dum farffue. *Lentum vinum*, mild oc ſagt vin. Item, translatè ad animum, ſactferdig *Virpatiens eſt & lentus*.

Exponi-

Exponitur & facilis in hoc Lucilii: *Lucius Cotta senex, magnus trito fuit, numarius, solvere nulli lentus.* Et adverb. *lentùm solvere*, i. e. facilè, quia lenta quæ sunt, facilè seqvuntur quò velis. Sic *lentæ umbræ*, i. e. sequaces.

Lentè, modo lento, Seenligen/ſactferdeligen. *Lentè & cunctanter venit: lentè agit. lentè fert* pro patienter. *Lentè aliquem probare*, est longo temporis tractu probare, Lenge.

Lenticia, f. pr. Plin. pro lentore.

Lentitudo, dinis, lenti, tardantis & longioris temporis affectio, Seenhed. *Lentitudo mortis*, quâ mors lente & tractim venit.

Lentor, oris, m. t. lenti affectio, Seihed. *Lentor picis, lentor resinæ.*

Lenteo, es, Lucil. pro lentus sum, Lenter / er ſeenferdig: *lentet opus*, pro lentè procedit.

Lentesco, is, n. t. lentus fio, Seiner. *Virgulta lentescunt.* Item, tenax fio & cohæreo, Klynger ved. *Tellus habendo lentescit ad digitos picis in morem.* Et translatè: *lentescunt tempore curæ.*

Lentandus remus, Virgil. pro remus in undas agendus & flectendus, quandò & remi lentor insignitèr conspicitur dum non frangitur, sed immersus paululùm cedit, & rursus exemptus dirigitur, quasi à lento, tas.

Lentiscus, sci, f. ſ. arboris nomen exsudantis, & in anno ter fructum proferentis, à lentus lentor, sive propter resinam, sive ipsius ligni, quod liquore quodam lentescat. Et Isidor. quòd cuspis ipsius lentus sit & mollis. Ex ligno enim hujus arboris dentiscalpia fiunt præstantissima. Unde *Lentiscum melius, sed si tibi frondea cuspis defuerit, dentes penna levare potest*, Maſticke.

Lentiscinus, a, um, quod ex lentisco fit. Ut, *oleum lentiscinum: Resina lentiscina*, Maſtix.

Lentisma, pro resina, quam exsudat lentiscus.

Composita.

Relentesco, is, Ovid. n. t. ad lentorem pristinum redeo. Ut, *relentescit sæpè repulsus amor.*

LEO, onis, m. t. λέων. animal ferum & omnium generosissimum, Løwe. Item sydus cœleste. Item Leo, marinus piscis ex cancrorum genere.

Leoninus, a, um, quod ex leone est. Ut, *leonina pellis: Leoninus adeps. Leonina species*, quæ est leonis, vel quæ leonem refert. Et translatè, *Leoninus animus*, qui ferocitate leonem refert.

Lea, f. pr. Lucret. pro Leæna. Item Lea brassicæ genus latis foliis è caule exeuntibus.

Leæna, æ, f. pr. Leonis fœmina, Løwinde.

LEPIDUS, a, um, dior, dissimus, pr. corr. quod singularem quandam venustatem & agilitatem refert in dictis, factis, moribus, aut ipsa forma à λεπτὸς tenuis, subtilis, gracilis, Snoien/ glatt / ſom ved rœt at ſnoe och puge ſig/ lyſtig/ artig / puzvorn. *Homo lepidus, caput lepidum: lepida mulier.* Lepida specie vel forma mulier, glat. Sic *lepidæ literæ, lepida oratio, lepidum dictum, lepidum facinus, lepida dies.* Et *tabellæ conscriptæ lepida manu.* Item, *homo lepidus ad res omnes.* Et adverbialiter *lepidum eloquere* pro lepidè. Aliter à λέπω cortex & squama, q. politus detracto cortice squamáve, quod nos efferimus, glatt/ſkaler.

Lepidè, dius, dissimè modo lepido, puzvon/ artigen/ lyſtigen: *Lepidè loquitur, facit, adjuvat.*

Lepidulus, a, um, aliquantùm lepidus.

Lepidulè, modo lepidulo.

Lepor, & lepos, oris, pen. Gen. prod. m. t. lepidi affectus, Snoienhed/artighed/puzerj oc lyſtighed: *Lepos in jocando: lepor dicendi.*

Composita.

Illepidus, a, um, qui non est lepidus, seu in quo nihil est leporis, wlyſtig / ſom haffuer ingen yndeſt eller art i ſig. *Scortum est illepidum. parens illepidus*, Knarvorn/Magſiug/ ſom gior intet lidt.

Illepidè, adverb. modo illepido, med ingen art. *Illepidè loquitur.*

Perlepidus, a, um, valdè lepidus.

LEPISTA, æ, f. pr. λεπίστη, genus vasis aquarii, fictile aut æneum. Aliter legitur Depesta, à δεπάστη vel δέπας: exponiturq; vas vinarium in mensa Deorum positum apud Sabinos.

LEPRA, æ, f. pr. λέπρα vitium corporis & asperitas cutis profundior cum pruritu eam in squamas resolvens, nec non ipsam carnem depascens ad ossa usq;, Spedalſkhed.

Leprosus, a, um, Eccles. ast. leprâ affectus, Spedalſk.

LEPUS, oris, pen. Gen. corrept. m. t. pr. corr. animal delicatissimum & ad cibos expetitissimum ab Æolica ficulavè voce λέπορις, ejusdem significationis, Hare. Inde translatè, puer amoribus expetitus. Ut, *tute lepus es & pulpamentum quæris.* Item lepus marinus, piscis quidam ex mollium genere. Numerantur autem tres ejus species, quarum una venenata est.

Lepusculus, parvus lepus.

Leporarium, rii, n. ſ. locus, ubi lepores aluntur. Item leporaria dicebantur omnia septa villæ affixa, quibus animalia inclusa pascebantur.

Leporinus, a, um, quod est ex lepore. Ut, *pes leporinus: Caro leporina. Cinis leporinus*, qui fit ex lepore in cinerem redacto.

LESSUS, m. sive lessum, n. ſ. antiquis dicebatur muliebris ejulatio, seu lugubris oratio vel cantus, aut vestis lugubris, à λήκεω voce tragica, vocem edo, sono: aut à λῆδος, quod vestem significat vilem & ex panno raro, Liig Sang/eller Sørge Klæd. Aliter ejusdem originis cum lamentum pro lassus, ad differentiam lassus labore. Unde Plaut. *Thetis quoq; etiam lamentando lessum fecit filio.*

LETHUM, sive letum, thi, n. ſ. pr. prod. Idem quod mors, à λήθη oblivio: Quia mors omnium rerum oblivionem inducit: seu à λήθω, lateo, quòd lateant mortui.

Lethalis, e, om. t. quod lethum adfert, Sødelig. Lethalis inedia. Lethale vulnus, Sødelig ſaar. Sic *ensis lethalis: medicamenta lethalia.*

Lethalitèr, modo lethali, Sødeligen. Ut, *lethaliter ſauciatus.*

Letho, as, act. pr. Virgil. in Culice, lerho afficio.

Lethatus, a, um. Ovid. quasi letho affectus, Sødet. *Lethata corpora.*

LEVIS, e, ior, iſſimus, om. t. priore correpr. quod facilè fertur & tollitur; à λεπὸς pulvis, quaſi quod pulverem motu refert, Lett. *Levis ſtipula. Levis armatura*, cui parum eſt ponderis: Unde *levis armaturæ miles*, qui non magno animorum pondere oneratur, Lett och ringe vbnet Krigsmand. Et hinc translatè ad orationem *levis armaturæ excurſio*, pro argumentis levioribus quæ à fronte & initio inſeruntur & proponuntur. Item levis translatè ad animum, Lettferdig. *Levis homo*: *levis ſententia*. Item ad res quæ nullius aut certè parvi ſunt momenti, Ringe och lett. *Levis auctor*: *hæc omnia levia ſunt, quæ in animum induxti tuum*. Sic *levis dolor, levis gratia, levis tactus*, pro parvo & exiguo, Ringe och liden / ſacte. Et *levi vomere ſauciare terram*, pro leviter terram arare, ſom naar mand lægger Jorden / drager eller riſter / eller pløjer grynt.

Leviculus, a, um, aliquantum levis, noget lettferdig. *Leviculus Demoſthenes*.

Leviter, ius, iſſimè, modò levi, letteligen. *Medici ægrotantes leviter curant*: *baculum leviter à ſummo inflexum*, lider: *homo leviter eruditus*: *leviter ſaucius*: *leviter hoc fero aut leviſſimè feram*, pro non graviter, Taalmodelig. Et *leviter dicere aliquid*, eſt quaſi ſubmiſſa voce, ſacteligen.

Levitas, atis, f. t. levis rei affectio & ratio, tam propriè quam translatè, Lethed / ringehed / lettferdighed. *Stipulæ levitas*: *hominis levitas*.

Lèvo, as, act. pr. quaſi leve quoddam in altum tollo. Sed & de re graviſſima & ponderoſa quaq; dicitur, Løffter. *Aquam levat*. Et ex adjuncto aufero, rager aff. *Levare vincula*: *levare aliquem vinculis, faſce, onere, levare civitatem miſeriis*: *levare ſe infamiâ*, pro liberare: *levare vultum* pro polire & ornare. Et translatè, *levare conſilio & opere alicui dolorem, laborem, curam, paupertatem, annonam*, q. leviora hæc reddere, lette paa ſaadant. Sic & *animi exercendo levantur*. Et *levari non poſſum*. *Levaſſo* Ennio pro levavero.

Levamen, inis, n. t. & levamentum, ti, n. ſ. quo aliquid levatur. Ut, *levamen doloris, curarum, miſeriarum levamentum*.

Levatio, onis, f. t. levandi actus, propriè & translatè, løfftelſe / lettelſe. *Levatio oneris, levatio doloris*.

Levatus, a, um, quod levavimus, løfft / lettet. *Aqua vento levata*: *civitas ære alieno levata*.

Compoſita.

Allevo, as, act. p. in altum tollo, & quod humi jacet ſurſum ad me levo, opløfftet. *Supercilia ad ſingulos tocis conatus levantur*. Item levius reddo, letter: *Onus hoc ex aliqua parte allevabis*. Et translatè ad animum, *allevare ſolicitudines alicujus*, i. e. lenire & demulcere. *Allevare afflictum*, eſt recreare & afflictione eximere. Item, paſſivè, *allevor tum loquor tecum abſens*, i. e. recreor, demulceor.

Allevatio, onis, allevandi actus, lettelſe / trøſt oc hielp. *Allevatio conſolatur diuturnitatem doloris*: *nullam ſperat allevationem*.

Allevamentum, ti, n. ſ. quo allevamur. Ut, *in adverſis ſine ullo remedio atq; allevamento permanet*.

Allevatus, a, um, quod allevavimus. Ut, *corpus allevatum*, løfft och lettet.

Collevo, as, levius reddo, mitigo, letter.

Elevo, as, ſurſum levo, opløffter. *Cape lapidem & eleva*. Et translatè à re ponderanda, minuo, quia nimirum minus elevatur à majore, forringer / formindſker / giør forlet: *Autoritatem hominis judicium, dignitatem, teſtimonium elevatis*: *elevare dicta alicujus*, giøre til intet / til foract: ſcilicet ut nihil ponderis habeant.

Elevatus, a, um, quod elevavimus, opløfft / forringet. *Teſtimonia elevata*.

Perlevis, ve, om. t. valdè levis. Ut, *perleve momentum fortunæ*.

Relevo, as, rurſus levo aut dejectum levo, løffter op igien. *Corpus à terra relevat*. Et translatè *relevare labores*, i. e. minuere. *Relevare animum*, i. e. recreare. *Relevare aliquem moleſtiâ, curâ, metu*, Lette en ſaadant.

Relevatus, a, um, quod relevavimus. Ut, *mens curâ relevata*.

Sublevo, as, lapſantem levo ſuſtento quaſi ſubtus admoto adminiculo, opholder / ſtytter. *Mentum ſiniſtrâ ſublevavit. ad pedes ſtratos ſublevat*, i. e. erigit. Et translatè, *ſublevare miſeros ſuis facultatibus*, i. e. ſuſtentare. Sic *ſtultitia ejus nos ſublevat*: *& ſublevat eum verbis*, i. e. ſolatur & adjuvat. Item pro compenſo, vederlegger. *Dicendi gloriâ nominis nobilitatem ſublevavit*. Item levem reddo & minuo, letter / mindſker. *Sublevare calamitates alicujus, odia, pericula*. Item infirmo, Sueckr. *Sublevat cauſam inimicus*. Item *ſublevare offenſionem* eſt abjicere. Et, *ſublevare aliquem teſtimonio* eſt cauſam ejus leviorem reddere.

Sublevandus, a, um, part. Ut, *ſublevanda pericula*, i. e. minuenda. Et *ſublevanda offenſio*, i. e. abjicienda.

Subleſtus, a, um, aliquantum levis, debilis atq; infirmus, ſkrøbelig / affmectig: *Subleſta fides*, i. e. levis & infirma, cui credi non poteſt. *Vinum ſubleſtiſſimum*. Quod infirmos facit animo & corpore. Unde *ſubleſta pictura*, quæ eſt tantùm primis lineamentis deformata ac nullis coloribus adumbrata. Aliter ſubleſta pictura à Liſta, i. e. Linea, q. pictura conſtans imperfecta & nondum abſoluta delineatione.

LIBER, bri, m. ſ. pr. corr. propriè corticis genus tenuius quod in Phylliras plures dividi poteſt, & inter alios uſus ligamentis & vinculis expetitum à ligando, Baſt eller neſſuer. Inde interior arboris cutis & membrana ipſi ligno adhærens, Indbark vdi træ. Et tropicè quicquid, in quo animi eontepta exaramus, Bog breff / Skriffuet bog: Sic dictus quia olim liber arboris exarationi inſerviebat. Inde per Synec. Index, Regiſter paa noget: *Allatarum literarum, libri domi ſervantur*. Aliter liber q. leber à λέπω cortex, ſeu tunica plantam ambiens. Item à λιβρὸς humidus ſtillans: ſcilicet propter ſuccum ibi ſtillantem. Item à luo ſolvo, quia deglubitur, q. luber.

Libellus,

Libellus, m. ſ. parvus liber. Unde libellus pro epiſtola ſive tabella, Breff. *Ex libellis tuis hoc animadverti.* Item libellus, literæ quibus ſupplicamus, Supplicatz: *Libellus erat index inſidiarum.* Item literæ conceptæ ad ſubſidium memoriæ, Memorial. *Peſſimæ eſt conſuetudinis libellis eſſe contentum.* Unde apud Ciceronem: *libellus mandatorum*, Memorial til at beſtille noget. Item literæ quibus iter facienti cavetur ab oneribus, impedimentis, vectigalibus, tributis, Fripaß / Paßbordt. Item literæ, quibus quis in judicium vocatur, ſteffning: *libello me citavit.* Item quæ publicè figuntur, opſlagen Breffue / Intimatz: *libelli in celeberrimis locis proponuntur. Libellus ſacrarum rationum*, Kircke ſtöel / Regiſter oc Regenſkab. Sic ratione aliarum materiarum: *Libellus accuſationis, libellus conventionis.* Et, *libellus repudii*, Skilsmiß breffue.

Libellulus, novum deminutivum.

Libellio, m. t. qui libellos, literas & epiſtolas fert & affert, Breffdrager. Item qui libros ſcribit & vendit, Bogtrycker oc Bogfører.

Librarius, a, um, quod ad libros pertinet. Ut, *atramentum librarium*, Scriffuer bleck / Tryck bleck. *Taberna libraria*, Boglade. In qua libri venales exſtant. Et abſolutè *Librarius* qui libros exſcribit ad id pretiò conductus, Som ſkriffuer Bøger vd for andre / Haandſkriffuer. Et in fœm. *Libraria* pro taberna ſeu cella libraria. Item in neut. *librarium*, pro theca ſive ſcrinium, quo libri continentur, Bogſæck / Bogſkrin: vel etiam Catalogus, quem vulgo Regiſtrum vocant, Regiſter och Indhold paa noget.

Librariolus, m. ſ. idem quod librarius exſcriptor, parvus librarius & à manu ſerculus.

Compoſita.

Delibro, as, act. pr. Lucr. pro deminuo. Ut, *nulla res animi pacem delibrat tempore in ullo.* Sic *lignum delibratum, cui liber & cortex eſt detractus.* Sed fortaſſe legendum eſt delibo.

LIBER, a, um, pr. prod. quod eſt ſui juris & poteſtatis nec aliquo tenetur impeditur vè. à libet q. qui pro libitu agit: vel immediatè à λείβω libo, λοιβὴ libatio: ſcilicet ex libationis ſpontaneæ & ultroneæ affectione: q. qui ultrò, ſponte, vel libans, non coactè, non juſſus agit. Unde & antiquis ſcribebatur loiber loeber, fri. *Homo liber, animus liber, populus liber, civitas libera.* Et, *homo à lectione ad iter liber: à pavore, metu & religione, à legibus liber.* Et cum caſu apud Horat. *liber operum*, i. e. vacuus. Item liber per excellentiam, homo liber qui ortu & genere liber eſt, Friborn. *Liberum tempus*, quo omni cura ſoluti ſumus. *Liberum eſt illi abire*, det er hannem frit for. *Liber locus*, ubi remotis interpellatoribus & arbitris aliquis voluptati dare operam poteſt. Et translatè quod latius extenditur, Romt oc vitt. *Liberius malum*, pro amplo & magno. *Liberior campus*, Vid oc rom marck. Et nova tranſlatione, *liber dicendi campus*, pro amplitudine. Sic *oratio libera, literæ liberæ, liberum cor, & lingua libera*, quæ latius exſpatiatur, tum quæ liberè & audacius vagatur, nullius habita ratione, Rum talende. Item *liberum cœlum* quod latè patet ſeu quod omnibus æquè commune eſt, Aaben och fri for alle. *Libera mandata*, Fuldmact. *Libera toga* pro virili, quòd liberius amoto magiſtro vivebatur, nec ulterius diſciplinæ ſubjectus erat adoleſcens: unde *dare alicui liberam togam*, giøre en Vergafftig. Ponitur & apud Plaut. pro liberali. Ut, *pater meus rerum harum eſt liber*, hand er rund paa. Item Liber Epitheton Bacchi, quod vinum curis liberet hominem, ſeu faciat, ut liberius loquatur. Aliter liber à λύω ſolvo, libero, quaſi qui vinculis & à nexu ſolutus eſt.

Lœbeſcum & lœbertatem, inquit Feſtus, antiqui dicebant pro liberum & libertatem.

Liberè, modo libero, friit / friligen: *Liberè graſſatur. liberè vivit. liberè adoleſcentes in fraudem illicit. liberè loquitur.*

Libertas, atis, f. t. liberi affectio & ratio, Frihed. *Hominis libertas. homo libertate donatus. dicendi, vivendi libertas.* Item Libertas, pro Dea libertatis.

Liberalis, le, om. t. quod hominem, ortu liberum, elegantiâ refert, Kiøn / Ædelig: *Mulier liberali forma, facie.* Item naturæ bonitate & candore, Adelig ærlig och oprictig: *Liberale ingenium. homo ingenio liberali, liberale factum, liberale officium.* Item benignitate & munificentiâ, Rund och gaffmild / koſtfri: *Liberalis habitum fraudaſſe dicitur.* Item liberale, quod inter liberos conſtat. Ut, *liberale conjugium.* Item quod libertate utitur, frilig. *Liberum reſponſum.* Item quod ad libertatem pertinet. Ut, *cauſa liberalis, judicium liberale*, in quo agitur de libertate alicujus. Item *artes liberales*, quæ ingenio ſine manuum corporisq; labore exercentur: Sic dictæ ſive quòd hominem ortu liberum deceant, referantq;, ſive hominem eas edoctum liberum in republica faciant, fri boglige Konſter. Item abſolutè *liberalia, orum*, n. pl. feſti ſunt dies. *Liberi patris*, i. e. Bacchi.

Liberalitas, atis, f. t. liberalis hominis affectus & virtus, Rundhed. Item morum facilitas & integritas. Ut, *liberalitate potius, quàm metu retinendi ſunt liberi*, Friighed eller frilig omgengelſe.

Liberaliter, modo liberali. Ut, *liberaliter ex iſtis cibis tractatus ſum*, Rundeligen. *Liberaliter educatus*, kønt och addeligen opdragen. *Liberaliter eruditus. liberaliter artibus inſtitutus. liberaliter inſtructus*, pro copiosè & liberali modo. *Liberaliter ſervire*, eſt ingenio liberali, Friligen och godvilligen. *Liberaliter ipſum habeo*, holder hannem lecker och ſom en Herre.

Liberi, orum, m. ſ. numero tantum plur. filii & filiæ parentum, ſic dicti, quod liberi eſſent & immunes ab oneribus ſervorum, Børn. Dicitur & hoc ipſum plurale Liberi, apud Plautum & Ciceronem de uno filio. Juriſconſ. etiam liberorum nomine comprehenduntur nepotes, pronepotes & ex iis deſcendentes. Legitur & in ſingul. numero Liber, pro filio apud Quint. & præclaros quosdam Juriſconſ. nec non apud Ovid. de Phaetonte. Item, Cic. ait: quòd ex nobis natos liberos appellamus; Idcirco ex Cerere nati nominati ſunt liber & libera.

Libero,

Libero, as, act. pr. liberum facio, ut cum ex servo libertum quis facit, giør fri / giør til fri mand. Inde in libertatem redimo, kiøber mig fri: *Si quis apud nos servisset ex populo fœderato seseq; liberasset.* Item in judicio ab intentata actione liberum judico, dømmer fri for nogen tiltale: *Judices hunc bis condemnatum liberarunt: crimine illo liberant.* Et extra forum, *liberare aliquem molestiâ, damno, periculo, &c.* est eripere. & ab istis liberum constituere, befrie / redde nogen aff saadant. Dicimus & *liberare fidem* pro præstare promissum, løse sin tro oc loffue / fuldkomme det mand haffuer loffuet / holde loffue. Item *creditor liberat debitorem,* cùm quod debebatur, ei acceptum fert, giffuer hannem løß / giffuer hannem quit. Et simpliciter *liberare debitorem*, løse hannem ind aff sin gield.

Liberatio, onis, liberandi actus, befrielse: *Reorum liberatio.* Item Jurisconsl. acceptilatio seu absolutio à nexu, quittering.

Liberator, oris, m. t. qui liberat liberareq; solet. Ut *Patriæ liberator.*

Libertus, ti, m, s. qui ex servo factus est liber, frigiort.

Liberta, æ, f. p. idem in sexu fœmineo.

Libertinus, m. s. qui ex liberto natus est. Item idem quod libertus.

Libertina, f. pr. idem in sexu fœmineo. Ut, *virgo libertina.*

Composita.

Collibertus, m. s. liberti socius & ab uno eodemq; libertate donatus cum altero, medfri tiener.

Delibero, as, n. p. consilium agito & mente volvo, differo quod facto opus est, q. omninò libero mentem curis ancipitibus & spe dubia, beraader mig / raadslar / offuerslaar / offuervejer / redder mig vd eller løß. *Deliberat eum adversaria parte: senatus deliberat an captivos redimat, an non: de ea re multum deliberavimus: in deliberando sæpè animi in contrarias partes distrahuntur.* Exponitur & dubito. Ut, *deliberant utrum id sequantur, quod honestum esse videant.* Item impersonal. *deliberatur de hac re.* Aliter hoc à libra libellâ, quâ quid perpenditur, ut perpendo, libro & trutino, simili translatione.

Deliberatio, onis, deliberandi actus, beraadslag. *Deliberatio de republica. Deliberatio boni viri*, quâ ille deliberat.

Deliberatus, a, um, de quo deliberavimus. Ut, *mors deliberata*, beraadslaget. Et amisso tempore: *nec illi quicquam deliberatius fuit, quam me evertere.* Sic *certum est deliberatumq; dicere.* Item *deliberatum*, pro re deliberata.

Deliberator, oris, m. t. qui deliberat, vel deliberare solet.

Deliberativus, a, um, deliberatione constans. Ut, *causa deliberativa: materia deliberativa.*

Deliberandus, a, um, deliberando occupatus. Ut, *Rex velut deliberandus in hortum ædium concessit*, betagen med tancker om huad raad best vaar.

Illiberalis, le, non liberalis, nidsk / karg / surfittig. *Inimi fuit illiberalis.* Item illiberale, quod hominem liberum non decet, haanligt / skameligt / vtilbørligt: *Facinus illiberale, jocus illiberalis*, whøffisk skempt.

Illiberaliter, modo illiberali. Ut, *factum hoc est illiberaliter*, i. e. modo qui liberum non decet, vtilbørligen. *Hanc aspernatus est illiberaliter*, haanligen.

Illiberalitas, atis, f. t. illiberalis & parci habitus seu vitium, kargskab / nidskhed.

Perliberalis, admodum liberalis.

Perliberaliter, valdè liberaliter.

Semiliber, ra, rum. Cic. non integrè sed quasi dimidiata sui parte liber, halfffri.

LIBET, & Præt. libuit & libitum est, impersonale pr. corr. de eo dicitur, quod ex mera voluntate sine omni ratione & consilio placet à libo, quod in libando libera sit voluntas: aut à λιπαω desidero appeto, det befaller / kommer sig saa: *Cur id ausus es facere? Libuit. Sic libitum est animo meo*, Jeg vil saa haffue det.

Libens, tis, om. t. cui libet aliquid facere, gandske gierne vil noget. *Libentissimis omnibus arx demolita est.* Et *libens hoc facio.*

Libenter, libenti modo, gierne. *Libenter utitur dissimulatione: libenter bibit, cœnat, victitat.*

Libentia, æ, f. pr. Gell. pro voluptate. Ut, *ei libentiæ, gratiæq; omnes conviviorum incognitæ sunt.*

Libido, inis, f. t. libentis affectus. Et peculiariter, appetitus sine judicio, sine modo, sine bono fine, modvilighed / vbesindig begierlighed til noget / offuerdadig vilie och begierlighed: *Libido agendi, libido dominandi, libido ulciscendi.* Et, libido in re venerea, wkyskheds brynde.

Libidinosus, a, um, ior, issimus, quod in libidinem propensus est. Ut, *libidinosus homo, libidinosa adolescentia*, løßactig och graadig til wtuctighed eller andet. *Libidinosa sententia*, quæ pro libidine cujusq; fertur, vbesindelig dom. *Libidinosæ dapes*, quæ curiosæ sunt & exquisitæ. Et apud Tertul. *libidinosus gloriæ*, i. e. avidus appetens, graadig.

Libidinosè, animo libidinoso. Ut, *libidinosè interficit juxtà bonos & malos*, vbesindeligen / modvilligen. Sic *libidinosè facit: libidinosè cogitat.*

Libidinor, aris, dep. p. Svet. libidinem veneream exerceo.

Lubet, buit, itum: veteribus idem quod libet.

Lubens, om. t. ut *lubens animus*, gandske velvillig och gierne vil. *Lubens hoc facio & volo: lubens meritoq; ago gratias.*

Lubenter animo lubenti, gierne / gandske gierne. *Lubenter dormit, lubentissimè servit.*

Lubentia, idem quod libentia, sed voce minus usitatâ. Item lubentia Dea voluptatum, Præsesq; deliciarum.

Composita.

Allubesco, is, n. t. lubens facio. Ut, *allubescit mihi.*

Collibet, vel collubet, idem quod simplex.

Perlubet, vehementer lubet. Ut, *perlubet hunc hominem colloqui.*

Perlubens, cui aliquid perlubet, som haffuer behagelighed vdi. *Me perlubente hoc factum est.*

Prolubium, n. s. Terent. ac Gell. lubentis affectus & lubido quid agendi, stor vilie oc lyst til noget. *Subit me prolubium audiendi.*

Perlibens, admodum libens.

Perlibenter, perlibenter loquor.

Composita alia.

Qualibet, q. d. per quemcunq; locum libet, huilken sidde mand vil. *Flumen qualibet transitum præbet*, paa alle sider.

Quamlibet, adverb. significans quàm valdè seu quantum, Jhuor stor eller megit: *Quamlibet impotens: quamlibet ridiculus, pernix sordida res. Impudica mulier quamlibet audax facinus audet.*

Quan-

Quantuslibet, Plin. Ut *vulneratus percussorem in quantalibet multitudine appetit*, Z huor ſtor menge och mangfoldighed.

Quilibet, quælibet, qu dlibet. Gen. Cujuslibet: q. quis ſine delectu, & quicquid libet, huad mand vil / en huer eller huad vden forſkel. *Vita agenda, eſt certo genere quodam non quolibet: apud majores noſtros adhibebatur peritus: nunc quilibet.* Et translatè vilis & obſcurus plebejus, huer mand. Bis ab *Hannibale captus, neq; eum quolibet hoſte res fuit*, q. d. med huer mand / eller en almindelig.

Undelibet, ex quocunq; loco. Ut, *iſthac facile fuit undelibet invenire.*

Unusquislibet, idem quod quilibet.

LIBITINA, f. p. apparatus eſt omnis ad faciendum funus ſepeliendaq; corpora, à libo, quod his inſtructi libando parentabantur mortuis, Liigklæder/Liigbare. Inde Dea ſeu Venus quædam in cujus templo omnis iſte apparatus ſervabatur, & ad uſum depromebatur & ad ſujus imagunculam evocabant mortuos. Ponitur & tropicè pro ipſa veſte ſeu homine mortuo. Aliter libitina q. labitina à λαμβάνω capio, quod Dea illa, i. e. mors ipſa capiat omnes. Item à libet, quod ſine delectu omnes rapiat.

Libitinarius, rii, m. ſ. qui apparatum funebrem procurabat. Item qui humum ſepeliendo cadaveri aperit.

LIBO, as, act. pr. prod. propriè quaſi ſtillans & leviter defundo & potiſſimum in ſacrificiis à λείβω & λίβω ejusdem ſignificationis, ſtencker/ſprytter eller helder ſaa ſacteligen vd for Guderne. Vide autem libandi Ceremonias in Mola. Inde ſimpliciter offero, Offrer. *Diis libabat: munera libo: fruges libo.* Et *innocentiam Deo libat.* Item libo, leviter deguſto, ut in ſacrificiis fiebat, Lipper: *flumina libant apes.* Et novâ translatione, *oſcula libavit nata,* gaff kyß. Item *libare laudem ex alienis laboribus*, eſt præripere partem laudis, Snappe ſig noget til affandens. Sic *libare aliquid ex libris, ex autoribus, ex lectione* pro excipere ſibi quædam, ſmaa ſancke ſig noget. *In menſam libare* dicebantur veteres, aliquid de vino in menſam quæ opinione veterum ſacra erat, priusquam biberent effundentes, ut & hodiè quidam ſuperſtitioſi faciunt, aliquid in terram effundentes, priusquam bibant. *Libare vinum*, eſt aliquid de vino Diis offerre. *Libare dapes*, eſt de dapibus offerre, & particulam deſumere atq; laribus in focum conjectam offerre, ſeu Diis patellariis. *Libare & bibere alicujus honori*, Dricke ens Skaale: quod & dicebatur Græco more bibere: Bibebant in honorem amici aut amicæ tot Cyathos, quot eſſent in eo nomine literæ. Ut, Nævia ſex Cyathis, ſeptem Juſtina bibatur: Quinq; Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus.

Libatio, onis, libandi actus, Drickoffer eller Madoffer.

Libatus, a, um, quod libavimus & leviter deſumpſimus. Ut, *animi hominum ex divinitate libati, paſcere aliquem libatis dapibus*, Føde en ſtackel aff ſin bord med det førſte ſtycke aff huer ret eller fadt.

Libamen, inis, n. t. libamentum, n. ſ omne id, quo libamus, Drickoffer och Madoffer: *Ignibus imponunt ſacris libamina prima.* Sic *ſacrificiorum libamentum.*

Libum, n. ſ. genus dulciarii cibi ex farre, caſeo, ovo, melle & oleo; ſic dictum, quòd in ſacrificiis adhiberi ſolebat.

Compoſita.

Delibo, as, act. pr. libando minuo, Lipper/affnipper/plucker. *Delibare floſculos.* Et translate, *de laude tua delibare quicquam. Delibare honorem.* Poniturq; tum in vitio, tum in virtute. In vitio cum alterius jactura. Ut, *de gloria ejus delibavit*, i. e. minuit, detrahit, Forminſker. Et in virtute, *delibo de virtute, literis*, tager noget der aff ſig til bæſte. Sic *delibare oſcula.*

Delibatus, a, um, de quo delibavimus, minuimus, detraximus. Ut, *delibata honeſtas*, Forringet/forminſket. Et *quod delibatum ſit de honeſtate, virtute, aliquando recuperabit.*

Indelibatus, a, um, non delibatus, intactus. Ut, *opes indelibatæ.*

Illibatus, a, um, quaſi non libatus: ſignificatq; intactum, purum, wrørt/wbeſmittet/wforkrencket. *Illibatæ divitiæ: illibatus cortex: illibatum robur hominis: illibatus ſuccus: verſus illibatus*, qui pleniſſima dictione formatus, nulloq; vitio contaminatus eſt.

Prælibo, as, Macrob. ante, ſeu priore loco, ordine aut tempore libo. Ut, *ſuperis prælibat nectar.* Et translatè *prælibat pectore viſu.* Item, ante juſtam tractationem rei aliqua attingo. Ut, *his prælibatis ad tractatum menſurarum revertatur oratio.*

Prolibo, as, Plaut. ante aliud aliquid libo, ſmager eller tager førſt. *Prolibare aquas novo ſictili.*

LIBRA, æ, f. pr. prod. nomen ponderis 12 continens uncias à λίτρα ejusdem ſignificationis, tolff vncer: Item menſuræ genus 12 conſtans æqualibus partibus quas & uncias vocabant: unde ad differentiam *libra menſuralis: libra ponderalis*, de quibus ſuis locis: *Libra Romana* continens centum drachmas. Item libra inſtrumentum trabeatum, duabus lancibus pendulis, quo res ponderamus & examinamus, Skaalevect. Et translatè ſignum cœleſte: ſcilicet ab æqualitate menſis ipſius, quod Octavo Calend. Octobris Sol per illud ſignum currens æquinoctium facit, inquit Iſid. Item libra, inſtrumentum Geometricum, quo exploratur altitudo maris, fontium, lacuum, fluviorum, reſpectu alterius alicujus loci, Vandpaß. Et translatè ipſa altitudo, quæ inſtrumento deprehenditur: unde dicimus lacum eſſe pari libra cum mari, pro æquali altitudine: & fontem infra libram montis, cujus ſcaturigo monte eſt inferior. Aliter λίτρα Græcum habetur formatum ex latino: Et latinum libra Iſid. à libero, quod ſit libera, & cuncta inter ſe pondera concludat.

Libella, f. pr. idem quod libra 12 conſtans unciis. Item inſtrumentum ponderandi, Skaalevect. Item numulus quidam qui & as dicebatur decima denarii pars, ſaa ſom en ſkilling. Item inſtrumentum duabus regulis divaricatum ex angulo recto & appenſo plumbo, quo exploratur operis obliquitas & rectitudo, Vandmaal/Vandmaade.

Libralis, le, om. t. quod eſt unius libræ. Ut, *librale pondus libralis offa, libralis caro.*

Librarius, a, um, Colum. idem quod libralis. Ut, *fruſtum carnis librarium.* Et abſolutè in gen. fœmin. *libraria, ancilla* quæ præficitur partiendis penſis, Som vejer Spind vd.

Librile, is, n. t. trabs libræ tranſverſa ex qua lances dependent, Vect bielcke.

Librillæ ſive librilia Feſto dicuntur inſtrumenta bellica, ſaxa ſcilicet ad brachii craſſitudinem in modum flagellarum

rum loris revincta, sic dicta quòd librari manu, i. e. ponderari videbantur.

Libro, as, act. p. libra pondero & examino, Vejer. Pondus libratur. Et translatè, æstimo, examino, offuer: vejer. *Metum librat: omnia priusquam statuas, libranda sunt.* Item ex adjuncto, æqualiter in hanc & illam partem pendeo, Suinger lige. *Apes lapillus per nubila sese librant.* Sic *& aves dicuntur se librare*, cum ex alto in terram se præcipitant, Seiler oc flyger saa jeffnt oc lige ned mod Jorden. Unde illud: *corpus librabit in alas.* Item jaculor q. ad libram seu vi magna. Ut, *librare malleum: librare telum*, Suinge til at kaste/ eller skyde. Item libro simpliciter pro æquo. Ut, *Sol orbem paribus librat horis*, q. d. vejer Verden lige aff: translatâ significatione à primo librandi significatu, qui ponderibus constat.

Librator, oris, m. t. qui in ducendis aquis peritiam habet librandi seu libra instrumento examinandi altitudinem lacuum, fontium, &c. Vandmester. Item libratores dicebantur, qui eminus cum hostibus pugnabant, telâ aut lapides aut glandes librantes & torquentes.

Libratus, a, um, quod libravimus. Ut *terra librata ponderibus suis.*

Libramentum, n. s. quo quæ inter se librantur & æquantur, jeffn vect/ lige vect/ jeffn maal. *Libramentum ponderum: libramentum aquarum. Libramentum tormentorum*, Kæbe oc strenge mand brugte til at suinge Murbrecker óc andet saadant Krigsvect / som oc de Kæbe paa Skowbucker / huor med mand suinger bucken mod træet.

Composita.

Æquilibris, bre, om. t. quod ad libram æquali constat pondere. Ut, *hi numi sunt æquilibres*, lige vectige. Inde translatè, ad aliarum mensurarum æqualitates, ut *planitia æqualibris.*

Æquilibritas, Cic. æquilibris rei ratio. sed suspecta est lectio pro æqualitas.

Æquilibrium, brii, n. s. æquatio libræ, naar vecten er lige/ staaende vect.

Bilibris, Mart. Plin. om. t. duarum librarum. Ut, *aqualis bilibris*, vas duas aquæ libras continens.

Perlibro, as, act. p. ad libram diligenter & perfectè mensuro, sive æquale facio, maale jeffnt/ lige rett/ paß. *Perlibrare opus aliquod.* Item librando torqueo. Ut, *jaculum à tergo perlibrat ad ossa.*

Perlibratus, a, um, quod perlibravimus, moldt lige/ jeffnt/ rett/ passet. *Opus perlibratum.*

Quadrilibris, bre, om. t. quod est quatuor librarum. Ut, *Olla quadrilibris auro plena.*

Quinquelibralis, le, om. t. quod est quinq; librarum. Ut, *pondus quinquelibrale.*

Selibra, bræ, f. pr. dimidium libræ, se significante hîc dimidium. Ut, *selibra argenti, selibra farris.*

Sesquilibra, f. pr. una libra & ejus dimidium.

Simbella, sive sembella, læ, f. p. q. semilibella, i, e. dimidiata libella. Item instrumentum parvum, quo singuli numi ponderantur.

LICEO, es, cui, citum neutro pass. s. pr. corr. venalis sum, à lacio, q. de re quæ allicit ad sui emptionem, er fall. *Parvo licet hoc, quicquid est: de hortis Drusi quanti licuisse scribis &c.* Aliter à λεύσσω, video, q. de re, quæ omnium visui & emptioni prostat, ut venum & veneo à

φαίνω laceo, appareo. Item à λαγχάνω obtingo, nanciscor.

Liceor, eris, dep. s. licitus sum, pretium pro re licente offero, byder paa noget der er fael. *Centum Græcos curto centusse licetur.* Item, *contra liceor*, byder mod dig.

Licitor, aris, d. p. idem quod liceor, & pretium offero. Ut, *licitari capita hostium: unam tabulam pictoris centum talentis licitatus est.* Et antiquis translatè, lacesso & verbera intento, byder en hug: *Machæra licitatur adversum te: saxa jactant & inter se licitantur.*

Licitatio, onis, licitandi actus, Bud paa nogen vare.

Licitator, oris, m. t. qui crebro licetur, quiq; pro re emenda conducendave pretium alio magis pollicetur, som byder alt offuer anden.

Composita.

Contraliceor, Cæs. ex adverso liceor, byder imod paa det som er fall. *Ipso licente nemo contraliceri audet.*

Polliceor, eris, d. s. Ulpiano verbum est auctionis, pro inauctione, q. plus liceor, byder offuer anden: vel antequam venditor liceat, sponte liceor & pretium offero. Inde simpliciter sponte vel ultro offero, & promitto, selff villig loffuer oc tilbyder eller tilsiger: *Coquus mercedem gallo pollicitus est*: & per consequens affirmo. Ut, *de Tito Annio hoc tibi polliceor.*

Pollicitus, a, um, pass. quod polliciti sumus, loffuet oc tilsagt. *Exige polliciti debita juratori.* Et absolutè amisso tempore, pollicitum, n. s. ut *pollicitis dives quilibet esse potest.*

Pollicitor, aris, d p. sæpè polliceor. Ut, *operam meam pollicitor.*

Pollicitatio, onis, f. t. pollicitandi actus, & ipsum pollicitum, tilbydelse/ løffte oc tilsauffn.

LICET, licuit & licitum est, licere, impersonale significans, fas est & consentaneum legibus & juri, à Liceo q. de re licente & venali, Maa/ Maamand/ maa vel. *Hoc mihi licet: licitum est tibi esse otioso & esse otiosum.* Et ex adjuncto, potis est, kand mand. *Hoc ex jure Pontificio intelligere licet.* Sic *licet ora ipsa iratorum cernere. licet tacere*, i. e. possum vel facile est tacere. Item *licet* adverbialiter pro esto, maa vel/ saa vel/ lad saa være: *Licet ingens janitor antro æternum latrans exsangues terreat umbras.* Item conjunctionaliter pro quamvis, endog. *Licet hoc dicas, nihil tamen fit.*

Licenter, modo licenti, friligen / med all forloff/ uden all forhindring. *Licenter errat.*

Licentior, & licentius, compar. pro eo quod sibi omnia licere putat, alt for frien / gior, alt formegit aff/ dierff. *Vita licentior. Epistola licentior*, in qua nimis libere scribimus.

Licentia, f. p. affectus, quo quis sibi omnia licere putat, forstoer oc megen tilragen frihed. *Omnes deteriores sumus licentiâ.* Item idem quod libertas, frihed. *Magnis & divinis bonis licentiam hanc assequuti sunt.*

Licentiosus, a, um, qui licentia utitur, etiam nimiâ, alt for frien eller dierff / som leffuer eller gior noget alt for friligen.

Composita.

Ilicet, vox erat Præconis, senatum dimittentis, quasi ire licet, & extra curiam significat finem rei, det er noch/ det er vde/ der er ent. *Hoc nihil est ilicet.* Accipitur & pro confestim, straxen. *Ilicet ignis edax summa ad vestigia*

vestigia tecti volvitur. Item pro adverbio affirmantis. visseligen / sandeligen. *Ilicet pariter hos perire amando video.*

Illicitus, a, um, non licitum, wsømeligt.

Perlicenter, Gell. nimis licenter: *verba perlicenter fingit.*

Scilicet, adverb. affirmandi ex summa perspicuitate, pro certè, & ubi dubitari non potest, q. scire licet, sandes lig / vist / alle mand vitterligt: *Lectus tuis literis scilicet lætatus: cum venit omnia scilicet mox perturbavit.* Sic pro perspicuum est: *Cistellam cum navi scilicet abiisse pessum in altum*, i. e. perspicuum est eam demersam in profundum Et ironice, *scilicet is superis labor: id curat populus scilicet.* Interdum est declarandi particula pro quippe, som er: *Quâ mente esset Antonius demonstravit, scilicet & infidelissimâ. Me species quædam commovit, inanis scilicet, commovit tamen.*

Videlicet, adverbium declarandi & confirmandi, q. d. videre licet, vel videas licet, som er / sandelig: *Majores nostri statuerunt, ut sortione in quibusdam animadverteretur, ut metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perveniret: hoc vos doceo, bonas videlicet magister: si est victus, eloquentior videlicet fuit Socrates*, i. e. certe. Habet & interdum vim Ironiæ quemadmodum & scilicet. Interdum retinet casum suæ originis. Ut, *videlicet pareum illum fuisse senem qui dixerit: videlicet illum fuisse nequam adolescentem*, q. d. videre licet.

LICIA, orum, cujus singul. Licium, cii, n. s. pr. prod. filamenta annularia & pendula, quibus stamen cum subtegmine alternandum implicatur q. ligia quòd utrinq; stamina ligent licia, Syller paa veff.

Liciatorium, rii, n. s. ligamentum cui stamina obvoluntur, Veffuebom.

Compósita.

Atrilicium, cii, ea atrii pars in qua olim licia etiam texebantur. Ex ascon: Padiano. Sed fortè legendum, atria Licinia, de quibus Cicero: à L. Licinio Crasso, in cujus atrio fiebant auctiones.

Bilix, Virg. om. t. duplici constans licio, med to slags ijslet eller farffue. *Lorica bilix*, dobelt malle kraff: quasi duplici licio lorica, corio scilicet, vel annulis versicolor aut duplicata.

Trilix, cis, om. t. quod tribus constat liciis, Væffuet med træ slags ijslet eller farffue: *Vestis trilix.* Ponitur & pro triplici, trædobbelt. *Loricam consertam hamis auroq; trilicem: pars clypei trilix.*

LIEN, enis, m. t. viscus in sinistro latere succos ad se attrahens crassos & melancholicos in epate genitos à λιάζομαι agitor, jactor, turbor, propero: scilicet à jactatione & turbatione ex festinatione & nimio motu: unde illud, Plaut. *seditionem facit lien*, i. e. mihi currenti molestus est, & in præcordiis movetur huc illuc, Milt. Movet etiam lien risum, unde illud: *petulanti splene [liene] cachinno.* Plautus etiam ait: *quasi Zonâ liene cinctus ambulo*, i. e. lienosus sum, scilicet ex lienis tumore. Item Trajanus: *fiscus principis Reipubl. lien*, i. e. ut corpus liene crescente tabescit: ita Respubl. fisco principi immodicum aucto exinanitur & inopiâ premitur. Aliter à λεῖος mollis, lævis propter mollitiem & raritatem. Item vulgò à lingua q. linguen, propter figuram linguæ, quam refert.

Lienosus, a, um, qui liene laborat, sing aff Milten. Et *lienosum cor*, quod lienis modo turget, dolet & palpitat, ut lien solet. Vel quod seditionem movet ut Lien, quasi quod morbo lienis laborat.

Lienicus, Plin. idem quod lienosus.

LIGNUM, n. s. materia igni & fabricis parata, à lego, quod ligna caduca in agris legebantur quibus ad focum uterentur, træ / tømmer / veid. Ponitur & aliquando lignum pro tabula, in qua scribebatur. Ut, *per cerам & lignum: contra lignum agis*, i. e. contra tabulas testamenti vel chirographi: *aurum dedimus, lignum teneamus*, i. e. chirographi tabulas.

Ligillum, n. s. Plaut. parvum, tenue & minutum lignum, liden træ eller smaa stycker. *De suo ligillo fumus si quà exit foràs.* Cujus sensus est, Euclionem tanta esse avaritia, ut ipsi doleat non tantum de ligno pusillo, sed & de fumo exeunte quasi inde magnam aliquam jacturam faceret.

Lignarius, a, um, quod ad lignum pertinet vel in ligno operatur. Ut, *faber lignarius*, Timmermand. *Cella lignaria*, Vedkeller.

Ligneus, a, um, quod ex ligno est. Ut, *ligneus equus*, Træhest. Lucretius Græca voce utitur *durateus equus*, i. e. ligneus. Et Valer Flac. *nox duria* q. lignea: sic dicta ex equo ligneo Trojanorum. *Ligneus equus* Plaut. pro navi. & *lignea salus* qui in lignea tabella perscripta mittebatur, Breff helsen. *Ligneum simulacrum*, Træ billede: *Soleæ lignea*, Træsko. *Ligneus pons*, Træ bro. *Malleus ligneus*, nødde. *Sepimentum ligneum*, stæg gierde: *Bractea lignea*, hofflspoen.

Ligneum, n. s. putamen nucis, quod nucleum immediate continet. Item Sepis, quæ perpetuis palis ligneis constat, Stegg gierde / gierde aff græne / stenger / vier eller plancker.

Ligneolus, a, um, quod modico vel exiguo ligno constat. Ut, *lychnus ligneolus*, Sponlyß / lys aff spoen oc sticker / som mange bruger i steden for telge / olie eller vox.

Lignile, is, n. t. strues ligni ad focum parata, Veids kast.

Lignosus, a, um, instar ligni durum, haart. *Radix lignosa.*

Lignor. atis, d. p proprie de militibus dicitur, qui castris egressi ligna cædunt, colligunt, Kløffuer / hugger els ler sancker Ved til Ildebrandt.

Lignatio, onis, lignandi actus, Vedhug oc førsel / Skowhug. Item Colum. idem quod lignile, Vedkast.

Lignatores, m. t. dicti sunt milites qui lignatum egrediuntur: unde & simpliciter, lignator, Skowmand / Skowkarl.

LIGO, onis, m. t. pr. corr. instrumentum ferratum & ferro quadrato, vel in acumen exeunte, quo terram refodimus & radice detegimus. à lego, q. quo legimus radices & ea quæ sub terra sunt. Item à constringenda & liganda terra, Spade.

LIGO, as, act. pr. corr. quasi vimine constringo à λύγος vimen. Unde & λαγάω ligare, Binder.

Guttura ligavit laqueo: ligare aliquem in catenas: ligare vulnera, Binde eller forbinde Saar. Et tranſlatè *ligare aliquem legibus.*

Ligatus, a, um, quod ligavimus, bunden. *Reus à prætore ligatus.* Mundus à Deo ligatus. Et, *oratio ligata,* quæ numeris certis vincta eſt, Verß/ Poeteri.

Ligamen, inis, n. t. & ligamentum, n. ſ. quo aliquid ligatur, Baand/bændzel. *Vitium ligamen,* Vinbaand. *Ligamentum vulnerum,* Badſker bindel. Item quo oſſa ligantur, Baand eller heffte.

Ligaculum, n. ſ. quo aliquid ligatur,: *Ligacula bovum,* Fæ bindzel.

Lictor, oris, m. t. miniſter qui faſces & ſecures conſuli aut prætori præferebat: Sic dictus quod ejus munus erat ligare ad verbera damnatum: erantq; lictores conſulis 12: Trium virum capitalium 8: Prætorum autem provincialium 6. Byſſuend/ Foget ſuend.

Lictoreus, a, um, quod ad lictorem pertinet. Ut, *faſces lictorei.*

Compoſita.

Alligo, as, act. p. ad aliquid ligo, Binder til: *Alligare vitem palis, vel ad palos.* Et tranſlatè obſtringo, devincio. Ut, *Lex omnes mortales alligat, beneficio, ſtipulatione alligare: ſcelere ſe alligat: furti ſe alligat.* Et paſs. *ſacris alligari.* Ponitur & pro ſimplici ligo. Ut, *alligavent omnes qui cubitum irent.*

Alligator, qui alligat vites.

Alligatura, ræ, f. p. alligandarum arborum ſcientia & actus.

Alligatus, a, um, quod alligavimus, tilbunden. *Cæſaris actis alligatus tenetur: verba alligata numeris: adoleſcentuli ſcortis alligati.*

Adalligo, ad aliquid alligo. Ut, *ſemen tritum adalligant brachio,* tilbinder.

Superalligo, gas, Plin. ſupernè alligo. Ut, *ægroti ſuperalligavit lienem canium.*

Cinniligium, n. ſ. cingulum quo nova nupta præcingebatur, facto ex lana ovis, & in lecto à viro prima nocte ſoluto.

Circumligo, gas, Liv. act. p. in circum ligo, omni ex parte ligo, Bebinder alle vegne. *Stupâ circumligare.*

Circumligatus, a, um, quod circumligavimus, Ombunden/omſuøbt. *Circumligatus angui.*

Colligo, as, unà vel ſimul ligo, binder ſammen / eller knytter tilhobe. *Colligare puerum in cunabulis,* Suøbe et Barn / legge det i Suøbelſe eller Vugge klæder. *Colligare ſe cum aliis,* knytte eller vickle ſig i med andre.

Colligatio, onis, colligandi actus, tilhobe bindelſe/ knyttelſe.

Colligatus, a, um, quod colligavimus, ſamenbunden/ knyt.

Deligo, as, idem quodligo. Ut, *deligare ad palum.*

Deligatus, a, um, quod deligavimus. Ut, *membra deligata: grana in linteolo deligata.*

Illigo, as, quaſi unum in altero ligo & innecto, binder vdi. *Aurum argento illigavit,* lagde Guld ind i Sølff. *Simulacra in aureis poculis illigabat: Orator ſententiam verbis illigat.* Et tranſlatè, *bello illigari* pro involvi, Indvickles.

Illigatus, a, um, quod illigavimus. Ut, *aurum illigatum.* Et tranſlatè, *amicitia illigatus erat Cæſari,* Ind-

bunden / Indvicklet. *Philoſophi anguſtiis & conciſis diſputationibus illigati,* tilknytt/ indknytt.

Superilligo, as, Plin. aliquid illigo ſuper aliud. Ut, *vulneri ſuperilligat folia.*

Obligo, gas, idem quod circumligo, omkring binder: *Obligare teſticulum equi funiculo. Obligare vulnus,* Sora binde Saar. Et tranſlatè obligare, pro beneficiis devincire, forbinde ſig nogen til. *Nihil obligatus ſum. Scaurum beneficio defenſionis mihi obligavi.* Item *obligare ſe furti,* eſt furti crimen incurrere, bliffue en Tyff.

Obligatio, onis, obligandi actus, forbindelſe/ forpliktelſe. *Pecuniæ obligatio.*

Obligatus, a, um, quod obligavimus, forplict: *Dapes obligatæ Jovi.*

Perligo, gas, valdè & arctè ligo: Unde, *pectus perligatum.*

Præligo, as, anteriore parte ligo. Ut, *faſces virgarum, atq; aridâ ſarmenta præligantur cornibus boum,* Binder for til.

Præligatus, a, um, quod præligavimus. Ut, *os præligatum & folliculo obvolutum. Præligatum pectus* pro inſanum q. quod veneficiis aut illecebris quibusdam defixum tenetur, ſeu vinculis ligatum eſt, Forſtocket/ forhærdet oc forbundet hierte.

Religo, gas, idem quod ligo vel retro ligo, Bagbinder. *Religavit ab aggere claſſem: manus religantur ad demonſtrandam injuriam: religare religionibus bona* pro conſecrare alicui Deo, Giffue noget godz til Gudz tieniſte.

Religatio, onis, religandi actus, Bindelſe.

Religatus, a, um, quod religavimus. Ut, *Hederâ religata crines fulget. Funiculus à puppi religatus,* i. e. alligatus. *Hector ad currum religatus,* i. e. alligatus vel retro ligatus.

Religio, onis, f. t. cultus pietate, puritate conſcientia conſtans, quo Deo ſumus aſtricti & religati, Forbund med Gud / Troen oc all ſand Gudz tieniſte/ Gudz dyrckelſe. *Ceremoniæ religionesq; in Deos.* Atq; adeo Religio eſt à vero Deo & de vero Deo ſine traditionibus. Et tranſlatè quod vel natura vel officio & munere debitum eſt. Ut, *officiorum religione obſtringitur. Religio mihi eſt hoc facere,* i. e. conſcientia prohibeor: q. quod eſt contra religionem. Ponitur & aliquando pro ſuperſtitione. Ut, *homo ſub gnavi religione oppreſſus: religio tantum potuit ſuadere malorum.* Aliàs Religio Cic. dicta quod eam diligenter pertractent & relegant homines.

Religioſus, a, um, religionis amans aut religione praditus, Gudz dyrckere / hellig: *Homo integer, innocens, religioſus. Locus religioſus,* qui ſine religione & piaculo violari non poteſt. *Religioſi dies* qui triſti omine infames impeditiq;, & in quibus res divinas facere & rem quampiam exordiri religio erat, Forvorpen dag. Item abuſivè idem quod ſuperſtitioſus, vrang Gudz dyrckere. *Stultæ & miſeræ omnes ſumus religioſæ.*

Religioſè, adverb. modo religioſo, bonâ fide, candidè, integre & piè, Troligen / Retſindeligen: *Religioſè teſtimonium dixit.* Interdum idem quod ſubtimidè & verecundè. Ut, *religioſè & ſine ambitione ipſam commendavit.* Item ſolicitè & accuratè. Ut, *nihil curioſè, nihil religioſè adminiſtrat.*

Irreli-

Irreligiosus, a, um, non religiosus, religioni repugnans & contrarius, wgudelig/ Epicureisk. Unde: *irreligiosum fuit sacerdotes & sacra populi Romani pedibus ire.* Item simpliciter netas. Ut, *irreligiosum puto tua legere, nisi animo vacuo.*

Irreligatus, Ovid. non ligatus, solutus, løß/wbunden: *Mulier irreligata comas*, wopbunden paa sit haar/ hues haar henger løß.

Subligo, as, subtus ligo, binder vnder: *Subligat Ensem humeris, collo &c.*

Subligar, aris, n. t. Mart. & Juvenal. idem quod subligaculum.

Subligaculum, li, n. s. amiculi genus quo fœmora & partes pudendæ teguntur, Brog/Buxer. Item quo ad obscœna tegenda in balneo utimur, Skiørt.

LIGUSTRUM, n. s. pr. corr. fruticis seu arboris nomen flore candido & nigris baccis, quæ inficiendo colori purpureo expetuntur, flore negiecto & inutili: unde illud Virgilii: *alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur*: à lego, quia studiosè leguntur baccæ. Vel à λεῦκον album, propter flores. Inde generaliter omnis flos candidus bacciferarum arbuscularum nigricantibus baccis.

LILIUM, n. s. pr. prod. herba & flos herbæ candore insignis à λείριον ejusdem significationis, Lillie.

Liliaceus, a, um, quod est ex lilio. Ut, *Oleum Liliaceum.*

Lilietum, n. s. locus in quo liliorum copia est.

LIMA, æ, f. pr. produc. ferramentum quo raduntur metallica & poliuntur, à λίγγω strideo, stridorem edo & λίγδην strictim, i. e. superficiem tantum prostringendo, fil. *Limâ scobinam abrasi: opus limâ politum.* Et translatè *limâ uti*, pro castigare & expolire scriptum aliudvè quodcunq; opus, fuldferdige oc stafferede. Aliter à libo q. quâ libantur superflua & inæqualia. Item à lingo, eandem ob causam.

Limo, as, act. p. limâ rado & polio, filer/ glatter/ sletter. *Scalpere & limare gemmas.* Et translatè *limare caput* eum aliquo pro osculari & commiscere q. d. gnie hoffuedet paa anden/ eller gnie andens hoffuet med sitt/ det er/ kysse. Sic *amoris causa corpus limare cum aliqua*, est in re venerea commisceri. Item translatè exorno & expolio, opglatter oc stafferer. *Stylus omnia limat: limare orationem: limare arte acumen animi: limatur in disputatione veritas: limare se ad aliquid. fortuna limat multùm de benefica & prolixa natura.* Legitur & *limassis* pro limaveris.

Limatus, a, um, quasi limâ perpolitus. Unde significatione translata: *Limata oratio: vir virtutibus & orationibus limatus: limatum judicium.* Et *oratione hac nihil limatius*, stafferet/ prydeligt.

Limatè, ius, tissimè. modo limato.

Limatulus, aliquantum limatus. Ut, *judicium limatulum.*

Limatura, f. p. pulviscolus limando abrasus, seu opus ipsum limandi, filing/fulspaen/eller filet arbeid.

Limax, cis, f. t. vermis sive cochlea, sic dicta à limando quod folia plantarum & olera corrodit, Snegel. Translatè de meretrice dicitur limante q. amatorum bona, aliter à limo, in quo vivit.

Composita.

Delimo, as, act. pr. limâ abrado, afffiler.

Delimatus, a, um, quod delimavimus. Ut, *scobs æris delimata.*

Elimo, as, limâ conficio, vdfiiler. *Catenam ex ære elimat.* Et translatè, *elimare opus* pro ornatè & absolutè conficere, vdstaffere. *Velim scholion aliquod elimes ad me.* Item elimo limâ abrado, afffiiler. Unde *scops elimata*, fiilspon.

Elimatus, a, um, quod elimavimus, vdfiilet/ vdglattet/vdstafferet.

Oblimo, as, Hor. limando deminuo, detero, formindsfer/fordoier: *Rem patris oblimare, malum est.*

LIMBUS, m. s. instita seu fascicla, quæ extremitati vestium assuitur, aut ex filis aut ex auro contexta à λεῦμων ejusdem significationis: vel à limus, quod limè, h. e. transversè assuitur, Borde eller bremme paa klæder.

Limbulus, & limbellus, diminutiva.

Limbularius, rii, m. s. qui limbos conficit & texit, Posamentmager. Legitur & limbolarius & limborarius q. qui limbo oras vestium pingunt sive prætexunt.

LIMEN, inis, n. t. pr. prod. lignum postibus ostiariis, limè & transversè immissum à limus, obliqvus, tuær træ vdi dørren. Estq; aut superum limen, offuerste dørtræ: aut inferum limen, dør terskel. Inde tropicè ipsum ostium & ipsa domus. Ut, *penetrant aulas & limina Regum.* Item porta carceris decursorii, Porten paa Rendebanen: *dato signo corripiunt spatia, equites limina relinquunt.* Item translatè aditus & initium cujuscunq; rei aut facti, ut *limen studiorum, limen artium non salutasti.* Sic *limina Imperii* pro extremis finibus. Item limen pro amicitia seu domestica familiaritate. Ut, *pellere aliquem limine, submovere aliquem limine*, q. d. støde ham fra sin dør / forskyde hannem fra venskab oc omgengelse. Aliter à λιμὴν portus.

Liminaris, e, om. t. quod ad limen pertinet. Ut, *lapis liminaris*, dør steen til dør tærskel.

Composita.

Elimino, as, act. p. extra limen ejicio, driffuer/ støder aff huset. *Eliminabo extra ædes conjugem.* Et translatè *eliminare dicta*, est nunciare & q. extra limen efferre, før vd huad mand inden dør taal / før vd aff husit.

Illiminatus, a, um, quod in limine agit, & positum est. Ut, *in domum multorum insita & illiminata sapientia.*

Postliminium, ii, s. quod amissum ad pristinum locum & dominum, post sive postea redit, tanquam ad limina pristina, focos & penates, tilbage til sit igien. *Postliminio redit: postliminio venit, acquirit.* Exponitur & simpliciter, post & postea, der effter: deduciturq; à post, ut liminium sit tantum additamentum. Sic *postliminio quietis*, i. e. post quietem: & *postliminio mortis*, i. e. reversione à morte & post mortem. Item *postliminium juris*, jus est amissæ rei accipiendæ ab extraneo & in statum pristinum restituendæ inter nos & liberos populos, Regesq; moribus ac legibus constitutum.

Subliminare, is, n. t. inferius limen, dørterskel.

Sublimis, me, om. t. quod in altum elevatum est, dictum à superiore limine portæ, høyt. *Sublimis & elato capite ingreditur. Sublimis abit. In sublime ferror sonus, sublimem ferre*, bære høyt i været. Inde *sublimem arripere & sublimem rapere*, est sublatum in altum rapere. Dicitur & *sublime solium.* Et translatè *sublimes versus* qui à communi sensu abhorrent, & supra terrena sapiunt: vel qui ex al-

ex alto & intimo animi recessu deprompti. *Sublimia* volunt propriè esse quæ sunt in cœlo supra terram & μετέωρα. Aliter à limus, q. supra limum.

Sublimè, adverb. Ut *scuta sublimè fixa: nihil interest, humi nè an sublimè putrescat: aër sublimè fertur*, i. e. sursum.

Sublimiter, Columel. idem.

Sublimitas, atis, f. t. sublimis rei situs & ratio, høyhed. *Natura sublimitatis avida.*

Sublimo, as, act. p. Ennio pro sublimem facio, in sublime elevo. Ut, *candentem in cœlo sublimat facem.*

Superliminare, ris, n. t. limen ostii superius, & quasi jugum postium, offuer dørtræ.

LIMES, itis, m. t. pr. prod semita transversa & q. lima à limo, i. e. obliquo, tuer veye oc stii. Item quod limè & transversim agro & regioni oppositum est ad cohibendos fines & constituendos terminos, Skel/Landemercke/høffd paa Ager eller Land. Item limes, nota terminorum, Skæl steen eller skælpæl.

Limitaneus dux, Lamp. qui ad tuendos limites constitutus est. Sic limitaneus præses, qui limitibus imperii præest, Marregraff. *Limitanei milites* qui in limitibus in præsidio sunt constituti, Krigsfolck til vern paa Landmercke / Landvern. *Agri limitanei* qui in limitibus sunt alicujus provinciæ, skel Agre. Et *limitanei fundi*, qui sunt militibus deputati.

Limito, as, act. p. limitibus distinguo, dele/affdele vdi sit skæl: *Limitare agros, vineas.*

Limitatio, onis, limitandi actus. Ut, *limitatio vineæ.*

Limitatus, a, um, quod limitavimus. Ut, *limitatus ager* qui in centurias divisus est.

LIMUS, a, um, & in tert. Decl. limis, pr. prod. idem est quod obliqvus & transversus, eadem origine cum obliquo à liquo, tuer/skev. *Oculis limis intuetur nos*, seer skeffr/tuert sky der øyen paa oss. Et subintellecta voce, oculus vel oculis: *Limis aspecto per flabellum.* Dicebanturq; *limis aspicere* in re amatoria, cum quis dissimularet se aspicere, & tamen impensius aspiceret non quidem rectâ; sed transversâ facie. Aliter à ligo, quod transversim fiat ligatura.

Limulus, aliquantum limus. Ut, *limulis aspicit*, eratq; in lasciviæ notis.

Limo, as, act. p. limis oculis intueor. Ut, *obliquo oculo mea commoda limat.* Sed fortasse limat hìc significet limâ examinat.

Limus, mi, m. s. vestis, quâ ab umbilico ad pedes usq; demissâ velabantur pudenda pomparum sive poparum: Sic dictus, quòd in extrema ora purpuram limam flexuosamq; haberet assutam, Skiort som Bryggere och Rocke bruge: forskiød eller forskind.

LIMPIDUS, a, um, quod limpham puritate & claritate refert, à lympha, i. e. aqua, klar som rent vand. *Vinum limpidissimum. Lacus limpidissimi. aqua limpida.*

Limpitudo, Plin. pro claritas & puritas.

LIMUS, m. s. pr. prod. cœnum mollius, quod aquæ turbidæ deponunt à λίμνη lacus, stagnum, palus: quæ q. sedes sunt hujusmodi limi. Vel à λεῖμμα, reliquiæ scilicet maritimarum quisquiliarum, quæ ibi relabente æstu restitarunt, dynd/bløddynd/voggerdynd. Aliter à

λειμών locus irriguus & q. terra madida atq; uliginosa. Item à ligo quod illiget pedes, heng dynd.

Limosus, a, um, limo plenus. Ut, *lacus limosus*, dynd dig.

Composita.

Illimis, e, om. t. quasi sine limo, i. e. purus. Ut, *fons illimis* klar/ræn/vden dynd.

Oblimo, as, act. p. limo obduco, offuerslaaer med dynd. *Nilus agros oblimat.* Et Virgil. translàra significatione. *Sulcos oblimat inertes*: pro sine fœtus fructu fœminam comprimit. Item translatè inquino, besmitter. *Luxus humanas mentes oblimat.*

Oblimatus ager, limo pinguis, møger Land.

LINEA, æ, f. pr. prod propriè filum vel funiculus ex lino: unde & à linum deducitur: Inde etiam ex pilis, setis, aliave simili materia, Lin/snore/streng: *Longâ lineâ galina custoditur.* Et specialiter, *linea materiariorum*, quâ materiam & opera sua dirigunt, Rettesnor/Tømmermands traad. Item translatè certus modus, ad quem quicquam dirigitur. Ut, *in agendo tenebis lineam: ad lineam ferri: lineas transit* qui peccat. Item *linea nautarum* Græca voce alàs Bolis, quâ profunditatem explorant, dybs lod oc line. Item *linea Hamiotarum*, quâ hamatâ pisces capiunt, mede line/sime. Item *linea margaritarum*, pro funiculo seu chordâ margaritis trajecta & consita, Perle snore. Item figura ipsâ quæ fit filo colore infecto aut ductu pingentis, Linie/streg. Geometris linea, est directa longitudo sine latitudine & crassitudine. Aliter à lino q. quæ fit lino quodam.

Linearis, re, om. t. quod lineis constat. Ut, *linearis pictura*, quæ nullis adhibitis coloribus, rei pingendæ similitudinem solis lineis exprimebat, Vdvisning/vdkastning.

Lineo, as, Caton. act. p. Lineam duco, seu lineis rem describo formoq;. Ut, *lineare materiam.*

Lineamentum, n. s. figura, quæ linearum ductu constat, Linie/streg. *Lineamentum sine omni latitudine.* Et translatè *lineamenta animi, corporis, Deorum*, pro formis seu conformationibus & constitutionibus, Skickelser oc skabninger.

Composita.

Collineo, as, ad rectam lineam dirigo, meder: *Collineo hastam, jaculum, sagittam, &c.* Item rem designatam seu metam jaculo contingo, Kammer. Aliter legitur collimo q. à limando.

Delineo, as, a. p. lineâ designo, giør Linier/vdkaster. *Imaginem in pariete delineavit.*

LINGO, is, xi, ctum, act. t. linguâ molliter delibo à λείχω ejusdem significationis, slicker/licker. *Mel lingit: digitos lingit.* Item Plin. lingendo q deglutio, slicker tsig. *Gemma hæc lingentium calculos frangit.*

Linctus, tus, m. q. lingendi actus, Slickning: *Salis linctu tussis excutitur.*

Lingua, f. p. pars animalis quâ lingit, tunge. Et in homine tropicè, usus linguæ & sermo, tale oc tunge maal. *Lingua latina, Græca.* Item translatè lingua dicitur terra longa & angusta quæ in modum linguæ exertæ in mare excurrit, Lang/odde/som løber vdi haffuet. Item *lingua canina*, nomen herbæ, Hunde tonge.

Lingula, f. p. parva lingua.

Ligula,

Ligula, f. p. Per concisionem pro eodem, sed usu frequentiore & svavitate soni majore. Unde *tibiæ ligula*, tungen paa en Pibe. Speciáliter autem pro terra ista oblonga & angusta in modum linguæ. Item pro tudi, quâ spuma deducimus & quæ concoquuntur super ignem agitamus, Strum ſkee oc huor med mand rører i noget ſydende. Item pro Pharmarcopæorum spatula & instrumento, quo unguenta è vasis extrahunt. Item ligula mensuræ genus, quarta pars Cyathi. Item gladiolus ad speciem linguæ factus. Item lorum, quo vestes & calceos constringimus, binde rem: Sed tum ferè cum adjectione. Ut *ligula astrictoria*. Et *ligula calceorum*, Sko rem: sive tum habeat denominationem à ligo prostringendi usum: sive à lingua propter quandam similitudinem.

Linguarium, rii, n. s. Seneca theca & repositorium linguarum, in quo dicit Seneca, se linguam condituram ne temerè promittat, Tunge forvaring. *Linguarium dabo.*

Lingulaca, f. p genus piscis è linguæ forma vel potius à lingula gladioli genere, Tunge fiſk. Item, nomen avis, quæ linguam exserit prælongam.

Lingulatus, a, um, Var. quod linguæ formam habet. Ut, *lingulatius tribulus.*

Linguax, acis, om. t. Gell. qui nimium linguâ utitur & verba facit, Kodmunder/ſkerckmunder.

Ligurio, ris, rivi, vel rii, itum, n. q. pr. corr. & secunda producta: cibos svaviores tenuiter & carptim comedo delibovè à lingo q. lingendo potius id fiat quam edendo, Leckerligen æder/ſlicker/ nipper oc upper aff mader/ tygger oc træver sin mad: Ut liceat solent senes præ fastidio, & puellæ delicatiores. Hinc semestos pisces, tepidumq; ligurire: *de meo liguriebat.* Et translatè *ligurire bona sua, patrimonium*, pro voluptatibus consumere, fordoje/ ſlicke op oc forſluge ſit godz. Sic *ligurire furta, ligurire curationem agrariam, ligurire lucra*, pro devorare: vel delibare & tenuiter depeculari, Enten rage ad ſig/ ſnappe til ſig/ eller ſlubge op oc fordoje. Aliter à λιγυς svave q. avidè svaviores cibos comedo, nec sine sono, æder graadig/ ſmacker ellet ſmadſker. Item à λιχνεύω ejusdem significationis.

Liguritio, onis, liguriendi actus, opſlickelſe/fordøjelſe.

Liguritor, oris, m. t. qui ligurit, fordøjer oc opſlicker eller opſluger.

Composita.

Abligurio, is, liguriendo absumo. Ut, *abligurire patria bona.*

Delingo, delinxi, idem quod lingo.

Obligurio, ris, liguriendo consumo, forſluger oc fordøjer. *Fortunas suas obligurierunt.* Et, *obligurivit bona patria.*

Pollingo, sive polingo, is, pollinxi, ctum, act. t. cadaver humanum inungo, q. perlingo translata significatione à lingua ad digitos, qui q. ungendo corpus leviter pertractant & percurrunt, neder ſalffuer oc beſmør den døde. Aliter q. pellem ungo vel poliens ungo. Legitur & Pollinceo vel polincio.

Pollinctor, oris, m. t. qui pollingit corpora mortuorum, abluit & ungit.

Pollinctura, ræ, f. pr. collingendi actus, Døds ſalffuing oc beſmørelſe.

Composita alia.

Bilinguis, Virg. om. t. qui geminam habet linguam. Ut, *serpens bilinguis*: scilicet quòd in vibratione talis

appareat, non autem revera sit. Item qui duabus utitur linguis Græcè & Latinè. & metaph. modò unum modò aliud qui loquitur q. duas habens linguas: vel qui unum dicit & aliud cogitat, vbeſtandig/tuetunget.

Cunilingus, qui cunas lingit: pouiturq; pro sordidissimo, ſkidenſlatte. Sed & legitur cunnilingus q. lingens cunnos.

Elinguis, e, quasi sine lingua, Tungeløſ. Et translatè qui loqui non potest, etiamsi linguam habeat, Strum/dum/ vmelend.

Elinguo, às, Plaut. act. p. lingua privo, Sker Tungen aff/ drager Tungen aff Halſen. *Elinguendam te dabo ab radicibus.*

Quadrilinguis, ve, om. t. quatuor habens linguas aut quatuor linguis loquens.

Sublingio, onis, Plaut. m. t. ut coqui sublingio, qui ad lingendas patinas aptior est, quàm ad obsonia coquenda.

Sublinguium, Isidor. operculum gurgulionis q. parva lingua quod foramen linguæ recludit operitve, drøbel.

Trilinguis, e, om. t. tres linguas habet. Ut, *os serpentis trilingue.* Item qui tribus linguis loquitur.

LINO, is, levi, litum, pri. corr. act. t. materiam mollem seu lentam rei induco à lineo mutatâ quantitate initialis syllabæ q. lineam duco, paaſtryger/ paaſmør/ kliner. Et consequenter. Obturo, kliner til/ tilſtopper/tillucker *Pice, sero, cerâ, calce, luto, testâ conditum, vel dolium levi.* Et Columell. *gummi dolia leverunt, linere labra*, i. e decipere, quod & dicitur os sublinere, ſmøre en om munden/ſkuffe.

Litus, a, um, quod levimus. Ut, *ſagittæ veneno litæ*, beſtrøgen. Et translatè, *apum corpora paribus lita guttis*, pro insperſa & distincta guttato colore seu maculis. *Cæ arenato lita*, ſlagen kalck.

Litura, æ, f p. liti affectio & ratio, paaſtrygning. *Solem & pluvias arcet litura.* Item in scriptura, picturaq;, litura dicitur, cùm inducto atramento aliovè liquore scripturam vel picturam destruimus, ſtreg offuer noget ſkreffuen eller maler. *Nominis alicujus litura.*

Lituro, as, Sidon. a. p. lituram induco, giør ſtreg offuer/ ſletter vd: *Quædam in scripto liturabat.*

Linio, is, ivi, & lini veteribus, itum, act. quar. idem quod lino, seu liquidiore aliquo & tenuius lino. Ut *parietem cruore liniſti.* Item ungo, Smør. *Aures eleo, succo, aut contritis amaris nucibus liniendæ.*

Composita.

Allino, is, linendo induco, paaſtryger. *Dentem melle allinunt.* Et translatè, *nullæ sordes videbantur his sententiis allini posse*, i. e applicari.

Circumlinio, linis. livi, linitum, act. q. circum rem lino, circumquaq; lino, omſtring ſmør. *Circumliniatur poculum cœlesti melle sapientiæ: in pictura nihil circumlinitum.*

Circumlino, livi, vel levi, idem.

Circumlitio, Plin. actus ipse circumlinendi.

Circumlitus, a, um, quod circumlevimus.

Delino, is, delini, levi, & livi, itum. act. t. Idem quod deleo, oblino. Ut, *tuli molestè quòd literæ delitæ sunt, mihi à te redditæ*, vdſlet/ vdviſket.

Elino, is, elevi, antiquis pro maculo. Ut, *vestimenta eleavit luto*, offuer ſtrøg med dynd. Legit autem Calepinus eleo. Item nomen elevies pro sordibus, sed corruptè.

Illinio,

Illinio, is, act. quart. idem est quod inungo, paasmør: *Illinire nidum: medicamentis illinit.*

Illinitus, a, um, quod illinivimus. Ut, *medicamentis illinitus.*

Illino, is, illevi, illitum, act. t. q. in rem vel in re lino, paastrygger/ besmør.

Illitus, a, um, quod illevimus, Smurt/anstrøgen: *Tela veneno dolis illita: illitus limo.*

Illitus, tus, m. q. illinendi actus, besmørelse/ anstrygelse.

Superillino, Plin. aliquid lino super aliud. Ut, *superillinere butyrum,* Smør offuer eller offuen paa.

Interlino, lini, livi, levi, act. t. lineis vel lituris induco q. linendo destruo, gior streg offuer noget: *Interlevi scriptum: interlevi testamentum.*

Interlitus, a, um, quod interlevimus, vdslet: *Codex interlitus: tabulæ interlitæ.*

Oblino, is, act. t. idem quod circumlino vel totum lino, bestryger: *oblevit se viſco: oblinere dolia,* klinc fadc til. Et translatè *oblinere alicui,* est arte quadam illudere & decipere, stryge en om munden. Tractum à ridiculo quodam lusus genere, quo dormientibus, aut alioquin imprudentibus ora pingebantur. Vel à mulieribus fuco faciem linentibus, ut rugas tegant & amatores capiant.

Oblitus, a, um, quod oblevimus. Ut, *gladius cæno oblitus: sanguine oblitus.* Et translatè, *oblitus stultitiâ: facetiæ oblitæ Latio.*

Oblinio, is, act. q. Colum. circumlinio, bestryger/ omsmører. *Taleam oblinire misto fimo cum cinere.*

Oblitero, as, act. p. quasi lituris obduco, slætter vd. Et translatè aboleo & in oblivionem duco, slætter vd/ forglemmer: *Offensionem oblitterabit: mandata hæc nulla ætas obliteret.*

Perlinio, is, ivi, itum, act. q. idem quod perlino. Colum. *loculamentum herbis perliniat.*

Perlino, inis, lini, levi, livi, totum oblino, smør offuer alt: *Ulcera pice liquida cum adipe suilla perlinuntur.*

Perlitus, a, um, quod perlevimus. Ut, *oleo perlitus.*

Prælitus, Gell. à præ & litus. Ut, *villa ne tectorio quidam prælita.*

Relino, is, levi, litum, oblitum, obliteratumq; patefacio, aperio, tager kliningen aff / aabner. *Relevi omnia dolia:* solutâ nimirum argilla, quâ erant oblitâ.

Sublino, is, act. t. leviter lino & perungo. Unde *sublinere alicui os,* est illudere & pro ridiculo habere, stryge en om munden / giøre gieck aff en. Vide supra in Oblino.

Sublitio, f. t. est q. primum tectorium & fundamentum picturæ, første anstrog / vnderstrog / grund eller bund vdi Malning.

Sublitum, ti, n. s. quod sublinitur. Cels. *umbilico sublitum facit.*

Subterlino, is, unam rei alicujus partem perlino. Ut, *subterlinere plantas ægri.*

LINQVO, is, liqui, lictum, act. t. à tergo discessu meo aliquid mitto seu omitto & me separo, à λείπω ejusdem significationis, lader effter mig/ lader tilbage. *Patriam linquimus, patriosq; penates, parentes, amicos, portum, arva.* Et translatè, *animam in vulnere liquit,* pro amisit. Item *animo linqui,* est deficere & deliquium pati, Vandsmecte eller daane.

Linquens animus. Curt. pro deficiens.

Compositа.

Delinquo, n. t. omnino linquo quod eram facturus ex officio vel jure, forsømmer noget/synder: *Ne tu delinquas, nevè ego trascar tibi: in re aliqua delinquit.*

Delinquitur pass. apud Ciceronem. Ut, *si quid delinquitur.*

Delictum, cti, n. s. in quo deliquimus, Synd / forsømmelse.

Deliquium, ii, n. s. delinquentis affectio, & ratio. Ut, *deliquium animi,* Sandz mistelse. *Deliquium animæ,* Saanelse/ suimelse. *Deliquium solis, lunæ,* Formørckelse. *Vires enim & lucem linquit animus, anima, Sol, Luna, &c.*

Deliqvum, apud Plaut. pro minus. Ut, *sive amet, sive id faciat quod lubet, quando tibi domi nihil deliqvum est:* q. d. Siden du haffuer icke dis mindre: siden dig inter fattis.

Relinquo, is, act. t. idem quod linquo. Ut, *reliquit deseruitq; me.* Inde *relinquere aliquem,* est nolle ipsum juvare. *Relinquere animam* est mori. Item retro linquo, effter lader: *Hæreditas liberis relinquebatur.* Et *relinquere æs alienum,* dicitur, qui moritur non persoluto ære alieno, lader gield effter sig. Item, Impersonal. *relinquitur.* Ut, *si in Hispania relinquitur, quiescamus,* i. e. restat vel sequitur, det staar tilbage.

Relictio, onis, relinquendi actus, forladelse. Ut, *relictio reipubl.*

Relictus, a, um, quod reliquimus, forlat. *Relictus ab omni honestate,* i. e. remotus. Sic *à beata vita relicti sunt.* Et *relicta loca,* quæ limites non acceperunt. *Relictis rebus,* forma loquendi q. re suscepta de manibus deposita: continetq; celeritatem & sedulitatem quandam, Naar mand aff hast lader falde hvad mand haffuer hænderne.

Reliquiæ, & p. prod. relliquiæ, arum, f. p. quæ ex re quacunq; relicta sunt, leffninger. *Reliquiæ gentis: reliquiæ cibi, reliquiæ conjurationis, febrium.*

Reliqvus, a, um, quod ex re aliqua relinquitur, til offuers: *Præter agri solum, nihil reliqui.* Inde, *reliqvum est, ut certemus officiis inter nos,* i. e. supereſt, restat. Sic *de reliquo velim tibi persvadeas,* i. e. quantum ad reliqua attinet. Et absolutè *reliqvum,* pars debiti, quæ adhuc restat solvenda, Restandz: *Angit me ratio reliquorum meorum. Quod huic reliqvum restat, volo persolvere.*

Reliquor, aris, Ulpian. d. p. æs alienum ex reliquis rationum contrabo, Rester med noget aff regenskab.

Reliquator, oris, Jurisc. m. t. Qui teliquatur, qui integrum non solvit, aliquidvè adhuc reliqui debet, Som rester / staar tilbage med noget.

Derelinquo, planè & prorsus relinquo, Aldelis forlader/ slaar handen slet aff. *Communem causam dereliquit.*

Derelictio, onis, actus quo aliquid derelinquitur, forladelse: *Communis utilitatis derelictio.*

Derelictus, a, um, quod dereliquimus, forladt/øde: *Derelicta regio. Oppida atq; oram pro derelicto habet,* holder for øde sted.

Derelictus, tus, m. q. Gell. idem quod derelictio. Ut, *vineam suam derelictui habet,* lader ligge øde.

LINTER, tris, com. t. navicula ex solido & integro ligno excavata, à legendo vel lingendo littore, Ege / Kane / Knubskib. Exponitur & alveus itidem integro excavato ligno constans, quo aquantur pecora & jumenta, stort huggen tru til at vande Qveg.

Lintri-

Lintriculus, parvus lintee.

Lintrarius, m. ſ. qui lintrium uſum exercet, Kane-mand.

LINUM, n. ſ. pr. prod. λίνον herba, ex qua intimæ parantur veſtes, Hør. Inde tropicè filum ex lino, traadt.

Lineus, a, um, quod ex lino eſt, Linnet. *Veſtis linea: vincula linea.*

Linamentum, ti, n. ſ. penicillus ex linteo abraſus ad uſum vulnerum, Væle/ Linſkav. Item linamenta dicuntur quæcunq; ex lino conſtant.

Linteum, n. ſ. pannus linteus, Lerrit. Et ſpecialiter, quo utimur ad detergendum, Handklæde. *Linteum cape, tuq; exterge tibi manus.* Item plur. lintea pro velis, quibus nautæ utuntur, Skibs Segel. *Certum eſt dare lintea retro.* Item pro velis, quæ in theatro tendi ſolent ad ſpectantium umbracula. Unde dicitur, *Cæſarem linteis adumbraſſe totum forum*: Item lintea pro veſtibus lineis. Linteum itaq; vel immediatè à linum, vel à Græco, λῖνον ejusdem ſignificationis.

Linteolum, parvum linteum, ſom en Klud eller Næſedug/ Næſeklud.

Linteārius, m. ſ. qui lintea conficit aut vendit, Lindvæffuer/ Lerig Kremmer.

Linteatus, a, um, linteis indutus, Linnet Klæd.

Linteo, onis, m. t. qui texit lintea in uſum veſtium, Linvæffuer.

Linteus, a, um, quod ex lino confectum eſt, Linet. *Veſtis lintea, calceus linteus,* Linnet ſocker. Et *lintei libri*, qui de lino fiebant, cujus modi Sibyllini quidam fuerunt. Sic *linteum volumen.*

LIPPUS, ſive lipus, m. ſ. cui oculi ſunt lacrymantes & putredinem ſtillantes, à λίπος, i. e. humor pinguis propter gramiam & viſcoſitatem ſtillantis pituitæ, Suurøyet. Inde tropicè *lippa ficus*, vel quòd ſuccum lacrymoſum cæſa emittat; vel oculis lippis proſit.

Lippitudo, dinis, f. t. lippi vitium, onde oc ſure øyne.

Lippio, is, ivi, itum, lippus ſum, vel fio, er ſuur øyet/ eller haffuer eller faar ſure øyne / haffuer ſtrøbelig oc onde øyen. *Cum leviter lippirem, has literas dedi.* Et imperſ. *cavendum ne lippiatur.* Item translatè ad fauces: *fauces lippiunt*, i. e. opplentur humore, ſive ex dentibus, naar vandet løber en til Tenderne/ Munden ſtaar fuld aff vand. Sive ex ſtomacho, at vand løber op i halſen / hierte vand flyder en i munden.

LIQVEO, es, & liqueſco, n. ſ pr. corr. calore ſolvor & diffluo, ut cum plumbum in igne, nix in ſole, glacies in aquam reſolvitur, ab antiquo & exoleto quodam Græco, cujus veſtigia remanent in lixa pro aqua & in λείχω lingo, verbum ſcilicet tenuioris ſucci, Smelter / er ſmeltit. *Cera liqueſcit: plumbum liqueſcit.* Et tropicè, *liquentes lampi* pro mare. Item translatè, *liqueſcere voluptate*, eſt mollitiâ fluere, mollem eſſe & voluptati deditum, forderffuis / bliffuer lad. Item impersonal. *liquet* pro clarum eſt & manifeſtum, klart oc viſt. *Liquet mihi dejerare: liquet inter nos: non liquet.* Unde & notæ in judiciis N L. pro *Non Liquet*, det er icke viſt / der er intet viſt om. Aliter à λίπος pinguedo, adeps, ut translata ſit ſignificatio à liqueſcente pinguedine aliqua, qualis eſt adeps, ſerum, pix &c.

Liquidus, a, um, quod liquet & fluidum eſt, opponiturq; turbido, Smelt oc flydende / tynd oc klar. *Pix liquida, ticre. Liquida aqua.* Et tropicè, *liquidus ventet* profluus & laxus, løſt Liff. Item mollis, clarus, purus. Ut, *liquidus aër*: *liquida mella* quæ defœcata ſunt & ſine ſordibus, hin ſkære honning. *Liquidus ignis*, hin klare Ild. Item *auſpicium liquidum*, quod ſit liquido & ſereno cœlo. *Liquidus animus & tranquillus*, i. e. defœcatus. *Liquida ſententia* proclara & manifeſta. *Liquida vox*, canora, clara & ſuavis. *Liquidum lumen. liquidi odores.* Et abſolutè *liquidum* pro aqua liquida.

Liquidè, dius, diſſimè, modo liquido. Et peculiariter translatè pro clare & manifeſtè, klarligen oc viſt. *Liquidò de tuo ſenſu judicabi.*

Liquidò, idem. Ut, *liquidò dicit*: *liquidò juvare poſſum*: *liquidè hoc mihi conſtat.*

Liquidiuſculus, aliquantum liquidus. Undè translatè, *liquidiuſculus homo*, i. e. ſerenus: translatione ſumpta ab aëre ſereno.

Liquor, oris, m. t. liquidus humor, clarus ſcilicet & fluens, klar / flydende eller dryppende vedſke: ſive is ſit pinguium, ſive metallicorum, ſive aqueorum, ſive amnium. Et *liquor piſcium*, qui liquet & fluit ex piſcibus: ſeu in quo liquent & macerantur piſces, lager Fiſk/ eller Fiſkelage.

Liquo, as, act. p. liquere facio ſeu liquidum facio, ſmelter/ giør klar: *Liquabat plumbum*: *liquat tela. liquare linum colo*, eſt tranſmittere, defœcare & liquidius facere, Seie. Et translatè *liquare alvum*, pro facere ventrem liquidum, løſer liffuit/ giøre løſt.

Liquatus, a, um, quod liquavimus. Ut, *guttæ ſolis calore liquatæ*: *expreſſis mella liquata favis.* Et translatè *liquata vox* quæ liquido gutture diſerta, claraq; foràs editur: quam ſcilicet guttur ipſum liquat & liquidam tranſmittit: translatione ſumptâ ab iis quæ colo liquantur.

Liquamen, nis, n. t. condimenti genus ex piſcium inteſtinis, ſæle maceratis & liquatis, Indſaltet Fiſk / eller Fiſkerad / eller Lage. Item pinguedo ad ignem liquata, ſmeltet fætt / Smolt hen ſer til at bruge til mad: *Liquamen adipis*, Iſter ſmelt och fæt. *Liquamen cetaceum*, Tran. Item liquamen, confectio quædam ad uſum ovium. Ut, *ſuccus excocti lupini, veteris vini fæx & amurca pari menſura miſcentur: Eoq; liquamine obis imbuitur.*

Liquaminatus porcellus, cui liquamen ſuffuſum eſt, Sylt.

Liquor, eris, Lucan. paſs. t. & priore product. contra naturam primitivi; ſignificat idem quod liqueſco & defluo. Ut, *femorum muſculus liquitur, & nigra diſtillant inguina tabe.*

Compoſita.

Colliqueo, ſimul vel unà liqueo, ſmelter tilſammen/ eller ſammen.

Colliqueſco, idem quod liqueſco.

Colliquor, liqueſcendo ſtillo, Kinder hen. *Tabe colliquatur corpus. Febris colliquans ardentiſſima*, quæ cum pinguedine carnes & ſolidam ſubſtantiam calore liquatam per alvum effundit, hitzig Kaadſyge med ſtor buglob.

Colliquatio, onis, colliquandi actus, henrinden/ henſuinden.

Deliquo, as, pen. bre. apud Lucret. pro declaro demonſtro.

Eliquo, as, act. p. liquidum facio; *aurum igni eliquatur.*

Eliqua-

Eliquamen, inis, n t. quod eliquatum eſt ex re aliqua, ut ex carnibus aut piſcibus, Syltlage eller det ſom ſyer af ſaff maden / ſmolt eller flodt.

Eliqueſco, liquidus fio.

Eliquatum vinum igni, Brendviin.

LIQVUS, a, um, pr. prod. dictio eſt antiquata pro eo, quod lineatione ſui variè deflectit, & tranſverſim progreditur à λοξὸς, λοχὸς λέχι, & ejusdem ſignificationis.

Compoſita.

Obliqvus, a, um, q. valdè liqvus, Skev / tuære / krum oc kroget. *Obliqvus apri dens. Lumen ſeu oculus obliqvus*, ſkev øyet. *Caneri obliqui in caput*, i. e. tranſverſi non recti. Obliqvum verbum, *obliqua oratio*, halffdraget ord eller tale.

Obliquè, modo obliquo. Ut, *latus vitis alterum obliquè præradito.*

Obliquitas, atis, f. t. obliqui ratio, ſkevhed / krumhed: *Ne talis obliquitas in latus digredi videretur.*

Obliquo, as, act. pr. obliqvum facio, Krummer / ſkever: *Lunatis obliquatur cornibus. Obliquare ſinus velorum*, eſt velum ita in puppim pede adducere vento tranſverſo flante, ut tamen navis curſum obliqvum tenere poſſit, Sette Segel an for at lavere. Sic, *obliquare curſum*, at lavere til Skibs.

Sublicus, a, um, q. ſubliqvus, non nihil obliqvus.

Sublicæ, carum, cujus ſingulare ſublica, cæ, f. p. trabes ſunt longæ & pali jugatim juncti præſertim pangendis pontibus deſtinati: quaſi ſubliquæ ab obliqua jugatione ſeu obliquis tibicinibus, ſeu quod obliquæ melius ſuſtineant vim & impetum aquarum, Bropæle eller Brosſtraber. Conſtant enim tibicinibus atq; jugis. Atq; ſic penult. producenda videtur. Aliter volſca habetur vox. Item deducitur à ſub & liquens q. ſub quibus aquæ fluminis liquentes decurrunt. Vel à lacio, quòd ſubtus laciat aquam: qua ratione corripitur penultima.

Sublicium, cii, n. ſ. idem quod ſublica.

Sublicius pons, pons eſt ligneus à ſublicis ſic dictus, Fiele bro / Træ bro.

LIRA, æ, f. pr. prod. porca arationis, ſeu ſuleus inter duas porcas, in quem à porcis aqua & uligo defluit: ſeu porca, quæ fiebat tertiâ aratione ſemine jam ſato: idq; crate dentatâ vel tabulâ aratro annexâ, ut omnis ſeges eo ordine decurrat & enaſcatur: quaſi lineatura quædam & lineæ ductus, à linea, conciſè & effuticiè voce ruſticâ, Foor / Jord / Lire / eller Fam ſom huor ſaadan løber op effter hin anden / ſom offuer en Fam.

Liro, as, act. p. duco liras, harrer korn neder / kræger.

Liratim, Colum. per liras. Ut *liratim ſeri debent.*

Compoſita.

Cuſsiliris, ſive coſſiliris, antiquè dicebatur, qui coſſim & coxim, i.e. varicitus lirat vel ambulat, ſkevi ſin gang / vricke Kev / ſom vriſſer oc vricker i ſin gang / vrattende / vriſſe Kev. Et translatè otioſus & ignavus.

Deliro, as, n. p. liram non rectè deduco vel non liro, Pløjer / harrer / eller kræger ilde / wjeffnt / gior bulcker / følger icke reen eller foor. Tum de bobus, tum de aratore, cum ſcilicet rectè ſe facere autumant. *Delirare ad vicini terminos*, kræger ind paa ſin Naboes jord. Et translatè à recta via ſeu ratione decedo, Tal offuer / fantaſeer / raſer / primer. *Profecto deliramus interdum ſenes.* Aliter à λοίδοι nugæ, ineptiæ, q. per nugas ago. Unde & legitur aliquando delorare.

Deliratio, onis, delirandi actus, primen / raſen. *Deliratio ſenum*, qua ſenes delirant.

Delirus, a, um, qui delirat, en primere. *Senex delirus: anus delira.*

Deliritas, apud Laberium pro deliratio.

Deliramentum, n. ſ. idem quod deliratio. Ut, *deliramenta loquitur*, i. e. delirat.

Delirium, rii, n. ſ. morbus & vitium delirantis, Fantaſi / naar mand tal offuer ſig.

LIS, tis, f. t. controverſia quæ inter partes in judicio & ex lege agitur, à limes quod initiò de limitibus erat, Kuff / klammer oc trætte: *Bona ſua repetit lite atq; judicio.* Inde de quavis controverſia & diſceptatione dicitur. Ut, *Philoſophi ætatem in litibus conterunt.* Aliter à λίσσα λίττα rabies, ſ. ob rabiem forenſem. Veteres quoq; *ſtlitem* dicebant pro litem, q. à ſiſto.

Lituus, i, m. ſ. incurva buccina exili & acuto ſono, quâ in bello equitibus canere ſolebant, ſic dictus quod litis ſit teſtis, Skalmej / Krumhorn. Item per ſimilitudinem hujus muſici litui, bacillus erat auguralis ſive regalis incurvus & à ſummo inflexus: vel dictus quod litem deſterminaret, ſaa ſom en Biſpeſtaff.

Bilis, tis, Nævio. gemina lis.

LISTA, æ, f. pr. Gloſs. Idem quod linea, à λίστη, animalculum quoddam gracilitate & tenuitate inſigne: Unde & λίστοι, quibus graciliores ſunt nates. Atq; hinc faciunt quidam ſubleſtum, de quo ſupra in voce ſublevo. Aliter Liſta à Linea.

LITERA, æ, f. p. pri. prod. minima & indiviſibilis pars dictionis, ſic dicta à lineando vel linendo quia linendo vel lineis conſtat, Bogſtaff. Inde litera pro ſcriptura, Skrifft. *Hujus manus perſimilis eſt tuæ literæ.* Et plur. Literæ quæ mittuntur nuncii alicujus gratia, Sendebreff / ſkreffne breff / ſkriffuelſe. Pro quo & apud Poetas invenitur ſingulariter litera. Item literæ, doctrina & peritia, Lærdom oc boglig Konſter. *Verſor in ſtudio literarum: literas neſcit: ætatem in literis ago.* Item literæ, tabellæ ſive libelli, Bøger. *Literis mandabat cogitationes ſuas: literis acta conſignat.*

Literula, f. p. parva litera, liden oc ſmaa Bogſtaff. Et plur. literulæ pro epiſtolio, lidet Breff. Item pro diſciplinis, earumq; ſtudiis. Ut, *literæ noſtræ tui deſiderio oblanguerunt.*

Literarius, a, um, quod ad literam pertinet. Ut *ludus literarius*, in quo literas diſcimus, Skole. *Tabula literaria*, in qua pueri literas & elementa A, b, c, faciunt, pingunt ſcribunt & diſcunt.

Literator, oris, m. t. qui leviter literis tinctus eſt.

Literatura, æ, f. p. literarum ſcientia & cognitio. Ut, *ingenio, memoriâ & literaturâ valet Cæſar.* Item literatura Quintiliano pro Grammatica.

Literatus, a, um, literis & artibus literarum imbutus, Lærd. *Homo eſt literatiſſimus. literatum otium*, in quo literis operam damus. Item literatus, cui aliquid inſculptum eſt & ſuperſcriptum. Ut, *Enſiculus literatus*, qui inſcriptas habet literas. Sic *literata urna*, literis inſcripta

ſcripta & conſignata. *Literatæ amphoræ*, quæ literis & notis erant ſignatæ, ad ætatem vini ſignificandam.

Literatulus, aliquantum literatus.

Literatè, modo literato, doctè & eruditè. Ut, *literatè ſunt hæc perſcripta.*

Literoſus, a, um, antiquè pro literatus.

Compoſita.

Illiteratus, a, um, non literatus. Ut, *illiterata pax* Feſto: quæ literis comprehenſa non eſt. *Illiteratus homo*, vox lærd/ Græca voce Idiota.

LITO, & antiquè luto, as, act. p. ſacrificiis Deum placo, votumq; imperro à luo λύω pro ſolvo, Offrer oc ſtille ler Gud tilfreds/ ſoner: *Animâ litandum eſt argolicâ: ſemper ſacrificat, nec unquam litat.* Dicitur & *litare victimas*, pro cœſis victimis litare. Et translatè, litare alicui, pro benè promittere. Ut, *litemus Lentulo, parentemus Cethego.* Aliter lito à λίτομαι ſupplico.

Litatio, onis, litandi actus. Ut, *hoſtiæ ſine litatione cœſæ.*

Litatò, adverb. facta litatione. Ut, *litato inſtruunt aciem.*

Compoſita.

Perlito, as, n. p. perfectè litò. Ut, *res Divinæ ritè perlitatæ: Dictator perlitatus.*

LITUS, ſive littus, priore ſuâ naturâ prod. oris, n. t. ora terminusq; terræ ad mare à λιτὸς tenuis, quod eſſet terra inculta & terra ibi tenuior, Strandſide/haffſide/ haffbred. Inde accipitur pro agris mari vicinis. Ut, *cui litus arandum, cuiq; loci leges dedimus.* Aliter litora q. lutus à luo lavo, quòd ad ipſa alluat aqua vel à lædo, quod allidatur aqua.

Litoralis, le, om. t. quod litoribus gaudet. Ut, *piſces littorales. Dii litorales*, qui litoribus præſidere credebantur.

Litoreus, a, um, quod litora ſpectat. Ut, *domus litorea*, Huß ved ſtrandſiden. *Aves litoreæ*, pro paluſtribus.

Literoſus, a, um, Plin. idem quod litoralis. Ut, *mare littoroſum* quod litora alluit.

LIVEO, es, n. ſ. pri. prod. colore ſum ſub nigro & plumbeo, ut eſt aliquis λίβυς, i. e. Afer, & ex Lybica regione: dicituq; proprie de corpore, quod ex ictu fuſtis alteriuſve corporis duri plumbeum colorem in parte læſa contraxit, er mørckblaa eller ſort/ſom en Morian eller med farffue ſom bly haffuer: *Labellis liveo: crura compedibus livent.* Et tropicè invideo, ex adjuncto ſcilicet invidis colore, Miſvnder: *Homo malignus aliorum bonis livens.* Sic, *libet Carinis, rumpitur.*

Liveſco, idem quod liveo ſeu magis atq; magis liveo, tum propriè tum translatè.

Livia, æ, f. pr. columba ſylveſtris quia plumis livet, Skowdue.

Lividus, a, um, quod livet, Mørcke blaa. *Brachia livida armis.* Sic *livida vada*: *lividiſſima paludis borago.* Item translatè invidus ex adjuncto ſ. livido colore, miſvnder: *Omnibus invideas, livide nemo tibi.*

Lividulus, aliquantum lividus propriè & translatè.

Livor, oris, m. t. lividi color, Mørckeblaat ſom bly. Et tropicè invidia, miſvndelſe. *Livor edax tibi conjuncta negat.* Item vitium nigricans ſeu ex vitio nigrorem habens. Ut, *uvæ conſpecta livorem ducit ab uva.* Item livor, nota percuſſionis ſive vulneris. Ut, *corpus mortui livore decoloratum.*

Compoſita.

Obliviſcor, eris, oblitus, d. t. memoriam alicujus rei amitto, q. mente & memoria totus liveo, obducto & obſcurato noticiæ lumine, Glemmer: *Obliviſcitur laudis, noctis.* Et *officium ſum oblitus.* Aliter ab oblino oblevi.

Oblitus, a, um, paſs. quod obliti ſumus; Glemt/ gaad aff glemme: *Oblita carmina: oblitus hoſtis.* Item activè, *oblitus patris moris*: ſcilicet qui oblitus eſt.

Oblivio, onis, f. t. obliviſcentis affectio, forglemmelſe. *Patriæ oblivio*, quâ quis patriæ obliviſcitur.

Oblivioſus, a, um, qui citò obliviſcitur, Forglemmelig/ glemme ſom: *Homo oblivioſus.*

Oblivium, ii, n. ſ. idem quod oblivio: ſed uſitatum tantum numero plurali. Ut, *ducere oblivia vitæ: cepere te oblivia noſtri.*

Inoblitus, a, um, quod non obliviſcitur. Ut, *mens inoblita.*

Sublividus, aliquantulum lividus. Ut, *puſtulæ ſublividæ.*

LIXA, æ, m. p. antiquis pro aqua, ab antiquo quodam Græco, cujus veſtigia adhuc in λείχω: & plural. lixæ, qui exercitum ſeqvuntur lavandi & coquendi gratiâ, Sutlere oc Tuætere vdi Krig.

Lixa, Varr. voce Sabina circulus ex farina, caſeo & aqua commiſtus, olim inter viliora cibaria numeratus: vel ab aqua vel quod daretur lixis.

Lixo, as, act. p. verbum non niſi in compoſito uſitatum.

Lixabundus, Plaut. qui lixarum modo infima miniſteria captat, exiguæ mercedis gratiâ. Ut, *lixabundus nomen & famam tuam fœdas.*

Lixus, a, um, quod lixa & aqua coctum eſt: pro quo tamen uſitatius dicimus, elixus.

Lixulæ, Varr. circuli ex farina, &c. Vide ſupra in Lixa.

Lixivia, f. pr. & lixivium, n. ſ. aqua cineri miſta, qua ſordes eluimus, Lud.

Lixivius, a, um. Ut, *cinis lixivius & cinis lixivia*, pro lixivium, *Muſtum lixivium* quod in lacum fluit, priuſquam prælo præſſum ſit, Vin eller Muſt/ ſom leckis eller flyder aff ſig ſelff i Truet førend Perſen kommer paa.

Lix, cis, f. t. antiquis idem quod lixivium, & humor cineri miſtus. Item Varr. cinis foci.

Compoſita.

Elixus, a, um, lixa ſeu aqua mollitum & decoctum, ſøden: Caro elixa, ſødet Kiød. Et translatè *calcei elixi*, i. e. madefacti, ut elixa ſolent eſſe. Sic *elixus balneator*, i. e. madefactus.

Elixo, as, act. p. lixâ coquo, ſyder/ carnes elixat.

Elixatio, onis, elixandi actus, quo ſcilicet aliquid elixatur, ut *elixatio carnis.*

Semilixa, m. p. quo nomine & Scipio ignominiosè nominat Actium Umbrum, & quaſi ſemimancipium. Sabinis etiam ſignificabatur genus panis & adhuc vilius quam lixa.

Semilixulæ, idem cibi genus.

LOCUS, ci, m. ſ. & plur. loci & loca, pr. corr. ſpatium, in quo aliquid jacet & continetur à λέχομαι cubo q. propriè eſſet cubantis unde & λόχος pro cubantibus & latitantibus alicubi inſidiis, ſted / plads oc rom. *Locus in conſeſſu: locus habitandi, locus planetarum.* Et translatè ſpatium agendi ſeu actionis, rom oc plads for nogen gierning. *Nullus locus conſilio, nullus beneficio.* Item locus, idem quod occaſio & facultas, Eff/ ne oc Leilighed. *Gaudendi, dicendi, agendi locus.* Item gradus & conditio, ſtat oc vilkor. *Loco excelſo & illuſtri ſita eſt laus tua: quo jam ſis loco, ſatis mihi cognitum: patris es loco.* Item ſedes doctrinæ. Ut, locus eſt argumenti ſedes: *Ariſtoteles propoſuit locos, ex quibus omnis argumentatio ad omnem diſputationem inveniretur.* Item plural. Loci medicis pro utero & matrice. Antiquè ſtlocus pro locus.

Loculus, m. ſ. exiguus & anguſtus locus, liden ſted oc plads. *In cella erat paululum loculi lubrici.* Et peculiariter loculi, pro ſaccúlo in quo pecunia ſervatur, Ledick eller pung. Item ſepimenta in piſcinis, aviariis, aliorumq; animalium arculis diſtincta, in quibus unaquæq; ſeorſim aluntur, Atſkillige rom oc burer for fiſk/ fule oc andet. Item loculi, capſu'a in qua mortuorum cadavera & reliquiæ conduntur, Ligkiſte. *Stimulorum loculi* de homine dicitur, qui ſtimulis fodi ſolitus eſt, ut totum corpus ejus, ſtimulorum loculi eſſe videatur.

Locellus, m. ſ. idem quod loculus pro ſacculo pecuniario.

Loculoſus, a, um, loculis plenus & abundans. Ut, *putamen juglandis loculoſum.*

Loculatus, a, um, diverſos habens loculos. Ut, *loculatæ piſcinæ: loculatæ arculæ* ubi diverſi ſunt colores.

Loculamentum, ti, n. ſ. camera quædam ſecluſa & diſtincta in ſeminum vaſculis, uti videre eſt in capitulis papaverum, Atſkillige rom. Item receptaculum ferè vimineum, in quo aves nidificant, ſom Gaaſe kurff eller rede. Item *loculamenta favi*, ſunt cellulæ ſexangulæ apum. Item *loculi diverſorum animalium diſtincti*, quibus nimirum diſtinctè continentur animalia diverſa, Rom oc ſkille rom for atſkillige dyr. Sic *loculamentum apum*, Biikube. Item theca alicujus. Ut, *loculamentum tympani*, Tromme hud oc foer.

Loco, as, act. p. quaſi locum rei alicui deſigno, ſeu rem in loco conſtituo, giør ſted til / eller ſtiller noget paa en viß ſtedt / ſetter / legger. *Locare fundamenta theatri: locare caſtra: locare aulam.* Et translatè ad conjugia, *locare alicui filiam nuptum*, giffue ſin Daatter hen / giffte. Item locare, eſt pretio utendum dare, leje hen / ſtede bort: *Ædes ſuas centum ſeſtertiis locavit Mutio.* Sic *locare portorium.* Item *locare alicui operam*, eſt aliquid mercede faciendum ſuſcipere, Leie ſig bort til at giøre oc arbeide / feſte ſit arbeid hen oc tieniſte. Item *locare alicui opus faciendum* dicitur is, qui pro opere faciendo, alteri mercedem conſtituit, Bekoſter eller feſter en til noget Arbeid. Item locare pro reponere, Anlegge / hen vende: *Benè locavi pecuniam: malè locavi operam meam: Pone ſeſe homines locat*, holder ſig til folk / ſcilicet, eſcæ, & commodi gratia. *Locaſſit* Cic. pro locaverit.

Locarium, n. ſ. Varr. pretium quod pro taberna ſtabulove locato perſolvitur, Boleie / Staleie.

Locator, oris, m. t. qui locat, ſive domum pretio utendam, ſive operam itidem pretio perſolvendam. Item locator qui pretium pro locata opera dat. Ut, *locator funeris.*

Locatio, nis, locandi actus, quo ſcilicet ſive domum & fundum ſive operam pretio locamus, Bort leining.

Locatus, a, um, quod locavimus. Ut, *membra ſuo quæq; loco locata*, Satt. Sic *civitas in fide Catonis locata.* Item *locata domus*, bort leiet hus. *Locata opera*, i. e. addicta, tilſagt tieniſte.

Locito, as, Terent. act. p. forma frequentativa, idem quod loco.

Compoſita.

Abloco, as, act. p. Svet. locandà à ſe abalieno, Leier bort: *Ablocare domum.* Item Juriſc. denuo loco fundum tertiò locatum.

Colloco, as, idem quod loco. Ut, *caſtra collocat: beneficia apud fortunatos collocat.*

Collocatio, onis, collocandi actus.

Collocatus, a, um, quod collocavimus.

Eloco, as, quaſi extra loco, vdleier / faar vd paa leie: *Elocare fundum, agrum, boves, elocare filiam*, giffue ſin Daatter vd. *Elocare funus*, vdgiffue / henſette. Sumpta metaphora ab elocatione filiæ.

Elocatio, onis, elocandi actus.

Elocatus, a, um, quod elocavimus, vdleiet / vdgiffuet: *Fundus elocatus: filia elocata. gens elocata*, vdgiffuen / oc vel hen ſet: Ut *filia viro, ad ſimilitudinem ſcilicet filiæ elocatæ.*

Illicò, adverb. q. d. in loco ſive è loco, ſtatim, ſtraxen paa ſtedet / i det ſamme: Otiosè *jam nunc illicò conſiſte.* Sic, *illicò ad prætorem ivit.*

Illocabilis, le, om. t. quod locari non poteſt. Ut, *virgo illocabilis: dote caſſa & illocabilis*, ſom kand icke vdgiffuis.

Obloco, as, Juſti: idem quod loco. *Oblocare operam ad puteos exhauriendos.*

LOCUSTA, f. pr. prod. inſecti genus infirmis alis, ideoq; modicis volatibus ſe à terra attollens, ut ſaltare potius quam volare videatur: ſic dicta ab uredinè locorum quæ ſcilicet depaſcitur & adurit q. loca urens, uſtulans, Høſkreck / heſelſkreck. Sunt autem plura locuſtarum genera, inter quæ, unum cum ſummo detrimento & pernicie hominum, quod ſcilicet, ſingulari quadam magnitudine, & infinita copia ſæpè aliundè ex longinquis locis delata omnem ſegetem, fructum terræ & viriditatem depaſcitur. Item locuſta, piſcis ex genere cruſtarum, corpore longo, cornua ante oculos bina longa & aſpera habens, Krebs. Deſcribitur & ſine forcipibus: quo nomine differt ab aſtaco. Iſidorus deducit à longus q. longuſta, ex monſtroſa pedum longitudine. Aliter à λοιγὸς exitium & pernicies, quam adfert.

LODIX, icis, f. t. pr. prod. & pen. Gen. prod. lecti operimentum ſive laneum, ſive lineum à λήθομαι lateo q. ſub quo latemus: vel à λόω lavo q. lautiæ, lotix, quod ſæpius lavanda ſit & mundanda, ut innuit Siponti-nus, Senge klæde eller Senge laggen.

Lodicula, parva lodix.

LOLIUM, n. ſ pr. prod. vitium quoddam & degener frumenti fœtus, ex nimia loci uligine, jugibusvè pluviis: à λύω ſolvo per geminationem, q. ſeges diſſoluta & fatiſcens, ſcilicet ex degeneratione ut in ſiligine, Klinte oc heirer. In hordeo, Suingel. Græca voce dicitur æra, undè: ærinea farina pro loliacea. Aliter immediatè à lues, q. lulium, quod ſit lues quædam ſegetum.

Loliaceus, a, um, quod ex lolio eſt. Ut, *farina loliacea*, heire meel/ klinte meel.

Loliarius, a, um, quod ad lolium pertinet. Ut, *cribrum loliarium*, klinte ſold.

LOLIGO, inis, f. t. pr. long. piſcis primo dictus voligo à volatu, quod è mari interdum evolent loligines, tantaq; multitudine, ut navigia demergant. Piſcis è mollium genere, pedibus, promuſcidibus, capite, oculis, ore, lingua, fiſtula, partibusq; internis quibusdam ſepiæ ſimilis. Cruorem habet nigredine atramentaria, undè illud Horat. *nigræ ſuccus loliginis*: Quo etiam ſucco nigro, intelligit livorem mentis.

Loliguncula, parva loligo.

Lolius, m. ſ. piſcis admodum parvus, & à loligine, facie diſſidens. Deſcribitur & loligine major, ut cubitorum interdum quinq; eſſe ſoleat.

LOMENTUM, n. ſ. pr. prod. farina qnædam fabacea ad erugandas rugas corporis & eluendas ſordes ſive corporis, ſive veſtium à λύω lavo. Item coloris quoddam genus quod in uſum pictorum ex cæruleo confici ſolet: Idq; lavando terendovè. Aliter utrumq; à λείωμα quod tritum ſonat & quod friando conterendoq; in pulverem redactum eſt.

LONGUS, a, um, ior, iſſimus, cui lineæ rectæ inſigniter ſunt porrectæ & protenſæ, qualis eſt lancea & venabulum. à λόγχη venabulum, lancea, Lang: *Longa navis, longa linea. Homo ſeptem pedes longus: ſtant longis innixi haſtis. pons longus* qui anguſtiore tramite inter paludes præcipue aggeritur pontis vice, Grifft med diger paa begge ſider/ huor paa mand ferris. *Longæ tibiæ*, quibus ſupplices utebantur in templis cantum trahentes. Indè translatè ad alia quæq; diffuſa & extenſa. Ut, *longum tempus: longa dies.* Et abſolutè, *longum eſt*, pro eſt multi temporis, det er langt: *Longum eſt dicere quàm improbè fecerit.* Item *longus amor* pro diurno. *Longus ſermo* pro prolixo & fuſo. Et abſolutè, *non volo eſſe longior*, i. e. prolixior verbis. Item adverbialiter, *longùm fruitur muneribus: longùm lætatur*, pro longo tempore, lenge. Ponitur & longus pro ſtolido.

Longè, gius, iſſimè, in longum, langt: *Longè colluceat Sol: bellum longè diſperſum: longè hinc eſt in Galliam*, langt her fra: *Ille longè eſt*, hand er langt hen: *Longè improbus & longè optimus*, i. e. valde. *Vitam producit longius.* Hinc interdum loci eſt, & quidem de loco, langt fra. *Longè à foro res hæc acta eſt. longè à domo.* Sic *longè mihi alia mens eſt*, ſ. longè ab iſta re vel opinione. Item temporis. Ut, *tempus muneris dandi longè abeſt. longiſſimè meminit*, hand tal det for lang tid er ſted. *Longè reſonantia littora. ſtimulum longè habet*, quæ usq; illinc cor pungit meum, langt fra oc ſteds langt fra. Et cum caſu: *Longè gentium abes*, pro omnino longè, gandſke langt henne.

Longiter, aliud adverb. apud Lucret.

Longulus, a, um, aliquantum longus, noget eller paſſelig lang. *Longulum iter.*

Longulè, adverb. Ut *ex hoc loco haut longulè.*

Longiuſculus, a, um, paulo longior, noget langactig. *Verſus longiuſculi: ſpatium longiuſculum.*

Longano, m. t. Apicio inteſtinum rectum, ſic dictum, quod in longum protendatur. *Longabo & longabo*, Varr. pro genere farciminis à longitudine.

Longinqvus, a, um, quod eſt hinc longè, langt her fra: *Præſentes hoc, ſed longinqui aliud.* Item tropicè externus, peregrinus. Ut, *piſcis longinqvus*, fremit Fiſk. Item quod in longum tenditur. Ut, *longinqvum mare*: *longinqua æquora.* Item diurnum, varrig oc lang. *Morbus longinqvus.* Item prolixus, vidtløfftig. *Longinqvus ſermo.* Et *longinqvum loqui*, i. e. diutius, tale alt for vidløfftigt/ giøre alt forlangt aff med ſin tale.

Longinquitas, atis, f. t. longinqui ratio & affectio. Ut, *propter longinquitatem & latrocinia tardiſſimè omnia perferuntur.* Item longitudo temporis. Ut, *longinquitas ætatis, longinquitas temporis: negat voluptatem longinquitate creſcere.*

Longiſco, is, n. t. Ennio longus fio. Ut, *longiſcunt corpora.*

Longitudo, nis, f. t. longi ratio & affectus, Lenge/ lengden: *Longitudo itineris, longitudo noctis.* Et, abſolutè, *in longitudinem conſulit*, pro longo temporis ſpatio.

Longurius, m. ſ. pertica longa tranſverſim fabricæ alicui interjecta, ut in ſepibus ligneis, Recker paa ſtag-gierder: & in ſtabulis equorum, bom.

Longurio, onis, m. t. Varr. qui inepte longus eſt, ad modum longurii, reliqua corporis mole parum reſpondente, en lang Rangel/ langt Skrog/ Slyngel.

Longo, as, verb. non niſi in compoſitis uſitatum.

Compoſita.

Elongo, as, act. p. idem quod prolongo, forlenger. Plin. *dies multum elongantur.*

Oblongus, a, um, inæqualiter longus, Avet langt. *Oba oblonga. oblongæ malæ*, Affuet lang/ Kinder elsler Kinbeen.

Perlongus, a, um, valdè longus, megit lang/ forlang. *Perlonga via. perlongum eſt ſi vis operiri adventum ejus: perlongum intervallum.*

Perlongè. Ut, *perlongè eſt, ſed tanto ocyus properemus.*

Perlonginqvus, a, um, valdè longinqvus.

Prælongus, a, um, valdè longus. Ut, *homo prælongus.*

Prælongo, as, Plin. prælongum facio. Ut, *ſubtilitate pedum crura prælongabit.*

Prolongo, as, act. p. Sen. & Plin. de tempore dicitur cum longius fit & protrahitur, forlenger. *Prolongare tempus: prolongare dies mortis.*

LOQVOR, eris, cutus ſive qvutus, dep. t. pr. corr. verba qualiacunq; profero, à λέγω ejusdem ſignificationis, taler. Quis hic loquitur? *Ne noſmet etiam vitia noſtra loquamur. Lapides loqueris*, pro loqueris quæ mihi dura ſunt & aſpera, quibus mentem offendis, ut aliquis lapidibus caput, taler ſaa det giør ont/ taler haarde ord/ at du motte ſlaa mig omkuld der med. Et translatè *loqvuntur annales, loqvuntur hiſtoriæ: loquitur fama, res ipſa loquitur*: Item idem quod dico, ſiger. *Totum mihi nomen loquere.* Item impersonaliter, *vulgò loqvuntur*, mand tal almindeligen.

Locutio, f. t. loquendi actus, Tale.

Locutor, sive loqvútor, oris, m. t. Gell. qui nimium loquitur: sed & cum adjectione, *importunus locutor*, Sladerer.

Locutulejus, m. f. i dem quod loqvutor, sed ferè majori importunitate, sladerhanck.

Loquax, cis, om. t ior, issimus, qui multum loqui gestit, mundfoedt. Et translatè, *loquaces aves*, quæ garrulitate importunitatem istam hominum imitantur.

Loquaciter, modo loquaci. Ut, *homo loquaciter litigiosus.*

Loquacitas, atis, f. t. loquacis affectus & vitium, mundfoedhed.

Loquela, f. p. quod loquendo profertur, Snack / tale. *Venus loquelâ gaudet.*

Loquitor, aris, Plaut. d. p. pro multum loquor. Ut, *loquitatus es gnato meo malè*, Snacker oc taler formegit.

Composita.

Alloquor, eris, d. t. ad aliquem loquor, Tiltaler. *Te alloquor nunc Affricane.*

Anteloquium, n. f. Macrob. verba quæ priore aut exordii loco habentur, fortale eller første ord oc tale for andre: *Omnes ei anteloquium detulerunt.* Aliter legitur Antelogium, immediatè à λέγω dico.

Colloquor, eris, cum alio loquor, holder samtale/tasler med. *Tecum colloquor.*

Collocutio, onis, colloquendi actus, Samtale elsler snack.

Colloquium, ii, n. f. est duórum pluriumvè mútua sermocinatio, Samtale.

Eloquor, eris, q extra loquor & quidem apertè & clarè Udsiger/ fremsiger. *Rem, ut facta est, eloquor.*

Elocutio, onis, f. t. Rhetorices pars de delectu verborum sententiarumq; in loquendo dicendove.

Eloquens, om. t. tior, tissimus, qui eloqui potest: ornátè scilicet & copiosè, Veltalend.

Eloquentia, æ, f. p. eloquentis vis & habitus, Veltalenhed.

Eloquium, quod eloquitur, breviter quidem & præclarè, Smuck ord/tale/sprog: *Blando eloquio amicam solatur. Eloquio Platonis monemur, non nobis solis natos esse.*

Pereloquens, valdè eloquens.

Exloquor, veteribus pro eloquor.

Interloquor, eris, quasi inter alterius verba loquor, Tal i andens ord. Siccine *mihi interloqueris?* Item inter agendum obiter loquor & aliqua intermisceo, Tal lit/noget saa hen/iblant i nogen sag / hasser noget i at sige. *Aliter atq; aliter eadem in causa eodemq; in tempore sentire & interloqui videtur.*

Interlocutio, onis, interloquendi actus, Indtale i ens ord: *Brevi interlocutione patroni refutandus est.*

Interlocutorius, a, um, quod fit cum interlocutione. Ut, *sententia interlocutoria*, quæ non definit controversiam, sed aliquid obiter ad causam pertinens decernit, Liden oc forloren tale oc mening i nogen sag.

Obloquor, eris, contra loquor, Tal anden imod/ tale anden i orden / tager orden fra en: *Mihi sæpius oblocutus est.* Interdum etiam idem quod Maledico, Skender / offuersfriger: *Ferocissimè oblocuti sunt. Obloqui numeris*, pro canere saltantibus, Synge eller spille til dans.

Oblocutor, oris, m. t. qui obloquitur aut detractat. Ut, *non sum oblocutor alteri.*

Præloquor, eris, ante vel prior loquor, præfatione utor. Ut, *vix hæc præloculus sum, cum ego Appium censorem eadem lege postulabi.*

Proloquor, eris, quod in animo q. foras loquor, Siiger frem/ udsiger: *Censen me ullum potuisse verbum proloqui.* Item ante aliquid loquor, pro significante ante, taler for / fortaler. *Apud te paro proloqui.*

Proloquium, n. f. sermo qui fit initio orationis, seu proloquentis sermo, fortale. Item proloquium Gell. sententia, in qua nihil desideratur: vel oratio verum aut falsum plane significans, idem quod effatum, pronunciatum, propositio.

Traloquor, Plaut. à principio ad extremum ordine loquor.

Composita cum aliis dictionibus.

Blandiloqvus, Senec. qui blandè loquitur, Sødtalende: *Vox blandiloqua.*

Blandiloquens, Macrob. idem.

Blandiloquentulus, Plaut. parum vel festivè blandiloqvus.

Breviloquens, tis, Cic. om. t. breviter loquens.

Breviloquentia, Cic. f. brevitas loquendi.

Breviloqvus, idem quod breviloquens.

Breviloquium, n. f. idem quod breviloquentia.

Confidentiloqvus, & comp. confidentiloquius apud Plaut. qui confidenter loquitur.

Dentiloqvus, Plaut. qui cæsus dentes exspuit & q. dentes & verba loquens. Legitur & Dentilegus, q. qui dentes excussos legit, som sancker sin Tænder op i en klud.

Dulciloqvus, qui dulcè loquitur, ἀδηλος.

Fatiloqvus, a, um, fata loquens. Ut, *Carmenta fatiloqua*, den Spaaquinde.

Fallaciloquentia, æ, f. p. Cic. ex Accio, pro fallaci locutione.

Falsiloqvus, Plaut. animus falsiloqvus.

Flexiloqvus, qui ambiguè & obscurè loquitur, Mørcktalende.

Grandiloqvus, qui grandi & sublimi dicendi genere utitur, quiq, nihil humile loquitur, stortalende/ som taler om store ting / tal grummeligen.

Grandiloquentia, æ, grandiloquentis oratio, stortalenhed.

Graviloqvus, graviter loquens.

Graviloquentia, æ, graviloquentis oratio.

Inaniloqvus, Plaut. qui inania loquitur.

Largiloqvus, qui largè & copiosè seu abundanter loquitur, som tal alt formegit oc for rundt/ rundtalende.

Magniloqvus, qui magna loquitur, Stortalende/ storordet.

Magniloquentia, æ, magniloquentis habitus & oratio, stortalenhed / prectig oc stor tale: *Magniloquentia Homeri: magniloquentia Hexametrorum.*

Mendaciloqvus, Plaut. qui loquitur mendacium. Ut, *nihil hoc est mendaciloquius.*

Multiloqvus, qui multa loquitur.

Planiloqvus, Plaut. qui planè, liberè & apertè loquitur quod sentit, Fritalende. *Mulier est planiloqua.*

Pauci-

Pauciloquium, n. ſ. Plaut. paucitas ſermonis, faa ord. *Ineſt homini pauciloquium.*

Stultiloquium, n. ſ. Plaut. ſtultus ſermo, daarlig ſnack oc tale.

Stultiloquentia, æ, f. p. Plaut. idem.

Svaviloquens, tis, om. t. Cic. ſvavitèr loquens, Sød talende: *Os ſvabiloquens.*

Svaviloquentia, f. p. ſvaviloquentis habitus, & oratio, Sødtalenhed.

Svaviloqvus, Lucr. idem quod ſvaviloquens.

Superbiloquentia, Cic. ſermo ſuperbus, elatus & arrogans, hofferdig oc hoffmodig tale.

Tardiloqvus, qui tarde loquitur, Tungmelende eller tungtalende.

Tortiloquentia, Nævio, volubilis ſermo & q. volatim incedens.

Tortiloquium, Gloſs. idem.

Vaniloqvus, qui vana loquitur, Løſtalende/ſladerhanck.

Vaniloquentia, æ, f. p. vaniloqui ſermo, Løſ oc forfengelig ſnack oc tale.

Veriloquium, n. ſ. Cic. origo nominis, quæ Græca voce dicitur Etymologia.

Verſutiloqvus, ſive Verſutiloquax, qui verſutè loquitur: *Verſutiloqua malitia.* Referri etiam huc poſſunt & recenſeri ſequentia Græca quidem ſed Latinis uſitata: quod ejusdem ſint originis cum loquor, à λέγω dico, loquor.

Logos λόγος Græcis ſignificat ſermonem. Item verbum. Item rationem. Item ſupputationem. Item cauſam cujusq; rei, per quam ſunt ſingula, quæ ſubſiſtunt. Unde ſequentia, horum pro ratione, ſignificationibus variant. Latinis autem peculiäriter logi dicti ſunt oratio vel dictum aliquod futile, ridiculum, & nihil ad rem, ſnack. *Logos omnes tuos intelligo: logi ſunt, quæ tam ſpeciosè dixit.*

Logica, æ, f. pr. ars ſeu ſcientia, rationem hominis inſtruens: ſive certus modus utendi ratione, ſeu præſcribens certum utendi modum.

Logicus, ci, m. ſ. qui logicam callet. Item adjectivè *logica doctrina: logica præcepta.* Et rurſus abſolutè. Plural numer. *logica, orum,* pro logica doctrina vel logicis præceptis.

Logicè, adverb. ſecundum logicam. Ut *logicè dixit.*

Compoſita.

Apologus, m. ſ. fabula, in qua bruta animalia introducuntur loquentia, Fabel eller Eventyr/huor vnderlende dyr tale med huer andre.

Apologia, æ, f. pr. oratio, quâ quis ſe de facto purgat & defendit, vndſkyldelſis breff / forſuar elſis tale.

Apologo, as, apud Senec. pro poſtulo. Ut *ſæpè illum invitem apologavit.*

Apologatio, Quint. apologandi actus.

Aſtrologus, gi, m. ſ. aſtrorum interpres, Stierne kiger. *Aſtrologorum prædictiones.*

Aſtrologia, æ, f. p. aſtrorum ſcientia.

Catalogus, Plaut. m. ſ. tabula continens nomina militantium, KrigsRolle/Krigs naffn bog.

Decalogus, m. ſ. libellus continens decem præcepta legis, Ti Bud Ord/ Gudz Bud Ord.

Dialogus, m. ſ. ſermo in perſonas diſtributus, ſeu ubi alternis loqvuntur, Samtale/ ſamtalende Skrifft oc Bog/Spørßmaal oc Giensuar.

Dialogiſmus, m. ſ. figura Rhetorica, quâ unus ſecum agit interrogando reſpondendoq; q. cum alio.

Ecloga ἐκλογὴ à λέγω pro colligo: poematium eſt imitaticium aliunde expreſſum, ſeu è lectis autoribus collectaneum quoddam ac breviarium exceptum, fort oc vdvalt Poeteri.

Eclogarii, qui Eclogas conſcribunt: ſeu qui in libris de gloria loquentes inducuntur.

Eclogarius, qui ſummatim libri cujusq; materiam & inſigniores locos contexit. Aliter legitur elogarii.

Elogium, ἔλογιον ſeu ἐλόγειον, dictum ſeu ſententia laudem alicujus vel vituperationem declarans, quale illud quod monumentis defunctorum inſcribi ſolet, Graffſkrifft / æretitel oc offuerſkrifft. Sed ſæpius in malam partem. Item ſententia præclara vel in ſpeciem præclara, quo res quæcunq; declaratur, merckelig oc rømmelig ſprog: *Solonis elogium, eſt nolle ſuam mortem dolore amicorum lamentisq; vacare.*

Epilogus, gi, m. ſ. poſtrema pars orationis, latinis dictionibus, concluſio, peroratio.

Ethologus, m. ſ. qui geſtu corporis vocisq; mores hominum exprimit honeſtè, ſom tal eller giør anden noget effter.

Ethologia, æ, f. pr. morum affectuum vocisq; alterius expreſſio, efterlignelſe paa andens ſkick oc tale.

Etymologia, æ, f. p. q veriloquium, verborum interpretatio, qua de cauſa quaq; ſint ita nominata, quam Cicero vertit notationem: quia verba ſunt rerum notæ.

Etymologus, qui rationem verborum indicat.

Eulogium, ita legit Manucius, non elogium vel eclogium.

Genealogus, gi, m. ſ. qui de ortu & originibus populorum ſcribunt.

Genealogia, æ, f pr. ipſa deductio populorum ab originibus, Stammeſkrifft/Stambog.

Horologium, n. ſ. inſtrumentum, quo horas deprehendimus, ſic dictum, q. horarum ratio, Timeglaß/Compaß/ Soel Kiffue/ Sejerverck.

Inanilogus, inanilogiſta, Plaut. qui inania loquitur.

Prologus, m. ſ. Præfatio fabulæ, in qua Poeta aut excuſatur aut fabula commendatur, aut aliquid lucis ei afferens præmittitur, à pro ante & λόγος ſermo. Item prologus pro ipſo homine qui prologum refert. Ut, *venio ad vos ornatu prologi.*

Prologium, n. ſ. præfatio. Ut, *examinavit ſe ſuo prologio.*

Theologus, gi, m. ſ. qui peritus eſt doctrinæ de Deo, Skrifftlærd.

Theologia, æ, f. p. ipſa doctrina de Deo, den hellige Skrifft.

Theologicus, a, um, quod aut theologiam aut theologum pertinet. Ut *quæſtio theologica,* Jt ſtycke eller Spørßmaal aff Skrifften.

LORUM, ri, n. ſ. pr. prod. ſegmentum ex corio in longum, vel corium in corrigias ſciſſum à Lauro triumphorum, ſub qua mos erat captivos loris vinctos duci per pompam, øll/rem. Inde ſpecialiter, habena, tøm me. Item Cingulum ſeu Zona ex corio bubulo, Læderbergyrtel. Item flagellum loris conſtans, øll ſuøbe. Pendebat autem lorum hoc vel habena ſemper è laqueari domus, ut ſervi deterrerentur à fuga & furtis. Item lora dicuntur corrigiæ ſeu funiculi quibus lecti & ſellæ inſtruuntur, ſuper quibus tomenta vel culcitæ imponuntur, Strole eller Sengeband aff ſnorer eller remmer. Item lorū, funiculus aureus argenteuſvè, qui collo geſtari ſolet,

solet, Guldsnor eller Sølffsnor om Hals oc Liff. Item Ecclesiasticis, superhumerale, quod imperatoris collum solebat obnubere. Legitur autem apud Apulejum etiam in Gen. Masc. lorus.

Loramentum, n. s. Quicquid formam & usum habet lori: seu quod loris constat, noget giort affølle oc remmer. *Loramentum aratri*, Ploug tiist. Item tropicè quodvis ligamenti genus, etiàm quod ex tabulis fit, sed hoc ferè cum adjectione. Ut, *loramentum ligneum*, Træaag eller bindzel/ramme.

Lorarius, qui sontem jussu Domini loro vincit, seu loreo flagello cædit, Stoferknect.

Loreus, a, um, quod ex loro constat. Ut, *loreus funis*, *vita lorea*, Leir/ liner oc bandt. Et Plauto, *Lorea latera κατ' ἀξηνιν*, q. ita comminuenda & cædenda loro, ut ex iis lora detrahi & confici possunt.

Lorica, f. p. munimentum corporis contra tela ex laminulis ferreis interdum etiàm ex catenulis atq; ex alia materia constans: sic dicta quòd antiquitus fiebat ex loro & crudo corio, Mallefrog / Panzer / Jernfrog. Inde tropicè lorica, sepimentum muri quod protegit in muro stantes, Skandzkurff / oc Bryst paa Voldt oc Mur. Item corona tecti seu ædium præcipitium prohibens, Tagtraller/skermtag: omgang offuen paa huß. Item corona muri ad arcenda inde stillicidia, Murdeckel / for regen. Item tectorium & corium quod parieti inducitur, sed ferè cum adjectione: *Lorica testacea*, Syneckverck.

Loricula, f. p. parva lorica: & specialiter munimentum quod obsessores urbium exstruunt, vallo, sudibus & turriculis contra erumpentes opidanos.

Lorico, as, act. p. loricam induo, Bepantzer: *Corio se loricat.*

Loricatio, onis, loricandi actus. Et peculiariter parietum est tectorio & lorica inductorum, Synneken oc Kalckning.

Loricatus, a, um, lorica indutus, Brystverret/ Skudfri.

Lura & Lora, æ, f. p. antiquis corium seu pellis non tincta q. ex quo fiebant lora captorum & rerum aliarum, Tilgiort men wfarffuet skind eller hud. Item os culei vel utris ipso ex loro. Item Lura Varr. vinum secundarium ex vinaceis uvâ maceratis: in qua significatione legit Nonius, Lorea.

Lurco, onis, m. t. gulosus & bonorum suorum consumtor, sic dictus à Lura propter ingluviem quasi cui gula est Lura, Skyllehalß / wmettelig frodzer oc drancker/ wfyldelig. Scribitur & Lurcho per h. ut terribilior sit vox ad significandam monstrositatem hominis.

Lurcor, aris, Lucil. d. p. lurcorum more consumo, wmetteligen sluger i mig. *Lurcatur lardum, & carnaria furtim.*

Luridus, a, um, quod lorum seu luram pellem colore imitatur, h. e. pellium ingrato nigrore mistus, Sorte bleg eller sort blacket. Dentes luridi, mors lurida, quia luridos efficit homines. Aliter luridus à lori percussione, q. qui refert colorem corporis loro subacti.

Luror, oris, m. t. Lucret. luridi color, Sorte bleg farffue.

Composita.

Dilorico, as, act. p. quasi loricam in partes scindo seu solvo, opskær eller opløser. *Diloricare tunicam.*

Diloris, ro, Vopisc. quod est duplicis lori. Ut, *interula diloris.* Sed & alii legunt hoc loco dicoris q. bis tinctus & saturatus.

Monoloris, e, ut vestis monoloris, in qua una paragauda tantum intenta est, lorum quoddam referens, sive à lori latitudine. Sic *diloris* in qua duæ: *Triloris* in qua tres: & *Pentaloris* in qua πέντε, i.e. quinque. Legitur autem aliter Græcis dictionibus *monocoris*, *dicoris*, *tricoris*, *pentacoris*, & intelligitur vestis, semel, bis, ter, quinquies, purpuræ aut muricis fuco satiata.

Subluridus, a, um, aliquantulum luridus. Ut *cicatrix sublurida.*

LUBRICUS, a, um, pr. prod. q. labricus, in quò propter levitatem facile quis labitur, glatt / strint / gliddervorn / slabt / slæbre. *Locus lubricus*, *glacies lubrica.* Inde quod manus fallit. Ut, *piscis lubricus*, *lubricus anguis.* Et translatè *lubrica adolescentia*, quod proclivis sit ad lapsum. Sic *vita humana lubrica.* Item difficile & incertum, wviß / wstadig: *Homo lubricus*, som ved at slaa oc snoo sig/ oc ey er at fatte eller griffue vdi hans anslag oc gierninger. Item Tacito absolutè & substantivè, *lubricum*, glatthed. *Lubricum itineris*, *lubricum paludum*, *lubricum viarum.* Item Lubricus de ipso pede, qui in lubrico erat: ut *lubricus pes*, skridende fod. Item de oculis, qui subinde notantur, & sunt instabiles, ut *oculus lubricus*, løbende øye ne i hoffuedet. Item *lubricum vultus*, qui politissimus est, & nitidissimus: & ubi nihil rugosum, sed omnia lævia, ut est in lubricis.

Lubricè, modo lubrico. Et translatè inconstanter, wstadeligen/ som mand icke veed huor mand skal taage vare eller forstaa en. *Lubricè in bello versatus est.*

Lubrico, as, act. pr. Juvenal. lubricum facio. Ut, *Lacedemonium pytismate lubricat orbem.* Trochum enim Lacedemoniis familiare, salivâ & sputo lubricare & volubilem reddere.

Lubricatus, a, um, quod lubricavimus. Unde *lapis lubricatus*, unguine illitus: quod antiquitus fiebat limitibus & quibusdam Divis dicatum in ornatum & honorem, & ut ad cultum prætereuntes invitarentur: ideoq; ab iis ungebatur adorabaturq;.

LUCANICA, f. p. genus farciminis ex porcinis carnibus: Sic dictum à Lucanis populis inventoribus, Mædistet/ Bratvorst eller Knapvurst. Aliter à λαιμαρία gula, q. cibus gulæ expetitus.

LUCEO, es, luxi, n. s. pr. prod. proprie de sole dicitur, fundente radios à λύκη quod veteribus Græcis significabat primam lucem, quæ præcedit solis exortum, giffuer skin/ lyßer. *Sol lucet: aliena luce lucet Luna.* Et participialiter, *Lucens globus Lunæ* pro lucente Luna vel plena Luna. *Mundus lucens*, i. e. cœlum. Sic *faces lucentes.* Inde *lucet* pro diescit, vel dies est, det dagis / eller er dag. *Expergiscere lucet: nondum lucebat cum occideretur.* Item luceo, lucem seu lucernam seu facem præfero, hær Lys eller Bluß: *Nova nupta lucebit facem: luces cereum.* Aliter à λευκὸν album, perspicuum, dilucidum.

Lucescit, Impersonal. det dagis. Aliter legitur Luciscit ab antiquo luci pro luce.

Lucidus, a, um, quod lucet, Lyß / klar / skinnende. *Lucida nox*, *lucida gemma*, *lucida sydera.*

Lucer-

Lucerna, æ, f. pr. funiculus, unguine aliquo oblitus, quo lucem ſeu lumen fundimus, Lius. Aliter à λύχνος ejusdem ſignificationis. Item Lucerna, piſcis, qui & Milvus & Milvago: ſic dicta, quòd pennæ ejus verſicolores noctu fulgorem quendam mittant; vel quia antiquæ lucernæ ſpeciem ſimilitudinemq; gerat.

Lucernula, parva lucerna, lidet Lys / proſe,

Lucubro, as, n. pr. nocte ad lucernam aliquid compono, giør noget ved lius om natter tide. *Lucubravi ad lucernam: inter lucubrantes ancillas ſedebat.*

Lucubratio, onis, lucubrandi actus. Item ipſum opus quod fit lucubrando, gierning mand giør ved lius: *Lucubratio ancillarum*, quâ lucubrant ancillæ.

Lucubratus, a, um, quod lucubravimus. *Opuſculum lucubratum.*

Lucubratorius, a, um, quod ad lucubrationem pertinet. Ut, *lectus lucubratorius*, in quo lucubrare ſolebat Auguſtus.

Lumen, inis, n. t. lucentis ſplendor in ſuperficie viſibili, per colorem diffuſus, Skin. Item corpus ipſum lumen diffundens & emittens. Ut, *Sol, ignis, lucerna.* Inde & accipitur pro die. Ut, *Bix lumine quarto proſpexi Italiam.* Item pro oculo. Ut, *prior alterum ex duobus emittit lumen.* Item pro feneſtra. Ut, *Venditus ædibus lumina recipit.* Item lumen pro eo, quod viam monſtrat rei benè gerendæ, vej oc lyß. *Doctorem & lumen deſiderat: lumen prætulit mihi.* Item pro claritate. Ut, *lumen ingenii, lumen Catonis, lumen animi, conſilii.* Item lumen exornatio. Ut, *lumen dicendi.* Sic *lumina Civitatis Reip.* pro inſignibus & clariſſimis viris. *Lumina orationis*, ſunt ſententiæ præclaræ & oportunis ſuis locis inſertæ.

Luminoſus, a, um, lumine plenum, lyſt. Et translatè, *luminoſa oratio*, quæ luminibus & ſententiis abundat.

Lumino, as, Martiano, idem quod illumino, lumine conſpergo.

Luminare, ris, n. t. idem quod lumen, pro Sole, Luna, ſtellis, igni, lucerna. Item luminaria Catoni, pro foriculis feneſtrarum, Glogab paa Vinduer. Et translatè, pro viro in Repub. inſigni, q. qui eſt lumen, ſplendor & ornamentum Reipub. Ut *in ſenatu aliquot luminaria exſtinxit.*

Luſcus, a, um, altero oculo & lumine captus, Enøyet. Exponitur & qui manè & veſperi vitio oculorum parum videt, Starblindt. Vide infra luſcioſus.

Luſcitio, onis, Feſt. vitium oculorum, quod clariùs veſperi, quàm meridie cernit.

Luſcioſus, ſive luſcitioſus, a, um, qui ad lucem non videt, interdiu ſcilicet cernens, à ſolis occaſu obtuſiùs, noctu nihil. Item qui parùm videt propter vitium oculorum, Starblindt.

Luſcitioſus, a, um, idem.

Luſcitus, qui hebiti viſu eſt, & qui melius noctu, quàm die & luce videt. ἄδηλον.

Luſcinia, æ, f. p. avis cantus ſvavitate inſignis & celebris: Sic dicta à Luce, quod non tàm ad lucem, quàm ante & poſt lucem cantet, Nattegal. *Luſcinia muſarum*, pro viro inſigniter docto, aut poëta carminibus felice. Aliter Luſcinia q. Lucinia à Lucina, i. e. Diana, & Luna noctis Dea, q. avis ſub imperio Lucinæ & noctu modulans, qua ratione & nobis, Nattegal / dicitur.

Luſciniola, f. p. parva Luſcinia.

Lux, cis, f. t. vis ipſa lucentis, lyß. Ponitur q; crebrò pro lumine. *Lucem aſpicimus, lux diei: luce privamur: Quanta luce circumfuſa ſunt hæc.* Item pro die. Ut, *luce*

noctem, nocte diem exſpectamus: ante lucem galli cantant. Item pro cœlo. Ut, *animus corpore liberatus in lucem exceſſit.* Sic *luces* in plural. pro ſyderibus. Item lux pro vita, eò quod in luce verſetur, & lucem cœleſtem aſpectat. Ut, *finis hujus lucis*, i. e. vitæ. *Miſeri, qui hac luce carent*, i. e. vita, h. e. defuncti ſunt. Item lux, translatè ſplendor & dignitas. Ut, *attulit Reipub. lumen.* Sic *Roma lux orbis terrarum.* Item pro frequentia q. omnibus patens. Ut, *non in luce modo atq; in oculis civium magnus, ſed intus domiq; præſtantior.* Sic *in luce verſatur*, er i lius ſit Aabenbare for alle: *Lucem fugio*, ſkyer lus ſet oc forſamling.

Luci, adverb. pro interdiu ſeu in ipſa luce, om dagen / om høy dag: *Luci diripitur in via.*

Luculentus, a, um, luce plenum, ſplendidum, lyſende oc ſkinnende. *Luculentus caminus.* Et translatè, quod re aliqua inſigne eſt, & quaſi lucet & omnibus in luce poſitum: ut rebus & verbis clarus & omnibus notus, herlig oc naffnkundig: *Luculentus ſcriptor: luculenta verba.* Item auctoritate clarus, ſynderlig oc myndig: *Luculentus patronus, homo luculentus.* Item fide clarus, trofaſt / ſandferdig / nøyactig *Luculentus auctor, teſtis.* Item magnitudine aut multitudine clarus, ſtor oc mangfoldig: *Luculenta navigia, luculenta claſſis.* Item ornatu & veſtitu clarum, prabelig / prectig: *Luculenta mulier*, fin quinde. Item fortunæ bonis clarum. Ut, *luculentum patrimonium*, Rigt / prectigt. Item viſu & cognitione clarum & facile, Let oc Aabet for / *res eſt luculenta.* Item apertum, Aabenbarligt. *Luculenta reclamatio.* Item amplitudine clarum, ſtor oc vid. *Luculenta plaga.*

Luculentè & luculenter, modo luculento. Ut, *luculenter ſcit: luculentè dicit, ſcribit.*

Luculentitas, antiquè. Ut, *Dominus noſter tua luculentitate captus.*

Compoſita.

Allucinor ſive alucinor, aris, d. pr. quaſi ablucinor, h. e. à luce aberro: proprie oculorum eſt, cum circa objecta falluntur, alterumq; pro altero conſpicere nobis videmur, ſeer vild til: tu for et. *Cavendum ne fur aut beſtia allucinantem paſtorem decipiat.* Inde translatè ad animum pro erro ſeu errore decipior, ſlaar feil / faar er vild: *Suſpicatur hunc allucinari: Epicurus oſcitans allucinatus eſt: Epiſtola hallucinatur.* Aliter ab allucitis deducitur, aliàs dictis culicibus: Exponiturq; vana ſomnio. Item ab ἀλύω erro. Item ſcribitur hallucinor, de quo vide in voce Hallus.

Allucinatio, onis, allucinandi actus, Vildfarelſe / forſeelſe. Aſpiratur etiam hallucinatio.

Antelucanus, a, um, Cic. quod eſt ante lucem. Ut, *antelucanum tempus, antelucana cœna, antelucani flatus*, i. e venti diluculo flantes, morgen bleſt.

Anteluco, as, & antelucor, aris, d. p. Sipont. ante lucem vigilo.

Anteluculò, adverb. Apul. q. ante lucem, for dagning. *Anteluculo furtim evaſit.*

Colluceo, idem quod luceo. Ut, *Sol longè lateq; collucet.*

Colluco, as, Cat. cum profanæ ſylvæ rami deciderentur, officientes lumini. Ut *collucare arborem*, eſt folia & ramos decidere lumini officientes: nempè ut ſylva ſit luminoſa, giøre lyſt i ſkowen.

Diluceo, es, diluxi, diſtinctè ſeu perfectè luceo, klarlig ſkinner: *Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum.* Et translatè, *res magis diluxit patribus atq; conſ.* h. e. aperta eſt & clara facta.

Diluci-

Dilucidus, a, um, & comp. dior. quod dilucet. Ut *color dilucidus*. Et translatè: *Oratio videtur dilucida.*

Dilucidè, modo dilucido, Klarligen: *Dilucidè judicibus expedior.*

Dilucido, as, act. pr. Cic. dilucidum facio. Ut, *res dilucidanda.*

Diluceſcit, dies fit, dagis/ dagen gryer.

Diluculum, quaſi parva dies, lux matutinè ſuboriens, dagſkær.

Diluculò, adverb. tempore diluculi & ante lucem, vdi dagningen/ dagning.

Diluculat, Gell. imperſ. diluculum fit, dagis eller gryer aff dagen: *Die craſtino, ubi primum diluculabit, fac amicos adeas, & roges veniam.*

Diluculaſsit, antiquè pro diluculaverit.

Eluceo, es, lucidus ſum. Ut, *elucent alia & fulgore coruſcant.* Et translatè, *elucet animi conſtantia, excellentia, virtus*, ſkinner/ lader ſig til ſiune.

Eluceſco, lucidus fio, & propriè & translatè.

Elucubro, as, act. p. & elucubror depon. q. ex lucubro & lucubrando confício & perficio. Et translatè, elaboro. Ut, *elucubrare aliqua, orationem, epiſtolam*, giør ved lyſs/ med ommage.

Elucubratus, a, um, quod elucubravimus. Ut, *oratio elucubrata*, giort med flid/oc ommage vedlyſs.

Eluſco, as, act. pr. Juriſc. luſcum facio, & altero oculo privo, ſlaar en et øye vd: *Diſcipulum eluſcabit.*

Illuceo, ces, n. ſ. in re aliqua luceo, ſkin/ lius/ brender offuen i. *Atra pix tuo illuceat capiti.* Et translatè *maximè in ingenuis comitas apparet & illucet*, lader ſig ſee/ eller til ſiune/ opkommer.

Illuceſcit, & præt. illuxit, pro dies fit, det dagis. Item translatè, exoritur, opkommer. *Læta vel mala dies, hora tibi illuceſcit. Vox & autoritas bonorum tibi illuceſcat.*

Illumino, as, act. pr. lucem ſeu lumen do addovè, Giør lyſende/ giffuer lius/ oplyſer: *Sol lunam, mundum illuminat.* Et translatè, *illuminare ſententiis orationem.*

Illuminatus, a, um, quod illuminavimus, oplyſt/ giort lyſt/ ſkinnende: *Luna à ſole illuminata: Corona gemmis illuminata* Et translatè *ſententiis illuminata oratio*, beſat/ beprydet.

Illuminatè, modo illuminato, prydeligen / herligen: *Illuminatè verbis & rebus dicit.*

Illuminus, a, um, Apul. quod eſt ſine lumine. Ut, *nuptiæ illuminæ: & tempus illuminatum.*

Interluceo, n. ſ. inter aliquid luceo, ſkin iblant: *Duo ſoles noctu interlucebant.* Et translatè appareo & conſpicior inter alia, ſees/ er til ſyne. *Quibus inter gradus dignitatis fortunæq; aliquid interlucet &c.* Et *interlucet corona, non tam ſpiſſa viris*, promultitudo ſeu turba hominum conſpicitur.

Interluco, as, Plin. ramos arborum cædo, quo q. lucem inter eas facio, ſtuffuer / ſteffner grene aff træer huor der er for tygt / ſaa det ſiden bliffuer lyſt ſaa mand kand ſee gienom/ giør tynd. *Interlucare vitem.* Et *interlucare lupulos ſalictarios*, dicere poſſumus, cum colei amputantur ad excipiendum ſolis lucem, ſnide de ſtore humble blade aff at Solen kand ſkinne allevegne igiennom.

Interlucatio, onis, interlucandi actus. Ut, *arboris interlucatio*, affſnittelſe paa træ naar de forvoxe.

Interlucatus, a, um, quod interlucavimus, affſnyttet/ tynd huggen / tynd giort: *Vitis interlucata*, tynd ſnittet Vintræ.

Noctiluca, æ, f. pr. Luna, ſic dicta quod nocu luceat, Maane. Item animalculum quoddam nocturno tempore lucens, æſtate præſertim, maturâ ſegete: aliàs nitedula ſeu nitella.

Oblucino, as, n. pr. antiquis pro mente erro.

Oblucinatio, inquit Feſtus, dicebant antiqui mente erraſſe quaſi in luco Deorum alicui occurriſſe, q. d. et offuer ſeet. Ita non à luceo ſed a lucus, ſed & vide ſuprà allucinor.

Pelluceo, ces, pelluxi, n. ſ. per medium luceo, Skin igiennom: *Pellucet quaſi laterna punica: pellucet mulier, virgo*, vir, ſ. per veſtem.

Perluceo, es, idem. Ut, *color in ovo perlucet: honeſtum ex virtutibus perlucet.*

Perlucidus, a, um, quod perlucet, & quod ità tenue eſt, ac lucidum, ut per id res reſpici & pervideri poſſint. Ut, *perlucida ſtella: Diis Epicuro jocanti ſunt perlucidi.*

Perlucidulus, aliquantum perlucidus. Interdum autem, eſt deminutivum blandientis.

Compellucidus, a, um, Plaut. idem quod perlucidus.

Polluceo, es, xi, act. ſ. q. pelluceo vel potiùs luceo: Decimas & libamenta rerum omnium diis & in primis Herculi offero, vel libamentum luculentum (utpote rerum omnium familiarium) offero q. luculentum ſacrificium facio. Vel quia fiebant maximo cum ſplendore ſacrificia & epuli. Ut, *Decimam partem Herculi polluxit.*

Pollucibilis, le, om. t. quod ſplendidum & magnificum eſt more pollucti. Ut, *cœna pollucibilis*, Koſtelig oc ſtattelig Maaltid.

Pollucibiliter, ſplendidè, lautè, ad modum pollucti. Ut, *obſonare pollucibiliter: pollucibiliter cœnat.*

Pollctum, n. ſ. ſacrificium quod Diis tanto ſplendore pollucetur. Et translatè cœna ſplendida & opipera, Koſtelig oc prectig Maaltid.

Polluctus, a, um, quod pollucemus. Et, translatè virgis polluctus pro virgis & verberibus probè affectus, & largè, ut omnia ſolebant fieri in pollucto. Et *pollucta pago mulier* q. communis & expoſita, ut & *omnia in pollucto Herculis exponebantur obviis.*

Polluctura, ræ, f. p. pollucentis actus, ſtor/ yppertlig tilredning til Maaltid.

Præluceo, es, ante luceo ſive priore loco luceo, ſeu præeundo luceo, ſkinner for: *Prælucebant illis faces.* Et activè, *prælucet ipſi facem*, i. e. præfert, bær bluß for en. Item translatè, *præluxi meis majoribus virtute mea*, ſkinnede for dem / ipſis fui honori & laudi. Sic, *hic locus aliis prælucet*, i. e. illuſtrior eſt amœnitate & gratia.

Præluciduſ, a, um, valdè lucidus.

Reluceo, ces, n. ſ. lucem emitto. Ut *aſtra relucent. flamma relucens: illi ingens barba reluxit.*

Subluceo, es, aliquantulum luceo. Ut, *ſublucet purpura. ſublucent ora rubore.*

Sublucanus, a, um, quod ſub lucem & tempus matutinum eſt. Ut, *tempus ſublucanum.*

Subluco, as, act. pr. ramis arborum amputatis luci tranſitum aperio.

Traluceo, es, Lucr. pro transluceo. Ut, *è ſpeculo in ſpeculum tralucet imago.*

Tralucidus, a, um, Plin. idem quod pellucidum, h. e. viſui pervium.

Transluceo, idem quod pelluceo q. trans aliquid luceo, giennom ſkinner: *In liquidis translucet aqua: Gemmæ translucentes.*

Trans-

Translucidus, à, um, quod translûcet, giennom ſkinnende: *Gemma translucida.*

Pertranslucidus, valdè translucidus.

LUCIUS, cii, m. ſ. nomen piſcis, qui & lupus dicitur, à λύκος lupus retenta ſcilicet κ, non à Lucio Romano, Gedde. Sed & Julio Scaligero & aliis, alius eſt Lucius à Lupo. Lucius enim ex genere Aſellorum, fluviis aliisq; dulcibus aquis peculiaris: ſicuti mari Callarias, & aliæ ſpecies. Lupo autem alia caro, facies, color; Græca voce Labrax. Porrò Lucius etiam dictus, qui prima luce natus eſt, ſed alia origine, nimirum à Luce.

LUCRUM, cri, n. ſ. pr. comm. quod ultra ſortem cujuſcunq; rei actionisvè ſolvitur, à luo ſeu λύω ſolvo, nytte oc gaffn / baade oc hnad en for til offuers oc fordeel: *Paulum lucri ſæpè magnum damnum apportat.* Et veteribus: *eſt lucri* vel *eſt lucro* pro prodeſt & utile eſt, der er til gaffns eller gaffnligt. Aliter lucrum è lucis, vide lucar in lucus.

Lucellum, parvum lucrum.

Lucroſus, a, um, lucri plenum, baade fuld: *Id perè lucroſiſſimum eſt.* Sic *lucroſa voluptas*, *lucroſa fraus.*

Lucror, aris, dep. p. lucrum facio, Baader. *Homo iſte depoſitum lucratur impunè.*

LUCTA, æ, f. p. genus certaminis, cum duo ſe invicem complectentes; alter alterum in terram dejicere conatur à λύω ſolvo, ſ. à ſolvendis luxandisq; membris, ſtriid / huor to brydis.

Lucto, as, n. p. veteribus pro luctor.

Luctamen, inis, n. t. actus quo duo luctantur, ſtriid oc bryden.

Luctor, aris, d. p. luctâ contendo, brydis. Item ſimpliciter contendo & repugno, ſtaar hart imod / ſtrider imod: *Non luctabor ego tecum. Milo Olympius luctabitur.*

Luctatio, onis, luctandi actus, brydelſe / bryden. Et translatè contentio, trette. Cum *Academicus incerta eſt luctatio.*

Luctator, oris, m. t. qui luctatur, brydere.

Luctatus, tus, m. q. idem quod luctatio.

Luctitor, aris, ſæpius luctor.

Compoſita.

Colluctor, cum alio luctor, una vel ſimul luctor, brydis ſammen / tillige.

Colluctatio, onis, colluctandi actus.

Deluctor, idem quod luctor.

Eluctor, luctando vinco & evado, med ſtriid oc ſtor ommage offuer kommer / kommer aff / ſlipper / kommer forbie. *Locorum difficultates eluctatus ſum.* Et translatè *malis his eluctatur animus*, forvinde noget ont / bierge ſig. Item *aqua & flamma eluctatur*, quaſi luctando erumpit & exit.

Ineluctabilis, le, om. t. à quo eluctari non poſſumus, huor mand icke kand ſlide / bryde ſig vd: *Fatum ineluctabile.*

Obluctor, aris, d. p. contra luctor, aut vehementius contra aliquid nitor, ſtaar hart imod / ſtrider / ſtræber imod: *Obluctatur duriori ſolo aut radicibus.*

Reluctatus, paſſivè Claud. offuer ſtriid: *Penè reluctatis iterum pugnantia rebus rupiſſent elementa fidem.*

LUCUS, ci, m. ſ. pr. prod. Nemus Deo alicui ſacrum: ſic dictus à luce propter crebra ſacrificiorum lumina, quæ noctu ibi fiebant: vel quòd incæduum, ideoq; inſigniter denſum luci ſolis obſtaret & perpetuas umbras faceret, Lund.

Lucar, aris, n. t. Feſt. pretium, quod ex lucis captatur, vel erogatio, quæ in lucis fiebat. Et *lucaris pecunia*, quæ in luco erat data. Exponitur & ſumptus in impenſas ſcenicas, Spille penge oc bekoſtning paa ſpill / enten at giøre eller ſee.

Lucaria, orum, n. plur. feſta quæ in luco Romani fiebant, in memoriam quod victi & fugati à Gallis ſe in luco occultaverunt.

LUDUS, di, m. ſ. pr. prod. exercitium volupe ad oblectationem alicujus, & quidem cum ſpe aliqua lucri, à Lydiis, qui ſedes in Italia quæſiverunt ſeu qui circumeundo Italos aliosq; populos in primis variis ſaltationibus oblectabant, Leeg med dantz eller andet ſaadant. Inde exercitium quodvis privatum ſive animi ſive corporis, Leeg / lyſtig ſpill: Ludus aleæ. Et abuſivè jocus, ſkempt: *Amoto ludo quæramus ſeria.* Item translatè ludus, res jucunda & minimè difficilis. Ut, *oratio ipſi ludus eſt*, er Leg for hannem. Item ludus pro ipſo loco in quo aliquod fit exercitium ſive corporis ſive animis Græca voce Gymnaſium: unde *ludus literarius*, Skole. Ludus paleſtræ, Fickt Skole. Ludus pilæ, Bold Skole / Bold Buß. Item ludus pro dolo, put / Skalcke nick. *Ludum ejus nobi.* Et plural. Ludi, qui publicè exhibebantur, exercebanturq;, Leeg paa torffue oc plads: *Ludi funebres*: *Ludi gladiatorii.* Item ludi, technæ quibus alicui illudimus, puns oc gyglerii: unde *ludos alicui reddere*: *me ludos facit.*

Ludibrium, n. ſ. irriſio eſt quædam per ludos, Spott / vidunder / foract: *Sum tibi ludibrio. Me pro ludibrio habes*, er dig vidunder / ſpott oc leeg: haffuer mig for ſpott. *Fortunæ ludibrium*, quo ludit humanis rebus, Lyckens vidunder hun giør for, Menniſken: ut *eum extollit & deprimit, & quaſi pilam habet homines*, ut loquitur Plautus.

Ludicer, a, um, quod ludo & joco conſtat, Latterligt / gieckeligt: *Ars ludicra*: *res eſt ludicra.* Et, *tibiæ ludicræ*, quibus in ludis uti ſolebant ad faciendos modos. Item abſolutè ludicrum, pro re ludicra. Ut *ludicrum Olympiæ*: *ludicrum in Palatino monte*, Latterligt oc gieckeligt ſpill.

Ludibundus, a, um, ad ludum proclivis & nullo negotio q. ludens, Legende / fuldt aff leeg.

Ludius, dii, m. ſ. & Ludio, onis, t. qui ſaltationis geſticulationibus ludit quiq; ludos facit & excitat, Dantzere / Gyglere / ſom Giecker ſig for Folck. Inde & adjectivè apud Catull. *Ludiæ undæ*, quæ perpetuo motu agitantur.

Ludia, f. p. mulier, quæ geſticulatione & ſaltu ludit.

Ludo, dis, ſi, ſum, act. t. ludum exerceo, Leeger: *Ludit teſſeris, aleâ*, Leger Brettſpill: *Ludit pilâ*, Leger Bold. Et cum Accuſ. apud Svet. *ludit aleam.* Sic *ludit ludum*, & *ludit ludo.* Item, ludere ſepiſſimè in re venerea dicitur. Ut *ede, bibe, lude*, i. e. venerem exerce. Item translatè, *ludere alieno corio*, pro liberalem ſe præbere ex re aliena, Lege med andens penge. Item ludo, ridiculè aliquid habeo, narrer oc giecker:

me ludit. Item jocor, ſkempter: *non ludo*, ſerio ago. Item pro cano & pulſo, leeger paa ſpill: *à magiſtro ludere didicit.* Item q. ludens moveor. Ut, *piſcis in aqua ludit*: *ludunt pueri pendentes circum ubera.* Item q. ludens opus aliquod facio. Ut, *ludit verſibus*. *ludit agreſti calamo.* Item inaniter operam conſumo, ut plerumq; in ludis fieri ſolet. Ut, *ludit operam*, ſpilder ommage oc arbeide. Sic *verba ludit*, ſpilder ord oc tale. Item decipio, ſkuffer. *Vanâ ſpe luſit amantem*: *me dolis ludebat.*

Luſus, a, um, idem quod deluſus, ut *Sophiſtæ à Socrate luſi.*

Luſor, oris, m. t. qui ludit & decipit, ſom giecker/ puzer/ ſkuffuer anden. Item *luſor amorum*, i. e. ſcriptor amorum qui q. ludens ſcripſit de amoribus.

Luſorius, a, um, quod ad ludum & luſorem pertinet. Ut, *alveus luſorius*: *luſoria tabula*, Brettſpill: in qua teſſeris luditur. Sic *luſorii tali.* Item, *luſoria quæſtio*, quæ de ludo fit. Item quæ fit ludo, Gieckelig ſpørßmaal *Pila luſoria*, kaſte boldt.

Luſus, us, m. q. exercitium eſt puerile & ſine lucro, Leeg / lyſtig øffuelſe. *Luſus trochi.* Item luſus, pro joco. Ut, *luſus exprimere, laudabile eſt.*

Luſio, onis, f. t. idem quod luſus.

Compoſita.

Abludo, dis, n. t. Horat. pro diſſimilis ſum, multum diſto, ſeer vlig vd/er langt fra: *Hæc à te non multum abludit imago.*

Alludo, dis, ludendo alicui blandior, ut *cum canes alludunt heris ſunt*, Loggerer: aut *pueri nutricibus*, Leger oc giør ſig til for en: *Hominem alludunt animalia.* Item, ludendo q. ſimilitudine quadam & convenientia aliò, quod dicam, refero. Ut, *Galba alludens variè & copioſè multas ſimilitudines afferebat*, ſeer hen til nogget i ſin tale/ ſlaar effter nogen i ſin tale / ut cùm ſententiam ad aliud latentèr referimus. Sic *alludere ad hiſtoriam* dicuntur Poetæ eum ad rei fidem verba componunt, & fabuloſis ſuis narrationibus hiſtoriæ veritatem uno atq; altero nonnunquam attingunt.

Alluſio, onis, alludendi actus.

Alludio, as, de heris dicitur, eum canibus ſuis alludunt, eumq; eos de mulcent; unde translatè, *alludiare mulieri*, giøre ſig til for en Quinde/ Loggerer.

Colludo, dis, ſimul ludo. Item colludere dicuntur litigantes, cum litem ſimulant alterq; ſe ſuperari patitur, ut tertio cuipiam ſit præjudicio, Leger kun for ſig vdi retter gang.

Colluſio, onis, colludendi actus, ſkrømpteri.

Colluſor, oris, m. t. qui cum alio colludit, ſkrømpter.

Colluſoriè, cum colluſione.

Deludo, dis, luſui habeo, haffuer for gieck/giecker/ ganter: *furcifer me etiam deluſiſti.*

Diludia, orum, n. ſ. ludorum gladiatoriorum intermiſſio vel dilatio, friſt / nogen dags friſt for Fectere at huile ſig vdi.

Eludo, dis, ludendo & manifeſtè decipio, puzer oc bedrager / narrer oc fixerer i ens Aaben øyen: med puz bedrager / fører i vildfarelſe. *Quid nos eludis nebulo? eludere dicta alicujus*, Spottelig giøre til intet/ ſpodſk forvender / ſette vox næſe eller brille paa / vrenger. *Eludere ictum & fluctus*, Bøye de konſteligen for hug oc ſlag / løbe en itt Ram aff.

Eluſus, a, um, quem eluſimus, Narret / ſkuffet / fixeret.

Illudo, dis, luſui ſeu ludibrio habeo, giør, Narr eller ſpott aff / narrer oc fixerer: *Illudo tibi*: *illudo te & illudo in te.* Et *verbis virtutem illude ſuperbis.* Sic *illudere præceptis*: *illudere ingenium*: *illudere dignitati alicujus*, *illudere miſeriis*, &c.

Illuſio, onis, illudendi actus, Fixerelſe / fixering / ſpott.

Illuſus, a, um, quod illuſimus, fixerit / bedraget / ſpottet: *Facetiis illuſus.* Et translatè *veſtes auro illuſæ*, in quibus artifex ludens auro aliquo depinxit.

Obludo, dis, Plaut. idem quod ludo, vel cum aliqua ludo.

Perludo, is, idem quod ludo vel multum ludo.

Præludium, dii, n. ſ. quod q. luditur ante rem ipſam ſeriò agendam, ut *præludium belli*, *pugnæ*, forſecten. *Præludium cantus*, Forſpil / indgang til at læge/ fremkaſt.

Præludo, dis, præludium facio, Forſpiller. *Ad pugnam præludit.*

Præluſio, onis, præludendi actus & idem quod præludium, Forſpillen.

Proludo, dis, aliquid ago & q. ludo ante plenum agendi ſtatum, exercitationis vel voluptatis gratia, Forſpiller / laver til oc prøffuer ſtycke. *Proludit ad pugnam taurus*: *proludit in levibus armis*: *jurgia proludunt*: *dolorem proludunt per ſcelera.* Item proludo ſpecimen exhibeo. Ut *proludere ſententiis.*

Proludium, dii, n. ſ. proludentis actus & eſt veluti exordium quoddam juſti legittimiq; certaminis & luſus, Forſpil. *Proludium pugnæ*: *proludium muſicum.* Et translatè levis cujusq; rei initium, quod tamen ad alia graviora non nihil affert momenti. Ut, *majus mihi in iſta victoria proludium eſt, cum te non cauſa tantum, ſed argumento quod iſto vinco.*

Proluſio, onis, proludendi actus, Forſpillelſe: *Proluſio pugnæ.* Et translatè in negotio cauſarum: *Proluſio accuſationis*, Forſpillen/ fremkaſt.

Simpludiaria, orum, n. plur. funera, ſic dicta, quia ſimpli ludii iis adhibebantur.

LUES, is, f. t. genus morbi, quod ex aëris conſtitutione natum, integras terras corripit: ſic dicta à λύω ſolvo, quod diſſolvat corpora hominum, ſive quod ſoluta q. immaniter graſſetur in quoſvis, Almindelig Land ſinge/ ſmitte ſom ſyge. Item morbus, qui æquè immaniter pecora, arbores, ſata corripit & corrumpit, Almindelig ſkade oc forderffuelſe paa træ/ korn oc quæg. Item *lues Gallica*, Franßoſer / Valſke pocker. Item lues de aqua ſoluta, ut cum nives in tabem aquamq; liquatæ ſunt: Unde illud Virgil. *Vineta fluctus ſtupuêre pruinæ*: Et paulo ante *lues jam concidenda jacebat.*

LUGEO, es, luxi, luctum, n. ſ. pr. prod. vehementius doleo, & quaſi gemens à λύζω ſingultio, ululo, ſukſorer / ſuker / jammerer: *Pro me lugebat ſenatus.* Et activè

cum casu: *lugeo rempublicam. Lugeo mortem alicujus*: *lugeo ademptum fratrem*: Porrò in funerationibus respectantur non tantum voces & animi, sed & vestes. Ut *lugent eum*, de bær Sørgeklæder for hannem. Aliter à λυπέομαι doleo, mœreo. Item à λυγρος tristis, funestus, miserabilis.

Luctus, us, m. q. & antiquè lucti m. s. Lugendi actus sive is voce sive gestu sive lacrymis, sive vestitu, Sorg oc jammer for en god vens død oc skade.

Luctuosus, a, um, luctu plenum, Sørgeligt / sorgefuldt. *Victoria luctuosa.* Item quod luctum affert. Ut, *luctuosa prædicatio.*

Lugubris, bre, om. t. quod ad luctum pertinet. Ut, *vestis lugubris*, Sørgeklæder. *Os lugubre: lamentatio lugubris: versus lugubris*, Græca voce elegia & elegos. Item absolutè, *lugubria* pluraliter, pro vestibus lugubribus, Sørgeklæder. *Amicta conjux lugubribus.*

Lugubrè, modo lugubri, Jammerligen / Sørgeligen: *Familia fame lugubrè perit.*

Composita.

Elugeo, ges, n. s. valdè lugeo, sørger for / begræder. *Mater filium, & bonus Civis Rempubl. eluget.* Item lugendi finem facio. Ut, *eluxit maritum uxor*, hun haffuer vdsørget.

Perluctuosus, a, um, valdè luctuosus. Ut, *funus perluctuosum.*

Prolugeo, Fest. luctum produco ultra tempus, q. porrò lugeo, Sørger offuer tiden / for lenge.

LUMA, f. p. genus spinæ quæ in pratis & locis uliginosis nascitur: sic dicta quod eam è terra luant agricolæ, à luo solvo, Torn / eller bremle. Aliter à dumis, ut à dacryma lacryma; à dautia lautia. Sic dumetum & lumetum.

Lumarius, a, um, quod ad lumam pertinet. Ut, *falx lumaria*: quâ exscinditur luma.

Lumetum, ti, n. s. locus lumâ consitus.

LUMBI, orum, m. s. pars tertia dorsuariæ spinæ quinq; constans vertebris, à voce lubet, quòd illic libidinis pruritus excitatur maximè, ob renum situm, ut Græcorum ψόαι seu ψύαι ejusdem significationis ex eadem causa, lend / lender. Dicitúrq; non de homine tantum, sed & de aliis animalibus. Aliter à λύω solvo, quod lumborum laxior & solutior sit motus quàm dorsi, ut facilius ad terram inclinet homo: vel quod soluta pars sit propter carentiam costarum ideoq; accingenda.

Lumbuli, parvi lumbi.

Lumbago, ginis, f. t. vitium & debilitas lumborum, Lendevæ / Lende syge.

Lumbare, is, n. t. Hieron. tegmen quo pudenda teguntur.

Composita.

Delumbo, as, act. pr. lumbos lædo, slaar eller bryder Lenderne. Et tropicè debilito, enervo, quia in lumbis vires, Suecker.

Delumbata quadrupes, cujus lumbi sunt debilitati.

Delumbis, be, om. t. quasi sine lumbis. Et tropicè imbecillis & debilitatus, Suag / haffuer ingen mact / sleber Lenderne effter sig. *Versus delumbis*, cujus finem deformat Jambus.

Elumbis, be, om. t. & Elumbus s. quasi sine lumbis, cuiq; lumbi fracti sunt vel debiles, Som sleber eller dragger Lenderne effter sig / sueg Lender, Inde tropicè debilis, Suag / amectig / macteløß.

Prælumbo, as, antiquè lumbos præfringo. Ut, *prælumbat ipsum fustibus.*

LUMBRICUS, m. s. vermiculi quoddam genus, ad pluvias è terra prorepens: sic dictus à lubricitate, Regnorm / Jordmadick. Indè tropicè lumbricus pro esca, quâ captantur pisces quidam & volucres, scilicet quod fiat sæpius ex lumbricis, Mading. Item lumbrici, vermiculi, qui in ventre hominis aliorumq; animalium nascuntur, Orme i Menniskens liff.

LUNA, æ, f. pr. prod. planeta & Lumen quoddam cœli, Solis quasi conjux noctisq; Regina, à Luceo, Mone. Ponitur & pro die naturali, ut *vigesima Luna hoc factum est*, i. e. vigesimo die post novam Lunam. Item *dies Lunæ*, Lunæ sacer, Mondag. Item tropicè ex facie Lunæ in cornua cavatæ, luna, pro semicirculo seu re quæ forma est semicirculari, & ad modum Lunæ corniculatæ.

Lunula, f. p. parva luna: & pro sydere cœlesti & pro re semicirculari. Ut, *Lunulam atq; anellum aureolum in digito*: erantq; Lunulæ ornamenta mulierum & bullulæ aureæ ad similitudinem Lunæ corniculatæ dependentes.

Lunaris, re, om. t. quod ad Lunam pertinet. Ut *motus lunaris*, Monet skifft oc omgang. *Annus lunaris*, i. e. mensis qui luna conficitur, en Maanet. *Currus lunaris, equi lunares.* Et *lunare virus*, pro menstruo.

Lunaria, f. p nomen herbæ.

Luno, as, Ovid. act. p. in modum lunæ, quando in cornua curvatur, flecto, krummer som en halff Mone. *Lunabit arcum*, pro intendit ad modum Lunæ.

Lunatus, a, um, ad Lunæ similitudinem factus, vel quod speciem habet Lunæ. Ut, *Cauda Delphini Lunata. Lunatus calceus*, Sko med hiorner som en halff Mone: *Frons lunata vituli*: *lunata castra, acies, classis*, quæ ad modum Lunæ curvatæ instructa sunt, Leier / Bær eller Skibsflode vdi en halff Mone. *Sic fermentum lunatum*, Segel / Pindkniff.

Lunaticus, ci, m. s. qui statis lunæ temporibus comitiali morbo, aut furore melancholico & insania vexatur, Maanet syg / Ellevild / Monergall. In Evangelica Historia aliquando Lunaticus dicitur, qui aliàs dæmoniacus, quia tam immanes morbi non tantum ex naturalibus causis existunt; sed interdum à dæmone excitantur & exasperantur.

Composita.

Illunis nox dicitur, quæ obscura est quasi sine Luna lunæve splendore, mørck Natt / vden Maane skin.

Interlunium, n. s. tempus inter deficientem & nascentem Lunam, det stund mellom Nat oc Ny / for Nyet rendis eller sees.

Plenilunium, nii, n. s. cum Luna plena est, Fuldmonet.

LUO, is, lui, act. t. idem quod solvo & solvendo expio, satisfacio, purgo. Item dissolvo à λύω ejusdem significationis. Inde formæ loquendi: *Luo pœnas*, Lider straff / vndgielder oc betal for Synd oc Missgierninger. *Luo supplicium*, q. supplicio satisfacio peccatis. Item *luit peccatum, luit furtum morte sua, luit stuprum vi oblatum*, hand staar straff oc betalning for sin Synd. Item *luit capite*, betal med hoffuet / halshuggis: *Luit corpore*, betal med kroppen:

Luit manibus, faar hug paa hænderne. *Puer luit natibus*, faar paa røffuen. Item *sanguine innocentum voluit se luere maculis furtorum*, med deris blod bestale oc afftoe sitt tyffueri. Item Luo, pretium redemptionis redemptori persolvo, betal sin gienløsning værd: *Redemptus ab hoste non militabit antequam se luat.* Dicitur & antiquè Luvi. Ut *Tantalus qui pœnas ob facta nefantia lubit.* Item impersonaliter: *cæde luitur quod peccatum est.* Aliter Luo pro expio satisfacio à λούω lavo, q. lavando crimen purgo, ut olim fieri solebat.

Luitio, Jurisc. luendi actus & peculiariter quæ fit per redemptionis pretium solutum.

Luto, as, antiquè apud Varr. frequentativum à luo. Ut, *Habes qui & cujus rei causa fecerim Hecatombem, in quo ego (ut puto) quoniam est luere solvere, lutabi.* Aliter legitur litavi.

Composita.

Reluo, is, antiquis pro solvo & resolvo, opløser/løsner. Item pro solvo & repignero. Ut, *repignerat, reluit, vendit: reluit domum patrui*, Indløser. *Reluere vestem, aurum, quod fuit matris.*

Reluvia, æ, f. p. ulcus digitorum cùm recedit ab ungue caruncula magno dolore, q. resoluta à reluo. sed vide Reduvia in Duo.

LUPUS, pi, m. s. pr. corr. animal rapacitate & voracitate insigne à λύκος ejusdem significationis, Ulff. Item quidam piscis rapacitate & voracitate insignis vulgò, Giedde. Vide autem vocem Lucius. Et translatè crudelis & Tyrannus. Ut, *homo homini lupus.* Item lupus, frenum quoddam asperrimum, sic dictum à lupinis dentibus, hart mundstycke til hest. Item instrumentum aduncum, quo aquam è puteo educimus, brynd krog/bryndhage. Est & lupus aranei quoddam genus.

Lupa, f. p. lupi fœmina, Ulffinde. Et translatè, meretrix, ira libidinis & quæstus appetens, ut animal illud cibi, Skøge/wmettelig Høre.

Lupanar, ris, n. t. ganeum in quo lupæ prostant, Kuffert hus/Skøgehus/ Horekiffe/Bordeel.

Lupanarium, n. s. idem.

Lupanaris, re, om. t. quod ad lupam seu lupanar pertinet. Ut, *lupanaris infamia*, Skøge ryct. *Lupanare contubernium*, Høre hytte.

Luparius, qui venatur lupos, Ulffjager.

Lupinus, a, um, quod est lupi. Ut, *ubera lupina, pellis lupina*, Ulffskind.

Lupor, aris, d. p. antiquè scortor, more lupæ, Horer.

LUPINUS, m. & lupinum, n. s. pr. corr. legumenis genus, omnium amarissimum à λυπάω contristo, ut & Græcum λυπινάριον, pro eodem. Unde & Virgil. *tristesq; lupini*, vild bøne eller slags flade bøner oc erter. Item veteribus lupini dicti numi plumbei.

Lupillus, m. s. Plauto, parvus lupinus.

Lupinarium, rii, n. s. labrum, in quo lupinus conditur vel aqua maceratur, ut ejus amarities eluatur.

LUSTRUM, stri, n. s. tempus quinq; annorum, sic dictum à luo solvo, quod quinto quoq; anno vectigalia & tributa per censores solvebantur, fem Aars tiid.

Item sacrificii genus, quo urbis lustrandæ gratia, sus, ovis & taurus immolabatur. Item lustrum, cubile ferarum, q à lucis privatione ubi scilicet nihil luminis sed omnia obscura, dyrleie, Et translatè ganeum popina & lupanar, in quibus Lurcones & scorta delitescunt, Horehuus.

Lustrago, inis, f. t. Apul. idem quod verbena sic dicta, quod lustrationibus adhiberetur.

Lustralis, le, om. t. quod ad lustrum pro sacrificio pertinet. Ut *aqua lustralis*, qua Sacerdos purgationis causa, aspergebat, Vievand. Sic *sacrificium lustrale. Exta lustralia* pro sacrificio, quo populus lustrabatur & purgabatur. Et *census lustralis*, quo quinto quoq; anno lustrabatur populus.

Lustricus, a, um, quo aliquid lustratur: & *dies lustricus*, quo infans lustrabatur, nomenq; illi dicebatur, Daabesdag: eratq; puero nonus, puellæ octavus dies.

Lustro, as, n. p. q. lustra ferarum obambulo, seu in fine lustri temporis censu recognosco: unde accipitur simpliciter pro circumeo & circumspicio cognaturus aliquid, Vandrer om/drager om/ gaar om oc beseer: *Pythagoras Ægyptum lustravit.* Sic *visu lustrare aliquid*, besee/ oc beskue her oc der. *Lustrare exercitum*, est recensere & recognoscere, Mynstre. Item translatè *animo & ratione lustrare*, pro perpendere & examinare, offuerveje oc betencke. Item de rebus inanimatis dicitur, pro obire. Ut, *Luna lustrat orbem terrarum triginta dierum spatio: sol lustrat orbem*, pro eodem abeundi modo, vel pro illustrat, seu lumine lustrat. Item lustro q. lustrum sacrificium facio & expio, ut *lustrare agros*, hellige Agre oc Enge med vild Vand/ forbs/oc fane. Sic & passivè lustror, Helligis/ rensis: *Lustror ab illis: Jobi lustramur: lustratur magico ritu.*

Lustratio, onis, lustrandi actus, omfarelse/ vandring oc beskuelse. *Lustratio municipiorum*, quâ municipia lustramus. Item lustratio pro sacrificio expiationis, Offring/renselse oc hellig giørelse: *Lustratio pro frugibus.*

Lustramen, nis, n. t. idem quod lustratio, seu quo aliquid lustratur seu expiatur.

Lustramentum, ti, n. s. Jurisc. purgatio facta per veneficium, aut sacrificium, aut incantationem.

Lustratus, a, um, quod lustravimus. Ut *terra lustrata*, omvandret. Item expiatum, purgatum, q. lustrando, helliget oc renset: *Capitolium lustratum & purgatum: corpus lustratum divino odore.*

Lustror, aris, dep. p. Plaut. pro scortor, & q. lustra scortorum sequor, Horer/ løber effter Skøger.

Composita.

Bilustris, re, om. t. Ovid. duo habens lustra, i. e. decem annos. Ut, *bellum bilustre*, Tj Aarig Krig.

Collustro, as, act. p. circumspicio, q. lustrando video, seer allevegne om. *Omnia collustravi: oculis collustrat.*

Collustratus, a, um, quod collustravimus. Inde collustratum, quod non est opacum, sed quasi illustratum & excultum.

Illustris, re, om. t. ior, issimus, proprìè idem quod celebre q. lustratione dignum. In augente significationem vel q. quod in lustro & ludis istis publicis agitur. Vert at besee/ herligt/ ypperligt. Inde conspicuum & lucens tum propriè tum translatè, lyst/ skinnende/ klar. Unde, *nox illustris*, lyss natt: *Domus seu ædificium*

ficium illustre, quod luce illuminatum est, lyß hus oc bygning: *Illustre domicilium: illustris civitas,* herlig oc ypperligt. Sic *vir illustris: hoc ad laudem illustre est: factum illustre, via illustris, Orator illustris: fama illustris.* Hodiè etiam illustris, peculiaris titulus est virorum Principum quem Germanicè reddiderunt, durchlœchtig/ quasi ab in & Luceo, ut & vulgò à Latinis redditur Illustris à Luceo: ut propriè sit de lucentibus & luminosis: scribiturq; antiquè Inluſtris, item q. non lustrum, h. e. non ut lustrum ferarum, quod opacum est.

Perillustris, stre, om. t. valdè illustris.

Illustro, as, act. pr. illustre facio, ratione utriusq; originis, tum propriè tùm translatè, giør herlig/ ypperlig/ naffnkundig / klar / lyß / skinnende. *Luna noctem illustrat: templum auro illustratur: dicendo obscura illustrat: Philosophiam, orationem, veritatem illustrat,* giør klar / forklarer: *illustrabit, crede mihi, tuam amplitudinem hominum injuria,* giør naffnkundig oc ypperlig.

Illustratio, onis, illustrandi actus. Ut, *solis illustratio,* quâ illustrat: *orationis illustratio,* quâ illustratur.

Illustramentum, ti, n. s. Quint. quo aliquid illustratur. Ut, *hæc sunt illustramenta orationis.*

Illustratus, a, um, quod illustravimus, giort helligt/ lyst/ klar/ forklaret. *Domus fenestris illustrata: hoc genus orationis nondum satis latinis literis est illustratum,* forklarit.

Prælustris, stre, om. t. valdè illustris. Ut, *prælustria sunt vitanda.*

Perlustro, as, diligenter lustro. Ut, *perlustrabit hostium agros.* Et translatè, *perlustrare oculis: perlustrare animo,* beseer/ offuer seer/ offuer løber.

Subluſtris, stre, om. t. aliquantum illustris, nec omnino obscurus, lyßactig. *Subluſtris nox, subluſtris umbra,* quæ habet aliquid luminis. *Subluſtria verba,* non ex toto luminosa, sed aliquid luminis habentia.

Tubilustrium, n. s. dies erat, quo aquâ tubæ lustrabantur.

LUXO, as, act. pr. Plin. aliquid loco suo moveo, & solvo à λύω, solvo, løser/ rør ellr rycker afflave: *Radices luxabit.*

Luxatus, a, um, quod luxavimus, løst giort / rørt aff lave. *Membrum luxatum.* Et absolutè luxatus, cui membrum aliquod luxatum, huor nogt led er aff lave/ lemmerørt.

Luxus, a, um, veteribus. Idem.

Eluxatus, Plin. idem quod luxatus.

LUXUS, us, m. q. intemperantis vitium & affectus, quo q. solvit & laxavit mediocritatis frena, à λύω solvo, offuerdadighed: diciturq; de vestitu, cibo, voluptate venerea, aliisq; rebus, offuerdadighed i mad/ drick/ klæder.

Luxuria, æ, f. p. & luxuries f. Quint. idem. Et translatè, luxuries in stirpibus dicitur, cum alimenti voluptate lasciviunt, herbarum frondiumve copiam justo majorem fundentes, Offuerflødighed. *Luxuries segetum.*

Luxuriosus, a, um, luxuriâ plenus, offuerdaadig: *Luxuriosus homo, luxuriosus cultus corporis, luxuriosa lætitia.* Et translatè, *luxuriosa frumenta, luxuriosa vitis, luxuriosa pabula,* quæ abundantius proveniunt, alt for offuerflødig.

Luxuriosè, modo luxurioso, offuerflødigen. *Luxuriosè vivit.*

Luxurio, as, n. p. luxuriam exerceo seu luxuriosè ago, leffuer/giør eller er offuerdadig: *Luxuriant animi rebus plerumq; secundis.* Sic luxuriant otio. Et translatè, *luxuriant arbores, frondes, herbæ &c.* forgroer / forløbber.

Luxurior, aris, d p. Columel. idem. Ut, *cacumina virgarum, ne luxurientur, mutilato.*

Luxuriatus, a, um, luxuriâ corruptus, forgroed/ som haffuer vœrit for offuerdadig: *Luxuriati in optimam frugem conversi sunt. Litera luxuriata joco,* forgroed med skempt. *Fames sanguine luxuriata,* som haffuer vœrit for offuerdadig.

LUTEA, æ, f. pr. prod. nomen herbæ flore rufo vel aureo in palustribus & aquosis q. lutosis locis nascens à Luto, Cabalei eller Solsicker med høy rødegul farffue.

Luteus, a. um, quod colorem luteæ refert, Rødegul: *Lutea aurora: luteus pedum soccus: lutei calcei: viola lutea,* gule Fioler. Et absolutè *luteum obi,* Ægge/ blom/ quod etiam refert colorem hunc luteum.

Luteolus, a, um. dilutiùs luteus, Blœggul. *Luteola caliba.*

Luteum, sive lutum, idem quod lutea.

LUTRA, æ, f. p. animal aquaticum pilosum & quadrupes, quod & terras sæpè subinde prædæ causa subintrat. Varr. à λύω solvo, quod arbores ad ripas succidere & dissolvere dicatur, Odder. Aliter à λόω lavo, quod in aquis pisces venetur, cùm aliàs formâ videtur esse potius terrestre animal.

LUTUM, n. s. pr. corr. terra humore soluta à λύω solvo, aut quod abluitur à luo, lavo, Dynd / sci jord aff regn/ saa som klege jord/ leer. Et translatè ex unguentorum, quæ expressâ liquidiore aliquâ materiâ relinquitur, & propter consistentiam, scilicet luto similem, grumser. Item Plaut. translatè Lenonem vocat lutum quasi sordidum & nullius pretii.

Luteus, a, um, quod ex luto est. Ut, *lutea paries, lutea basa,* Jord veg/ eller Lœrkar. Et *luteum hirundinis opus,* Snaleræde. Item translatè sordidum obscurum seu vile & quicquid est nullius pretii. Ut, *homo luteus: meretrix lutea,* duer intet / skiden slatt. Sic *luteum negotium* pro vili.

Lutarius, a, um, quod in luto degit. Ut, *mullus lutarius: testudo lutaria.*

Lutosus, a, um, luto plenus vel infectus, dyndig / klegig. *Terra lutosa, rapa lutosa.*

Lutulentus, a, um, idem quod lutosus. *Terra lutulenta. sus lutulentus,* luto spurcus, vel luto se volvens.

Lutesco, is, n. t. luteus fio, seu in modum luti molliesco, dyndis. *Terra lutescit.*

Lutilo, seu lutulo, as. Plaut. a. p. luto inquino, conspurco, Besmitter / beskemmer: *eosdem lutilant quos laudant.*

Luto, as, luto inficio seu oblino, kliner med jord oc leer. Et translatè maculo, smitter. *Ceroma immundum lutat nitidos capillos.*

Luta-

Lutamen, n. ſ. opus, quod luto conſtat, Jord verck/ leer verck / ſom er Jord vold / leer veg eller andet ſaadant.

Compoſita.

Collutulo, as. Plaut luto conſpergo circumquaq;, ſlaar alle vegne offuer med dynd oc ſkarn. *Hæc famigeratio te honeſtat, me collutulat.*

Deluto, as, act. p. luto obduco. Ut *delutare domum*, klis ne huß.

Delutamentum, ti, n. ſ. quo delutamus, klining/ leer oc andet huor med mand kliner.

LYMPHA, æ, f. p. veteribus aqua dicebatur, à Nymphis ſic dicta, quæ aquis præſidebant, Vand: *Hauſit de gurgite lymphas.* N enim hic in L tranſit. Nam quinquagenarii numeri nota fuit Græcis N. nobis autem L.

Lymphaticus, m. ſ. furioſus, ſic dictus quod Lymphatum ſpectra ſeu imagines in aqua viſæ, furorem inducere credebantur, Raaſend/gall aff en Spøgelſe syn: qualia ſunt, offuer ſect / ſom haffuer veret vnder en hyld/ hyld ſkut. Item Lymphaticus exponitur, qui à furioſo cane morſus aquam metuit: unde & *metus Lymphaticus*, fryct for Vand. *Nummos Lymphaticos* facete vocat Plautus, qui more Lymphatorum huc illuc vagantur, & nunquam quieſcunt, nec conſiſtere poſſunt, ſed exire geſtiunt, galle penge der ey kand bliffue i pungen.

Lympho, as, act. p. lymphaticum ago & in furorem ago, giør gall oc forbiſtret. *Deus urbem Lymphavit*, i. e. turbavit & in belli furorem vertit. Et paſs. *herbâ hac epotâ lymphantur homines.*

Lymphatio, onis, Lymphati morbus, Forbiſtrelſe.

Lymphatus, a, um, quod lymphavimus, giort gall oc forbiſtret. *Pectus lymphatum: mens lymphata: homo lymphatus.*

LYNX, cis, λύγξ com. t. animal ferum vario colore & tergore maculoſo viſuſq; acumine nobilis, Loß.

Lynceus, a, um, quod lyncem acumine viſus refert. Ut *oculi lyncei*: *homo lynceus*, Skarpſeende.

LYRA, æ, f. p. λύρα, inſtrumentum Muſicum tribus conſtans chordis & pellebatur non pulſabatur, Lyre. Sed & à ſeptem chordis deſcribitur ad numerum planetarum. Item Lyra ſydus cœleſte. Item piſcis quidam marinus, teres, tuber, capite oſſeo, magno. Quibusdam idem cum lepore marino. Item Lyræ plur. dicuntur res temerè & ſine ratione dictæ, res inanes, ut *Lyræ lyræ, gerræ gerræ*, ſlider ſlader/ huis huaß. Reſpicitur autem ad Græcum λῆρος, quod nugas & ineptias ſignificat. ſcribiturq; alicubi liræ liræ.

Lyricus, a, um, quod ad lyram pertinet. Ut *Poëta Lyricus*: *Vates Lyricus*, qui ad lyram ſua carmina cantabat. Sic *Lyricum carmen*, quod in lyras cantabatur. Et abſolutè, *Lyrica orum*, plur. pro eodem.

Lyriſta, ſtæ, m. pr. qui Lyra canit.

M.

MACER, eris, m. t. vel macis, is, μάκερ, cortex aromaticus, nucis myriſticæ involucrum amiculumvè, Muſkatblomme. Scalig. autem ſic loquitur: Macis cutis coriacea, quam vocant Arabes, Macin. Non eſt Macer aut Machir.

MACER, a, um, pr. corr. de re dicitur quæ ex nutrimenti defectu tenuis eſt à μακρὸς longus. Quia tenuia longiora videntur, Maur / ſlunckē: *Macer homo*: *macer taurus.* Ponitur & tropicè pro mœſtio, quia ex mœrore macies.

Macellus, a, um, aliquantum macer.

Macies, ei, f. Quint. macri corporis habitus & affectio, magrhed.

Maceo, cui, n. ſ. macer ſum, er mager eller indſvunden. *Curâ maceo.*

Maceſco, ſcis, n. t. macer fio, bliffuer mager/ ſuinder ind. *Arbâ maceſcunt.*

Maceries, antiquè idem quod macies.

Macero, as, act. pr. quaſi macrum, i. e. tenuem facio, attenuo, tynder/ ſmaller / giør tynd oc ri nge. *Morbus corpus macerat*: *macerat ſe mœrore, inediâ, invidiâ, amore & ignibus lentis.* Inde *facinus illud me macerat*, i. e. cruciat. Item macero, humore aliquo emollio vel aquâ ſalſedinem aliumq; ſaporem elicio, bløder / vdbløder: *Aqua macerat virgas, hordeum, piſcem, calcem*, ſtøber/ kommer i ſtøb. *Lacte macerat e corpus* pro proluere & madefacere. Item *interendo macerare*, tuære noget i nogen vedſke / ſaa ſom Saffran i Vin/ eller ſod/ eller Miel i Vand. Sic *lacrymis ſe macerat* quamquam hoc translatè dici poteſt, pro cruciat ſe lacrymis, & q. macrum facit.

Maceratus, a, um, quod maceravimus, vdb løt/ſtøbt i vand: *Piſcis maceratus*: *frumentum macera tum.*

Macilentus, a, um, macie extenuatus. Ut, *Cervus macilentum*, magrſlagen.

Macreſco, is, n. t. macer fio. Ut *macreſcit pecus*: *macreſcunt apes.*

Macritudo, Plaut. idem quod macies.

Macror, aris, idem.

Compoſita.

Emacio, as, act. p. Colum. macrum facio ſeu aridum, giør mager / ſkarpē: *Emaciat agros, ſi irpes, vitis*, nimirum quo minus fructum ferant. Ut, *vitis pluribus flagellis emaciatur.*

Emaciatus, a, um, quod emaciavimus. Ut, *emaciata vites, emaciatus ager.*

Emacro, cras, act. pr. Plin. idem, ſeu valdè macrum facio, giørſlet mager / vdmagrer / vdmattet: *Terra hoc ſatu emacerat.*

Permacer, valdè macer.

MACERIA, æ, pr. & maceries, ei, f. Quint. ſepimentum cœmentitium ſine intrito, calce, aliovè genere ferruminis: ſic dicta, quòd ex defectu intriti q. macer, Steengierde/ Kaaſtengierde.

MACHÆRA, f. p. μάχαιρα, gladius longus ab altera tantum parte acutus, Kaarde/ Degen / Kyting/ Kogſtryger. Græcis etiam exponitur brevis gladius.

MACHINA, æ, f. p. μηχάνη, inſtrumentum ſingulari arte ad tractandam molem alicujus operis, & adminiculum inventum ad quidvis efficiendum, Konſtſtycke/ Konſtverck oc Redſkab konſteligen at driffue oc bringe noget til veje: Quale eſt tympanum, aries. Ut, *machinæ ædificatoriæ*: *machinæ bellicæ, machina arietaria.* Inde accipitur translatè pro ſingulari arte, conſilio ſive dolo & fraude, ſive virtute quâ aliquem eludimus, artig ſtycke / pudz / artig ſned/ practick:

practick: *Omnes adhibeo machinas ad tenendum adoleſcentem: aliquam ego machinabor machinam.*

Machinalis, le, om. t. quod ad machinam ſpectat. Ut, *ſcientia machinalis*: *pondus machinale.*

Machinarius, m. ſ. qui machinas conficit, Konſtmeſter. *Aſinus machinarius, qui molam machinâ quadam verſat.*

Machinoſus, a, um, machinis confectum & conſtans, vel dolis excogitatum. Ut *navigium machinoſum.*

Machinor, aris, d. pr. machinis utor: & ſingulari arte & ſtudio aliquid molior, med Konſt oc ſnidr bringer noget til veje / ſtempler / practicerer: *Machinatur ei necem, mortem, peſtem: machinatur peſtem in omnes.* Et quidem in bonam partem: *Natura machinata eſt ſexum maſculum & fœmineum.*

Machinatio, onis, machinandi actus, practicering / ſtempling.

Machinator, oris, m. t. qui machinas excogitat & conficit, Konſtner / Konſtmeſter. Et translatè, *machinator ſcelerum*, qui machinatur ſcelera, ſom paaſinder ſkalckſtycker / ſkalckmeſter.

Machinamentum, ti, n. ſ. quo aliquid machinamur. Item ipſa machina, Konſtverck / Konſtſtycke.

MACTO, as, act. pr. Dictio erat pontificialis, ſignificans & cœſionem pecoris & oblationem, cum ture & vino, majoris honoris ergò q. magis aucto, vel à μάσσω μάττω ſubigo, quia hoſtia ſic ture & vino augebatur magis, vel quaſi ſubigebatur & parabatur. Ut, *hoſtiam mactabat. mactabat oves prò more bidentes.* Inde ſimpliciter, macto pro pecora cædo in uſum ciborum, Slacter. Item immaniter trucido, mørder / grum meligen ſlaar ihiel / tager aff dage: *Te cruce excruciatum mactabo, mactare orco*, i. e. ad orcum demittere & præcipitare cæſum. *Mactare naves aut caſtra in mare*, i. e. præcipitare. Item macto pro afficio. Ut, *honoribus te mactat*, giør dig ære. Et in malam partem: *Mactare aliquem infortunio, mactare viros malo & damno*, giøre ſkade. Aliter macto, à mactus, q. mactum facio.

Mactator, oris, m. t. qui mactat. Et translata ſignificatione, *mactator ſenum.*

Mactatus, a, um, quod mactavimus. Ut *hoſtia mactata*, Offret. *Pecus mactatum*, Slactet. *Honeſtè mactatus*, i. e. affectus, æret oc ærligen holdt. Sic *ſupplicio mactatus*, pro affectus.

Mactatus, us, m. q. mactandi actus.

Macellum, n. ſ. locus in quo ad victum mactata proſtant, Kiødbo / Slacterbo. Et generaliter locus, in quo omnia venduntur, quæ veſcendi cauſa in urbem afferuntur, Madtorffue. Aliter à Macello quodam latrone, cujus morte multati, bonis emptus eſt locus & vendendis carnibus deſtinatus. Item à Lacedæmonico μακελῶται, i. e. locus, ubi homines quicquid vellent vendere, importabant: unde fetum invenit nomen, boarium, oletarium, piſcatorium, cupediarium &c.

Macellarius, rii, m. ſ. qui ad victum publicè mactata ſeu in macello mactata divendit, Slacter / Kiødmenger. Sed & eo nomine intelligitur non tantum qui carnium eſt venditor, ſed & obſoniorum quin & panis & frumenti, Sutler / Byckere.

Magmentum, n. ſ. dicitur id, quod magis ad religionem faciebat: vel quod cum id Deo pollucerent, macte dicebant. Sic enim dicebant veteres in pollucenda dape:

macte hocce vino, macte hacce dape. Varroni autem daps dicitur, quæ à ruſticis Jano Sylvano, Marti & Jovi dapali prophanabatur. Item ad Græcorum μάγμα ſignificat ſpiſſamentum omne, quod pauco liquore ſubactum eſt ne diffluat, ſom en dei eller fliſter.

Magmentarius, a, um, quod ad magmentum pertinet. Ut, *baſa magmentaria*, in quibus magmenta & exta ſacra imponebant.

Mactea, Svet. & mactya Martial. ſeu mattya ματτύη, ejusdem originis, cum macto à μάττω: delitiæ ciborum & lauticiæ omnis generis quæ in eduliis adhiberi poſſunt, fræſen oc lecker mad / fræß vdi mad.

Macteola, f. p. parva mactea, ſmaat fræß.

Mactra, f. p. itidem à μάττω pro alveo, in quo pinſitur & ſubigitur farina, deine tru. Item arca panaria, Brød kurff / Brød kiſte.

Mactus, a, um, antiquè pro mactatus, ſeu mage auctus, i. e. affectus. Ut, *taurus vino & ture mactus*: ſcilicet ad oblationem. Et *mactus honoribus*, i. e. affectus.

Macte, vocativus ſingularis & macti pluralis, pro affectus & ornatus. Jungitur aut cum ablativo aut genitivo. Ut, *macte virtute puer*, ver ved dyd oc fromhed. *Macte animi*, ver ved it frit mod: Et *macti ingenio*, bliffuer ved nemme oc forſtandt. Item mactè accuſativè pro mactum eſt. Ut, *juberem virtute macte eſſe.* Et adverbialiter, *meretricem macte amabat*, pro valdè & vehementer.

MACULA, æ, f. pr. corr. veſtibus aut corpori guttatim contractum vitium per mactationem à macto & ſimpliciter inde quocunq; modo, plett / paa ſtene plette: *Maculæ veſtium: maculæ corporis.* Item translatè turpitudo, nota & infamia, Flecke / beſmittelſe. Unde *inurere alicui maculam*, ſette en en flick paa. *Maculâ eluere*, Renſe en. Item maculæ in corpore dicuntur, colorum varietates à reliquo corporis colore differentes, pletter vdi kiødet: *Corpus maculis luridis maculatur*: Item macula Cic. pro foramine retis ſeu plaga, maſke eller hulet i garn. Aliter à macie, quæ turpitudinem affert corpori.

Maculoſus, a, um, maculis plenus & abundans, fuldt med pletter: *Sordida & maculoſa facies: veſtis maculoſa. Lynx maculoſa*, quia maculis coloriis inſigne eſt, Broget. Et translatè *homo maculoſus*, i. e. immundus & impurus. Et addita materia ſeu cauſa: *Maculoſus avaritia & libidine.*

Maculo, as, act. p. maculis conſpergo, Beſmitter / beſtecker. *Corpus maculatur maculis: terram tabo maculant, maculare templum & curiam ſcelere.*

Compoſita.

Commaculo, as, idem quod maculo vel totum maculo. Inde *commaculare ſe ambitu*, Beſkemme ſig med æregerighed.

Emaculo, as, Plin. act. p. maculas aufero, toer pletter aff. *Maculas emaculat.*

MADEO, es, dui, n. ſ. pr. corr. humore aliquo ſum conſperſus à μαδάω ejusdem ſignificationis, et vaad / dryber. *Terra roré madet. humore madet: cruore madet.* Et *vino madet*, er fuld / drucken. Item *oſ fletu madet*, naar grad ſtyder paa kinderne. Item *madeo metu*, pro præ metu ſudore ſum aſperſus, Sueder aff fryct oc bangſæd. Exponitur & madere pro coqui. Ut, *igne madet.* Ratio, quod plerumq; quæ cocta ſunt tenereſcere & madeſcere

desere solent. Item translatè perfusus metu. Et *arte madent simulacra*, i. e. plena sunt seu imbuta arte. Sic *sermone madet*, fuldt aff snack. Vel *sermonibus Socraticis madet*: *artibus Minervæ madet.*

Madesco, is, n. t. madidus fio.

Madidus, a, um, quod madet, voed / drybende. *Madida barba*: *vestis madida*, *genæ madidæ.* Et translatè imbutus. Ut, *literis madidus. Vino madidus* pro ebrio: *faciam ut sis madidus sobrius*, i. e. videatis ebrius, cùm nihil biberis vel potius, sis exterius madidus perfuso humore, & interius siccus & sobrius. Exponitur & coctus.

Madido, as, n. p. Claudia: idem quod madeo. Ut, *madidantes Nectare pennæ.*

Mador, ris, m. t. Salust. madidi affectio & humor, voedhed. *Munimenta madore infirmantur.*

Madulsa, sive madulsa, Plaut. pro ebrius, quasi madens vino, haffuer en Rus / er Rasend. *Ego nunc probè habeo seu abeo madulsa.* Aliter exponitur ebrietas. Ut, *probè habeo madulsam.*

Composita.

Commadeo, es, act. t. idem quod madeo vel totus madeo.

Demadeo, idem quod madeo. Ut, *fletu demadere sinum.*

Immadeo, des, dui, n. s. totus madeo, er voed. *Terra imbre immaduit. genæ immaduerunt lacrymis.*

Permadeo, vel permadesco, totus madeo, giennem bløds: *terra permadet imbribus.*

Semimadidus, a, um, dimidiata sui parte madidus, halff voed. *Terra semimadida.*

MÆNA, æ, f. p. μαίνη, piscis, qui vulgò, ut putatur, alec dicitur, Sild. Quibusdam habetur piscis idem cum garo.

Mænula, parva mæna, Liden Sild.

MAGALIA, orum, n. pl. pr. prod. Numidarum agrestium ædificia oblonga incurvis lateribus tecta q. navium Carinæ sint. sive rotunda in modum furnorum à Punico Magar significante novam villam.

MAGISTER, tri, m. s. pr. corr. cui summa rei cura & potestas est, quiq; moderator & dux est aliorum: Sic dictus, quòd q. magnus sit & major in collegio, ut minister à minor, Mester oc Forstandere / Hoffuets mand. *Inde magister pagi vel vici*, Bondefoget: *Magister societatis vel collegii*, Oldermand: *Magister equitum*, Marskalck: *Magister sacrorum*, Bisp. Qui scilicet major est quam sacerdos; *Magister populi*, qui & dictator, Hoffmester: *Magister curiæ*, qui & curio dicebatur, Sognepresk eller Foget. *Magister convivii*, Rogmester / Skaffer. Item Magister, divisor, qui pecuniam populo viritim dividebat in sua tribu, Roedmester. Item *magister puerorum, ludi, morum*, & absolutè magister Græca voce Pædagogus, Tuctmester / Skolemester. *Magister pecoris*, Hyrde: *Magister navis*, Skipper. *Magister scripturæ*, qui civitatis alicujus publicos pecorum proventus scribendi munus habet, som Rentesskriffuer / Bøkenskriffuere. Item *magister scripturæ & portus*, qui publicani nomine portoria & vectigalia describebat & colligebat, Tolder Item magister, omnis qui aliquem artem aliquam docet, Mester. Item magister qui vendendis debitoris bonis constitutus erat à creditoribus. Et absolutè κατ' ἐξοχὴν. Magister qui artes liberales profitetur. Alter à voce persica Magus, i. e. sapiens.

Magistellus, parvus magister.

Magistra, æ, f. p. idem in sexu fœmineo, Mesterinde / Forstanderisk / Ledsagerisk. *Loquendi magistra consuetudo*: *natura, ætas, vivendi magistra.*

Magisterium, n. s. magistri dignitas & officium, Mesterskab / Forstanderi. Iude *magisterium sacerdotii.* Item magisterium pro monitu & consilio.

Magistro, as, act. p. Fest. pro moderor & guberno.

Magistratus, us, m. q. magistrorum populi, civitatis seu pagi, officium, munus & dignitas, offrighed Fald oc stat. Item homines, qui sunt in hoc officio sive unus sit sive plures, offrighed.

Composita.

Ludimagister, stri, m. s. qui præest ludo literario, Skolemester.

MAGNES, etis, m. t. μάγνης, lapis est ferrum trahens, Seglsteen.

Magneticus, a, um, quod est magnetis. Ut, *gemma magnetica.*

MAGNUS, a, um, major, maximus, quod quantitate continua est insigne: sive ea quantitas est in re ipsa, sive in dignitate & præstantia rei, à μέγας ejusdem significationis, stoor: *Magnus homo*, et stort Menniske. *Millefolium magnum*, stor Rølicke / Gaas ort. *Vir magnus*, ypperlig oc stor mand. Sic *magnum opus*: *magnus dolor, magnus animus*: & *magna aut majora animo concipit*, tager sig store ting for. Item *major natu*, ældre: maximus natu, ældst. Et absolutè, *magno* pro magno pretio. Ut, *piscina magno ædificatur.* Sic in genit. *magni te æstimo & magni sunt hæc mihi. Vapula magno*, i. e. magnopere. Item magnum pro valdè, storligen / megit: *Magnùm & maximùm clamat. Palmus major*, spacium continens tres palmos sive duodecim digitos, træ handz bred / 12 finger bred / en stoor spand. Græca voce Spithamus: quantum, scilicet, est spatium inter summitates pollicis & digiti medii distentorum. Item *magnus annus*, qui vulgarem magno dierum numero superat, utpote constans annis vulgaribus quindecim mille, ut ajunt. Et *magni menses*, qui duodecim sunt in anno magno, quolibet aliquot secula continente. *Magnum mare*, quod intumescit inflaturq; tempestate & in altum curvatur. Item *mare magnum* pro mediterraneo. Item *magnus socer*, qui est uxoris avus: *major socer*, uxoris proavus: *major socrus*, uxoris proavia: *major amita*, avi vel aviæ amita: *major abuncula*, maxima mamma, i. e. avia, Oldemoder / Mormoder. *Major magistratu*, *major consul* qui erat princeps seu Rex, vel qui prior creatus erat, offuer offrighed. *Maximus Pontifex*, Pave eller offuerste Bisp / Erckebisk. *Majores flamines*, qui erant patricii generis. Sic *major pastor sive Sacerdos vel maximus Curio*, Sognepresk. *Maximi anales*, quos Pontifex maximus conficiebat. *Maximus prætor*, qui vel imperio præstabat vel ætate in collegio superabat. Item absolutè & pluraliter, *Majores*, qui ante nos fuerunt, q. ætate superiores & majores, ut sunt, Avi, proavi, attavi, tritavi &c. Et alii etiam extra ordinem consanguinitatis sed ætate & dignitate in republica superiores, Forfædre / de gamble oc de som ere Fædre. *Petere more majorum*, i. e. sine dolo, sine fuco, sine artificio.

Magnitas, antiquè pro magnitudo.

Magnitudo, dinis, f. t. magni affectio & ratio, storhed: *Magnitudo æris alieni*: *magnitudo periculi*, *magnitudo animi.*

Majuscu-

Majuſculus, a, um, aliquantò ſeu paulo major, paſſelig ſtor/ paſſelig / temmelig / noget ſtor: *cura majuſcula.*

Maximè, adverb. modo maximo, ſtorligen. Maximè opis indiget. Item interdum idem eſt, quod præcipuè, Allermeſt. *Hæc ratio poëtas & maximè Homerum impulit.* Item interdum electionis eſt, ut & magis, helſt: *Hoc mihi maximè libet.* Interdum affirmandi eſt, viſſes ligen/ gierne. Interdum ponitur pro inprimis, beſynderligen. *Id maximè fit hyeme.*

Maximitas, antiquè pro magnitudo.

Magnarius, rii, m. ſ. Apulejo pro magno negotiatore, quaſi clarus in obeundis magnis mercaturis, Kiøbmand.

Magnates, tium, m. plur. quibus magna eſt potentia & auctoritas in republica, de ſtore/ ſtore Herrer.

Magis, & poeticè mage, adverb. ſignificans cum quadam magnitudine, ſtorligen/ ſtøre. *Magis gaudeo.* Item, quo numerus & electio conſideratur, mere / heller: *Exſpecto tuas literas, teipſum multo magis: annos natus magis quadraginta.* Et geminatè: *de te magis atq; magis cogito,* jo mere oc mere. Item cum comparativis: *Magis beatior eſt, magis abundantius, magis facilius, magis majores nugas egerit: magis dulcius: magis tutior.* Eſt autem Helleniſmus. Sic *magis mâlo.*

Majalis, m. t. porcus caſtratus, ſcilicet à magnitudine & ὄξια, Galt.

Majeſtas, atis, f. t. majorum in Republ. dignitas, ſtorhed/ ypperlighed. Inde κατ' ἐξοχὴν amplitudo & dignitas alicujus populi, magnive Senatus, aut Imperatoris, vel Regis, Majeſtat/ Førſtelig ære oc herlighed. Tum & inde translatè: *Majeſtas rei, majeſtas loci, imperii, hiſtoriæ,* pro amplitudine ſingulari & præſtantia, ſtor ypperlighed. Sic privatim: *Majeſtas nominis,* Naffuens ſtorhed oc ære. Item majeſtas, Dea quæ fingebatur honoris & reverentiæ filia.

Majus, ii, m. ſ. menſis Majoribus ſacer, utpote quorum conſilio Reſpub. gerebatur, Maimonet.

Majuma, æ, f. p. feſtivitas, quæ menſe majo Romæ fiebat: transferriq; nomen poteſt, ad feſtivitatem, quæ nobis ſub idem tempus eſt, naar mand for Mai i By/ Maigreffgilde.

Compoſita.

Demagis, Lucil. pro valdè magis, item Feſto, idem quod minus.

Permagnus, a, um, valdè magnus. Ut, *permagna res agitur.*

MAGUS, gi, m. ſ. μάγος, voce perſica, idem quod ſapiens. Inde propter abuſum & vanitatem accipitur pro incantatore & qui artes maleficas & legibus vetitas exercet, Trolkarl/ Tryllere.

Magia, æ, f. p. magi ars & vanitas, Troldom / Troldoms konſt. Sed & accipitur in bonam partem. Ut, *magia naturalis.*

Magicus, a, um, quod ad magum pertinet. Ut, *herbæ magicæ, quibus magi ſe jactant & utuntur,* Trylle vrter. *ſacra magica,* quæ magi peragunt. *Ars magica,* Troldoms konſt. Et abſolutè *magica & magice* pro eodem.

MALACUS, a, um, Plauto voce Græca μαλακὸς à μαλάσσω mollio, idem quod mollis, delicatus, effœminatus. Ut, *in modum malacum ætatem agit,* i. e. molliter & delicatè. *Unctiones malacæ,* i. e. molles. *Malacum pallium,* i. e. veſtis cœnatoria ſive ſynthesis, quæ erat mollior pretioſiorq; veſtis, & ſæpè purpurea coccinave. Sed & in hac ſignificatione deducitur malacum à malvæ colore, quam μαλάχην vocabant. Item malacus pro mœcho.

Malacia, f. pr. μαλακία Cæſ. idem quod mollities, quies. Ut, *ſvadeo tibi malaciam,* i. e. quietem mollem, roligheđ. Item malacia, tranquillitas & q. mollicies maris, cum fluctus omnino quieſcunt, haff ſtille/ ſtill. Item malacia, morbus quidam & mollities prægnantium mulierum, cum abſurda eſui appetunt, Quinde lyſt.

Malaciſſo, as, Plaut. act. p. ejusdem originis à μαλακίζω & μαλάσσω pro mollio, ſubigo, & mollem reddo. Ut *malaciſſandus es hodie.*

Malagma, tis, n. t. μάλαγμα à μαλάσσω mollio, emplaſtri genus duritiei commolliendæ comparatum, Lin plaſter.

Malaxo, as, antiquis idem quod malaciſſo.

Compoſitam.

Commalaſſo, as, Varr. pro mollio, ſubigo, maturo.

MALLEUS, m. ſ. inſtrumentum capitatum, quo aliquid impellimus, quaſi manuleus ſeu manuleus ſive quod manu agitetur ſive vice manus ſit, Hammer / Rølle/ Handhammer.

Malleolus, m. ſ. parvus malleus. Et translatè ſurculus vitis, præſertim utrinq; capitatus mallei modo, & plantationi Idoneus, ny pode. Item manipulus ſparteus pice contextus ad incendia paratus, ſom Fyrbold/ Fyrkrantz oc peeget vender til at tende Ild.

Malleolaris, re, om. t. quod eſt malleoli. Ut, *virga malleolaris.*

Malleolatus, a, um, quod malleo factum eſt & contuſum, Hammer ſlagen eller ſtøtt. *Liber malleatus,* planeret Bog.

Malleator, oris, m. t. qui malleo utitur, malleoq; aliquid deducit.

MALVA, æ, f. p. herbæ nomen à μαλάχη ejusdem ſignificationis, Kat Oost.

Malvaceus, a, um, quod eſt malvæ. Ut *caulis malvaceus.*

MALUS, li, f. ſ. pri. prod. nomen arboris, à μηλέα ejusdem ſignificationis, Abel. Item malus, ſed genere maſc. arbor eſt navis, quæ potiſſimum picea eſt aut abies: ſic dictus ab arbore vulgatiſſima & quòd integram referat arborem, Skibs maſt.

Malum, n. ſ. μῆλον fructus mali arboris, Æbel.

Malinus, a, um, quod ex malo eſt. Ut, *lignum malinum,* Æbbel træ.

MALA, æ, f. pr. prod. idem quod maxilla, unde & deducitur per extritionem aliquot literarum, Kindbæn/ kieffte/ kiebe. *Malis ſuos mandebat. malas ei edentavit.* Item pars faciei veſtiens maxillas, Kind. Item caro ad utramq; maxillam inſtar mali rubens, Røde Kinder ſom en Æble/ Kind Roſe: Unde & à μῆλον malum deducitur.

Maxilla, f. p. idem quod mandibula à mando ſeu immediatè à μάσσω, quaſi maxa, maxula, maxilla, Kiebeben. Item caro veſtiens oſſa, Kind. Aliter per deminutionem deducitur à Mala.

Maxillaris, re, om. t. quod ad maxillam pertinet. Ut *dens maxillaris,* Kindtand.

MALUS, a, um, pr. cor. & compar. pejor, peſſimus, propriè quod q. viribus molle eſt, & mollitie defluit: Ideoq; inutilis & noxius à μαλακὸς mollis, ond. Et comparat. verre/ verſt. *Homo malus* ſ. animo & moribus. *Philoſophus malus*, ſcilicet ſtudio & ſcientiâ. Sic *malus imperator*, ond/ vnyttig oc vduelig Krigs/ øffuerſt. *Omen malum*, ont behag. Et abſolutè, *aſſuetus malo*, det onde. Sic *feſſus malis*. Item malum interjectivè pro voce indignantis & adverſantis. Ut, *quæ, malum, iſta ratio eſt*, huad ſkam ſkal det vere. Sic *quid hoc [malum] infelicitatis*. Aliter à μαλὸς mollis, tener, exitioſus.

Malè, pejus, peſſimè, modo malo, ilde/ i onde maade: *Male hoc factum*. Interdum ponitur pro valdè, ſtorlig gen/ *malè multatus eſt*. Sic *malè metuo, timeo, odi*, pro valdè. Item pro parum & non ſatis, icke nock/ ilde. *Malè defendit Pampinus uvas*. Item pro incommodè, vbeleiligen/ilde: *malè habito*, benè habito. Sic *malè vivit*, i. e. miſerè, leffuer Elendeligen. *Malè loquitur*, i. e. maledicit. *Malè me hæc res habet*, det gior mig ont. *Male docet*, i. e. malis modis. *Malè conſulit in alium*, i. e. miſeris modis, ut ſcilicet, malè alteri ſit. *Malè acceptus inopia rerum*, i. e. miſerè. *Malè aliquem accipere* pro malis modis. *Malè credo* pro difficulter vel non tutò, troer en ilde. *Malè cadit*, det gaar ilde aff/ miſeris modis: *malè audio*, pro culpor, vituperor, hør ilde. *Malè conductus*, *malè conciliatus* pro magno dyre: *malè tibi volo*, i. e. odi, vil dig ilde.

Malignus, a, um, qui malorum ingenium imitatur, nec naturæ ſuæ vel officio reſpondet, vanartig/ ſom gior ingen fruct/ ſurfittig/ ſom gior ingen til gode. *Homo malignus & invidus*. *terra malignà*, quæ nihil profert fructus, ond jord. *Ager malignus*; *collis malignus*. *Ulcus malignum*, ont ſaar. *Malignus laudator*, qui non ſatis laudat, ſed aliquid ex meritis laudibus detrahit. *Lux maligna* (translatè à terra) pro luce noctis, q. quæ nihil profert, ut aliàs Lux diei, Sol. Sic *maligna via*, *maligni aditus*, qui mali ſunt & ardui, vanſkelige. Aliter malignus, compoſitum habetur à malè & gigno q quod malè malum ex ſe gignit & producit.

Malignè, modo maligno, & parum candidè, vanartigen/icke ſom mand burde: *malignè te laudabit*.

Malignitas, atis, f. t. maligni vitium & affectus, vnarrighed. *Malignitas agri*: & de homine. *malignitas conferendi exprobato*.

Malitia, æ, f. pr. mali vitium & habitus, & quo quis datâ operâ malè agit, ondſkaff/ arrighed. Dicitur & per auxeſin, *mala malitia*.

Malitioſus, a, um, malitiâ plenus vel utens, ond oc arrig/ fortraadden. Inde *malitioſa juris interpretatio*, cum malè ſeu malignè jus interpretamur.

Malitioſè, modo malitioſo cum malitiâ, arrigen/ aſſeller med arrighed: *malitioſè facit obſiſtit*.

MAMMA, æ, f. pr. uber muliebrè à μαζὸς ejuſdem ſignificationis, Quinde bryſt/ ſpenner: vel per onomatopejam à mammam voce infantum matrem aut nutricem appellantium. ſed & de porcis dicitur, deeld/ & de capris, Jyr. Item mamma pro matre, cum infantuli matrem hac voce appellent.

Mamilla, æ, f. p. pr. corrept. ex detrito m, idem quod mama.

Mamillare, is, n. t. amiculum, quo mulieres mammas tegunt, ſom bryſtdug: pattebrog.

Mammeatus, a, um, quod mammis inſigne eſt. Ut, *mammeata amica*, ſtor bryſtet.

Mammoſus, a, um, magnas habens mammas, ſtoors bryſtet.

Mamillana, f. pr. fici genus à mamillarum ſimilitudine.

Compoſita.

Unimammæ, arum, f. p. epitheton amazonum, quæ unis erant mammis, alteris ferramento candente aduſtis, Hinc Plaut. ficta voce *claſſis unimammia*, pro exercitu vel Regione Amazonum.

MAMPHULA, æ, f. pr. Lucil. panis Syriaci genus, quod in clibano, antequam percoquatur, decidit in carbones cineremq;, inquit Feſtus ex Verrio: à Syriaco mamphul, piſtrinorum, manceps, quodq; corruptum eſt, ex Græco μονοπώλης. Neq; mirum, cum multa Syri à Græcis habuerint.

MAMPHUR, ſive mimphur Feſt. lignum rotundum loro circumvolutum, quod circumagunt fabri in operibus tornandis: adeoq; id in torno quod in machina tractoria, ſucula q. μαννοφόρον, quia circumvolutum habet lorum, ut collum monile & brachium armillam, quod μάννον vocant Græci.

MANCUS, a, um, altera vel utraq; manu carens ſeu mutilatus, à voce manus vel q. manuancus, en hander. Inde tropicè quocunq; membro defectus, ſtumpit/ vanfør/ q. membro aliquo mancus, Lemleſt / eller miſt øye/haand &c. ſive aliàs debilis, ſkrøbelig. Et rurſus imperfectus, vfuldkommen/ huor vdi fattis noget: *Virtus ſine acceſſione manca eſt*. *natura manca*, i. e. defectiva quodammodo. & Horat. cum caſu: *mancus officiis*.

MANDO, as, avi, act. p. committo alicui aliquid, ſic tamen ut reddatur mihi aut alii, à voce manus q. propriè de donationibus & acceptionibus, quæ mutuis manibus fiunt, befaler oc betroer noget at giffue fra ſig igien. Et ſæpè cum autoritate, paalegger: *huic mandes, ſi quid rectè curatum velis*. Sic *mandare literas, tabellas*, faa en breffue at føre anden ſtedz hen. *Mandare memoriæ, animo*, giemme/ ſaa mand kommer ihu oc kand ſige fra ſig igien. *Mandare aliquid literis, ſeu monumentis literarum*, ſkriffue noget at det bliffuer icke forgiet. Sic *mandare verſibus*; *mandare immortalitati*, vetuſtati. Et *mandare ſemina terræ*, ſaa at det kommer op igien. Dicitur & *mandare aliquem tumulo*, humo, begraffue. *Mandare vinculis*, kaſte oc ſette i fengſel. *Mandare alicui curas*, lade en anden ſorge for noget. *Mandare magiſtratum*, ſette øffrighed. *Mandare honores*, forordne oc beſticke en ære.

Mandatarius, Juriſc. cui mandata, potiſſimum privata & domeſtica dantur peragenda, befalnings mand.

Mandator, oris, m. t. qui mandat, mandatum vè alicui injungit. Et peculiariter qui accuſationem alicui mandat, & accuſatorem ſubornat & inſtituit.

Mandatus, a, um, quod mandavimus, befalt/ betroet. *Renunciatio literis publicis mandata eſt*: *rem mandatam malitioſè gerit*, Et abſolutè mandatum, befalning. Undè *mandata & legatos mittere*: *dare mandata*: *exſequi mandata*.

Compoſita.

Admando, as, Plaut. alicui quicquam curam committo. Ut, *revertor ſi quid admandare vultis*.

Amando,

Amando, as, act. pr. aliò mando, ſive mandando mitto, ſticker fra mig hen: *Romam amandat hominem: Hunc ſic amandabit, ut eſſet in agro. natura res ſimiles procul amandabit à ſenſibus*, i. e. removit.

Amandatiò, onis, amandandi actus.

Amandatus, a, um, quod amandavimus, henſticket/ henviſt. *Tullio expulſo, amandato Catone: infra omnes mortuos amandatus eſt.*

Commendo, das, Laudando mando & committo fidei alicujus, befaler til troer hende. *Commendare amico ſua bona.* Cum & hoc fit collaudatione quadam rei, accipitur pro laudo, berømmer/ priſer/ roſer. *Commendare aliquem apud Prætorem. commendare aliquem literis*, ſkriffue for en til nogen.

Commendabilis, le, om. t. Colum. commendatione dignum, priſeligt / berømmeligt

Commendatitius, a, um, quod commendatione conſtat, ut *literæ commendatitiæ*, forſkrifft/forſkriffuelſe til nogen.

Commendator, oris, m. t. & commendatrix, f.t. qui vel quæ commendat, ſom tal for en/roſer hannem/ oc befal en anden.

Commendatus, a, um, quod commendavimus. Et amiſſo tempore, priſelig/berømmelig. Unde comparat. commendatior, commendatiſſimus.

Demando, as, act. pr. ſeriò mando, Alvorligen befaler oc paalegger: *Curam nominatim demandabat Tribuno.*

Præmando, das, ante vel prius mando, førſt befaler eller befaler for.

MANDO, dis, manſi, ſum, act. t. cibum dentibus conficio à μάσσομαι ejusdem ſignificationis, tygger/ alia ſugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt. Et ex adjuncto, rodo vel mordeo, gnaffuer/buder: *frena mandit equus.*

Manſus, a, um, quod manſimus, tygget: *manſa radix.* Et abſolutè manſum, tygget mad. *Nutrices manſa pueris in os inferunt*, tygget mad.

Mando, nis, veteribus pro edax, Edere/ fradzer.

Manduco, as, act. p. idem quod mando & edo. Ut, *duas bucceas manducabi.*

Manducatus, a, um, quod manducavimus, tygget.

Manducor, aris, d p. antiquè pro mando.

Manſucius, ſive manſucus antiquè idem quod manducus.

Mandibulæ, arum, cujus ſingulare mandibula, f. p. oſſa ſunt oris, quibus dentes inſidunt & cibos mandimus, Kiebebæn/ kieffter/ kieber.

Compoſita.

Commanduco, cas, act. pr. Plin. dentibus molo, tygger. Et tropicè, *commanducare religionem.*

Commanducatus, a, um, quod commanducavimus. Ut, *commanducatus cibus*, i. e. manſus.

Commanducor, dep. apud Lucilium.

Commanducatus, us, m. q. commanducandi actus. tygning.

Remando, dis, act. t. rurſus mando & rumino, tygger igien. *Remandere cibum.* Et tropicè relego, ut *remandere ſcripta, dicta alicujus.*

Supermando, poſt rem aliquam manſam, aliam mando. Ut, *ſupermandit ebrius raphanum.*

MANDRA, æ, f. p. μάνδρα, caula ſeu ſeptum quo includuntur noctu pecora, fold. Et tropicè ipſa pecora. Exponitur & vehiculum ingens quo trabes portantur, Knubſlede / ſluffe/ ſteen vogn.

MANEO, es, manſi, ſum, n. ſ. pr. corr. contineo me & conſiſto in aliquo loco à μήρω ejusdem ſignificationis, bier/ holder ſtille. *In urbe manet. Haut manſiſti, dum ego darem uxorem; tute ſumpſiſti tibi*, du ville icke bie ſaa lenge. Interdum accipitur pro pergo, bliffuer ved. *Manet imperterritus.* Item pro exſpecto, forbi toffuer. *Ego hic te manebo.* Item pro inſto & immineo, offuerhenger. *Fatum nos manet.* Item pro inhæreo & fixus ſum, ſidder faſt: *Mente alta manet judicium Paridis.* Item pro duro, bliffuer ved / narer: *Manere volo inter nos affinitatem hanc.* Sic *manere promiſſis*, pro ſtare, holde loffue. Et interjectivè pro voce geſtientis: *Quidnam foris crepuit? mane, ipſe exit foras*: quod & nos dicimus, bii.

Manſio, nis, manendi actus, bien / biening. *Is mecum nihil de tua manſione aut deceſſione.* Item hoſpitium ipſum, in quo manemus, holig/ verelſe. *Ubi tua prima fuit manſio.* Et peculiariter hoſpitium in itinere, unde & pro itinere unius diei accipitur. Ut, *octo manſionibus ſtat regio thurifera à monte excelſo*, ett bed om dagen/ en dags bed/ eller ett bed. Sic *à copto camelis itur diſpoſitis manſionibus*, viſſe ſteder at bede hoß.

Manſito, as, Tacito diutius maneo.

Manto, as, n. p. veteribus idem quod maneo: unde *omnantans* pro exſpectans.

Compoſita.

Emaneo, ſi, Juriſc. n. ſ. ultra tempus ab Imperatore præſcriptum à caſtris abſum: Er forlenge borte affleren i egen beſtilning/holder ſig tilbage mod affſked oc forloff.

Emanſor, oris, m. t. qui ſic emanet contra præſcriptum tempus.

Emineo, es, eminui, n. ſ. q. extra maneo ſeu exſto, ſtaar vd for i verit / ypper for vd / ſticker vd. *Eſculus quantum corpore eminet, tantum radice deſcendit: globus terræ è mari eminet: caput tigni è ſtructura eminet*, bickſe hoffuet ſticker vd affveggen. Et *eminet ferrum per æſtus.* Item translatè *ex ore eminet crudelitas*, lader ſig til ſyne. *Eminet Cæſar inter omnes*, er yppermere/ offuergaar alle andre.

Eminens, tis, ior, tiſſimus, qui eminet, er høy / ypperlig: *Eminens ſtatura: eminens animus.*

Eminentia, æ, f. p. eminentis habitus, ſeu ratio, høyhed eller ypperlighed. *Eminentia corporis & animi.*

Eminulus, aliquantum ſeu parum eminens.

Præmineo, Tacit. & antiquè præmineo, es, inui, abſorpta e in diphthongo, præ aliis emineo.

Superemineo, es, inui, n. ſ. ſupra alios emineo. Ut, *præmuntur olivæ & jus ſupereminet: mons urbi ſupereminet*, offuen offuer. Sic: *victorq; viros ſupereminet omnes*, i. e. *eminet ſuper omnes.*

Immineo, es, inui, n. ſ. in rem aliquam quaſi maneo & impendeo, offuer henger/ forſtaar / huger offuer noget. *Imminet mors: bellum Romanis à Tarquiniis imminebat. Et imminere exitio alicujus*, eſt vigilare & inſidiari ad inferendum alteri exitium, vaager oc ſtaar effter andens lycke.

Obmanens, Feſt. pro diu manens.

Permaneo, es, n. ſ. ad finem uſq; maneo, bliffuer ſtifft ved/ ſtille/ til enden. *Cunctantes veniunt, nec tamen permanent, ſed ante finem recedunt. Innuba permanet,* bliffuer vgifft. Et tropicè perſevero: *In permanet diu: in armis permanent.*

Permanſio, nis, permanendi actus, ſtedz varend⸗ hed: *In una ſententia perpetua permanſio nunquam laudanda.*

Promineo, es, ui, n. ſ. quaſi pro, i. e. porro emineo, ſtaar / ſticker / recker / eller henger vdoffuer. *Prominet ore: prominent dentes. prominens collis,* vid⸗ ſtre kende / langſtreckende / høy. Sic, *coma prominet in vultus.* Item *prominet in memoriam ac poſteritatem* gloria, q. porro manet, recker til effterkom⸗ mer.

Remaneo, es, n. ſ. retro maneo, bliffuer tilbage. *Animi poſt mortem remanent: remanſerunt quidam in caſtris per valetudinem.*

Remanſio, onis, remanendi actus.

MANE, pr. prod. nomen indeclinabile, ſignificans primam diei lucem, ab antiquo manum pro bono ſive claro, tamquam ab omine boni vel ab ipſa claritate oriente, Morgen / førſtedags liußning: *Bonum mane, clarum mane.* Et cum adverbio, *bene manè,* vel tilige om Morgenen: *Multo manè,* meget tili⸗ ge. Dicitur & *mane diei,* tilig dags / morgen tilig. *A mane diei jejuni ſtabant milites.* Sic *mane calendarum.* Aliter à manare, quòd tum manat ſol.

Manius, nii, m. ſ. qui manè natus eſt.

Matuta, & cum adjectione, matuta mater, pro aurora q. manuta, vel compoſitè q. mantuta, à manè & tueor, q. quæ præeſt manè & in ejus tutela eſt mane. fingiturq; fuiſſe Ino Cadmi filia, ejusq; feſta etiam matralia dicta ſunt.

Matutinus, a, um, quod fit manè ſeu ad mane pertinet, ſeu cum matuta, i. e. aurora incipit apparere, Or⸗ lig. *Tempus matutinum,* Orle tid. Et plural. n. gen. matutina, pro temporibus matutinis. Item *matutinus homo,* qui matutinò agit, ſom tage tilig vare / Orle er i ſin gierning. *Frons matutina,* pro triſti & non ſerena, qualis eſt facies matutini temporis, Rynket pande: & quia hoc ſignum triſtitiæ. Ut, *homo fronte matutina,* ſuer ſeende/ bedrøffuit/ ſorgfuld.

Matutinò, adverb. pro tempore matutino & manè, tiligen/ orligen: *Matutino obdormiſcit.*

MANES, ium, m. plural. pr. prod. animæ mortuorum & Genii homine diſſoluto & deſtructo à mano, i. e. bono, de dødis ſiele / helgens ſiele. Accipitur & pro mortis conditione. Ut, *quis q; ſuos patimur manes,* døds⸗ ſens eller dødelig vilkor. Aliter à μήνη Luna, q. jam noctis imperio clauſi, nec ultrà diei & ſolis uſuram habentes.

Maniæ, cujus ſingulare mania, f. p. manium effictæ formæ & imagines ad terrendos pueros plorantes, buße/ bußemand. Item Mania, Dea Larium ſeu larvarum mater.

Maniola, f. p. parva Mania. Fiebant autem & maniæ & maniolæ, quandoq; ex farina in hominum figura.

Compoſita.

Submanus, ſive ſummanus, Manium Deus ſummus, i. e. Pluto, qui ſcilicet omnes avariſſimè rapit in ſuum theſaurum: ideoq; ſummanus à voce Manes: vel à manu rapaci. Unde & fures dicuntur ſummani.

MANGO, nis, m. t. hominum venditor, quiq; illis colorem fuco inducit, & verum robur inani ſaginâ metitur, quò facilius & carius vendat, à μαγγανεία præſtigiæ, lenocinium. Item qui merces quaſcunq; polit & interpolat, ut pluris vendat, pranger: Unde *mango equorum,* qui emit equos, permutat diſtrahitq; etiam aliquo facto mangonio, heſte pranger. Dicitur autem non tantum mas mango, ſed & fœmina mango. Ut, *mango obſtetrix erat.*

Mangonicus, a, um, quod ad mangonem pertinet. Ut, *quæſtus mangonicus.*

Mangonium, n. ſ. mangonis artificium & ſtudium, Prangeri/prangen.

Mangonizo, as, act. pr. rem polio & orno ad illiciendos emptores, pranger / bepranger: *Teneritate mangonizas corpora, pannus mangonizabatur.*

Mangonizatus, a, um, quod mangonizavimus. Ut, *equi mangonizati.* Et translatè *oratio mangonizata,* bes pranget/ vdſtafferit.

MANNUS, ni, m. ſ. Horat. equus pumilus, ſic dictus quod manſvetus porrectione manus duci poſſit, Heſt mannike/ liden oc tam heſt.

Mannulus, idem, flipper. Item pullus equinus, Fol/ fole.

MANO, as, n. pr. prod. propriè dicitur cum aliquid ex integro, ſed non ſatis ſolido per minutiſſimas partes & rimas ſtillat, à μανὸν rarum, Sier/lecker/drypper/ rinder: *liquor è vaſe manat.* Indè ſimpliciter ſenſim fluo: & quidem non de liquoribus tantùm, ſed & de aliis aliunde provenientibus, flyder. *Ab hac gente flagitia manant.* Sic *rumor, fama manat* pro ſpargitur, kommer/ ſlipper vd blant folck. Et *manat malum,* det onde flyder vd / kommer for. Item mano cum caſu: *Arbor manat picem, culter manat cruore,* flyder med beg/ med blod.

Manalis fons, ex quo aqua perpetuo manat, ſelff flyden⸗ de bryndeller kilde. *Manalis urceolus,* ex quo aqua in polubrum demittitur, Vandfadt/ Vandkan⸗ de. *Manalis lapis,* qui antiquitus in modum Cylindri per limites trahebatur pro pluviæ commutanda inopia ſive quo amoto aqua è terra ſubſiliebat. Sic hoc nomine dici poteſt petra illa in deſerto, ex qua divinitus aqua manabat. Exponitur enim ſimpliciter *Lapis manalis* unde fons manat.

Compoſita.

Demano, as, idem quod mano vel emano.

Dimano, as, n. p. in diverſas partes mano, flyder her oc der vd/ alle ſtedz hen: *Meus hic forenſis labor vitæq; ratio dimanavit ad æſtimationem hominum mea opinione majorem.*

Emano, as, n. p. quaſi extra mano, vdrinder / vdſier: *Ex oculis emanat humor & ſanies.* Et translatè res aliqua emanat, cum in vulgus ſpargitur, Rinder vd/ kommer vd blant folck: *Liber in vulgus vel ad vulgus emanavit: per te hoc emanavit.* Conſtruitur etiam cum caſu. Ut, *emanat ſaniem,* i. e. emittit & expurgat, giff⸗ uer aff ſig.

Permano, as, n. p. manando penetro vel pervenio, fly⸗ der hen til/ gaar eller kommer hen til: *Epotum in omnes venas, atq; in omnes partes corporis permanat: permanat nobis anima per membra: venenum permanat in corpus. permanat malum in venas & inhæret in viſceribus: Commodum permanat ad vitam hominum.* Et translatè *ad noſtras*

noſtras aures permanat. permanat fallacia pro divulgatur: Sic *permanat hoc ad patrem*: *& hoc usq; eò permanat ad animum.*

Permanans, om. t. quod permanat. Ut, *concluſiunculæ non permanantes ad ſenſus*: *Dicta ad ſenſus permanantia.*

Permananter, Lucret. adverb. ut *vis magnetis permananter perbalet.*

Permaneſco, is, Plaut. idem quod permano, divulgor, aut palam fio. Ut, *hoc ad ipſum permaneſcit.*

Promano, as, Sen. foràs mano, flyder vd/ ſlipper vd: *Sermo promanat.*

Remano, nas, n. pr. retrò mano, flyder tilbage. *Percolatur virus, retroq; remanat.*

MANTELUM ſive mantellum, li, n. ſ. Plaut. propriè linteolum, quo manus extergimus, q. manuterium, Tørklæd / Handklæd. Inde ſignificat genus velamenti ſive lanei ſive linei, quo menſa ſternitur, Bord dug / Skiffue teck. Item genus pallii. Et translatè quodlibet tegumentum & velamentum, unde Plautus: *nec mendacius ſub dolis mihi uſquam mantelum eſt meis.* Uſurpatur & pro penula quâ tanquàm lorica munimur, kap.

Mantele, ſive mantile, is, n. t. idem.

MANTICA, æ, f. pr. pera viatoria, in quam viatores pecunias aliavè neceſſaria reponunt: rejiciebaturq; modò in tergum modò in latus, modò in pectus, ſic dicta à voce manus, quod eſſet ſarcina non tàm dorſuaria quàm manualis. q. d. haand byldt/ vedſtaſke / vadſeck. Aliter peregrina habetur vox: exponiturq; propriè baltheus aut zona, quæ veteribus inſtar peræ cujusdam fuit. Aliter compoſitum videtur à manu & tergo, ut pertica, quod manu tractetur.

Manticula, f. pr. parva mantica, & in qua tenuiores pecunias recondere ſolent.

Manticularius, m. ſ. fur qui inferens ſe confertæ multitudine manticas & marſupia aut ſecat, aut doloſo artificio aperit & evacuat ablatâ pecuniâ, Pungſnider/ Lummeſøger. Item pluralit. gen. neut. manticularia. Feſtò dicuntur quæ in frequenti uſu habentur & q. manu tractantur à ſimilitudine mantelorum cujus frequens uſus ad frequendas manus.

Manticulor, aris, d. p. manticulas attrecto furandi cauſa. Et translatè dolosè ago. Ut, *ad manticulandum æſtu aggreditur. manticulatus probè.* Sed & Criticorum aliqui legunt mantiſcinatus & manticinatus alio ſenſu, nempè pro vaticinatus, ficta voce mantiſcinor, à μάντις vates, ut vaticinor.

MANTISSA ſeu mantiſa vel manteſa, additamentum eſt quod rei venditæ additur & manu porrigitur, quaſi manu tenſa, tilgifft / gieffuen: *Manutiſſa obſonium vincit.*

MANUS, a, um, pr. prod. antiquis clarus lucidus, perſpicuus à μανὸς rarus, perſpicuus. Inde tropicè ſignificat bonum, quia lucè nihil jucundius meliuſvè. Ut, *ceres manus*, i. e. bonus.

Compoſita.

Immanis, ne, om. t. q. non manus: ſignificat crudelem, nocens ac ferum, grum/vildt: *Pygmalion ſcelere immani: hydrus immanis. gens vel populus immanis.* Et transl. aſperum & horrendum, Ru/gruesom. *Saxum immane.* Item ingens magnus & immenſus, wſigelig mør

git ſtor/ wſammelig/ whendelig. *Corpus immane: templum immane.*

Immanè & immaniter adverb. pro modo immani, grueligen/ grummeligen/ forferdeligen/ wſkelligen.

Immanitas, atis, f. t. immanis rei affectus & rario. Ut, *ſceleris immanitas, & immanitas pretii*, i. e. magnitudo.

MANUS, us, f. q. priore brev. membrum humani corporis, quo res objectas capimus verſamusq; à mano, mutata quantita initialis ſyllabæ vel quod è brachiis manat; vel ex ea digiti: vel ſimpliciter à μάρη, quod manum ſignificat Græcis, ut Murus Munus, Haand. Inde per excellentiam aliquando ponitur pro dextra. Tropicè ſignificat facultatem & poteſtatem, Effne/ mact: *Hoc in mea manu eſt.* Item vim, vold: *Afferre ſibi ipſi manus*, tage ſig ſelff aff dage. Item arma, ferrum, Vaaben oc verie. *Res ad manus atq; pugnam veniebat.* Item copias & multitudinem, Forſamling, en hob: *Manus ſtrenua: militum firma manus: impetus in totam illam manum feci.* Sic *Romam venit magna manu.* Item monſtrationem. Ut, *manu docet*, i. e. apertè & quaſi monſtrando. Item ſcriptionem & chirographum manu exaratum, Haand/ Haandſkrifft: *Manum non amabam, quia indicabat te non valere: introductus ſtabilius cognovit manum & ſignum ſuum: hæc tua manus eſt*, i. e. ſcriptura. Item manus pro promuſcide & roſtro Elephanti, quâ quaſi manu utitur & prehendit. Et in re flagitioſa honeſto vocabulo, manus pro membro virili: ſumptâ metaphora ab Elephanti proboſcide. Item *manus ferrea*, harpago pluribus uncis diviſa, qua naves in conflictu navali colligantur. Aliter à μανὴ, i. e. laxa, paſſa, q. propriè de manu paſſa: opponaturq; pugno.

Manualis, le, om. t. quod manibus convenit. Ut, *faſciculus manualis*, Haandknip: *Scapus manualis*, qui extenſæ manus altitudinem habet, en Haandlang. *Saxum manuale*, quod manum implet, manuq; adjici poteſt, Kieffling ſteen. *Scopæ manuales herbarum*, quas Medici manipulos vocant, Haandfuld vrter.

Manuarius, a, um, quod ad manum pertinet. Ut, *æs manuarium*, quod labore manuum acquiſitum eſt. *Artes manuariæ*, quæ manu exercentur, Græcâ voce Mechanicæ. Pila manuaria, Haand boldt/ Kaßeboldt.

Manubiæ, arum, f. p. præda de hoſtibus manu capta, aut pecunia à prædæ venditione conflata, Penge aff det Solde Krigs bytte. Dicitur & per appoſitionem *manubia machæra.* Nonnius interpretatur manubias, manus exuvias. Feſto *Manubiæ Jovis* tres dicuntur. Minimæ quæ monent, plasidæq; ſunt. Majores, quæ veniunt cum fragore diſcutiuntq; aut divellunt, quæ à Jove ſunt & conſilio Deorum mitti exiſtimantur. Ampliores his, quæ cum igne veniunt: & quanquam nullum ſine igne fulgur eſt, hæ propriam differentiam habent, quod aut adurant, aut fuligine deforment aut accendant, quæ ſtatum mutent Deorum conſilio ſuperiorum. Hic manubiæ pro fulguribus fulminibus & tonitrubus, quod ſit q. Jovis manuum exuviæ velut malunt παρὰ τὸ μανύειν τὴν τοῦ διὸς βίαν. Ab indicanda Jovis potentia.

Manubialis, le, om. t. quod ad manubias pertinet. Ut, *manubialis pecuniæ*, Penge aff ſancket bytte.

Manubiarius, a, um, manubiarum particeps, ſeu qui manubias & ſpolia affert, Bytis Broder. *Amicus manubiarius*, i. e. fructuoſus. Aliter legitur amicus manubriarius à manubrium, q. promptus, facilis.

Manu-

Manubrium, brii, n. ſ. pars qua manu prehenſa rem verſamus & vibramus, Skafft: *Exemi ex manu manubrium.*

Manubriolum, parvum manubrium.

Manica, æ, f. p. veſtis, quâ manus tegitur, Haandſke. Item quâ brachium ad manus uſq; tegitur, Erme. Item manicæ vincula manuum, Haandkløffuer. Et translatè ad naves pro vinculis, quibus continentur, Tou eller Skibs hage. Item manicæ ferramenta brachiorum & manuum contra hoſtium injurias, Jern haandſke/ Arm|kinner.

Manicula, æ, f. p. parva manus. Item manicula ſeu manibula, regulâ tranſverſa in ſtiva aratri, ſic dicta, quod manu aratoris teneatur, haanding. Item manicula inſtrumentum, quo manu aliquid agimus. Ut *manicula molæ truſatilis*, Quere Mandel.

Manicatus, a, um, manicas habens, ut *tunica manicata*, Kiortel med Ermer.

Manuleatus, a, um, idem quod manicatus. Ut *tunica manuleata. homo manuleatus*, qui indutus eſt tunica prolixioribus manicis, med lange Erme.

Manulearius, m. ſ. qui veſtimenta manuleata & manicata conficiebat.

Manuor, aris, d. p. veteribus idem quod furor.

Manipulus, m. ſ. faſciculus fœni aut ſegetis quantum manu capi poſſit, næg/vrimmel hø/vendelhø. Item manus militum exigua, quæ unum ſequitur ſignum. Sic dicta à manipulo fœni, quo veteres haſtis affixo pro ſigno uſi ſunt, en Rode folck/ et hold. Erantq; terni manipuli in cohorte. Exponitur & contubernium decem militum, ſub uno manipulo & papilione degentium, en Squader Knecte / en Rode Knecte. Sic *manipulus furum*, pro certo quodam numero ſervorum, aut coquorum, ad miniſterium aliquod obeundum conſociatorum. Item abſolutè manipulus pro cujusvis rei faſciculo manuali, en haand fuldt.

Manipularis, re, om. t. quod ad manipulum pertinet. Ut, *miles manipularis*. Et pro eodem abſolutè, *manipularis*, en Knect aff Roden.

Manipulatim, permanipulos, Rode viiß / i trav tal. *Manipulatim adſunt: manipulatim ſtructa eſt acies.*

Compoſita.

Adminiculum, li, n. ſ. propriè palus ſuſtinendis vitibus tenelliſve arboribus accommodatus q. ad manus, ſtengel træ: *Vites clabiculis adminicula tanquam manibus apprehendunt.* Inde translatè quicquid nobis ſubſidii auxiliiq; gratia ad manus eſt & fulcimentum, medhielp oc vnderſtander: *Hanc partem relictam explebimus nullis adminiculis, ſed ut dicitur, Marte noſtro.* Sic, *natura ſolitarium nihil amat, ſemper ad aliquid tanquam adminiculum adnititur.*

Adminiculor, aris, d. p. adminicula pango vel adminiculis firmo, apto, Setter Vinſtenger / humble ſtenger/ ſtenger humble: *Scientia & ars agricolarium quæ circumdet amputet, adminiculetur.* Inde translatè ſignificat adjuvo.

Adminiculo, as, act. p. Cat. translata ſignificatione idem. Ut, *adminiculabi tuam voluntatem in ſcribendo.*

Adminiculatus, a, um, adminiculis fultus, unde translatè *memoriâ adminiculata.*

Amanuenſis, is, m. t. cujus opera & manu in ſcribendo perinde ac ſcribarum utimur, Haandſkriffuer.

Anguimanus, ni, m. ſ. epitheton Elephanti, quod proboſcis ejus, quæ manus vocatur, in omnem partem anguium more facile flectitur & vertitur.

Æquimanus, qui æquè utraq; utitur manu, kei haandet/ beggehaandet.

Centimanus, Virg. centum habens manus.

Comminus, adverb. quaſi cum manibus, h. e. præſentes ad manus, nær for haanden: *Comminus pugnat*, haand for haand. Item è loco propinquo. Ut, *comminus te inceſſabant lapidibus.* Significat & ſtatim & ſine intermiſſione, ſtraxen paa ferſk fode/ paa Kæs dehender. *Facto ſemine, comminus arva inſequitur.*

Commanipulo, onis, m. t. miles ejusdem manipuli.

Eminus, adverb. quaſi procul à manu & è procul, langt fra. *Eminus jaculatur.*

Quadrimanus, Eutropio, quatuor habens manus. Ut, *puer natus quadrimanus.*

Unimanus, unam manum habens.

MAPALIA, orum, n. pl. pr. corr. Caſæ ſunt Afrorum, quæ & ſeirpis tegi ſolebant: orantq; quaſi rotundæ cohortes à voce magalia, cum qua, ſignificatione convenit. Quia autem in his nihil ſecreti eſſe potuit. Solebat hoc vocabulum ſolutè viventibus objici: unde illud Senecæ: *Vos mea Mapalia feciſtis*, i. e. diſſoluti fuiſtis, & perturbatè omnia egiſtis.

MAPPA, æ, f. p. linteum eſt, quod menſæ inſternitur, ſeu linteolum quo ſordes manuum in menſa abſterguntur, q. manupa quod è manu pendeat, Dug eller Servietle/ Tørklæd/ Haandklæde/ Haandug: *Attulerat mappam nemo dum furta timentur.* Dabatur autem & mappæ miſſione in circo ſignum ineundi certaminis. Aliter mappa, Punica habetur vox, notans linteum purum.

Mapella, f. pr. parva & exigua mappa.

Mappula, f. p. idem.

MARCEO, es, cui, n. ſ. de corpore dicitur ſenſim labaſcente & tabeſcente à μαραίνομαι ejusdem ſignificationis, vißner/ forgaar/ henfalder/ fuler/ forfuler/ ſuinder ind/ rodner hen/ fuurner / morner. *Ubæ marcent. Marcet pecus*, det er ſuongt. *Marcet color*, falmer. Inde transfertur ad animum. Ut, *marcet animus* pro languet. Sic *animo marceo. luxuriâ marcet.*

Marceſco, is, n. t. idem quod marceo, vel marcidus fio. Ut, *corpus marceſſit. ſtomachus marceſſit cibi onere. Equus deſidiâ marceſſit.*

Marcidus, a, um, quod marcet. Ut, *feſſis equis aures marcidæ*, falden / ſluden oc ſlatten. *Marcidus ſummo*, vridig/doffuen *Marcidæ fruges*, Suongtfarn.

Marcor, oris, m. t. marcidi affectio, raadnelſe/ forfuldning/doffuenhed. *Marcor panni, marcor hominis.*

Compoſita.

Immarceſco, is, n. t. q. marcidus fio, ſignificatq; corrumpor, putrefio, raadner / fulner: *Immarceſcunt epulæ ſeu cibi in ſtomacho.*

MARCHIO, nis, m. t. Recentioribus nomen officii & honoris, fictum à Gothico, Marck / i. e. campus, ager: ſignificatq; præfectum ſeu præſidem limitaneum q. qui limitibus finibuſve provinciæ præeſt, Marcegreffue.

Marchionatus, us, m. q. officium dignitas & præfectura Marchionis.

MARCU-

MARCULUS, li, m. ſ. jam alta conſvetudine & contra antiquitatis auctoritatem, inquit Turnebus, quod veteribus dicebatur Martulus à Marte: malleus eſt æratiorum, Smed hammer.

MARE, ris, n. t. pr. corr. vaſtiſſima aquarum moles alveo perpetuo per univerſam terram diffuſa, ab Hebraico Marah, amarum, propter ſalſedinem & aquarum amarorem, hav / ſtrand. Accipitur inde interdum pro quacunq; grandiore aqua, ſtorr vand. Item mare translatè à fluctibus, pro periculo, fare. Item à vaſtitie pro avaro & rapaci. Ut, *Bos mare eſtis acerrimum*, i. e. avari & rapaces. Item propter copiam aquarum pro divitiis, & re quavis immenſa. Ut, *maria poſſidet*, i. e. ingentes divitias. *Cætera ſunt maria*, i. e. plurima, infinita.

Marinus, a, um, quod eſt maris. Ut *piſcis marinus*, hav fiſk. *Aqua marina*, hav vand. *Marina braſſica*, hav kaal / vand kaal. *Corvus marinus*, Dalekrag. *Gallus marinus*, nomen piſcis, Søhane. *Oves marinæ*, i. e. piſces: qui & pecudes Neptuni dicti ſunt. Item quod per mare aliunde advectum eſt, peregrinum. Ut, *paſſer marinus*, alias ſtruthio, paſſer dictus ſine ulla ratione, niſi vel mera ſimplicitate imponentium, aut irriſione: Martius autem quia mari ex Africa in Italiam advehebatur. Romani enim indigitabant peregrina animalia nominibus notarum & indigenarum animantium. Sic Urſus pro Leone, Ovis fera pro Camelopardale. Sic paſtinaca marina pro peregrina.

Maritimus, a, um, quod ad mare eſt, vel mare accolit. Ut *locus maritimus*, ſtrand: *gens maritima*, folck ſom bo ved haffuet oc ſtranden / ſtrandfolck. *Civitas maritima*, Søſtadt. *Experitur mecum moribus maritimis*, i. e. inconſtanter, effter ſtrandviß oc vane / wſtadeligen. *Bellum maritimum*, quod in mari geritur, Krig til ſøes oc paa haffuet. Item maritimus idem quod marinus. Ut, *fluctus maritimi*: *aqua maritima*.

Mariſcus, ſci, m. & mariſcum, n. ſ. genus Junci majoris & lævioris & quidem maritimi, quamquam etiam in fluminibus & amnibus naſcitur, et ſlag ſtor ſieff eller flee: unde ſcilicet fiunt tegetes & marinæ naſſæ.

Mariſca, æ, f. p. genus ficus inſipidæ à marinæ aquæ inſipiditate, wſmagende Figen. Item tuberculum in ano ad fici ſimilitudinem.

Compoſita.

Bimaris, re, om. t. Horat. quod inter duo maria ſitum eſt, qualis eſt peninſula. Ut, *Corinthus bimaris*, quia in faucibus peninſulæ ſita erat.

Roſmarinus, ni, m ſ. planta eſt Coronaria quam diviſim Marinum rorem vocat Horatius.

Semimarinus, a, um, quod ex parte piſcis eſt, & in mari vivit. Ut *Scyllæ ſemimarinæ*. *Scyllæ corporibus ſemimarinis*, de monſtro & figmento quodam poetarum.

Tranſmarinus, a, um, quod trans mare eſt vel naſcitur aut petitum, Sø kommen: *Res tranſmarina*: *hoſpes tranſmarinus*: *ſubſidium tranſmarinum*.

MARGARITA, tæ, f. p. μαργαρίτης, lapillus pretioſus in Conchis naſcens, Perle.

Margaritum, n. ſ. Tacit. idem.

Margaritarius, rii, m. ſ. mango & negotiator margaritarum, Perlekremmer oc prangere / Perlemager.

MARGO, inis, com. t. rei cujuſcunq; extremitas à mare, q. propriè maris extremitas, Havbredde / Søkant: *Margo fluminis, fontis. Inde margo libri, margo teſtudinis.* Et *margo Imperii* pro limite ſeu extremitate.

Marginatus, a, um, quod marginem habet latiorem. Ut, *tabula marginata*.

Compoſita.

Emargino, as, Plinio. Ut, *emarginat ulcera*, i. e. cruſtas, pulvillos, & margines ulcerum adimo, Plucker / pille ler roer aff ſaar.

MARMOR, oris, n. t. μάρμορον, genus lapidis duriſſimi ſolidiſſimiq;, Marmel / Marmelſteen. Tropicè ponitur pro Mare, idq; vel à colore: vel per antiphraſin à liquiditate.

Marmoratio, onis, f. t. Apul. è marmore conſtructio. Ut, *pavimenti marmoratio*.

Marmoratus, a, um, quod ſuperficiem tantum ex marmore habet, beklæd oc formantelet med Marmel. Unde pavimenta marmorata. Et abſolutè, marmoratum, ſive id paries ſit, ſive pavimentum.

Marmoreus, a, um, quod ex marmore eſt. Ut, *ſepulcrum marmoreum*, Graff aff Marmelſteen: *Columnæ marmoreæ*, Marmelſtøtte oc piller. Sic *tecta*, & *ſola marmorea*. Et translatè *cervix marmorea* pro candida, ex nivei marmoris ſimilitudine.

Marmoroſus, a, um, quod marmoream formam & duritiem habet.

MARKA, f. p. ferreum inſtrumentum excidendis herbis inutilibus comparatum, à μάρπω capio, corripio præhendo, ſom en hummel hack.

MARSUPIUM, n. ſ. μαρσύπιον, receptaculum & ſacculus numorum, Pung eller Taſke.

MARTES, tis, f. t. fera eſt è genere muſtelarum, aut ut quibusdam placet, vulpium, à Mars, quòd beſtia ſit pugnax. & ferox. Jugulat enim Mures, gallinas & aves cæteras, Mord. Martes ſcythica, Sabel. Aliter Græce videtur originis μαυρὸς fuſcus: ſcilicet reſpectu aliarum muſtelarum, quæ ſunt candidi aut fulvi coloris.

MAS, ris, m. t. ſexus animalis, viribus & omni præſtantia inſignior, ab Oſca voce Mamers, i. e. fortis, Han / handkiøn: *Beſtiæ aliæ mares, aliæ fœminæ.* Diciturq; tàm de homine quàm de bruto, mandkiøn / mand. Item de herbis & aliis ficto ſexu à præſtantia, ſive virium, ſive coloris, ſive magnitudinis. Ut *rapa maſcula*. Et *tus maſculum*, quod ex ture rotunditate guttæ pendet & religionibus dicatum. Iſidoro quod natura rotundum in modum teſticulorum, adhibebaturq; religioni altero ſexu ceu ignobiliore præterito. Ponitur & mas aliquando, pro maſculus, ut *ſexus mas*.

Maſculus, parvus mas. Et adjectivè maſcula proles, handkiøn / drengebarn. *Maſcula facies*, Mandz anſict / mòed / ſkickelſe. *Maſcula mulier*, quæ maris & viri animum ſeu vires corporis refert, Mandhafftig / mandinde. Sic *maſcula Sappho*, *maſcula Lucretia*. *maſcula bilis*, Mandhafftig vrede: *maſculum cor*, Mandz hierte oc mandhafftighed. Item *plantæ maſculæ*, quæ non ſubiguntur, ut palmites alios emittant, ſed altius creſcunt & in altum attolli permittuntur. Vide ſupra in mas. Item *Sabulo maſculus* Vitr. i. e. aſper, ſcaber,

ſcaber, minus flavus, ſubfuſcus. Numeraturq; inter ea terræ genera, unde ducendi ſunt lateres, atq; id propter levitatem. Ut, eſſe poſſit Sabulo maſculus, terræ genus & arenæ, i. e. materiæ ſolidioris quàm ſit terra. Oppoſiturq; Sabuloni ſoluto.

Maſculinus, a, um, Plinio, idem quod maſculus. Ut, *genus maſculinum.*

Maſculetum, n. ſ. locus in quo plantæ vinearum maſculæ conſitæ ſunt.

Maſculeſco, is, Plin. maſculus fio. Ut, *rapa denſiore ſtatu maſculeſcunt.*

Maritus, ti, m. ſ. mas uxori connubio junctus, gifft Mand/ Quindis Hoſſbond oc Mand.

Marita, æ, f. p. mulier marito juncta, gifft Quinde/ Mandens Huſtru Et translatè ad arbores, quibus vites applicantur, & claviculis connectuntur: vites complexæ maritas.

Maritalis, le, om. t. quod mariti vel maritæ eſt. Ut, *maritale conjugium, maritale vinculum & capiſtrum: maritalis veſtis.*

Maritus, a, um, idem quod maritalis, Ecte/ Ectefolckis/ Ecteſkabs: *Domus maritæ: venus marita, marita fides, facies, maritum fœdus.* Sic *pecunia marita* pro dotali, hiemgaffue/ hiemgifft. Et pro eodem maritata ſi vera ſit lectio. Item translatè, *maritum olivetum* ubi maritæ ſunt arbores. ſic *marita ulmus.*

Marito, as, act. p. virum in maritum trado, Giffter: *filiam maritavit: princeps maritandus.* Dicitur & de canibus catulientibus. Item translatè *maritari* dicuntur *arbores*, quæ vites ſuſtinent. Et activè, *maritare arbores*, ſtenge: *maritare lupulos*, ſtenge humble.

Compoſita.

Commaſculo, as. Apul. act. p. maſculum animum induo, firmo, roboro. Ut, *animum meum commaſculavi*, giør Mandz moed. *Commaſculare frontem* apud Macrobium, ſee vd ſom en Mand/ ey blues eller bliffue rød vdi Anſictet.

Emaſculo, as, Servio. Ut *ſacerdos herbis ſe emaſculat*, i. e. caſtrat ſeu vim maſculam aufert.

Semimas, ris, m. t. non integre mas, ſed q. dimidiata ſui parte mas, ut ſunt Eunuchi, capones & caſtrati, Gilding Capon. Item ſemimares dicuntur Androgyni, utrunq; ſexum habentes, Tuetoße.

MASSA, f. p. μάζα, farina ſubacta & macerata, ſtycke dei. Et translatè *maſſa auri ferri*, Klump/ ſtycke Guld/ Jern.

Maſſula, f. p. parva maſſa.

MASTIGIA, æ, m. p. μαστίας, verbero, flagrio, qui verberibus & vibicibus inſcripta terga habet, ſeu qui maſtige, i. e. flagris dignus eſt, Hudſtrogen / Kagſtrogen.

Maſtigeus, m. ſ. idem. Ut, *homo maſtigeus.*

MASTRUCA ſive maſtruga, f. p. pen. prod. voce peregrina, veſtis erat ſcortea vel pellita Sardonum, Getarum & Germanorum, nec non graviſſimè olens, Leder klæder/ Skind klæder eller Foret klæder. Aliter Maſtruca q. Maſtluca à μάσλη corium, pellis.

Maſtrucatus, a, um, veſti ſcortea vel pellita indutus.

MATAXA, ſive metaxa, æ, f. pr. antiqua voce, Græcis etiam dicta μέταξα, ſericum eſt crudum, h. e. bom-

bycum vellus nondum evolutum. Iſidoro dicitur à meta, vel quod in circuitum ducta ſit, quia globatim conſtat, vel quòd transferatur. Inde mataxa Vitruvio pro reſtis ſeu funiculi genere ut exponit Philander, & Gloſſarius aliàs interpretatur: nec non qui ex rudi aliqua materia & cruda contortus eſt, Baſt Liner/ eller ſimer: eller ſnod hamp/hør eller andet ſaadant. Turnebo autem cum Budæo in Vitruv. videtur eſſe faſciculus & manipulus cannarum, quem Vitruvius tomicè alligari jubet.

Metaxarii ſeu mataxarii, Juriſc. negotiatores, qui metaxâ ſerici mercaturam exercent.

MATER, tris. f. t. pr. prod. ſexus fœmina fœtum pariens à μητὴρ ejusdem ſignificationis diciturq; tam de brutis quam de hominibus, Moder. Inde translatè quicquid ex ſe aliquid parit. Ut, *arbor, mater fructuum. Luxuries, avaritiæ mater: ſapientia, bonarum artium mater: mater ſyderum*, i. e. nox. *Mater vini*, i. e. vitis. *Vinum à matre natum*, i. e. meracum, ſaa ſom den er kommen aff Moderen. *Mater vitis*, i. e. auctumnitas. Erat & mater ſolennis compellatio. Ponitur & aliquando pro nutrice. Item pro patria. Item medicis, mater dicitur craſſior & tenuior. Cranii membrana, idq; Arabum imitatione: Græca aliàs voce μήνιγξ.

Matercula, læ, f. p. deminutivum non tam ſubſtantiæ quam blandientis, Moderlille.

Maternus, a, um, quod eſt matris. Ut, *maternus ſanguis, maternum nomen: maternus avus: ubera materna: animus maternus*, Moderlig hiertelag. *Res maternæ*, Mørdne godz/ mørdne.

Matreſco, is, antiquè matri ſimilis fio.

Matrimonium, n. ſ. vinculum conjugale & q. vinculum matris & patris, Ecteſkab.

Matrimonialis, le, om. t. quod ad matrimonium pertinet. Ut, *præſcriptum matrimoniale.*

Matrimus, cujus mater vivit, mortuo patre.

Matrima, idem in ſexu fœmineo.

Matrix, cis, f. t. matris utriculus ſemen recipiens, Moderen. Et translatè arbor matrix, ex qua ſtolones ſuccreverunt. Item matrix, medulla arboris. Accipitur & matrix pro fœmina bruti generis, quæ fœtus gratia tenetur. Ut, *matrices ſint robuſti corporis, quadratæ, pectoroſæ, magnis capitibus.* Item *Gallina matrix*, Liggende Høne.

Matrona, æ, f. pr. uxor locupletioris mariti ſpe prolis & ſtolâ honoratior, quamq; ipſe etiam magiſtratus reverebatur, en Rig oc ypperlig Mandz kone oc huſtrue/ Matron oc hederlig Quinde.

Matronalis, le, om. t. quod eſt matronæ. Ut, *matronale decus: matronales genæ, matronalis labor.* Et abſolutè *matronalia*, feſti dies, quibus viri pro conſervatione conjugii Diis ſupplicabant.

Matruelis, is, m. t. qui ex matris meæ fratre prognatus eſt, Moder broder barn.

MATERIA, æ, f. pr. prod. Et materies, ei, Quint. ſubſtantia ex qua aliquid fit, quæq; quaſi factæ rei mater eſt, à voce mater, Malm/ Materie/ Moder: Materia eſt, ex qua res conſtant: *materia fabri* ſive lignea, ſive terrea, ſive ferrea, ſive lapidea, ex qua aliquid facit faber. Sic translatè, *materia orationis, materia libri, materia Ariſtotelis*, de qua tractat oratio, liber, Ariſtoteles. Et *materia joci, ſeveritatis, belli, ſeditionis, ſuperbiæ, libidinis,*

dinis, pro tausa & facultate, hoffuet ſag/ Aarſag oc leilighed til ſaadant. Accipitur & materia ſpecialiter pro lignorum apparatu, Tømmer. *Non ſaxum non materies adducta eſt.* Item pro ſylva. Ut, *ſi nihil valet materies, nova ſarmenta cuta excitantur.* Item pro copia. Ut, *ſylvam & materiam argumentationum exponere.*

Materiarius, a, um, quod circa materiam aliquam verſatur & tractat. Ut, *materiarius faber* pro lignario, Tømmer mand. *Fabrica materiaria* pro lignaria, Tømmer mandz verck eller verckſted/ Snecker verckſted. Et abſolutè *materiarius*, qui materiam ligneam ad ædificia ſuppeditat, vel materiam tractat, Tømmer handler/ Tømmer fører eller Tømmer mand.

Materior, aris, d. p. Cæſ. de militibus dicitur cum materiam cædunt ad conficiendum vallum, Skover.

Materiatus, a, um, quod ex materia confectum eſt. Ut, *ædes malè materiatæ*, Huſe bygt aff ont tømmer.

Materiatio, onis, & materiatura, æ, f. pr. actus, quo materia cæditur ad ædificandum, vel tractatur, Skouning/ feldning/ tømmer handel.

Mateola, f. p. quaſi materiola, pro ligneo fuſte, quo aliquid adigi poteſt, liden handfylle eller andet ſaadant: *Taleam maleolo aut mateolo adigo.*

MATERTERA, æ, f. pr. quaſi mater altera, matris ſcilicet ſoror, Moderſyſter.

Abmatertera, Juriſconſ. ſoror abaviæ.

MATERIS, ris, f. t. uſu & nomine Gallicum telum & haſta militaris. Ut, *Galli materibus, Sveví lanceis configunt.*

MATTA, æ, Ovid. f. p. peregrinâ voce vel eadem origine cum mataxa pro funiculo ſcirpeo. teges eſt ex ſcirpo, junco, palma aut ſimili, matte.

MATULA, f. pr. corr. initio idem erat quod aqualis, h. e. vas quoddam aquarium à voce μάκλρα, i. e. vas in quo corpus abluitur, ut ità matula fuerit anguſtior quædam maſtra ad varios uſus. Inde mutata forma dicta eſt matula, vas anguſtiore ore, in quod mares urinam reddebant, Piſſe pott/ Sengebecken. Et translatè, homo fœtidus & impurus. Ut, *ego te matulam eſſe credo: pro matula me habet.*

Matella, idem.

Matellio, onis, f. t. vaſis genus ad hauriendam aquam Vandkruck.

MATURUS, a, um, rior, riſſimus, & Tacito maturrimus, pr. prod. de fructu dicitur, qui jam ad perfectionem concoctionis venit, ſed juſto tempore à voce manè, h. e. matutino tempore, ut ſerotinum à ſero, moed: *Poma matura: ficus matura.* Et tropicè idem quod perfectum. Ut, *maturum tempus*, fuldkommen tet oc fuld tiid. Sic *matura ætas*, pro ſenili. Et *matura ſenectus*, fuldkommen alder. *Homo maturus ævi. Virgo matura viro*, fuldvoxen til mand. *Mors matura*, i. e. naturalis, quaſi cui à natura tempus. Item *maturum malum*, fuldkommet onde. *Maturum judicium*, fuldkommen forſtandt. Aliter maturus à μάσσω mando, quod matura eſui apta.

Maturè, rius, riſſimè, & maturrimè, modo maturo & quidem de maturitate temporis, I tiide/ i rette tiid/

fuldkommen tiid. *Maturè facto opus eſt. maturè pecuniam quæſivit: maturè eſurit, niſi maturè parſit.*

Maturitas, tis, f. t. rei maturæ affectio & ratio, moedhed: *frugum maturitas.* Et tropicè, *maturitas orationis, ſceleris ætatis, virtutis*, i. e. perfectio. Item de tempore maturo, fuld tiid. *Maturitas nondum eſt inducendi ſenatus conſultum.*

Matureſco, is, n. t. maturus fio, tum propriè, tum translatè, moedis/fuld voxer: *fruges matureſcunt: Apoſtema matureſcit: homo matureſcit.*

Maturo, as, act. pr. quaſi maturum facio: Et translatâ ſignificatione, perficio, fuldferdiger. *Maturat inceptum opus.* Item ex adjuncto, non tardè ſed in tempore ago, ſkynder mig i tiide: *Antonius maturat perſequi Catilinam.* Et cum caſu, *maturare fugam, abitum: maturare multa, quæ aliàs erant impedita.* Item *maturare alicui mortem* pro accelerare, ſkynde/ haſte med en til døde. Item *maturare iram*, pro mitigare & linere, ut ſunt fructus maturi mitiores.

Maturatus, a, um, maturus factus. Ut, *maturata dulceſcunt. Negotium maturatum*, fuldgiort oc i rette tiide. *Maturata concoctio*, i. e. perfecta. Et abſolutè: *maturato opus eſt*, pro maturitate, at haſte oc ſkynde.

Compoſita.

Ematureſco, is, n. t. maturus fio. Et translatè *ematureſcit ira*, den kommer til ſit fulde maal/ verder fuldkommen effter mand lenge haffuer ſancket til.

Immaturus, a, um, q. non maturus: dicturq; propriè de fructibus, & frugibus eum ante tempus colliguntur, vnmord/for tiiden/for tiilig. Inde translatè ad alia, pro eo quod ſit ante tempus, forttiligen / vntiidig/ i vntiid. *Conſilium immaturum: amor immaturus: mors immatura.*

Immaturitas, atis, f. t. immaturi habitus, affectio & ratio, vntiidighed. *Immaturitas nuptiarum* quæ ante tempus parantur. Immaturitas ſponſarum, quæ nondum conjugio aptæ ſunt, vnmoedhed.

Permatureſco, is, prorſus maturus fio. Ut, *permaturuerunt poma.*

Præmaturus, a, um, antè juſtum tempus maturus, fortiilig moed: *fructus præmaturus.* Et translatè, *præmatura ſenectus, mors*, quæ obveniunt ante juſtam ætatem.

Præmaturè. Ut, *præmaturè vita careo*, i. e. mortuus ante tempus.

MEDEOR, eris, dep. f. pr. corr. extrema vitiorum & morborum ad medium reduco, à voce Medium: propriè tamen de morbis, translatè de vitiis & aliis, Læger el/ler før noget i rette lave: *medetur capiti: medetur vulneribus: medetur ægris: medetur incommodis hominum: medetur Reipub. & religioni.* Et cum Accuſativo: *has, cum res adverſæ ſint, minus mederi poſſit.* Item Plinio *mederi contra ſerpentium ictus*, pro remedium afferre. Item impersonaliter: *ex eo medetur oris ulceribus* & Gerundialiter *ægreſcit medendo*, i. e. dum ei medetur.

Medebilis, le, om. t. antiquè cui mederi poſſumus.

Medela, læ, f. p. idem quod medicina. ἄδηλον.

Medicus, m. f. qui artem medendi novit, Læge. Et adjectivè, medicus, a, um, quod eſt medici. Ut, *manus medica: opis medica.*

Medicina, f. p. medici ars, Legekonſt. Item res ipſa quæ medetur, Legedom. *Hippocrates vetat adhibere medicinam.* Et translatè *medicina doloris*, quæ

medetur dolori: *medicina temporis*, quam affert tempus. Et absolutè & pluraliter, *medicinæ*, medicorum tabernæ, ubi pharmaca venduntur, Apoteck.

Medicinalis, le, om. t. quod ad medicinam pertinet. Ut, *herba medicinalis*, Lægorte. *Cucurbita medicinalis*, Koppe. *Digitus medicinalis*, Lægfinger/ proximus scilicet minimo.

Medico, as, act. p. idem quod medeor: & potissimum translatè, oblino aliquid & intingo contra futurum vitium. Ut, *medicare semina*: *medicare capillos*, beſtryge oc beſmøre en med noget/ forvare noget. Et passivè, *ficus maturitatis causa medicatur*.

Medicatio, onis, medicandi actus.

Medicor, aris, d. p. idem quod medeor & medicinam affero. Ut *medicari senibus anhelis*. *Medicari cuspidis ictum*, q. contra ictum medicinam afferre. Sic *medicari valetudinem, metum*.

Medicatus, a, um, quod medicavimus. Ut, *medicatæ fruges*: *medicatæ segetes & herbæ apum*: *medicatæ ficus*: *medicata pocula*: *medicatus sapor, odor*. Et, *vina suffitione medicata*.

Medicabilis, le, om. t. quod medicari potest, Lægelig: *amor nullis herbis medicabilis*. *læsa pudicitia nulla medicabilis arte*. Item medicabilis Colum. quod medicinam affert. Ut, *succus medicabilis*.

Medicamen, is, n. t. quo medicamus & medemur. Ut, *fœcunditas medicamine inficitur*, paaſtrygelſe. *Medicamen doloris*, quo dolor minuitur. Item translatè ad colores: medicamen, quo inficimus & colore tingimus, farve oc farving: *medicamina lanarum*. Hinc medicamen pro succo purpuræ.

Medicamentum, n. s. quo hominibus cæterisq; animalibus medicamur, Lægdom. *Medicamentum ad aquam inter cutem*. Et traoslatè venenum & quicquid rei affectum alicujus invertit: unde *medicamenta amatoria*, Gillelock: *medicamenta soporaria*, søffne pryn.

Medicamentarius, rii, m. s. qui medicamenta conficit, Apotecker. Item *medicamentaria*, in gen. fœm. pro arte ipsa conficiendi medicamenta, Apoteckeri.

Medicamentosus, a, um, Caton. quod remedium affert & medicamenti vice est. Ut, *brassica medicamentosa*: *omnium hæc est medicamentosior*.

Composita.

Immedicabilis, le, om. t. quod medicaminibus sanari non potest, wlegelig: *Vulnus immedicabile*. *telum immedicabile*, cujus vulnus sanari non potest. Sic, *malum immedicabile*.

Præmedicatus, a, um, Ovid. quod incantatione aut medicatione præmunitum est, ſom haffuer Suerd/ breff paa ſig.

Remedium, dii, n. s. quod medendi causa adhibetur & q. quo medium restituitur, Lægedom: *remedia vulneribus adhibentur*. Et *remedia Reipubl*. *Remedia saluti tuæ adhibenda*.

Irremedicabilis, le, om. t. cui remedium afferri non potest, wlegeligt. *Venenum irremedicabile*.

MEDITOR, aris, d. p. pr. corr. animo & cura quadam singulari versо, à μελετάω ejusdem significationis, betencker / offuer vejer / pynſer paa noget: *meditor quomodo illi respondeam*. *hoc ego meditor*: *ad hoc & de hoc meditor*: *meditor illi dolum, insidias*, tencker paa at forraſke oc fange hannem. Item exerceo, øffuer. *Meditor me ad cursum, ad prælium*.

Meditatio, onis, meditandi actus, betenckelſe. *Meditatio futuri mali*. Item exercitatio. Ut, *multa meditatione hoc assequutus est*.

Meditamentum, n. s. Tacit. idem quod meditatio & exercitatio. Ut, *meditamentis belli militem firmabat*.

Meditatus, a, um, activè qui meditabatur. Ut, *meditatus venit*, betenckt. Et passivè, quod meditati sumus. Ut, *omnia incommoda mihi sunt meditata*.

Meditatè, modo meditato. Ut, *meditatè rem tenes*, q. d. ex meditatione aliqua certò tenes, vedt til viſſe.

Meditativum, verbum Grammaticis, quod q. sensum aliquem meditandi habet, ut esurio: aliàs dictum Desiderativum.

Composita.

Commeditor, idem quod simplex meditor. Ut *commeditari locos ad dicendum sumptos*. Et Lucret. *commeditari fragiles sonitus chartarum*, est exercere, facere, reddere, ſidder oc giør/ tager ſig til.

Præmeditor, aris, ante vel priusquam aliquid sit vel fiat meditor, betencker tilforn/ før. *Sapientis est præmeditari quicquid homini accidere potest*.

Præmeditatio, onis, præmeditandi actus.

Præmeditatus, a, um, passivè. Ut, *præmeditatus venit*, kommer betenckt tilforn.

MEDIMNUM, n. s. μέδιμνος, mensuræ aridorum genus, senos capiens modios, ſaa ſtor ſom 96 potter/ oc hart ad tynde ſtor. Lucil. autem utitur masc. medimnus.

MEDIUS, a, um, pr. corr. quod æqualiter distat ab extremis, vel quicquid inter extrema duo est, etiamsi non æqualiter distat ab utroq;, à μέσος ejusdem significat. mit/ mit i mellom. *Terra in medio mundo sita*: *mare medium locum terræ expetit*: *hic medius est & tertius inter illos*. *medium arripit hominem*, tager hannem mit paa/ om liſſuit. Sic, *mediam mulierem amplectitur*, favner hende mit om: tager i midien. Et translatè ad sententias & actiones: *homo medio ingenio*, qui æquè pacem & bellum, virtutem & vitia respectat, holder lige megit aff/ er lige ferdig til begge dele. *Homo medius*, qui neutri parti adhæret, sed æquè utriq; velit, Neutral/ holder lige ſaa megit med den ene ſom med den anden / eller holder huercken med den ene eller med den anden. *Medius belli & pacis*, qui æquè se ad utrunq; accommodat. *Medium responsum* pro dubio, q. quod neutri parti manifestò satisfecit, tuiffl/ ſomt. *Medio responso spem fefit interpretantibus ad voluntatem, cessurum esse patrum autoritati*. Sic, *vocare in medium*, i. e. in dubium. *Relinquere in medio*, est dubium relinquere. Item *media vocabula*, ſom kand forſtaais i tu mening/ ut valetudo, facinus. *Res mediæ* quæ sunt indifferentes, Græca voce adiaphoræ, ſom er huercken hiid eller diid / oc lige megit paa begge ſider. Item, Medium quod partibus commune est, vel usui, Tilgaffns oc beſte. *Consulere in medium*, *quærerere in medium*. *utilitates omnes conferre in medium*. Item notitiâ commune, vitterligt / kient oc aabenbare for alle. *Hoc in medio situm est, tabulæ in medio positæ*. *ponere sententias in medio philosophorum*, Sette i liuſit / forklare for alle. Sic *venire in medium*, komme for liuſit / komme her frem. *In medium profert*, paa banen. *Procedere in medium*.

Item

Item contrario eo ſenſu ex vi præpoſitionis; *pellere è medio*, driffuer aff platzen. *Recedere è medio*, gaa aff platzen/ vnddrage ſig aff vejen/ aff Aaſiun. *Medio ex hoſte recepti*, mit iblant fra alle/ fra Fiendene. Dicimus &, *medius excurrit*, ſkyder/ trenger ſig ind mit iblant. Ubi & ineſt aliqua importunitas. Item *in media morte tenetur*, mit i døden: vel etiam certa & manifeſta morte, den viſſe død. Item abſolutè medium, mit: *In medio cœli, in medio terræ, medium hominis*, midie.

Medianus, a, um, Vitr. quod eſt in medio. Ut *columnæ mediana* ad differentiam angularium.

Medietas, tis, f. t. Cicer. ſed dictio parum probata, pro media pars ſeu medium.

Mediocris, cre, om. t. quod medium tenet ſub ratione quantitatis, maadeligt/ paſſeligt/ temmeligt. *Mediocre malum*: *mediocre ingenium*: *mediocris prudentia, artes, res mediocres, orator in dicendo mediocris.* Sic *mediocris lapis*, Kieblingſteen. *Mediocris homo*, ratione ſtatutæ, Kieblingskarl: nec parvus nec magnus. Aliter compoſita habetur dictio ab medius & ocris, unde *mediocres Dii* qui medium ocris, i. e. ſummitatis occupant.

Mediocriculus, Feſt. ex oratione Catonis in conſulatu: aliquantum mediocris. Ut, *mediocriculus exercitus.*

Mediocriter, modo mediocri, madeligen/ paſſeligen/ temmeligen. *Corpus mediocriter ægrum*: *mediocriter doctus, mediocriter injurias fert*, 3 nøgen made.

Mediocritas, tis, f. t. rei mediocris affectus, & qualitas, quâ modum tenet, nec à medio diſcedit, madelighed/ mit imellom. *Mediocritas ingenii*: *mediocritas actionum*: *virtus in mediocritate conſiſtit.*

Medioxumus & Medioximus, a, um, & antiquius, mediotumus, pro eo, quod numero medio eſt, mit mellom nogle. *Medioxumi Dii*, qui erant medii ſeu mediæ poteſtatis & conditionis inter cœleſtes & terreſtres. *Uxor medioxima*, quæ inter primam & tertiam ducta eſt.

Mediaſtinus, m. ſ. ſervus qui abjectiſſima quæq; domus munia obit, & quaſi mediis in ædibus ad obſequia paratus: ſeu qui medius eſt ſervus inter ſummos, ut atrienſes & diſputatores, & imos, ut compeditos & notæ extremæ, Syßel dreng eller knect: huer mands dreng i huſit/ der feier/ ber vand/ giør Ild oc ander ſaadant/ ſlør. Item mediaſtinus Medicis, eſt panniculus geminus dividens pectus per medium, ſecundum longitudinem in partem dextram & ſiniſtram. Aliter mediaſtinus, hybrida habetur vox, ex latino medium, & ἄστυ urbs, civitas q. viliſſimum in urbe mancipium.

Mediator, oris, m. t. Apulejo, qui ſe medium partibus præbet, & conciliator eſt in contractibus, Megler. Aliàs conciliator, arbiter ſeu ſequeſter.

Medulla, æ, f. pr. pingue oſſium media replens, marm/ marre. *Medulla oſſis*, marre i bæn. *Medulla arboris*, marre i træ. *Medulla panis*, det blode i brødet inden ſkorpen oc ringen. *Medulla ovi*, blomme i Egget. Et translatè animus, ſind oc hiertelav. *In medullis hæret patri*: *medullis inſidet malum. Medullas Sbada Marcus Cethegus*, i. e. vis intima.

Medullitus, adverb. ſignificans ex ipſis medullis vel usq; ad medullas, indtil margen/ eller ret inden marg. Et translatè intimè, Inderligen: *Medullitus me amat.*

Compoſita.

Dimidius, a, um, q. per medium diviſus: notatq; alteram diviſi partem, det ſom er halfft/ halffdelen. *Dimidium quàm totum tibi credere malo*: *pars eſt dimidia*: Et *dimidium noctis*, den halffue Nat. Sic *dimidia Luna.*

Dimidiatus, a, um, Idem quod dimidius, ſed parti continuus & inſeparatus, halff deel. *Scyphus dimidiatus*, qui ex æquo mihi & tibi communis eſt. Inde *dimidiatus annus, menſis.* Et *dimidiata hora*, halff time. *Dimidiatus cibum appetit*, i. e. dimidiato corpore procumbens in menſam, Liggendis halff offuer bordet.

Dimidiatim, Adverb. ut *dimidiatim appetunt*, h. e. dimidiam partem.

Emedullo, ás, act. pr. medullam extraho. Ut, *emedullare medicem.* Et translatè declaro. Ut, *narra nobis rem omnem atq; emedulla.*

Intermedius, a, um, q. medius inter alia, mit imellom. *Columna intermedia*, mellom ſtøtte.

MEL, mellis, n. t. μέλι, cibus, quem ſibi parant æſtate apes, Honning. Et translatè, quicquid ſuaviſſimum eſt, ſive id cibus ſit, ſive amor, ſive aliud, quod nos ſuavitate ſua afficit.

Melliculum, ſive melculum, n. ſ. exiguum mel. Et translatè blandientis eſt. Ut, *meum corculum, melliculum, herculum*, hiertens sød/ sød lille.

Mellarius, a, um, quod ad mel pertinet. Ut, *vaſa mellaria*, Honningkar/ ſom kuber oc andet ſaadant. *Fur mellarius*, Honning tiuff. Et abſolutè *mellarius*, m. qui mellis opus exercet, ſom omgaaes med honning/ honning kremmer. Item *mellarium*, n. ſ. in quo apes mella reponunt, bikube. Item *mellaria*, f. pr. pro cella mellaria.

Mellatio, nis, Plin. mellis vindemia, cum mel eximitur, Honning høſt.

Melleus, a, um, quod ex melle eſt, vel mellis dulcedinem refert. Ut, *ſapor melleus*, honning sød. Et translatè *vox mellea*, pro ſuavi & auditu jucunda, ſød tale.

Melligo, nis, f. t. ſuccus è lacrymis arborum & florum, quem apes devorant, & ad alveos regreſſæ evomunt, operamq; componunt.

Mellilus, a, um, diminutivè. Et translatâ ſignificatione ſuaviſſimus. Ut, *mea vita, mea mellila, mea feſtivitas*: ubi tamen mellila exponitur etiam plurale eſſe, & diminutivè pro mella q. mea mella, ſeu mellula, i. e. meæ deliciæ. Aliter legitur mellilla diminutivè à mellina potione.

Mellinus, color à melle.

Mellina, næ, f. pr. potio ex melle & aqua, Miød. Item lagena, in qua ſervabatur mellina potio: in qua ſignificatione etiam legitur Melina.

Mellinum, Plaut. genus veſtis mellei coloris. ſed ſuſpecta eſt lectio. Niſi melinum, q. Ovinum ex pelle Ovina à μῆλον Ovis. Exponitur & Melinum, auripigmentum & fuci genus colore candido.

Mellitus, a, um, quod melle conditum eſt, Honning ſtrogen/ eller indſyltet med honning: *Placenta mellita*: *fabi melliti.* Et translatè, ſuavis, jucundus, ſød/ lyſtig. *Puer mellitus. Cicero mellitus. oculi melliti*, quibus ſuaviter afficimur.

Mellitulus, a, um, aliquantum mellitus. Ut, *corpuſculum mellitulum.*

Compoſita.

Hydromeli, Græca imitatione, ὑδρόμελι, aqua eſt mulſa, Miød.

MELES, & melis, f. t. animalis genus mellis avidiſſimi, unde & à melle deducitur, Greffuinge / brock.

Melinus, a, um, quod eſt melis. Ut, *melina pellis*. Et abſolutè, melina, i. e. ſaccùlus ex pelle melina. Item genus tibiæ acutiſſimi ſoni. Exponitur & veſtimenti genus ſcenicum, à Melo inſula, quo utebantur peregrè venientes, eratq; coloris medii inter candidum & fuſcum : ut etiam ſapiat aliquid de mellino colore.

MEMBRUM, bri, n. ſ. Silio, propriè caro cum cute oſſa tegens, q. menibrum, à μηνὸν pro μανὸν rarum, molle, laxum, & quod coire poteſt, ut opponatur ſoliditati oſſium, hud oc kiød: *Conſumptis membris, oſſa deformia apparent*. Inde pars corporis quæcunq;. Ut, *pes, manus, auris*. Et translatè, quarumcunq; rerum pars, ſtycke. *Membrum orationis: membrum domus, templi, &c.*

Membrana, f. p. interior & tenerrima membri cuticula : Et generaliter quævis tenuior corporis pellicula, hinde/ tynd hud. *Oculi veſtiuntur tenuiſſimis membranis*. Inde translatè ad arbores : inter corticem & lignum tenues tunicas multiplici membrana. Item membrana, pellis quorundam animalium detracta & ad ſcribendi uſum concinnata. Pergamenſium inventum, unde & vulgo pergamena ſeu charta pergamena dicitur, Pergament.

Membranula, f. p. membrana exigua ſeu tenuior, tynd hinde.

Membranulum, n. ſ. Apulejo idem.

Membranaceus, a, um, Plin. quod ſimilitudinem membranæ habet. Ut, *cortex membranaceus. Alæ veſpertilionis membranaceæ*.

Membraneus, a, um, Ulp. quod ex membranis eſt. Ut *codex membraneus*, Pergement Bog.

Compoſita.

Bimembris, Virgil. om. t. quod eſt duorum membrorum, h. e. partium, diverſorum generum, quales fingũtur Centaurus, Minotaurus, Scylla, &c.

Quadrimembris, bre, om. t. quatuor habens membra & partes, ἄδηλον.

MEMINI, ſti, pr. corr. perfectum præſentis & præteriti vim obtinens ſignificat in mente habeo, vel habui, ſeu in mentem revoco, à μέμνημαι ejusdem ſignificationis : vel à μνήμων mens q. à μνάω meno, kommer ihu / huſer / huogſer. *Meminerunt omnia amantes: mei meminiſtis*. Item verbo & quaſi obiter loquor de aliquo, tal om noget. *Hujus rei meminit Poëta : de his meminerunt multi*.

Mentio, onis, f. t. Ipſe actus, quo alicujus ſeu de aliquo meminimus & obiter loquimur, tale. *Mentio hujus rei*, quæ fit de hac re.

Memor, ris, om. t. qui meminit, ſom kommer ihu : *memor promiſſi*. Item de rebus dicitur, quarum meminimus, det mand kommer ihu/ wforglemmeligt. *Vox memor, nota memor, cura memor, ira memor*.

Memoriter, modo memori, ex memoria & ſine ſcripto, hukommeligen / aff hukommelſe vden adt. *Memoriter narravit, reſpondit, meminit*.

Memoria, f. p. memoris affectus & virtus, ſeu vis animi, quâ mente & animo retinemus res, hukommelſe. Item ipſe actus. Item aliquando, idem quod recordatio. Ut *memoriam ſui poſteris commendabit*. Item monumentum. Ut, *hoc ſatis ad memoriam crudelitatis*. Item fama, nomen. Ut, *virorum fortium memoria honore Deorum immortalium conſecrata*. Ponitur & pro antiquitate. Ut, *humanitatem noſtram memoriâ firmavit*.

Memoriola, læ, parva memoria.

Memoro, as, act. pr. ex memoria recito, dico, loquor, forteller/ opregner. *Cauſam facti ſui memorat : memorat mihi nomen ſuum*. Et paſſivè, *nolo illud mihi memorarier*. Item, *incredibile hoc memoratu eſt*.

Memorabilis, le, om. t. memoriâ dignus, naffn vers dig oc berømmelig/ priſelig. *Duces memorabiles. Memorabile nomen, numen, virtus, facinus, &c*.

Memorator, oris, m. t. qui memorat. Ut, *tui caſus memorator Homerus*.

Memoratus, tus, m. quar. Gell. memorandi actus, ops regnelſe/ forteIlelſe. *Hæc res memoratu digna eſt*.

Compoſita.

Commemini, idem quod memini.

Commemoro, as, act. pr. memorando repeto, regner op. *Quid quoq; die dixerim, audierim, egerim, commemoro veſperi. Hoc nihil indignius aut iniquius commemorari poteſt*, fortellis.

Commemoratio, onis, commemorandi actus.

Commemorabilis, le, om. t. dignus, qui commemoretur. Ut, *pugna clara & commemorabilis*.

Comminiſcor, iſceris, dep. t. mente concipio, excogito, memoria agito, optencker/ dicter/ giør ſig tancker. *Multa comminiſcitur. nihil contra te comminiſcor*. Habetur autem comminiſcor, q. à meniſcor : eâ formâ à memini, quâ μεμνήσκω à μνημὴ vel μνάω. Dicitur q; tàm de iis quæ revera ſunt, quàm quæ non ſunt.

Commentus, a, um, part. paſs. apud Ovid. ut *commenta funera*, i. e. ficta, optenckt.

Commentus, a, um, part. activum, haffuer optenckt/ dictet. *Multa commentus Epicurus*.

Commenticius, a, um, fictum & ad tempus excogitatum, dictet. *Commenticia civitas*, quæ revera non eſt, ſed fingitur talis & talis eſſe.

Commentor, oris, qui aliquid comminiſcitur, ſive excogitat. Ut, *Bacchus dicitur uvæ commentor*, quia uſum vini excogitavit & demonſtravit, vel quia vites coluit.

Commentum, ti, n. ſ. res ficta & ingeniosè excogitata, dict/ tant/ optenckt/ ſnack oc tale.

Commentor, aris, idem quod comminiſcor, ſed cum frequentatione, tencker ſtedze paa / pynſer paa / haffuer 3deligen vdi tanck oc tale. *Idipſum mecum in his locis commentor*. Item comminiſcendo fingo, optencker/ dicter. *Citò hoc commentatus eſt*. Item breviter & ſuccinctè, nec non raptim & ſine ordine aliquid, & memoriæ cauſa conſcribo annotoq;, ſkriffuer forteligen ſammen : *Hoc commentati ſumus*, i. e. conſcripſimus. Et Plaut. translatè activa terminatione : *commentare alicui ora* pro contundere, pugnis cædere, & quaſi notis conſcribere.

Commentatus, a, um, part. act. ut *in villa commentatus eſt*. Et paſſ. *commentata oratio*.

Commentatio, onis, commentandi actus : unde *commentatio mortis*, i. e. meditatio.

Commentarienſis, apud Juriſc. præfectus carceris, & qui carceratorum nomina in commentarios refert, Stockmeſter/ blodſkriffuere. Item cujus manu acta ſubnotantur, quotiès apud fiſcum agebatur, Notarius.

Commentarius, m. ſ. liber, in quo rerum & negotiorum capita ad ſubſidium memoriæ notantur, Memorial eller vdkaſt paa nogen handel / en kort beſkriffuelſe/ Tegnebog. Ponitur & pro eo, qui commentarios conſcribit.

Commentarium, n. ſ. idem.

Commentariolum, n. ſ. parvum commentarium.

Deme-

Dememini, Mart. non memini, obliviſcor. Ut, *ipſe jubet mortis Dememiniſce Deus*, icke tencke paa eller ihukomme. Sed alii legunt hîc te meminiſſe.

Immemor, oris, om. t. qui non meminit, glemmende. *Homo beneficii, mandati immemor.* Et *immemor ingenium.* Item paſs. *immemor beneficium*, cujus nemo meminerit, forglemmelig velgierning.

Immemorabilis, le, om. t. quod commemorari non poteſt vel debet, wſigeligen eller ſom icke bør at ſiges oc fortellis. *Spurciditi verſus immemorabiles. ſpatium immemorabile* pro maximo, wſigelig ſtort eller megit.

Immemoratus, a, um, quod commemoratum non eſt, womalt/wſagt tilforn: *Homo hic immemorata fert.*

Recommiſcor, Plaut. idem quod commiſcor.

Reminiſcor, eris, dep. t. iterum rem in mentem voco, kommer ihu/ tencker paa / mindis det jeg haſſuer viſt engang tilforn. *Reminiſcitur priſtinæ virtutis: ea reminiſcere, quæ digna tua perſonâ ſunt.*

Reminiſcentia, æ, f. p. reminiſcendi actus.

MENDUM, n. ſ. Cic. vitium aliquid levius in ſcripto à voce minus ſeu μινύθω, deficio, tabeſco q. ubi aliquid deeſt vel res deficit. Ut, *mendum ſcripturæ*, vildelſe.

Menda, æ, f. p. Ovid. idem: dicituriq; potiſſimum de vitio corporis, meen/ſkavanck: *Nocte latent mendæ, vitioq; ignoſcitur omni: in toto nuſquam corpore menda fuit.*

Mendoſus, a, um, mendis & erroribus plenum. Ut, *liber mendoſus, hiſtoria mendoſa.* Sic *mendoſi mores, mendoſa natura*, fuldt aff breck oc forſeelſe.

Mendoſè, modo mendoſo, vrangeligen. *Multa mendoſè & mendoſiſſimè ſcribuntur.*

Compoſita.

Emendo, as, q. à mendis purgo, forbedrer/retter/tager vildelſer oc huad forſeet er bort. *Librum emendat: Civitas emendatur à vitiis.*

Emendatio, onis, actus quo aliquid emendatur, forbedrelſe/ rettelſe: *morum emendatio.*

Emendator, oris, m. & emendatrix, f. t. qui vel quæ emendat. Ut, *Lex vitiorum eſt emendatrix: vir emendator civitatis.*

Emendatus, a, um, quod emendavimus, forbedret oc rettet: *mores emendati.*

Emendatè, adverb. modo emendato & ſine mendis, ret oc vel/ vden vildelſe. *Emendatè loquitur.*

Inemendabilis, le, quod emendari non poteſt, wretteli g. *Pravitas inemendabilis.*

MENDICUS, a, um, & ſuperlat. mendiciſſimus: qui ſtipem togat & corrogat, ſic dictus vel à menda & vitio corporis ſeu quod ei aliquid deeſt: vel à mendo animi, quo ſæpius mentiuntur, Trygler / tyggere/ ſtader. Inde tropicè, idem quod miſer, Elendig. *Sapiens mendiciſſimus dives eſt.* Item imbecillus. Ut, *inſtrumentum hoc forenſe mendicum eſt.* Item mendicum in Feſto pro velum, quod in prora ponitur q. velum minus. Aliter mendicus immediatè à minus, quod minus habeat, quo vitam ſuſtentet. Item compoſitè à manus & dico, quia mos erat, inquit Iſidorus, os claudere egenum, & manum extendere, quaſi manu dicere.

Mendiculus, Deminut. ut *ruſtici mendiculi.*

Mendicitas, f. t. mendici affectio & ratio, Tyggen/ trygleri. Item ſimpliciter inopia & egeſtas, Armod/ fattigdom.

Mendicimonium, n. ſ. Laberio pro inopia.

Mendico, as, n. p. mendicus peto, trygler/ tygger. Et translatè *mendicas à me malum*, du tygger mig noget ont aff: i. e. importunitate tua impetras. Plautus etiam deponentaliter utitur, mendicor.

Mendicatus, a, um, quod mendicavimus, Tygget/ tryglet: *cibo mendicato paſcitur.*

Mendicabulum, n. ſ. idem eſt quod mendicus ſed quodam cum contemptu, ſtycke tryglere: *Hominum ſunt hi mendicabula.*

Mendicula, æ, f. pr. Plaut. veſtis mendicis conveniens: ſeu veſtis à voce Meddix, quæ magiſtratus nomen erat apud Oſeos.

Compoſita.

Emendico, cas, act. pr. more mendicantium peto ſeu mendicando impetro, tygger en noget aff / beder ſmaaligen om noget. *Pecuniam emendicavit Cæſar.*

Emendicatus, a, um, quod emendicavimus, vdtygget/ſmaaligen om bedet: *Pecunia emendicata: emendicata ſuffragia: emendicati honores*, ſom mand kommer til formedelſt ſtoor byncken oc beden.

MENIA, æ, f. p. columna fuit Romæ ad quam ſervi fugitivi & fures alligabantur & cædebantur, à Menio quodam, qui eam erexit, ſic appellata, Kag.

Menianum, n. ſ. genus ædificii porrectis tignis ultra columnas ſeu parietes ædium, ſic ut nuſquam extra conquieſcant aut nitantur, eodem Menio inventore, ut inde gladiatores ſpectaret ipſe & ſui poſteri, bygning ſom hænger offuer/er ſaa bygt at det er breder vd offuer til end neden til/ vdheng/ oc ſaa ſom kag oc ſteile.

Submœnianæ meretrices, quæ ſub iſto genere ædificii proſtant.

MENS, tis, f. t. vis animæ, quâ diſudicamus, ratione indagamus & dirigimus, à μηνύω indico, ſignifico, vel ſimpliciter à μὴν & animus, mens, Vid oc fornufft. *Suæ mentis eſt*, er ved ſit vid oc forſtand / ved ſinder. Sic *mens animi vigilat.* Accipitur inde pro variis virtutibus & effectibus mentis, ut pro animo, ſind: *Animus humanus ex mente Divina ſumptus eſt.* Pro voluntate & ſcientia, mening oc vilie: *hac mente diu fui*, lenge ved dette ſind/vilie oc mening. Pro conſilio, raadt *Noſtram nunc accipe mentem.* Aliter ejusdem Originis habetur cum memini, quia memoria eſt divinum mentis argumentum.

Mentula, læ, fictum deminutivum à mente.

Mentior, tiris, d. Quart. mente, fingo, quod non eſt, ſeu quod extra mentis conceptum in natura non eſt, Liuffuer/ſiger icke ſant: *mentiri non eſt meum.* Unde, *mentiri alicui: mentiri in aliquem*, & *adverſus aliquem*: & *mentiri de aliquo.* Item tropicè cum caſu idem quod ſimulo, fingo, liuffuer ſig noget til: *mentitur ſexum: mentitur colorem: mangones colorem fuco & ſagina rebus mentiuntur.* Sic *ſpem mentita ſeges*, gaff falſk forhobning.

Mendax, cis, ior, ciſſimus, om. t. qui mentiri frequenter ſolet, q. mentax, Løgnere/ fuld aff løgen: *Homo eſt mendax: fui mihi mendax*, i. e. falſo mihi mentitus ſum, & perſvaſi, løſe for mig. *Mendax hujus rei eſt*, i. e. de de hac re mentitur.

Mendaciter, modo mendaci, løgnactigen.

Mendacium, cii, n. ſ. mendacis vitium, løgn.

Mendaciunculum, parvum mendacium.

Compoſita.

Amens, om. t. mente motus, affſindig/ fra vidét: *Homo amens & conſilio præceps ac debius.*

Amentia, æ, f. p. amentis affectus, galſkab/affſindighed. *Mens ſana conſligit cum amentia.*

Demens,

Demens, tis, om. t. q. ſine mente, & qui eſt mota mente, galen / affſindig.

Dementia, f. p. Dementis vitium, affſindighed / gallſkab.

Dementer, modo dementi, affſindeligen / galende.

Dementio, is, n. qua. Lucret. demens ſum, vel dementer ago, er affſindig oc giør affſindeligen.

Demento, as, n. pr. idem. Ut *confitetur ſe dementare.* Et Eccleſ. activè, *Simon dementavit Samaritanos.*

Ementior, tiris, ementitus, idem quod mentior. Ut, *multa ementiti ſunt in eos, quos oderant.* Et, *ementitur vocem, manum, auctoritatem alicujus,* liuffiſer ſig til. Sic *ementiri alium,* giffue ſig vd for en anden: liuffue ſig en andens paße oc naffn til.

Ementitus, a, um, part. paſs, quod ementimur. Ut, *opinio ementita.*

Vehemens, ior, tiſſimus, om. t. quod vi & impetu mentis fertur à ve intendendi particula & mens. Ut, *homo vehemens,* qui agendo modum non ſervat, Iffrig / fyrrig / fuſendis / fuſende. *In meditando vehemens & incenſus fuit. Non eſt tibi ſatis vehemens cauſa ad objurgandum,* i. e. magna, gravis, victig oc ſtor. *Acri & vehementi incitatione inflammatur: vitis vehemens & multa materia frondens,* i. e. luxurians & exuberans. Sic *vehementiſſimæ materiæ,* i. e. luxuriantes & maximæ. Item vehemens, cum impetu ruens. Ut, *vehemens amnis.*

Vehementer, modo vehementi, fyrigen, Iffrigen / fuſende. *Vehementer agit, vehementer hoc volo,* i. e. admodum, ſtorligen.

Vehementia, æ, f. p. vehementis affectus & ratio, fuſen / fyrrighed / Iffrighed. Et translatè *vehementia odoris,* i. e. copia & acritas, ſkarphed.

MENSA, æ, f. p. tabula cibum ſumpturis ſtrata, quaſi Meſa, à Græco μέσος medius, quod ſit inter accumbentes media, Bord / Skiffue. Ponitur inde aliquando pro ipſis cibis ſeu ferculis, Mad paa Bord: Unde *menſæ ſecundæ & primæ.* Item pro diſco ſive quadra, ſive ea ex ſtanno, ligno aut pane in menſa ad comedendos cibos, Tallerken / brøſke / bricke. Unde cum adjectione *menſa panaria,* brødſke. Sic Virg. *menſas conſumimus.* Item menſa pro abaco numulariorum, Vexel bord: *pro poſitis menſis ſtipendia ſolvebantur.* Frequenter etiam menſa ponitur pro Ara. Aliter menſa q. admenſa, ut propriè ſignificet portionem cibi cuilibet datam, ut noſtrum, Skiffue / Skiffuebrød.

Menſula, f, p. parva menſa.

Menſularius, Juriſc. idem qui menſarius.

Menſarius, m. ſ. qui menſis numulariis præeſt, Græca voce Trapezita & Collybiſta, Vexelmeſter. Et adjectivè, *Batillus menſarius,* quo injectis prunis utimur ad excalefaciendum cibum, Fyrfad.

MENSIS, m. t. ſpatium temporis, quo Luna integrum ſuum curſum abſolvit, à μήνη Luna, Maanet. Inde pluraliter menſes pro menſtruis muliebribus, quæ fiunt menſium ratione.

Menſtruus, a, um, quod ad menſem durat, & ſingulis menſibus fit. Ut *menſtruum ſpatium,* Maanets tiid. *Menſtruus conſul,* Maanets Borgemeſter. *Opus menſtruum,* en Maanets Arbeid. *Menſtrua cibaria,* Maanets Mad oc Fetalle. Et abſolutè *menſtruum* pro cibario in menſem, Maanets Koſt. Item pro ſtipendio in menſem, Maanets Sold. Item pro pro-

fluvio mulierum, quod in menſes fit, Quinders Maanets ſiuge.

Menſtruatus, a, um, quod menſtruum patitur. Ut, *mulier menſtruata.*

Menſtrualis, le, om. t. idem. Ut, *menſtruales epulæ,* quæ in unum menſem ſunt. *Mulier menſtrualis,* quæ menſtrua patitur. Sic, *animal menſtruale,* mulier.

Menſurnus, a, um, Cic. idem quod menſtruus. Ut, *ſpatium menſurnum.*

Compoſita.

Bimenſis, Liv. idem quod bimeſtris.

Bimeſtris, ſtre, om. t. Cic. quod eſt duorum menſium. Ut, *bimeſtris conſulatus, bimeſtris porcus.*

Intermenſtruus, a, um, quod eſt inter menſes. Ut, *Luna intermenſtrua,* quæ eſt inter veterem menſem & novum, nova Luna nondum conſpecta, vtendt Vly / aller ſiſt i Vlæ ocaller først i Vly. Et abſolutè, *intermenſtruum* pro eodem.

Intermeſtris, ſtre, om. t. idem. Ut *Luna intermeſtris.*

Quadrimeſtris, e, conſulatus Svet. quatuor menſium.

Quinquemeſtris, ſtre, om. t. quod eſt quinq; menſium. Ut, *pulli quinquemeſtres.*

Semeſtris, e, om. t. quod eſt ſex menſium, Sex Mos net gammel eller varende: *Semeſtris tribunatus, ſemeſtre regnum.*

Seſquimeſtris, unus menſis cum ſui dimidiata parte.

Trimeſtris, e, om. t. trium menſium. Ut, *ſpatium trimeſtre,* tre Maaneds rum oc tid. *Trimeſtre triticum,* ſommer huede.

MENTA, ſeu mentha, æ, f. p. herba à Græco μίνθη ejusdem ſignificationis, Mynte / Kruſemynte.

Mentaſtrum, n. ſ. ſylveſtris menta, Vild mynte.

Calamenta, vel, propius ad originem Græcam, calamintha, ſpecies mentæ, Katt ort / Buldrian.

MENTA, æ, f. p. membrum maris genitale obſcœna origine à Mentum propter motum aut prominentiam, hiemelig Lem paa Mandkiøn.

Mentula, f. p. idem.

Mentulatus, a, um, mentula inſignis. Ut *nullus eo mentulatior.*

MENTUM, n. ſ. inferioris maxillæ projectio extra capitis rotunditatem à μηνύω, ut vult Scaliger, indico & ſignifico; quia aliis occupati & gravati reſpondere, ſolemus iſto membro innuere & ſignificare quod velimus, Hag: dicituq; non tantum de homine, ſed & de cæteris animalibus, bobus, hircis, &c. Aliter à μηνίω mando, propter motum inter mandendum. Item ab emineo, quod promineat. Item à moveo q. movimentum.

Mento, nis, m. t. cui juſto oblongius mentum eſt, Langhag.

Mentagra, æ, f. pr. Plin. morbus à mento incipiens, faciem, collum, pectus, manus fœdo quodam furfure occupans, ſed ſine pruritu, et ſlags ſkab paa folck vden klaae.

Mentigo, nis, f. t. genus morbi, quod pecudes invadere ſolet, eorum os & labra obſidens, Skab paa quægs mund oc hoffuet / ſaa ſom Faare pocker.

Compo-

Compoſita.

Admentum, & armentum ſive ammentum, pars in animalibus mento proxima.

Amen, inis, Arnob. concisè idem. Sed & hoc exponitur, placentægenus.

Submentum, ti, quaſi ſubamentum, admentum ſcilicet quod ſubeſt.

MEO, as, n. p. ultro citroq; eo à μάω, μαίω, geſtio, cupio, quæro, ſcrutor, ſcilicet à modo quærendi ſcrutandiq; cum deſiderio, per quævis loca variasq; ambages, gaar oc vandrer frit hen frem/ hid oc did/ haſſuer frit gang. *Nando meant piſces: volando meant aves: meant plauſtra: meat anima in diverſa membra.*

Meatus, us, m. q. meandi actus, gang. *Meatus avium: meatus ſyderum.* Item meatus pro tenuiſſimis cutis foraminibus, per quæ ſudor meat & emanat, Græcâ voce pori, Suedhuller.

Meabilis, le, om. t. quod facile per omnia meat & fluit. Ut, *aër meabilis*, haſſuer frit gang.

Compoſita.

Commeo, ex con & meo aliquo me confero, animo redeundi abeo, ultro citroq; eo, gaar hen oc kommer igien/ vandrer. *Libentius commeaturus eſt, ſi vexationem hîc non formidet: æquius eum ad carnificem commeare, quàm ad Venerem.*

Commeatus, tus, m. q. tempus quod datur eundi, manendi, redeundi, atq; præſcribitur alicui, frit paſs. Item commeatus, cibaria ſunt ad multitudinem aliquam alendam præſertim belli tempore, Proviant tilførels. Unde per appoſitionem *commeatus cibus.* Item commeatus, multitudo militum commeantium, Vandrings Krigsfolck.

Commeatius, miles, Juriſc. qui in ſtipendii partem accipit alimenta ex commeatu, i. e. ex publico alimento.

Commeto, as, apud Nævium pro commeo, h. e. aliquo me confero.

Demeo, as, n. p. Apulei: deorſum meo & penetro. Ut, *ſuis pedibus ad tartarum demeare cogitur.*

Demeaculum, Apulej. quo ad ſubterranea demeamus.

Immeo, as, n. p. quaſi in locum vel re aliqua meo. Ut, *Delphini Nilo immeantes*, gaar I/vancker.

Permeo, as, meo per aliquid, gaar oc kommer giennom: *literæ terram & maria permeant: animalis intelligentia per omnia pet meat.*

Prætermeo, præter aliquid meo, gaar frii/ frem for/ foroffuer/ forbi.

Remeo, eas, retro meo, kommer igien. *Remeat, victor ad patrios agros: gaudia non remeant, ſed fugitiva volant.*

Irremeabilis, le, om. t. unde remeare non potes, huor en bliffuer ſidden i/ oc kand ey komme fra igien. *Unda irremeabilis: error irremeabilis: viæ irremeabiles.*

Supermeo, as, ſuper aliquid meo. Plin.

Tranſmeo, as, n. p. trans aliquid meo, gaar offuer oc igiennom noget: *Zodiacum tranſmeat ſol: ad eum locum non tranſmeabat.*

Trama, mæ, f. pr. filum quod ſtamini ex tranſverſo intexitur: ſic dicta à trameo, & tranſmeo, quod trameat, i. e. tranſeat, iſlet. Et translatè trama figuræ pro extenuatiſſimo corporis habitu, umbram potius hominis quàm hominem præferente.

Trames, tis, m. t. ſemita tranſverſa & compendiaria à trita plauſtrorum via ſeparata & remota. Sic dictus

q. per cum tranſmeamus à tranſmeo, i.e. tranſeo, Tuerſti/ gienſti.

MERCOR, aris, catus, d. p. proprie emo, ut rurſus vendam lucri cauſa, à mereo vel merces, q. ut meream inde, ſeu mercedis lucri gratia, Kiøbſlaar. *Mercatur à mercatoribus, quod ſtatim vendat.* Inde ſimpliciter, emo. Ut, *agrum mercatus ſum grandi pecunia: hoc tibi mercatus ſum: mercatus ſum hoc de Lenone.*

Mercatus, a, um, paſs. quod mercati ſumus, Kiøbt. *Trulla mercata à matre familias.*

Mercatus, us, m. q. mercandi actus, Kiøb. *In mercatum abeunt.* Ponitur & interdum pro loco, ubi mercatores ſolenniter mercaturam exercent, Marcket. Et inde translatè *mercatus bonarum artium* pro ſchola & Academia.

Mercatio, Gell. mercandi actus.

Mercator, oris, m. t. qui mercatur, ut rurſus vendat, Kiøbmand/ Kremer.

Mercatura, æ, f. p. mercandi ſeu mercatoris exercitium, Kiøbmandz ſkab.

Merx, cis, f. t. res quam mercamur, Vare/ Kram. Et translatè *merx mala*, pro homine nihili.

Mercimonium, n. ſ. antiquè idem quod merx.

Compoſita.

Commercor, aris, multas res ſimul mercor, Kiøber megit tilhobe.

Commercium, cii, n. ſ. mercium commutatio, Byttery / bytten/ Kiøb oc ſall/ handel oc vandel/ Kiøbmandſkab. Item tropicè conſvetudo & communio uſus familiaris, Omgengelſe/ gemenſkab/ handel: *Quid tibi mecum eſt commercii?*

Præmercor, aris, prius emo, Kiøber for/ eller tilforn. *Virginem hanc ſumus gnato herili præmercati.*

Promercalis, le, om. t. Columel. & Svet. merx quam extra ſuum uſum vendibilem habet paterfamilias, huad en haſſuer aff ſin avel/ grøde oc indkom ar ſelge: *Promercale aurum, promercalis veſtis, promercales res, promercale frumentum.*

Promercium, n. ſ. Ulp. res eſt promercalis.

MERDA, æ, f. pr. Mart. ſtercus eſt humanum, & ut innuit Sipontinus, voce hybrida à μέρος pars & edo, q. pars cibi, quæ excernitur. Aliter ſimpliciter à μερίζομαι divido, ſeparo.

Merdo, as, act. pr. Sipontin. merdâ conſpurco.

Compoſita.

Permerdo, as, act. pr. Albin. merdis conſpurco. *Puer omnia permingit & permerdat.*

MERENDA, æ, f. pr. corr. antiquitùs idem erat quod prandium: ſic dicta à meridie, quòd eo tempore dabatur, Middags maaltid. Inde merenda, cibus qui declinanti die ſumitur, q. qui ære merentibus dabatur ad continuandam operam ad extremam veſperam, Middags mad.

MERGO, is, ſi, ſum, act. t. ſub aquam demitto, à voce mare, q. in mare aliquid ago, dycker. *Mergere lanam.* Item ſubmergo, ſyncker til bund: *mergere navem.* Et translatè, *malis mergitur*, ſyncker/ gaar tilgrunde i det onde.

Merſo, as, & antiquè merto, ſæpè mergo. Ut, *obis deducta ad mare merſatur.*

Mergeo,

Merges, itis, m. t. manipulus ſpicarum, à mergendo inquit Servius, Korn nærg/ kierffue. Item Plin. ferramentum quoddam demetendi ſpicas in ſegete rariore, vide merga.

Merga, æ, f. p. Columel. furca, quâ merges & manipulus frugum attollitur, Korn tiuffue. Feſto autem à mergo, ave, ſic dicitur ad cujus morem furca in ſegetem demergitur.

Mergus, gi, m. ſ. avis marina in mare toto corpore aſſiduè ſe demittens, ut eſcam capiat: à mergendo, quod ſe mergat, ſtrandmage/dycker. Aliter mergo à mergus ad cujus ſimilitudinem fit actio. Mergus autem à mare in quo vivit & agit.

Compoſita.

Demergo, act. t. idem quod mergo vel totum mergo druckner ſlet/ kommer i ſynck. *Obſcenam ponto demergite puppim.*

Demerſus, a, um, quod demerſimus, druckner/ ſuncker i vand. Et translatè, *demerſus ære alieno*, druckner i gieldt. Sic *animus quaſi demerſus in terram.*

Emergo, gis, emerſus q. in lucem redeo, giffuer mig op/ kommer op aff vandet. *Urinator emerſit. ſerpens ſe emergit*, giffuer ſig op. Et translatè, ex occulto loco in lucem prodeo, kommer til dagen. *Veritas ubi diu delituit, tandem emerſit.* Item *emerſit ex calamitate, & emerſit ſe ex malis.*

Emerſus, a, um, qui emerſit, opkommen: *Homo ex flumine emerſus, è cæno, ex tenebris.*

Immergo, is, ſi, ſum, aliquid in humorem mergo. Ut, *baſto immergite ponto*, i ſyncker/neder ſyncker. *Immergit panem aceto*, i dypper.

Immerſabilis, le, om. t. quod mergi non poteſt. Ut, *lignum immerſabile, buxus.* Et translatè *homo vel animus immerſabilis*, qui nullis rerum adverſarum fluctibus mergi poteſt, frimodig oc woffuervindelig/ ſom ſtaar faſt oc icke gaar til grunde eller fortuller. *Blanditiis is ſe penitùs in illius conſvetudinem immerſit*, ſlog ſig aldelis til/ q. dronede ſig i hans omgengelſe/ indgroſſ ſig.

Submergo, gis, ſub aquas mergo, vnder ſyncker: *Submergere navem, claſſem ponto.*

Submerſus, a, um, quod ſubmerſimus, vnderſuncket: *Naves ſubmerſæ. aquus ſubmerſus. penus jure ſubmerſum, non innatans, melius durat.*

Summergo, ſubtus mergo. Unde, *boraginibus ſummerſus eqvus non exiit.*

MEREO, es, rui, itum, n. ſ. & mereor, ris, ritus, d. ſ. pr. corr. præſtando operam, debitum reporto, à μείρω, divido, partior, quia partiuntur labores, partitur pretium, fortien / forſkylder noget. *Mereor gratiam, laudem, pœnam.* Et *de aliquo mereor benè vel malè: benè de te mereor: merere in ſe culpam: non merui de te verbis aut re*, Jeg haffuer icke fortient dette aff dig enten med ord eller gierning. Item abſolutè, mereo ſine caſu, idq; aut in bonam aut in malam partem, forſkylder enten ont eller got. Item in hac terminatione activa potiſſimum de re militari: *meretat ille ſub Cæſare*, tiente i Krig vnder Keiſer Julio. Et addito merendi inſtrumento: *meret equo, meret pedibus.* Item cum caſu: *meret ſtipendium*, tien for beſoldning. *ære merent parvo*, tien for liden beſolding.

Meritus, a, um, quod meruimus, forſkylt oc fortient: *Honores meriti. corona merita.* Et amiſſo tempore, meritus pro debito & juſto, ret oc tilbørligt. *Merita gratia, merita pœna.* Item *tuo merito hoc fecit*, effter ſom du haffuer forſkyldt. Et abſolutè meritum, quodvis factum quo meremus ſive gratiam & beneficium, ſive pœnam & iram. Ut, *hoc meum meritum eſt: meo nullo merito me accuſabit: meo hoc fecit merito: oblitus eſt meorum meritorum.* Sic Plauto, *meritiſſimum ejus*, pro maximum ejus meritum.

Merito, adverb. juxta meritum, pro merito, effter forſkylt/ ſom forſkylt er/ tilbørligen/ med rette. *Merito te amo, meritiſſimus amat.*

Merito, as, Plin. frequentativum: nec non Ciceroni, ſi vera ſit lectio.

Meritorius, a, um, quo meremus & quod quæſtus gratia locamus, Leiet hen for løn *Eqbus meritorius*, Leis heſt. *Rheda meritoria*, Leie Vogn. Sic *vehicula meritoria. Cœnacula meritoria, taberna meritoria*, Leis kammer/ boe. Et abſolutè pro eodem. *Meritorium*, Leiet bort. Item *puer meritorius*, qui enormi Veneri maſculis meret, Græca voce catamitus.

Meretrix, cis, f. t. mulier, quæ viris proſtituto corpore meret, Skøge oc Hore/pengs hore.

Meretricula, deminuti. quod deminuit modo actum, modo ſubſtantiam. Aliquando etiam blandientis eſt.

Meretricius, a, um, quod eſt meretricis, vel ad meretricem pertinet, ut, *amores & mores meretricii*, Skøge leffnet. *Ars meretricia*, Hore konſt. Sic *diſciplina meretricia. Domus meretricia*, Hore huß / Skøge huß. Et abſolutè *meretricium* pro arte meretricia.

Meretricè, adverb. in modum meretricis, Hore oc Skiøge viis: *Incedit meretricè.*

Meretricor, aris, d. p. artem meretriciam exerceo, giør Skiøge aff mig. *Thais meretricando magnam pecuniam demerebat.*

Merces, edis, f. t. quod merenti datur, Løn oc betalning. *Hæc laboris mei merces eſt.* Et translatè, *merces beneficii. merces erroris.* Ponitur & interdum pro expenſione, aff gifft. *Agri merces annua.*

Merceduia, f. p. parva merces.

Mercenarius, a, um, quod mercede conductum eſt, Leit for penge oc løn. *Teſtis mercenarius. Decretum mercenarium.* Et abſolutè, *mercenarius*, qui mercedis gratia operam & laborem alicui præſtat, Daglønner/ Leiefuend.

Compoſita.

Commereo, res, n. ſ. & commereor, eris, d. valdè mereor, veldeligen eller fuldeligen fortien. Accipitur q; in bonam, & in malam partem. Ut, *commereo gratiam alicujus: commereo mala pœnam.* Item *commereo culpam*, faaſkyld for noget.

Commeritus, a, um, Part. paſs. Ut, *commerita pœna, noxia*, forſkyldt ſtraff.

Demereo, rui, itum, n. ſ. idem quod mereor, Fortien. *Thais grandem demerebat pecuniam.* Item *demerere aliquem*, eſt bene de aliquo mereri, forſkylde got aff nogen/ bebinde nogen til ſig. *Plenore obſequio demerebor amantiſſimos mei.*

Demerendus, a, um, quo demerere debemus. Ut, *uxor amænitate demerenda*, bebindis/ holdis til/ til ſig lockis.

Emereo, rui, & emereor, dep. ſ. idem quod mereor, ſed eum merendo conſequor, fortien/forſkylder. *Honores emeruit, vel emeritus eſt.*

Emeritus, a, um, quod emeruit, haffuer vdtient. *Emeritus miles*, affdancket/ afflagt. *Emerita arma*, afflagt oc vdtient Vaaben. *Emeriti boves*, afflagde/ gamble

gamble ſtude. *Emeritum ſcortum: emeritus ſenex*, afflagt/fortrelt. Et paſſivè *emeritum ſtipendium: emeritum tempus*, quod confectum eſt, ſom haffuer faait ende / er forløben / naar beſoldingen gaar icke mere for ſig: cum ſcilicet militibus tempus omne, quod militiæ juraverunt tranſactum eſt.

Immerens, tis, om. t. qui nihil commeruit, wſkyldig. *Immerenti vita eripitur.*

Immerenter, adverb. wforſkylt / wſkyldeligen. *Mulier immerenter damnata.*

Immeritus, a. um, & ſuperl. immeritiſſimus, idem quod immerens.

Immeritò, & ſuperl. immeritiſſimè, pro modo immerito. Ut, *immeritò accuſor.*

Promereor, eris, d. ſ. beneficiis ſeu rè benè facta mereor, & q. valde mereor, forſkylder vel aff nogen. *Nunquam negabo quæ promeritus es.* Sic *promereri de aliquo*, eſt conferre in aliquem beneficium. Et in malam partem: *quid mali ex hac re ſum promeritus.* Ita *puniri promeritus*, rer vel forſkyldt.

Promereo, idem quod promereor & mereo. Ut, *dico quæ promeret.*

Promeritum, ti, n. ſ. promerentis ſtudium, vel forſkyldt.

MERUS, a, um, pr. correp. quod ſui unius generis eſt, purum & nullo alio admiſto à μέρος pars, q. ſeparatus & diſtinctus ab aliis, Idel/ Lutter. *Merum lac. Merum vinum*, & pro eodem, *merum*, Lutter Vin: quod ſcilicet opponitur diluto. *Merum mel*, i. e. ſine cera, ſkær honning. Sic *meri principes ex ludo Iſocratis: mera hæc Stoicorum ratio eſt: mera monſtra: meræ nugæ. nihil habet niſi meram ſpem*, i. e. ſolam.

Meracus, a, um, cior, ciſſimus: pen. prod. idem quod merum & cui nihil admiſtum eſt. Ut *vinum meracum*, Lutter Vin. *Meraca potio*, quæ fit per meracum vinum. Item *ubi meracæ*, quæ nondum aqua ſunt dilutæ. Et abſolutè: *meracius bibit.*

Meraculus, a, um, Deminut. ut *vinum meraculum.*

Merula, æ, f. p nomen avis ſolitariæ, vulgò à merus pro ſolo, draadzel. *Merula nigra*, Solſuort. *Merula major*, Grønſpæt. Item piſcis nomen: & cum adjectione, *merula lacuſtris*, Suder. Aliter merula avis à modulando q. medula.

Compoſita.

Submerum, Plaut. n. ſ. aliquantulum merum, non admodum aquâ dilutum, Vin med paſſelig vand vdi.

MESPILUS, m. ſ. μέσπιλος. nomen arboris, Meſpeltræ.

Meſpilum, n. ſ. fructus meſpili, Meſpel.

MET, ſyllabica adjectio, nec ſine aliqua tamen ſignificatione à μετὰ quidem. Poteſt enim exponi: per ſe, non per alium. Ut, *egomet, ipſemet, tutemet.*

METALLUM, n. ſ. μέταλλον, varia mareria ad varios uſus, quæ ex viſceribus terræ eruitur, Malm / Erdz/ Metal. Peculiariter autem, metalli nomen ſibi ſeptem vendicant ſpecies, naturæ ductilis aut fuſilis. Ut, *ferrum, aurum, &c.*

Metallarius, m. ſ. Juriſc. qui in metallis verſatur, & præcipuè qui ad metalla effodienda damnatus eſt, Bergeſel/ Bergtræl.

Metallicus, a, um. quod ad metallum pertinet. Ut, *natura metallica. Atramentum metallicum*, quo veterinarii excreſcentem in jumentorum ulceribus carnem conſumunt. Et abſolutè *metallicus*, qui effodiendis metallis operam dat, Malmgraffuer/ Bergeſel.

METIOR, iris, menſus, dep. quart. pr. prod modum rei directione quadam capio à μέτρον modus & menſura, Mæler/ Maaler. *Metiri mundum, & mundi magnitudinem.* Sic *metiri ſpatium locorum: metiri tempus.* Et *metiri iter ſeu viam*, pro ire & abire. Inde translatè ſignificat æſtimo, Skatter/ acter: *Virtutem non verbis ſed factis metitur. Metitus* apud Curt. pro menſus.

Menſio, onis, Cic. f t. idem quod menſura. Ut, *aures continent omnium vocum menſionem.*

Menſor, oris, m. t. qui metitur. Et peculiariter, qui metitur agros, Skelmeſter/ ræbsmand / ſkelsmand/ ſom giør ſkel paa Agre. Item qui demetitur loca in caſtris militum ſtationibus, vel hoſpitia in civitatibus deſignata, Forerer/ Foder Marſkalck.

Menſura, f. p. metiendi actus ſeu rei menſæ ratio, Maal paa noget. *Menſura corporis humani.* Item menſura, inſtrumentum, quo aliquid metimur, ſive id liquidum ſive aridum ſit, ejusq; quantitatem deprehendimus, qualis decempoda, ulna, ſextarius, cochleare &c Maal. Et translatè, *menſura beneficii* & cujuſcunq; alius rei.

Menſuralis, le, om. t. quod menſuram continet. Ut, *Libra menſuralis.*

Meta, æ, f. p. propriè terminus agri menſi lapide notatus, ut limes, maal. *metæ agri*, i. e. limites. Et translatè *meta vitæ*, i. e. mors, ſeu finis vitæ. Inde meta, ſtrues quædam faſtigiata in certaminibus ad quam certantes metiebantur & dirigebant curſu curruli, equeſtri, aut pedeſtri, aut jaculo, Maal ſpitzet ſom en Kegel/ mand løb eller ſkiød til maals til. Et tropicè ex hac forma, ſtrues faſtigiata fœni, ſtack høe/ høe ſtack/ høe heße.

Meta etiam Juriſconſ. accipitur pro lapide molæ inferiori, ut catillus pro ſuperiori, Liggeren paa mølle. Item Martiali, *meta lactis* pro caſeo, qui factus eſt ad formam metæ;

Metula, æ, Plin. parva meta.

Metor, aris, d. p. propriè metam in agris terminandi gratia diſpono, & locum futuro ædificio caſtris aliivè operi modo ſuo & merâ deſigno, Affmaaler/ ſetter ſit viſſe maal. *Pedibus ſuis metatus eſt Hercules ſtadium Olympicum. pertica metata eſt noſtros agellos.* Hinc *metari caſtra*, eſt deſignare, ſcilicet quod metis dirigantur, maale Leire aff/ ſlaa Leier. Cic. etiam activè uſus eſt, ut *metabat ſeſe circum loca.*

Metatio, onis, metandi actus, affmaalen. *Vineæ metatio in quincuncem.*

Metator, oris, m. t. qui metatur ſive agros, ſive caſtra, ſive ædificio alicui locum, Affmaaler/ Forerer/ Foder Marſkalck / Telrſlar / Paulun viſſer Et *metatores agrorum*, Maalſmend / Ræbsmend.

Metatus, a, um, paſs. quod metati ſumus, Affmaalet. *Porticus decempedis nullis metata.*

Compoſita.

Altimeter, tri, m. ſ. Geometris, inſtrumentum, quo metiuntur alta.

Admetior, iris, Liv. ad aliquem aliquid metior, Tilmaaler. *Militi frumentum admetitur.*

Admenſum, vinum quod admetimur alicui, Tilmaalt Vin.

Caſtrametor, & diviſim caſtra metor Liv. d. p. caſtra loco, Slaar Leir.

Commetior, simul metior, vel metior, Maaler/Mæler det ene med det andet. *Commetiri negotium cum tempore,* offuerslaa beſtillingen oc tiiden.

Commenſus, us, m. quart. commetiendi actus, vel ratio, viſſe maal eller maalen.

Demetior, tiris, diligenter metior, Affmaaler.

Demenſus, a, um, quod demenſi ſumus, Affmaalet. *Argentum vobis demenſum dabo.* Item *demenſum* dicebatur, menſura ſtata quatuor frumenti modiorum in ſingulos menſes, ſervis admenſa, Maanetz koſt for en Tienere.

Demetitus, perf. act. à demetior apud Cic. ut, *demetiti ſumus curſus cæleſtium.* Aliter legitur, Demetati. Item paſs. *demetita ſigna.* ſed & hîc legunt quidam, demenſa.

Dimetior, tiris, dimenſus ſum, ex omni parte metior, vel per omnes partes, Maaler ſtycke viiß/alle ſtycker/ affdeler. *Dimetiri cœlum, terram, Quadratum, verſus, ſyllabas. & omnia dimenſus ſum.*

Dimenſus, a, um, quod dimenſi ſumus, Affdeelt/ affmaalt. *Verſus dimenſi.*

Dimetiendus, a, um, quod demetiri debemus. Ut, *Cœli, verſus, dimetiendi.*

Dimetiens, tis, f. t. linea recta figuram, quæ longiſſimè patet, ex æquo ſecans, quæ & latinis Græca voce diametrus vocatur.

Dimenſio, nis. Ut, *quadrati dimenſio,* quâ quadratum dimetimur, Affmaalelſe/ affdeelſe.

Dimetor, aris, dimetatus ſum, idem quod dimetior.

Dimetatus, a, um, Idem quod dimenſus. Ut, *curſus dimetati.*

Emetior, emenſus ſum. Idem quod metior vel ad finem usq; metior. Et translatè, *emetiri labores,* fuldende arbeide. *Emetiri iter,* pro conficere. *Emetiri alicui voluntatem,* pro cumulatè præſtare, fuldkomme/fuldmæle.

Emenſus, a, um, quod emenſi ſumus, vdmaalt oc fuldend. *Iter emenſum.*

Immenſus, a, um, idem eſt, quod valdè magnum; q. quod menſurari non poteſt præ magnitudine, offuers maade vbegribelig ſtor. *Immenſus clamor, immenſum tempus.*

Immenſitas, atis, f. t. immenſæ rei affectio ſeu ratio, megen oc ſtørſte ſtoorhed / viidhed. *Immenſitas temporis, locorum, camporum, latitudinum, longitudinum, &c.*

Permetior, d. q. idem quod metior vel perfectè metior. Ut, *altitudinem muri permenſus eſt.*

Permenſus, a, um, activè, qui permenſus eſt aliquid. Ut, *permenſus eſt magnitudinem decempedâ. Permenſus iter.* Item Columel. paſſivè, quod permenſi ſumus. Ut, *permenſum & perlibratum in ſimilitudinem verbacti ſemper procedit.*

Præmetior, iris, ante & prius metior quàm quid fit. Ut, *vita & lux præmenſa,* quaſi quam Parcæ præmenſæ ſunt.

Remetior, tiris, iterum metior. Ut, *ille fide ſummâ teſtæ ſuæ bina remenſus.* Et translatè, *remetiri beneficia.* Item *remetiri æquor,* navigando retro metiri, Seile den ſamme vej tilbage.

Remenſus, a, um, quod remenſi ſumus. Ut, *remenſum pelagus, mare.*

MEPHITIS, is, f. t. pen. prod. Virgil lingua Syriacâ putor eſt terræ quam Sulphureæ aquæ effundunt, Suoggelſtanck. Inde ponitur pro graviſſimo ingratiſſimoq; halitu & odore halituoſo.

METO, is, ſui, ſum: act. t. pr. corr. fruges ſecò, ab ἀμάω, ejusdem ſignificationis & ἀμητὸς meſſis, mejer Korn. *Fruges metere.* Inde latius accipitur pro ſeco, amputo. Ut, *virilia ſua ferro metunt.* Item pro depaſcor ſeu delibo. Ut *purpureos metunt flores.* Item fructus colligo, ſegetes, uvas, & ſi quæ alia, Høſter. *Metere uvas, poma.*

Meſsio, f. t. metendi actus, Høſt/ høſtelſe.

Meſsis, is, f. t. tempus metendi, Høſt. Et tropicè, ipſa ſeges jam matura. Ut, *ruperunt horrea meſſes.* Et inde rurſus, copia & multitudo cujusq; rei. Ut, *meſſis malorum meſſis morum malorum.* Item metendi actus, høſtning / høſtelſe. *Nemo ignorat quid ſit ſementis, quid meſſis, quid arborum putatio.*

Meſſor, oris, m. t. qui metit, Høſtmand / Slettemand/ Leemand.

Meſſorius, a, um, quod ad meſſem pertinet. Ut, *corbis meſſoria. Falx meſſoria,* quâ frumentum inciditur, Mei lee/eller Korn Segel.

Compoſita.

Demeto, is, idem quod meto vel omnino & totum meto, Affhøſter. *Demete fructus, flores.*

Emeto, is, idem quod meto. Et translatè, *orcus divites & pauperes emetit,* Søden høſter/ i. e. abripit ſine diſcrimine.

Præmetium ſive præmeſſum Feſt. quod prælibationis cauſâ præmetitur: cujusmodi erant ſpicæ, quas primo demeſſas, ſacrificabant Cereri.

METROPOLIS, is, f. t. μητρόπολις, urbs matrix, ex qua ſcilicet coloniæ aliò deducentur, Hoffuerſtad.

Metropolitani, qui ex metropoli oriundi ſunt.

METUO, is, tui, n. t. pr. corr. animum demitto propter exſpectationem futuri mali, à μεθίημι demittere animum & conſilium abjicere, reddis / fryeter ſaa modet falder. *Metuebant eum ſervi.* Inde *metuo ti,* reddis for dig: ne mihi ex te malum aliquod fiat. Et *metuo tibi,* reddis for dig: ne quid mali tibi accidat. Sic *metuit nomen amori ſuo,* frycter at forhalelſe giør fierlighed ſkade. Et *metuo de verbis tuis.* Dicimus & *metuere metum.* Item metuo pro ſollicite obſervo, magna cum cura facio. Ut, *amo & metuo.*

Metuens, tis, om. t. amiſſo tempore, ſom frycter oc reddis: *Metuens legum, judiciorum.* Et comparatè, *nullum ingenium numinis metuentius.* Sic *metuentior undæ modò eſt quàm olim,* reddere for vand/fryctſom/ fryctactig. *Aut illâ metuentior ulla Deorum,* i. e. religioſior.

Metuendus, a, um, paſs. quod metuere debemus, den mand maa fryctis oc reddis for/ frycteſom. *Res ſunt metuendæ.*

Metutus, Lucret. pro metuente. Ut, *conculcaetur metutum.*

Metus, us, m. q. metuendi actus & animi demiſſio propter futurum malum, redzel / fryct med moedz tabelſe. *Metus hoſtium,* quo metuunt hoſtes. Item *metus hoſtium* quo eos metuimus. Accipitur & pro religione ſeu timore ex religione nato. Ut, *multos metu ſervatis per annos.*

Meticuloſus, a, um, metu affectus, red/ fryctactig.

Compoſita.

Permetuo, valdè metuo. Ut, *iras conjugis permetuit.*

Præme-

Præmetuo, is, metuo aliquid antequam fiat; frycter før/ tilforn. *Præmetuit ſibi conſcia facti mens.*

MICA, æ, f. pr. product. minutiſſima auri argentivè ſcobs, quæ artifici inter limandum exſilit à dorico μικκὸν pro μικρὸν parvum, exile. Ut *mica auri*, Guld korn. *Mica ſalis*, Salt korn. *Mica panis*, Brød ſmule/ krumme. Et *micæ petrarum*, quæ in ſculpendo identidem deſiliunt, Steen flyſer eller flinter. Item translatè *micæ arenæ*, pro particulis in arena inſtar aureæ micæ reſplendentibus, Guld ſand. Aliter à ψὶξ ψιχὸς, i. e. mica. Et ψεκὸς aurum inter arenam.

Mico, as, act. pr. corr. propriè eſt ſubinde & per intervalla, ut micæ faciunt fulgeo & reſplendeo q. micam auri diſſilientem motu & ſplendore refero, a mica, mutata quantitate initiali, glimmerer. *Stella micans radiis: crebris micat ignibus æther.* Inde translatè, ſubinde & per intervalla moveor ſeu vibror. Ut, *Vena & arteriæ micare non deſinunt*, ſlaar daa oc daa. *Serpens linguis micat ore triſculis*, Leger med tungen i munden. Sic *equus micat auribus*, Leger med ørne/ ſlaar dem neder oc ſticker dem atter op/ er vrolig med dem: *Micat cervice vario*, i. e. vacillat, nutat, Slenger oc kaſter med halſen. *Micare digitis*, eſt ſubinde porrectis & contractis modo his modo illis ludere, quo de numero conjiciat ſocius cum quo ludimus.

Dimico, as, n. pr. micando ſeu micantibus gladiis pugno, holder ſlag/ ſtrid/ ſtrider. *De victoria dimicabit*, & cum adjectione, *prælio dimicabit eum Octavio*, holt ſlag eller ſlactning. Dimicatur & dimicatum eſt Impersonaliter, ut, *acriter in Pharſalicis dimicatum eſt.* Notatur a. varius eventus, ut variatur micatio.

Dimicatio, onis, dimicandi actus, Strid/ Slag/ Slactning.

Emico, as, q. extra mico, glimrer vd ad. *Ex oculis quaſi radii emicant ſolis.* Et translatè, ſubito in modum micantis digiti appareo & exilio, lader ſig haſtig til ſyne/ haſteligen vdſpringer/ vdſticker/ kommer for. Et *milites juvenes in littus Heſperium emicant.* Item *emicare in jugum* pro attollere ſeſe & erigere. *Præ omnibus emicuit Niſus*, i. e. excelluit, vaar den ſkønneſte blant alle/ q. lod ſig mindſt ſe/ vaar mindſt til ſyne.

Intermico, as, n. pr. inter alia mico, glimrer/ glandzer iblant. *Multum ſquamis intermicat aurum.*

Promico, as, Næv. a. p. quaſi porro mico extendo & longè jaceo. *Promicare orationem*, vdvilde/ langt vd/ ſtricke vd.

MIDAS, μίδας vermiculus fabas exedens, Bønne/ orm.

MIGRO, as, act. p. pr. comm. relictis propriis ſedibus aliò concedo habitandi cauſa à meo migro vel q. migero à μογερὸς laborioſus, ærumnoſus, quia non fit ſine labore vel ægritudine, actione ſaltim laborioſa, ubi vel in melius fit mutatio, flytter. *Veteres migrate Coloni. Romam migravit. in cœlum migrare cupit.* Et tropicè, *Verba mea migrant quò volo.* Item, *migrare ex vita*, *vel de vita*, eſt mori. Item activè migro pro muto. Ut, *migrat ea quæ ad veritatem pertinent: migrat jus commune: migrat nidum caſſita.* Sic *migrare ſe*, eſt aliò movere & locum mutare. Sed & *migrare jus*, *migrare nidum* & ſimilia exponuntur, diſcedere à jure vel jus negligere atq; transgredi. Et *migrare nidum*, diſcedere à nido, træde fra reden/ tage fra reden. Sic *officium à me migrat*, i. e. abſcedit, diſcedit. *Migraſſit* antiquè pro migraverit. Aliter migro à μακρύνω longè ſemoveo, q. longius ab inhabitatis ſedibus moveo, unde Græci dicunt: μακρύνω σὲ τῆς πόλεως, ab urbe te procul ſemoveo.

Migratio, onis, migrandi actus, flyttelſe/ flytning/ flytten. *Mors eſt q. migratio commutatioq; vitæ.*

Compoſita.

Commigro, as, aliquò migro. Ut, *commigrare Romam*, *commigrare in domum*, & *commigrare huic vicinia.*

Demigro, de loco uno in alium migro. Ut, *loco demigrant.* Et translatè, *è vita demigrare*, i. e. mori. Item decedo, gaar til ſiide/ viiger. *Loco demigrant* Item *de ſtatu ſuo demigrare* & *demigrare ad religionem* & *ſanctimoniam*, begiffue ſig.

Emigro, as, q. extra migro, vdflytter. *Ex domo emigravit*: Et translatè *emigrare vitâ*, i. e. mori.

Immigro, as, in domum aliquam habitandi cauſa migro, flytter hen at boe/ henflytter. *Immigrabit in domum, in hortos, in domicilium, in ædes, in alienum locum.*

Præmigro, as, migro antequam aliquid fiat, flytter før vd. *Ruinis imminentibus muſculi præmigrant.*

Remigero, as, antiquè pro remigro. Sed lectio eſt ſuſpecta.

Remigro, as, idem quod migro. Ut, *ad argumentum remigrabo, cujus tamen partem nullam antea tetigi.* Item retrò migro, flytter tilbage. *In noſtram domum remigrat. Animus remigrat nunc domum mihi*, pro redit, q. e corpore exulatum colligatis vaſis aufugiſſet, faar noed igien.

Semigro, as, ad ſeorſum habitandum migro. Ut, *à patre ſemigravit.*

Transmigro, n. pr. trans aliquid migro, ſive de loco ad locum migro, forflytter/ flytter offuer. *Vejos transmigravit. transmigravit ad eos hortos, ut ſe quieti daret.*

MILES, itis, m. t. pr. prod. qui in bello ære meret, ſic dictus à numero millenario, quia initiò legio tribus millibus conſtabat, ſingulis tribubus mille armatos expediuntibus, q. milleſimus quisq;, Krigsmand/ Landzknecht. Aliter à mollitie per antiphraſin.

Militaris, re, om. t. quod ad milites pertinet. Ut, *homo militaris*; *via militaris*: *ætas militaris*: *ſigna militaria*. *teſſera militaris*, Løſen. *Navis militaris*, Krigeſkib/ Orloffſkib. *Tæmia militaris*; Felt tegen. *Æs militare*, quod militi impendebatur. *Gradus militares*, i. e. grandiores, celeriores qualibus milites uſi ſunt. Conficiuntur autem gradu militari horis quinq; æſtivis viginti millia paſſuum. *Militaris herba*, nomen herbæ, ſic dictæ, quòd vulnerati milites ab ea petere ſolerent præſidium: vel militaris, quâ clarigatum miſſi utebantur legati, quæ aliàs dicta eſt, verbena.

Militariter, Livio, more militum, Krigs viis. *Oratio militariter gravis.*

Militarius, a, um, antiquè idem quod militaris. Ut, *gradus militarii.*

Militia, æ, f. p. militum expeditio & exercitium, Krig/ Krigshandel/ Krigsverck. Et translatè, exercitium & ſtudium in re aliqua alia poſitum. Ut, *grata eſt mihi hæc militia.* Ponitur & genitivus *militiæ* adverbialiter, ut domi. Ut, *domi & militiæ præclarus erat.*

Milito, as, n. p. militiam exerceo & ſtipendia in bello mereo, tien i Krig for beſoldning: *ſub Cæſare militat:*

litat: *mercede militat* apud Perſas. Et paſs. *omne bellum militabitur in ſpem tuæ gratiæ.* Item Impers. *illa militia militatur magis.*

Compoſita.

Commilitones, cujus ſingularis, commilito, onis, m. t. qui ſub uno duce militant, Stalbrødre i Krig/ Spitzbrødre.

Commiles, apud Cæſarem pro eodem.

Commilitium, n. ſ. belli ſocietas, Krigs Stalbrøders ſkab.

Commilitia, f. p. Apud Apulejum pro eodem.

MILIUM, n. ſ. genus frugis à μελίνη, quod milii ſpecies eſt panicum, Hirſ

Milium, etiam Medicis inflammatio dicitur, & parvæ puſtulæ per ſummam cutem erumpentes in modum milii. Aliter milium à mille propter granorum innumerabilem copiam.

Miliaria, æ, f. p. avis, ſic dicta, quòd milio veſcatur & pingueſcat. Item herba, quæ milium necat.

MILLE, nomen numerale & indeclinabile ſignificans decies centum q. myrre, mille à μυρίος ſummus numero, infinitus, innumerus, extremus quia numeros eſt apud Latinos extremus per quem ulterius numerant voce ſemper repetita, tuſind: Ponitur autem modò adjectivè. Ut *mille viri, mille animalia*: modò ſubſtantivè, ut, *mille hominum, mille virorum, mille nummum.* Et pluraliter millia, millium, millibus. Ut, *millia equitum circum ſe habuit.*

Milleſimus, a, um, unus aut ultimus è mille, den tuſende. *Annus milleſimus*: *pars milleſima.*

Milleni, æ, a, numerale diſtributivum, huer tuſende: huer tuſende ſamen. Ponitur & pro Cardinali. Ut, *milleni equites*, i. e. mille.

Milliare, is, n. t. ſpacium mille paſſuum, miil. Vide milliarium.

Milliarius, a, um, quod mille in ſe continet. Ut, *milliarii apri*, qui ſunt mille librarum: *milliarius grex*, paa 1000 høffueder. Sic *milliariæ oleæ* à pondere. Et *milliaria porticus*, à numero columnarum. Item abſolutè milliarium, ſpatium mille paſſuum, tuſend træn/en miild: Quanquam nobis quadruplo majus ſit illud ſpatium. Item milliarium, vas æneum, proterum & anguſtum à pondere ſic dictum, in quo aqua calefit aut aliquid maceratur.

Millies, adverb numerandi pro mille vicibus, tuſinde gange. Millies te vidi.

MILLUS, m. ſ. collare canis ex corio confixumq; clavis ferreis eminentibus contra impetum alterius canis, aliarumvè beſtiarum: ſic dictus vel à mille propter multitudinem clavorum quibus obſitus eſt: vel à mele, quod ſit ex melina pelle, Hunde halsbaand med pug vdi/ helſter.

MILVUS & milous tribus ſyllabis, m. ſ. Avis rapaciſſima domeſticis inſidians: ſic dictus à ſono quem edit, glentte. Inde translatè homo rapaciſſimus, Kapſk. Item milvus, piſcis quidam, rufus, ſine ſquamis, aſpera cute pinnis longis ad hirundinis pinnas multùm accedentibus. Item ſignum cœleſte.

Milvinus, a, um, quod ad milvum pertinet, unde *milvinæ ungulæ* pro rapacibus. milvina fames ſeu appetentia. *Tibia milvina*, quæ in accentus acutiſſimos exibat.

Et abſolutè milvina quæ eſt ad modum milvii. Item *pes milvinus*, herbæ nomen.

MIMUS, m. ſ. μίμος qui dicta factaq; aliorum & geſtus quadam cum laſcivia & obſcœnitate imitatur, Spill fugl/Abe/der letfærdeligen aber en andens ord oc gierning efftet. Et peculiariter qui verſibus hoc facit, ſpodſk Poet. Item, ipſi verſus & dicta, mimi dicuntur, ſpodſke verſ oc tale / ſkandſkrifft. Fuit autem initiò nomen honeſtum.

Mima, æ, f. p. idem in ſexu fœmineo.

Mimula, æ, f. p. idem.

Mimicus, a, um, quod ad mimum pertinet. Ut, *jocus mimicus.*

Mimarius, a, um, Capitol. idem. Ut, *Scurra mimarius.*

Compoſita.

Archimimus, mi, m. ſ. princeps mimorum.

MINA, æ, f. p. pr. corr. μνᾶ voce Attica, res numeralis eſt, conſtans centum drachmis Atticis, halfftretten de daler. Item ponderalis, continens uncias duodecim & ſemiſſem 25 lod. Item menſuræ genus, quâ agros metiuntur, habetq; in latitudine pedes centum viginti & in longitudine totidem. Erat autem *mina major*, quæ valebat centum drachmis. & *mina minor* ſeptuaginta quinq;. Nota. Ex hac minarum diverſitate, nata eſt diverſitas talentorum.

MINÆ, arum, plur. & veteribus ſingulariter mina, f. p. pr. corr. murorum ſunt exſtantes eminentiæ, vulgò ad eminendo dictæ, ad terrendos & avertendos hoſtes, aliàs pinnæ. Ut, *ingentes murorum minæ*, tindinge. Item verba, quibus terremus alios iiſvè dira denunciamus, truſel: *Minæ Clodii modicè me angunt.*

Minaciæ, Plaut. idem quod minæ, & denunciata dira.

Minor, aris, d. p. in modum minarum exſto & emineo, ſticker op/ reiſ op: *Gemini minantur in cœlum ſcopuli.* Et translatè minis ago & dira denuncio, truer: *crucem ipſi minatur.*

Minanter, Ovid. minanti modo. Ut, *minanter agit*, med truzel.

Minatio, onis, f. t. Cic. minandi actus, truelſe/truen.

Minitor, aris, d. p. idem quod minor vel ſæpius ſeu impetuoſius minor. Ut, *minitatur mihi malum.* Plautus etiam activè utitur minito.

Minitabundus, a, um, valdè minans & plenus minarum, fuld aff truſel/ſom truer gierne. *Minitabundus hoc petiit.*

Minitabiliter, antiquè pro minaciter.

Minax, cis, om. t. qui frequenter minatur, plenus minarum. Ut, *homo minax, literæ minaces, pontus & fluvii minaces.*

Minaciter, adverb. cum minis. Ut, *minacius dixit, quàm fecit.*

Compoſita.

Comminor, idem quod minor.

Comminatio, comminandi actus.

Eminor, aris, idem quod minor, Plaut.

Eminatio, eminandi actus, Plaut.

Interminor, aris, d. p. vehementer minor. Ut, *tibi interminatus eſt.* Et cum adjectione: *mulier interminatur vitam viro*, pro minatur ſe interfecturam virum.

MINGO, ſed uſitatius mejo, mixi, mictum, n. t. urinam emitto ab ὀμιχέω ejusdem ſignificationis, Piſſer/ mejer / lader vand.

Mic-

Mictilis, le, om. t. Lucr. pro contemptibilis. Ut, *merx mictilis.*

Micturio, ris, n. q. Juven. mejere desidero.

Composita.

Commictilis, Atellan. pro contemptibili.

Commictum cœnum Plaut. de lenone dicitur, q. res fœdissima.

Partumejus venter, quasi qui facile parit, ut sine ullo nixu mejere videatur potius, quàm parturire: seu cujus venter fœcundus est, & quasi partum mejens.

MINISTER, stri, m. s pr. corr. Qui minor est in officio & magistro operam suam præstat à voce minor, Tiener/ Suend/tieniſte Dreng. *Taciti sedent ad jussa ministri.* Aliter à voce manus, q. manister, qui ad manus servit.

Ministra, f. p. idem in sexu fœmineo, tieniſte Pige/ tieniſte Quinde.

Ministerium, n. s. ministri officium & opera. Ut, *fregit ministeria*, tieniſte. Et translatè ipsi ministri, Tieniſte folck oc tieniſte tyndt.

Ministro, as, n. pr. ministri officium facio, & ad manus servio, tien til handz. *Tu tabellas consignato, hic ministrabit.* Item peculiariter, ministri more porrigo, recker ſom en tiener. *Regi pocula ministrat.* Et translate, *furor arma ministrat*, pro affert & præparat, ſaffer til handz. Sic *ipse mihi victum ministrat*, forſkaffer mig føde. Dicitur & impersonaliter, *maximis poculis ministratur.*

Ministrator, oris, m. t. qui ministrat.

Ministratrix, idem in sexu fœmineo.

Ministratorius, a, um, quod ad ministratorem pertinet. Ut *ministratorii urceoli.*

Composita.

Administer, stri, m. s. idem quod minister, qui ministrat, aut juvat in aliquo vel etiam alicui opem præbet. Ut, *administer cupiditatum*, medhielper/ medtiener.

Administra, stræ, f. p. idem in sexu fœmineo. Ut, *artes administræ & comites virtutis.*

Administro, as, quasi ministrans obeo, forſtaar. *Administrare Rempublicam, civitatem. Civitas sine severitate administrari non potest. Mundus Deorum mente & ratione administratur. administrare rem familiarem: administrare leges, judicia, bellum.*

Administratio, onis, administrandi actus, Reiſe ring. *Administratio rerum, Reipub.* quâ administrantur. Et *administratio hominum* quâ administrant.

Administrator, oris, m. t. qui administrat, Forſtander. *Administrator belli.* Ponitur & pro administro vel ministro. Ut, *pulchros illos administratores respiciebat.*

Administratus, a, um, quod administravimus. Ut, *administrata Respublica.*

Comministro, idem quod ministro vel simul & una ministro.

Comministor, stri, m. t. qui cum alio & in ministerio tenetur.

Præministor, stri, m. s. Macrob. Ut, *præministor Deorum Mercurius.*

Præministra, æ, f. pr. idem in sexu fœmineo.

Præministro, as, Gell. q. ante stando ministro. Ut, *magistratibus præministrabat.*

Subministro, as, quasi ministrando aliquid in usum & commodum fero, Tienſtvilligen bær til/ lader til *Subministrare frumenta, subministrare alicui tela adversus aliquem: subministrare tabellarios huic diei. subministrare aquam radicibus.*

MINIUM, n. s. μιλτος, pigmenti genus coloris ruboris laudatissimi, Mønie.

Miniacus, a, um, quod ex minio est. Ut, *expolitio miniaca*, quæ fit per minium.

Miniacula cera Jurisc. pro rubrâ cerâ.

Miniani Dii, minio obliti & picti.

Miniarius, a, um, quod est minii. Ut, *metallum miniarium.* Et absolutè in genere fœmineo, *miniaria*, locus in quo foditur minium, Mønie grub.

Miniatus, a, um. minio tinctus, farffuet med mønie. *Cera miniata.*

Miniatulus, a, um, idem quod miniatus. vel aliquantum miniatus.

Miniculator, oris, m. t. Jurisc. qui minio majusculas literas, aut ejusmodi aliquid pingit.

Composita.

Subminia, æ, f. p. vestis genus à colore minio nomen habens q. subrubra. Aliter à minuo, q. subminuta.

MINUO, is, nui, nutum, act. t. pr. corr. Quasi parvum facio seu minorem reddo, à μικρὸς parvus: vel immediatè à minus, mindſker / giør mindre. *Hæc minuit dolorem, minuit molestiam, dignitatem Reipub., spem, laborem. & minuit aliquid de dignitate.*

Minutatim, adverb. in minutissimas partes, Smaaligen/ ſmaa ſtycker. *Nasturtium minutatim confectum.* Item paulatim, ſaa facteligen / tiid efter tiid. *Minutatim assuefaciant: minutatim addere seu demere.*

Minutal, n. t. edulium concisis minutim carnibus constans, pluckefteg / fincker. Isid. addit de piscibus & isiciis oleribusq; minutatim concisis, pluckfiſk.

Minutus, a, um, quod minuimus, mindſker. *Spes minuta.* Et amisso tempore idem quod parvulus, Liden/ ſmaa. *Minutæ maculæ: minuta est omnis diligentia: minutæ concertationes: minutissima quæq;.*

Minutum, ti, n. s. septima pars æreoli, Miten/eller Korn paa vect/ ſkærff.

Minutè, modo minuto, ringe. *Minutè dicit.*

Minutim, Colum. in partes minutas, I ſmaa ſtycker/ſmaaligen. *Terram minutim comminuat.*

Minutulus, Plaut. Diminut. ut *infans minutulus.*

Minutia, æ, f. p. Lactantio, minutarum rerum affectio: unde *minutiæ solis* pro atomis, Soelgrandt. Et minutiæ, pro rebus minutis, ſmaa pluck / ſmaa ſtycke. Item minutia, idem quod minutum pro parte æreoli, Miten/ſkærff.

Composita.

Comminuo, is, in minutissimas partes redigo, & quidem singulari quadam vi, Knuſerſtet i ſynder / ſtøder eller ſlaar i ſmaa ſtycker. *Rastro terram comminuere*, felde Jorden.

Comminutus, a, um, quod comminuimus.

Deminuo, is, valdè minuo tollendo aliquid, forringer/ tager fra. De hoc obsonio de mina deminui modò quinq; nummos. Tuum deminuam caput.

Deminutus capite, inquit Festus, qui civitate mutatus est, & ex alia familia in aliam adoptatus: qui in hostium potestatem venit, & cui aqua & igni interdictum est, Fredløß. Item, qui infamiâ in judicio notatus est, mindre mand/ fordeelt/ lovfeld mand.

Deminu-

Deminutio capitis, ſententia de deminuto, ſeu deminuti infamia, offuer ſkaaren dom.

Diminuo, is, variis partibus minuo, formindſker / tage ger fra her oc der / forringer.

Diminutus, a, um, quod diminuimus, formindſket. *Dignitas Imperii interitu Regis diminuta eſt.*

Imminuo, is, idem quod deminuo vel valdè minuo, formindſker eller ſlet til intet giør. *Imminuere gloriam alicujus, dolorem, dignitatem. Imminuit ipſum ægritudo animi, vel morbus, infortunium,* det haffuer ſat hannem tilbage.

Imminutio, imminuendi actus, quo aliquid imminuimus, formindſkelſe / forringelſe. *Imminutio dignitatis.*

Imminutus, a, um, quod imminuimus, formindſket. *Virtus imminuta.* Item *imminutus dignitate, valetudine, opibus,* ſat tilbage der med.

Perminutus, a, um, valdè minutus & exiguus. Ut *bona corporis & fortunæ perminuta & exigua videntur.*

MINURIZO, n. p. μινυρίζω, facta & Græca voce de avibus dicitur, exiliter cantillantibus. Ut, *aves minurizant,* de quidderer. Inde translatè ad homines, pro tenui & deducta voce canò, quincfelerer / ſynger kleint:

Minuritio, onis, minorum avium cantillatio, quidderen. Et translatè ad homines, quincfeleren. Unde *citare minuritionem* ex Cicerone de Oratore: quanquam alii legunt minuonem & alii munionem pro carminis quodam genere.

MIRUS, a, um, pr. prod. quod inſolentia ſua hominem ſtupere facit à Græco μυρίος, ingens, immenſus, infinitus, quòd hujuſmodi rerum affectiones homines in ſui ſtupendam contemplationem rapiant, vnderligt / ſielſomt. *Hipparchus in omni re diligentia mirus: Mira arborum natura, mirè ad cavendum ſolertiæ. mirum in modum* pro admodum, plane ſupra modum, ſtorligen / offuermaade / vnderligen. *Mirum quin hoc faciat,* i. e. mirum, quod non faciat. Et abſolutè *mirum eſt,* det er vnder: *mirum ni hoc fiat.* Item adverbialiter forma quadam reſpondendi, Herre Gud / det er megit: *Rex in oculis geſtabat exercitum & conſilia credidit. Reſp. mirùm.* Item plural. *mira memoras,* i. e. res miras ſeu monſtra, vnderlige ting. Antiquis etiam comparativè dicitur *mirius.* Ut, *nunquid hoc mirius?*

Mirè, Cic. modo miro ſupra modum, offuermaade. *Puero mancipia mirè favent.*

Mirio, onis, antiquè pro hiſtrio, quaſi qui mira facit hominibus, Gygler e,

Mirones Accio dicti deformes oribus diſtortis.

Miror, aris, d. p. mirum habeo, holder / for vndrer / vndrer paa / artificiumq; manus inter ſe operamq; laborem miratur. Et per Græciſmum cum genetivo, *juſtitiæ ne prius mirer, bellivè laborum?* ubi & ſubintelligitur cauſa. Item miror aliquando pro magnifacio. Ut, *mirantur omnes tuas virtutes.* Et in vitio: *miror meipſum miraris teipſum, miratur ſeipſum,* pro magnificè ſentio, holder aff mig ſelff / fiender mig icke ſelff. Antiquis etiam in activa dicebatur, Miro.

Miratio, onis, Cic. mirandi actus, forvndrelſe.

Mirabilis, le, om. t. mirabione dignum, Vnderlig. *Exempla mirabilia.*

Mirabilitas, Cic. atis, f. t. mirabilis affectio, Vnderligheb.

Mirabiliter, modo mirabili, & ſupra modum, offuer maade / eller meb ſtort vnder / vnderligen. *Mirabiliter hoc cupit.*

Mirabundus, a, um, qui miratur nimis. Ut, *mirabundi hoſtes, unde tanta rem citò manus.*

Miraculum, li, n. ſ. quicquid admirationem afferre poteſt, vnderlig ting / mirackel / vnderlig gierning: *Septem miracula mundi.* Et ſpecialiter, monſtrum & portentum, prodigium, viidvnder.

Mirandus, a, um, miratione dignus, vnderlig: *Bonum mirandum.* Et *mirandum in modum,* eſt ſupra modum.

Mirator, oris, m. t. qui mirari ſolet. Ut, *mirator amorum, mirator formæ.*

Miratrix, tricis, f. t. idem in ſexu fœmineo. Ut *miratrix turba: miratrix fama ævi ſenioris.*

Compoſita.

Admiror, aris, idem quod miror, vel valdè miror, ſtorlig gen forvndrer: *Admiratus ſum brevitatem epiſtolæ tuæ.* Et translatè, veneror & ſuſpicio, hedrer oc høyt acter: *Ego te admiror & diligo. ille eſt te admiratus.*

Admirandus, a, um, quod admirari debemus, & admiratione dignum. Ut, *hoc in eo admirandum eſt: omnis ſolertia admiranda: ſuſpiciendus & admirandus homini Deus.*

Admiratio, onis, admirandi actus, forvndrelſe / *admiratio nonnulla in beſtiis aquatilibus:* quâ ſcilicet eas admiramur. *Admiratio magna copioſè dicentis,* quâ ipſum admiramur. *Hoc admirationem magis quam riſum movet.*

Admirabilis, le, om. t. admiratione dignum, vnderlig. *Vir admirabilis in dicendo atq; in omnibus artibus. res nova & admirabilis: ſapientia, fama virtutum admirabilis: admirabile ac ſingulare.*

Admirabilitas, atis, f. t. admirabilis rei qualitas. Ut, *admirabilitas cœleſtium rerum: hæc animi deficientia admirabilitatem magnam facit.*

Admirabiliter, modo admirabili, mirum in modum, vnderligen. *Aſia nos admirabiliter accepit: admirabiliter dicit ac magnificè: mundus admirabiliter adminiſtratur.*

Demiror, aris, valdè miror. Item neſcio, quia demiramur, quæ ignoramus. Ut, *quid mihi dicent & quam cauſam reperient, demiror.*

Nimirum, adverb. confirmandi pro ſine dubio; certè, quaſi non mirum, viſſeligen / ſandeligen / viſt. *Is eſt nimirum Soter [Servator] qui ſalutem dedit: quanto magis magisq; cogito nimirum dabit hæc Thais magnum malum,* q. d. non eſt mirum, i. e. certò, certiſſimè. Ponitur & pro potius. Ut, *quæ non modo ſumma bona, ſed nimirum audebo vel ſola dicere.*

Permirus, a, um, valdè mirus. Ut, *hæc mihi permirum viſum eſt.*

MISCEO, es, ſcui, ſtum, act. ſ. unum in aliud fundo & confundo à μίσγω ejusdem ſignificationis, blande der / menger. *Vinum aquæ miſcet.* Et ſpecialiter, ad menſam miniſtro & calidam & frigidam miſceo & tempero, ſkencker. *Neſcit puer convivis miſcere.* Sic *miſcere vinum, poculum ſeu potum,* eſt parare. Item translatè turbo, Romſterer. *Pompejus adeſt, Appius miſcet.* Sic *omnia miſcet,* hand forſtørrer oc kommer alting aff lave: pro quo & hyperbolicè dicitur: *cœlum terræ vel cœlum & terram miſcet,* i. e. omnia perturbat, quâ

quâ forma & dicimus, hand menger Himmel oc Jord ſammen. Sic *pontus murmure miſcetur*, pro impletur & turbatur.

Miſtio, onis, miſcendi actus, blandelſe/mengelſe.

Miſtura, æ, f. p. idem & peculiariter temperatura quædam.

Mixtus vel miſtus, a, um, quod miſcuimus, blandet. *Miſtum vinum*: *miſtum Imperium*: *in oratione miſta modeſtiæ gravitas*: *voluptate & modeſtia miſtus amor.*

Mixtarius vel miſtarius, Lucil. vas anſatum, quò vinum aquâ miſcebant, øſe/ ſtoor ſkaale eller balle at blande vdi.

Miſcellaneus, a, um, quod ex variarum commiſtione, nullo obſervato ordine conflatum eſt, blandet allé vegne/ſkrabt ſammen. *Doctrina miſcellanea. Miſcellanea turba*, quæ ex promiſcua colluvie hominum diverſi ordinis atq; dignitatis conflata eſt. Item abſolutè *miſcellaneâ*, opera ſunt, in quibus res variæ nullo ordine tractantur. Et *miſcellanea ludi*, ubi varii & diverſi ludi miſcentur, vel nullus ſedendi ordo ſervatur.

Miſcellus, a, um, quod miſtum eſt. Ut *uvæ miſcellæ*, quibus vinum extremè miſcetur & diluitur in uſum operariorum. *Miſcellæ vites*, quæ omni agro conveniunt, & cæteris ubiq; utiliter miſcentur. Item *miſcellum*, columbarum genus, quod nec agreſte eſt, nec domeſticum, ſed ex utroq; q. miſtum & temperatum. Item *miſcelli ludi* pro miſcellaneis ludis. Aliter *uva miſcella*, quæ miſtum habet ſaporem inter dulcem & auſterum.

Compoſita.

Admiſceo, es, q. ad rem aliquam aliquid miſceo, blander i med. *Ita iſtæc tua miſceto, ne me admiſceas.*

Admiſtio, onis, admiſcendi actus, beblandelſe. *Animus omni admiſtione corporis liberatus.*

Admiſtus, a, um, quod admiſcuimus. Ut, *calor aquâ admiſtus*: *aër multo calore admiſtus*: *nihil animis admiſtum, nihil concretum.*

Commiſceo, es, idem quod miſceo vel penitus miſceo, beblander. *Commiſcere mulſum.* Item coitu dicuntur *corpora commiſceri.*

Commiſtus, a, um, quod commiſcuimus.

Immiſceo, es, in re aliqua miſceo, iblander/ menger vdi/ blander iblant: Idq; proprie & translatè. Ut, *immiſcet ſe turbæ, armis, & immiſcuit ſumma imis.*

Immiſtus, a, um, quod immiſcuimus. Ut, *togati immiſti erant turbæ militum.*

Intermiſceo, es, inter alia miſceo, menger eller blander iblant. *Doris amara ſuam non intermiſceat undam.*

Permiſceo, es, miſcendo confundo. Ut, *ſordes ſuas cum clariſſimorum virorum ſplendore permiſcebat. Pericles dictus eſt permiſcere Græciam*, oprøre oc ſette i haar ſammen. Sic *permiſcere Rempubl.* eſt turbare, komme aff lave.

Permiſtio, ônis, permiſcendi actus.

Permiſtus, a, um, quod permiſcuimus. Ut, *animi cum corpore permiſti.*

Permiſtè, modo permiſto. Ut, *genera rerum cum partibus permiſtè implicantur.*

Promiſcuus, a, um, & antiquè promiſcus, quod fit nullo cum diſcrimine, & modo quodam confuſo, ut miſcendo alia aliis committimus, J fleng. *Promiſcua connubia*: *promiſcua opera*: *Divina & humana habet promiſcua.* Item Grammaticis, *genus promiſcuum*, quod Græca voce, epicœnum eſt.

Promiſcuè & antiquè promiſcuam ſive promiſcam. modo promiſcuo & ſine diſcrimine, J fleng. *Ritu ferarum promiſcuè ruunt in concubitus*: *eodem jure promiſcuè omnibus datum eſt.*

Promiſceo, es, Macrob. multum & valde miſceo, fore blander. *Omnia promiſcet, cælum & terram, aquam & ignem.*

Impromiſcuus, Gell. non promiſcuus. Ut, *ſvavitas impromiſcua.*

MISER, a, um, rior, rrimus, pr. corr. omni fortunâ deſtitutus, felicitate privatus & q. Diis hominibusvè exoſus, à μισέομαι odio ſum, odio habeor, forlat/Elendig. *Nemo eſt me miſerior.* Et cum caſu, *miſer miſeriarum*, Elendig aff Elendighed. *Miſer animi & animo & ex animo*, Bedrøffuet/ raadeløß oc ſorgefuld tilfulde. Ponitur & aliquando interjectivè, & dolenter pro nefas. Ut, *Cecropidæ juſſi (miſerum) ſeptena quotannis corpora natorum*: niſi intelligatur dictu q. miſerum dictu. dicitur & de rebus. Ut, *res hæc miſera*, Elendig ting. Item *miſera bucca*, i. e. ſaucia & ægrota. Item miſer de innocente, & qui injuriis premitus. Ut, *cives miſeri.*

Miſellus, a, um, aliquantum miſer. Referturq; aliquando ad ſubſtantiam miſeri, Liden ſtakkel. Et de rebus, *pallium miſellum*, Arm Kiortel eller Kaabe/ et ſtycke Kiortel.

Miſerè, miſero modo, Elendigen. *Miſerè periit.* Et pro nimis: *miſerè amat*: miſeria ſcilicet latente in actione.

Miſeriter, antiquè pro miſerè.

Miſeria, æ, f. p. miſeri conditio, Elendighed.

Miſeritudo, dinis, f. t, antiquè, idem quod miſeria.

Miſerêo, antiquè pro miſereor. Ut *miſereat te miſeriarum!* Et Impersonaliter, miſeret pro miſeria alicujus movetur & afficitur, yncfis. *Miſeret me illius, miſeret me infelicitatis.* Et cum accuſativo, *miſeret me tuam vicem.* Item, ſuppreſſo ſubjecto, *miſeret me*, yncfis mig/ giør mig ont/ gaar mig til hierte.

Miſereſco, is, n. t. miſeriâ alicujus moveor, yncfis. *Regis Arcadii miſereſcite*: *commodum omnes miſereſcimus.* Et abſolutè *miſereſcimus ultro.* Item impersonaliter, *miſereſcat te mei*, lad dig yncfis offuer mig.

Miſereor, reris, ſertus: dep. ſ. idem quod miſereſco, affectu ſcilicet paſſivo, & miſericordiam adhibeo, & impertior, yncfis oc forbarmer. *Miſeremini laborum*: *miſeremini ejus, qui non de ſuo peccato, ſed ſummi ac clariſſimi viri facto diſceptat.* Et impersonal. apud antiquos, *miſeretur me patris* pro miſeret.

Miſeror, aris, d. p. idem quod miſereor affectu quodam activo, ubi & verbis, lacrymis, aut opere dolor oſtenditur, yncfer/ giffuer ſig for nogen. *Miſerari caſum alicujus, periculum, ſortem.* Et abſolutè, *ingemuit miſerans graviter.* Antiqui etiam activè miſero uſi ſunt.

Miſeratio, onis, miſerandi actus, yncfelſe/ yncf/ yncken. *Miſeratio judices mrvet.*

Miſerandus, a, um, qui miſeratione dignus eſt, yncfes ſompt/ yncfeligt. *Miſerandum lacerati patris corpus.*

Miſeranter, Gell. cum miſeratione, med yncf/ yncfø ſommeligen.

Miſerabilis, le, om. t. miſeratione dignum, Elendigt/ yncfeligt. *Ne ſis miſerabilis ulli*: *miſerabilis vox. miſerabilis dimicatio*, pro flebile & lamentabili. Et abſolutè miſerabile, pro miſerabiliter. Ut, *hoſtibus miſerabile cæſis inſultat.*

Compo-

Compoſita.

Commiſereſco, idem quod miſereſco.

Commiſeror, idem quod miſeror.

Commiſeratio, onis, commiſerandi actus.

Immiſerabilis, le, om.t. qui nullius miſericordia ſublevatur, den ingen ynder eller forbarmer ſig offuer.

MITIS, te, tior, tiſſimus. om.t. pr. prod. moribus facilis, lenis & placidus, quiq; facile cedit aliis, à moveo, motus, mitis: vel ut loquitur Iſidorus, lenis & manſvetus, cedens improbitatibus, & ad ſuſtinendam injuriam tacens q. mutus, Mild oc ſtille / lader ſig ſige oc regere. *Homo mitis.* Item de aliis animalibus. Ut *mite animal*, ſtille / ſpagferdig / ſpag. Idem de rebus, quòd neminem offendit ſed potius ſua lenitate & ſvavitate afficit, mild: *Oratio mitis, fructus mites, poma mitia.* Item translatè *fuſtibus mitis eſt*, moed / blød oc ſkør.

Mitius & mitiſſimè, adverb. comparativa. Ut, *mitiſſimè legatos appellat*, mildeligen. *Mitius caſum ſuum fert*, mildere.

Miteſco, is, mitis fio, mildis. Miteſcunt feræ, *miteſcunt poma.* & *miteſcit mare*, i. e. fit tranquillum ſedatis fluctibus, Gaffuet ſtillis.

Compoſita.

Immitis, te, om.t. q. minimè mitis, h.e. crudelis, ſtreng / grum / wmildt. *Homo eſt immitis.* Et tropicè acerbus, immaturus, wmoed / barſk. *Poma immitia*, quæ matura non ſunt, & acerba. Et *immite mare*, quod procelloſum eſt, & inquietum, grum / bruſende / ſtormende hav.

Permitis, te, om.t. valde mite, & perfectè maturum. Ut, *poma permitia*, megit modè.

MITRA, æ, f. pr. μίτρα, Lydis & Trojanis muliebre capitis ornamentum q. corona quædam, quæ & redimiculo religabatur & viris erat probroſa. Unde Hiarbas Æneæ mollitiem objecturus, deſcribit ipſum, ut ſemivirum & mollem, à mitra hac. Mitræ etiam dicuntur infulæ Pontificum & quibus utuntur eum rei divinæ operam dant. Item Iſidoro Mitra, funis, quo navis media vincitur.

Mitella, f. pr. parva mitra.

MITTO, is, miſi ſſum. act. t. alii ſeu ad alium do, ſed cum nota quadam loci diſtantia à μίτος licium, propter longitudinem & extenſionem, ejuſq; jaculationem: quoniam qui mittit elongat, inquit Scaliger, Sender / ſkicker. *Librum hunc ad te miſimus.* Inde ex vario mittendi modo & adjuncto, *mittere alicui hædum*, i. e. donare, ſkencke oc forære. *Mittere alicui ut faciat*, i. e. jubere, befale / lade hannom ſige. *Ad me librum de virtute miſiſti*, i. e. ſcripſiſti, ſkreffſt. *Mittere ſe in poſſeſſiones alicujus*, eſt invadere, *Mittere jaculum*, ſkyde / kaſte: *Mittere aliquid*, ſlenge / kaſte / huiſte. Item mitto pro omitto, lader fare / gaar forbii at tale om. *Mitto fugam, mitto furta, mitto alia multa.* Sic *mitte lacrymas*, lad grad fare / lad aff at græde / græd icke. Item dimitto. Ut *mittere ſanguinem*, lade Blod løbe / lade ſig Aare ſlaa. *Manum mittere in carpum*, eſt arteriæ motiones explorare, føle Pulſen.

Miſſio, onis, mittendi actus, ſendelſe. *Literarum miſſio.* Et miſſio pro dimiſſione, forloff: *Miſſionem continuo flagitat.* Sic *miſſio remigum, miſſio ludorum.*

Miſſus, a, um, quod miſimus, ſent / giffuit / forærit / befalt / &c. *Miſſæ literæ, miſſi hœdi.* Et pro dimiſſus, forloffuet: *Duo præfecti à me miſſi ſunt.* Sic *miſſum facio*, i. e. dimitto.

Miſſus, us, m. q. idem quod miſſio. Ut, *miſſu Cæſaris cum literis ad me venit Balbus.* Item peculiariter pro miſſione ferculorum in menſam ſeu ipſis ferculis, en Ret mad / et ſet mad paa bord / et ſet. Item pro miſſione & immiſſione ferarum, ludorum, gladiatorum in arenam, huert optog ſom ſker paa noget leeg / ens ten med diur ſpil / kicten / eller andet ſaadant.

Miſſiculo, as, Plaut. pro miſſito, crebro vel parvula quædam mitto. Ut *literas ad me miſſiculas.*

Miſſilis, le, om. t. quod facile mittitur, Som mand kand ſkyde / huiſte eller kaſte med. *Miſſiles lapides, miſſilia ſaxa, miſſilia tela, miſſilia tormenta.* Et abſolutè *miſſile* pro jaculo, Pil Item Svetonio *miſſilia* dicuntur, munera quæ à Principibus populo ſpargebantur, utpote bellaria, lintea, odores, unguenta. Ut, *miſſilia ſparſit varia rerum.*

Miſſito, as, Liv. act. p. ſæpè mitto. Ut, *auxilia miſſitant.*

Miſſa, æ, f. p. Eccleſiaſticis exercitium religionis publicum conſtans partim lectionibus, cantionibus, precibus; partim fractione panis & communione: partim erogatione ſtipis in pauperes: ſic dicta à mittendo q. *miſſa eccleſia*, i. e. dimiſſa, partim finitis cantionibus & precibus, partim communione & fractione panis; vel à miſſa ſtipe, Meſſe.

Compoſita.

Admitto, is, q. mittendo aliquid concedo, Tillader / indlader. *Admittere hoſpitem*, lade herberge. *Admittere in cubiculum per tegulas. admittere ſalutantes. admittere famam ante fores ſtantem. admittere dedecus* pro acceptare vel ſuſtinere, lade ſkee oc offuergaa. Et in re venerea *fœmina admittit virum.* Sic pruriga *admittit equum* ſ. fœminæ, lader ſpringe. Item *admitto equum*, i. e. laxatâ habenâ permitto & ad curſum incito, ſlaar løß oc ſkicker imod. *In hoſtem admiſit equos.* Item *ad meas cauſas admitto. non ad conſilium admittitur caſus: vix admittuntur ad honores.* Ponitur & pro committo. Ut, *admittere in ſe facinus: quod quiſq; in ſe admittit, intuetur Deus.*

Admiſsio, nis, admittendi actus.

Admiſſus, a, um, quod admiſimus. Ut, *admiſſum dedecus*, i. e. commiſſum, bedreffuen. *Admiſſo equo irruebat*, i. e. incitato in mediam aciem. Et abſolutè admiſſum, pro malo patrato & admiſſo, bedreffuen laſt oc forſeelſe: *Semel admiſſum coërceri reprimiq; non poteſt.*

Admiſſarius, rii, m. ſ. eqvus, qui ſobolis procreandæ gratia ſervatur & ad equam admittitur, Stodhеſt. Et translatè, homo libidinoſus.

Admiſsivæ aves dicebantur ab auguribus, quæ conſulentem juberent, q. quæ admittebant aliquid fieri.

Admiſſura, æ, f. p. tempus & ipſa actio, quâ mariti gregum admittantur fœturæ cauſa.

Amitto, tis, à me mitto, lader fare / lader fra mig / miſter / ſlipper. *Et te & hanc amittam: hinc alio pacto abire non potes: prius omnem amittas pecuniam, quàm filium abs te.* Item ignoſco. Ut, *amitto hanc unam noxam*, lad fare oc giffue til. Item perdo, miſter / taber. *Vera rerum vocabula amiſimus.* Item, adimo, fra tager. *Minitaris te tibi vitam eſſe amiſſurum.*

Amiſsio,

Amiſsio, onis, amittendi actus. Ut, *amiſſio oppidorum, rerum omnium, dignitatis*, Miſtelze.

Amiſſus, a, um, quod amiſimus, Miſt / tabt / ſluppen. *Amiſſa Reip. cauſa: occaſio amiſſa: claſſes amiſſæ ac perditæ: præda de manibus amiſſa*, i. e. elapſa.

Circummitto, is, Liv. in circum mitto, omkring ſkicker: *Milites poſt montes circummiſit. Jugo circummiſſus bejens in verticem colli evaſit.*

Committo, is, propriè ſimul mitto ſeu jungo, & quidem oppoſita ſeu diverſa, ſetter eller ſkicker mod hin anden/ ſetter i haar ſammen: *Committere viros, committere ludos, committere pugnam.* Item unum in alterum mitto quaſi. Ut *committere maria*, lade det ene havlobe i det andet. *Committere ligna*, ploje i hin anden/ ſkarre ſammen / ſelde i hin anden. Item *committo, alicujus fidei & quidem ignotæ rem ſollicitè ſervandam trado*, Antvorder til troer hand/ fortroer/ befaler til det beſte. *Hoc negotium tibi commiſi.* Item pecco, patro, forſeer eller forgriffuer mig/ bedriffuer/ gior *Committere facinus: nihil commiſi.* Item permitto, tilſteder. *Non committam civem morte multari. Non eſt mihi committendum*, i. e. patrandum, faciendum, Jeg maa icke det giøre / eller det bedriffue.

Coſmitto, pro committo apud veteres.

Commiſsio, onis, committendi actus. Et peculiariter, exhibitio binorũ ſive pugilum ſive muſicorum, ſive Poëtarum vel Rhetorum ad artis aut virium oſtentationem.

Commiſſarius, rii, m. ſ. cui à magiſtratu negotium commiſſum eſt, nomine alterius curandum, efficiendumq;, Befalningz mand/ fuldmectige. Sic commiſſarii, qui de dirimendis litibus finium agunt, Redemænd paa Jord/ Skov/ oc Marckſel.

Commiſſus, a, um, quod commiſimus.

Commiſſum, ſi, n. ſ. ipſum commiſſum negotium. Et peculiariter magiſtratus nomine, befalning at forhøre oc handle noget paa Forſtens vegne. Item commiſſum, factum perpetratum, gierning eller bedrifft Item facinus ſeu peccatum, forſeelſe/ ſynd.

Commiſſorius, a, um, Juriſc. ut *lex commiſſoria*, quæ actioni adjicitur, & actionem reſcindit, ſi quid contra eam commiſſum fuerit.

Commiſſuræ, cujus ſingulare commiſſura, ſ. p. juncturæ, quales ſunt tabularum, lapidum & aliarum rerum, Skarning / indfeldning / indelødning / indſetning/ naar noget træ er felt i andet. Sic *commiſſura navis: commiſſura cranii.*

Committitis, apud Nonium, cui aliquid committitur. Ut, *ſervus committitis*, fortroed Suend.

Fideicommiſſus, a, um, conjunctè Juriſc. quod alicujus fidei committitur ab eo, qui teſtamentum facit, befalet til troer hende at giøre oc vdrette: *Libertas fideicommiſſa.* Et abſolutè *fideicommiſſum*, betroed aff den døde.

Fideicommiſſarius, Juriſc. qui fideicommiſſum accepit, fortroed mand.

Demitto, is, deorſum mitto, neder ſencker / ſicker/ neder lader/ neder ſender: *Cælo demittitur alto, demittere caput, aures*, ſlaa hoffuedet eller ørne ned/ henge med hoffuedet. *Demittere vocem*, tale ſagt. Et tropicè, *demittere animum, mentem*, lade modet falde.

Demiſsio, onis, demittendi actus. Ut, *animi demiſſio*, quâ animum demittimus.

Demiſſus, a, um, quod demiſimus, neder lagt / neder ſat/ neder ſent. *Demiſſum caput, demiſſæ aures: demiſſus animus. Demiſſa vox*, ſagt tale,

Demiſsitius, a, um, Plauto, idem quod demiſſus. Ut, *tunicæ demiſſitiæ*, ſide eller hengende / ſickende.

Dimitto, is, in varias partes ſeu loca mitto, vdſticker her oc der. *Certos per littora dimiſit: nuncios legatosq; in omnes partes dimittebat.* Item abire permitto, giffuer forloff/ lader fare. *Legionem unam dimiſit.* Et tropicè, *uſum eorum dimiſi.*

Dimiſsio, onis, actus, quo aliquid dimittitur, vdſtickelſe/ vdſendelſe. *Dimiſſio libertorum ad diripiendas provincias.*

Dimiſſus, a, um, quod dimiſimus. Et translatè, *dimiſſa Philoſophia*, forlat.

Emitto, is, quaſi extra mitto, vdlader/ vdſender *Emittere aquam ex piſcina. emiſſus ex urbe, ex carcere.* Et ex uſu loquendi peculiari: *Emittere oculos*, ſee vd / eller ſkiude øyne. *Emittere vocem*, tale. *Emittere ſagittas ex arcu*, ſkiude. *Emittere ſaturitatem*, eſt ventrem purgare. *Emittere manu*, idem quod manu mittere, libertate donare, giffue fri. *Emittere librum*, eſt edere, lade Bog vdgaa.

Emiſſio, onis, emittendi actus, vdladelſe/ vdſendelſe/ vdgiffuelſe. *Emiſſio aquæ: emiſſio lapidum è baliſtis.*

Emiſſarius, m. ſ. qui ad nutum Domini excubat, aut præſtò eſt, ut emitti queat, løbbere eller liggere. Item qui præcedit aciem ad cognoſcendum iter vel ad laceſſendum hoſtem. Item calumniator emiſſus & ſubornatus ad indaganda ſecreta aliena, Speidere. Item *Emiſſarii*, qui voce Perſica, ſed latinè formatâ, dicti ſunt Angari, Poſtbudt. Quamvis Perſicum hoc etiam certis privilegiis munitum erat.

Emiſſarium, n. ſ. Svet. locus, qui aquam obicibus demiſſis reſiſtit & reclusis emittit, Sluuſe eller ſtyffbord.

Emiſſitius, a, um, qui ad explorandum emittitur. Ut, *oculi emiſſitii*, qui huc atq; illuc excurrunt omnia curioſè obſervantes, ſpeidiſke øyne/ ſpeide øyne/ løbbende øyne.

Immitto, is, in rem mitto, tilſender / tilſticker / paaſticker/ paaføre. *Peſtem terris, hominibus immittet Deus. Immittitur filis aurum*, Jſettis. *Immittere militem portis*, ſticke til/ indføre. Et *immittere corpus in undas*, kaſte ſig i vander.

Immiſsio, onis, immittendi actus.

Immiſsus, a, um, quod immiſimus, tilſticket/ indelter i ſat/ ſticket/ ſend. *Milites in tecta immiſſi. immiſſus à Deo dolor: tela in corpus immiſſa.* Et *Tarquinius à Cicerone immiſſus eſt*, pro ſubornatus, beſticket / vdgiort/ vdſent. Item *immiſſa barba*, pro prolixa & imminenti, ſid oc lang ſkæg. Item abſolutè Juriſc. *immiſſum* dicitur in ædificio, cum tigna & trabes ex noſtro pariete in parietem vicini immittimus.

Intermitto, is, ad tempus omitto, ceſſo, lader aff/ lader falde nogen ſtund/ ſetter op til en tid. *Intermiſit iter ſuum. intermiſi tempus, non autem omiſit: nonnunquam unum intermittit diem, quin ſemper veniat. Febris intermittens*, ſom holder op oc kommer igien.

Intermiſsio, onis, intermittendi actus, affladelſe. *Intermiſſio epiſtolarum, intermiſſio cantus.*

Intermiſsus, us, m. q. idem. Ut, *ſine intermiſſu cantus*, affladen.

Intermiſsus, a, um, quod intermiſimus, afflat / opholt et ſtund. *Intermiſſa dies: intermiſſi ludi: intermiſſum tempus.*

Intromitto, is, quaſi intro admitto, lader ind. *In ædes*, & antiquè, *in ædibus, herum intromiſit.*

Intromiſſus, a, um, quod intromiſimus, Indlad. *Intromiſſus in lecto ipſum trucidabat.*

Manumitto, tis, de ſervo liberum facio & quaſi è manu & mancipio mitto, giffuer fri / giffuer løß. *Omnes manumiſit ſervos.*

Manumiſsio, onis, manumittendi actus.

Manumiſſus, a, um, quem manumiſimus, fri ladt/ fri giort.

Omitto, is, ſciens volensq; totum prætereo & relinquo, lader ſtaa tilbage/ lader fare / gaar forbi. *Quod petit, ſpernit, repetit, quod nuper omiſit.* Interdum ponitur pro intermitto & differo, lader fare til en anden tid. *Plæraq; differat, & præſens in tempus omittat.*

Omiſſus, a, um, quod omiſimus. Et amiſſo tempore, idem quod languidus & remiſſus, drætten / dræbig. *Ubi te vidi animo eſſe omiſſo.* Et *omiſſior ab re* dicitur, qui lucrum negligit, neq; ſollicitus eſt de acquirendis divitiis.

Permitto, tis, idem quod immitto, Per etiam augentę ſignificationem, ſticker imod / flux eller hart frem. *Concitant equos, permittunt in hoſtem: permittit equum ad hoſtium aciem.* Item quaſi planè aliquid à me mitto & do in alterius poteſtatem, giffuer i andens haand oc vilie. *Totum ei negotium permiſi, meq; in ejus poteſtate dixi fore.* Sic *permittere ſe Regi: permittere ſe alicujus poteſtati, fidei, & in fidem.* Item concedo, efterlader/ efftergiffuer / tilſteder. *Permitto aliquid iracundiæ tuæ: Lex jubet, permittit aut vetat: Permitto tibi licentiam faciendi illud.* Et impersonaliter, *conjectare permititur mihi.*

Permiſsio, onis, permittendi actus, efterladelſe/ tilſtedelſe. *Permiſſio manſionis tuæ mihi grata eſt.* Item, permiſſio, figura Rhetorica.

Permiſſus, us, m. q. idem, ſive permittentis actus. Ut; *permiſſu Annibalis è caſtris exiit: permiſſu legis, permiſſu tuo hoc feci,* med din forloffues villie.

Permiſſus, a, um, quod permiſimus, efterlat / oc efftergiffuen. *Permiſſa ad dignitatem poteſtas: Lege permiſſum eſt: conſuli permiſſa eſt Reſpubl. ne quid detrimenti capiat.*

Impermiſſus, a, um, non permiſſus. Ut, *Gaudia impermiſſa*, i. e. concubitus illiciti, wtilſted/forbudne/wlovlige.

Poſtmitto, is, quaſi poſteriori loco mitto & habeo, acter ringe/ lader ringe om. *Hoc periculum poſtmitto.*

Præmitto, is, ante mitto, ſender/ ſticker for hen: *A portu præmiſit me domum.*

Præmiſſus, a, um, quod præmiſimus, forſticket. *Equites præmiſi.*

Prætermitto, is, intactum mitto, quaſi præteriens, & quidem, propriè, ex ignorantia, oblivione aut negligentia, lader fare/gaar forbi. *Nihil prætermitto: prætermitto ſilentio,* taler intet om. *Prætermitto pœnam ſceleris*, i. e. remitto, efterladet.

Prætermiſsio, onis, prætermittendi actus. Ut, *prætermiſſio ædilitatis*, quæ prætermittitur & negligitur, efterladelſe / forſømmelſe.

Prætermiſſus, a, um, quod prætermiſimus, forſømmet/ gaad forbi. *Prætermiſſus locus à Panætio*, non conſultò relictus.

Promitto, is, quaſi porrò mitto, & in longitudinem deduco, giør lang/ giør ſid. *Promittere capillum, barbam,* lade voxe langt. Item, roganti annuo & addico, quaſi mitto & concedo, vel rogatus condico quod rogat, loffuer oc tilſiger en noget / forſiger. *Protixè de ſua voluntate promittit: quod promitto præſtabo:*

Promitto ad cœnam, & promitto foràs ad cœnam, i. e. promitto me iturum ad cœnam, loffuer mig hen. *De me promitto,* loffuer dig det om mig/ forſiger. *Promiſſe*, Infinit. pro promiſiſſe.

Promiſsio, onis, promittendi actus. Ut, *ſcelerum promiſſio.*

Promiſſus, a, um, quod promiſimus, loffuet oc tilſagt. *Res promiſſa*, Et amiſſo tempore, *Barba promiſſa*, i. e. prolixa, langt ſkæg. Sic *promiſſum capillum,* langt haar. Et abſolutè, *Promiſſum*, n. ſ. quod promittitur, loffuet oc tilſagt. *Servat promiſſa: ſtat promiſſis:* alieni promiſſi ſponſor.

Promiſsivus, Gram. Promiſſivus modus pro futuro indicativi. Sic adverbia promiſſiva & adjunctiva.

Appromitto, is, Cic. pro alio promitto. Ut, *tot appromiſiſti.* Aliter legitur aperuiſti, & ut volunt rectius.

Appromiſſor, oris, Ulpian. qui aliàs fide juſſor.

Compromitto, is, litem arbitrio boni viri ſubmitto, Voldgiffuer ſagen.

Compromiſſarius, a, um. Ut, *compromiſſarius judex*, i. e. arbiter, Voldgiffts mand.

Compromiſſum, ſi, n. ſ. facultas à litigantibus arbitro data, ſeu arbitrium proferendi & judicandi, Voldgiffuen ſag.

Expromitto, is, Juriſc. quaſi extra promitto, vel quod aliàs fidejubeo dicitur, loffuer noget vd enten for ſig ſielff eller for anden. *Viro ſuo pecuniam expromiſit.* Unde *expromiſſor*, pro ſponſore ſeu fidejuſſore.

Repromitto, tis, ſtipulanti promitto, hoc modo: ſpondes? ſpondeo. Promittis? Promitto, loffuer noget med forſagt ord oc tale/forſiger. *Repromitto ſolutam rem futuram: in referenda gratia hoc vobis repromitto.* Item ſimpliciter promitto. Ut, *id ei repromiſit.*

Repromiſsio, onis, repromittendi actus, Forſigelſe/ loffning.

Remitto, is, retro mitto, eò ſcilicet unde accepi, ſender eller giffuer igien tilbage. *Remiſi tibi librum Demetrii de concordia. Munera accipit frequens, remittit nunquam.* Et *pretio remitto*, giffuer igien for betalning. *Remittere alicui de ſumma*, eſt minuere. Sic *remittere ex ſumma contentione & labore aliquid*, eſt laxare. Et *remiſit aliquid de ſeveritate*. Item idem quod ſimplex mitto. Ut, *filiæ repudium remiſit.* Sic *remittere nuncium uxori*, pro repudiare. Item relaxo, Slenter. *Remittere chordas: remittitur frigus, gelu*, det ſlenner / tøer. *Remittere aures*, i. e. demittere, lader falde. *Remittere animum*, pro curas deponere. *Remittere frenos dolori, remittere diſciplinam, cuſtodiam*, pro negligere. *Remittere alicui ſupplicium, tributa*, eſt condonare, efftergiffue. Et *remittere rem emptam*, ſlaa kiøbet op / lade dem ſom ſelger faa ſit egit igien. Item idem quod intermitto. Ut, *nullum remittis tempus, neq; te reſpicis. Remitto horam hanc*, pro intermitto vel perdo, ſpilder. Item depono. Ut, *remitto provinciam.*

Remiſsio, onis, remittendi actus. Ut, *remiſſio ſupercilii orum. Remiſſio animi*, i. e. relaxatio. *Remiſſio pœnæ*, efterladelſe. *Remiſſio morbi*, ſactelſe. *Remiſſio frigoris ſeu gelu*, Slæning / tøen.

Remiſſus, a, um, quod remiſimus. Ut, *remiſſus nuncius*, tilbage ſendt. Et amiſſo tempore, *remiſſus homo, remiſſus animus*, pro leni, ſactferdig. Sic *remiſſus in diſputando: remiſſior in petendo, in ulciſcendo. Remiſſa vox, ſermo*, ſagt. *Remiſſus color*, tynd farffue. Item timidus. Ut, *remiſſior eſt Senatus: remiſſa copiæ. Remiſſiſſimus animus*, Sveton.

Remiſ-

Remiſsè, modo remiſſo. Ut, *remiſsè loquutus eſt*, ſact ferdeligen/ ſact/ med fryct/ fryctacteligen: *Remiſſius agit.*

Remiſſarius, a, um, Caton. quod remittitur quodvè in eum uſum factum eſt, ut poſſit remitti.

Submitto, is, aliquid ſub aliud mitto. Ut, *ratione loci: in locum & vicem ſubmitto*, fommer i ſteden. *Submittere tauras pecori*, i. e. ſubſtituere. *Submittere in ſpem gentis. Submittere faſces januæ* dicebantur Magiſtratus, qvum ædes ingredientes inclinari eos & deprimi jubebant. Et translatè, *ſubmittere animos*, eſt quaſi inclinare & demittere, lade modet falde/ ſactis vdi ſit moed/ lader falde aff modet: adeoq; animum deſpondere. Et *ſubmittere genua*, eſt flectere & incurvare. Item ratione poteſtatis. Ut, *mihi res non me rebus ſubmittere conor*, vndergiffuer. *Submittere animum furori: ſubmittere furorem.* Item ſubmitto, clam mitto, aut in locum alterius ſuborno. Ut, *ſubmiſit me ut monerem*, Sticket/ ſender ſaa hiemmeligen / ſticker ind iblant. *Terra tibi ſubmittet fructus & lætiſicos fœtus*, i. e. fundat, proferat, producat.

Submiſsio, onis, ſubmittendi actus. Ut, *animi ſubmiſſio*, Sact moed. *Submiſſio vocis*, Sact talendhed.

Submiſſus, a, um, quod ſubmiſimus. Ut, *lupus mammas prabuit infantibus ſubmiſſas.* Et amiſſo tempore, *ſubmiſſa vox, oratio*, i. e. humilis non elata, ydmyg / ſact tale. *Submiſſus animus*, ſact moed.

Submiſsè, modo ſubmiſſo, ydmygeligen. *Submiſsè mihi ſupplicat.*

Submiſsim, Sveton. idem.

Summitto, is, ſubtus mitto, clam & furtim immitto, ſticker ſaa hiemmeligen iblant / ſticker hemmeligen frem. *Summittere lictores, milites: ſummiſit Timarchidem, qui moneret eos ſi ſuperent, ut tranſigerent. Summittere animum periculo*, vndergiffue. Item humilem me alicui præbeo. Ut, *appellavi populum, tribubus ſubmiſi me & ſupplicavi.* Item domitto. Ut, *tibi ætas noſtra cedit, faſcesq; ſummittit.* Item detraho. Ut, *aliquantum remittere ex eo quod facere poſſis, & multum ſummittere.* Item in locum alterius mitto, Sticker oc fommer i ſteden. *Ei alium ſummitte.* Item ſub jugum mitto. Ut, *ſummittite tauros.* Item *ſummittere barbam & capillum* dicitur, cùm neq; tondemus neq; radimus, permittentes ad enormitatem adoleſcere, quod ſpecimen eſt maximi doloris.

Summiſsio, onis, ſummittendi actus. Ut, *ſummiſſio orationis*, i. e. remiſſio, fald/ ſactelſe/ ſact / ydmyg/ enfoldig tale.

Summiſſus, a, um, quod ſummiſimus. Ut, *ſummiſſi petimus terram*, i. e. incurvati, inclinati, bucket næd/ liggendis paa knæ. Unde, *ſummiſſa genua*, nedtrø bøjede knæ. Et amiſſo tempore, translataq; ſignificatione, humilis & abjectus, ſactferdig / ydmyg. *Summiſſum nimis ſe gerit.* Item *ſummiſſa vox, oratio*, i. e. preſſa, ſact ord oc tale / ſactferdig.

Summiſsè, modo ſummiſſo, preſsè, humiliter & abjectè, ſactferdeligen / ſacteligen / ydmygeligen/ ſaa ſact. *Summiſsè dicit, loquitur, ſupplicat. A primo ſummiſsè dicere, deinde preſſiùs, poſt audaciùs, exultare.*

Summiſsim, Svet. idem quod ſummiſsè, ſive ſummiſſa voce.

Tramitto, idem quod tranſmitto. Ut, *duo ſinus fuerunt, quos tramitti oportuit.*

Tranſmitto, is, aliquid trans aliud mitto. Ut, *cribrum tranſmittit arenam*, ſlaar igiennom. *Lacus amnem*

tranſmittens, giennom flyder. *Tranſmittere alicui nuncium*, eſt cum feſtinatione mittere, ſticke offuer med en haſt. *Tranſmittere tectum lapide*, eſt ultra tectum conjicere, ſtinde offuer. *Tranſmittere bellum, vel aliquod onus alicui*, eſt dare alicui provinciam belli adminiſtrandi. *Tranſmittere in formas coactam materiam* dixit Columell. pro formare, & in formas redigere. *Tranſmittere menſes*, eſt tranſigere. *Tranſmittere tempus*, eſt ducere, conſumere. *Tranſmittere fratri hæreditatem*, eſt transferre, offuergiffue. Item neutraliter, Tranſmitto, pro tranſeo, trajicio, offuerfarer. *Iter ingreſſi mare tranſmittebant: Grues maria tranſmittunt.* Sic *parentes tranſmittunt campos.* Et ſubintellecto Accuſativo: *A Brunduſio Dyrrachium tranſmiſit*, ſcil. mare. Inde *tranſmittere diſcrimen*, i. e. evadere.

Tranſmiſsio, onis, tranſmittendi actus. Ut, *tranſmiſſio alicujus*, quâ quis mare tranſmiſit, offuerfaren / offuerforzel.

MODUS, di, m. ſ. pr. corr. vera cujuſq; rei ratio & menſura, quaſi medium ipſum, ſeu medii ratio & mediocritas à voce Medium vel Immediatè à μέσος medius, quod in medio inter duo extrema conſiſtit, Maade. *Modus omnibus in rebus optimum: eſt cuiq; rei ſuus modus: modus eſt agendi.* Unde & dicitur, *majorem in modum: mirum in modum*, quaſi ultra modum & rationem, offuermaade. Item ſpecialiter modus, pro certa quantitate. Ut, *major rei modus in horreo.* Item pro menſura canendi, Slag vdi Sang / tact. *Surdus varietates vocum aut modos noſcere non poteſt.* Item pro fine. Ut, *quis erit modus? rebus agendis modum imponit ſapiens.*

Modulus, li, m. ſ. parvus modus & menſura. Ut, *corporis modulus.* Et ſpecialiter, modus & menſura cantus. Item menſura quædam veterum fabrilis & Architectonica. Item menſura in aquæductibus, quâ aqua ad privata ædificia ducebatur. Item modulus, lignea forma, in qua corio inducto novus fit calceus, Skomager leſt.

Moderor, aris, dep. pr. modum pono, ſeu modo quaſi præſcripto rego & coherceo, ſtyrer oc holder i raade. *Linguæ moderandum eſt, moderari voci, moderari ingenio*, ſtille haffue tømme paa. *Moderari iram*, ſtyre ſin vrede. *Moderari ſeipſum*, ſtyre ſig ſielff. Et cum Accuſativo; *Moderatus eſt ſucceſſum victoriæ: Moderari currum, equos, curſum equorum.* Item apud Saluſt. act. terminatione, *quis finem ſtatuet aut moderabit?* Et Accio, *non te moderat metus.*

Moderanter, adverb. moderanti modo, ſtyrligen/ regærligen/med maade. *Moderanter habet habenas: moderantius te inſequar.*

Moderamen, inis, n. t. idem quod moderatio, ſeu quo aliquid moderatur, ſtyrelſe. *Moderamen mundi, navis, equorum.*

Moderatio, onis, moderandi actus, ſtyrelſe.

Moderator, oris, m. t. qui moderatur, ſtyrere/ ſom ſtyrer oc regerer noget. *Deus mundi moderator. Moderator juventutis*, Skolemeſter/ Tuctemeſter.

Modetatrix, cis, f. t. idem in ſexu fœmineo, Tuctemeſterinde. *Moderatrix rerum ſapientia.*

Moderatus, a, um, act. qui ſibi ipſi modum ponit & moderatur, ſtille/ ſtyrlig / ſom kand ſtyre ſig ſielff. *Senex moderatus: eo nemo eſt moderatior.*

Moderatè, tius, tiſſimè, modo moderato, cum modo & moderatione, med maade. *Moderatè dictum: moderatè hoc velit.*

Moderatim, Lucret. idem.

Modeſtus, a, um, ſtior, ſtiſſimus, qui ſibi ipſi modum in vivendo agendove ponit & ſervat, idq; ratione morum, høffiſk/fin/ad ſig/ beſkader/ tarffuelig/ydmyg. Ratione verborum & orationis, beſkeden: ſumptuum, veſtitus ac victus, tarffuelig. Hinc, *Mulier eſt modeſta & proba: modeſtus vultus: modeſti mores: modeſtus animus: & modeſtus pudor.*

Modeſtè, modo modeſto, fiinligen / høffuiſkeligen/ tarffueligen/ maadeligen. *Modeſtè hoc fert: modeſtè vivit, ſe veſtit.*

Modeſtia, æ, f. pr. modeſti affectus & virtus, høffſkhed/tarffueligheð/maadeligheð/ beſkedenheð.

Modicus, a, um, cui modus eſt, ratione quantitatis: quodq; intra modum eſt, maadelig/temmelig/lempelig/ſkellig / paſſelig. *Animus modicus: pecunia mihi modica.* Sic: *Frumenti modicus acervus: ignis modicus: labor modicus.* Item modicus pro parvo, Lider. *Pecunia modica.* Et de quantitate diſcreta ſeu numero, pro paucus, faa. *Modici domum introierunt.* Et abſolutè, *modico contentus ſum*, lader mig nøye/eller nøyes med maadeligt.

Modicellus, a, um, Svet. aliquantum modicus & parvus. Ut, *modicella culcita*, liden/ paſſelig eller paſſelig liden.

Modicè, adverb. modo modico, maadeligen eller til maade. *Modicè ſapis, modicè temperans eſt.* Et pro parum. Ut, *Ædificia modicè à terra exſtantia.*

Modicum, adverb. Plaut. pro parùm. Ut, *id modicùm curat.*

Modius, m. ſ. menſuræ genus aridorum continens 16 ſexarios, en maade paa 16 potter / ſaa ſom en tynde/ otting oc en Jydſk ſkeppe / huor der gaar otte i tynden. Item *modius & modium agri*, actus eſt quadratus, 120 pedes latus & totidem longus, alias mina. Item modius Iſidoro, locus in quem malus navis immittitur.

Modiolus, m. ſ. menſuræ genus incertæ capacitatis, quamquàm & pro quarta modii parte exponitur, en fierding ſkæppe/fierding kaar/bimpel/halff otting. Item modiolus, vas parvum ad hauriendam aquam ex puteo, Vandſpand/Junge. Item parvum vaſculum potorium, Strickebeggere/ Rømmerken eller liden Skaale. Item modiolus chirurgis, ferramentum concavum & teres, imis oris ſerratum, per quod medium clavus ipſe quoq; interiore orbe cinctus demittitur, cujus uſus eſt in excidendo oſſe parvo. Item *modiolus rotæ*, medium rotæ, cui affixi ſunt radii, hiulnaff. Item modioli in tympano molari, gradus abſidis, Koger.

Modialis, le, om. t. quod capacitatem & menſuram modii habet, ſtor ſom en ſkeppe / ſkepperum. *Vas modiale: olla modialis.*

Modò, adverb. temporis, pro certo temporis modo. Eſtq; interdum præſentis, Nu. *Modò indago: modò ait, modò negat: modò veni: modò faciam.* Interdum eſt præteriti, pro dudum, ſeu jamdudum: *Modò hoc perpetrabit.* Interdum etiam ponitur pro duntaxat, & ſolùm, Alleniſſe. *Tectis modò dirutis duo populi in unum confuſi ſunt.* Interdum idem quod hac conditione, med ſaa ſkel. *Modò liceat vivere, ſpes eſt.* Item idem quod ſaltim. Ut, *utinàm hoc ſit modò defunctum.* Item interdum, vnderdiden/ ſtundum. *Modò hoc vis, modò illud.* Item modò non, pro ferè vel propemodùm, Noget nær/ hart ad. *Modò non auri montes pollicens.*

Modulor, aris, dep. pr. modum & menſuram rei capio, ſeu quaſi ad modulum, ſeu modulo fabrili menſuro, tager maal paa noget. *Modulari corpus: modulari hominem.* Item ad modos cano, ſeu modis inter canendum utor, ſiunger effter ſlag oc tact / holder ſlag oc tacter. *Carmina modulatur.* Item ad modos q. compono. Ut, *natura orationem hominum modulatur.* Item arte & ſuaviter ſono, ſiunger konſteligen/ med konſt/ oc ſødeligen.

Modulamen, inis, n. t. idem quod modulatio, ſeu modulationis varietas, Sang *Volucres modulamina tentant.*

Modulatio, onis, modulandi actus, Sang effter ſlag oc konſt/ ſød ſang.

Modulator, oris, m. t. qui modulatur, Sangere.

Modulatus, us, m. q. idem quod modulatio. Ut, *ſaxa modulatu trahit.*

Modulatus, a, um, paſſ. quod modulati ſumus. Ut, *modulata cantica.*

Modulatè, modo modulato, continuè & cum menſura. Ut, *modulatè canit*, med konſt/ ſødeligen/ effter ſlag.

Compoſita.

Admodulor, aris, ad aliquid modulor, ſiunger i med. *Padus electriferis admodulatur aquis.*

Admodùm, adverb. ſignificans valdè & ſupra modum, ſtorligen/ wſkelligen. *Hic ſuccus ſtomacho admodùm prodeſt.* Item aliquantum ſive ſatis, quaſi ſecundum rationem: *Animus admodùm mitigatus: Res admodùm paucis ſalutaris: In eo libro admodùm multum fortunæ datur: à corde in totum corpus diſtribuitur per venas admodùm multas*, ſaare mange. *Curio literarum admodùm nihil ſciebat*, ſlet intet. *Elocutio perfecta quæ maximè ad modum oratori accommodata eſt. Acipenſer admodùm raro capitur. Neq; admodùm Catoni*, pro tandem.

Aliusmodi, quaſi alterius modi. Ut, *uno excepto, quem aliusmodi, atq; omnes natura fixit, ſuos quisq; habuit mores. Res aliusmodi eſt ac putatur*, i. e. aliter alia ratione.

Amodò, adverb. Apull. ſignificans poſthac, ſive ex hoc tempore, her effter / effter denne dag. *Nemo me Amodò jam manè egredientem ſolum videbit.*

Commodus, a, um, quod aptum eſt, utile & cum modo & ratione, rei conveniens, Bequemmeligt / nyttigt/ gaffnligt/til maade/vel laſſuet/vel laſſuet. *Homo eſt commodus: nemo ad rem commodior: commodus moribus: commoda via: anni tempus commodum.* Et abſolutè, commodum pro re commoda, nytte oc gaffn. *Commodum eſt ſic facere: ſpatium habet tuo commodo: agit ſuo commodo: commodus utilitatiq; ſervit.*

Commodè, dius, diſſimè, Cic. modo commodo, Bequemmeligen/ i rette tide/ betiden: *Commodè agit, facit, dicit.*

Commodùm, adverb. Cic. idem. Ut, *commodùm ſol emerſit*, I laſſue tide. Item commodùm pro vix & opportunè. Ut, *commodùm ad te dederam literas de pluribus rebus, cùm ad me benè mane Dionyſius fuiſſet. Commodùm diſceſſeras heri cùm Trebatius venit: commodùm ad te miſeram, cum ad me eros venit.*

Commoditas, atis, f. t. commodi temporis ratio & opportunitas, Lav tid. *In occaſione commoditas adfaciendum.* Item idem quod commodum. Ut, *vitæ commoditas jucunditasq;.*

Commodo, as, act. pr. commodum ſeu commoditatem affero & facio, giør til vilie / til beſte / hielper til beſte/ giør til gode/ hielper paa: ſive id conſilio fiat, ſive opera & factis. In hac re tibi commodabo.

Item

Item tropicè mutuum do, do utendum, ut idem reddatur, sive res ea sit mobilis, sive immobilis, Laaner hen/ lejer bort. *Aurum mihi commodavit: ædes ei ad nuptias commodavit.*

Commodatus, a, um, quod commodavimus. Ut, *à fortuna hæc commodata sunt. Res commodata*, quæ utenda datur gratuitò.

Commodatarius, rii, m. s. cui res data est commodatò, ἄδηλον.

Accommodus, a, um, prò apto, Bequem. *Vallis accommoda fraudi.*

Accommodo, as, act. pr. ad rem aliquam me commodum exhibeo, vel commodè gero, lemper oc laffuer: *Accommodat coronam ad caput: Accommodat se ad Rempubl. & ad magnas res gerendas. Meum consilium accommodabo ad tuum. Accommodare alicui de domo domum*, laane oc lete en noget aff huset. *Peto à te, ut ei de habitatione accommodes*, i.e. commodes. *Accommodavit Amico ædes ad nuptias*, i. e. commode utendas dedit, laante. Sic *accommodare alicui mendacium ad tempus. Accommodare se ad nutum & arbitrium alicujus*, lempe sig efter.

Accommodatio, onis, accommodandi actus. *Accommodatio Magistratuum*, quâ Magistratus accommodavit aliis.

Accommodatus, a, um, quod accommodavimus, lempet / laffuet. *Accommodatum ad naturam ad probandum, ad persuadendum, ad vim, ad facinus.* Et amisso tempore; *hoc exemplum his temporibus accommodatissimum*, Bequemmeligst.

Accommodatè, pro aptè & convenienter, bequemmeligen. *Definit ad popularem intelligentiam accommodate. Dicit quàm maximè ad veritatem accommodatè.*

Incommodus, a, um, dior, dissimus. Non commodus, wlaffuet/wlafflig/wbequem/wmags. *Homo incommodus*, Jt wmags Menniske / wmagsom/som veed andre inter til villie: *Uxor est mihi incommoda. incommodum est mihi hoc facere.* Et absolutè incommodum pro detrimento, Skade / affbreck/ wleiligbed/wlempe: *fiet hoc cum tuo incommodo.*

Incommodè, modo incommodo, wlaffligen/wbequemmeligen/wmageligen. *Mecum agitur incommodè. incommodissimè navigat.*

Incommoditas, atis, f. t. incommodæ rei affectus & ratio, wbeleiligbed. *Temporis incommoditas.* Item idem quod incommodum, Skade / wleiligbed / wlempe.

Incommodo, as, act. pr. incommodum affero, seu incommodo afficio, giør skade / giør nogen imod. *Multis incommodabit.*

Incommodatio, onis, incommodandi actus. Item idem quod incommoditas.

Perincommodus, a, um, valdè incommodus.

Perincommodè, valdè incommodè. Ut, *perincommodè hoc accidit*, kom ilde til maade.

Percommodus, a, um, valdè commodus.

Percommodè, admodùm commodè, gandske bequemmeligen / megit vel i rette tid / til maade. *Percommodè hoc nobis accidit.*

Cujusmodi, dictio est adjectiva, sed indeclinabilis, huad for nogen/huordan. *Cujusmodi homines: cujusmodi res sit.*

Cuicuimodi, itidem adject. & indeclinab. pro cujuscujusmodi, huad som helst / i huordan det være kand.

Cujusmodicunq; , indeclin. significat cujuscunq; modi, huad for en/ huordan/ huad slags/ huad som helst. *Illud me non præterit, cujusmodicunq; mater sit, tamen in judicio filii de turpitudine parentis dici vix oportere.*

Cujuscunq; modi, eadem inflectendi ratione, significat omnis modi, Allehaande slags. *Non solum Cives, sed cujuscunq; modi genus hominum.*

Decimodia, æ, f. pr. Colum. vasis genus decem capiens modios, saa som en fem fierdings tynde

Dummodò, adverb. aliquo vel hoc modo, med saa skel.

Ejusmòdi & Ejuscemodi, i.e. modi ejus, saadant slags. *Ejusmodi conflictor ingeniis.*

Emodulor, aris, idem quod modulor. Unde particip. pass. Ovid. *Musa per undenos emodulanda pedes.*

Hujusmodi & Hujuscemodi, saadant / dette slags. *Hujusmodi, obsecro, aliquid reperi.*

Immoderatio, onis, Actus, quo non possumus moderati seu modum habere, wstyre. *Verborum immoderatio.*

Immoderatus, a, um, quod se moderari non potest, seu modum tenere, wstyrlig/som icke kand holde maade. *Homo immoderatus: immoderata cupiditas: tempestas immoderata.*

Immoderatè, modo immoderato, non moderatè, wskelligen/vden all maade. *Immoderatè facit*, hand holder ingen maade. *Immoderatè fert res adversas: immoderatè vivit: immoderatè re abutitur.*

Immodestus, a, um, modum non servans non modestus, wtilbørlig / wsiin / som icke kand holde maade eller styre sig / wtuctig / whøffsk / wmaadelig. *In convivio immodestus: jocandi genus immodestum.*

Immodestè, modo immodesto. Ut, *amat te immodestè*, wmaadeligen/forvden maade/wtucteligen/ wsiinligen.

Immodestia, æ, f. pr. immodesti habitus & affectus, wmaadelighed/whøffskhed.

Immodicus, a, um, cui nullus est modus, seu quod modum excedit, wmaadelig / offuermaade / wskælig. *Labor immodicus: libido immodica: frigus immodicum.*

Immodicè, modo immodico, wmaadeligen / wskelligen. *Immodicè facit. immodicè fert suum casum*, i. e. immoderatè.

Immodulatus, a, um, quasi non modulatus, vel parùm benè modulatus. Ut, *Poëmata immodulata*, Som icke ere ret eller vel giorde/wsødelige/ huor der fattis konst oc sødhed.

Istiusmodi, indeclin. omnibus generibus & casibus serviens, pro modi istius, Saadanne / saadant slags. *Nihil moror istiusmodi clientes.*

Multimodus, a, um, quod est varium & multiplex, q. multorum modorum, mangfoldig oc adskillig. *Artes multimoda oppidani distinebantur, nec sufficiebant.*

Omnimodus, a, um, omnium modorum. ἄδηλον.

Omnimodè, Lucret. omnibus modis, Jalle maade. *Omnimodè expertus est.*

Omnimodis, adverb. Lucret. idem quod omnimodè.

Permodestus, a, um, valdè modestus, tarffuelig/ sinn. *Homo acutus, permodestus ac bonæ frugi. Verba edicti pauca, & sensu permodesto.*

Permodicus, a, um, Jurisconsul. valdè modicus. Ut, *permodica dos.*

Permodicè, Colum. pro valdè parùm. Ut, *permodicè findit.*

Postmo-

Postmodum, adverb. quasi statim post, vel paulo post, strax effter/ strax en paa: *Ex injuria postmodum init gratiam.*

Postmodò, Liv. idem.

Præmoderor, aris, ante moderor. Ut, *præmoderatur Cithara*, i. e. præcinit.

Præmodùm, Gell. supra modum.

Propemodum, idem quod propè, hart ad. *Propemòdum manere in instituto meo videor.*

Quemadmodum, adverb. similitudinis, q. d. ad quem modum, quâ ratione, quâ viâ, huordan / huorledis: *Semper vigilabi & providi, quemadmodum salvi esse possemus. solus ille cognovit, quemadmodum istum vinci oportet:* Item interdùm ponitur pro ut vel ita, Ligesom/ saasom. *Res nobis quemadmodum spero, non molesta.*

Quodammodo, adverb. modo quodam, J nogen maade. *Quos nunquam vidimus, quodammodo diligimus.*

Quomodo, adverb. q. d. quo modo, J huad maade/ huorledis. *Quomodo fert publicam cladem? non possum narrare, quomodo se gessit.*

Quomodocunq;, adverb. significans quacunq; ratione & modo, J huad som helst maade. *Est quomodocunq; domi, quod edimus, quanquam sumus pauperculi.*

Ecquomodo & ecquonammodo, nogen tid/ naar nogen tid.

Quoquomodo, pro quocunq; modo. Ut, *stet hæc urbs præclara, quoquomodo de me merita est.*

Semodius, m. s. pondus aut mensura continens libras tredecim, uncias quaternas, quasi dimidius modius, halff-skep. Ut, *semodius scobis, fabæ, jugerum.*

Sesquimodius, m. s. modius cum dimidio,

Solummodò, Cic. aliquando pro tantummodo.

Tantummodo, adverb. q. uno tantùm modo, alleniste. *Arbores tantummodo per stirpes aluntur suas.* Ponitur & pro tantùm. Ut, *posthac si quicquam, nisi precor: tantummodo non addat, &c.*

Trimodia, æ, f. pr. apud Colum. vas capiens tres modios.

Trimodium, n. s. mensura tres modios continens.

Uniusmodi, nomen indeclinab. quod est modi unius, aff et slags. *Parentum injuriæ uniusmodi sunt fermè.*

MOECHUS, m. s. Plaut. μοιχὸς, Græca voce idem quod adulter. Ut, *herus meus magnus mœchus est.* Et Mœchus Mulierum, pro eodem. Transfertur & ad eum, qui quocunq; modo inhonestè per libidinem peccat.

Mœcha, æ, f. pr. idem in sexu fœmineo, Horekone.

Mœchisso, as, act. pr. Plaut. per adulterium polluo. Ut, *in adulterio mœchissat Casinam.*

Mœchor, aris, dep. pr. Catul. inhonestè per libidinem pecco. Ut, *Mentula mœchatur.*

MOENIA, ium, n. pl. t. cujus singul. antiq. mœne, fabrica & propugnacula, quibus urbs cingitur, à μοῖρα, quasi rata cujusq; civis pars; quam scilicet quisq; pro sua virili tutabatur, ædificaveratq;, Ringmur / Stadz-vœrn / Vold oc Mur. *Dividimus muros & mœnia pandimus urbis. Mœnia mundi*, pro cœlo, quo quasi mœnibus cingitur terra. Ponitur & aliquando pro muniis, Bestilling. *Nos efficimus pro nostris operibus nostra mœnia.*

Mœnitus, a, um, Plaut. mœnibus cinctus, & est particip. ab antiquo mœnio pro munio, Beskandzet. *Pergamum divina manu mœnitum.*

Munio, is, ivi, vel nii, itum. act. q. pr. prod. quasi mœnia facio, seu mœnibus circumdo: significatq; quocunq; modo fulcio & contra vim paro, Befester/giør fast/ vebner/bevebner: *Murit oppidum munit: ferro & armis se munit: munit se vestibus contra tempestates.* Item simpliciter reparo & reficio, fornyer / forbedrer / giør rydeligt. *Munire viam, ripam, alvum, aditum, mœnia, &c.* Item munire antiquis, pro mandere cibum. Unde Festo Munitio, i. e. morsicatio ciborum. Munire etiam, est muneribus afficere, munerari. Ut, *meretrices muniendæ.* Aliter munio à μύω claudo.

Munitio, onis, muniendi actus, Befestelse. Item ipsum munitionis opus, Befesting. *Urbem munitionibus sepsit.* Item munitio, Festo, mortificatio seu morsicatio ciborum, i. e. contritio. Vide supra in munire.

Munimen, inis, n. t. & munimentum, n. t. idem quod munitio seu muniendi opus, tùm propriè, tùm translatè, Befestning / Vœrn. *Munimenta urbis: munimenta Reipublicæ.*

Munitus, a, um, quod munivimus, Befestet / giort fast/ bevebnet. *Oppidum propugnaculis munitum.* Et translatè, *munitus sapientiâ, munitus judicibus*, vel forvaredt. Item amisso tempore, *urbs est munita, & munitissima*, fast eller meget fast By. Sic, *oppidum est, quo nullum munitius.*

Munus, eris, & antiquè mœnus, n. t. propriè opera erat, quæ à quoq; cive munitioni oppidi impendebatur. Inde accipitur pro officio quocunq; in Republica, Bestilning/ Embede oc Byes tynge: *Munus ædilitium*, Kircke Veriedom. *Munus Regis*, quod Regi incumbit, Kongens Embede/ Kong Embede. *Munus militis*, Krigsmandz bestilling. Item, munus, erat beneficium, quo aliquis vacabat à munitione oppidi, singulari quadam gratiâ & privilegio: Unde accipitur pro quovis dono honorario forœring/benaading/ skenck. *Munere mecum certat: munera invicem mittunt.* Et hinc speciatim, munera pro ludis, qui exhibebantur Populo quasi munera quædam, fri spill oc læg for Folck.

Munusculum, n. s. parvum munus, donum, Liden skenck oc forœring.

Muneralis, le, om. t. quod ad munus pertinet. Ut, *lex muneralis*, quæ erat de muneribus dandis & accipiendis.

Munerarius, m. s. qui munera & ludos gladiatorios exhibet populo. Et Muneraria, gen. fœm. pro ipso opere dandi munera & ludos.

Munero, as, act. & muneror, aris, dep. pr. q. munere dono, afficio & compenso, forœrer / betaler oc vederlegger. *Merenti beneficium munerat: Rex eum munerare constituit: commodum sæpè incommodo muneratur: eum munerari oportet ancillas, qui viam affectat ad Dominas.*

Munis, antiquis pro officiosus.

Munia, orum, n. pl. onera lege debita & officia, quæ publicè præstantur, Byes bestilling / plictige bestillinger oc Embede. *Munia Regis: munia Candidatorum: munia pacis: munia belli.*

Composita.

Admœnio, is, act. q. Plaut. ad mœnia admoveo. Ut, *admœnire urbi fabricas:* quod & translatè effertur pro verbis pertractare aliquem ad agendum. Item *oppidum admœnire*, est obsidere.

Circummunio, is, Plaut. munio circumquaq;, propriè & translatè, vel forvarer / beskermer alle vegne/ paa alle sider/ beskandzer runden om.

Circum-

Circummunitio, onis, Cæſ. circummuniendi actus.

Communio, is, idem quod circummunio, Befeſter: *Communire urbem.*

Communitus, a, um, quod communivimus. Ut, *communita urbs.*

Communis, ne, om. t. quod ad omnes æquè pertinet, quaſi quibus idem munus eſt, tilfellis / almindeligt: *Res communis: dolor mihi tecum communis: vita, judicium, intelligentia, præcepta communia.* Et *communis ſententia*, i. e. junctis animis. *Amicus ſimplex & communis*, i. e. reciprocus. *Communes loci*, i. e. ſepulcrum familiæ vel omnibus commune, Begraffuelſe ſted ellet Kirckegaard. *Communis dies*, qui medius eſt interfeſtum & profeſtum, inſerviens ſcil. & Diis & hominibus, ubi quibusdam horis fas erat jus dicere, quibusdam non, ſed tantum ſacris vacare, Halffhellig oc halff Søgndag. Item abſolutè *commune*, idem quod Reſpublica vel civitas, vel collegium, Menighed eller Laug: *Vexare commune*, i. e. civitatem, rempubl. Sic in commune conferre.

Communiter, adverb. modo communi, Tilfellis. *Communiter ducit*, Ifleng.

Communitas, asis, f. t. communis ratio, ſocietas, Almindelighed / gemeenſkab / almindſkab / tilfellisſkab. *Communitas conditionis, æquitatis, legationis, vitæ & victus.*

Communio, onis, f. i. idem. Ut *communio legis, juris, ſanguinis, beneficiorum, præmiorum.* Exponitur & communicatio.

Communico, cas, commune facio, Meddeeler / giør deelactig. *Rem privatam communicat.* Dicimusq; *communicare cum aliquo, & communicare rem aliquam: & communicare inter nos. Communicare de rebus*, i. e. certiorem facere.

Communicatio, onis, communicandi actus, Meddelelſe.

Excommunico, cas, act. pr. Eccleſiaſt. q. à communione Eccleſiæ excludo, abigoq;, Bandſetter / ſetter i Band.

Excommunicatio, onis, excommunicandi actus, Band / Bandſettelſe.

Excommunicatus, a, um, quem excommunicavimus.

Emunio, is, ivi, itum, Columel. idem quod munio. Ut *emunire vites ab injuria pecoris.* Et Particip. Liv. *emunitus in modum arcis.*

Immunis, ne, om. t. qui eſt ſine munere, ſeu vacat munere, h. e. liber, Fri oc vden tynge. *Agri immunes: liberi immunes: civitas immunis.* Et abſolutè, *immunes*, ſocii populi Romani, liberi à vectigali & ſtipendio. Item cum caſu. *urbs immunis belli.* Et cum ablat. *immunis malitiâ*, fri for Krig &c. Item translatè otioſus, piger, ørckeløß / lad. Fucus immunis.

Immunitas, atis, f. t. immunis rei affectio ſeu ratio, Friheed. *Tabula immunitatis.*

Immunitus, a, um, quaſi non munitus, wbefeſtet / wfaſt. *Urbs immunita: oppidum, caſtellum immunitum, via immunita.* wfærdiget vei.

Permunio, is, valdè munio, aut munitionem abſolvo, giør meget faſt / fuldfeſter / befeſter: *Loca opportuna permunivit.*

Permunitus, a, um, quod permunivimus. Ut, *caſtra permunita.*

Præmunio, is, antequam fiat munio, befeſter tilforn. *Iſthmum præmunire inſtituit.* Et translatè, *Præmuni, ut*

ſimus annui, i. e. præpara, lav oc dønne paa det tilforne.

Præmunitio, onis, præmuniendi actus.

Remunero, as, act. & Remuneror, aris, dep. pr. viciſſim munero & gratiam & beneficium refero, vederlegger oc betaler / gielder igien: *Officiis tua beneficia remunerabo: Hoc officio, hoc munere, te remunerari volo.*

Remuneratio, onis, remunerandi actus, vederleggelſe oc betalning. *Remuneratio benevolentiæ.*

Irrenumerabilis, le, om. t. quod remunerari non poteſt. ἀδήλον.

Summœnianus, a, um, qui ſub mœnibus habitat, vel verſatur. Unde, *Submœnianæ uxores*, pro viliſſimo meretricum genere, quaſi quæ ſub mœnibus aut proſtabant, aut cellas ſuas habebant, almindelige Skøge.

MOEREO, es, mœſtus ſum, n. ſ. diuturna triſtitiâ afficior, & quaſi fatali, à μοῖρα fatum, ſtedze ſørget oc gremmer mig / grammis. *Hujus eventu mœret. mœret caſum tuum: mœret alio translatos amores, honores.* Item profuſis lacrymis doleo, Begræder *Mœret mortem filii.* Aliter à μύζομαι fleo, ploro, lamentor.

Mœro, as, antiquè, pro mœreo. Ut, *mœrabit me multis modis.*

Mœror, oris, m. t. mœrendi actus & diuturna triſtitia, gremmelſe / langvarende ſorg oc graad.

Mœſtus, a, um, qui mœret, Sorgſlagen / angerſlagen / hiertetigen oc meget bedrøffuet. *Mœſtus homo: mœſtæ voces: Mœſtus ſuam vicem.* Et ſuperlat. *mœſtiſſimus Hector.*

Mœſtè, modo mœſto, Bedrøffueligen.

Mœſtiter, antiquis idem.

Mœſticia, f. pr. idem quod mœror, bedrøffuelſe.

Mœſtitudo, inis, Plaut. idem.

Compoſita.

Commœreo, es, totus vel in totum mœreo, er aldelis bedrøffuet.

MOLA, læ, f. p. pr. corr. machina, quâ frumenta conteruntur, à μύλη, ejusdem ſignificationis, Mylle. Item mola, far toſtum & ſale conſperſum, quòd eo molito hoſtiæ aſpergebantur. Unde *molam inſpergere.* Et *mola ſalſa*, i. e. cui ſal inſperſum eſt. fiebat autem ex horna fruge & horno ſale, item ture: imponebaturq; capiti victimæ, quæ tùm macta credebatur & immolata: deinde vinum vel muſtum eidem affundebatur, prius ab auſpice deguſtatum & à circumſtantibus leviter delibatum: qui ritus dicebatur, libatio: poſtea exſtiſpicium fiebat, epulæ celebrabantur, chori agitabantur, & pedibus complodebatur. Item mola Medicis, informis caro in utero muliebri, gravitatis opinionem adferens, Maanetz Barn eller Foſter.

Molaris, re, om. t. quod ad molam pertinet. Ut, *lapis molaris*, Mølle Steen. Et abſolutè *molaris*, pro fragmento molæ. Item translatè, *dentes molares*, pro maxillaribus, quibus ceu mola quadam cibus teritur & conficitur, de dubbelte Kindtender.

Molarius, a, um, Caton. idem quod molaris. Ut, *aſinus molarius: jumentum molarium*, quod molam agit.

Molendinum, n. ſ. idem quod moletrina, Mølle eller Mølle huuß.

Molendinarius, a, um, Juriſconſ. quod ad molendinum pertinet. Ut, *Aſinus molendinarius*, Mølle Aſen.

Moletri-

Moletrina, æ, f. pr. idem quod mola, seu locus ubi habetur mola, Mølle eller Mølle huuß.

Molile, lis, n. t. Caton. instrumentum, quo aliquid molitur sive minuitur, quale est manubrium, quo mola impellitur & in gyrum agitur, Mandelen eller andet saadant/Querneſtaff.

Molo, is, lui, litum, act. t. molâ tero, Moler. Frumenta molit & translate *molere uxorem alienam*, i. e. subagitare.

Molitor, oris, m. t. qui molit, Møllere.

Molitura, æ, f. pr. molendi actus, Molen.

Molitus, a, um, quod moluimus, Molet. *Frumenta & cibaria molita.*

Molucrum, n. s. antiquè idem quod mola mulierum, seu morbus ex mola: vel tumor alius uteri, virginibus etiam familiaris, & sine dolore transiens. Item molucrum, quo molæ machinæ moventur, saa som Mandel eller Mølle stang eller stert. Item quod sub mola supponitur, sive lignum quadratum, ubi immolatur.

Composita.

Commolo, is, simul vel una molo, Moler / eller støder tilhaabe.

Emolo, as, quasi perfectè molo vel molendo supero. ἄθηλον.

Emolumentum, ti, n. s. propriè, quod ex molendo nobis seu lucrum quoddam exangescit, Som er vdgiort offuer det forgiffne maal naar mand mæler korn/ vdgiort / vdmaal/ vdmæling/ eller mølle told. Inde translatè commodum seu utilitas ex opera quacunq; vel labore, den baade oc nøtte oc fordeel mand haffuer aff noget. *Plus in hac re detrimenti quàm emolumenti est*, meere skade oc affbreck end baade oc fordeel.

Immolo, as, act. pr. propriè molâ, i. e. farre molito & sale, hostiam fusam sacrifico. Inde simpliciter idem quod sacrifico, Offrer. *Capram, vitulum, bovem, hostias, hominem immolat.* Item occido, quasi ad expiandum, pœnamve sumendam de perpetrato scelere, Slaar ihiel/ henretter. Unde participialiter: *consvetudo hominum immolandorum.* Item impersonaliter: *quibus hostiis immolandum, cuiq; Deo.*

Immolator, oris, m. t. qui immolat & sacrificat.

Permolere alicujus uxorem, pro vitiare.

MOLESTUS, a, um, pr. corr. quod insigniter negotium alicui facessit, ut, molæ circumactio pistrinensibus, scilicet à voce mola, Besuerligt/mødsommeligt. *Homo est mihi molestus: molesta ætas: molesta veritas. Molesta tunica*, Jurisconſ. dicebatur alimentis ignium illita & intexta, quâ reos in pœnam induebant.

Molestè, modo molesto, besuerligen / mødsommeligen. *Molestè injurias fert.*

Molestia, æ, f. pr. molesti ratio & affectio, mødsommelighed/besuerlighed: *Senectutis molestia.*

Molesto, as, Jurisconſ. act. pr. molestiâ afficio, Bemøder/ besuærer. *Me molestat.*

Composita.

Permolestus, a, um. valdè molestus. Ut, *homo mihi permolestus.*

Permolestè, modo permolesto. Ut, *permolestè fert alium prius audisse factum quam se*, giør hannem ont.

Præmolestia, æ, f. pr. molestia ex malo, quod imminere putamus anticipata & præsumpta.

Submolestus, a, um, nonnihil molestus.

Submolestè, adverb. ut, *submolestè fero.*

MOLES, lis, f. t pr. prod. corpus aliquod insigni magnitudine, vel ipsa magnitudo, à mola seu molendo, q. quod sua magnitudine molam refert, aut molendi labore, Det mand icke lettelig kand flytte eller handle/ eller oc haffuer stort arbeid oc tynge/ strog. *Moles corporis: moles ferarum: moles mundi: moles saxea*, stoor steen / eller steen byrde. Item *moles operis seu fabricæ alicujus*, quod singulari & ingenti labore constat, quales aggeres sunt aquarum vi oppositi, skreckelig stor bygning. Sic ingentes montes dicuntur moles. Item moles pro molestia seu ingenti labore, Ut, *tantæ molis erat Romanam condere gentem*, dicitur & *moles molestiarum* pro infinita magnitudine multitudineq;.

Molior, iris, dep. q. quasi molem aliquam aggredior: significaq; quodcunq; difficile aggredior, vel aliquid magna cum difficultate aggredior: idq; sive animi viribus fiat, sive corporis, Pynser / stempler/ stiiler/ grunder paa noget ar giøre / tager mig stor vmage til/ driffuer oc kommer affsted med mact oc stor vanskelighed / paalaffuer/ paa Arbeider. *Moliri odium, periculum, iter, moram, arcem, classem, bellum.* Et cum Dativo: *moliri alicui insidias, bellum.* Item, *moliri habenas*, est gubernare: *moliri jacula*, est jaculari. *Moliri fulmina*, est fulminari. *Moliri nives* pro facere nives, seu ningere. Et indefinitè, *moliri allquid*, tencke noget op. Item molior pro magna cum difficultate moveo. Ut, *dum moliuntur dum comuntur, annus est.* Moliuntur, i. e. dum surgunt, dum se movent. Passivè etiam usus est Lucil. pro Retardo. Ut, *mutilamur, molimur, subducimur.*

Moliendus, a, um, pass. quod moliri debemus, paa laffuis/ paa Arbeidis: *Hæc sunt in animis judicum molienda, amor, odium.*

Molimen, inis, n. t. & molimentum, n. s. idem quod molitio, paa Arbeidelse/ paa Arbeidning/ vmage oc træl. *Magno molimine hoc tentas.*

Molitio, onis, moliendi actus, Pynsen/grundelse/ paa Arbeidelse. *Magna rerum molitio.*

Molitor, oris, m. t. qui molitur, stiilere oc forarbeidere/ konstner. *Mundi molitor Deus: homo molitor rerum novarum.*

Molitus, a, um, pass. quod moliti sumus. Ut, *impietas molita.*

Composita.

Admolior, iris, idem quod molior, vel valdè molior. Ut, *Sacro manus admolitus est: Natura prærupta rupes de industria admolita est.*

Amolior, iris, quasi moliendo & cum magna difficultate amoveo, velter aff vejen. *Amoliuntur omnia è medio.* Et translatè, refello. Ut, *amoliri singula.* Item neutraliter recedo. Ut, *hinc vos amolimini. Nam mihi impedimento estis*, skynder eder aff vejen fra mig.

Amoliendus, a, um, quod amoliri debemus. Ut, *amolienda sunt singula*, i. e. refellenda.

Commolior, iris, idem quod molior. Ut *nescio quem dolum ad eum, aut machinam commoliar.*

Demolior, iris, molem dejicio, nederbryder. *Demoliri domum.* Et translatè, *de me culpam hanc demolibor* [antiquè pro demoliar] *jam ut seni faciam palam.*

Demolitio, onis, demoliendi actus. Ut, *statuarum demolitio*, quâ demoliuntur.

Emolior,

Emolior, iris, q. exmolior, seu moliendo expello, med magt vddriffuer. *Sicca tussis est, nihil emolitur,* kand intet spytte eller kaste vd. *Emolior nauseam,* kom mer væmmelse oc spyen aff sted.

Immolitus, a, um, quod magnis operibus in aliquo loco moliti sumus ædificavimusq;. Ut, *loca publica immolita,* Indbygt pladzer/ pladz med store bygninger indbygt.

Obmolior, iris, contra molior vel molem aliquam objicio, vel contra pono, Velter imod/ velter for/ velter i vejen / bygger for / eller i vejen: *Arborum truncus & saxa obmoliuntur.*

Præmolior, iris, antequam fiat aliquid, rem molior, præparo, laffver før til. *Res tantas præmolitus est.*

Remolior, iris, moliendo removeo, Løffter / rydder eller velter til side. *Luctatur remoliri pondera terræ. Remolitur dux agmina.*

Remolitus, a, um, Sen. pass. pro quod remoliti sumus. Ut, *orbis remolitus,* Affvelt/ rydded til side.

MOLLIS, le, lior, lissimus, om. t. quod tactui cedit, & in quamcunq; partem facile trahi ac moveri potest à moveo, vel à Græco μάλαξις, ejusdem significationis, blød/ veeg. *Mollis lana: mollis cera.* Et translatè, *molle ingenium,* quod facile est, docile, & cui doctrina facile imprimitur, nem nemme/ blød oc bøielig. Sic *mollis animus,* Et got sind / som lader sig bøje oc sige. *Collum molle,* i. e. domitum & tractabile, som lader sig tuinge oc bøje. Item in malam partem. *Homo mollis,* i. e. effœminatus, Quindactig/ blødsindet oc mechem. Sic *mollis gestus,* Quindactig i sine lader. Item mollis interdum idem quod facilis, let. *Mollis clivus: mollis aditus.* Item *molles statuæ & imagines & molles honores* pro ipsis statuis & imaginibus, i. e. elegantiores & singulari artificio fabrefactæ. Item jucundus, suavis, sød oc kier. *Somni molles.* Item maturus & quòd facile esui cedit, moed / sød. *Molles castaneæ.* Item *vina* dicuntur *mollia,* quæ defœcata sunt & asperitate carent, Lutter oc mild Vin / sact Vin. Aliter mollis à μάλαχη, malva.

Mollicinus, a, um, aliquantum vel multum mollis. Et, *mollicula cutis: mollicula mulier: mollicula esca.*

Mollicellus, Catull. idem.

Molliter, ius, issime, adverb. modo molli. Ut, *molliter cubilia substernunt,* blødeligen. *Molliter fert,* i. e. facilè, letteligen. *Curat se molliter,* i.e. delicatè, Kræseligen/ Quindactteligen/ Kelen.

Mollities, ei, f. Quint. & mollitia, æ, f. pr. mollis rei affectio, blødhed. *Nux mollitie insignis.* Et translatè, *mollitia animi,* Quindactighed/ Kællenhed. Item *maris mollities,* Kaff stille. Aliàs Græca imitatione malacia à μαλακία.

Mollitudo, inis, f. t. idem. Ut, *mollitudo pulmonum: mollitudo locis.*

Mollio, is, livi, & lii, litum, act. q. molle reddo, giør blød. *Ignis ferrum mollit.* Et translatè placo, stiller. *Mollire mare, mollire ventos.* Sic *mollire animos,* stille ens sind. Et alia significatione; mollire animos, pro effœminatos reddere, giøre blødactig/ Quindactig oc kelen.

Mollesco, scis, mollis fio. Undè translatâ significatione, *mollescunt corda: mollescunt pectora.*

Mollestras, inquit Festus, dicebant pelles ovinas, quibus galeas extergebant.

Mollicinâ, æ, f. pr. vestis genus: à mollitie sic dicta. Legitur & pro eodem Mollochima, tanquam à μολόχη, malva, quæ colorem malvæ refert. Unde & Isidoro, malvella.

Mollusca, æ, f. pr. nucis species è genere juglandum, sic dicta à mollitie corticis.

Molluscum, sci, n. s. tuber aceris arboris simplicius sparsum.

Composita.

Emollio, lis, idem quod mollio. Ut, *humor arctus, fundæ & jaculorum amenta emollit,* giør veeg / slagger vorn/ giør saa det slatter. *Emolliunt alvum pepones,* løsner liffuet. Et ad homines translatè, significat mollem, effœminatum aut mitem facio. Ut, *amœnitas urbis exercitum emollit,* giør blødactig / fortager mod. *Studia literarum mores emolliunt,* formilder/ stiller/ sacter / giør sactmodig oc stille.

Emollitus, a, um, quod emollivimus, Blødgiort/ veeggiort. *Hostis amœnitate urbis emollitus est,* giort blødactig.

Emollidus, a, um, apud Liv. si vera sit lectio, idem quod mollis.

Præmollio, is, ante mollio. Unde translatè, præmollire mentem, animum, sacte oc bevege tilforn.

Præmollis, le, om. t. valdè mollis. Ut, *præmolle involucrum: præmollia ova.*

Præmollitus, a, um, quod præmollivimus. Ut, *frustrà sparseris semina, nisi præmollitus fuerit sulcus.* Et translatè, præmollitæ judicum mentes.

Remollesco, scis, n. t. mollis fio. Ut, *remollescunt homines ad ferendum laborem. Cera sole remollescit.* Et translatè, mitigor, lenior. Ut, *numina remollescunt precibus.*

Remollio, is, idem quod mollio. Ut, *remollire artus, terram.*

Remollitus, a, um, quod remollivimus. Et translatè, placatus. Ut, *animus remollitus,* formildet.

MONACHUS, m. s. μοναχὸς, qui vitam ab uxore cæterorumq; hominum consortio solitariam agit, Munck.

Monasterium, n. s. locus ubi degunt monachi, Kloster.

Monasticus, a, um, quod ad monachum pertinet. Ut, *vita monastica,* Munche leffnet.

MONEO, es, ui, nitum, act. s. pr. corr. alicui aliquid in mentem revoco, sive simpliciter, sive ut aliquid faciat, à μιμνήσκω in animo habeo, mente agito, vel habere facio, Minder. *Literis me mones, moneo te hoc, de hoc, & pro hoc.* Et *moneo te hujus.* Item *monuit mihi animus.* Item *moneris* antiquè pro monueris. Aliter moneo ejusdem habetur originis cum memini à μνάω.

Monitio, onis, monendi actus, Mindelse. *Monitio contumelia careat.*

Monitor, oris, m. t. qui monet, paamindere. *Auctore & monitore hoc sum aggressus.* Et specialiter, *monitores,* qui in judicio submissa voce oratorem admonent eorum, quæ dicenda sunt, Hviskere/ tilsigere/ paamindere. Item qui in ludis histriones monebant eorum, quæ agenda dicendaq; erant.

Monitus, a, um, quem monuimus, Mindt. Et absolutè, *monitum*, paamindelſe. *Monitis tuis erudiendus eſt. Mea monita nihil faciunt.*

Monitus, us, m. q. idem quod monitio, paamindelſe. Item ipſum, quo quis monetur. Ut, *Aruſpicum monitu facit.*

Moneta, æ, f. pr. pecunia ſeu æs cuſum: ſic dicta quod nos moneat vel de auctore vel de pretio, Mynt/mynt penge.

Monetalis, le, om. t. quod ad monetam pertinet. Ut, *aurum monetale. Monetales triumviri*, qui monetis cudendis præerant.

Monetarius, a, um, idem quod monetalis. Ut, *trutina monetaria*, quâ moneta parva & modica appenditur, Guldvect. Aliter legitur momentana. Item abſolutè, *Monetarius*, qui monetam cudit, Myntere/Mynt-Meſter.

Monedula, æ, f. pr. avis genere graculorum, tota nigra, roſtro etiam cruribusq;: quæ monetam pecuniamq;, cujus admodum eſt cupida, furatur, Alicke/Kaa.

Monile, lis, n. t. gutturis & colli ornamentum, propriè mulierum: ſic dictum, quod eſſet alicujus momenti & memoriæ gratia, Halsſmycke/halsbond. Item ornamentum à collo equorum dependens, Beprydet halsſtycke eller bryſtſtycke paa heſte.

Monſtrum, n. ſ. caſus ſeu res aliqua inſolens, alicujus nos monens, vidvnder/ſom betyder noget. *Monſtrum & prodigium id mihi viſum eſt.* Et ſimpliciter ſine alicujus monitu, quicquid quadam inſolentia ſive magnitudine ſive deformitate inſigne eſt, ſtor grum ting/ſkrog oc ſpøgelſe. *Polyphemus ingens monſtrum: Equs Trojanus monſtrum erat.* Item monſtrum, quod contra naturam ſeu inverſa natura natum eſt, Skiffting/Vanfødzel: ut homo duobus capitibus aut duplici ſexu. Item quicquid præter & contra naturam fit, ut Eunuchus, & ſi Eunuchus virginem vitiaverit. Item occultum aliquod vitium. Ut, *neſcio quid monſtri alunt.*

Moſtellum, li, n. ſ. veteribus q. parvum monſtrum: Unde moſtellaria Plauti, in qua multa mira.

Monſtroſus, a, um, ſior, ſiſſimus, quod monſtrum refert, ſeu monſtri plenum. Ut, *monſtroſus partus*, Vanſoſter. *Beſtia monſtroſa*, quæ vel magnitudine vel deformitate inſignis eſt.

Monſtroſè, adverb. modo monſtroſo & deformi. Ut *monſtroſè cogitat*, grummeligen/forfærdeligen.

Monſtro, as, act. pr. quaſi ad oculos moneo & doceo, ut monſtrum ſolet, viiſer for øynene. *Viam mihi monſtrat.* Inde ad animum transfertur & ſignificat ſimpliciter doceo, Lærer oc vnderviſer. *Tibi nihil monſtrabi benè.*

Monſtrabilis, le, om. t. Plin. quod monſtrari & cognoſci facile poteſt, viſſelig/kiendelig. *Homo eſt moribus & ingenio monſtrabilis.*

Monſtratio, onis, monſtrandi actus & opus, viiſelſe/viiſning.

Monſtrator, oris, qui monſtrat, viſer/forviſer. *Monſtrator æratri.*

Monumentum, & Cic. æquè atq; Comicis monimentum, n. ſ. quicquid nos rei præteritæ monet, qualia ſunt ſepulcra, ſtatuæ, fana, porricus carmina, hiſtoriæ, libri, en Aamindelſe oc Ihukommelſe/ſaa ſom Graffue oc Graffſkrifft oc andet ſaadant. Sic *monumentum rerum geſtarum*, pro hiſtoria vel ſtatua,

Monumentum viri alicujus pro ſepulcro & elogio. *Monumentum memoriæ*, non conditi cadaveris cauſa exſtructum eſt. Et *monumentum amoris*, quod datur in amoris memoriam & pignus.

Compoſita.

Admoneo, es, idem quod moneo, vel monendo ſignifico. Et propriè de re, quæ nondum ei in mentem venit, qui admonetur, paamindet/tilſiger. *Admonet me, ut ad te ſcribam: admonet de hac re. illum tuis verbis admoneo: multa ex hoc admonemur. Ad aurem admonere*, huiſke en noget til i øret.

Admonitio, onis, admonendi actus, paamindelſe/tilſigelſe.

Admonitor, oris, m. t. qui admonet. Ut, *admonitore non eges*, Tilſigere/paamindere.

Admonitus, a, um, quem admonuimus, paamindt/tilſagt. *A multis admoniti ſumus.* Et abſolutè, admonitum pro admonitione & præcepto. Ut, *admonita non pauca tradimus.*

Admonitus, us, m. q. Cic. idem quod admonitio.

Commoneo, es, idem quod moneo ſeu admoneo. Ut, *commonet Grammaticos ſui officii.*

Commonitio, onis, commonendi actus & ratio.

Commonitorium, Juriſconſ. idem, ſeu tacita quædam contentio & absq; ſcriptura facta.

Commonſtro, idem quod monſtro. Ut, *parentes mei commonſtrat*, Viſer.

Demonſtro, idem quod monſtro, vel perfectè monſtro, Viſer til viſſe. Et translatè, argumentis notiſſimis certiſſimisq; in rei cognitionem perduco, Beviſer.

Demonſtratio, onis, demonſtrandi actus, quo ſcilicet res demonſtratur. Item demonſtratio, ratio eſt rei validior, faſt oc wryggelig bevisning. Item apud Rhetores, cauſæ genus, quod in laude & vituperio verſatur.

Demonſtrativus, a, um, ut apud Rhetores: *Genus demonſtrativum.*

Demonſtrator, oris, m. t. qui demonſtrat.

Obmoneo, es, antiquè pro admoneo.

Præmoneo, es, antequam fiat aliquid de re moneo, Advarer tilforne/ſiger for/paaminder. *Aruſpices præmonuerunt prodigium id ad Imperatorem pertinere.*

Præmonitus, us, m, q. præmonendi actus. Ut, *ſpernit præmonitus Deorum*, Advarſel.

Præmonitus, a, um, quod præmonuimus, Advardt tilforne.

Præmonſtro, as, antequam fiat aliquid monſtro & doceo, prædico. Ut, *ventos præmonſtrat: conſilia ei omnia præmonſtrat*, viſer tilforn.

Præmonſtrator, oris, m. t. qui præmonſtrat & docet quid faciendum ſit ante periculum.

Prætermonſtro, Gell. quaſi prætereo & aliud ago, & præter officium monſtro, Lær oc viſer noget offuet talet/ſaa ſom det faldet ellers ind *Uſus ſum conſilio prætermonſtrantis Magiſtri.*

Promonſtrum, Feſto, pro prodigium.

Submoneo, es, leviter vel paucis moneo. Ut, *ſubmonuit me Parmeno*, Varede mig/ſagde mig lidet der aff/der om.

Submonitor, oris, m. t. Græca voce Hypodidaſcalus, Hører.

MONS, tis, m. t. tumor terra insigni & alta magnitudine, à μένω maneo vel propter stabilitatem, vel quod in his se tutandi causa figerent μονὴν, i. e. mansionem & habitationem, Bierg. Inde tropicè significat saxum seu montem saxeum, Steenklippe. Item mons pro copia & cumulo. Ut, *mons mœroris, montes mali, montes belli, montes aquarum, auri, monetæ.* Aliter à moneo, q. ex quo monebant & indicia dabant, signáq; ostentabant.

Monticulus, m. s. parvus mons, Lidet Bierg/ Bancke / Høy.

Montanus, a, um, quod est montium. Ut, *venti montani*, qui à montibus veniunt. *Montanæ feræ*, quæ in montibus degunt. *Montana antra*, Bierghuler oc skiul. *Homines montani*, qui in montibus habitant.

Montosus, a, um, montibus abundans, Bierg fuld. *Montosa regio: locus montosus.*

Composita.

Cismontanus, qui ex hac parte montis habitat.

Promontorium, rii, n. s. mons in mari prominens & in mare porrectus, Bierg paa Søekanten/hoffuet eller klint. Et translatè, editissimus locus. Ut, *Annibal in promontorio quodam signa ostentat*, i. e. in altissimo jugo Alpium. Scribitur & alicubi promuntorium, deduciturq; à promineo, quasi quod mari prominet.

Septimontium, tii, n. s. Festum erat quod in septem montibus in mense Decembri fiebat: & quidem non populi, sed montanorum modo.

Transmontanus, qui ultra montes habitat. Ut, *transmontani populi*, som ere oc boe paa hin side Biergene.

MORA, æ, f. pr. corr. pr. temporis dilatio à μονὴ mansio, duelelse / forhalning / sinckelse. *Mora ei obfuit, diligentia profuit.*

Morula, æ, f. pr. parva mora.

Moror, aris, dep. pr. moram traho, duelger / giffuer mig stunder/ fortøffuer/ forhaler: *Diutius moratur in ista re.* Et cum Accusativo. *Morari aliquem*, est retardare, Sincke en / forholde en / taader en. Item moror pro curo vel æstimo, Skøtter/acter. *Nihil dotem moror: nihil moror tuas nugas.*

Moramentum, ti, n. s. Apul. idem quod mora.

Morator, oris, m. t. qui moratur, forhalere. *Morator publici commodi.*

Composita.

Commoror, aris, idem quod moror.

Commoratio, onis, commorandi actus, Fortøffuelse/duelgelse. Item commoratio, figura quædam Rhetorica.

Demoror, aris, multum moror, Tøffuer lenge/ duelger. Et activè, detineo, opholder. *Non te diutius demorabor.* Item exspecto, Bier effter. *Tua mortalia demoror arma.*

Demoratus, a, um, pass. apud Gell. *Demoratos vos video*, i. e. quos demorati sumus.

Immoror, aris, in re aliqua moror, seu moram traho, Duelger i noget/ er stille oc stedze hoss. *Aves intubantes immorantur nidis: immoror terrenis.*

Remora, ræ, f. pr. quicquid moram & impedimentum injicit, quo minus aliquid perficiatur, forhindring. *Mulier hæc remoram facit rei privatæ & publicæ.* Item nomen piscis, sic dicti, quòd navim, cui annixus fuerit, remoretur, Græca voce Echeneis.

Remeligo, q. remorigo, ginis, f. t. Fest. pro remora pisce. Translatè autem significat Mulieres, quæ morantur & remorantur. Ut, *quid nunc illæ tam diu remorantur remeligines.* Aliter legitur remeligens, sed suspectè. Ut, *quid nunc illic tam diu remoratur remeligens:* deduciturq; ea ratione piscis à Remis ligandis, propter moram quam injicit navibus. Aliter à μέλλω, i. e. tardè procedo.

Remores, aves in auspiciis dicuntur, quæ acturum aliquid remorari compellunt.

Remoror, aris, moram injicio, morâ retineo, forhinsdrer/ forholder. *Vestrum remoratur commodum: mulier illecebrâ remoratur: remoratur iter.*

MORDEO, des, momordi & olim morsi, morsum, act. s. dentibus stringo q. μόρον ἔδω, i. e. portionem abscindimus, non totum edimus absumimusve, Bider. *Latrant & mordent canes: pabula dente mordet.* Inde delibo & absumo. Ut, *de patrimonio magnam partem momordit.* Item translatè, dolore afficio, & pungo, giør harm/sticker/nagger. *Mordent me tuæ literæ.* Item famam rodo, klasser / tygger anden. *Clanculum mordet.* Item *æstus aut frigus mordet vites, vel arbores*, i. e. lædit, offendit. Aliter mordeo simpliciter à μερίζω μοιρίζω partior, divido.

Morsus, us, m. q. mordendi actus, & opus, Bidelse/ Bid. *Morsus Serpentum.* Et translatè, *mea commoda morsu venenat*, pro delectatione. Item, *morsus animi* pro dolore & ægritudine, Vlag.

Morsiuncula, æ, f. pr. parvus morsus. Et plural. *morsiunculæ* pro Svaviis amatoriis, cùm scilicet oscula clemente morsu rosea labella vellicant, ut loquitur Apulejus.

Morsus, a, um, quod momordimus, Bid. *Homo à cane morsus.*

Mordax, acis, om. t. qui mordendo lædit, Bidende/ Bidsk. *Mordacia urticæ folia.* Et translatè, qui famam rodit, skarp Giest paa ens bag / bidsk. *Homo mordax.*

Mordacitas, atis, f. t. mordacis affectus, quo alii detrahit, bidsk.

Mordices, um, Plaut. pro dentes. Ut, *asini me mordicibus scindunt.* Aliter legitur mordicitus. Item mordicus.

Mordicus, adverb. quasi mordendo, med bidden. *Manum arripit mordicùs: nasus ei mordicùs ademptus.* Et translatè, summâ pertinaciâ, arctè, fast oc haardelig gen. *Verba mordicus tenet*, holder hart oc fast ved de ord.

Morsicantes oculi Apul. pro amatoriis, cùm scilicet motus quadam gesticulatione amores significantur, øyne som klippe.

Morsicatim, Varr. per morsus. Ut, *pulli morsicatim ludunt.*

Composita.

Admordeo, es, valdè mordeo. Ut, *admordere stirpem, seu imam arboris partem.* Et translatè insigni damno afficio.

Admorsus, a, um, quod admordimus. Ut, *admorsus stirps.*

Commordeo, es, idem quod mordeo.

Præmordeo, es, n. s. morsu dilacero.

Remordeo, es, act. s. vicissim mordeo eum, à quo sum morsus, Bidder igien. *Si potes ipsum remorde.* Et trans-

translatè, crucio, ſollicito. Ut, *cura hæc mè remordet. Admiſſa peccata remordent*, nagger oc bider.

MORETUM, ti, n. ſ. farti genus, ex lacte, vino, caſeo, & herbis confectum, à μορέω abrado & cumulo, quia digitis interebatur, rurſusq; abradebatur & cumulabatur. Aliter moretum q. moſetum à μυστώτον intritum aliatum. Item ſimpliciter à μόρος, propter diverſas, quibus conſtat, partes.

Mortarium, rii, n. ſ. quaſi moretarium, vas ſcilicet, in quo moretum interebatur, commiſcebatur, & fiebat. Inde vas in quo quidq; piſtillo teritur, Morter. Et translatè, locus & ſuſceptaculum, in quo calx interitur & fit intrita, Kalcke trv / huor vdi Kalck ſlaais. Aliter ab antiquo quodam mortare pro conterere.

Mortariolum, n. ſ. parvum mortarium.

MORIOR, reris, & ex nomine mutuato præterito mortuus dep. t. pr. corr. & antiquè moriris & moriri, q fatis concedo & vita privor, à μόρος fatum & mors: ſeu immediatè à μείρω, duplici ſignificatione pro partior & privor, døer. *Homo moritur*: *virgo mortua eſt*. Et abſolutè, jurandi modo, *moriar, ſi non fecero*, Gid jeg døer / oc bliffuer til intet / miſter liffuet. Dicitur & translatè, *moritur dies*, pro exigitur & ad finem perducitur. Item, *morientur virgæ in tuo tergo*, i. e conterentur & usq; ad nihilum redigentur.

Mors, tis, f. t. fatum, quo homo moritur, død / døden. *Mors eſt naturæ lex*. Et plural. *mortes imperatoriæ: patientia mortium*. Item tropicè, mors pro ſene. Ut, *mortem amplexatur*.

Mortalis, le, om. t. morti ſubjectus, dødelig *Homo mortalis*. Et abſolutè, mortalis pro homine, Menniſke.

Mortalitas, atis, f. t. mortalis rei conditio, dødelighed.

Mortuus, a, um, morte oppreſſus, død. *Mortuum mare*, lacus eſt in Judæa, Græca voce Aſphaltites, bituminoſus, qui propter lentorem bituminis, ventis agitari non poteſt, nec quicquam viventium alit aut gignit, non piſces, nec aves, nec navigia recipit, det døde haff. Item tropicè, *mortui boves incurſant vivos homines*, i. e. lora ex pellibus bubulis facta: ſcilicet, ubi ſervi loris cæduntur.

Mortualia, orum, n. pl. carmina quæ mortuis à præficis canebantur, Liigſang. Item veſtes funebres, Sørgeklæder.

Mortuaria Gloſſaria, Gell. pro ipſis Philoſophis literatoribus, qui vocabula præteritis rebus ipſis crepant.

Morticinus, a, um, pen. prod. quod ex ſe corruptum eſt, exſangue & mortuum, ſelff død. *Caro morticina*, animalis eſt non enecti, ſed per ſe mortui, ſelff død kiød. *Ovis morticina*. Et abſolutè, *morticini*, pro clavis pedum, quòd velut morticina caro ſit.

Morbus, bi, m. ſ. fatalis corporis habitus & via quædam ad mortem, Sitige / ſiugdom. Inde translatè ad animum, *morbus animi* pro vitioſo animi habitu. Aliter compoſitum habetur q. μοῖρα βίε, i. e. fatum vitæ.

Morbidus, a, um, morbo infectus, Sing oc ſrøbelig. *Morbidæ apes*: *morbidum corpus*: *morbida vis*. Et *morbidus aër*, qui morbum affert.

Morboſus, a, um, morbo obnoxius, Skrøbelig / ſkratvorn. *Senex morboſus*.

Compoſita.

Commorior, ſimul morior. Ut, *duo venena in homine commoriuntur*.

Commorientes, nomen fabulæ, Plaut.

Commortalis, le, om. t. apud Colum. Ut, *commortalis natura*.

Demorior, in totum morior, døer ſlet vd. Et figuratè, *demoritur te*, pro amat te ad mortem usq;, haffuer dig ſaa fier at hand maa døe for dig.

Demortuus, a, um, hen død. *In demortui locum ſubſtitutus*.

Emorior, idem quod morior, ſeu cum aliqua emphaſi, døer hen / døer bort. Legitur & apud Terent. Infinitivus emoriri pro emori.

Emortalis dies, quo quis diem obit, døde dag. *Natalis dies ipſi emortalis*, hans fødzels dag vaar hans døde dag.

Immorior, q. in re aliqua morior, døer i en ting. *Immoritur aquæ, haſtæ, vino, ſeu in vino*. Et translatè, vel potius hyperbolicè, *immoritur ſtudiis*, pro pertinaciter incumbit, Er begraffuen i ſin ſtudering / ſtuderer ſig ihiel / ſtuderer offuer maade oc tager ſig ſlet inter andet til.

Immortalis, le, om. t. qui nunquam moritur, vdødelig. *Homo immortalis*: *Dii immortales*. Et tropice, *immortale facinus*: *immortale opus*, quod ex memoria hominum nunquam perit.

Immortaliter, & apud Vall. Flacc. immortalè, modo immortali & pro perpetuo, vdødeligen / evindelig gen / ſtedze. *Immortaliter gaudeo*, *flos immortaliter vivens*.

Immortalitas, atis, f. t. immortalis rei affectio & natio, vdødelighed. *Immortalitatem optat*.

Intermorior, quaſi ad tempus, vel in perpetuum morior & pereo, døer ſlet bort / bliffuer ſlet til intet. *Memoria beneficiorum facile intermoritur*.

Intermortuus, a, um, q. ad tempus mortuus, død til en tiid / daanedt: ut qui deliquium patiuntur. Ut, *naribus intermortuarum vulvæ vitio, vituli marini adepti inſtillatur*. Sic *collapſus animoq; malè fracto diu & ſine voce propè intermortuus jacuit*. Et *intermortua beneficia*, *intermortua memoria*, hart ad hen død / eller ſlet hen død. *Intermortuæ leges*: *intermortuæ conciones*, døde oc mactløſe.

Præmorior, ante ſeu priore tempore morior. Ut, *præmoritur viſus*, døer førſt / forgaar førſt.

Præmortuus, a, um, ante mortuus.

Remorbeſco, ſcis, n. t. Feſt. ex Ennio, pro in morbum recido.

Semimortuus, a, um, dimidiata ſui parte mortuus, halff død. *Membra ſemimortua*.

MORUS, ri, f. ſ. arboris nomen, quæ & Græcis μορέα, Morbertræ. Deducitur vulgo à mora quod arborum poſtrema floreat. Item à μαυρὸν nigrum ex colore.

Morum, ri, n. ſ. fructus mori, Morbær. Unde *mora vaticana* pro fructu rubi, Brambær.

Morus, m. ſ. Plaut. μῶρος, ſtultus Principi in delitiis, Hoffuenar / Skalckar. Et adjectivè *mora mulier*, *morus mos*.

Morio, onis, Mart. idem quod morus.

MOS, oris, m. t. pria. genit. prod. quaſi cuiq; vivendi modus, à voce modus, extritis mediis elementis, viiß / ſick /

ſtick / kynde. Ita eſt mos meus, min viis. *Mos eſt Tyriis virginibus geſtare pharetram. Strenuos præterire, more fit.* Et translatè, *mos cœli*, Himmelens ſtickelſe/ viiß oc ſtick. Interdum ſumitur pro conſvetudine approbata & vicem legis habente, Lovlig viis oc vane. *Eſt hoc in more poſitum, inſtitutoq; majorum.* Item pluraliter *mores*, pro factis & geſtibus cujusq; perpetuâ conſvetudine contractis, Sid / ſæder/noder. Aliter mos, conſtans factorum ratio q. μονιμος conſtans, vel à μάω, μῶ cupio affecto. Item à νόμος per aphæreſin quod ſit inſtar legis.

Moſculi ſive moſcilli, Cat. pro parvis moribus.

Moralis, le, om. t. quod ad mores pertinet. Ut, *doctrina moralis. Scientia moralis*, quæ eſt de moribus, Græca voce Ethica.

Moratus, a, um, bonis moribus exornatus, Sædelig. *Morata mulier.* Et in malam partem: *Ita nunc adoleſcentes ſunt morati*, haffuer onde ſæder paa ſig/ ilde ſticket/ haffuer onde noder. Et cum adjectione, malè moratus pro eodem.

Moroſus, a, um, cui mores alterius qualescunq; diſplicet, ond at giøre til maade/Nagſing/nodelig/knurvorn / knarvorn. *Homo moroſus. Senectus moroſa*, quia ſenes ſunt moroſi.

Moroſè, modo moroſo. Ut, *moroſè repudiat: moroſè eligit*, ſaa ſom den der ved icke huad hand vil haffue.

Moroſitas, atis, f. t. moroſi affectus & vitium, Nagſinghed.

Compoſ.

Submoroſus, a, um, nonnihil moroſus.

MOSCHUS, m. ſ. voce peregrina, nomen animalis peregrini. Vel moſchus à Græco μόσχος vitulus. Item tenellus: non ex ſimilitudine aliqua, ſed caſu & more Romano, quo peregrina animalia indigenarum appellationibus donabantur, de ſom katt. Aliter Moſchus dicitur παρὰ τὸ ἐκ μέσου χέεσθαι, quod è medio, umbelico ſcilicet animalis, fundatur: vel à μῶ, quæro quòd ab omnibus quæratur: vel ab ὄζω, i. e. oleo.

Moſchum, chi, n. ſ. odoramenti genus præſtantiſſimum ex cruore animalis Moſchi ad umbelicum coagulato, Bißmer.

MOVEO, ès, vi, otum, pr. córr. propriè neutrali ſignificatione locum vario & aliquò eo ſeu ire pergo à μάω μῶ, quæro: ſcilicet à quærendi affectione: & μαιμάω μαιμῶω cum impetu feror. Ut, *hinc ego moveo*, Vil affſted/ rocker/ laver paa at vandre. Sic *Romam movet.* Et *movet*, hand begynder oc giffuer ſig til at giøre noget/ ſom enten at vandre/flytte/Arbeide eller ander. Item *terra movet*, Jorden ſkelffuer/rør ſig: *Haſtæ movent*, røſte/røris: quæ & paſſivè exponuntur. Inde activa ſignificatione movere facio, aliàs propriè aliàs translatè, Rygger/rocker/ røører noget affſted/ kommer aff lave/ rører/ bevæger. *Movere cunas*, Vugge. *Caſtra, ex eo loco movere*, flytte. Movere aliquem loco, komme aff ſted/ aff lave. *Movere Senatu, & de Senatu: de ſtatu*, Sette aff: *Movere hæredes*, fraa lucke. *Movere animum: & movere aliquem*, bevege. *Pulchritudo corporis movet oculos*, beveger. *Multa me movent*, de nagge mig. *Move abs te moram*, ſkil dig ved. *Movere album*, løſe liſſuet. *Movere aliquem de ſententia*, tage oc komme en aff ſin mening. *Arma, bellum, litem, controverſiam movere*, yppe/ komme aff ſted. *Gradu movere hoſtem*, driffue hannem aff platzen / aff ſtedet. *Movere alicui riſum*, komme til at lee / komme latter aff ſted. *Movere alicui ſtomachum*, giøre harm/harme/ operre. *Movere tragœdias*, giøre Allarm oc komme ont aff ſted/komme blod aff ſted. *Movere comœdias*, komme leg oc latter aff ſted. Et paſſivè, *res magnæ moventur*, de komme aff ſted/ komme paa banen.

Aliter moveo ab ἀμείβω muto, vario q. locum muto atq; vario. Qua ratione & muto rectè à moveo repetita prima ſignificatione.

Motio, onis, pr. prod. movendi actus. Ut, *corporum motio*, Rørelſe oc bevegelſe: quâ ſcilicet moventur.

Motor, oris, m. t. qui movet. Ut, *cunarum motor*, Vuggere.

Motus, a, um, quod movimus, Rørt/ kommet aff ſted. *Fluctus maris moti. Homo mota mente*, Affſindig/ fra vidded/ fra ſindet/ ſtøt aff lave.

Motus, us, m. q. idem quod motio, & motionis opus, Rørelſe/bevegelſe. *Motus terræ*, Jordſkiel. *Motus animi*, hiertelag/ ſind oc huſkifft. *Motus temporum*, quo moventur tum in bonam tum in malam partem. Ut, *motus Italiæ*, Reiſelſe til at ſee oc giøre noget merckeligt. Item Oprør oc Romſtering. Item motus pro cauſa. Ut, *audiſti conſilii mei motus.*

Mobilis, le, om. t pr. prod. quod facile movetur, Rørlig. *Supercilia homini mobilia.* Et translatè, *animus mobilis*, pro inconſtanti, wſtadig. Sic, *vulgus mobile:* animo ſcilicet.

Mobiliter, modo mobili. Ut, *cor mobiliter palpitat.*

Mobilitas, atis, f, t. rei mobilis affectio, Rørlighed. *Famæ mobilitas.* Et translatè, *mobilitas animi*, pro inconſtantia, wſtadighed.

Mobilito, as, Lucret. act. p. mobile reddo. Ut, *omnia mobilitantur.*

Momen, inis, pr. prod. Lucret. & communiter, momentum q. movimen, movimentum, quod nos movet ad agendum, ſive parvum id ſit, ſive magnum, ſom haffuer noget paa ſig/ ligger mact paa/ enten det er ſtort eller lidet. *Res eſt parvi momenti: res eſt magni momenti*, i. e. parum vel multum nos movet ſeu movere debet. Et ſpecialiter vis & pondus rei alicujus, quo movent & natura earum conſpicitur. Ut, *omnia rerum momenta: Omnia temporum momenta novit*, hand ved alle tings oc alle tiiders krafft/ natur oc vilkor/ oc huad de haffue med at føre. Item occaſio & tempus agendi aliquid, Leilighed oc tiid til at giøre noget: *Obſervabimus momenta, neq; ullum prætermittemus tui juvandi & levandi locum.* Item momentum pro minimo temporis articulo, øyeblick / haandvending. *Momento cita mors venit.* Item aliarum rerum minima quantitas, graand/ korn/ litt. *Momentum reſinæ.* Sic *momentum cœli*, pro aliqua cœli particula.

Momentarius, a, um, Ambroſ. quod in momento fit, ſeu momentum durat, haſteligen i et øyeblick/ eller vaarer ſtacket. *Momentaria cœcitas.*

Moto, as, act. p. ſæpè vel ſubinde moveo. Ut, *Luna ſe motat: quercus cacumina motant*, de rører eller røſter. *Motare pedes*, vratte eller vride med Føderne

derne iſkø. *Motare os*, vriſte. *Motare caput*, nigke/ ryſte. *Motare podicem*, vriſſe med Røſſuen. *Motare brachia*, ſlenge med Armene. *Denſi ſeu impliciti motant ſe pulli in nido*, de vreffler.

Motacilla, æ, f. pr. avis quædam caudam frequenter motans, Huegſtert/ Steenſquat. Item Haffre Saad: quia indicium eſt ſerendæ avenæ.

Mox, adverb. temporis futuri, ſed in procinctu & præſenti proximi, à moveo, & motus momento, ſtraxen/ retnu. *Mox ego huc revertar.* Inde ponitur pro paulo poſt vel poſtea, om et liðet/ſtrax effter: *Verum illa mox, nunc de ipſa exercitatione quæramus.* Item pro deinde, derneſt. *In noſtro orbe proximè laudatur Syriacum nardum, mox Gallicum, tertiò loco Creticum.* Item *quàm mox coctum eſt prandium*, i. e. citò. Aliter à modo, quaſi quod modo fiat.

Compoſita.

Admoveo, es, ad aliquid moveo. Ut, *admovere alicui labra*, holde til. *Admovere exercitum ad urbem, admovere machinas, dolores, faces, ignes lâminas & cruciatus multos. Admovere alicui ſtimulos: admovere alicui preces: admovere aſpidem ad corpus.* Et translatè, *admovere verbà ad ſenſus amicorum. Se ad aliquid admovet: cultum ad aliquem & animos: admovere aurem & ſubauſcultare.*

Admotio, onis, admovendi actus. Ut, *admotio digitorum*, quâ digiti admoventur.

Admotus, us, m. q. Plin. idem.

Admotus, a, um, quod admovimus, tilført/ tilholt. *Admota machina: admoto igni concipitur ignis.*

Amoveo, es, alicunde & ab aliquo loco moveo, fomme aff vejen. *Nebulonem ex iſtis locis amove. Sic è foribus amovere moleſtiam maximam*, i. e. abigere ſive abire, compellere.

Amotio, onis, amovendi actus. Ut, *amotio doloris*, quâ dolor amovetur.

Commoveo, idem, quod moveo. Item perturbo, fommer afflave/ forſtyrrer. *Commovebat ipſum.* Item afficio & flecto, Beveger. *Ille me commovet. Commovere bilem*, eſt ad iram concitare.

Commotio, onis, commovendi actus & ratio, Rørerſe/ bevegelſe/forſtyrelſe.

Commotiuncula, æ, f. pr. parva commotio. Item apud Cicer. pro febricula, en liden Kaaldſiuge eller ryſtelſe/ knugelſe.

Commotus, a, um, quod commovimus, ſtøtt aff lave. Et comparat. commotior.

Commotaculum, n. ſ. virga, quâ in ſacris utebantur ad ſacrificia euntes, ut à ſe obvios homines amoverent. Aliter legitur commentaculum, de quo vide ſupra in commentor.

Demoveo, es, de loco moveo, vender aff ſted/ hen vender/ flyter til ſide/ vender til ſide: *Cave jam oculos à raeis oculis quoquam demoveas tuos.*

Demotus, a, um, quod demovimus. Ut, *hoſtes demoti gradu.*

Dimoveo, es, vi loco moveo, velter til ſide/ velter aff/ fommer aff ſted. *Terram dimovit aratro, dimovet loco & de loco dimoveo.* Et translatè, *voluptas mentem ex ſua ſede & ſtatu dimovet. Et de ſententia nunquam dimovebor. Dimovere aliquem gradu*, ſette eller ſtøde en fra ſin velfert.

Emoveo, es, è loco moveo, ſeu vi moveo, løffter/ tager aff ſted. *Lictor emovet plebem*, fommer folcket til ſide. *Emoti cardine poſtes*, løfft aff hengſlene.

Immobilis, le, om. t. quod moveri non poteſt, vrørlig/ vbeveglig. *Aures homini immobiles. immobilis hæret*, ſtaar ſtille/oc rør ſig icke. *Res eſt ſcopulis immobilior. Terra immobilis.*

Immotus, a, um, quod non movetur, ſtaar eller ligger ſtille icke føris affſted/ vrygget. *Immotum præſepe.* Et translatè, conſtans, ſtadig/ faſt/ vryggelig *Mens immota*, quæ conſtans eſt, nec huc illuc movetur.

Permoveo, es, vehementer moveo. *Permovent cives variæ calamitates, exilia*, fommer dem ſlet aff lave/ forſtyrer. *Mens judicum miſeratione permovenda eſt*, bevegis.

Permotio, onis, permovendi actus. Ut, *permotio mentis*, bevegelſe eller forſtyrrelſe.

Permotus, a, um, quod permovimus. Ut, *mente permotus*, forſtyrret/ gallend oc aff lave.

Promoveo, es, q. porrò & ultrà moveo, forfremmer/ fommer aff ſted. *Videbo te & promovebo. Promovere angulum*, eſt producere, forflytte/ flytte eller bygge videre vd. Item prolongo & tempus produco, ſetter frem/ ſetter op/ forlenger oc forhaler: *Promovet nuptias.* Item neutraliter: *moves, at nihil promoves.* Item interdum idem, quod proficio, Vdretter/ forbedrer mig. *Abibo hinc quia præſens parum promoveo.*

Promotio, onis, promovendi actus, forfremmelſe. *Promotio in militia.*

Promotus, a, um, quem promovimus, forfremmet. *Promotus ad dignitatem, honores.*

Removeo, es, in aliquam partem moveo, fører/ fommer til ſide/tager aff vejen. *Removet præſidia ex his locis: quæ natura occultavit, ea removimus ab oculis, removere oculos*, vende øynene fra. *Removere ſe à negotiis publicis*, ſla ſig fra oc vil intet haffue med at beſtille. *Removere ſe ab aliquo*, eſt disjungere, alienare, ſla ſig oc ſit ſind fra nogen.

Remotio, onis, removendi actus. Ut, *remotio criminis*, cùm intentio facti in alium vel in aliud dimovetur.

Remotus, a, um, quod removimus. Ut, *remotæ menſæ: remota calumnia*, borttagen/ affſkaffet. Sic, *remota ſubtilitate diſputandi & remoto joco.* Et amiſſo tempore, *remotus locus, tior, tiſſimus*, qui procul abeſt. Item ſecretus, ſolitarius, langt borte/ ſom er til en ſide. *Res à memoria noſtra remotæ. Homo remotiſſimus ab injuriis, qui immunis eſt*, q. procul diſſitus. Sic *à culpa remotus eſt.* Item *remotus à navigando*, i. e. abhorrens: *à religione remotus, à cupiditate remotiſſimus*, i. e. alienus.

Remotè, iùs, tiſſimè, modo remoto & longè diſtantè. Ut, *ſtella aliæ propiùs à terris, aliæ remotiùs.*

Semoveo, es, ſeorſum moveo, tager/ ſetter eller flytter til ſide. *Semovet diſcipulum à ſe: ſemovet mulierem.*

Submoveo, ſive, ſummoveo, ante aliquem aliquid moveo & abigo, fommer aff vejen for nogen. *Submovere turbam Principi: Magnitudine pœnæ maleficio ſubmovetur.* Item ſimpliciter arceo & excludo, Vdlucket/ holder fra. *Submovet populum oppoſita ſera. Homines à Republ. ſubmovet*, i. e. pellit. Item ſeparo; ut *Germaniam ab Italia ſubmovet.*

Summotus, a, um, quod ſummovimus. Ut, *ſummota concio.*

Transmoveo, es, de loco in alium locum moveo. Ut, *Labore alieno partam gloriam in ſe verbis transmovet*, fører/ forflyter.

Trans-

Transmotus, a, um, quod transmovimus. Ut, *Syriâ transmotæ legiones*, forflyt / forført.

Terræmotus, us, m. q. motus, & concussio terræ orta à spiritibus terræ inclusis & exitum sibi molientibus, Jordskæl.

MU, Lucill. & Enn. particula incondita tacentis & impeditæ linguæ vel murmurantis, ficta voce per onomatopœjam, ut Græcorum μῦ. Ut, *non audet mu facere: non audet mu dicere.*

MUCRO, onis, m. t. acumen est gladii, hastæ & similium à μικρὸν parvum, propter exilitatem, Od oc spidz paa kniff / kaarde / spiudt. Et tropicè ipsum totum ferrum. Ut, *jugulum mucrone resolvit.* Sic *mucro tribunitius*, pro gladio & hasta tribunorum. Item translatè, summum cujusq; rei acumen: Unde herbarum, dentium, unguium mucrones dicuntur, det spidze paa noget saadant.

Mucronatus, a, um, quod mucronis speciem habet. Ut, *piscis rostro mucronato.*

MUGIL, & mugilis, lis, m. t. pr. prod. genus piscis capitosi. Sic dictus propter vastitatem capitis, q. qui mugientes, i. e. boves refert capitis deformitate. Sunt autem mugilis quatuor præcipua genera. Cestrinus, κεστρῖνος, quia teli modo (κέστρον telum est) publica Athenienssium pœna nitret adulteros. Cephalus, κέφαλος, à capite sic dictus. Myxon, μύξον, Latine Muco, onis, à muco, i. e. humore pituitoso. Chelon, χελὼν, Latinè Labeo & Labrum. Convenit & vox mugil cum specie piscis μύξον, muco.

MUGIO, is, ivi, & gii, gitum, n. q. pr. prod. de bobus dicitur, cum vocem edunt, à sono ficto verbo, ut & Græcorum μυκάω ejusdem significationis, Vrøler / brøler / Bøger som et nød. Inde translatè, graviter sono. Ut, *tonitrua mugiunt*, Skryder. *Homo mugit*, Skraaler. Sic *sylvæ, maria mugiunt*, Skryder oc skraaler / eller brøler.

Mugitus, us, m. q. mugiendi actus & opus, Vrolen / brølen / skryden / skraalen. *Mugitus boum: mugitus remorum.*

Muginor, aris, dep. pr. mugitum bovis æmulor. Et translatè, solus mecum murmuro, musso, seu dissimulo, factâ tamen mecum incondità quadam voce, Mumler ved mig selff / muter paa noget oc kommer icke vider. *Dum tu muginaris, nec mihi quicquam rescribis, cepi consilium domesticum.* Festus exponit, nugari & tarde canari, scilicet à tarditate bovis, das er / drynter.

Composita.

Admugio, is, ad conspectum mugio, Brøler ad. *Admugit fœmina tauro.*

Demugio, is, mugitu impleo.

Demugitæ paludes, apud Ovid. pro demugiunt paludes.

Immugio, idem quod mugio. Ut, *immugit Æthna cavis cavernis. Regia immugit mœsta luctu.*

Remugio, is, mugitum reddo, contrà mugio, Brøler imod / igien. *Concurrentibus in festis tauris nemus omne remugit.* Et translatè, resono. Ut, *sequitur clamor, cœlumq; remugit.*

MULCEO, es, mulsi, sum, & mulctum, act. s. molliter tracto, à mollio, q. molliceo, stryger / sletter feier. Inde significat delecto, forlyster / *animos mulcet.* Item mollem & lenem reddo, formilder / stiller. *Carmine mulcet oves: manu mulcet pectora equorum: mulcet animum alicujus, mentem.* Sic *mulcere cantu & carminibus fluctus, mare, cœlum*, stille bølger / haff / himmel / veir / storm. Et *mulcet æthera*, i. e. aves cantu. Aliter à mel q. melceo, dulcedine quadam capio.

Mulcedo, inis, f. t. mulcentis affectus & blandimentum, sødhed oc smigger. *Mulcedo Veneris & Musarum*, quâ scilicet mulcent animos hominum.

Mulsus, a, um, quod melle mulsum est & temperatum, sød giort med honning / honning sød. *Aqua mulsa*, miød. Sic *lac mulsum.* Et translatè, *dicta mulsa*, i. e. svavia, søde ord. Et absolutè, *mulsum*, seu plural. *mulsa loquitur*, i. e. dulcia, jucunda, taler søt. Sic *mulsa mea*, pro mea svavitas.

Mulsum, n. s. potionis genus ex melle & vino: sic dictum, quod austeritas vini dulcedine mellis mulceatur: vel simpliciter à mel quasi melsum, Engeldrick: qualis & illa mistio nobis familiaris ex cerevisia & melle, Melske.

Mulseus sapor, qui dulcis est, & mulsi saporem habet.

Composita.

Circummulceo, es, Plin. undiquaq; seu circumquaq; mulceo.

Commulceo, es, idem quod mulceo.

Demulceo, es, valdè seu leniter mulceo, klapper / stryger: non possum pati, quin tibi caput demulceam, klappe eller stryge paa hoffuedet.

permulceo, es, admodum mulceo. Ut, *sonus & numerus permulcet aures. Manu aliquem permulcere*, klappe oc stryge en kierligen.

Permulsus, a, um, quod permulsimus. Ut, *oratione ejus permulsus est.*

Promulsis, idis, f. t. potio mulso condita, sive cibi genus, dulcioris mulso conditum.

Promulsidarium, n. s. vas in quo promulsis ministratur.

Remulceo, es, paulatim & quiete retraho. Ut, *caudam lupus remulcens subjicit pavitantem utero*, i. e. reflectit & reducit sub verenda, ut solent canes meruentes.

Remulcus, ci, m. s. sive Remulcum, n. funis est, quo major navis religata minorem sequitur remis actam, sic dictus, quod remulceat navem, quietè scilicet & paulatim trahens. Ut, *navis oneraria remulco quadriramis trahebatur ad Acradinam.* Aliter Græcæ habetur Originis à ῥυμουλκεῖν q. ῥύμοισι ἑλκεῖν funibus trahere. Legitur & in Festo: *Promulco agitur navis cum scaphâ ducitur funè.*

Remulco, as, act. pr. remulco traho, & molli ac leni tractu ad progressum mulceo, ut apud Sisen. *in altum remulcando trahitur.*

MULGEO, es, si & xi, sum & ctum, act. s. lac è mammis exprimo ab ἀμέλγω ejusdem significationis, Malcker / molcker. *Mulget oves.*

Mulctra, æ, f. pr. vas, in quo mulgetur, Maalcke spaand. Et tropicè, Lac emulctum, Malcket melck.

Mulctrale, lis, n. t, idem quod mulctra pro vase.

Mulctrum, n. s. idem. Legitur & pro iisdem, mulctarium & mulgarium.

Mul-

Mulgo, as, Plaut. si vera est lectio, pro palam facio. Ut, *nequam servus Dominum mulgat & villicum.* Sed aliter legitur mulcat seu mulctat vel multat.

Composita.

Caprimulgus, Catul. qui capras mulget. Item avis noctivaga, magnitudine paulò major merula.

Immulgeo, es, lac ex uberibus in rem aliquam exprimo, mulgeo, Malcker i noget. *Immulget ubera labris.*

MULIER, eris, f. t. pr. corr. proprie fœmina, quæ virgo esse desiit, q. mollier à mollitie animi, victus & morum, Quinde/Quindfolck/Kone. Sed & accipitur pro fœmina etiam virgine, Pige. Item pro virgine viri potente. Item pro uxore.

Muliercula, f. pr. parva mulier. Est autem sæpius contemnentis & blandientis, Styckquindfolck, Quindelille.

Mulierculârius, m. s. qui alienas uxores affectatur, Quindekier/Quindefrier/Quindesiug.

Muliebris, bre, om. t. quod ad mulieres pertinet, seu est mulieris. Ut, *sexus muliebris*, Quindekiøn/Quindeligekiøn. *Muliebris folliculus* pro vulva, Moderen. *Vestimentum muliebre*, Quindeklæde. Item, quod mulierem refert, Quindeactig. *Muliebris animus: muliebris malitia. Muliebris comitatus.* Et absolutè, num. plural. *muliebria*, pro pudendis.

Mulierârius, idem quod mulierosus.

Mulierosus, qui nimium appetit mulieres, Quindkier/Quindsiug/Quindfrier/Quindelapper. Item adjectivè, idem quod muliebre, Quindactig. *Genus hominum mulierosum.*

Mulierositas, atis, f. t. mulierosi habitus, & affectus, Quindkierhed.

Mulièro, as, act. pr. antiquè pro effœmino. Ut, *Eunuchum mulierabit.*

MULLUS, li, m. s. μύλλος, piscis quidam Romanis in summa æstimatione & pretio, Barbe. Deducitur & mullus, à colore mulleorum. Aliter mullus à mollitie, quod servitute sit impatientissimus, nec in piscinis crescat. Aliàs mullus alius piscis quàm μύλλος, qui Athenæo platax est: quiq; scribitur μύλος, mylus.

Mullulus, parvus mullus.

Mullei, cujus singulare Mulleus: calcei erant alto solo, purpurei coloris, olim Regum, & Patriciorum, nunc etiam delicatorum quorumvis, sic dicti à rubore subnigro mulli piscis. Et *mulleus color*, rubeus subniger, qualis est mullo, mørckebrun/mørckrød. Aliter mullei à mullando, i. e. suendo, inquit, Festus.

MULTA, sive mulcta, æ, f. pr. voce sive osca sive sabinâ, pœna est pecuniaria, brøde penge/penge straff. *Multam irrogare*: multa ei esto. Sed & à mulgeo deducitur, cujus supinum mulctum, quasi pœna mitior, quâ scilicet reus instar pecus mulgetur, corpore & cœteris bonis salvis. Item à voce multum, quod multa imperabantur.

Multaticius, a, um, quod ex multa fit. Ut, *pecunia multaticia. argentum multaticium*, Brøde penge.

Mulcto, sive multo, as, act. pr. mulctam irrogo, straffer paa penge/legger brøde penge paa. *Pecuniâ ipsum mulctabant.* Et translatè, punio & privo. Ut *multare aliquem patriâ*, skille ved sit Fæderne land. *Multare aliquem morte*, straffe med døden/paa liffuet. Sic *multare matrimonio*, skille en ved sit giftermaal. Item malè aliquem habeo & afficio, lædo, farer ilde med/plager. *Dominum & familiam ad mortem usq; multabit.* Item *ager pessimè multatus, cujus Dominus quod in eo faciendum sit, non docet, sed audit Villicum.* Sic *boves iniquitate operis malè mulctantur*, Faris/handlis ilde med. Sed & pro hoc, mulcto aliàs sæpe legitur mulco, as, are, sive id verè, sive corruptè. Ut, *familiam mulcabit usq; ad mortem: malè mulcabo eam.* Sic *morte mulcata Camilla*: *mulcator*, qui lædit aut perimit. Et, *multimodis commulcat ictibus.*

MULTUS, a, um, quod numero unitatum insigne est à voce mille, q. miltus, mange. *Homines multi.* Item *homo multus*, qui negotii plurimum facessit, tanquam si ipse non solus, sed plures cum eo. Inde quod numero pretii est insigne. Ut, *operam suam multi æstimat*, Sor meget. Item temporis. Ut, *ad multum diem sermo erat*, meget vd paa dagen/en stor part aff dagen. *Multa nocte ad Pompejum veni*, langt vd paa natten. *Multò manè*, meget tilig. Item multus pro multiplici: megen oc mangfoldig. *Multus labor: multa radix.* Item ratione honoris seu mentionis & auctoritatis. Ut, *nomen tuum multum est in his locis*, dit naffn er megit æret oc kient/er stort/er herligt. Item verborum aut factorum. Ut, *multus est in dicendo*, i. e. nimius est & prolixus, er for vitløfftig/gior sor meget aff. Sic *multus est in reprehendendo, docendo, agendo, &c.*

Multesimus, a, um, Lucret. eâ formâ à multus, quâ millesimus à mille: significatq; infinitam quantitatem. Ut, *pars multesima*, megenfoldt/en stor part.

Multitudo, inis, multi affectus, mange. *Multitudo hominum: multitudo negotiorum.* Et absolutè, multitudo, pro turba frequenti & hominum multitudine, mangfoldig Folck/skare/stor forsamling. *A multitudine deductus est domum.*

Multò, adverb. multis modis, I mange maader. *Multò intelliget: multò mihi est hoc providendum. multò præstat*, det er langt eller meget bedre. Et cum aliis adverbiis: *multò post*, langt effter: *multò seciùs*, langt anderledis: *multò molestiùs*, langt mødsommelig gere. *Multò tantò miserior, quàm tu labrax*, saa eller gandske langt oc meget mere.

Multùm, adverb. pro valdè seu multis modis, megit/storligen. *Multùm amat: res diu multùmq; cogitata.*

Multitia, orum, n. plur. Juvenal. indumentum subtilibus filis textum, atq; operosum, à multitudine filorum, bløde oc fine Linklæder.

Plus, ris, in singul. neut. & in plurali trium generum, plures comm. & plura & pluria, neut. Comparativum irregulare, flexum à Græcorum πλέον vel positivo πολὺς, meere/singulariter: fleere/pluraliter. Ut, *plus æquo cupis: plus uno opus est: plus me quàm alium cruciat: plus decem minis: plus anno: plus annum: plus annis decem: plus quinquaginta milites ceciderunt: plus annum provinciam obtinuit: quæso ne plus sit annua provincia.* Item cum adverbio, *plus satis.* Ubi & in similibus subintelligitur particula quàm q. plusquam. Item *plus pecuniæ sult habere*, mere eller flere penge. Item *pluris hæc æstimanda sunt, quàm illa*, meere skattis oc actis. *Pluris hoc habetur. pluris te facio, quàm alium*, holder meere aff dig. Et geminatè, *plus plusquam*, jo fleere oc fleere/meere oc meere. Legitur & *plure venit*, pro majori pretio, sed ambiguè. Item pluraliter: *plures anni, dies, homines*: & *plura sive pluria animalia, tegmina.*

Plures,

Plures, interdum ponitur pro mortuis, quia mortui plures sunt, quàm vivi. Ut, *nondum ad plures me penetravi.* Item pro Republ. Ut, *pars hominum multò mavult gratiam inire à paucioribus potentibus & divitibus, quàm pluribus*, i. e. Reipublicæ prodesse.

Plurimus, a, um, superlat. flerste/ meeste/ saare mange. *Plurimi Equites: plurimis modis me sollicitat.* Item *plurimus collis urbi imminet*, qui valdè multum imminet scil. propter longitudinem, som strecker sig vit vd. *Nux plurima* pro longa, h. e. amygdalo. Sic *plurima cervix, unda, pietas, virtus, canities*, pro valdè multa seu multiplici, Vliegen eller gandske megen oc mangfoldig Item absolutè, *plurimum ætatis; plurimum jucunditatis*, saare gandske/megen. Et ratione pretii; *plurimi æstimatur.*

Plurimùm, adverb. Gandske meget/ i mange maade. *Plurimum sibi consulit.* Ponitur & pro, ut plurimum, mæsten/gierne. *Domum ire pergam, ibi plurimùm est.*

Plusculus, a, um, paulò seu aliquantò plus, noget meere/eller flere. *Pluscula suppellex.* Et absolutè, *pluscula nobis concede*, lad lidet eller nogit meere eller noget lidet effter. Item *pluscula negotii*, noget lidet bestilning. Sic *pluscula mella; pluscula sapientiæ.*

Composita.

Aliquammulti, pro aliquot & aliqua multitudine. Ut, *aliquammulti vestrum hoc agnoverunt*, nogle.

Complures, complura & compluria, idem quod multi, mange. *Complures hostes*, mange fiender: *Complures hostium*, mange aff fienderne.

Compluries, adverb. Plaut. significans sæpè. Ut *sensi ego jam compluries.*

Compluscŭli, orum, Terent. aliquantùm multi. Ut, *dies compluscŭli.*

Permultus, a, um, valdè multus Ut, *permulta in facie dixit.*

Permultò, adver. Ut, Permultò clariora & certiora sunt, quæ vigilantibus videntur, quàm quæ somniantibus.

Permultùm, adverb. valdè multum. Ut, *permultùm interest, utrũ perturbatione animi, an consultò aliquid facias.*

Perplus, uris, om. t. Plin. aliquantùm vel multum plus. Ut, *reditus perplures*, flux mange.

Perplurimùm, adverb. Plin. valdè plurimùm. Ut, *Perplurimùm refert.*

MULUS, li, m. s. pr. prod. animal ex equa & asino generatum à μύλη mola, quod animal esset pistrinense: vel à mole proprer vecturam onerum. Est enim jumentum dorsuarium & clitellarium, Muld Esel/Mule.

Mula, æ, f. pr. idem in sexu fœmineo.

Mularis, re, om. t. Columel. quod ad mulos pertinet. Ut, *equa mularis*, quæ adhibetur generandis mulis.

Mulio, onis, m. t. qui mulos clitellarios aut quadrigarios agit, Eieldriffuere. Item, mulia, genus culicum.

Mulionius, a, um, quod est mulionis. Ut, *penula mulionia.*

MUNDUS, di, m. s. universa naturæ fabrica, quæ cœlo clauditur & munitur, à μύω claudo vel à munio: vel etiam à μονὴ mansio quod sit q. communis rerum creatarum urbs atq; domus, Verden / Befestning. Aliter à mundus, i. e. ornatus propter pulcritudinem. Item à motus propter perpetuum, in quo est, motum.

Mundanus, a, um, quod mundi est. Ut, *homo est mundanus*, Id est, civis mundi.

Mundus, a, um, quod mundum ordine, nitore, & elegantia refert, ut purum, tersum & politum, Reen/Reenferdig. *Muliere hæc nihil mundius: mundus cultus: munda sapit lex.* Et substantivè, mundus & mundum, pro cultu nitore & elegantia muliebri, Quinde prydelse: *mundus muliebris:* & propriè, qui constat lavando, tergendo, pectendo, ligando q. Smundus à σμῶμαι abstergor, detergor, ornor: ablato s, ut aliàs sæpè apud Græcos.

Mundulus, m. s. qui nimia munditia utitur, ut mulieribus placeat, seu qui mundũ muliebrem affectat, nipper.

Munditer, Plaut. modo mundo, Reenligen/Reenferdeligen. *Munditer se habet.*

Mundities, ei, f. q. & munditia, æ, f. pr. mundæ rei affectus, Reenhed / Reenferdighed. *Munditia adhibenda: munditiis capitur.*

Mundo, as. Plin. mundum facio, giør Reen. Unde. *mundanda sunt vasa.*

Composita.

Emundo, as. mundando ejicio. Ut *emundare obilia, cubilia.* Columel.

Immundus, a, um, q. non mundus, vreen / skiden. *Illuvies immunda: Immundus sinus: Immunda humus.* Item Svet. immundus de morbo pediculari dicitur. Item *immunda aqua*, pro urina.

Intermundium, n. s. spatium inter duos mundos, fictum ab Epicuro, qui mundos plures statuit, & inter eos spatia inania, per quæ atomi volitantes alios atq; alios mundos coagmentarent.

Permundus, a, um, valdè mundus. Ut, *permunda volucris, columba.*

MUNGO, is, nxi, nctum, act. t. pituitam seu pituitæ excrementa e naribus traho, à μύσσω, ejusdem significationis, Snyder.

Muger, inquit Festus dici solet à castrensibus hominibus, q. muccosus is, qui talis male ludit.

Muccus seu mucus, ci, m. s. pituita narium, quæ scilicet emungitur, Snørt/snatt/ næseskarn. Aliter immediatè à μυξα ejusdem significationis.

Muccinium, nii, n. s. Arnob. si vera est lectio, pro linteo, quo narium muccum excipimus, Næsdug / Tørklæd/ Næseklud.

Mucosus, a, um, muco plenus. Ut, *homo muccosus*, snatsvorn/ fuldt aff snørt.

Muceo, es, mucui, & muceſco, q. mucum contraho: dicitur q; propriè de esculentis, pane, carne & similibus, quæ ex situ diutino lanuginem quandam ceu excrementiciam quandam pituitam cum albo lividoq; colore contrahunt, Mulner eller vorder mulen/ skimler. *Mucet panis: mucet vinum.* Aliter à μυδάω uligine vitior.

Mucidus, a, um, quod mucet, Mulen/ skimlet. *Panis mucidus. Vinum mucidum*, som smager aff Fader. *Fœnum mucidum*, mulen høe. Item mucidus, exponitur cui muccus è naribus fluit, Snattvorn.

Mucor, oris, m. t. mucidi affectio & vitium, mulenhed/skimmel. *Mucor panis; mucor vini.* Et de pecoribus: *pecora situ mucorem contrahunt*, Skrub oc skarn.

Composita.

Emungo, is, act. t. idem quod mungo vel mungendo aufero. Unde, emungere candelam: detracta scilicet Elychnii parte adusta, Snyde Lius. *Cubito se emungere* proverb. dicitur qui artem aliquam immundam exercet, ut solent salsamentarii. Et translatè, *emungere aliquem argento*, i. e. fraude extorquere, Snyde en penge aff.

Emunctio, onis, emungendi actus.

Emungor, aris, dep. pr. Cat. pro emungo. Ut, *emungunter libertatem.*

Emunctus, a, um, quem emunximus, ut *homo argento emunctus.* Item *homo emunctæ naris* pro eleganti acri exactoq; judicio, q. qui purgatis est naribus.

Emunctorium, n. s. quo ellychinum supervacuum adustumq; candelæ emungitur, Liuseſags.

MURÆNA, æ, f. pr. μύραινα, piscis est è genere anguillarum exossis, Aeinøye/Aegeno.

Murænula, æ, f. pr. idem. Et plural. murænulæ, ornamenta sunt colli flexuosa instar murænarum, & catenæ ex auro, quibus matronæ condecorantur.

MURCUS, m. s. antiquè pro ignavo & timido, vel à mora, quam trahit, vel à mure propter timiditatem, Lad / doffn eller ræd ſom en muß. Aliter concisum habetur à murcidus.

Murciolus, pro languidò.

Murcia, Dea erat ignaviæ & murcorum.

Murcidus, Plaut. pro ignavo vel timido, Red oc frycte actig: Sed pro eodem legitur murricidus, q. à cædendis muribus, qui eos capit & cædit, Muußfanger/ Muußjager/ Røttefanger. Sic & Murgiso, onis, pro eodem, ignavo scilicet & timido; sive à mora sive à muribus.

MUREX, icis, m. t. pr. prod. piscis de genere conchyliorum, vel ipsum conchylium; sive ut opinio est, idem cum buccino, cujus cruore & liquore lanæ purpureo quodam colore inficiuntur, à voce Mare, quod sit cochlea marina: vel à κήρυξ, i. e. buccinum per antistœcon. Inde accipitur pro ipso colore, qui species est quædam purpurei. Ut, *Tyrio ardebat murice lana.* Item murex tropicè, acumen & asperitas saxi prominentis. Item machinula ferrea tetragona aculeis exstantibus infesta & spargi solita adversus hostiles eruptiones, Fodangel. Aliter murex piscis, à murice machinula: hic autem à murus, quòd in muro & ad murum spargebantur murices.

Muricatus, a, um, muricis formam referens, seu muricibus munitum. Ut, *muricata cacumina.* Et translatè, *gressus muricati*, i. e. pavidi, ut sunt, cùm quis timet murices occultatos.

Muricatim, in modum muricis convolutum. Ut, *Vertex muricatim intortus.*

MURIA, æ, f. pr. corr. aqua multo sale condita, seu liquor vel ex puro sale resolutus, vel ex sale & viru piscium aut carnium: sic dicta à mare, propter salsuginem, Lage/Madlage/Fiſkelage. Item liquaminis genus ex thynnorum tabe: eratq; pauperum cibus.

Muries, ei, f. q. Cat. idem.

Muriaticus, a, um, muriâ conditum. Ut, *pisces muriatici*, Laget Fiſk. *Halec muriatica*, Spægſild. Et absolutè, *muriaticum*, Saltet mad. *Salsa muriatica. muriatica scit macerare.*

Muriata caro, Saltet Kiød.

MURINA, æ, f. pr. potionis genus suavissimum, odoramentis pigmentisq; medicatum, à μυρόω, unguentis imbuo, Allehaande ſlags drick / velluctende/ tilgiort med vrter/oc haffuer faaet anden farffue/ ſaa ſom Frudet Mød/ Lutendranck. Scribitur & Murrhina: exponiturq; dulce potionis genus, sed sine vi inebriandi. Vide infrà, in Myrrha.

MURMUR, ris, n. t. propriè aquæ fluentis submissus strepitus, voce à sono per onomatopœjam ficta, ut & Græcorum μορμύρω, murmuro, Vand brummel oc ſuſen. *Murmur aquæ: murmur maris.* Inde de homine secum submissè & incondite loquente, mummel/Knur.

Murmurillum, n. s. parvum murmur, ſmaa Knur.

Murmurillo, as, n. pr. Plaut. murmurillum facio, ſmaa Knurer/ſmaa ſendes. *Quid murmurillas tecum.*

Murmuro, as, n. pr. murmur facio, Knurrer/mumler. *Servus murmurat.* Et de aliis: *Intestina murmurant*, de Romler. *Murmurat ignis*, Brager/Sprager.

Murmuratio, onis, murmurandi actus & opus, mumler.

Murmurator, oris, m. t. qui murmurat, Knurbaße/ Knurvorn.

Murmuratrix, icis, f. t. idem in sexu fœmineo.

Murmurabundus, a, um, qui semper murmurat, ſom Knurer altid/ Knarcfvorn/ Knurvorn.

Composita.

Admurmuro, as, n. pr. murmure sive murmurando faveo, assentio: aut indignor & rejicio. Estq; propriè concionis, aut Senatus, mumler til noget. *Id admurmurante Senatu, neq; me invito actum est: memoria tenetis, judices, quàm Valdè universi admurmurarint, quàm palam principes contradixerint.*

Admurmuratio, onis, admurmurandi actus. Ut, *Ista admurmuratio facit, ut agnoscere videamini, qui hæc fecerint.*

Commurmuro, as, idem quod murmuro.

Commurmuror, aris, dep. pr. idem.

Obmurmuro, as, contrà murmuro, Knurer imod. *Precibus meis obmurmurat.*

Remurmuro, as, Stat. contrà murmuro. Ut, *nulli spoliatà remurmurat aurè.*

Submurmuro, as, aliquantùm murmuro, ſmaa Knurrer.

MURUS, ri, m. s. pr. prod. & antiquè mœri pro muri, septum urbis lateritium, aut cœmentitium contra vim hostilem, à μοῖρα pars portio, rata scilicet cujusq; civis pars. Quisquis enim pro sua parte virili tutabatur muros, quos & unà construxerat, Muur/Ringmuur om By oc Feſtning.

Muralis, le, om. t. quod ad murum pertinet. Ut, *corona muralis*, quâ donabatur ab Imperatore, qui primus murum subiisset & in urbem vi ascendisset. Sic *tormenta muralia, pila muralia*, quibus quatiuntur muri, aut de muris dejiciuntur. *Machinæ murales*, quibus muri dejiciuntur, Muurbrecker. *Muralis herba*, aliàs, parietaria, sic dicta quod frequenter nascatur in muris.

Composita.

Pomœrium, rii, n. s. locus intra & extra murum urbis, purus ab ædificiis cultuq; omni humano; faciensq; finem urbani auspicii: sic dictum q. pone mœros sive muros.

Posmurium, sive promurium, antiquis, promorium Pontificiale, ubi Pontifices auspicabantur: dictum q. post murum, vel, à pro & murus, quasi proximum muro.

Promurale, lis, n. t. murus proximus ante murum.

Submœrius, idem quod submœnianus.

MUS, ris, m. t. pr. gen. prod. animal penori infestum & rosione nobile, à μῦς ejusdem significationis, Muus. Hinc mus major, Rotte. Item mus, & cum adjectione, Marinus; piscis est nomen è genere testudinum.

Musculus, li, m. s. parvus mus. Item in corpore humano, substantia quædam carnosa & nervea, excarne scilicet, villis, fibrisq; contexta, & voluntarii motus instrumen-

instrumentum, Musen i Mennisfes legome. Item musculus, nomen piscis duabus testi, imitatione, Græcorum, qui μύας vocant, Skelfisk. Item militaribus, musculi dicuntur machinæ, quibus tecti milites apportatis lapidibus lignis & terra fossa complebant, ut turri ambulatoriæ viam munirent. nitur & pro pluteis.

Musculosus, a, um, musculo insignis, s quod musculum refert. Ut, *locus musculosus.*

Murinus, a, um, quod est muris. Ut, *fimus urinus.* Musesfarn oc møg / Muselort. *Murinicolor*, qualis est muri, Musc blacfer. *Hordeum murum*, nomen herbæ.

MUSA, æ, f. pr. μοῦσα, Dea cantus. Ita ipse cantus, sive fiat lingua, sive manu, sive plectro, Sng / Vise. *Agrestem tenui meditabor arundine musam.* plural. Musa pro literis bonarum artium, quibus prælere fingunt apud Poetas Musæ illæ numero novem, ri bogligc Konster. *Musis dat opemm.*

Musæus, a, um, quod est musarum, seu ad mas pertinet. Ut, *lepor musæus*, saadan lyst som der er ller bør at vere i Sang oc bogelige Konster.

Musæum, n. s. Græca imitatione μουσεῖον, locus est Musis & studiis privatis consecratus, Studre Kammer / Liberi.

Musicus, m. s. qui novit canere, Sangere. Et adjectivè, quod ad musicum pertinet. Ut, *ars Musica*, Sanger konst. *Studium musicum*, Sangøffue. Item plural. *Musica, orum*, pro arte musica, stud & exercitiis, Sang konst.

Musica, æ, & musice, es, f. pr. scientia canen, Sangkonst / huad heller det er med Discantler Læg oc Instrumenter.

Musicè, adverb. pro svaviter & dulce. Ut *nsicè vitam agitis*, med Sang oc med Lyst: vel laut sed alieno sumpto, ut Musici solent.

Musivus, a, um, idem quod Musæus. Ut *pamentum musivum*, *opus musivum*, quod artificio suo refe concinnitatem Musæ canentis.

Musivarius, m. s. qui opera musiva facit.

Musaicus, a, um, idem, Ut *musaicum opus.*

MUSCA, æ, f. pr. animalculum volucre insigi audaciâ, alienas etiam inter manus, & in ipsis fauous imbians à μῦια ejusdem significationis, Flue. I transl atè, homo importunè alterius appetens, ut *pasiti, & curiosi.*

Muscarius, a, um, quod ad muscas pertinet. Ut, *rancus muscarius*, qui venatur muscas. Sic absolute, muarius, qui muscas venatur, Flvefanger / fluehader. Et neutraliter, muscatium, flabellum umbellatum, qo muscæ abiguntur aut cæduntur, Flueveffte / fluesiecke. Item ex forma hac umbellata translatè, muscaria icuntur herbarum comæ in orbem radiatæ, cacumin; in fasces coacta & umbellata, quales apparent fœiculi, sambucci & similium flores. Et inde rursus, *nscarii clabi*, qui sunt umbellati, capitibus scilicet latioribi, rotundis, expansis in orbem cacuminibus, Sømmed brede oc runde hoffueder / dompe søm.

Promuscis, idis, f. t. nasus seu rostrum Elephanti quo pro manu utitur: sic dicta à musca, quod similem nasum habeat musca: vel q. proboscis, ad Græcorum προβοσκὶς ejusdem significationis, Elephant nude / Flue snude.

MUSCUS, m. s. lanugo arboris, ex situ à μόχθος, significante tenellum quidvis & novellum ingerminatione arborum, Muß paa træ. Muscus etiam Hieronym. pretiosissimum odoramenti genus, & ut conjectura est, idem quod moschum. Aliter muscus à μυδάω nimio humore & uligine vitior.

Muscosus, a, um, musco opertum, begroed med muß. *Muscosi fontes*: *muscosa prata.* Et comparatè, *nihil hîc muscosius.*

Compos.

Emusco, as, act. pr. Colum. q. muscum adimo & purgo, tager ellet skaffuer muß aff. *Emuscatur arbor*: *oleæ emuscantur.*

MUSTELA, æ, f. pr. animal è genere murium in domibus oberrans, & ipsis muribus & serpentibus infestum, eaq; calliditate, ut sæpius catulos transferat, mutatis sedibus ne deprehendantur ab hostibus: sic dicta q. mus longior à μῦς, mus, & τῆλε, longè, Væsel / Væsle / brud. Item mustela, nomen piscis, Aalkuße / Aalquappe. Est & mustela, nomen generis, complures comprehendens sub se species. Ut *Mustela schytica*, Sabel. *Mustela agrestis*, Ilder. *Mustela alba*, Lee katt / Hermeline.

Mustelinus, a, um, quòd est mustelæ, seu colorem mustelæ habet. Ut, *mustelinus pellis*: *mustelinus color.*

MUSTUM, n. s. stillans & fluens ex uvis pomisvè humor, à μύρω, fluo, stillo, Must / Vinmust / Eblemust / Pæremust. Aliter à μόχθος novellum, ut mustum in genere sit novellum, novum. Unde adjectivè, *musta fœmina*, *musta ætas*, *musta poma*, *mustum vinum.*

Mustaceus, m. & mustaceum, n. s. cibi genus ex farina, caseo, cumino anisi, adipe, ramentis lauri, & musto, atq; suppositis foliis lauri, cum coquitur, sic dictum à musto, quo conspergebatur.

Mustax, acis, f. t. lauri species, sic dicta quòd mustaceis soleat subjici.

Mustarius, a, um, Caton. quòd ad mustum pertinet. Ut, *urceus mustarius*, in quo mustum reponitur, Must kar. *Mustarius lacus*, Musttrv.

Musteus, a, um, quod musto abundat, seu dulcis aut musti saporem habet. Ut, *poma mustea*, Musteble / Sødeble. *Malum musteum*, quod celeriter miteseit & minimum durat, Græca voce melimelum, Sommereble. Item recens. Ut, *mustcum piper*: *musteus fructus*, Vty.

Mustulentus, a, um, musto madidus vel oblitus. Ut, *æstus & calor mustulentus*: *odor mustulentus*, som lucter aff Must.

MUTILUS, a, um, pr. corr. proprie de pecore cornuto, quod tamen cornibus caret à μίτυλος ejusdem significationis, fullet. *Aries mutilus*, fulder væder. *Bos mutilus*, fulder Nød. Et cum adjectione: *Bos cornibus mutilus*: *aries cornibus mutilus.* Inde, cui membrum aliquod exsectum est, Lemlest. Et translatè, mutilus pro imperfecto. Ut, *oratio mutila*: *verba mutila. Versus mutilus*, qui ab initio syllaba aut litera defectus est, aut à brevi incipit: vel cujus initium pro conditione propriæ legis non præcedit integrum, sed litera syllabavè defectum est. Item mutilus, lignamentum in fabricis sufectum est. Item mutilus, lignamentum in fabricis sufernè latius, & deorsum sinuatum in angustum & parieti affixum, projecturam & coronam sustinens, sic dictus

quòd sit quasi mutila trabs, Skalck vdi bygning eller knect vnder hylder. Item lapis vel ligillum in columnis ad modum lignamenti hujus cæsum quocunq; artificio, krog steen.

Muticus, a, um, Varr. idem quod mutilus. Ut, *mutica spica*, quæ aristis caret seu cornibus suis, quasi mutila, Kuldet Ax/ Ax vden skæg.

Mutilo, as, Terent. act. pr. mutilum facio, & trunco, Lemlester. *Mulierem spoliat & mutilat.*

Mutilatus, a, um, quod mutilavimus. Ut, *dens mutilatus*: *homo dente mutilatus*, Som hafuer mist en tand / taandløß giort. Sic *mutilati rami*, pro truncati, stuffnede/ stubbede. Et *mutilatus exercitus* pro deminuto aut imperfecto, forringet oc formindsket/ wfuldkommen / brudden.

Composita.

Admutilo, as, Plaut. idem quod mutilo, & plagis afficio, torqueo, Lemlester: *Me usq; admutilasti ad cutem.*

Demutilo, as, idem quod mutilo.

MUTIO, tis, tivi, vel tii, titum, n. q. pr. prod. Os & labia claudo comprimoq;, à μύω ejusdem significationis, holder munden til/ sammen. Et consequenter, compresso ore verba ex indignitate aliqua facio, & inconditè loquor, seu μῦ facio: unde & Græcorum μύω, muter oc knurrer ved sig sielff. *Hic non audet verbum mutire*, hand tor icke knyste en gang. *Palam plebejo mutire piaculum est*, i. e. loqui. Item translatè, *mutit cardo*, døren knarcker / døren lader sig lit op/ gaar lit.

Mutitio, onis, f. t. Plaut. mutiendi actus, Knysten/ Murren.

Mutitum, Terent. pro tenui dicto, halffdragen ord. Non opus est mutito.

Musso, as, n. pr. eâ formâ, quâ Græcorum μύζω, ejusdem significationis, pro submissâ voce loquor, secretè, occultéq;, quod celatum velim, q. mutio & murmuro, Huisker. *Per metum mussat.* Item mutesco. Ut, *bonos non decet mussare*, vorder taugse/ tier stille. Et ex adjuncta sæpiùs dubitatione, dubito, tuffler paa. *Mussat Rex, quos generos vocet.* Item submisse & inconditè loquor, snacker for mig selff/ mumler. *Flent mœsti mussantq; patres.* Antiquè *mussans* pro mussas.

Mussito, as, n. pr. multum & frequenter musso.

Mussitabundus, a, um, multum mussitans, & quod satis tutò dici non potest clam murmurans, Huiskende.

Mussitandus, a, um, de quo mussitare debemus. Ut, *mussitanda injuria*, det mand tørfficke tale Aabenbarligen om / men maa saa huiske det for sig selff.

Mussitatio, onis, mussitandi actus, huisken/ tisken.

Mutus, a, um, quod mutit & nullam edit vocem, Stum/ som holder munden til/ Dum/ tier stille/ ey talend/ taugß. Sive id natura sive voluntate. Ut, *homo mutus*: *animal mutum*: *avis muta.* Item, *mutæ cicadæ*, quæ minores sunt, sic dictæ non quòd nihil, sed quòd parùm canant. Item *artes mutæ* dicuntur, quæ non, ut musica, sonis constant: Item picturæ, quæ cum non loquantur, res tamen ipsas exprimunt. Item, *literæ mutæ.* Grammaticis quædam sunt è numero consonantium. Item, Aruspicibus *muta exta*, ex quibus nihil divinationis animadvertebant.

Mutesco, s, n. t. mutus fio, vel mutorum more taceo, vorde dum/ tier stille / vorder taugs.

Composita.

Demussata entumelia, in qua mussamus dissimulantes, den spott vand tygger saa hiemmeligen for sig selff.

Emutio, tis, aut. idem quod mutio.

Immutesco, ui, n. t. mutus fio, taceoq;. Ut, *ruptis immutuit ore repelis.*

Obmutesco, n. t. mutus fio. Ut, *obmutescam, nisi prius à vobis impetro*: *presso obmutuit ore.* Ponitur & aliquando pro non sum in usu, er icke brugelig / er icke gengse: *vdium Sardibus emebatur quod nunc obmutuit.*

Summussi, ist. ex Nævio, pro murmuratores. Ut, *odi summussos, vnde apertè dice quid sit quod times.*

MUTO, nis, m. t. exponitur callidus & fraudulentus, à μόθων, verna, nugator, garrulus, molestus. Item Horat. prgenital membro. Unde Mutoniatus, mutone insigni.

Mutunu epitheton Priapi, membri istius Præsidis.

MUTO, s, act. pr. prod. aliud pro alio do & sumo, i motum, bino verbi moveo, Skiffter it for andet/ faar it fra andet/ forandrer/ tusker/ bytter/ omvender. *Mutat colorem*: *mutat sententiam*: *mutat animum*: *mat consilium, decretum, jus, &c. Mutare fidem*, est pactu rescindere & violare promissum, bryde sit løffte/ oc loffue. *Haut muto factum*, Jeg angrer ickdet giort er. Item, *mutat merces cum mercatoribus pace mutat bellum.*

Mutabilisle, om. t. quod facilè mutatur, omskifftelig. *Vulgi animus mutabilis.*

Mutabitas, atis, f. t. mutabilis rei affectus, Omskifftelighed. *Mutabilitas mentis.*

Mutatio, nis, mutandi actus, Omskifftelse oc forandring. *Mutatio consilii. Mutatio mercium*, Skiffter/ tusken.

Mutatus, a, um, quod mutavimus, Omskifft / fortuskket/ frandret. *Nomen mutatum.*

Mutito, as, act. pr. Gell. frequenter muto: Unde, *mutitare convivia* pro invicem dare & celebrare convivia, convia conviviis vicissim mutare, Skifftis til at giør Gestebud.

Composita.

Commto, as, idem quod muto, Skiffter om/ vexler/ forandrer / bytter. *Vendundis neq; tempus neq; locum mutabit*: *quædam in eo libro commutanda. Commutæ verba* est rixari, Jessnis ord/ skiffte ord med hinanden/ tale huer andre hart til / trættis oc skiedis.

Commutabilis, le, om. t. quod facile mutatur.

Commutatio, onis, commutandi actus, Bytten/ vexen/ forandring. *Commutatio mercium*: *commutationes æstuum.* Item commutatio, figura Rhetorica.

Commutatus, us, m. q. Lucr. idem. Ut, *quæ diximus in commutatum veniunt.*

Demto, as, idem quod muto, vel totum muto, Omskifter. *Demutant mores ingenium tuum.*

Dmutatio, onis, demutandi actus, Omskiffrelse.

Immutabilis, le, om. t. quod nullo modo mutari potest, vmskifftelig. *Stellarum spacia immutabilia*: *causæ rerum immutabiles.* Item idem quod mutatus & immutatus, omskifft: *Vestis immutabilis*: *ornatus immutabilis.*

Immu-

Immutabilitas, atis, f. t. ut *immutabilitas factorum*, womſkifftelighed.

Immuto, as, idem quod muto vel plane muto. Ut, *homines ex amore immutantur*, Omſkifftis / forandris. Item idem quod permuto, Vexler / byttet. *Argentum immutato.*

Permuto, as, idem quod muto, Skiffter / forandrer. *Catilina ſententiam permutat.* Inde *permutare Rempubl.* forandre / vende op oc neder: idq; potiſſimum aliqua cum reipubl. perturbatione & detrimento. Item *permutare pecuniam*, eſt ſimpliciter mutare, aut curare, ut per argentarium alio loco reddatur, Vexle Penge / handle med penge paa vexel. Item *permutare aliquid pretio*, pro emere, kiøbe eller giffue vare for vare / tuſke.

Permutatio, onis, permutandi actus, Forandring / omſkifftelſe / vexel. *Permutatio rerum*: *permutatio pecuniæ.* Item permutatio, exornatio Rhetorica, aliud verbis, aliud ſententiâ demonſtrans.

Permutatus, a, um, quod permutavimus, Forandret / omſkifft / vexlet. *Res permutatæ*: *permutata Reſpublica*: *permutata pecunia.*

Summuto, as, idem quod commuto, ſive viciſſim muto, Skiffter it om for andet: *Verba pro verbis ſummutantur per hypallagen.*

Tranſmuto, as, muto, ſive invicem muto, Skiffter det ene for andet: *Tranſmutat dextera lævis*: *fortuna tranſmutat incertos honores, nunc mihi nunc alii benigna.*

MUTUUS, a, um, pr. prod. quod datur & accipitur, q. ex mutatione quadam: quod datur ut reddatur par & ſimile, quod modò meum, modò tuum; modò hujus, modò illius; deniq; mutabile, fluxum & caducum, adeoq; à muto, huad mellom nogen er oc ſuarer huer andre tillige / Indbiurdis / noget for noget. *Mutuus amor*: *mutua voluntas*: *mutua officia*, vilie for vilie / tieniſte for tieniſte: *Mutua benevolentia*: *mutua beneficia*: *mutua gratia. Et pecunia mutua*, quæ ſic datur, ut reddatur, henlaant penge. *Mutuum argentum*: *mutuum frumentum*, henlaant korn. *Opera mutua*, tillaans tieniſte. Sic *mutuum teſtimonium poſuit.* Aliter à voce ſicula μοῖτον quod ſignificat, ἀντὶ τοῦ, i. e. par pari.

Mutuè, modo mutuo, igien / ſaa ſom it for andet / oc noget for noget. *Mutuè mihi reſpondet.*

Mutuo, idem. Ut, *mutuò me diligas.* Item invicem, Indbiurdis / mellom hin anden / den ene den anden: mutuò ſe amabant.

Mutuùm, pro mutuò: ſed in re potiſſimum pecuniaria, aliaq; ad tempus præſtanda, tillaans. *Pecuniam ſumpſit mutuùm*: ubi tamen alibi legitur mutuam. Item diſſimulata re: *ſumere mutuùm*, tage tillaans.

Mutuo, as, act. pr. mutuum do, laaner bort / borger bort. *Si quis quid mutuaverit, ſit pro proprio perditum.* Item mutuum accipio, laaner oc borger aff anden / tager til laans. *Ad amicos currit mutuatum*: mutuet meâ causâ.

Mutuatio, onis, mutuandi actus, quo ſcilicet mutuum accipimus, laan. *Mutuationibus frandat multos.*

Mutuaticius, a, um, Gell. quod mutuum datur. Ut, *pecunia mutuatica*, laant peng / bortlaant penge.

Mutuor, aris, dep. pr. mutuum accipio, Laaner / borger noget aff anden / tager til laans. *Decem minas à patre mutuatus eſt.* Item ſimpliciter per tranſlationem, aliunde ſumo. Ut, *mutuari nomen, verbum, & ingenii ſubtilitatem*, laane oc tage it ſted.

MYRICA, æ, f. pr. μυρίκη fruticis nomen, Porß.

MYRRHA, æ, f. pr. μύρρα, nomen arboris in Arabia, ex qua fiunt vaſa myrrhina: unde & Martiali pro vaſe myrrhino ponitur. Item lacryma ejusdem arboris, Myrrhe.

Myrrheus, a, um, quod ex myrrha vaſorum materia conſtat. Ut, *myrrhea vaſa.*

Myrrhinus, a, um, idem. Ut, *trullæ myrrhinæ*: *abaci myrrhini, pocula myrrhina*, pro vaſis myrrhinis. Sed & veteribus Myrrhina & vaſa Myrrhina dicta ſunt, quæ hodiè Porcellanæ Indicæ nominantur. Quanquam hæ diverſæ ab illâ ſint materiæ, nimirum ex ovorum putaminibus & genere quodam concharum, tritis & aqua ſubactis. Item *Myrrhinus odor*, qualis eſt myrrhæ lacrymæ, Myrrhe lugt. *Myrrhina vina*, myrrhâ medicata. Vide ſupra Murina.

MYRTUS, f. ſec. μύρτος, arbuſcula quædam baccifera.

Myrta, æ, f. pr. Plaut. idem.

Myrtum, n. ſ. fructus & bacca myrti, Vælſke Bei delbær.

Myrtatum obſonium, ex baccis myrti, quo olim vice papaveris utebantur.

Myrtetum, n. ſ. locus myrtis conſitus.

Myrteus, a, um, quod ex myrto eſt. Ut, *ſertum myrteum*: *corona myrtea*: *virga myrtea. Color myrteus*, qui myrtum refert.

Myrtinus, a, um, idem. Ut, *oleum myrtinum.*

Myrtites, vinum myrto conditum.

MYSTERIUM, n. ſ. μυστήριον, res ſacra & occulta, ſeu quæ occultè peragebatur, Helligdom / helig hemmelighed. Item ſpecialiter, numero plurali, Myſteria feſta quædam in honorem Cereris celebrari ſolita, quæ & initia dicebantur. Unde Cic. reſcribe quo die myſteria futura ſint. Item translatè, myſterium pro quovis arcano, & cujus ratio latet & occulta eſt. Ut, *tacitum id habeto, tanquam myſterium.*

Myſticus, a, um, cui ſubeſt myſterium. Ut, *ſacra myſtica.*

Myſta, æ, m. pr. μύστης, ejusdem ſcilicet originis, qui myſteriis & ſacris præeſt, Præſt.

MYTULUS, li, m. ſ. Mart. μύτλος, genus conchæ idem cum muſculo, vel etiam ei congener, et ſlags Skelfiſk.

N.

NACA ſeu Nacca vel nacta, æ, m. pr. Epitheton eſt fullonis, fullonio veſtem præmentis & denſantis, à νάσσω, premo, denſo, Vaalckere. Aliter à νάκη, pellis cum ſuo villo, & quodcunq; opus ex lana factum.

NÆ, νὴ, particula affirmandi pro certè, viſſeligen / til viſſe / ſandeligen / for ſande. *Næ tu homo ſtultus: næ illi vehementèr errant.* Item augendi, pro nimis ſeu valdè, formegit. *Faciant næ intelligendo, ut nihil intelligant.* Scribitur & ſine diphthongo ne.

NÆVUS,

NÆVUS, m. ſ. macula ſeu nota corporis innata & ingenita, à naſcor, natus, nævus, Metfød mercke eller tegn paa noget Lem/ſaaſom plet/ fregne/vorte oc ander ſaadant vanmercke. Aliter à νεύω innuo, q. nota innuens, unde Cicero: *non nævo aliquo aut crepundus, ſed corpore omni belle cognoſcere totum aliquem.*

Nævoſus, a, um, nævis abundans.

NAM, Conjunct. cauſalis, primum locum in oratione obtinens ex particula majoris aſſeverationis νὴ cum Enclitica ἄν, 2. hi. *Cum eo mihi ſumma neceſſitudo eſt: Nam nec in honoribus meis unquam defuit nec laboribus.* Ponitur & interdum pro ideò, derfor. *Populo non placet. Nam in prologis ſcribendis operam abutitur.* Item interdum particula eſt diſcretiva, ad ſententiarum ſcil. diſtinctionem duntaxat poſita, Men. *Nam quid in uxorem atq; filiam meam tàm petulantèr invectus es.* Item in compoſitione fit aliquandò enclitica: Ut, *quidnam, quianam, quomodonam*: Idq;. Majoris virtutis gratia interrogando, ut, *quisnam homo eſt? quænam ratio? quodnam conſilium factumbè? num quidnam reſtat?* Huad for en/ huad for noget. Et in hac quidem ſignificatione etiam ſejungitur & per apoſtrophen ponitur. Ut, *nam quæ eſt anus à fratre egreſſa meo?* pro quænam anus. Et, *nam quid perdidi?* Pro quidnam perdidi. Sic: *nam cur me miſeram verberas.*

i. e. Cur nam.

Namq;, Conjunctio cauſalis, pro ſiquidem, etiam primo loco poni ſolita, ſed ſæpiùs ſecundo: Efterſom/for diſaa. *Namq; aſſiduis internunciis cum Lepido egi, ut omiſſa contentione Reipubl. ſuccurreret.* Sic: *tùm ille, namq; quod tu non poteris, nemo poterit.* Ponitur & diſcretivè, pro ſed, ſeu verùm, Men. *Namq; illud quare Scævola negaſti.*

Nempè, Adverbium confirmantis, aliquandò ad interrogationem, aliquando ſine q. nampè vel immediatè à νὴ certè, profecto; addita latina enclitica, viſſeligen/ſand deligen/ forviſt. *Nempè jubes, jubeo hercle, quid vero tulit Pompejus? nempè ut quæreretur.* Et ſine interrogatione: *nempè plurimum laboris in hoc exhauſimus.*

Ennam, antiquis pro etiamnè.

NANCISCOR, eris, nactus ſum dep. t. rem aliquam inſperatam beneficio fortunæ, ſeu ex inſperato conſequor & invenio, à νάω mano, fluo, ſcaturio, q. earum rerum, quæ ſenſim manant & ſcaturiunt: vel à νήχω νήχομαι venio, advenio, pervenio, finder for mig/ paafinder/ naaer oc faaer/ kommer ſaa ſact adt noget: *Otium nactus eſt: ſummam poteſtatem nanciſcitur. Mali aliquid nactus eſt. Nactus labem*, fick et knæg. Sic: *ducem optimum nacta eſt reſpubl.* Et *hominem doctum & peritum nactus eſt.* Legitur & antiquè nancitor, pro nactus erit.

NANUS, m. ſ. νάνος, græca voce, qui alias latinè pumilio, Duerg. Nec de hominibus tantùm, ſed & de aliis rebus. Ut mála nana. Exponitur & nanus, cui virile membrum eſt prægrande. Item vas aquarium humile & concavum, aliàs dictum, ſitulus barbatus.

Nanium, n. ſ. Plaut. pro muliere parva, ſed pulchra, per diminutionem, blandiendi cauſa, ſicut Glycerium & hujuſmodi, Smuck liden Quinde: Jt ſmuct ſtycke Quindfolck.

NAPUS, m. ſ. radicis genus, eſculentum rapæ ſimilimum, ſed acriori ſapore, à Rapa inquit Iſidorus, tum propter ſimilitudinem formæ, tum affinitatem genituræ, de qua vide in rapa, Bitter Roe/ ſaa ſom den bortfeldſke roe. Item rapi ſpecies quædam, forma longa, Jt ſlags lange huide Roer. Hinc Napus perſicus, Pebberrod. Aliter Napus à νάπυ, i.e. ſinapis, propter acrimoniam.

Napunculus, parvus napus.

Napina, æ, f. pr. locus napis conſitus, vel ipſi napi uno in loco conſiti.

NARCISSUS, m. ſ. νάρκισσος, genus lilii, huid Tidløß/ S. Dorotheæ Lilie/ Vinter Lilie.

Narciſſinus, a, um, quod ex narciſſo fit. Ut, *oleum narciſſinum: unguentum narciſſinum.*

NARDUS, di, f. ſ. νάρδος, frutex inſigniter odoratus & ſpicas ferens; ſeu herba quædam, ſed plurium ſpecierum, Nardus. Unde *Nardus agreſtis* ſeu ruſtica, vulgò vild Nardus/ Boldrian. *Nardus Indica, Syriaca, Nardus Celtica: Nardus Gallica*, vulgò, Lavendel: & Pſeudonardus.

Nardinus, a, um, quod nardum odore refert. Ut *nardina pyxis.* Et abſolutè *nardinum*, unguentum, ex nardo factum.

NARES, ium, cujus ſingular. naris, f. t. foramina naſi, quibus ſpiritus & odores hauriuntur, à πῖνες per literarum inverſionem; vel quòd per eas ſpiritus & odores nare non deſinant; vel quod odorum per eas fiamus nari, Næſebor. Ponitur & Poëtis frequenter pro ipſo naſo.

NARRO, as, act. pr. rem aliquam vel factum à ſuis circumſtantiis refero & expono, à narus, quaſi narum rei facio, vel à γνωρίζω notum facio, indico, Fortelle. *Nabita de ventis, de tauris narrat arator. Fabulam tibi narrat.*

Narrabilis, le, om. t. narratione dignum, vel quod narrari poteſt. Ut, *nihil ultra eſt narrabile.*

Narratio, onis, narrandi actus, Fortælelſe. Et peculiariter Rhetoricis, expoſitio rerum geſtarum, aut ut geſtarum expoſitio.

Narratiuncula, f. pr. parva narratio.

Narrator, oris, m. t. qui narrat.

Narratus, us, m. q. Ovid. idem quod narratio.

Narratus, a, um, q. d. narravimus, Fortælt. *Fabula narrata.*

Compoſita.

Denarro, as, ordine narro, Fortæler ordentligen. *Hæc nobis Faborinus ſumma cum elegantia verborum, totiusq; ſermonis comitate atq; gratia denarravit.*

Enarro, as, perfectè ſeu ad finem narro, Fuldkommelig gen/ſlet fortæler/vd til enden. *Res geſtas enarrat.*

Enarrabilis, le, om. t. quod enarrari poteſt, vdſigelig. *Motus animi enarrabilis.*

Inenarrabilis, le, om. t. non enarrabilis, quodq; enarrari non poteſt, vſigelig. *Munus inenarrabile: ſubtilitas inenarrabilis.*

Enarratio, onis, enarrandi actus, Fortælelſe/ forklarelſe. *Enarratio Poëtarum*, quæ enarrat quod in Poëtarum ſcriptis habetur.

Inenarratus, a, um, Gell. quod non enarravimus, uforfortælt. *Hoc inenarratum relinquimus.*

Prænar-

Prænarro, as, ante narro. Ut, *Rectè interrogasti oportuit rem prænarrasse me.*

Renarro, as, Virgil. idem quod narro, vel narrando repeto. Ut, *Fata renarrabat Divûm, cursusq; docebat.*

NASCOR, eris, natus, dep. t. in lucem edor & in vitam venio à γεννάομαι ejusdem significationis q. gnaõ gnascor; unde & Gnatus pro Natus, Fødis / fommer til Verden: *Patre incerto natus est: Aves in pedes nascuntur. In miseriam nascitur homo.* Et: *natus ad laudem, & natus laudi.* Item de inanimatis, pro orior, fommer op: *Nascitur inde pestis, nascitur invidia, cupiditas, timiditas, curæ.* Item *nascuntur templa.* Item translatè honores consequor, vel honoribus restituor, q. in lucem statuor & suborior. Ut, *natus sum consularis.*

Natio, onis, f. t. genus hominum nascendi proprietate ab aliis distinctorum, Et slags Folck for sig selff / Slecter. *Natio græcorum, & natio græca: natio germanorum. Homo natione græcus, germanus.* Grædsk Folck / Tydsk Folck. *Barbarica natio,* Barbarisk Folck. Et tropicè idem quod secta & societas quædam seu ordo singularis hominum quorundam. Ut, *Optimatum natio: Candidatorum natio,* Orden / Slect / Parti. In pecoribus etiam procreatus fœturæ dicitur *bona natio,* gaat Fæslect.

Natus, a, um, in lucem editus, Født. *Natus annos quinquaginta,* saa gammel. Et *pro re natâ non incommodè ad me venit,* i. e. pro præsenti rerum statu, & uti res nunc se habent, Som denne tid giffuer sig / effter denne tids leilighed.

Natalis, le. om. t. quod nascendi conditionem aliquam denotat: ut, *natalis dies.* Et absolutè sine substantivo natalis, Fødzels dag. Undè per translationem, *natalis urbis,* q. dies natalis urbis alicujus: dies scilicet quâ condita est. Item, Natalis Plin. pro pronascens, seu qui natale solum habet. Ut, *adamas in auro natalis,* Byrdig. *Natale solum,* Fødested / Fødeby / Fædreneland. *Natalis reditus,* pro reditu ex exilio, quo quasi aliquis renasci videbatur, civiliter ante mortuus. *Astrum natale,* vel nascens, pro horoscopo. *Natalis Dea,* quæ natalibus præerat, i. e. Juno. *Natalis avis,* i. e. cornix, quæ Junoni sacra erat, & concordiæ symbolum in nuptiis. Et pluraliter natales, pro sanguine natali, Byrd / herkomst. *Clari natales, obscuri natales.* Item pro die natali. *Palmam inter Dominas virtus natalibus æquat,* i. e. ità victoria exhilaratur, quàm si dies natales celebrarentur. Item Tropicè pro annis, ut *sex mihi natales tetant.*

Natalitius, a, um, quod ad natalem diem pertinet. Ut, *sydera natalitia,* quæ in natales incurrunt, Fødzelstierne oc Himmeltegn. *Prædicta natalitia,* quæ fiunt de natalibus, Nativitet. Et absolutè, num. pl. *natalitia,* pro celebratione diei natalis, vel ipso, quod datur, convivio.

Natura, æ, f. pr. vis & affectus rei cujusq; Natæ, quà natæ, seu quam res quæq; nata ex se habet non aliunde; Natur oc Aart / oc huer tings medfød krafft / gierning oc vdretning. *Natura mundi: natura cœli: natura animalis, natura animæ; natura herbarum, natura loci, temporum, causæ.* Item natura, immensa illa vis & virtus, quâ omnia nascuntur, seu ordinaria Dei potestas in creandis & producendis rebus, Natur / Guds skabning oc siunlig Almectighed. *Deus & natura nihil faciunt frustra: hoc à natura ità constitutum est.* Item natura pro vulva & uterò. Ut, *mulier obsignatum habet naturam,* Moderlig liff paa alle slags Dior. Item pro ipsis genitalibus, tàm virilibus quàm fœmineis, hemmelighed. Item natura pro elemento. Ut, *ex quatuor naturis constant omnia.* Et tropicè natura pro ingenio & moribus cujusq;, Aad. *Natura duce errare non potest: habeo rationem temporum & naturæ eorum.*

Naturalis, le, om. t. quod est à natura, Naturlig / Medfød. *Lex naturalis,* Naturens Low. *Desideria naturalia,* Naturlig eller Naturens begierlighed. *Filius naturalis,* qui ex semine nostro natus est, nec aliundè adoptatus, Naturlig / egen Søn / fød Søn. Sic *naturalis pater,* & *naturalis divinatio,* quæ opponitur artificiosæ. *Pileum naturale,* Lamprid. pro membrana quam infantes nonnulli capiti obvolutam præferunt in ipso ortu. Item pluraliter *naturalia,* pro pudendis animalis utriusq; sexus.

Naturaliter, adverb. modo naturali, Naturligen / aff Naturen. *Naturaliter hoc homini insitum est.*

Natus & Gnatus, m. s. soboles mascula patri nata, Søn / Sønbarn. Et plural. nati, orum, tùm de sobole humana, Børn: tùm pecorina, Afffødning.

Nata & Gnata, idem in sexu fœmineo, Daatter.

Natu, ablativus solus sine nominativo aliovè casu, pro ablativo, ætate. Ut, *grandis natu,* til alders / gammel. *Minor natu,* yngre. *Major natu,* ældre.

Nativus, a, um, quod natum est & ortum habet, Fød / baaren. *Dii Anaximandro sunt nativi.* Item, quod natura seu sua nativitate proprium est, nec aliunde mutuatum aut acceptum, Eigentligt / Naturligt / Medfød / Medbaarn. *Pietas nativa, color nativus. lana nativa,* cui color est nativus. *Malum nativum; nativæ piscium testæ.* Et translatè, *verba nativa,* quæ primitiva sunt, nec aliunde cadunt.

Nativitas, atis, f. t. Jurisconf. pro natali die, vel ipso ortu, Fødzel / fødzels dag.

Compositâ.

Adnascor, eris, de re dicitur, quæ in alia nascitur præter naturam, voxer paa. *Viscus non omnibus arboribus adnascitur.*

Agnascor, eris, pòst vel juxta nascor. Ut, *frater fratri agnascitur.* Quod si autem ad patrem referas, agnasci dicitur, qui post factum testamentum Patri nascitur. Ut, *cui filius agnatus est, ejus testamentum rumpitur.* Et *agnascendo, rumpitur testamentum.*

Agnatio, onis, agnatorum & familiarum conjunctio, Frendskab. Item communio, samfund oc dielactighed. *Nobis cum cœlestibus agnatio est.*

Agnatus, a, um, qui nobis agnatus est. Et Jurisconf. *agnati* dicuntur, qui virilis sexus personas, cognatione conjuncti, q. à Patre congeniti, veluti frater eodèm patre natus, filius fratris neposvè ex eo, Fædrene slect / de paa Suerd siden. Inter agnatos a. & cognatos hoc interest, quod inter genus & species. Nam qui est agnatus, etiam cognatus est: non utiq;. qui cognatus est & agnatus est. Cognationis enim nomen naturale est: agnationis verò civile. Propriè enim civilis cognatio agnatio vocatur, videlicet quæ per mares contingit, ut ità cognatus sit, Moderne frende / Agnatus, Fædrene frende / agnata & cognata, Frencke / Fencke / ut Patruus est agnatus & cognatus; Avunculus tantum cognatus. Item agnatum dicitur quicquid ultrà debitum natum est, h. e. quicquid inutiliter in re aliqua gignitur, ad ejus perfectionem minimè requisitum.

Annascor, juxta nascor, Gell. *annascuntur dentes geminis.*

Circum-

Circumnascor, Plin. nascor circum aliquid. Ut, *lacus circumnascente absinthio inficitur.*

Cognatus, q. unà communiterq; natus, idq; ut volunt, sivè materno ex genere sivè paterno, Blodsforvant/Slect/Frende. Indè transfertur ad alia, & quidem adjectivè per omnia genera, pro ejusdem generis, vel simile quod est, ut *forma cognata*, i. e. similis, Lige saadan skabning oc skickelse.

Cognatio, onis, f. t. conjunctio, quæ est naturæ & sanguinis. Slectning/Slectlav. Item aliarum conjunctio & similitudo. Ut, *artes omnes cognatione quadam inter se continentur*, de ere i Slectlav med hin anden/de ere aff itslags.

Denascor, apud veteres pro morior.

Enascor, idem quod nascor seu ex alio nascor, Fødis eller aff fødis: *Duo ipsi enascebantur dentes.* Et translatè, *ex multis curis una enata est.*

Innascor, in aliquo nascor, Ifødis. *Homini huic innascitur avaritia.* Ut *in animi magnitudine innascitur imperandi cupiditas.*

Innatus, a, um, part. pass. ut, *magna decordia ipsi innata est*, Ifød.

Internascor, eris, inter alia nascor, Voxer iblant eller mellom voxer. *Internascuntur herbæ.*

Internatus, a, um. Ut, *internata virgulta ordines dirimebant*, mellom voxen. Sic *internatæ saxis herbæ.*

Renascor, iterum vel denuò nascor. Ut, *renascuntur aliæ, aliis intereuntibus.* Sic *renascuntur pili ungues.* Et *annus renascens*, som kommer om igien/ begyndis igien.

Subnascor, in alterius locum aut proximè, aut statim post nascor. Ut, *malus Assyria omnibus horis pomifera est, aliis cadentibus, aliis matureſcentibus, aliis verò subnascentibus.*

Supernatus, a, um, post aliquid natus, ratione scilicèt temporis. Ut, *supernatus caulis*, voxt der effter.

NASITERNA, æ, f. pr. vas aquarium ansatum & patens à tribus nasis, i. e. ansis formâ nasi, sic dicta. Aliter scribitur Nassiterna à nassa. Item aliter à Naso ob formam ansarum, terna existente λήξει.

NASSA, æ, f. pr. vas vimineum ad capiendos pisces, à nato, quia sub aquis natat, Ruse/Rusekurff/ Fisseruse. Et translatè causa aliqua inextricabilis, unde se quis expedire non potest. Ut, *ex ista nassa heri nunquàm escam petam.* Aliter à νάσσω, denso, quod sit viminibus densatum, seu densè contextum, ad capiendos pisces.

NASTURTIUM, n. s. herba quædam hortensis allii odore & sapore, sic dictum à narium tormento q. nasitortium, quòd torqueat nasum & sternutationes provocet, Karß.

NASUS, m. s. pr. prod. pars capitis spirationi & odorationi inserviens, à naribus sic dictus, q. narus, Næse. Et translatè dicacitas & acrimonia deridendi alios, quia & nasi motu hoc sæpiùs indicatur. Ut, *naso me suspendis adunco*: Et *styli nasus*, i. e. acrimonia styli in insectandis vitiis, qualis est Satyra. Sic *non cuiq; datum est habère nasum*, i. e. dicacitatem & acrimoniam ad derideñdum.

Nasutus, a, um, qui nimium inquirit in alios, eorumq; mores & opera, Næsevitz. *Homo nasutus.* Et comparativè; *nil nasutius hac maligniusq; est.*

Nasutulus, a, um, aliquantum nasutus.

Denaso, as, Plaut. act. pr. naso privo, ut, *os denasabit tibi mordicus*, bidde Næsen slet aff.

NATES, tium, pr. corr. f. t. caro conglobata & torosior, cui seu pulvino inter sedendum innitimur, ne doleant ossa, à nitendo sic dictæ, Aartz balder. Item nates cerebri, sunt exiles & oblongæ eminentiæ à testium similitudine. Horat. usus est ablat. singulari, nate.

NAVCI, juglandis putamen aut dissepimentum, seu membranula nucis intergerina, q. νὰ ἐχὶ, i. e. nullius quidem rei, Valnød skal/ eller den hinde inden i Valnød. Indè translatè, res nullius usus aut pretii. Ut, *homo nauci*, som duer intet/ it drog ocskarn. Sic *nauci facio*, pro nihili, acter det slet intet. Aliter à γναπτω, carmino, carpo, polio, ut dictio sit propriè fullonum de floccis inter carminandum decidentibus. Item à naca.

NAVIS, vis, f. t. pr. prod. fabrica, quâ per aquas curritur, à ναῦς, ejusdem significationis, Skib.

Navicula, f. p. parva navis.

Navicella, Mart. idem.

Navalis, le, om. t. quod ad naves pertinet. Ut, *socii navales*, Skibsknecte oc Brødre. *Disciplina navalis*, Skibs skick ordning oc Regel. *Jus navale*, Søe Ræt. *Prælium navale; bellum navale*; Græca voce Naumachia, Søe Krig/ Slag til Søes. Unde *Naumachiarii*, qui prelium navale committunt, Søe friger. *Copiæ navales*, Skibs Krigsfolck. *Navales pedes*, Aarer/ quia remis ceu pedibus curric navis. Item pro ipsis remigibus, aut pro iis, qui herum usq; in navi secuti sunt. *Corona navalis*, quâ navium rostris insignitâ donabatur, qui primus hostilem navem armatus insiluerat. Et absolutè, *navale*, & plur. *Navalia*, locus, in quo naves navaliaq; opera fiunt & servantur, Skibs stabel.

Nauclerus, Cic. & Naucklerius Plauto m. s. νεώκληρος, Magister navis, qui navi præest, & nautis munia præscribit, Skipper i Skibet. Composita dictio est, & tota Græca.

Naucleriacus, a, um, Plaut quod ad nauclerum pertinet. Ut, *ornatus naucleriacus*, vestis *naucleriacâ.*

Navicularius, m. s. Cic. qui navi præest, & nautarum unicuiq; sua munia distribuit. Græca voce Nauclerus, & Plauto Nauclerius.

Navicularia, f. pr. ars nautica, Skibskonst oc handel. *Facère navicularium*, handle med Skib/ giøre Skipper aff sig.

Naviculor, aris, dep. p. Mart. otiosus in navicula vehor, Segler oc tager mig intet til/ Forlyster mig til Bods eller Skib.

Naviculator, oris, m. t. idem quod navicularius. Exponitur & qui fluvium aut stagnum traducit, Ferge mand.

Nauta & Navita, æ, m. pr. qui munus in navi habet, Skibsmand/ Baadsmand.

Nauticus, a, um, quod est nautarum, aut quod ad navem pertinet, ut *nauticus clamor*, Baadsmands skrig oc raab. *Nautica res*, Baadsmands sag oc handel/ eller Skibshandel/Skibshandtæring. *Nauticus panis*, Skibsbrød/ Kauring: *Nautica pinus*, Skibsmast. *Nautici funes*, Skibstaul/ Cordeel.

deel. *Nauticus cantus*, Græca voce Celesma, quem portiſculus ſeu hortator remigum edit, Høybaadsmands ønraab: *Nautici equiſones*, i. e. qui navigant. *Exubia nautica*, Skibs plyndring paa Skib oc Rædſkab. Et abſolute *nauticus*, idem quod nauta, ſeu quicunq; in navi eſt.

Nautilis, piſcis quidam è genere polypum teſtaceorum.

Nauſio, is, n. t. antiquè de grano fabæ dicitur, cum naſcendi gratia ſe aperit, quod ſit non diſſimile navis formæ.

Navia, æ, f. pr. Feſt. lignum cavatum. Ut *navis, quo in fundemus uti ſolent.*

Naulum, n. ſ. Juvenal. *ναῦλον*, pretium, quod ſolvitur pro vectura in navi, Fergelon/Fract pendinge.

Nauſea, æ, f. pr. propriè vomendi appetitus ex navigatione contractus: undè & à navi deducta vox eſt. Indè ſignificat vomendi appetitum, ex quacunq; alia cauſa, vømmelſe. Item translatè quævis moleſtia vel faſtidium, Fæde/wvillie/harm. Aliter ab Ionico *ναυσία*, navigantium affectus excernendi ea, quæ ſunt ventriculo moleſta ob tetram ſentinæ aut ipſius maris graveolentiam & crebram corporis agitationem.

Nauſeola, æ, f. pr. parva & exigua nauſea.

Nauſeoſus, a, um, quod nauſeam inducit, vammelt.

Nauſeo, as, n. pr. nauſeam habeo & vomitu infeſtor, vømmis.

Nautea, æ, f. pr. propriè aqua fœtida ex ſentina navis: undè & à navi deducta vox eſt, Pumpevand. Exponitur & herba granis nigris, qua utuntur coriarii: vel aqua coriariorum.

NAVUS, & antiquè Gnavus, a, um, pr. prod. qui officium ſuum ſtudiosè & ſine nora facit, qui celer eſt & ſtrenuus, ſic dictus à celeritate navis, vel à diligentia nautarum, qui omnia celeritèr, expeditè & diligenter facere debent, nimirùm ubi minima ceſſatio periculum creat, Snar oc flux til ſin gierning/ duelig/ driffuendis / oc far fort frem/ flittig *Gnava juventus: gnava ad hanc rem.* Notatur & vis vocis ex ea nautarum diligentia, quâ obſervant ventos & loca, quale illud noſtrum, vindſkibelig. Naviter & Gnaviter, modo navo, vindſkibeligen/ ſnart driffuende/ dueligen. *Gnaviter pugnat: gnaviter amat.*

Navitas, navi habitus & ſtudium, ſnarhed/ vindſkibelighed.

Navities, ei, f. q. antiquè idem.

Navo, as, act. pr. naviter aliquid ago, legger flid paa. *Navare alicui ſtudium, navare operam.* Et *navare benevolentiam in aliquem*, pro navo animo adhibere & præſtare.

Compoſita.

Enavo, as, idem quod navo. Unde Tacit. *opera enavata.*

Ignavus, a, um, q. non gnavus, vduelig/lad/doffuen. *Homo ignavus; ignavus fucus: ignava ſenectus.* Et translatè, *ignava ratio, ignava interrogatio, ignavum dictum*, quod eſt nullarum virium, Krafftløs / ſom haffuer inter paa ſig/ duer inter.

Ignavè, & ignaviter, modo ignavo, vdueligen/lad/vont/løßeligen. *Ignavè agit, loquitur, facit aliquid.*

Ignavia, æ, f. pr. ignavi habitus & vitium, Ladhed/ doffuenhed/ vdueligheed.

Ignavit, antiquè pro ignavum fecit.

Prognaviter ſive Prægnaviter Plaut. pro ſtrenuè, audacter. Ut *indica prognaviter.*

NE, adverbium prohibendi, à græco *νὲ* & *νὴ* ejuſdem ſignificationis, ut apparet in *νέμοιρος* & *νήπιος*, Icke/ney. Jungiturq; imperativo, ut, *ne jura: ne cede malis.* Aliquando etiam optativo. Ut, *ſed ne vivam ſi tibi concedo.* Item ne dubitantis, pro annon & utrum, & poſtponitur priori dubitationis voci, ut necnè, Enten/om: *An tu prius ne quidem es, tria pauca ſunt, anne multa? utrùm unus annè plures? Annè licebit cunctis, tibi non licebit? nihil refert huminè an ſublimi putreſcat.* Sic: *jamnè vides bellua? nonnè vides.* Item ne, interdum eſt cauſalis, pro ut non, paa det icke. *Ego ſemper egi, ne intereſſes.* Interdum negativa eſt, & ponitur pro non. *Ne vult* pro non vult: *da operam, ut ne quid tuorum mihi ſit ignotum.* Item pro neq;, Icke heller: *Nullas adhuc à te literas habebamus, ne famam quidem.* Item pro adhuc & etiam, Endnu/fremdelis. *Tamen nè arbitrariis id te poſſe obtinere.* Interdum affirmativè pro ut, poſt verba timeo, metuo, vereor. Ut, *vereor ne moriatur*, Frycter at hand døer. Item ne Encliticon amittit interdum e per apocopen, ut *potin'* pro potisnè. *Ne vivam, ne valeam, ne ſalvus ſim* jurantis ſunt.

Neq;, & per apocopen Nec, conjunctio disjunctiva, membra orationis negans, huercken/icke heller. *Neq; hoc, neq; illud voluit.* Interdum ponitur pro non, Icke. *Nec video quorsùm res evadat.* Sic: *nec opinata bona*, pro non, ſeu inopinata bona. Et adverbialiter, *nec opinatò*, pro inopinato: *nec n. id facere* pro non: *nec quicquam aliud*, pro non aliud, Intet andet: *nec eò minùs nec eò ſecius*, pro nihilo ſecius, Intet andet / intet ringere/ icke anderledis. Item, *nec rectè loqui*, eſt convitiari, maledicere.

Nevè, & per apocopen neu, idem quod ne vel neq; huercken *Nevè in hoc reo: neve in aliis hoc quæras: Neu recipi portis aut duci in mœnia poſſit.*

Ni, antiquè, pro ne, ut, *ni ſtulta ſis: ni hæc ita eſſent, cum illo haut ſtares:* Et *mirum ni domi eſt.* Sic: *Lethi diſcrimine parvo, ni teneant curſus.* Aliter à niſi per apocopen.

Non, adverb. negandi conciſum ab antiquo nenum, ney/ icke. *Tunè hoc feciſti? non.* Et *non facis te dignum Charea.* Notandum etiam, quod non, ſi præponatur negationi, affirmet: ut *nonnihil tibi debeo*, i. e. aliquid, noget. Si poſtponatur, magis affirmet quàm ſi præponeretur. Ut, *nihil non tibi debeo*, alt. Requirit etiam Non, poſt ſe autem, oratione adverſativa. Ut, rectius dico, *non autem*, quàm, non verò. Item non modo, icke alleniſte. Item non modo pro nedum. Ut, *minimis tuis commodis, non modò tanto tuo bono gaudeo.*

Compoſita.

Annè, pro an, Om *Anne de vobis timere licet ſpolia, de hoſtibus non licebit.* Sed ſuſpecta eſt lectio pro an ſimplici. Vide etiam ſuprà in ne.

Annon, pro nùm. Ut, *annon providentia nihil eſt?*

Hiccine, hæccine, hoccine, illicnè pro nonne hic, hæc, hoc, &c.

Necnè, pro an, vel aut non, Eller ey / eller icke / om: *Illuc eam, necnè, ignoro.*

Nonnè, interrogativum, cogens q. reſpondentem, ut aſſentiatur. Ut, *nonnè te vidi? nonnè ita eſt?* Er det icke ſaa. Sic: *itanè, ergone?*

Numne, pro num, om. *Numnè aſpicis, quæ in templa veneris?*

Quidni, i. e, cur non, ut, *quidni poſſim?* Hui ſaa icke.

Sin, particula conciſa ex ſi non vel ſi ne, Derſom icke. *Si vir eſſe volet, præclara ſuaſor ero: ſin autem: crimus nos qui ſolemus. Si pares equè inter ſe quieſcendum; ſin; latius manabit. Incipimus ſi verba, piget: ſin; gratia deerit.* Significat & ſæpè, ſi verò, men derſom. *Si illam relinquo, ejus vitæ timeo; ſin opitulor, hujus minas.* Sic cum minus. Ut, *ſi perficiunt, optimè: ſin minus, ad noſtrum Jovem revertamur.* Item ſimpliciter idem quod ſi. Ut, *ſin planè potes. Sin id actum eſt.*

NEBULA, f. pr. q. parva nubes, refertq; Græcorum νεφέλη, quòd nubem significat. Est n. vapor à terra atq; aquis surgens & nubem referens, & in quam altiùs sublata convertitur, Tage/moem. Ponitur & translatè pro eo, quod ut tenebræ sensibus aliquid intercipit. Ut, *nebula erroris*. Et *per nebulam audit*, pro non benè seu attentè audit. Item pro nugis & re nihili Ut, *grande locuturi nebulas Helicone legunto. Nebula linea*, pro tenui amiculo lineo, quod nebulæ tenuitatem pellucidam imitetur.

Nebulosus, a, um, nebulis tectus seu abundans, Taagget. *Nebulosum syrma*, i. e. tenuissima vestis.

Nebulo, onis, m. t. qui mendaciis & dolis nebulam quandam & tenebras offundit, Skelm oc Bedrager. Item, homo, qui est nihili, Jt Drog.

NECO, às, ávi, vel cui: catum vel nectum, act. pr. morti trado, à νεκὺς, mortuus, defunctus vitâ, cadaver, Dræber. *Ferro necat: hostes fame, veneno necavit: viperas morsu necat: mare fluctibus necat.* Et tropicè, *herbæ & radices necantur*, i. e. pereunt.

Necatus, a, um, quod necavimus, Dræbt. Poniturq; vel absolutè, vel addito modo aut instrumento. Ut, *ferro necatus.*

Nex, cis, f. t. necati affectio & mors, Drab. *Neci datus est*, Dræbt.

Composita.

Abneco, pro neco.

Denicales, dies erant, quibus familia purgabatur mortui hominis causa: quorum & ea una erat ceremonia, quòd mulos adhibere non liceret ut in aliis feriis. Alitèr à denis diebus, quibus agebantur.

Eneco, as, cui, ctum, act. p. idem quod neco, Dræbe. *Fumo enecare*, Smøge ihiel. Et abusivè obtundo, seu alicui molestus sum. Ut, *enecas me*, du døffuer eller øder mig slet.

Enectus, a, um, quod enecuimus, døbet/dræbt/vdmartert: *Fame, siti, frigore, squalore, morbo, clamoribus enectus.* Et *enecta provincia*, vdsuiret/vdplustrit/vdmartterit.

Interneco, as, avi, atum, & internectum act. pr. ad unum omnes neco, legger øde oc ihielslaar alle tillige.

Internectus, a, um, quod internecavimus. Ut, *hostes internecti*, slagen ihiel alle med hinanden.

Internecio, onis, internecandi actus, seu internectorum strages, ødeleggelse i grund. *Samnites ad internecionem cæsi sunt Amatorum facta est internecio.*

Internecinus, a, um, quod ad internecionem pertinet. Ut, *bellum internecinum*, in quo altera pars ad internecionem cæditur: quo scilicet, odium exitio alterius expiatur, ødeleggende Krig oc Feide. Et *internecinum seu internecibum testamentum*, propter quod Dominus ejus necatus est. Item *internecinum morbi genus*: quod & corruptè legitur internecivum.

Pernicies, ei, f. q. quasi certa nex & interitus rei, Vidsé skade oc forderffuelse. *Leno pernicies adolescentum.*

Pernicialis, le, om. t. quod perniciem affert ex se, aut in se continet, seu cum pernicie conjunctum est, skadelig/dødelig/forderffuelig. *Morbus pernicialis.* Et *odium perniciale*, quod est cum alterius interitu.

Perniciabilis, le, Curt. & Tacit. idem quod pernicialis. Ut, *rigor nivis otulis perniciabilis. Hoc reo fuit perniciabile.*

Pernicios̃us, a, um, sior, sissimus, idem quod pernicialis, seu quod alicunde perniciem alicui adfert. Ut, *Pernicios̃us patriæ civis, numina cultori suo pernicios̃a*, skadelige.

Pernicios̃è, modo pernicios̃o seu cum pernicie, Forderffueligen/skadeligen. *Perniciosè luxuriat: pernicios̃ius de republ. meritus est.*

Semnecis, ce, om. t. q. dimidiata sui parte necatus, halff ihielslagen/halff død. *Seminecem invenit in acervo cæsorum corporum.*

NECTAR, ris, n. t. νέκταρ, Deorum potio à Poëtis ficta. Et translatè quodvis vinum dulcius, besynderlig sød Vin. Ponitur & pro melle. Ut, *apes distendunt nectare cellas.*

Nectareus, a, um, quod nectaris saporem refert aut odorem, kaastelig sød oc velluctende. *Vinum nectareum: flores nectarei.* Item *nectarea* herbæ nomen.

NECTO, is, xui, & xi, xus, act. t. aliqua invicem involvo & illigo, ità ut alterum alteri perpetuo ductu cohæreat, à νέυω, nuo, flecto, ut græcorum νευσὴν ab eodem, vel à νέω νήθω, neo & νήω agglomero, accumulo, knytter/fletter/snoer/hegter/heffter ihinanden. *Nectere funiculos: nectere catenas, nectere retia*, binder garn. Et translatè, *nectere dolum*, pro dolis involvere & circumvenire. Item nectere pro obligare & ære alieno obstringere, sætte sig eller anden i gield/hegte for anden i gields sager.

Nexum, xi, n. s. vel nexus, m. q. obligatio quædam civilis est, quæ fiebat septem adhibitis testibus, civibus Romanis puberibus, idq; per æs & libram, i. e. ære nummove aliquo percussa libra: quo facto solutio repræsentabatur: sicq; non minus corpus, quam bona obligabatur, ut pignus, præsertim si quis pro pecunia, quam debet, operas suas corpusq; servituti subjiciat.

Composita.

Adnecto, is, aliquid ad aliud necto, Tilbinder. *Navem adnectunt nautæ.*

Annecto, is, ad aliquid necto, Tilknytter. *Stomachus ad linguam annectitur.*

Annexus, a, um, quod annexuimus. Ut, *funiculus à puppi relegatus, scapham annexam trahebat: membrum aliquod annexum orationi.*

Connecto, simul necto, sætter eller binder tilhobe/knytter/sammenlencker: *Falces scalas q; connectunt.*

Connexio, onis, connectendi actus, knytteise/lencke/tilhobebindelse.

Connexus, a, um, quod connexuimus, knyt/lencket/tilhobsat. Item absolutè, connexum, enunciati & conclusionis genus.

Connexivus, a, um, apud Gellium, quod aptum est connectere. Ut, *connexiva conjunctio.*

Connexus, us, m. q. idem quod connexio. Ut, *connexu corpus adhæret.*

Innecto, is, in aliquo necto, ut, *lactea colla auro innectuntur.*

Innexus, a, um, quod inneximus, Jknyt eller bunden. *Homo compedibus innexus.*

Internecto, is, inter se connecto, hegter sammen/sammen heffter/eller legger hegter imellom. *Internectere plagam, cicatricem. Fibula crinem auro internectit*, Jsletter.

Obnecto, is, Fest. pro obligo.

Pronecto, is, q. porrò & in longum necto, Lencket langt styrke. Et translatè, *Parce pronectunt tibi seriem morantis ævi*, i. e. producunt, protrahunt.

Subnecto, is, subtus sivè sub alio aliquid necto, knytter/binder vnder. *Subnectit Cingula mammæ.* Et *chartam collo subnectebat*, scilicet, appendendo.

NEMUS, oris, n. t. νέμος, sylva est, voluptatis causâ consita & amœnitatis plena, lystig skow/lund. Et tropicè omnis sylva.

Nemo-

Nemoralis, le, om. t. quod eſt in nemore, ſeu nemori vicinum. Ut, *nemorale templum*: *nemorale ſtagnum*.

Nemorenſis, ſe, om. t. quod eſt ex nemore aut in nemore natum. Ut, *mel nemorenſe*, Skowhunning. Et, *rex nemorenſis*, qui Dianæ Aricinæ ſacrificiis præerat.

Nemoroſus, a, um, nemoribus abundans. Ut, *mons & locus nemoroſus*.

NENIA ſeu Nænia, æ, f. p. Carmen lugubre ad tibiam, quod à præficis cantabatur ad regum aliusvè mortui laudandi gratia, à voce mœſta & murmurante, na, na, na, ſeu ne, ne, ne, fictum per onomatopœjam: vel à *νήνιον* ejusdem ſignificationis, nec non extremum; Item planctus, Begrædelſe/ Sang. Item cantus nutricum ad cunas, itidem vocem iſtam inconditam, ne, ne, ne, ingeminantium ad conciliandos pueros, Vugge Sang/ Vugge Vyven/ Vyven. Et translatè, omne dictum vulgatum & nullius momenti, Sladder / Slidder / Snishnaß. *Nenia hæc puerorum eſt*: *Rex eris, ſi recte faxis*: *ſi non faxis, non eris*. Exponitur & nænia edulii genus in minutiſſimas partes prolecti & conciſi, Allhaande hackede mad: vel inteſtinum porrectum animalis, ex quo fit genus quoddam farciminis. Unde illud Plauti: *faciam te confoſſorem nenia ſoricina*, pro inteſtino ſoricino, quod ſtridente animali deprehenditur & confoditur. Sed & hinc nænia aliàs accipitur ſimpliciter pro cantu & ſtridore ſoricino, & per conſequens pro miculis à ſorice per ſtridorem illum abraſis, Rotte ſkaar oc ſponne. Ad quarum modum minatur perſona agens ſe alium conciſurum.

NEO, nes, nevi, netum, n. ſ. colo filum duco & facio, & fuſo linum lanamvè contorqueo, à *νέω*, *νήθω* ejusdem ſignificationis, Spinder/ Tuinder. *Colo net*. Et cum adjectione: *net Purpuram*: *net opus*.

NEPA, æ, f. p. pen. corr. Afrorum linguâ idem quod cancer vel ſcorpius. Sed & originis latinæ habetur, à ne privativa & pedes, quòd pedibus minimum valeat.

NEPOS, otis, m. t. qui natus eſt ex filio filiavè, à *νέπως* ejusdem ſignificationis, Barnebarn/ Sønneſøn eller Daatterſøn. Item ex fratre & ſorore, Broderſøn/ Syſterſøn. Et conſequenter poſteri omnes dicuntur nepotes, Efterkommere. Item, translatè, nepotes ſunt tenellæ vitium fruticationes, quæ poſtremo loco exoriuntur. Item nepotes, qui inconſultè largiendo patrimonia effundunt & diſſipant, ut epulis, viſcerationibus & gladiatorum muneribus, ludorum, venationumq; apparatu: quibus non major cura eſt rei familiaris, quàm quibus Pater aut avus vivit, ſom fordoier dieris Forældris godz oc dieris arff. Sed hoc aliàs à Nepa animali deducitur, quod omnes ſuos filios devorat uno excepto: vel propter luxuriam & libidinem, quòd nepa ſeu ſcorpius cæleſtis ſit ſignum libidinoſum, q. nepotes ſint luxurioſi, libidinoſi.

Nepotulus, Plaut. diminut. deminuens ætatem vel ſubſtantiam nepotis, Liden Sønneſøn.

Nepotinus, a, um, quod luxurioſum nepotem refert. Ut, *ſumptus nepotini*.

Nepotor, aris, dep. pr. Sen. luxurioſum nepotem imitor & refero, Slemmer oc demmer/ legge øde aff Fæderne arff. Inde ſimpliciter luxurioſè & prodigè vivo. Ut *Ariſtippus in purpura nepotatur*. Sic: *Veto libe-*

ralitatem nepotari, i. e. in prodigalitatem verti, & in eum conferri, qui nequitèr profuſurus ſit.

Nepotatus, us, m. q. Afran. pro voracitate & vitæ luxurie.

Neptis, is, f. t. idem quod nepos in ſexu fœmineo, Sønnedaatter/ Daatterdaatter.

Compoſita.

Abnepos, otis, m. t. filius pronepotis.

Abneptis, proneptis filia.

Atnepos filius abnepotis aut abneptis.

Atneptis, filia abnepotis vel abneptis.

Pronepos, otis, m. t. nepotis filius, Barnebarns ſøn.

Proneptis, idem in ſexu fœmineo, Barnebarns daatter.

Trinepos, otis, m. t. filius tertius à nepote.

NEQVAM, quior, quiſſimus, om. t. pr. prod. nomen indeclinabile, quod opponitur homini frugi, ſignificatq; ignavum & inutilem à nequeo, q. qui nihil poteſt, Som duer inter/ gider intet/ drog der intet Fand/ væduelig/ ſom icke tien til nogen ting. Inde etiam improbum, impurum, prodigum, Skalck/ giør intet gaat/ mendøder/ wreent oc ſlemt Menniſke/ ødſom/ ſlemmer. *Servus eſt nequam*: *homo flagitioſiſſimus, libidinoſiſſimus nequiſſimusq;*. Aliter dicitur q. in quo nequaquam ſit. Item à ne & æqvus q. non æqvus.

Nequitèr, adverb. ad modum nequam hominis, Skalckacteligen/ ſlemmeligen / ødſommeligen. *Nequitèr facit*, *nequitèr cænat*.

Nequitia, æ, f. pr. hominis nequam vitium & habitus, Skalckhed/ ſlemhed oc ødſomhed.

Nequities, ei, f. q. idem.

Nequalia, Feſt. detrimenta & nugæ funebres.

NERVI, cujus ſingul. nervus, m. ſ. inſtrumenta corporis animalis, quibus ſe movet ex tenuiſſimis villis conſtantia, à *νεῦρον* ejusdem ſignificationis, Seener. Inde, tropicè nervus pro robore & viribus, ſtyrcke. *Res eſt ſine nervis*: *oratio ſine nervis*. Et *licèt omnes nervos intendas tuos, nihil tamen efficies*, du maa giøre all din konſt oc aff all mact etc. Item, translatè, omne, cui aliquid præcipuè nititur, & cujus beneficio ſeu virtute conſtat. Ut, *milites, claſſes, vectigalia ſunt nervi reipub*. Et *belli nervi ſunt pecuniæ*. Item tropicè, nervus pro chorda arcus, Bue ſtreng. *Sagitta fridente nervo miſſa*. Item pro chorda citharæ, Ziter ſtreng. Item genus quoddam vinculi, quo pedes aut cervices impediuntur, Fiedder/ Balsjern. Item membrum virile.

Nervulus, m. ſ. parvus nervus.

Nervia, æ, f. p. & Nervium, n. ſ. antiquè idem quod nervus, pro chorda citharæ.

Nervinus, a, um, Veget. ut *nervini funes*, i. e. ex nervis torti.

Nervoſus, a, um, ſior, us, quod multos habet nervos. Et tropicè fortis & vehemens, ſtiff oc faſt i ſin gierning. *Orator nervoſus*.

Nervosè, & compar. ſius, modo nervoſo.

Nervoſitas, atis, f. t. Plin. nervoſi affectus, Stiffhed oc faſthed.

Compoſita.

Enervus, a, um, & Enervis ve, om. t. quaſi ſine nervis. Et translatè, ſine viribus, quarum ſedes ſunt nervi, Krafftløß/ ſuag/ icke ſterck. *Oratio enervis*, blød oc kaald tale/ ſom icke haffuer been i ſig: quæ mollis ſcilicèt

ſcilicet eſt & effœminata. Sic: *Enerva ſaltatio*: *& enervum ſpectaculum*, ubi ſc. quaſi ſine nervis nimis fluxè & mollitèr agitur, huor det gaar blødacteligen aff/ blød oc kaald dantz/ blød ſpill.

Enervo, as, act. pr. enervum facio, Giør krafftløs/ ſuecker. *Nedum me planè enervabit ſenectus: mentem, enervat voluptas.*

Enervatio, onis, enervandi actus, Suœckelſe.

Enervatus, a, um, quod enervavimus, Suœcket/ krafftløs giort. *Enervatus Philoſophus, enervata ſententia.*

NIDEO, verbum eſt inuſitatum ſignificans ex lavatione ſplendeo à νίζω linguâ Tarentinâ pro νίπτω, lavo.

Compoſ.

Renideo, es, antepen. prod. ſplendeo ſive ſplendorem reddo, ità ut inde hilaritas & quidam riſus exiſtat, ſkinner oc ſeer ſmuct vd/ſaa mand maa lyſtis ved at ſee. *Renidet domo auro: renident gemmæ: renidet Luna nocturno mari: renidet tellus.* Et translatè, modicè aut effusè nudatis dentibus rideo, vel modico aut effuſo riſu hilaritatem oſtendo, hilaritatem præ me fero, Smiler/ ſeer ſmuct/ mild/ glad oc lyſtig vd / eller oc leer høyt. *Quod candidos habet dentes renidet unguaq.*

NIDOR, oris, m. t. pr. prod. gravior odor ex re aduſta, & aſſis in culina cœteriſq; epulis coctis, quaſi e nidor, à ἀνίσσω ejusdem ſignificationis detracto capite, brend/ ſtæget/ eller ſueden luct. Apulejo etiam de odore ſtercoris dicitur. Alitèr, nidor, q. nimius odor. Item à nitore ignis ad quem aſſa coquuntur. Item à nido avium propter fœtorem ejus.

NIDUS, m. ſ. pr. prod. avium domicilium & lectus, à νεοττία νοσσία ejusdem ſignificationis, Fuglerede/ vreffl. Et tropicè, ipſe fœtus avium, Fuglevnge. *Nidis fert eſcam.* Item, translatè vaſis ſive poculi genus à nidorum ſimilitudine. Item: nidi dicuntur loculamenta, in quibus merces in tabernis & veſtes in veſtiario ſeparatim ſervantur, Kram poſer/ Skriin/ Ledicker. Aliter à nidore propter tetrum nidi odorem, Skabe/ Bylderum.

Nidulus, m. ſ. parvus nidus, Vreffl.

Nidulor, aris, dep. pr. nidum facio, giør eller bygger Rede. Et tropicè ovis incubo, ligger paa Æg. *Halcyones in aqua nidulantur.*

Nidamentum, Plaut. Locus, ubi nidulantur aves.

NIGER, gra, grum, grior, gerrimus, pr. corr. color propriè qui eſt mortui à νεκρὸς mortuus. Unde illud Juvenal. *nigros efferre maritos.* Indè transferrur ad alia, quæ talem colorem referunt, Sort. *Oculi nigrum: nigra ovis: cœlum pice nigrius.* Et tropicè noxium, ſkadelig: *Nigris exeſa Chelydris creta.* Item, nigrum pro malo. Ut, *nigrum in candida vertam.* Solebant enim antiqui bonum albâ linea ſive creta; malum verò nigra ſive carbone notare. Sic & *niger lapis* in comitio locum funeſtum ſignificabat. Medicis etiam nigra vena dicitur medicana, Miedian. Item Nigri dicuntur, piſces quidam è genere muſtelarum.

Nigredo, inis, f. t. nigri color, Sorthed.

Nigreſco, niger fio, ut *nigreſcunt veſtes, nigreſcunt olivæ, nigreſcunt omnia tenebris: nigreſcit mare ventis: nigreſcunt ſanguine venæ.*

Nigrico, as, Plin. aliquantùm niger ſum, Er ſortagtig/ ſortladende / noget eller lidet ſort: *Aquila nigricans: ſanguis nigricans.*

Nigritia, æ, f. pl. & nigrities, f.q. Plin. idem quod nigredo.

Nigritudo, Plin. idem.

Nigro, as, n. pr. niger ſum, er ſort. Cornu nigrans: Et Lucret. activè, nigrum facio, giør ſort. *Aut ea quæ nigrant nigro de ſemine nata.*

Nigror, oris, idem quod nigredo, ſignificatione & uſu.

Compoſita.

Denigro, as, act. pr. nigrum facio. Ut, *terram denigrat*, giør ſort / mørckener.

Internigricans, Stat. pro paſsim nigricans. Ut, *macula internigricantes.*

Obniger, a, um, Plin. Idem quod niger aut ſubniger, ſeu etiam admodum niger. Ut, *radices multæ & obnigræ.*

Perniger, a, um, valdè niger. Ut, *oculi pernigri.*

Subniger, a, um. nonnihil niger. Ut, *ſubnigri oculi, ſubnigra barba.*

NIMBUS, m. ſ. repentinus & præceps imber, ſivè is cum pluvia ſivè cum nive, eadem origine cum νέφος nubes, vel à νίφω ningo νιφομαι, ningor, madefio, & νιφὰς nix acervatim ſeu confertim & cum impetu vehementi decidens, haſtig Regn / Regnſkyl/ ſtor Regn/ Plads Regn/ hvelgende Regn / Snefog/ Fog. Ponitur & pro vento, ut *nimborum patria*, i.e. ventorum. Item pro nube quâ Dii in terras deſcendere dicebantur. Ut, *cum nimbo cœlitùs deſcendit Jupiter.* Item pro vaſis genere anguſtioris & pleruméq; vitreæ materiæ, quo unguenta aliiq; liquores funduntur. Item nimbus, faſciola tranſverſa ex auro aſſuta in linteo, quod eſt in fronte fœminarum. Sed & exponitur res frivola.

Nimbatus, a, um, Plaut. nimbi vaſis liquore vel unguento perfuſus, ut *mulier nimbata.* Aliter *nimbata*, i. e ornata faſciolâ, nimbo. Item vilis & nullius pretii.

Nimboſus, a, um, nimbis ventiſve abundans. Ut, *mons nimboſus.*

NIMIS, pr. corr. adverb. ſignificans ſupra modum, plus ſatis, à nitendo, ex adjuncta operoſitate, Formegit/ offuermaade. *Non ſumus nimis avidi.* Item valde, ſtor ligen: *Nimis te vinctum cupio.* Et cum ipſa voce valde: *Tu verò eum nec nimis valdè unquam, nec nimis ſæpe laudâris.*

Nimius, a, um, quod nimis eſt, Formegen. *Nimius eſt in re iſta*, giør formegit aff. *Nimium otium: nimia miſeria.* Et cum calu: *homo eſt nimius animi*, Formegit modig.

Nimiè, Plaut. idem quod nimis.

Nimiùm, idem, ut *nimiùm diu diſputat.*

Nimietas, atis, f. t. Colum. nimii quantitas ſuperfluitas, offuerflødighed. *Nimietas verni pabuli: nimietas copiæ.*

Nimio, adverb. pro multò ſivè valde. Ut *nimio minus*, megit mindre. *Nimio plus*, megit mere: *Eum nimio plus cenſeo ſapientem quam Thaletem: nimio minus homini fortunæ miſeræ dicuntur, quàm reipſa experiuntur, nimiò ſatius eſt vixiſſe quam vivere*, megit bedre: *Nimiò impertior, multa tanta plus, quàm ſperas.*

Compoſita.

Pernimium, valdè nimiùm. Ut, *pernimium inter vos intereſt*, alt formegit.

Prænimis, nimis multum, *Hoc prænimis multum eſt.*

NINGO, is, xi, & antiquè ninguo, n. t. de pluvia dicitur concreta & denſata, ſed quæ molliſſima eſt tenuiſſimaq; & q. lanugo quædam, à νίφω, νείφω ejusdem ſignificationis, Sneer.

Ningui-

Ninguidus, â, um, Auſon. idem quod nivoſus. Ut, *montes ninguidi.*

Nix, nivis, f. t. & antiquè ninguis, ipſa pluvia denſata, quæ ningendo delabitur, Snee. Et translatè, *capitis nives*, pro capillis canis, Graahaar.

Nivalis, le, om. t. quod ad nivem pertinet. Ut, *nivales aquæ*, Sneevand: quæ decoquebantur ut eſſent ſalubriores: Coloq; nivario & ſacco attenuabantur, & indè refrigerabantur, menſæq; antiquitùs adhibebantur. Item quod nive abundat, Sneefuld: *Loca nivalia. Dies nivalis*, quo plurimum nivis cœlo delabitur: *Nivale cœlum*, quod ſæpè nives inducit. Item translatè, *oſculum nivale* pro frigido.

Nivarius, a, um, quod nivibus inſervit. Ut, *nivarium colum* ex lapide ſpongioſo ad colandas aquas ex nivibus reſolutas, Sneſte. *Saccus nivarius*, conſutum linteamen ad colandas aquas ex nivibus reſolutas, Snepoſe/ huor i mand lecker eller ſier Snevand.

Nivatus, a, um, nive refrigeratum. Ut, *piſcina nivata.*

Niveus, a, um, nive quod eſt. Ut, *maſſa nivea*, Snee klump: *Liquor niveus*, Snevand: *Aggeres nivei*, Snee dynge. Item translatè, quod nives colore refert. *Nivei dentes*, huide Tænder. *Ebur niveum.*

Nivoſus, a, um, nive abundans, Snefuld. Nivoſa hyems; nivoſa grando.

NITEO, es, cui, n. ſ. pr. cor. propriè lavatione, & indè quacunq; munditia & ornatu clarus ſum, à νίπτω, lavor, Skin affreenhed/ er ſmuck oc reen/gluß/ er glat/ blanck. *Nitent ædes; puella nitet unguentis: oculi nitentes: equi nitentes:* Et *aſtra nitentia. Nitens taurus* pro pingui ex adjuncto. Pingues n. nitent, glat/ ſlet oc fæd. Et translatè *nitet oratio*, ſmuck/reen tale.

Niteſco, is, n. t. magis atq; magis niteo, ut *niteſcit cœlum*, himmelen klaris. *Gemmæ niteſcunt mellis decoctu.*

Nitidus, a, um, quod nitet, ſkinnende / klar/ reen oc blanck/ glat. *Fœmina nitida*, glat Quinde. *Ædes nitidæ.*

Nitidè, diùs, diſſimè, modò nitido.

Nitidiuſculè, Plaut. paulò nitidius. Ut, *eum curat uxor nitidiuſculè.*

Nitiditas, atis, f. t. Accio: pro nitor.

Nitido, as, act. p. Colum. nitidum facio, giør blanck oc klar. *Terramenta deterſa nitidentur.*

Nitor, oris, m. t. nitidi color & affectio, Reenhed/ Klarhed / gliſen oc blancke. *Nitor corporis: nitor marmorum: nitor orationis: nitor eloquii.* Et *homo nitor ſui generis*, prydelſe oc ære.

Nitedula, aut nitella, æ, f. pr. muris genus, Aggers muuß. Item nitedula, cicindula quæ noctu lucet.

Compoſita.

Eniteo, n. ſ. valdè niteo, ſeu præ aliis niteo. Ut, *In Philippicis orationibus enitet Demoſthenes. enitet oratio Boni inter malos enitent.*

Eniteſco, nitidus fio, ut, *Multa vetuſtate eniteſcunt.*

Interniteo, es, n. ſ. inter alia niteo, Skin iblant. *Arma internitentia.*

Præniteo, es, valde niteo. Undè, *prænitens luna.*

Prænitidus, valdè nitidus.

NITOR, eris, nixus & niſus, dep. t. mei fulciendi gratia rei alicui inclinatus incumbo à νεύω inclino, vergo, propendeo, hilder oc ſtytter mig til eller paa noget. *Haſtâ nititur Genibus nititur*, Sidder / ſtytter eller ſtaar paa Knæerne. Et translatè, *in ejus vita nititur ſalus reipublicæ*, ſtaar paa. Sic, *niti conſilio, auxilio & auctoritate alicujus.* Dicitur & *niti gradu* pro ambulare: Et *niti alis*, pro volare. Item nitor, onus firmiter ſuſtineo, vel ſub onere conor, ſtaar faſt imod / ſtritter. *Valido nitens ſub pondere faginus axis.* Item nitor ſimpliciter, conor ſive operam do, beſtitter mig paa noget/ſtræber effter. *Quapropter nitar*, experiar. Item nitor in ſecretis & obſcœnis, Jeg giør mit behoff/ kreſſuer mig.

Nixus, a, um, qui nixus eſt. Ut, *mulierculâ nixus*, ſtyrtet. Et *nixi dii*, qui præſidebant parientum nixibus.

Nixus, us, m. q. actus, quo nititur mulier parere, Fød/ zels tid oc ſtund. *Diutinum puerperium & laborioſi nixus.* Item nixus, alius quicunq; conatus. Ut, *nixu corporis incumbebat luctator.*

Nixor, aris, Lucr. antiq. idem quod nitor.

Nixurio, ris, urii, antiq. pro niti volo, ſeu cupio aut conor facere.

Nitibundus, a, um, Gell. qui voluntariè & vehementer nititur, ferdig til at ſtaa paa/ eller imod ſtaa.

Compoſita.

Adnitor, ad aliud nitor, idem quod annitor.

Annitor, valdè nitor & conor, ſtritter paa/ ſtræber effter. *Piſo in Hiſpaniam miſſus, annitente Craſſo.* Item ad aliud nitor, holder op til. *Natura ſolitarium nihil amat, ſemperq; ad aliud tanquam adminiculum annititur.* Sic *anniſus & annixus ſum hoc facere*: Et *hoc quisq; pro ſe anniſurus eſt, & annixurus.*

Connitor, idem quod nitor, vel vehementèr nitor, ſtritter/ ſtaar paa. *Connituntur, ut ſeſe erigant.*

Connixa, idem quod enixa, & quæ peperit.

Enitor, valdè nitor & conor, Ligger mig ſtorligen effter/ beſtitter mig paa. *Verbis, ope, opera, viribus enitor: in hoc enitor:* Et *enitor hoc*: & *enitor ejus cauſa*, ſtorligen paa Arbeider / tager mig vmage til for / Giør noget med ſtor flid oc beſtræring/ ſtræber effter. Item, nitendo pario, Føder Foſter med ſtor beſuæring. *Geminos Alemena enititur.*

Enixè, adverb. enitendi modò, ſeu magno conatu. Ut *enixè omnes boni cauſam meam ſuſcipiunt*, med ſtor flid oc alvorlighed/ giør ſig ſtor vmag for min ſag.

Innitor, in aliquo nitor, ſtytter eller helder mig paa noget. *Baculo ſuo innititur.* Et cum dat. *omnia curæ tutelæq; unius innixa.*

Innixus, qui innititur. Ut *ſcutis innixus, haſtæ innixus*: Et in Panſum *fratrem innixus obiit.*

Obnitor, coram nitor, vel valdè nitor, ſtaar imod/ trenger imod / ſtorligen aff all mact beſtitter migpaa/ſtræber imod/ſtritter imod. *Obnitendum eſt Miloni, ut tueatur dignitatem ſuam*, ſtrecke effter.

Obnixus, a, um, qui obnititur, ſtræbendis.

Obnixè, modo obnixò, ſtræbende aff all mact. *Obnixè omnia facit.*

Pernix, cis, om. n. pen. gen. prod. quod pernititur & potiſſimum curſu & celeritate agendi, Snar. *Homo pernix: pernices pedes, pernices alæ avium. Pernix pedibus*, Snar Fodet. *Pernix manibus*, knap paa ſin haand. *Avis pernicibus alis.* Et *canis pernix*, Hiønde / Jagthund. Aliter à πέρην πέρυξ, alia q propriè de velocitate alatorum & avium.

Pernicitas, atis, f. t. pernicis factio & affectio, Snarhed *Pernicitas pedum: pernicitas equorum.*

Pernicitèr, modo pernici ſeu cum pernicitate, Snarligen/haſteligen/med en ſnarhed. *Pernicitèr volat, pernicitèr deſilit.*

Subni-

Subnitor, ſubtus nitor, ſtytter vnden til *Solio ſubnixa reſedit.* Item, elatè re aliqua nitor, ſtoler paa. *Subnixus victoria: Ejus artis arrogantia ſubnixus ambulat.*

NITRUM, n. ſ. νίτρον ſuccus quidam concretus ſali finitimus: qualis eſt factitius iſte & eliquatus qui pulveri tormentario inſervit, Salpieter.

Nitrana, æ, f. pr. locus ubi fit aut emitur nitrum, Salpeiter huuß.

Nitratus, a, um, cui nitrum eſt admiſtum. Ut, *aqua nitrata.*

Nitroſus, a, um, quod nitrum vel nitri ſaporem habet.

NIVEO, es, pr. prod. verb. inuſitatum, de oculis ex ſplendore & nitore rei alicujus tremulis, à nive vel nitore cujus micatione vibrantur oculi, bluncker. Aliter à νεύω nuo, quod oculi tali vibratione nuant & innuant.

Nicto, as, n. & nictor, aris, dep. pr. ſæpiùs niveo vel nivendo ſignifico, oculis ſignum do, claudendo vel alterum, vel utrumq; aut etiam præ metu crebrò conniveo, flipper eller blincker med øyene/ blunder/ bluncker. Dicitur & de dormiturientibus, cum ſomni oculis immineant, kand icke holde øyne aff for søffn/ blunder. Exponitur & antiquis, de aliorum membrorum niſu ſæpè aliquid conantium. *Hic, ubi nitari nequeunt inſiſtere q; alis.* Nicto, autem, nictis, inconjugat. tert. de canib. dicitur, cùm ſentiunt odorem leporum ſeu perdicum: Ut, *voce ſua nictit canis.*

Nictatio, onis, nictandi actus, blincken/blunden.

Nictatus, us, m. q. antiq. idem.

Compoſita.

Conniveo, ivi, vel xi, ictum, n. ſ. Cilia & palpebras oculorum moveo, modò claudens, modò aperiens, flipper med øyenloggerne/ bluncker. *Connivent oculi: connivent alteris: Columbæ utrâq; gena connivent: connivent ſolemq; parùm deprendere viſu.* Dicitur & de ſtomacho cùm claudit & contrahitur. Translatè etiam ſignificat diſſimulo, q. oculos claudo ne videam, & rurſus recludo, ut videam, ſeer igiennem finger/ſfrømpter/ lader ſom jeg ſeer icke/eller ved icke aff. *In multis connibeo: connivetis in hominem.*

Conniventia, Juriſconſ. idem quod diſſimulatio, ſfrympterj: *Procuratorum conniventia.*

Conivum, roſæ globus nondum explicitus & patens, ſed connivens Græca voce calyx, Roſenknop. Sed & legitur cohivum q. cohum, ſeu cohibens roſam ante eruptionem.

Inconnivens, om. t. Gell. qui non connivet, ſeu palpebras commovet, ſom flipper icke engang med ſine øyne/ ſtirrende: *Socrates ad ſolem orientem ſtabat inconnivens.*

NO, as, avi, atum, n. p. propriè piſcium aquis inambulantium, & indè cujuscunq; rei in aqua fluitantis, à νέω, ejusdem ſignificationis, Suemmer/flyder paa eller i vand: *Nant piſces in gurgite vaſto: nant volucres, nant homines & quæcunq; beſtiæ.*

Natica, æ, f. pr. Plin. genus piſcis minuti. Aliter legitur narita à νηρίτης, ejusdem ſignificationis. Sed & Nerita Latinè vertitur Natex: exponiturq; concha, teſtam habens amplam, capacem, rotundam, lævem turbinatam, ad formam buccinorum accedentem.

Nato, as, n. pr. corr. idem quod no, vel ſæpiùs no, unpe & paſſivè: *Sacris piſcibus hæ natantur undæ.* Item,

natat unda carina pro navigat. Item translatè exundo, madeo, flyder offuer: *Natabant pavimenta vino: Sanie aſperſa natabant lumina.* Item trepido. Ut, *nox erat & vibis oculiq; animiq; natabant*, q. d. øyne flyder oc løber i hoffuedet. Item ſerpo. *Natant radices ſumma parte terræ*, q. d. flyder offuer paa Jorden/ligger oc færdis ilde.

Natabula, Apul. loca natationibus parata.

Natatilis, le, om. t. Auguſt. Qui natat, vel natare poteſt. Ut, *animal natatile* pro piſce. Et abſolutè Varron. *Natatile*, locus, ubi natant piſces.

Natator, oris, m. t. qui natat, Suemmere.

Natatus, us, m. q. natandi actus, Suemmen. Natatus piſcium, Fiſke gang.

Natrix, mulier, quæ natare ſolet. Item genere maſcul. Serpens aquas veneno inficiens à nando nomen habens. Item natrix, nomen herbæ.

Compoſita.

Abnato, as, Stat. alicundè natando recedo, fraſuemmer.

Adno, as, ad aliquid no. Ut, *paulatim adnabam terræ.*

Adnato, ut, *ei uni Inſulæ non adnatant Crocodili.*

Conno, ſimul no.

Connato, as, ſimul vel unà nato.

Denato, as, deorſùm nato, vel ſecundo fluvio nato, flyder eller ſuemmer ned ad.

Eno, as, nando, evado, vel aliquo pervenio, Suemmer eller flyder hen til/ vndkommer. *Nemo ad terram enavit.*

Enato, as, navando evado, vel ad deſtinatum locum pervenio, vndſuemmer. Et translatè evado, vndgaar.

Inno, as, in aliquo no, flyder i noget. Innat aquæ. Et *Equæ fluvios innant rapaces.*

Innato, as, in aliquo nato, flyder j. *Equus amni innatans ſæpè demergitur: torrentem undam innatat lignum.*

Prænato, as, ante aliud nato. Ut, *prænatat piſciculus.* Item præterfluo. Ut, *amnis prænatat domos.*

Supernato, as, ſuper aliquid nato & fluo, flyder offuer paa. *Coctis ſupernatat jus: ſupernatans aqua ſpongiis tollitur.*

Trano, as, ſivè transno, trans flumen natò, natando trajicio, Suemmer offuer. *Incolumis ad ſuos tranavit ſuperat montes & flumina tranat.* Ponitur & pro transvolo. Ut, *turbida tranat flumina.* Item penetro, tranſeo. Ut, *ignis omnia tranat: haſta tranavit viris pectus.* Item paſſ. *obſequio tranantur aquæ.*

Tranato, ſive Tranſnato, idem. Ut, *flumen tranſnatant: E Tigri piſces in lacum non tranſnatant.*

NOCEO, es, cui, itum, n. ſ. pr. corr. aliquem detrimento vel injuriâ afficio, aut felicitatem ejus impedio, à νύσσω, pungo, fodico, punctim cædo & vulnero: vel à νεικέω, conviciis & probris inceſſo, q. de vi illata vel corpori vel famæ, Skader / er til ſkade: Er hans velfærd imod oc til forhindring. *Nemini noce: pecori nocuit grando: fœmina viſu nocet.* Et paſſivè, mihi nocetur ab illo. Et cum accuſ. *nocet neminem: jam te non nocituram hominem.* Sic *nocere noxam.* Aliter à neco, ut inſit peculiaris quædam emphaſis.

Nocens, tis, tior, tiſſim. om. t. qui nocuit nocerevè ſolet, ſkadelig. *Defendit religioni nocentem: beſtia nocens: ferrum nocens: nocentiſſima victoria.*

Nocuus, a, um, idem quod nocens.

Noxa,

Noxa, æ, f. pr. delictum sivè peccatum, injuria aut detrimentum, quo alii nocuimus, Skyld/brøde/skade. *Omnis noxa erat penes milites: Quam ob noxam*, i.e. culpam: *fruges defendere à noxa curculionum*, i. e. læsione, quâ lædunt curculiones: *sine ullâ noxa suâ aderant idus Martiæ*, i. e. detrimento. Item noxa, pœna, quæ propter noxam sivè delictum infligitur, straff. Unde *dedere noxæ*, pro tradere puniendum ejus arbitrio, cui damnum est illatum.

Noxalis, le, om. t. quod ad noxam pertinet. Ut, *actio noxalis*, quæ instituitur adversus nos, non nostram ob culpam sed ob noxam, i. e. culpam nostri mancipii, Naar Bossbonden talis til for huad skade Creaturen haffuer giort.

Noxius, a, um, qui noxam commisit, Skyldig/brødig. *Vindicatum est in noxios.* Item, qui nocet, skadelig. *Noxia corpora: noxia corda: noxia spicula.*

Noxia, æ, f. pr. idem quod noxa, culpa, Skyld oc brøde.

Noxitudo, antiquè pro noxia.

Composita.

Innocens, tis, om. t. non nocens, quiq; non nocuit, wskyldig. *Innocens damnatus sum, Innocens Epistola*, quæ nihil offendit.

Innocenter, modo innocenti, wskyldeligen/vden nogen mands skade. *Vitam innocentissimè egit.*

Innocentia, æ, f. pr. innocentis affectus & ratio, quâ sc. nemini nocetur, wskyldighed.

Innocuus, a, um, qui non nocet, wskadelig. *Animal innocuum: naves innocuæ*, quæ nullum damnum attulere.

Innoxius, a, um, sine noxa, vden brøst oc skade/ wskyldig. *Innoxium confidentem esse decet.* Sic *serpens innoxius, verba innoxia*, quæ neminem lædunt. Item innoxius pals. cui noceri non potest, fri for. *Innoxius ab injuria pecorum: innoxia frumenta à curculionibus.*

Obnoxius, a, um, propriè qui noxæ, h. e. pœnæ obligatus est, straffskyldig. Inde generaliter quocunq; modo obligatus extra pœnam & culpam, skyldig til. *Uxori meæ obnoxius sum*, i. e. obligatus propter beneficia erga me. Item, expositus, staar Aaben for. *Ætas hæc injuriæ exposita est.* Sic *arbores aut regiones ventis & tempestatibus obnoxiæ* dicuntur. Item obnoxius pro obediente & morigero, hørsom/ følgactig. *Amatori minanti obnoxia facta est mulier.* Item obnoxius, pro noxio, skadelig. *Res obnoxiæ in nocte obscura latent.* Item *obnoxium ingenium*, pro illiberali, servo & degeneri: Ut, *obnoxii ingenii est*, in furto deprehendi malle, quàm mutuum agnoscere. Item *obnoxia corpora*, quæ sunt valetudinaria.

Obnoxiè, modo obnoxio. Et specialiter, serviliter & trepidè. Ut, *obnoxiè dicunt sententiam*, med Rædzel oc fryct.

NODUS, di, m. f. pr. prod. colligatio seu colligationis convolutæ eminentia, quæ nec facile solvitur, à νέω, νήθω neo vel simpliciter à necto, ut propriè vox sit textricum, Knude. Indè peculiariter articulatio membrorum convoluta & eminens, Knæ/knockel. Sic *nodus gutturis*, summa pars gutturis, strube felck. Item in arboribus callus carnis in se convolutus, Knude oc knort paa noget Træ. Item translatè *nodus amicitiæ, nodus gratiarum*, quibus inter se colligata sunt, Venskabs baand oc knude. Item *nodus in exercitu* densa peditum multitudo, quod non facilè possit resolvi. Item

translatè quæstio, res, locus ad expediendum difficilis, wredsom/ mørck/ vildsomsag/ Ting oc spørsmaal *Incidimus in difficilem nodum. magnus in Rep. nodus*, & inopia rei frumentariæ. Aliter nodus q. gnodus à γονὺ genu, γνὺξ, genu flexo: ut ex isto flexa & protuberantia, ducta sit translatio.

Nodulus, m. s. parvus nodus.

Nodo, as, act. pr. nodos facio, giør knude/ knuder/ binder/knytter: *Crines nodantur in aurum: vites nodentur per omnes ramos.*

Nodatio, onis, Vitruv. nodandi actus, Knudebind. *Nodationis durities.*

Nodosus, a, um, quod multos habet nodos, Knudefuld/knockefuld: *Nodosa ossa: Nodosa podagra.* Et translatè, *homo nodosus & scrupulosus*, qui nimius est accipiendis cautionibus.

Composita.

Abnodo, as, Columell. nodis purgo. Ut, *amputare & abnodare arborem, vitem.*

Enodis, de, om. t. q. sine nodo, vden knuder/ vden knorter/ jeffn oc slet. *Enodis truncus.* Et translatè, *enodis materia: scriptum enode, verba enodia*, klare oc lætt at forstaa/slette oc jeffne ord oc tale.

Enodo, as, act. pr. enodem facio, Tager knorter/ eller knuder bort. *Arborem vel truncum enodat.* Et translatè, *enodat contrariæ legis voluntatem: nomina enodat*, i. explicat q. nodis difficultatis dissolutis, forklarer oc vdreder.

Enodatio, onis, enodandi actus, forklaring oc vdredelse. *Nominum enodatio.*

Enodatus, a, um, quod enodavimus. Ut *scriptum præcepta enodata*, vdred oc forklaret.

Enodatè, & enodatiùs, modo enodato, sine nodis, clarè & perspicue. Ut, *enodatè narrat, enodatè explicat*, klarligen med god rede oc beskeden.

Inenodabilis, le, om. t. Cic. non enodabilis, quodq; enodari & solvi non potest, det mand kand icke rede vd eller forklare/ vildsomt.

Internodium, n. s. spacium inter duos nodos, Ledemod.

Trinodis, de, om. t. tres habens nodos. Ut, *clava trinodis.*

NORMA, æ, f. pr. Instrumentum fabrile duabus regulis quo rectitudines structuræ metimur, q. γνώμα à γνωρίζω, cognosco, sc. qua cognoscimus dimensionem & rectitudinem, Giørnemercke/Vinckelmaade/ Retholt. Indè translatè, lex, formula & præscriptio, Low/ Regel/visse maade oc forskrifft. *Norma vivendi, norma loquendi: ad optimam normam sapiens.*

Normalis, le, om. t. Quint. quod ad normam factum est. Ut, *angulus normalis*, Kæthiørne/Vinckelrætt.

Normatus, a, um, Columel. idem.

Composita.

Abnormis, sive anormis, me, om. t. Horat. sine norma, qui aliorum normam non sequitur. Ut, *rusticus abnormis, sapiens crassaq; minerva.* Aliter exponitur simplex & rudis q. non ad normam factus.

Denormo, as, Horat. act. pr. non ad normam facio giør kraagnet/kræget. *Denormat agellum.*

Enormis, me, om. t. quasi sine norma, skiæfft. Et translatè sine justa mensura, vel quod mensuram excedit, wskicke-

wſkickelig/ wheldig/ formegit ſtort / wſkelllig. *Enorme factum: enormis homo: enormis arbor.*

Enormiter, adverb. modo enormi, wſkickeligen/ wheldeligen / wſkelligen. *Enormiter multa fecit, admittit.*

NOSCO, ſcis, novi, notum, & antiquè Gnoſco, animo capio quid aut quale aliquid ſit, à γιγνώσκω ejusdem ſignificationis, kiender: *Noſce te ipſum: nobi animum: nobi mores tuos ludum nobi*, Jeg kiender hans puts. Dicitur & noſcere in re venerea.

Noſcito, as, n. pr. incipio vel ſtudeo noſcere, Legger mig effter at kiende. *Noſcito veſtigia*, pro ſtudebo noſcere, ſeu perquiram veſtigia.

Noſcitabundus, a, um, ſtudens noſcere, aut q. multum noſcens.

Noteſco, is, notus fio. Ut, *Fama ejus noteſcit.*

Notio, onis, noſcendi actus, quo aliquid noſcitur, Kiendelſe. *Notio boni viri, notio cauſæ.* Item Dialecticis, notio, pro ſimplici mentis conceptu.

Notor, oris, om, t. Sen. qui novit alium, quiq; alium in jure defendit, Ciceroni dictus cognitor, Som kiender anden/ kynding.

Notorius, a, um, Juriſtonſ. pro notiſſimo, manifeſtoq;, Vitterlig: *Notoria indicia: notoria injuria.*

Notus, a, um, quod novimus, kient / bekient: Arbor nota. Et amiſſo tempore, *hiſtoriæ notiores, notiſſimæ.* Noti etiam Plaut. dicti, qui norunt ut ignoti, qui ignorant.

Notitia, æ, f. pr. notæ rei affectio ſeu perceptio, kundſkap paa noget. *Noticia rerum: notitia æquitatis.*

Notities, Vitruv. idem.

Nobili, & antiq. Gnobilis, le, om. t. quod admodum notum eſt & celebre, Vidkient/ Naffnkundig. Accipiturq; modò in bonam, modò in malam partem. Ut *nobilis locus, nobile facinus: ſcelere nobilis: nobiliſſimæ inimicitiæ. Nunquàm malis fui nobilis*, i. e. cognitus, notus, Plaut. ſpecialiter autem nomen eſt dignitatis, iis competens, qui genere & loco nati ſunt claro & illuſtri, quiq; immunitate ſingulari ab oneribus Reipubl. inſignes, & ſingulari libertate præ plebeis gaudent, Friborn/ Velbiurdig/ Adel/ Adelsmand/ Herremand. Et tropicè omne clarum & illuſtre, ædel/ ypperligt.

Nobiliter, modo nobili, ypperligen. *Argentum cælat nobiliter.*

Nobilitas, atis, f. t. nobilis viri dignitas, Adelſkab/ Adel. Item, fama & celebritas nominis, Naffnkundighed. *Studioſus fuit nobilitatis.*

Nobilito, as, act. pr. nobilem facio, Giør naffnkundig/ giør til Adel/ giffuer Frihed/ Skiold oc Helm: *Ex lacertis ſuis nobilitatus eſt. Virtus eum nobilitabit.* Et in malam partem: *nobilitare aliquem flagitiis.*

Nobilitatus, a, um, quem nobilitavimus, Giort Naffnkundig / giort til Adel / til Herremand: *Phalaridis nobilitata crudelitas, homo nobilitatus.*

Nomen, inis, n. t. q. novimen, vocabulum eſt rei inditum, quo novimus quid illa ſit, q. novimen, Naffn paa noget ting. *Nomina nova novis rebus imponenda ſunt.* Et translatè, fama, auctoritas, gravitas & dignitas alicujus rei, Naffn oc rycte/ myndighed/ ære oc værdighed: *Vir nomine & memoria dignus: qui nomen habuerint non multi fuerunt.* Sic, *pomis ſua nomina ſervat*, i. e. famam, dignitatem. Interdum etiam ponitur pro cauſa, prætextu vel titulo, Aarſag/ ſkin: *Multis nominibus*

reprehendit Græcos, i. e. pluribus de cauſis: *Claſſis nomine pecuniæ impetratæ eſt*, i. e. cauſa vel prætextu: *Honeſto & probabili nomine error objici poteſt*, i. e. titulo ſeu prætextu. Item interdum pro voce, verbis, vel propter aliquid. Ut *meo nomine te rogabit*, paa min vegne/ med mine ord / Jmit naffn. *Gratulabantur mihi tuo nomine*, Ententi dit naffn / eller for din ſkyld. Huc illa pertinent: *nomen amici*, i. e. amicus. *Nomen agelli*, i. agellus. Item, nomen pro omni, quod in codicem & tabellas refertur, ut debitum, gield. *Nomen erat ſeſtertiis 30.* Et addito ſubjecto, *nomen debiti*, pro eodem. Sic *nomina mea expedi, nomen meum ſolvi.* Aliter immediatè à ποέω.

Nomino, as, act. pr. nomen impono, giffuer naffn/ næffner. *Ex amore amicitia nominatur.* Item: nomine compello, kaller ad en ved ſit Naffn. Item, *quis me nominat.* Item nominare eſt prædicare, celebrare, Berømme. *Cupiunt omnes de ſe prædicari & nominari.* Item nominare Juriſconſ. eſt deſignandum, oſtendere, ſignificare & exprimere, Tryckе vd huem mand vil / Næffne en til nogen gierning ellet beſtilling. *Nominare teſtes: nominare judices: nominare diremptores.*

Nominatim, per ſingula nomina, Huer hued naffn. *Conſules citabant nominatim juniores.* Item nominatim pro nomine ſuo, ved Naffn: *Ciceronem nominatim inclamabit Brutus.* Et tropicè expreſsè, Vd tryckeligen: *Nominatim à me dictum eſt.*

Nominatio, onis, quâ nomine ſuo aliquem deſignamus. Item Nominatio figura Rhetorica.

Nominatus, a, um, quod nomine celebre eſt, naffnkundig oc berømpt. *Nominata tapetia, nominatiſſima gemma.*

Nominito, as, Lucret. frequentèr nomino.

Nota, æ, f. pr. brev. ſignum, quo aliquid notum eſt, ſivè id à natura habeat, ſivè aliundè, Kiendemercke: *Nota pecorum: notæ morborum: notæ vitæ: notæ rerum: notæ locorum:* Et *literarum notæ*, pro characteribus, quibus conſtant literæ. Undè & *notis ſcribere*, eſt compendioſo ſcribendi genere excipiendo uti, Current oc broden Stil. Item nota pro fama alicujus ſivè bona, ſivè mala, gaat rycte eller vanrycte. *Nos de meliore nota commendabit.* Et in malam partem, *homo inſignis notis turpitudinis*: Et *inſigni notâ atq; ignominia literas ejus condemnabit.* Item, nota, quod vulgò cyphra ſeu ſignum quo aliquid notatur, ut, *Epiſtolis apponam notam.*

Notarius, m. ſ. qui acta in judicio, aut extra judicium notis excipit, ut dicentem aſſequatur, Tingſkriffuere/ Byſkriffuere eller ſnar Haandſkriffuere.

Noto, as, act. pr. notam appono, Mercker/ tegner noget. *Limina cruore agni notant Judæi.* Et translatè, *notare aliquem ignominiâ*, Beſkemme. Diciturq; de magiſtratu aliquem ob ſcelus puniente. Sic *notare libidinem alicujus*, eſt ignominiæ nota afficere. Item notis q. conſignare, Optegne/ tegne / tage mercke paa noget. *Notare aliquod vitium multis nominibus.* Item obſervare, animavertere, Giffue act paa/ mercke oc tegne. *Notare ſyderum curſus, notare tempora.*

Notatio, onis, actus, quo aliquid notatur, Tegnelſe/ merckelſe/ opſkriffuelſe. *Notatio rerum: notatio temporum: notatio vitæ, ex natali die.*

Notatus, a, um, & tiſſimus, quod notavimus, Skriffuet/ tegnet. *Literis latinis hæc notata ſunt.* Et amiſſo tempore *notatiſſimus omnium ſcelerum libidinumq; maculis.*

Nota-

Notabilis, le, om. t. quod notari potest vel debet, Kiendelig / huor mand kand tage kiende paa. *Homo est principibus notabilis : folium notabile*, ex quo tempus notari potest. Item notabile, quod ad mores, tùm in malam, tùm in bonam partem, merckelig: *Notabilis exitus : notabilis fœditas.*

Notabilitèr, modo notabili, kiendeligen. *Expalluit notabilitèr.*

Composita.

Agnomen, inis, n. t. nomen quod ad nomen alicujus natalitium aliqua ratione vel casu additum est vel acquisitum, ut, Africanus, Asiaticus, Tilnaffn. Et in malam partem, øggenaffn / idem est quod cognomen. Quanquam & hæc fertur differentia, ut cognomen sequatur nomen: agnomen etiam ultimo loco. Item cognomen, quia conjungitur ut Scipio. Agnomen verò quasi accedens nomen, ut Africanus.

Agnosco, is, propriè id nosco, quod mihi olim aut visum fuit, aut alia quavis ratione cognitum, & q. verum illud fateor, kiender oc bekiender / kiender ved. *Præter canem nemo revertentem agnovit : agnoscit suos, lætosq; ad mœnia ducit.* Inde simpliciter fateor. Ut, *errorem meum agnovi.* Item recipio & approbo, Bekiender. *Ejus gloriam tota Italia agnoscit : Deum agnoscit ex operibus : quantum mihi tribuis, nec agnosco, nec probo, nec postulo. Sic Psychomantiam agnosco*, i. e. probò

Agnitio, onis, agnoscendi actus. Ut, *pisces sui cadaveris agnitionem fugientes : quæstio ad agnitionem animi pulcherrima.*

Agnitus, a, um, quod agnovimus.

Annominatio, onis, f. t. figura Rhetorica, Græca voce Paronomasia.

Annotò, as, juxta sivè ad aliquid noto. Ut, *annotavit libros suos nefarios & Dei hostes*: Et, *annotabat, quod sibi erat datum*, i.e. referebat in commentarium, Optegne oc/opskreff.

Annotator, oris, m. t. qui annotat. Ut, *annotator in convivio*, qui observat quantum quisq; edat aut bibat.

Binominis, ne, om. t. Ovid. geminum habens nomen. Ut, *binominis Ascanius*, qui & Ascanius dicitur & Julus. *Binominis fluvius* : qui & Danubius & Ister.

Binomius, Fest. idem. Ut, *Numa Pompilius : Tullus Hostilius.*

Cognomen, inis, n. t. quod ab eventu imponitur alicui. Ut, *Torquatus, Geminus, Sylvius*, Tilnaffn.

Cognomentum, n. s. idem.

Cognominis, com. t. ejusdem nominis, Som haffuer samme Naffn/naffne. *Illa mea cognominis fuit: Duæ sorores, cognomines.*

Cognomino, as, act. pr. nomen impono, Giffuer tilnaffn: *Suario cognominabatur propter similitudinem. Suarii cujusdam negotiatoris.*

Cognosco, is, propriè nosco quod priùs erat incognitum, Tager kundskab eller kiende paa / kiender. *Risu cognoscebat matrem.* Inde accipitur pro certior de re aliqua fio, faar kundskab paa noget / faar at viide. *Cognovi hoc ex literis tuis.* Item, judicium fero, kiender paa noget: *Cognoscere causas.* Apud Ecclesiasticos etiam in usu est, pro concumbere, phrasi Hebræa, & verecundiæ plenâ.

Cognitio, onis, dijudicatio causæ vel rei, paakiendelse. *Dies cognitionum*, in quibus nomina deferuntur, & de iis cognoscitur tantum; non a. fertur sententia, Raadstue dag / huor mand først forhører Sager førend de siden komme til døms.

Cognitor, oris, m. t. qui cognoscit, Som kiender / veed oc forstaar sig paa en ting. Item, qui novit alium, Kynding. Item cognitor dicitur, qui alium in jure defendit, reo præsente, quemadmodum procurator est, eo absente, Talsmand oc Forsprecker.

Cognitus, tior, & tissimus, Ovid. & Catul. pro quo veterib. Gnotus, idem quod notus, Kiend / vitterligt.

Cognotilis, le, apud Gel. qui cognoscitur.

Incognitus, a, um, non cognitus, wkiend. *Res animos incognita turbat* : Dicituq; *incognitum animo & oculis. Incognita causa*, quæ nondùm in cognitionem venit, seu de qua nondùm cognovimus, wforhørt sag/eller mumme sag.

Percognosco, is, perfectè cognosco, kiender til fulde. *Publicanos percognovi probè.*

Percognitus, a, um, quod percognovimus, kiend til fulde. *Germania tota hodiè percognita est.*

Præcognitus, a, um, quod ante cognovimus, vist tilforne. *Adventus præcognitus.*

Recognosco, is, rem olim cognitam denuò & rursùs cognosco. Ut, *in literis tuis recognosco amorem tuum : has personæ recognoscit.* Item diligenter cognosco, seer offuer / seer igien. *Multa mecum recognosco : verba sua recognoscit.* Sic *recognoscit vestem, manicas, pedumq; tegmina.* Item recognoscendo corrigo, Seer offuer igien oc rætter. *Codicem non recitandi causâ legit, sed recognoscendi.* Item recognoscendo censeo, Monstrer. *Recognoscit equitum turmas.*

Recognitio, onis, recognoscendi actus, paakiendelse / offuersee / offuerhørelse. *Recognitio scelerum suorum*, offuerhøring / betænckning / læsen. *Recognitio vestium, militum*, Monstren.

Denomino, as, act. pr. Quint. nomen impono, giffuer Naffn.

Denominans, Denominatum & Denominativum, dictiones sunt artis Grammaticæ.

Denominatio, onis, figura Rhetoricâ.

Denoto, act. pr. idem quod noto, vel distinctè noto, giffuer tilkiende / optegner. *Cives Romanos necandos denotavit.*

Denotatus, a, um, quod denotavimus, optegnet.

Dignosco, is, discretè nosco, & alium ab altero nosco, kiender en fra anden. *Invicem se dignoscunt*, i. e. inter alios. Et *dignosco rerum saporem*

Enotesco, is, notus fio. Ut, *scriptum hoc primum enotuit.*

Ignobilis, le, om. t. q. non nobilis, wædel / gemeen / icke naffnkundig / wbekynt: *Ignobile vulgus : ignobilis facies : Philosophus ignobilis.*

Ignobilitas, atis, f. t. ignobilis habitus & ratio, Gemeenhed / wædelighed / ringhed. *Ignobilitas populi, generis, morum.*

Ignominia, æ, f. pr. nominis infamia, & q. boni nominis privatio, Haanhed / vanryct / spott oc vanære. *Cum ignominia & dedecore moritur.*

Ignominiatus, a, um, Gell. ignominiâ affectus.

Ignominioſus, a, um, Ignominia plenus, idq; vel paſſivè, ſpottelig oc foractelig: *Exul ignominioſus*: vel activè. Ut, *ignominioſa fuga.*

Ignoſco, is, q. non noſco, ſeu ignoro, & non intelligo, Forſtaar icke/ veed icke: *Contra patriam*, inquit Cicero, *arma pro amico ſumenda non ſunt: hoc profectò, nemo ignovit.* Et, *quid legerint, ignoverunt.* Item Varr. pro valdè noſco & diſco quæ tamen ſignificatio rara eſt & propemodùm obſoleta. Aliàs uſitatiſſimè ignoſco, ſignificat veniam do, & ſceleris pœnam prætermitto, q. obliviſcens & non agnoſcens errorem, Effergiffuer/ efterlader/ forlader. *Hoc tibi ignoſco.* Et impersonaliter *ignoſcitur, ignotum eſt tibi.*

Ignoſcens, tis, om. t. qui facilè ignoſcit & condonat, Redeborn til at forlade: *Animus eſt ignoſcentior.*

Ignoſcentia, æ, f. pr. ignoſcentis virtus ſeu habitus, Efterladelſe/ Tilgiffuelſe.

Ignoſcibilis, le, om. t. Gell. ignoſcentiâ & veniâ dignus. Ut, *veſtitus de multo jam uſu ignoſcilis.*

Ignotus, a, um, tior, tiſſimus, qui non eſt notus, wkiend/ wbekiend: *Vir ignotus: loca ignota: verba ignota.* Item activè, qui ignorat. Ut, *errat ignotus*, ſom veed icke/ wvidendis/ farer vild.

Innoteſco, is, n. t. notus fio; ut *Apelles petulanti pictura diſcipulis innotuit.*

Internoſco, is, inter alios noſco, Kiender iblant. *Quos cum humare vellent, non potuerunt obtritos internoſcere: Blandus amicus à vero internoſci poteſt.*

Pernobilis, valdè nobilis. Ut, *pernobile Epigramma.*

Pernoſco, is, perfectè noſco, kiender til fulde: *Non ſatis me pernoſti, etiam qualis ſim.*

Pernoteſco, is, valdè ſivè multum noteſco, Er alle vegne vitterligt. *Pernotuit hominem eſſe mortuum.*

Prænomen, quod nomini proprio præponitur. Ut, *Titus Quintus, Sextus, Cajus, Gneus.*

Prænoſco, antequam fiat noſco, veed tilforne. *Prænobi futura.*

Prænotio, onis, actus, quo quid prænoſcitur. Ut, *prænotio Deorum.*

Prænoto, as, pro inſcribo, ἀδηλον.

Pronomen, Grammat. pars una ex octo illis Grammaticis.

Pronominatio, Rhetoribus figura, Græca voce ἀνωνυμασια.

Transnomino, as, Svet. nomen immuto. Ut, *Lucius Craſſitius Panſam ſe tranſnominavit*, Skiffter ſit Naffn.

Subnoto, as, Mart. ſubtus noto. Ut, *ſubnotare verba.*

NOTHUS, a, um, νόθος, quicquid legittimum non eſt, nec verum aut genuinum, Wecte/ icke den rette eller ſandſkyldig: *Pulli nothi.* Et peculiaritèr, qui ex uxore non legittima natus eſt, Wecte barn / Hores vnge. *Coſtæ nothæ*, de ſtackede Ribbeen ved Slags ſiden. *Luna lucet notho lumine*: quia lucet alieno, non ſuo. Nothus etiam Feſto, natus ex uxore non legittima, qui, inquit, apud nos, ſpurio patre natus eſt. Iſid. nothus, qui de patre nobili & matre ignobili gignitur, ſicut ex concubina. Huic contrarius eſt ſpurius, qui de matre nobili & patre ignobili naſcitur.

Nothia, νοθεία, pl. n. portio bonorum, quæ ex teſtamento Patris, nothis obveniebat.

NOVEM, pr. corr. Nomen numerale & in ordine primigeniorum noviſſimum: undè & à noviſſimum dictum eſt per conciſionem: vel immediatè à novum, quia & nova ſunt noviſſima quæq;, &c.

Novenarius, a, um, quod novem in ſe continet. Ut, *numerus novenarius.*

Novenus, a, um, Numerale diſtributivum, huer nj. Ponitur & pro cardinali, *Novena terga boum*, i.e. novem.

Nonarius, a, um, Perſ. Undè *nonariæ meretrices* dictæ, quòd hora nona cellas aperirent corporis proſtituendi gratia.

Nonus, a, um, unus, vel ultimus ex novem, Den Niende.

Nonæ, arum, f. pr. dies quatuor menſis, proximè poſt Calendas: ſed in Martio, Majo, Julio & Octobri erant ſex: ſic dictæ quod ab earum poſtrema ad Idus novem numerentur dies.

November, bri, m. ſ. nomen menſis à Martio noni, November/ Slactmaanet.

Novenſiles, dictæ ſunt Muſæ, vel dii novem in ſalinis à numero novenario.

NOVERCA, cæ, f. pr. corr. uxor eſt, quam quis ſublatis liberis, in familiam aſſumit, q. nova herciſcens, Stiffmoder. Alitèr q. νέα ἀρχὴ, nova princeps.

Novercalis, le, om. t. quod eſt novercæ, Stiffmoders. *Novercale odium*, quo Noverca privignum perſequitur. Sic *ſtimuli novercales, manus novercales.*

NOVUS, a, um, pr. corr. quod à conſvetis aliud eſt, & à quotidianis inſolens, à νέος ejusdem ſignificationis, Nyt/ wſædvanligt: *Nova corpora*, quæ non fuêre ante: *novus maritus*, qui alius eſt à priore. Et *novi homines* qui dignitate & honoribus alii à majoribus ſunt, Ny Adel. Indè accipitur pro magno & mirando, incredibili & inopinato. Ut, *nova carmina: novus furor.* Item quod eſt recentis temporis, Nyt. *Nova nupta: novus maritus*: quanquam & hæc ad primam ſignificationem transferri poſſunt. *Res novæ, & novæ geſta*, quæ recenti tempore fiunt, Ny bedrifft oc Ting/ nye Tidinger. Novus rudus, quod eſt è lapide primùm contuſo. *Novus annus, novum ver; nova æſtas*, pro anni, veris & æſtatis initio. Item *novus annus*, pars illa anni, quæ fruges novosq; fructus parit. Sic *æſtas novi anni* dicitur quòd novas fruges afferat. Et *ver novum*, initium & prima pars veris continens menſem Martium. *Tabulæ novæ* quibus antiquabantur nomina facta, ne creditor debitam pecuniam cum uſura perſolveret: *Novo Sole hoc fiebat*, i. e. recentèr orto.

Novè, & novitèr, modo novo, Nyligen. *Novè dicit*, i.e. non uſitato aut veteri modo.

Noviſsimus, a, um, quod ultimo loco fit. Ut, *nihil magis novum*, Sidſt/ nylligſt/ bagiſt: *Duo adjudicandum noviſſima.*

Noviſsimè, noviſſimo loco, Til det ſidſte/ for det ſidſte. *Noviſſimè averſus ſum ab omni omnium ſollicitudine.*

Novellus, a, um, Dim. Deminuens & ætatem rei & ſubſtantiam. Ut, *novellæ vites*, ſmaa vnge Vinſtocke. *Novellus equus*, Føll eller Fole.

Novel-

Novello, as, act. pr. novum agrum colo, seu novas vites pango.

Novelletum, n. s. Jurisconsul. locus novellis vitibus consitus, Veg oc ny Vinhaffue.

Novacula, æ, f. pr. Culter tonsorius, quo q. facies renovatur, Ragkniff. Ponitur & Colum. pro quovis cultro. Item Novacula, piscis quidam marinus, squamosus, palmi magnitudine, tres digitos latus, unum spissus, capite pagnim quodammodo referens, posteriore corporis parte buglossum. Diciturq; Novacula, quod dorso sit cultellato, quo novaculam majorem apte repræsentat.

Novalis, m. f. t. & novale, n. t. Ager est qui intermittitur arationiq; & sementis adhibetur rursus, q. qui tùm renovatur, Leid Agger. Exponitur & arvum, quod tum primum ad sementem proscissum est, Ny vang/ ny indtagen oc pløjet marck. Vide infra in verbo, novare.

Novitas, atis, f. t. novæ rei ratio & conditio. Ut, *rerum novitas; Regni novitas: novitas nominum: novitas generis: Novitate delectamur.* Nos reddimus adjective, Ny tingister / Vyt Rigge/etc.

Novitius, a, um, quod novitèr fit. Ut *novitius quæstus*, Vyt slags Baade: *Novitius servus*, Vykommen Suend oc Tienere/ icke gammel i Gaarde. *Novitia puella*, Vykommen Pige. *Novitium opus*, quod non diu extitit: *Vinum novitium*, quod non diu conditum est.

Novo, as, act. pr. novum facio, giør nytt / fornyer. *Tecta & domos novat: verba, quæ novamus & facimus ipsi.* Et translatè immuto, vender om. *Multa in Republ. novare cupit.* Item, novare in Var. pro arare, à Græco νεῶν, quod significat arare: unde & *novalis ager.*

Novatio, onis, Jurisconsul. pro prioris debiti in aliam obligationem aut naturalem, aut civilem transfusione.

Novator, oris, m. t. qui novat.

Novatrix, idem in sexu fœmineo. Ut, *novatrix natura.*

Novatus, a, um, quod novavimus, fornyet. *Vulnus novatum.*

Nupèr, adverb. pro brevi nec longo adhuc tempore, q. noviper, Nyligen/ saa som det er nyss giort: Forstacket siden. *Nupèr me in littore vidi*: Nuperrime superlat. Aliter Nuper q. νέον πρὸ ejusdem significationis. Item, q. novo opere. Ut, *semper, semi opere: Toper, toto opere.*

Nuperus, a, um, quod nuper fuit, Vyt: *Homo nuperus* novitius.

Pronuper, Plaut. valdè nuper.

Composita.

Denuò, adverb. q. de novo, paa ny igien / paa første igien. *Denuo rebellat.*

Innovo, as, novum facio, fornyer/ forferske. *Ad intemperantiam scelerate se innovabit.*

Renovo, as, iterùm & denuò novo, fornyer igien/ forferske. *Renovare hospitium, curam, molestiam.*

Renovatio, onis, renovandi actus, Fornyelse. *Renovatio mundi.*

NOX, octis, f. t. tempus quo sol sub terras est, à νὺξ ejusdem significationis, Nat. Et plural. noctes pro amoribus meretricis, quibus indulgere solent amatores. Ut, *locare noctes; dare noctes.* Antiquis etiam dicebatur noctu, pro nocte.

Noctesco, is, apud Non. pro obtenebror. Ut, *omnia noctescunt tenebris caliginis atræ*, vorder mørck / som en Nat.

Noctu, adverb. per noctes, om Natten / om Natter tide. *Diu noctuq; laborat.* Antiquis etiam Nox pro noctu dicebatur, ut, *si nox furtum factum sit.*

Noctua, æ, f. pr. avis nocturna, noctu gemens & ululans, Vgle/ Natvgle.

Noctuini oculi, qui referunt oculos noctuæ, Vgle øyne/ Kat øyne.

Nocturnus, a, um, quod est noctis. Ut, *tempus nocturnum*, Natter tide Sic: *somnia nocturna. Visus nocturni: lux nocturna. Nocturnus corvus*, Græca voce nycticorax, Natraffn.

Composita.

Abnocto, as, n. pr. Sen. foris pernocto, vel noctu absum, ligger vde / er vde om Natten. *Jupiter adulter & abnoctans: non licet Præsidi extra provinciam abnoctare.*

Æquinoctium, n. s. tempus ubi dies & nox sunt æquo horarum spatio, Nat oc Dag ligelang. Est a. geminum æquinoctium, scil. vernum in Martio: autumnale in Septembri.

Æquinoctialis, le, om. t. Ut, *Tempus Æquinoctiale.*

Pernocto, as, n. pr. per noctem to am aliquo in loco maneo & duro, sivè vigilando sivè dormiendo, sive aliquid aliud agendo, Natter / varer offuer Natten igiennom/ holder Natten vd. *Domi pernoctat, foris pernoctat: in foro: extra urbem.*

Pernox, om. t. per noctem durans, seu quod pernoctat. Ut, *homo stat pernox*, holder vde om Natten. *Vigilia pernox: taurus pernox jacet: Luna pernox*, quæ per totam noctem lucet, varer ved Natten igiennom.

Quadrinoctium, tempus quatuor noctium. τετρήλον.

Trinoctium, n. s. spatium trium noctium.

Trinoctialis, le, om. t. quod est trium noctium. Ut, *cœna trinoctialis, domicœnium trinoctiale.*

NUBES, & antiquè Nubis, bis, f. t. pr. prod. Convictus in aëre densior humor, à νεφος, vel νεφελη ejusdem significationis, Sky. Et translatè, nubes peditum pro multitudine & densitate, Fodfolck saa tyck oc mangfoldig som en sky. Sic *nubes belli*, pro multitudine jaculorum, quæ cœlum nubis instar obducunt, tyck oc mangfoldig pile oc skud. Et *armorum nubes*, pro eorum multitudine.

Nubecula, æ, f. pr. parva nubes, Blaane/ graane. Et translatè, *Nubeculæ unguium*, Negle pricker. Item tristitia & adversitas, quæ homini felicitatis lucem intercipit, ut nubecula cœlum.

Nubilus, la, um, nubibus tectum, Tiict med skyer. Aër nubilus: *cœlum nubilum.* Et *frons nubila*, mørck stierne. Et quia signum, hoc est tristitiæ, dicitur homo fronte matutina, suurt seende/ sorgfuld. Item translatè, *color nubilus* pro obscuro, mørck farffue. Item, nubilum absolutè, pro ipsa nube, Sky. *Jupiter inter densa nubila contorsit telum.*

Nubilarium, n. s. & nubilar, locus, quo propter nubes conferuntur frumenta semitrita, Kornhielm.

Nubilo, las, n. pr. Plin. nubilus fio, nubibus obscuror. Ut, *carbunculus nubilans.*

Nubilor, aris, Caton. dep. pr. idem.

Nubilosum cœlum, mørcket vær.

Compoſita.

Innubilus, a, um, Lucret. non nubilus, ſed clarus, ſerenus. Ut, *æther innubilus*, klar Himmel.

Innubis, be, om. t. ſine nubibus. Ut *dies innubis*; quo nullæ apparent nubes.

Obnubilo, as, act. pr. pro obſcuro, q. nubibus obduco, formørcker. Unde translatâ ſignificatione: *ſerenitatem vultus ejus ægritudo obnubilare non potuit.*

Obnubilus, a, um, obſcurus, q. nubibus tectus, mørck: *Obnubila loca.*

Prænubilus, valdè nubilus & obſcurus. Ut, *lucus arboribus prænubilus.*

Subnubilus, nonnihil nubilus & obſcurus, mørckagtig. *Nox ſubnubila*: *limes ſubnubilus umbrâ.*

NUBO, is, pſi, & nupta ſum, nuptum, n. t. pr. prod. antiquitùs ſignificabat velo, tego & operio à nube translata ſignificatione, quæ omnia tegit & obvelat. Inde translatum eſt ad rem matrimonialem. Mulier n. dicitur *nubere viro*, cum in matrimonium & poteſtatem viri venit, quod quidem eo ritu fiebat, ut velata & operta concederet, Gifftis. *Mulier nupſit mihi & mecum*: *nupſit in familiam claram.* Dicebatur & olim *vir nubere* & præcipuè tùm, cum eſſet ſub poteſtate uxoris. Ut, *uxori nubere nolo meæ.* Item *nubit eum* pro ipſi antiquè. Et impersonal. *hîc cum mala fama facilè nubitur.* Item translatè dicuntur *vites nubere arboribus*, & *arbores vitibus*, cum conjunguntur & ſe invicem ſcandunt & amplexantur. Ponitur & in obſcœnis. Ut, *quotidiè nubit*, i. e. corpus proſtituit & venerem exercet.

Nuptus, us, m. q. nubendi actus, Gifften. *Dare nuptui*: *nuptu locare filias.*

Nuptus, a, um, quod nupſit. Ut, *nupta filia*: *mulier uni nupta.* *Nupta verba*, quæ virginem dicere non licebat: adeoq; nupta verba ſunt obſcœna, Som komme Leſſleri oc Bolleri ved: ut, verbum, ſolet, conſveſcit, dividit, &c. Item abſolutè nupta pro muliere nupta. Ut, *nova nupta*, quæ jam recens viro tradita eſt. Item *nuptus novus*, Plaut. i. e. maritus.

Nupturio, ris, Apul. n. q. nubere cupio.

Nubilis, le, om. t. aptum nubere. Ut, *virgo nubilis*, Mandvoxen.

Nuptiæ, arum, f. pr. ritus ſolennes, quibus nuptura viro traditur, Bryllup.

Nuptialis, le, om. t. quod ad nuptias pertinet. Ut, *nuptialis thalamus*, Brudſeng / *nuptialis cœna*, Brylluppsmaaltid. *Nuptiales faces*, Brylluppsluß oc blus: *nuptialia dona*, Brylluppsſkenck / Brudſkenck eller gaffue.

Compoſita.

Connubium, n. ſ. jus & obligatio legitimi matrimonii, Giftermaal / Bryllup / Ecteſkab.

Connubialis, le, om. t. ut *carmen connubiale*, Brylluppsviiſe: *Connubiale vinculum*, Ecteſkabsbaand.

Denubo, is, Tacit. idem quod nubo. Et translatè dicuntur, ſemina plantis denubere, inferioresq; plantæ vites &c. arboribus, cum iis aſſociantur, Vaar enten Vin eller Humle rancker eller anden ſmaa planter ſuøbe ſig / eller holde ſig til ſtørre Vrteſtocke eller Træer.

Enubo, is, Liv. extra ordinem nubo, ut ſi virgo nobilis ignobili & plebejo nubat, Forgiffter mig.

Innubo, is, Lucil. pro tranſeo. Ut exponit Nonius. Verba Lucil. ſunt. *Suani invadere atq; innubere cenſent.* Et translatâ ſignificatione à nubentibus, quæ in maritorum domos tranſeunt.

Innuba, bæ, f. pr. corr. penult. quæ nunquam nupſit, vgifft Pige. Et translatè, *innuba laurus*, in quam innuba Daphne fingitur transformata.

Innuptus, a, um, non nuptus. Ut, *innupta puella.* Et *innuptæ nuptiæ*, quæ ſunt illicitæ & præter jus faſq; contractæ.

Obnubo, is, act. t. pro tego q. circumnubo, ut ſolebant nubentes; vel ſimplicitèr à prima nubendi ſignificatione, Skiuler: *Obnubere caput*, ſuøbe oc ſkiule hoffuedit: *Obnubere comas amictu.*

Pronuba, æ, f pr. cor. pen. quæ ſponſam nubentem inſtruit, deducit & in lectum mariti collocat, Brudtæmmer.

Pronubus, m. ſ. qui felici omine omnia procurat in nuptiis, ſponſumq; ſponſamvè ducit, & matrimoniale vinculum conciliat, Brudføre / Brudſkaffer / Brøllupeſkaffer.

NUDUS, a, um, pr. prod. nulla re indutus, à non & antiquo duo δύω, i. e. induo q. non indutus, Vløgen / bar oc blot. *Veſtibus nudus*: Et *nuda genu.* Et translatè, *nudus à propinquis*, *nudus ab amicis*, bar for Slect oc Venner. *Nuda à magiſtratibus*: *urbs præſidio nuda.* Item translatè, planus, clarus ſine prætextu & coloribus. Ut, *nuda veritas*: *nuda ſimplicitas*, bare ſandhed / klare oc ſlette enfoldighed.

Nudè, modò nudo, ſimplicitèr & ſine fuco.

Nuditas, atis, f. t. nudi affectio, nøgenhed / barhed.

Nudo, as, act. pr. nudum facio, detego, giør nøgen / blotter / barer: *Homo in medio foro nudatur.* Sic *nudare viſcera*, Tage indvollen vd / ſker op. *Nudare gladium*, pro diſtringuere, drage Suerd vd.

Nudatus, a, um, quod nudavimus, blottet / baret. *Nudatus defenſoribus murus*: *nudata caſtra.*

Compoſita.

Connudo, idem quod nudo. Unde Plin. *fulgura connudata.*

Denudo, as, nudum facio, Aabner / giør nogen / blotter. *Veſte denudat fœminam*: *denudatur à pectore, ut cicatrices oſtentet.*

Enudo, as, idem quod nudo. Et translatè, aperio & expono. Ut, *natura homini multa enudavit.* Sed & hoc loco legitur enodavit.

Seminudus, a, um, dimidiata ſui parte nudus, halff nøgen.

NUGÆ, arum, f. pr. prod. verba & res nullius rei, ponderis aut uſus, & plerumq; ſcurriles & joculariæ, à non & ago, q. quæ nihil agant, Squalder oc kladder / ſom haffuer intet paa ſig / rant / huißhuas / ſlidder ſladder. Alitèr nugæ propriè habentur quæ canebantur in mortuorum laudem, i. e. neniæ, vocabulo Syriaco ſignificante mœrorem ut docet Joſephus, Scaliger & D. Hieronymus etiam Hebraicæ innuit originis. Item nugæ, q. νὰὶ ἐχὶ, i. e. certè nihil.

Nugalis, le, om. t. Gell. nugis plenum. Ut, *nugalia theoremata.*

Nugax, acis, om. t. nugas abundè exercens, Sladderhanck / ſqualderer.

Nugor, aris, dep. pr. nugas ago, Sladderer. *Democritus non inſcitè nugatur.*

Nugamentum, Apul. quo nugamur ſivè idem quod nugæ.

Nugator,

Nugator, oris, om. t. qui nugas loquitur, Squalder-pose.

Nugatorius, a, um, nugas continens. Ut, *res nugatoria.*

NUM, particula interrogativa negativam deposcens responsionem, à νὴ affirmativa vel νὲ negativa, & expletiva ἄν, Om/Mon. Num censet Ennium fecisse. *Num times? num quidnam novi? num quod vestigium?*

Composita.

Annum, idem quod num. Ut, *annùm imperatorum scientia nulla est.*

Etiamnum, pro num etiam, Endnu: *Etiamnùm quid mihi negotii est.* Et pro eodem etiam nunc & divisim & conjunctè.

NUMERUS, m. s. pr. corr. quo quantitatem rerum discretarum consideramus colligendo aut distribuendo, à νέμω, distribuo q. nemerus, vel νεμω μερ, partes distribuo, Tal. Accipitur interdum pro copia, Hob. *Magnus numerus frumenti: numerus mellis, bini.* Item pro ordine, lang / visse ral / orden oc sick. *Digerit in numerum.* Item pro musica & oratoria mensura, quæ & numeris constat. Ut, *numeros memini si verba tenerem:* Sic, *numeri oratorii, numeri Poëtici*, pro certis vocum mensurationibus, quibus utuntur, Visse Regle oc maal/ som de bruge i dieris ord. Item pro certa ratione sive multitudine. Ut, *milites numero compositi in turmas.* Item pro loco aut officio, sivè dignitate, Staat oc Embede: *Ex eorum numero unus est: exemptus est è numero eorum.* Ponitur & numerus pro homine inutili.

Numerò, adverb. antiquè pro nimium citò, saare snart: *Numero huc advenis ad prandium: ô Apelles, ô Zeuxis, cur numerò estis mortui.*

Numeralis, le, om. t. quod ad numerum pertinet. Ut, *scientia numeralis*, Regnekonst. Et Gram. *Numera numeralia*, quibus utimur in numerando.

Numerosus, a, um, quod magni numeri est. Ut, *numerosa multitudo: numerosus populus*, stortallig / mangfoldig. Sic *numerosa gloria: numerosa cohors, varietas, partus.* Et *numerosa oratio*, quæ numeris oratoriis constat.

Numerosè, modo numeroso, med fuld tal/ med fuld stemme. *Fidiculæ numerosè sonantes: numerosè dicit: numerosè fundit orationem.*

Numero, as, act. pr. per numeros recenseo vel colligo, Teller. *Bis die numerat pecus.* Item numero, pro aliquo loco & censu habeo, acter/Regner i med. *Collega iste non numerabatur*, i. e. habebatur aut censebatur: *is numeratur inter doctos.* Sic *nullo loco numerare*, pro nihili habere. Dicitur & *numerare alicui pecuniam*, pro, præsentem pecuniam dare, telle en penge til. Et omisso accusativo, *jussit numerare servulo Leonidæ.*

Numeratus, a, um, quod numeravimus. Unde, *Thucydides nunquam muneratus est orator*, i. e. habitus. *Numerata pecunia*, rede penge / bar penge. *Dos uxoris numerata*, i. e. in nummis.

Numeratò, numerandi modo. Ut, *numeratò hoc malim quàm æstimatione*, i. e. malo numerari mihi quàm æstimari.

Numerabilis, le, om. t. quod numerari potest. Ut, *populus numerabilis.*

Composita.

Adnumero, as, numerando addo, Regner til. *Dedit & adnumerabit nummos ei.* Et pass. *unà cum illis adnumeratus est.*

Annumero, as, numerando refero, Opregner. *Multorum annumerat sententias: verba non me annumerare Lectori putabit oportere: sed tanquam appendere.* Item, numerando solvo, betaler: *Annumerabit & reddidit ei pecuniam: cuiq; sua annumerabimus*, i. e. tribuimus, ascripsimus.

Dinumero, as, act. pr. perfectè numero, vel numerando recito, Opregner/ Teller gandsse oc aldelis: *Dinumerat stellas, centurias.* Et *dinumerabit ipsi nummos, argentum*, tiltolde. Item solvit, betalde.

Enumero, as, singula seu omnia numero, vel numerando expono, epregner / fortæller. *Enumerat miles vulnera, pastor oves.*

Enumeratio, onis, enumerandi actus, Opregnelse. *Malorum enumeratio.*

Innumerabilis, le, om. t. non numerabilis, utallig. *Pecunia innumerabilis.*

Innumerabiliter, modo innumerabili, utalligen.

Innumerabilitas, atis, innumerabilis rei ratio, utalligheed.

Innumeralis, le, om. t. Lucret. idem quod innumerabilis. Ut, *numerus innumeralis.*

Innumerosus, a, um, Plin. idem. Ut, *fœtus innumerosi.*

Innumerus, a, um, idem. Ut, *gentes innumeræ.*

Pernumero, as, act. pr. integre seu totum numero. Ut, *curiosi pernumerare ne omnia possunt.* Et *pernumerare pecuniam, argentum*, Tælle sler hen fra sig oc betale.

Pernumeratus, a, um, quod pernumeravimus. *Pernumeratum argentum: pernumerata pecunia*, Tiltaalt oc affberalt penninge.

Sæpenumerò, adverb. idem quod sæpè, ut, *sæpenumerò mirari soleo.*

Transnumero, as, Cic. ultra numero. Ut, *si vis transnumerari.*

NUMMUS, sivè Numus, m. s. materia est publica percussa, cujus vis ex imposita æstimatione constat, sic dicta quòd non naturâ sed νόμῳ, i. e. lege, id sit quod sit, quòd lege & à magistratu signabatur & ferebatur. Hodiè ex metallo est olim etiam ex corio revè alia, Penge/ Mynt. Inde specialitèr interdùm idem est, quod sestertius & quarta pars denarii. Et conjunctim *nummus sestertius.* Item, didrachmum, duas continens drachmas. Item una drachma. Varium enim nummi pretium apud Romanos reperitur. Aliter à νῦμμος ejusdem significationis, ut ait. Festus: quod tamen à latino factum videtur, etiamsi apud Aristotelem legatur.

Numulus, m. s. parvus nummus, exigua pecunia.

Numularius, m. s. qui nummorum permutationem exercet, Vexelere.

Numarius, a, um, quod ad nummos pertinet. Ut, *res numaria*, Penghandel. *Numaria theca*, Pengkiste. Indè, *nummarius interpres pacis & concordiæ*, pro mercenario. Item, *nummarius judex*, pro nummis corruptus. Et *nummarium judicium*, quod acceptis pecuniis corrumpitur.

Nummatus, a, um, qui nummis abundat, Rig paa penge.

Num-

Nummatio, onis, f. t. nummati abundantia & effluentia, offuerflødig penge.

Numella, æ, f. pr. vinculum lignum, quo noxiorum colla aut pedes includuntur à forma numorum, quos articuli & ligamenta invicem innexa repræsentant, Halsjern eller Fidder. Item, quâ colla quadrupedum deligantur fiebatq; ex nervo aut corio bovis crudo, Fæfloffue/ Fæbøyel/ Hundehalsbaand. Item numella, lorum, quo canes cõpulantur, Hundekobbel. Aliter à nuo, q. nuella, quòd constrictos faciebat nuere.

Numisma, vel nomisma, atis, n. t. pr. corr. νόμισμα, Græca voce idem quod nummus, Penge/Mynt.

Nummosus, a, um, idem quod nummatus.

Composita.

Multinumus, Varr. ut, asini multinumi, quorum opera multos paro numos.

NUNC, adverb. præsentis temporis, à νύνχ, ejusdem significationis, Nu. Ponitur interdum pro serò vel tandem, Nu omsier / nu bag efter: *Nunc scio quid sit amor.* Item, pro sed, sine ulla temporis denotatione. Ut, *quæ quidem multò plura evenirent si ad quietem integri iremus: nunc onusti cibo & vino confusa & perturbata cernimus.* Dicitur & per auxesin antiq. *nunc jam.* Item, *nunc homines*, i. e. qui hodie vivunt. Sic *nunc Dea.*

Compos.

Etiamnum, pro num etiam divisim & conjunctè, Endnu.

NUNCIUS, m. s. nova portans & referens à voce Syracusana νύγκι, ejusdem significationis, Bud/Sendebud. *Nuncius ibis Pelidæ genitori.* Hinc, *nuncium remittere uxori*, pro repudiare. Et *remittere nuncium virtuti*, est virtuti renunciare & ab ea deficere, Sige dyd oc frombed op/sige gode nat. Item nuncius, quod nunciatur, Bud/Budskab. *Lepidum nuncium Patri attulit.*

Nuncia, æ, f. pr. idem in sexu fœmineo. Ut, *Virgo nuncia: Aquila nuncia: nuncia litera.*

Nuncio, as, act. pr. nuncius sum, aliquid novi porto, Bær bud / forkynder. *Di eos perdant qui ista nunciant.*

Nunciatio, onis, nunciandi actus, Forkyndelse: *Nos solam nunciationem habemus; Consules etiam inspectionem.*

Nuncium, n. s. ipsum, quod nunciatur, Tidende.

Composita.

Adnuncio, as, idem quod nuncio, vel q. ad aliquem, i. e. alieni nuncio. Ut, *hæc mihi adnunciabantur*, Forkyndedis oc tilførdis.

Annuncio, as, idem, quod nuncio. Ut, *salutem ei annunciat*, Forkynder. *Multa è longinquo annunciat.*

Denuncio, as, certò & gravitèr nuncio, forkynder vist/ oc fast tilsiger. *Denunciare bellum.* Et *denunciare testimonium*, est aliquem ad judicium vocare testimonii ferendi gratia, Kreffue til vidnisbørd.

Denunciatio, onis, actus, quo aliquid denunciatur, forkyndelse/tilsagn.

Enuncio, as, q. extra nuncio & nunciando vulgò, Forkynder oc vdsiger / vdfører: *Literæ tuæ hoc mihi enunciant. Enunciat suam sententiam: Enunciat adversariis amicorum consilia: Enunciat mysteria.*

Enunciatio, onis, enunciandi actus. Et peculiatitèr Dialect. quod Græca voce aliàs axioma dicitur.

Enunciator, m. & enunciatrix, f. t. qui vel quæ enunciat. Ut, *ars inventrix, judicatrix & enunciatrix.*

Enunciatus, a, um, quod enunciavimus, vdsagt / vdfort/forfynt. *Enunciata mysteria: sermo rectus, & secundùm naturam enunciatus.* Et absolutè, *Enunciatum Dialecticis*, idem cum enunciatione dialectica seu axiomate.

Enunciativus, a, um, Senec. Ut, *motus animorum enunciativi corporum*, i. e. qui enunciant.

Internuncius, m. s. nuncius inter aliquos, mellom bud. Et in fœminino genere, *abis internuncia Jobis.*

Obnuncio, as, mali aliquid nuncio, forbær ondetidinge. Sic *augures dicebantur obnunciare*, cum de periculo imminenti admonerent.

Obnunciatio, onis, obnunciandi actus. Et specialiter, quo augures impendentia mala significant.

Prænuncio, as, antequàm fiat nuncio. Ut, *prænuncio hanc venturam:* Et *prænunciat futura.*

Prænuncius, a, um, quod prænunciat. Ut, *veris prænuncia hirundo: hæc res calamitatum prænuncia.*

Pronuncio, as, clara voce & palàm aliquid nuncio & profero, Siger liud vd for alle / taler liudeligen oc klingende. *Pronunciat hîc acritèr, sapientèr &c.* Item, expressè & nominatim prædico, siger mercke ligen oc vdtryckeligen: *Nationem mancipii in venditione pronunciare debet venditor.* Item nomino. Ut, *victos omnium consensu eos pronunciabant Prætores.* Item dico, decerno. Ut, *sententiam pronunciat*, siger frem. Sic *pronunciat militi præmia*, pro palàm promittit.

Pronunciatio, onis, pronunciandi actus. Et specialitèr, vocis, vultus & gestus moderatio cum venustate.

Pronunciator, m. t. qui pronunciat. Ut, *rerum gestarum pronunciator Thucydides.*

Pronunciatus, us, m. q. Gell. idem quod pronunciatio. Ut, *ratio in pronunciatu manet.*

Pronunciatus, a, um, quod pronunciavimus, vdsagt. *Versus pronunciatus syllabâ unâ brevior aut longior.* Et absolutè, *pronunciatum Dial.* pro oratione seu propositione, quæ verum aut falsum pronunciat & proponit.

Renuncio, as, idem quod simplex nuncio, ut, *renunciat repudium:* Acta reversus nuncio, Forkynder hvad skeed er. *Legati renunciant Antonium non esse in vestra potestate.* Item, idem quod enuncio, siger frem: *Renuncio tibi hoc futurum.* Item, declaro. Ut, *renunciare consules, prætorem, sacerdotem*, liuse op/raabe vd oc forkynde. Item, acceptum renunciatione quadam reddo, Siger en op igien: *Renunciavit ei hospitium conditionem, conductionem, legationem.*

Renunciatio, onis, renunciandi actus. Ut, *renunciatio actorum*; Forkyndelse. *Renunciatio officii*, Opsigelse.

Renunciatus, a, um, quid renunciavimus. Ut, *Renunciatus Consul, Prætor, Sacerdos*, Opluust/vdraabt oc forkynt.

Renuncius, m. s. Plaut. qui iterum aliquid nunciat. Ut, *nuncii, renuncii.*

NUNDINÆ, arum, f. pr. plur. dies sunt contractuum, dictæ q. novendinæ à nono die, qua rustici in urbem veniebant ad mercatum legumq; accipiendarum causâ, Marckedsdage/Marcket.

Nundi-

Nundinalis, le, om. t. quod ad nundinas pertinet. Ut *coqbus nundinalis*, qui in nundinis coquere ſolebat. Accipitur autem pro ignobili, q. qui tantùm in nundinis aut nono tantùm die, i. e. non quotidiè, ut nobiles coci, facit aut conducitur. Item, qui in nundinis coquebat ſivè bonus ſivè malus ſit, Stadskock/eller Bonde kock / gemeen oc ond kock.

Nundinarius, a, um, nundinis deſtinatum. Ut, *forum nundinarium*, Marcketz Torffue.

Nundinor, aris, dep. pr. nundinas agito, holder marcket / kiøber oc ſelger / holder fall. Et translatè; *nundinantur judices ſententias ſuas pretio*, i. e. proſtituunt, holder fall oc ſelg for penge. Sic *ſenatorium nomen nundinati ſunt pueri*, pro emptitarunt, kiøbte ſig til for penge.

Nundino, as, act. pr. idem.

Nundinatio, nundinandi actus. *Nundinatio juris*: *nundinatio hominum*, huor mand holder folck fall oc Low oc Kart.

Nundinator, oris, m. t. qui nundinas frequentat, Marcketz mand/Torffue mand.

Compoſita.

Internundinum ſeu Internundinium, ſpatium eſt inter nundinas, ſeu quod novem dies inter ſe continuos habet.

Trinundinum, idem quod trinæ nundinæ.

NUO, is, verbum antiq. ſignificans caput ad pectus demitto & inclino; ſignificandæ voluntatis gratia, undè & pro volo accipiebatur, à νεύω ejusdem ſignificationis, Nicker.

Nuto, as, n. pr. idem quod nuo & caput moto, Nicker. *Nutat ne loquar. nutat capite*, niggerer / virrer. Et translatè ruinam minor, translata ſignificatione à motu capitis deorſum, helder/ſtaar paa fald / ſtaar paa luud. *Ædificium nutat*. Item translatè ad animum, nutat, pro titubat ſivè dubius eſt, in quam ſententiam eat, Er tuilradig / Raffuer i ſit ſind hid oc did.

Nutus, us, m. q. nuendi actus, Nick / Nickelſe. Et translatè de terra pro inclinatione. Ut, *terra undiq; ipſa in ſeſe nutibus ſuis conglobata*. Item pro ipſa voluntate, Villie/Nick. *Sine ejus nutu nihil faciebat*.

Numen, inis, n. t. propriè nutus ac voluntas Dei, providentia divina, Gudz villie oc forſium. Inde ſignificat Dei poteſtatem, Gudz macr. *Concordes ſtabuli fatorum numine Parcæ*. Item, numen pro ipſo Deo. Ut, *hoc ipſum numen vindicabit*: *vadimus non noſtro numine*, i.e. vel auſpiciis noſtri numinis, vel alieno numine ſcutis noſtris depicto, Græcorum ſc. non Trojanorum. Item, numen pro humano nutu; poteſtate & voluntate. Ut, *Senatus numen*.

Compoſita.

Abnuo, is, nutu & rejectione capitis alioq; indicio oculorum, manuum, aut verbo nego. Et inde ſimpliciter nego & recuſo, Necter/affſlaar: *Voluntas mea nunquam abnuit tuo ſtudio*: *abnuit & recuſat*.

Abnuto, as, ſæpiùs abnuo. Ut, *quid abnutas?* ſlaar mig det aff: *Te audiri abnuto veto*.

Annuo, is, nutu & relatu capitis aſſentio, Bejaer/ſiger ja/ ſamtycker: *Annuit & nutu totum tremefecit olympum*. Item, affirmo. Ut, *ego eum venturum annuo*.

Innuo, is, n. t. nutu voluntatem oſtendo, lader mig elle ler min mening mercke / nicker ad med en nick. Item ſimpliciter, voluntatem leviter quovis modo oſten-

do, giffuer ſaa ſacteligen tilkiende/ lader ſig forſtaa. *Innuit ſe hoc facturum*.

Renuo, is, motu capitis aliovè ſigno oſtendo mihi aliquid diſplicere, recuſo, aſperno, q. contra nuo. Ut, *renuit convivium*, ſlaar en noget aff.

Renutus, m. q. Plin. renuendi actus, affſlag/nectelſe: *Simili nutu ac renutu reſpondere voto tuo poſſum*.

NURUS, us, f q. pr. corr. filii uxor; à υὸς ejusdem ſignificationis, Sønnekone.

Compoſ.

Pronurus, us, f. q. uxor nepotis, q. nurus remotior.

NUTRIO, is, ivi, & tii, itum, act. q. pr. prod. alimenta fomentaq; alia tenellis adhibeo à νοσσὸς νεοσσὸς pullus q. propriè de pullis ſivè avium, unde ἐννεοσσεύω, in indo nutrio; ſive aliorum animantium. Inde translatè ad quoſvis fœtus, Føder/Foſterer / dejgger / klecker. *Mammis nutrire fœtus*. Item, ſimpliciter foveo, curo, vederquæger: *ſua corpora nutriebant*. Item paſs. Columel. *Convenit vinum nutriri, refrigerariq; & ventilari*.

Nutricius, a, um, quod nutrit. Ut, *ſinus nutricius*. Et abſolutè nutricius, qui nutrit, ſivè qui curam habet ſive infantum ſive adultorum, ut vivant, Foſterfader.

Nutrico, às. Plaut. act. pr. Idem quod nutrio.

Nutricor, aris, dep. pr. idem.

Nutricatio, onis, nutricandi actus, Opfoſtrelſe.

Nutricatus, us, m. q. idem.

Nutrimentum, n. ſ. & nutrimen, Ovid. n. t. quo corpus nutritur, Føde. Accipitur & pro ipſa nutritione & educatione. Ut, *quantum per hanc nutrimentorum conſuetudinem favore & gratia valuerit*, i. e. quòd in caſtris educatus ſit.

Nutritor, oris, m. t. qui nutrit. Ut, *nutritor equorum*, *nutritor pueri*.

Nutritus, us, m. q. nutriendi actus, Fødning. Ut, *mulſi nutritus*, i. e. quo nutrit.

Nutritus, a, um, quod nutrivimus, Fød oc opfoſtret. *Vinum nutritum*.

Nutrix, icis, f. t. quæ nutrit, Foſtermoder. Ponitur & apud Plaut. pro matre. Item nutrices, i. e. mammæ. Item *Ager nutrix*. Item *Sardinia & Suilia benigniſſimæ urbis noſtræ nutrices*.

Nutricula, parva nutrix, Amme.

Nutricia, orum, n. pl. merces nutricis, Foſterløn/ Ammeløn.

Compoſita.

Adnutrio, juxta aliquid nutrio. Ut, *ſingulis denas ſæpè adnutriunt vites*.

Innutrio, in loco aliquo nutrio. Ut, *mari homines innutrit*, Opklecker.

Innutritus, a, um, quem innutrivimus, Opfød/Foſtret/ opkleckt.

NUX, cis, f. t. fructus omnis arborum duriori corio tectus, ut ſunt avellanæ, amygdalæ, caſtaneæ, glandes, pineæ; à noceo, quòd foliorum ſtillicidium aut umbra vicinis arboribus noceat, vel quòd noceat capiti, gravedinem adferat, qua ratione Græcis eſt κάρυον ejusdem ſignificationis à κάρη caput, Nød. *Nux avellana ſive Pontica*, Haſſelnød. *Nux Græca ſive Thaſia*, Mandel. *Nux baſilica ſive regia*, Valnød. Accipitur & pro ipſa arbore avellana, Haſſel.

Nucula,

Nucula, æ, f. pr. parva nux. Ut, ſunt avellanæ, Haſlenød. *Nuculæ*, Smaa nøder.

Nucella, æ, f. p. idem.

Nucamentum, n. ſ. flos prælongus dependens è nucum arboribus, Haßelracker oc mield paa ſomme træer/ ere ſom lodne tapper eller patter.

Nuceus, a, um, quod ex nuce eſt. Ut, *materia nucea*, Haßeltræ.

Nucleus, m. ſ. caro ipſa nucis, quæ operculo includitur q. nuculus, tenerum ſc. in nuce, Nødkierne. Et translatè quicquid intimum eſt & verus fructus in re aliqua. Ut, *nucleum amiſi, reliquit pignori putamina.* Item, *nucleus ferri* pro calybe, Eggſtaael. Item, in acino *nuclei* dicuntur minuta grana, quæ vulgo vinacea vocant.

Compoſita.

Enucleo, as, act. pr. propriè nucleum è nuce eruo, Tager kierne vd/piller Nødder eller Nødkierner. Et translatè, intimum & optimum alicujus rei profero, declaro, Læder det bæſte oc inderſte vd / forklarer en ting vel oc aff ſin inderſte hemmelighed/ ſmaaligen vdleder: *Nihil amplificatione minus enucleandum eſt.*

Enucleatus, a, um, quod enucleavimus, Smaaligen/grandgiffueligen oc inderligen vdlæd/vdvald. *Genus dicendi enucleatum: enucleata ſuffragia.*

Enucleatè, modo enucleato, ſmaaligen/grandgiffueligen: *Enucleatè ſcribit: Enucleatè loquitur.*

NYMPHA, æ, f. pr. νύμφη, mulier non ità pridem viro conjuncta, nygifft Quinde. Item Apes dicuntur Nymphæ, cum primam formam cœperint habere. Item Nympha involucrum ſeu calyx floris modicè dehiſcens ſeq; aperiens. Item caruncula medio inter fæmineo bifariam prominens.

Nympheum, n. ſ. ædificium auguſtum publicum, in quo nuptiæ celebrabantur, Bryllupshuus. Vel lavacra amœna in quæ virgines ſe conferebant amœnitatis ergò; vel à nympharum ſtatuis, quibus exornata erant.

O.

O, ὦ, adverb. vocandi ô. *O mi fur: quàm tu canſam tuam non noſti? ô cives, cives quærenda pecunia primum.* Item, Interjectio dolentis. Ut, *ô Dii boni, quàm teter incedebat: ô miſera vitæ ratio: ô tempora, ô mores.* Item gaudentis. Ut, *ô expectatas mihi literas: ô factum benè.* Item admirantis. Ut, *ô qualis facies! & quali digna tabella! ô audaciam! etiam me ultrò accuſatum venit.* Item, irridentis. Ut, *ô præclaram ſapientiam.* Item adverb. optandi, O Gud giffue / (aut ſimplicitèr exclamantis) *ô tantum libeat mecum tibi ſordida rura habitare* Sic cum adjectione: *ô ſi*: derſom ſaa var / eller jeg motte. *O ſi ſolitæ quicquam virtutis adeſſet.* Sic *ô utinam obrutus eſſet aquis.*

OB, Præpoſitio antiquis ſignificans motum ad locum pro ad, ab ὄπη, ſignificante ubi, Til: *Ob os*, i. e. ad os: *Ob Romam noctu legiones duxit.* Item in loco, pro circùm; ſed non extra compoſitionem, ut, *obambulo, obſideo, obvallo.* Inde etiam ſignificat cauſam finalem, for/ for det ſkyld. *Ob ſuum emolumentum hoc cupit.* Interdum etiam efficientem, for. *Dii pœnas à te ob hoc delictum expetiverunt.* Interdum ſitum, pro ante, for. Mors *ob oculos verſatur.* Item pro circum: ut, *Romam obequitabat.* Item pro contra. Ut, *oppono*, &c. Interdum innuit objecti reſiſtentiam. Ut, *obtendo.* In quibusdam inæqualitèr ſignificat, Ut, *oblongus*, inæqualitèr longus. Interdum auget ſignificationem, ut *in obdormiſco, obſurdeſco, obtorpeſco, obſtupeſco*, q. totus vel valdè dormio &c. *Obtorqueo, obtrunco, obtueor, obuncus.*

Obs, idem quòd ob, aſſumpto s in quibuſdam compoſitis, ut, *obſcurus, obſcœnus, oſtendo pro obſtendo.*

OBBA, æ, f. pr. grandius poculi lignei genus, quod convivis apponebatur unde haurirent & liberiùs biberent, ab obbibo, ſtor Gildeſkaale. Alitèr ab ὠβὴ turba, quòd turbæ dabatur in conviviis.

OBOLUS, m. ſ. ὄβολος, genus ponderis conficiens ſextam partem drachmæ atticæ, h. e. æreola ſex. Item genus nummi & ſexta pars drachmæ, ſaa ſom en fire huid vaar et ſtund: quia ſex oboli drachmam conſtituebant.

Compoſita.

Diobolus, li, m. & Diobolum, n. numus Atticus inſculptam habens hinc Jovis ſpeciem, illinc noctuam, duobus obulis valens.

Diobolaris, re, om. t. quod eſt duorum obolorum, ut *meretrix diobolaris*, quæ duobus obulis conducitur, en ottehuids hore / en penge hore. *Teſtis diobolaris*, qui mercede & minima quidem conducitur ad ferendum teſtimonium, Lætferdig vinde / Tilkiøbt vinde. Et translatè minimi pretii. Ut, *homo diobolaris*, Jt ſkarn oc drog ſom duer til intet.

Semiobolus, m. ſ. dimidium oboli. Et translatè res quævis viliſſima.

Seſquiobolus, li, m. ſ. obolus cum dimidio.

Triobolus, m. ſ. nummus tres valens obolos, Saa ſom et fire ſkillings ſtyck. Et translatè *trioboli homo*, i. e. nequam & nullius pretii.

Triobolaris, re, om. t. translatè, vilis & trium obolorum pretii.

OBRUSUS, vel obruſſus, a, um; Cic. quod perfectum eſt, nec mutari poteſt, ut eſt aurum obryzum, ὄβρυζον, quod igne excoctum expurgatumq; deminui mutarive jam nulla exploratione poteſt. Unde *ratio obruſa*, quæ adhibetur ad expurgandum inquinatum ſermonem eſtq; immutabilis, conſtans non uſu, qui arbitrio hominis flectitur, ſed certa ratione & regulis.

OBSONIUM, vel Opſonium, ὀψώνιον, quicquid ad panem vinumq; adjicitur in cibum, ut caſeus, carnes, ova, piſces, & id genus alia, Suul. Sed & propriè de piſcibus dictum volunt. Unde ὀψάρια δύο pro duobus piſciculis in Evangelio Johannis.

Obſono, as, act. pr. obſonium comparo, Fiøber Suul. *Argento ne parcito, obſonato ampliter.* Sic *obſonare obſonium*: *obſonabit cœnæ & ad cœnam*, i.e. obſonium ad cœnam emit. Item translatè, *obſonare famem*, pro comparare & excitare.

Obſonator, oris, m. t. qui obſonat, Suulfiøber/ Indfiøber til Køckenet.

Obſonatus, us, m. q. obſonandi actus, Suulefiøb.

Obſonito, as, antiquè ſæpè obſono.

Obſonor, aris, dep. pr. idem quod obſono. Ut, Terent. *Vix drachmis obſonatus eſt decem.*

OCCA, æ, f. pr. instrumentum dentatum, quo glebæ conteruntur & semina occultantur, sic dictum vel ab occædo quòd cædat glebas, vel ab occæco quòd occultet semina, Harffue. Had. Junius ex Columel. conjectat esse cylindrum, Trommel.

Occo, as, n. pr. occâ utor, seu glebas confringo & sata operio, Harffuer / Tromler eller slaar klumper. Dicitur & *occare arbores* pro operire. Et *occare vineas* pro comminuere, ne sit gleba.

Occatio, onis, occandi actus, Harffning / Klimpeslet / Trumlen. Nizolius ait: Crate hoc occationis genus fieri, quo sc. solum æquabant & semina occultabant. Ejus autem cratis loco nos rastro utimur.

Occator, m. t. qui occat, Harffuemand / Klimpeslaaer.

Occatorius, a, um, quod ad occationem pertinet, ut *opera occatoria*.

Occillo, as, act. pr. Plaut. pro frango seu comminuo, q. occâ comminuo, slaaer oc knuser. *Advenienti occillat os.* Legitur & occilo. Aliter à Cillo, i. e. moveo, unde & incilo apud Lucret.

Composita.

Deocco, idem quod Occo.

Inocco, as, act. pr. occâ semen humo tego, Harffuer Kornet i Jorden.

Inoccatus, a, um, quod inoccavimus, Jharffuet. *Semen inoccatum.*

OCREA, æ, f. pr calceamenti militaris genus ex ære ad obtegendas tibias accommodatum, quo utebantur tantum duarum primarum classium milites, ab ὄκρις, i. e. summitas, prominentia & asperitas, vel propter prominentiam & longitudinem, vel propter inæqualitatem, quòd sint inæqualitèr tuberatæ, Et slags Krigsstøffle med Been skinner / Beenstycker / Been skinner vdi et heelt Kiortz. Aliter à crure, q. obcrurea, à tegendis cruribus.

Ocreatus, a, um, ocreis indutus, Støffler. *Ocreata crura.*

OCTO, ὀκτὼ, nomen numerale & indeclinabile, Otte.

Octavus, a, um, numerale ordinis, unus vel ultimus ex octo, den Ottende. *Octava hora.* Et absolutè octavùm adverbialiter pro octies. Ut, *octavùm tribunus plebis*, pro octava vice, den ottende gang.

Octavò, adverb. pro octavo in ordine. Ut *octavò consul*, qui octavo anno ab exactis regibus fuit consul.

Octies, adverb. octo vicibus, Otte gang. *Columba octies anno pullos educat.*

Octonus, a, um, numerus distributivus, huer Otte: sed qui pro simplici octo etiam ponitur. Ut, *octonis mensibus ferunt partus*, i. e. octo mensibus.

October, bris, m. s. mensis à Martio octavus, Sædmaanet.

Compos.

Sesquioctavus, a, um, octavam rei alicujus partem in se continens & ejus dimidium. Ut, *intervallum sesquioctavum.*

OCULUS, li, m. s. pr. corr. instrumentum visus ab ὤπτω vidi ὄπτομαι video. Unde ὄμμα, i. e. oculus eadem origine, øye. Inde translatè *oculi mentis*, pro ipsa mente, vel mentis perspicacitate. Item pro notis sive maculis rotundis in pardorum pellibus & caudis pavonum similiumq;. Item oculi in arborem surculis, unde germinant, Knoppe paa Træer som springe vd. Aliter vulgò ab occulo quòd ciliorum tegminibus occulatur.

Ocellus, m. s. parvus oculus. Interdum etiam blandientis est. Ut, *meus ocellus, mea rosa.*

Ocellatus, a, um, quod ocellos habet. Et specialiter cavernulas quasdam. Ut, *nuces ocellatæ*, quæ distinctæ sunt multis foraminibus.

Ocella, æ, m. pr. qui exiles habet oculos, Smaaøyet.

Oculatus, a, um, oculis obsitus, Besat med øyne. *Argus oculatus*, qui erat centoculus. Et *cauda oculata pavonis*, maculis rotundis illustris. Item oculatus, qui præsens aliquid videt. Ut, *oculatus testis*, Som nærværende saae noget. *Oculatæ manus*, quæ rem præsentem volunt q. visuræ quid accipiant. Et *oculata dies*, quæ præsentem pecuniam sibi numerari q. videt. Item *oculatâ die emere*, i. e. præsente pecunia. Item Oculata, æ, f. pr. piscis is videtur quem Plautus Ophthalmiam appellat: ab oculorum magnitudine.

Oculatissimus locus, Plin. pro conspicuo, quiq; omnium oculis patet, Aabenbarlig sted for alle at see.

Oculatio, onis, f. t. actus, quo in vitibus oculorum superfluitas dissecatur.

Oculeus, a, um, plenus oculis. Ut, *Argus oculeus.* Et translatè ad animum perspicax, skarpsindig. *Totus est oculeus, Argo perspicacior.*

Oculissimus, a, um, superlat. fictus à Plauto pro charissimo, quia oculi homini sunt charissimi omnium.

Oculitus, adverb. pro ad modum oculi seu modo oculissimo. Ut, *oculitus amat ancillam*, holder aff / elsker inderligen / haffuer Eier som sine øyne.

Compositа.

Defioculus, Mart. cui defit seu deest oculus, Enøyet.

Exoculo, as, act. pr. oculo privo, sticker øye vd.

Exoculatus, a, um, quod exoculavimus, vel qui oculis orbatus est, Blind: *Fortuna exoculata.*

Exoculasso, as, Plaut. act. pr. idem quod exoculo. Ut, *oculum ei exoculassit.*

Inoculo, as, act. pr. oculum unius arboris alteri adhibeo, seu oculum in arbore aperio, ymper eller poder.

Inoculatio, onis, inoculandi actus, ymperse / podelse.

Lanoculus, Fest. qui lana tegit oculi vitium.

Siccoculus, a, um, Plaut. ficta voce, qui lacrymari non potest, q. qui siccis oculis est.

Unoculus, qui unum habet oculum.

OCYOR, com. & Ocyus neut. comparat. idem quod celerior, velocior, celeriùs, velociùs, ab ὠκὺς celer, velox, Snarere: *Ocyore ambitu fertur Mercurius.* Et superl. *senectus ocyssima.*

Ocyùs, adverb. comparativi gradus pro citiùs. Ut, *in morbum incidunt ocyùs & recreantur tardiùs. Eamus ad eam ocyùs*, pro citò. Et superlat. *ocyssimè da, quod cupis.*

ODI, disti, vel osus sum, pr. prod. verbum defectivum præsentis & præteriti temporis, significatq; aliquid aversor, alicui malè volo, ab ὀδύσσω, irascor, succenseo, ex dolore & offensione quadam aversor, Hader / Skyer. *Odi perjuros, mendaces, ignavos: oderunt hilarem tristes, tristemq; jocosi: oderunt peccare boni virtutis amore.* Et Plaut. *Osa est inimicos. O inimicos osa sum obtueri.* Aliter ab ὠθέω, motu violento à me dimoveo, trudo, pello.

Odium, n. s. ira inveterata seu affectus quo odimus alios, Had. *Odium ipsius nulla ratione mitigari potest.* Ponitur & interdum pro molestia vel fastidio. Ut, *urbis odium nunquam me percipit,* Kædsomhed/ kædsommeligհed. *Hic me abigit suo odio,* giør mig kæd aff sig. *Odium populi,* i. e. homo populo odiosissimus. *Hic odium terræ,* i. e. inutile terræ onus.

Odiosus, a, um, sior, sissimus, qui odio habetur, Hadeligt. *Odiosum genus hominum.* Item idem quod molestum, Kædsomt/ q. odii & molestiæ plenum. Ut, *odiosa senectus.*

Odiosè, sius, sissimè, modo odioso, cum odio vel tædio: *Odiosè facis; odiosè loquelis,* aff vrede hadeligen/ kædsommeligen.

Osor, oris, m. t. qui odisse solet, Hadere/ hadsk. *Maritus uxoris suæ osor.*

Composita.

Exosus, a, um, qui odio habet, som er hadsk paa noget. *Jupiter exosus Trojanos: mulier tædas exosa jugales.* Et pass. odio dignus. Ut, *homo Diis omnibus exosus,* den som hadis aff alle/ skumpelskud.

Perodiosus, a, um, valde odiosus. Ut, *perodiosa lippitudo.*

Perosus, a, um, qui valdè odit. Ut, *perosa est segnitiem ejus, disciplinam.*

Subodiosus, a, um, aliquantum odiosus.

ODOR, oris, m. t. pr. corr. & antiquè odos, olidi ratio & affectio, ab ὄζω, oleo, resolutione ζ: unde & ὀδωδή, odor: dicituրq; tàm de mala, quàm de bona qualitate, Luct/ stanck. *Teter odor,* slem luct oc stanck. *Svabis odor,* sød oc god luct. Ponitur & pro materia odorum unguenti, Luctende ting: *Incendere odores.* Item translatè, pro judicio. Ut, *odor dictaturæ.*

Odoramen, inis, n. t. & Odoramentum, n. s. quo nobis odores facimus, vel ex quo haurimus odores, Saasom Desmer/ Klæder pulffuer oc andet saadant.

Odorarius, a, um, quod ad odores pertinet. Ut, *myrrha odoraria.* Et absolutè, *odorarius,* qui odores conficit venditq;.

Odoratus, a, um, odore repletus infectusq;. Ut, *templum odoratum violis: odorati capilli: odoratum caput.* Item activè, quod ex se odorem habet mittitq;, Luctende. *Odorata cedrus; nux odorata,* aliàs nux myristica, Muskat Nød/ Muskat. *Juncus odoratus,* nomen herbæ. *Trifolium odoratum,* Danske Nardes/ Siufftuder. Septies enim interdiu & odorum & surdum est.

Odoratus, us, m. q. sensus odorandi, quem Plinius olfactum nominat, Luct/ det sind luct. *Necesse est de odoratu & gustatu loqui.*

Odoro, as, n. pr. odorem facio, giøre luctendis/ sætter luct paa. *Odorare mella, vina:* Et *odorare aëria fumis,* pro replere odore.

Odoror, aris, d. p. pr. odorem percipio, Lucter: *Nares perfricato ejus, ut discat odorari: agedum, odorare hanc, quam ego habeo pallam, quod olet.* Et translatè auribus sentio & animadverto, lucter oc fornemmer. *Cupio odorari quid futurum sit.* Sic *odorari aliquem,* pro explorare quid habeat animi, Snøffre om oc forfare. Et *odoratur sagaciùs,* pro diligenter investigat & indagat. Legitur & activè, ut, *odorant voluptates.*

Odoratio, onis, odorandi actus, Lucten/ luctelse.

Odorator, oris, qui odorat, odoraturq; valet.

Odorus, a, um, quod odorem mittit & afflat, Luctende. *Odoro vulnere pinus scinditur.* Sic *flos odorus.* Item activè quod odorat, Luctende. *Odora canum vis.*

Composita.

Inodoro, as, act. pr. Colum. odore inficio, giøre luctende. *Herba hæc comesta halitum hominis inodorat.*

Inodorus, a, um, sine odore, vden luct: Ossa inodora.

OECONOMUS, m. s. οἰκόνομος, rei domesticæ administrator, Husfoget.

Oeconomia, æ, f. pr. Oeconomi officium & munus, Forstanderskab vdi huusholdning / Husfogederi.

Oeconomicus, a, um, quod ad œconomiam pertinet, Ut, *ratio œconomica.*

Oeconomica, orum, n. pl. œconomica ratio.

OESYPUS, m. sive Oesipum, n. s. οἴσυπος, lana est succida & sordida, seu sordes lanæ ex fimo aut succo & pingui excrementitio adhærentes, Skiden oc vreen vld/ eller det skiden fedme vdi vlden.

OFFA, æ, f. pr. massa cibi globosa & orbiculata: antiquis autem abscissum globi forma, ut manu glomerata puls. Varroni: cibus glomeratus ex ficis & mista farina, ut nobis ex uvis, ovis & farina; aut ex malis, aliisvè condimentis, ex ovis, lacte, farina variè conditis: absque farcio sic dicta, Mad tilred oc giort i Klumper/ saasom Kumper / Nunner / Muncke/ oc Pølse paa Hønse saad oc andet saadant: sive ex carne, sive ex ovis, herbis, caseo, sive alio edulii genere. Item massa escæ in modum pultis redacta, Mocs/ Slabes ratz. Item esca ex frustis panis in jure pingui, caseo, pipere & cinnamomo conditis, saasom Eggesup / øll oc brød/ Mulie. Item offa quodlibet carnis frustum in jure coctum, Kiød i stycker. Ponitur & simpliciter pro massa, Kumpe / Klumpe eller Funcke. *Serie demittendæ massulæ in mustum, ne altera offa super alteram perveniat.*

Offella, æ, f. pr. unico f, & pr. corr. frustulum est carnis, Bidsken kiød/ lidet stycke kiød/ mundfuld.

Offula, æ, f. pr. parva & exigua offa. *Offula carnis,* pro massa seu frusto carnis.

Offarius, rii, m. s. coqvus, qui conficit offas.

Offatim, adverb. in modum offæ, stycke vis / bidsken vis. *Offatim te offuciam. Offatim concipilabo.* Alias hoc loco legitur affatim.

OH, vox incondita, qua utimur, ubi ex intervallo notos videmus ab exclamandi voce O, & aspiratione H, augente affectum, See/ O see. Oh qui vocare! Interdum est admirantis cum contemptu qualem. *Oh, tibi ego ut credam furcifer.* Item affirmantis cum certitudine quadam, *Oh, qui egomet produxi.* Item dolentis & reprehendentis. *Oh, iniqbus es, qui tanta à me postulas.* Item dolentis & deprehensi. *Oh, perii, manifestò teneor miser.* Item exsultantis ob rem benè gestam. *Oh, probus sum.* Sic: *oh, oh, ocellus es meus.* Item ejulantis, *oh, oh, oh, oh.*

Ohe, οὐή, interjectio exclamantis, satietatem usq; ad fastidium designat, & jubet modum interponere, O o. Ut, *ohe jàm satis est, ohe libelle.*

Oho, interjectio admirantis aliquid fieri repente. Ut, *oho, amabò quid illuc nunc properas?* Item agnoscentis cum gaudio. Ut, *oho Polymochæ replacides! purus putus est ipsus.*

OLEA, æ, f. pr. corr. nomen arboris ab ἐλαία ejusdem significationis, Olietræ/ Olivetræ. Item fructus ipse, Olive. *Olea distinguenda est, ex qua velis virtute oleum conficere.*

Oleaceus, a, um, quod est oleæ vel oleam refert. Ut, *folium oleaceum*: *liquor oleaceus.*

Oleaginus, a, um, quod ex olea arbore est, ut, *radix oleaginea*, Olive Roed. *Semina oleaginea.* Item oleaginum, quod est coloris olei.

Olearis, re, om. t. quod ad oleum pertinet. Ut, *olearis vas*, quæ oleo aspergitur, ut acutius attenuat scalptorum usu scalpra & cæla exterentium.

Olearius, a, um, idem; ut *molæ olearia*, quibus ex nucibus aut ex semine aliquo oleum exprimitur. *Labrum olearium*, in quod oleum è cortina transfertur. *Olearia cella*, Olie Kielder. *Vasa olearia.* Et absolutè *olearius*, qui oleum facit & vendit, Oliemager/Oliekremer.

Oleaster, stri, m. s. olea sylvestris.

Oleastrinum, n. s. oleum ex oleastro.

Oleastellus, li, m. s. frutex exiguus folia habens oleæ, alio nomine olea Calabrica.

Oleatus, a, um, quod oleum admistum habet. Ut, *color oleatus*, Oliefarffue.

Oleitas, atis, f. t. tempus legendarum olearum & fructuum oleæ, Oliehøst.

Oleosus, a, um, oleo plenum. Ut, *semen oleosum*, Oliefuld: *Butyrum oleosum naturâ.*

Oletum, n. s. locus oleis consitus, Oliehaffue.

Oleum, n. s. pinguis oleæ liquor, Olie. Ponitur & sæpè pro lumine, eò quòd ejus sit fomentum, candelarumq; præbeat usum, Lius. *Genus exercitii ad oleum faciundum.*

Oliva, æ, f. pr. fructus oleæ, Olive. Item ipsa arbor, Olietræ. *Canam prolem tardè crescentis olivæ.*

Olivarius, a, um, quod ad olivam pertinet. Ut, *olivaria metreta.*

Olivetum, n. s. idem quod oletum.

Olivina, æ, f. pr. cella olivaria, aut olei maxima copia, Olie Kielder eller stor forraad paa Olie eller Oliver.

Olivitas, atis, f. t. idem quod oleitas. Accipitur & pro ipso olei proventu, Oliefrugt oc grøde. Item pro oleo in lucerna. Ut, *olivitas consumpta est.*

Olivo, as, Plin. n. pr. olivas colligo, Høster oc sancker Olie.

OLEO, es, lui, litum, n. s. pr. corr. afflatum seu spiramentum naribus percipiendum emitto q. odeo ab ὄζω ejusdem significationis, Lucter / giffuer lugt fra mig. *Olet crocum*, Lucter af Saffran / eller som Saffran. Sic *olet cera. Olet unguentum de meo: olet sulphure: olet nardo.* Item *benè olet*, Lucter vel: *malè olet*, Lucter ilde. Et translatè, *olet malitiam*, stincker affondskab. *Oratio olet peregrinum quid*, den haffuer nogen fremmede oc wsedvanlige ord i sig. Sic, *nihil ex Academia olet*; pro nihil adfert ex Academia.

Olo, is, it, antiquè pro oleo. Ut, *non omnes possunt olere unguenta exotica.*

Oletum, n. s. excrementum humanum, dictum ab odoris fœditate. Item, locus, in quo exoneramus ventrem, Privet/hiemmelige Mag.

Olidus, a, um, quod olet, sivè id benè sivè malè, Lugtende/stinckende: *Vestes murice olidæ.* Et *olidæ capræ.*

Composita.

Adoleo, es, levi, lui, act. s. in sacris significat odorem incendere seu odorem Diis crematione præbere; ut, *verbenas adole pingues*: Et *cùm intestina adolevissent*, i. e. cremassent. Et tropicè *adolere penates flammis*, i. e. honorare propitiare neutr. *Unguenta adolent*, de lucte.

Adolesco, is, pro adoleor. Ut, *adolescunt ignibus aræ.*

Graveolens, tis, om. t. gravitèr & malè olens, Ilde lugtende/stinckende: *Graveolens lacus*: *graveolentia folia.*

Graveolentia, æ, f. pr. graveolentis habitus & gravis odor, sterck eller ond lugt. *Narium graveolentia.*

Oboleo, es, lui, n. s. malè oleo, Lucter sterck. *Oboluisti allium.* Item sentio, suboleò, Fornemmer / lucter. *Oboluit marsupium huic istud quod habes.*

Peroleo, es, valdè oleo. Ut, *perolet corpus.*

Redoleo, es, lui, multum oleo, vel odorem alicujus rei refero, giffuer lugt aff mig/ lugter aff noget. *Redolent thymo fragrantia mella*: *redolet fœtorem*: *redolet vinum*: *frutex situm redolet.* Et translatè, *oratio hæc redolet antiquitatem.*

Suboleo, levi, litum, levitèr oleo, Stincker / lugter lidet: *Corrumpitur cœna, subolet.* Et translatè, persentisco, Faar en Nys aff/ formercker/ lugter: *Suboleo quid machinaris.*

OLIM, pr. prod. adverb. temporis longiùs præteriti; ab ἔωλον pridianum, hesternum: Item, vetus & obsoletum, Igamble dage/ Ifordum tid. Sic *olim loquebantur. Olim truncus eram ficulnus.* Estq; ejus usus frequens in principiis narrationum de præteritis. Ut, *fuit olim quidam senex mercator &c. Olim rusticus urbanum murem &c.* Sed & hic exponi potest indefinitè per aliquando, Engang. Item interdum est præsentis; Nu om stunder: *Vestra meos olim si fistula dicat amores*: Quæ tamen significatio aliter exponi potest. Item futuri, Ifremtid / engang. *Non si malè nunc, & olim sic erit*: *parentis olim si quis guttur fregerit. Tu olim spoliis onustus accipies.* Item interdum pro aliis temporis affectionibus ponitur, ut pro aliquando, Undertiden/ stundum. *Pueris olim dant crustula blandi doctores, elementa velint, ut discere prima.* Item pro jamdudum vel jampridem. Ut, *olim non librum in manus non stylum sumpsi.* Item pro nuper. Ut, *tu alium esse censes nunc me, atq; olim cum dabam.* Item olim jam, pro jam longo tempore, Nu en lang tid. *Olim jam tibi insidiantur.* Item pro quovis tempore, Engang. *Hic ubi prævalidas olim multoq; fluentes sufficiet Baccho vites.* Aliter ab ὥρα & ὥρος tempus q. orim, olim: ut prima significatio sit temporis indefiniti.

OLLA, æ, f. pr. & antiquè aula, vas figulare ex argilla; in quo cibaria coquuntur, ab ὀλλύω, perdo, destruo; quod facilè frangatur, Leerpotte/ Leergryd. Est & vitium arborum.

Ollula & antiquè aulula, f. pr. parva olla.

Ollaria, æ, f. pr. temperatura æris, sic dicta ab olla vase.

Ollaris, re, om. t. quod ad ollas pertinet. Ut, *uvæ collares*, quæ facile in ollis conduntur.

Aululariæ, Plauti Comœdia, ab olla Euclionis nomen habens, in qua ille aurum condiderat.

Auxilla, æ, f. pr. demin. Idem quod ollula.

OLOR, oris, m. t. pr. corr. ales eſt, qui & Græca voce Cygnus dicitur ab ἀύλέω, tibiâ cano, quòd colli longitudine & inflexione varias reddat modulationes: vel q. ὅλος, ὡραῖος, quod ſit totus pulcher, Svane Elmte. De cantu tamen ſub horam mortis ambigunt & controverſantur auctores.

Olorinus, a, um, quod eſt oloris, vel olorem refert. Ut, *color olorinus* pro candido.

OLUS, vide HOLUS.

OMASUM, n. ſ. pr. corr. pars bubuli ventriculi craſſior & opinior: vel potiùs tertius ruminantium ventriculus, qui intus eſt aſper, cancellatus, cruſtatus & foliis, q. pluribus diſtinctus; ab ὁμὰς multitudo, propter multitudinem foliorum, Liglag/Laglep.

Compoſ.

Abomaſum, ſi, n. ſ. Gazæ, quartus ruminantium ventriculus intùs folia multa habens & glabra, Roden.

OMEN, inis, n. t. pr. prod. dictum aut factum caſu exceptum, quo rei cujuſpiam eventus portendi poſſe videtur, ab ore ſic dictum, q. oſmen, vel orimen, Lyckeligt eller wlyckeligt ord ſom falder en aff munden/ et ont eller gaat moed/eller mundheld/ ont eller gaat behag. Ut n. Deorum voces, ità & hominum obſervabantur, quæ quia valere cenſebant, idcircò rebus omnibus agendis, præfabantur, quod bonum, fauſtum, felix, fortunatumq; eſſet. Erant & omina tria boni aut mali portendentia: ſternutatio, ſaliſatio & palpitatio ſupercilii, & tinnitus aurium; quæ & quidam Chriſtiani nimis ſuperſticioſi retinent, & obſervant. Aliter ab οἴω, puto, opinor, conjicio, q. ex quo fit conjectura aliqua & opinio, ut οἴομα opinio mente concepta. Item ab ὄρνυμι augeor, vaticinor.

Omino, as, antiquè, idem quod ominor.

Ominor, aris, dep. pr. omen capio, Giffuer act paa noget huad der vil efterfølge/ ſpaaer. *Benè ominatur*, ſpaaer vel. Malè ominatur, ſpaaer Ilde. *Meliùs ominare*, pro meliora verba loquere.

Ominator, oris, m. t. qui ominatur, capiendiſvè ominibus præeſt, Spaamand oc Tegns vdlegger.

Ominoſus, a, um, quod omen malum portendit. Ut, *res eſt ominoſa*, betyder ont/wlyckeligt.

Compoſita.

Abomino, antiquè, pro abominor.

Abominor, aris, dep. pr. aliquid mali ominis habeo, holder for ont/ ont behag/ behager ilde: *Abominamur recedente aliquo ab epulis, ſimul verri ſolum: Incendio inter epulas nominato: aquam ſub menſam profundi abominamur.* Item, malè ominor, ſpaaer ilde/ſpaaer det ſom ont er. *Moderatè perferendum eſt inſigne regium, aut quod abominor, in te ruet.*

Abominandus, a, um, deteſtatione dignum, gruelig/ forbandelig. *Abominandum exitium.*

Abominatus, a, um, quod abominati ſumus. Ut, *Hannibal parentibus abominatus*, i. e. malis ominibus devotus, forbandet.

Inominatus, a, um, malè ominatus, infelix, wlyckelig.

OMENTUM, n. ſ. pr. prod. membrana tenuis & pinguis, quâ inteſtina obteguntur q. operimentum, Suøb/ den Iſterhinde eller Tellehinde/ huor vdi Tarmene oc Indvollen er ſuøbte. Item omentum, membranæ cerebrum ambientes, græca voce, meninge/ hierne hinde oc ſuøb. Alitèr ab opimum q. opimentum. Item ab ovo, q. ovamentum, quo ovantes numinibus litabant. Unde illud Perſii: *Tot tibi cum in flammajunicum omenta liqueſcant.* Partes enim hoſtiæ operiebantur omento.

Omentatus, a, um, pingui & conciſo omento factum, vel omento involutum. Ut, *inſicia omentata.*

OMNIS, mne. om. t. dictio eſt quantitatis diſcretæ, comprehendens unà unitates quotquot ſunt, ab ὁμῶς ſimul, unà, pariter, & ὁμὰς omnis ſimul, univerſitas, multitudo, Alt. *Omnis homo*, alle mand: *Omnis grex*, all Fiorden. *Omne pecus*, alt Quæg: *Omne genus*, alt ſlags/ alle ſlags: *Omnis hora*, alle Stund: *Omnis frux vel fruges*, all Fruct oc Grøde. *Omnis arbor*, all Træ. Sic & pluraliter, *omnes homines, omnes arbores: omnes greges.* Interdum ponitur pro toto, gandſke. *Omnis cauſa*, gandſke ſag/ all ſagen. Sic *omne cœlum, omne corpus*: *omnis animus*, Gandſke Himmel/ Krop/ Sind. Sequitur autem ſuo loco conſtructionem partitivorum. Ut, *omnes omnium generum, ætatum, ordinum viri ac mulieres*, Alle Mand oc Quinder aff alle Slect/aff alle Stander. Sic *omnes mortales omnium generum*, aff alle ſlægs. Et *omnes Macedonum*, alle blant dem. Jungitur & adjectivis omnium graduum. Ut, *omnis pius*: *omnia jucundiora*: *omnia extrema, minima.* Et *omnes antiquiſſimi cives.* Item antiquè per auxeſin vel ſuperfluè, *omnes pleriq; hoc faciunt. Hoc genus hominum omnibus univerſis eſt adverſum: talibus dictis univerſi omnes aſſenſère.*

Omninò, adverb. pro omni numero, omniq; modo, Alldelis. *Vix aut omnino non poteſt fieri.* Ponitur & interdum pro etiam, Oc ſaa: *Perfecerat q; fortuna, ut quid tale ſcribere poſſem, aut omninò cogitare.* Item pro tantummodò, Aldielis. *Quinq; omninò fuerunt, qui illum abſolverent.*

ONUS, eris, n. t. pr. corr. propriè ſarcina ponderoſior, & moles, quæ magno niſu atq; moleſtia portatur, ab ὄνος, aſinus, q. aſinina ſarcina, ſtoer Tynge oc børden. *Formicæ ore gerunt onus: miles ſub iniquo onere carpit viam. Commeant eò omnes cum mercibus & oneribus.* Inde quicquid præmit, grave eſt & moleſtum, Beſuerligt/ til tynge. *Mihi oneri eſtis.* Item munus & officium, quod cum labore pro aliis ſuſtinetur, vmage/ beſuærlig tieniſt oc beſtilling. *Plùs oneris ego habeo quàm alii: tuum ego onus ſuſtineo.* Sic *onus domeſticum, onus officii.* In qua ſignificatione non inſcitè deducitur ab ὄνησις utile, q. officium & labor, quo aliis commodamus & utilitatem afferimus.

Onerarius, a, um, quod oneribus ferendis accommodum eſt. Ut, *navis oneraria*, Kiøbmandsſkib/ Kuffartſkib/ Laſt eller lade Skib.

Onero, as, act. pr. onus impono, Tynger/Laſſer. *Onerat aſellum ſarcina, pomis. Onerat humerum pallio.* Et translatè, *onerare aliquem curis*, bemøde/giøre ommage/laſſe/ betynge oc forfylde med ſorg oc ombu. Sic *onerare maledictis*, pro injuria vehementèr afficere; *onerare laudibus*, pro vehementer laudare. *Onerare promiſſis, onerare mendaciis*, fylle en med ſaadant. *Onerare præceptis*, eſt mandata dare. *Onerare populum*, eſt nimis exactionibus gravare, betynge.

Oneratus, a, um, quod oneravimus, Laſſet. *Ancilla veſte onerata.* Et translatè, *donis & ſpe oneratus.*

Onero-

Onerosus, a, um, sior, sissimus, onere plenum, Tungt. *Cibus stomacho onerosus: onerosa præda.*

Onustus, a, um, idem quod oneratus. Ut, *navis frumento onusta: aula onusta auri*, fuld. Et translatè, *onustum pectus lætitiâ: corpus senectute onustum.* Item, onustus pro saturo, Fylt.

Composita.

Deonero, as, act. pr. onus, depono, Afflasser / losser aff / letter. Et translatè, *ex invidia aliquid deonerat*, i. e. deponit.

Exonero, as, act. pr. onere levo, seu onus depono, Affe lasser/letter/losser. *Humerum pallio exonerabit.* Et *exonerare ventrem*, est onus ventris ejicere, giøre sit be høff / pumpe. *Flubius se in mare exonerat*, i. e. onus suum in mare emittit, losser sig. Item translatè, *exonerare aliquem metu*, est onere metus levare, hielpe aff den fryct/ lette ens fryct.

OPACUS, a, um, pr. corr. proprie quod radios non transmittit, qualis est terra, ab ops, i. e. terra. Inde quod in umbra est, aut umbra ipsa, tiuckt/ mørckt/ oc det som skugger / eller er i skugge. *Opaca nubes*, Tyck oc mørck skye: *Opacum frigus*, Tiuck frost oc kuld. *Sylva opaca: locus opacus & frigidus in sylva: opaca ripa.* Aliter ab ὀπάω video, per antiphrasin.

Opacitas, atis, f. t. Colum. opaci ratio & affectio, Tyckhed/mørckhed.

Opaco, as, act, pr. opacum facio, mørcker / skygger. *Teguminibus opacant bites: terram modò bis, modò tùs partibus opacat.*

Compos.

Inopaco, as, Colum. act. pr. opacum & obscurum reddo, beskygger/giør mørckt. *Tectum inopacant consitæ arbores.*

OPERA, æ, f. pr. corr. propriè manus & studium quod opi, i. e. Terræ excolendæ impendebatur, unde & dicta est. Inde omnis labor, studiumq;, quod pro re quacunq; efficienda suscipitur, Arbeide oc ommage at giøre nogen gierning oc tienisse: *A mercenarius opera exigenda est: Res est multæ operæ & laboris: non parcam operæ: opera, consilio & rejuvabo: tua operâ, virtute & sapientia fecisti, ut redire liceat ad parentes. Dare alicui rei operam*, Legge vind paa/hafue omma ge med noget. Dicitur & Plaut. *est operæ*, i. e. operæ pretium; sive dignum est operâ, det er verd. *Non est operæ, mihi hoc facere est operæ, auribus hæc percipere.* Volunt autem quidam dativi esse casus, quâ forma dicimus, est oneri. Ponitur & interdum pluraliter: operæ pro ipsis hominibus operariis, vel ad operam conductis, mercenariis, operariis, Arbeidsfolck: *Erat mihi contentio cum operis conductis: operæ clodianæ pontes occuparunt.* Aliter opera ab opus; opus a. ab ἔπω facio administro.

Opella, æ, f. pr. parva & exigua opera.

Operula, læ, f. pr. Apul. idem.

Operarius, a, um, quod ad operam pertinet. Ut, *homo operarius.* Et absolutè operarius, Arbeidskarl: Et operaria, Arbeidsquinde eller Tiunde. *Vinum operarium*, quod operariis expromitur. *Operarium pecus*, Arbeids Quæg: nimirum cujus opera utimur in operib. nostris, *Lapis operarius*, qui servit opificum operis, ut eos, Baandverckssteen. Item *operarii lapides*, quorum etiam nobis usus est operaq;, Gaffngiørende steen.

Sic *operarium lignum*, gaffngiørende tømmer. *Operarius dies*, in quo operam exercemus, Søgndag.

Operor, aris, dep. pr. operam rei adhibeo, Arbeider. *Adolescentiores ad opera exeunt: seniores ritus operantur.* Item operam do, Legger vind paa. *Operari rebus venereis: operari superstitionibus, operari festa*, pro celebrare, sacra facere, holde helligt/ offre. Et *operari noctes* Luna dicitur, cum circulum suum per noctis tempus absolvit, & post solis occasum lumen nobis præbet, quod veluti opus ejus est.

Operatio, onis, operandi actus. Ut, *operatio nebulonis*, quâ operatur. Accipitur & pro sacrificio. Ut, *hæc operatio crimen expiet.*

Operatus, a, um, quod operatur. Ut, *connubiis arbitris nobis operata juvencis.* Et absolutè operatus, qui sacris operatur & sacra facit.

Operosus, a, um, sior, sissimus, quòd multa opera est confectum, quodve multæ est operæ, Besuerligt / tunge ferdigt / tungt at giøre / fuld aff arbeid oc konst / der mand hafuer stor wmage for: *statua operosa, operosus libus*, qui multâ opera acquiritur. Sic, *operosa securitas: divitiæ operosæ.* Item activè qui operam dat rebus gerendis. Ut, *operosus colonus: operosa brachia Cyclopum.* Et *operosa senectus*, Som henger altid i gierning / hafuer altid at giøre.

Operosè, ius, issimè, modo operoso, besuerligen / med wmage oc stor arbeide. *Operosius dicit.*

Operositas, atis, f. t. Quintil pro nimia & superflua opera.

Oportet, verbum impersonale significans consentaneum, ex officio & opere faciundo, ab opera, q. ubi opera requiritur nostra, det bør / det maa endelig være. *Abundare te oportet præceptis Philosophiæ.* Et Personaliter. Quint. *Disertos satis putat dicere, quæ oporteant.* Aliter deducitur ab opus, ut à pœna pœnitet.

Opus, eris, n. t. finis & fructus operæ, vel operantis, sive operæ effectus, giort arbeide / Jt stycke arbeid / giort gierning. *In opere faciundo operam consumis tuam.* Ponitur & pro ipsa opera, quæ impenditur, gierning oc arbeid. *Opere & manu hoc factum est.* Sic *navat opus*, pro operam. Item pro munere & quocunq; labore, bestilling oc wmage. *Nunquam mihi opus deest.* Item Plaut. *opere te oro*, i. e. magnopere. Dicimus & opus est, cujus opera indigemus, det giøris behoff. *Opus est facto.* Item adjectivè; *opus est huic argentum: helleborum: dic, impera si quid opus est.* Aliter ab ἔπω facio, administro.

Opusculum, u. s. parvum exiguum aut vile opus.

Composita.

Magnoperè, & maximoperè, adverb. q. opere magno, & cum diligentia & industria, storligen / flitteligen / med stor flid oc wmage. *Maximoperè servæ viaticum: magnoperè mihi interminatus est: magnoperè properat, laborat.* Et resolutè sive disjunctè: *opere magno hoc expetit: opere magno, maximo, vos orat.*

Minimoperè, antiquè: Ut, *minimoperè milites quiescere voluerunt.*

Multoperè, Plaut. q. opere multo, & idem quod magnopere, storligen.

Nimioperè, pro nimio opere, i. e. valdè, storligen / offuermaade. *Quos ædificia magnifica nimiopere delectant.*

Peropus, Terent. valdè opus. Ut, *peropus est cum ipsa loqui.*

Quanto-

Quantoperè, q. quanto opere ſtudio & labore, Huor ſtorligen: *Dici non poteſt quantoperè gaudeant: neq; tantoperè deſiderabam, quantoperè delector.* Et per tmeſin, *Quantoq; opere ejus municipii cauſa laborarem tibi oſtendi.*

Seſquiopera, i. e. operà unius diei & dimidiati. Ut, *fabæ occantur ſeſquioperâ, ſarriuntur ſeſquioperâ.*

Seſquiopus, quod eſt tantundem operis cum ſemi. Ut, *alios octonos effoderint lapides, tu ſeſquiopus confeceris*, i.e. octonos lapides & quaternos effoderis.

Summopere, ſtorligen. *Summopere hoc vitare oportebat.*

Tantopere, pro tàm vehementer q. opere tanto. Ut, *non eſt quòd lauderis tantoperè*, ſaa ſtorligen.

OPICUS, a, um, pen. corr. Juvenal. ex antiquitate, idem quòd impurus, immundus, ſordidus, ab Opicis gente Campaniæ, profligatæ libidinis hominibus & barbarè loquentibus. Ut, *verba opicæ amicæ caſtigat: opici audimus*, i. e. barbari: *mares opici*, i. e. ſordidi, immundi.

OPIMUS, a, um, pr. corr. idem eſt quod dives & pinguis, q. quod ubertate ſua opem, i. e. terram refert, Offuerflødigt/Rigt oc Fæt. *Menſa opima: præda opima: ſpolia opima*, pro amplis & magnificis, quæ dux duci detrahit: qualia fuerunt ea, quæ omnium primus Jovi Feretrio obtulit Romulus, Rege Ceninenſium, manibus ſuis in acie occiſo, Rigt oc Fæt bytte. *Res opimæ: corporis habitu opimus*, Fæd oc Lubbet. Opimior comparat. apud Gell.

Opimè, modo opimo, Rigeligen/ Offuerflødelis gen: *Domus opimè & opiparè inſtructa.*

Opimitas, atis, f. t. opimi affectio & conditio, Offuerflødighed oc Fædhed.

Opimo, as, act. pr. Colum. opimum facio. Ut, *offæ panis palumbos opimant.*

OPINIO, onis, f. t. pr. corr. & antepen. prod. ſententia animo concepta de re aliqua, ſive vera, ſive falſa, maximè non certis ratiocinationibus, q. opanio, ab ὁπάω video ὁπάνομαι videor, appareo, ut ſit de apparentibus & animo viſis, non certa ratione exploratis, Meening oc tancke om noget/ tycke. *Magna eſt multitudinis opinio de juſtitia: opinio belli & de bello: priùs tua opinione hîc adero*, Forend du troer / eller vider aff: *Neq; noſtra opinio, neq; tua fides nos fefellit.*

Opinor, aris, dep. pr. opinionem habeo de re aliqua, haffuer mening oc tancke om noget / ſiunis / tyckis. Multa in vita falsò homines opinantur: De vobis Senatus opinatur non ſecus ac de deterrimis hoſtibus.

Opinatio, onis, opinandi actus, Tycke / mening. Opinatio eſt imbecilla aſſenſio, Liden tancke oc meening om noget.

Opinator, oris, m. t. qui opinari ſolet, aut qui opinionem de re aliqua habet.

Opinatus, us, m. q. Plin. idem quod opinatio.

Opinabilis, le, om. t. quod opinione concipi poteſt. Ut, *artes opinabiles.*

Compoſita.

Adopinor, Lucr. idem quod opinor.

Exopinatò, adverb. præter opinionem & ſpem, wforhaabt/wforvarende/ hoppende. *Exopinatò invaſit hoſtem.*

Inopinabilis, le, om. t. Gel. quod non opinati ſumus futurum fuiſſe. Ut, *materia inopinabilis.*

Inopinans, antis, om. t. cui aliquid præter opinionem accidit, wacteſom. *Multos in agris inopinantes deprehendit.*

Inopinantèr, modo inopinato. Ut, *multum inopinanter obtulit.*

Inopinatus, a, um, quod præter ſpem & opinionem evenit, wact/ wforvarende. *Hoc ipſis fuit inopinatum.*

Inopinatè & inopinato, adverb. modo inopinato & præter ſpem, wforvarende. *Inopinatè hoc accidit: inopinatò in caſtra irruperunt.*

Inopinus, a, um, idem quod inopinatus. Ut, *inopina quies: inopina gaudia: inopinus dolor*, wactet.

OPPIDUM, vel Opidum, di, n. ſ. loeus ſecuræ civium habitationi munitus, ſic dictum vel ab opibus civium, propter mercimonia & publicum forum, quo pagani etiam ſuas convehnnt opes & agrorum fructus: vel ab ipſa ope contra hoſtiles incurſus, Kiøbſtad.

Oppidulum, n. ſ. parvum oppidum, liden Kiøbſtad. Oppida, ſmaa Kiøbſteder.

Oppidanus, a, um, quod ad oppidum pertinet. Ut, *jus oppidanum*, Kiøbſted Ræt/ Stadz Ræt. Et abſolutè *oppidanus*, qui oppidum incolit, Borger.

Oppidatim, per varia oppida, Fra en Bye til en anden. *Oppidatim diſcurrit.*

Oppido, adverb. pro multùm vel valdè q. ubi tanta copia, quanta oppido ſatis eſt, Meget / ſtorligen. *Oppidò hîc in vita eſt.* Ponitur & pro ſtatim. Ut, *argentum omne oppidò reddidit.*

OPS, antiquis & pro divite & pro eo, qui auxilium fert, ab ope, i. e. terra, quæ divitias fundit & egentibus auxilio eſt. Obſoleta autem hæc vox reliquit ex ſe tres caſus fœmineos in ſingulari, pr. corr. opis, opem & ope: Et integros ſex in plurali: opes, opum &c. In ſingulari ſignificat auxilium, Hielp oc Biſtand. *Opis egens: opem illi tulit: ope deſtitutus.* Item, aliquando poteſtatem & vires, mact oc effne. *Non eſt opis noſtræ.* Item, vim. Ut, *ſumma ope niti decet*, aff all mact, Item divitiis. Ut *vidi te aſtantem ope barbarica*, i. e. opulentis luxurioſa. In plurali ſignificat divitias q. quas ops terra fundat, Rigdom. *Auxilio tutos mittam, opibusq; juvabo.* Ponitur & pro auxilio. Ut, *opes hominis implorat.* Alitèr opes ab ovibus, quia in multitudine pecorum maximè ovium, divitias collocabant: unde & opicerda & opilio, q. ovicerda & ovilio.

Opitulor, aris, dep. pr. opem fero, giør hielp oc biſtand. *Opitulatur Reipublicæ: opitulatur inopiæ.*

Opitulator, oris, m. t. qui opitulatur.

Opitulus, Epitheton, Jovis opem ferentis in rebus dubiis & malis.

Opulentus, a, um, tior, tiſſimus, opibus & divitiis abundans, Rig. *Homo opulentus: templum donis opulentum: urbs opulentiſſima.*

Opulentèr, ius, tiſſimè, modo opulento, Rigeligen. *Opulentèr inſtructi ludi.*

Opulentia, æ, f. pr. opulenti conditio & res, Rigdom.

Opulentitas, atis, f. t. Plaut. idem.

Opulento, as, act. pr. opulentum facio. Ut, *fundus opibus te opulentat: herum opulentat baccis oliva.*

Opuleſco, is, antiquè pro opulentus ſio.

Compo-

Compoſita.

Inops, pis, om. t. qui opibus aut ope deſtituitur, **fattig/ vedtørffuende/hielpeløs.** *Multitudo inops ab iis premitur, qui majores habent opes.* Et cum caſu, *inops conſilii,* **Raadevild/Raadeløs:** *Inops auxilii,* **Hielpeløs:** *Inops animi,* **Kleinmodig/ miſtrøſtig.** *Inops prudentiæ,* **Vanvittig/ vankundig.** *Inops remedii,* **Som veed ingen redding/raadeløs.** *Inops dicendi,* **Fattig paa ord.**

Inopia, æ, f. pr. inopis affectio & conditio; **Fattigdom.**

Inopioſus, Plaut. pro inops; ut, *res conſilii inopioſa.*

OPTO, as, n. pr. propriè opem à Deo peto, ab opè illa deducta vocè: inde quidvis, quod deeſt, animo & ardentiùs peto, **ynſker oc begier.** *A diis immortalibus optabo: optabit & inſaniam:* Et *de tribus ſibi unum optabit.* Item, opto activè, eligo, deligo, **Vdvelger.** *Optare ſacerdotem licet: optabit locum tectis.*

Optatio, onis, optandi actus, **ynſkning/ ynſk/ynſken.** *Theſeo tres erant optationes datæ.* Item *optatio ornatus orationis.*

Optatus, a, um, quod optavimus, **ynſkt.** Et ſpecialitèr optatus, qui in honeſtum locum ſtatumvè eſt electus, **Vdkaaret.** Item amiſſo tempore, *optatiſſimus nuncius, amicus, frater: nihil mihi fuit optatius,* **ynſkeligt.** Item abſolutè optatum idem quod optatio, **ynſk oc begæring.** *Accidit præter optatum meum.*

Optatò, adverb. modo optato, **ynſkeligen:** *Optatò advenit.*

Optabilis, le, om. t. quod optari debet, **ynſkeligt.** *Pax ſemper mihi optabilis: literæ optabiles: juſticia per ſe optabilis.*

Optabiliter, modo optabili, **ynſkeligen.** *Iter optabiliter jucundum.*

Optio, onis, f. t. idem quod optatio. Et ſpecialitèr electio vel adoptatio. Ut, *Tua hæc eſt optio; elige utrum velis. Optio eligendi tibi data eſt.* Item, *optio judicis: optio decurionis,* quâ judex aut decurio adoptatur, adſciſciturq;.

Optio, onis, m. t. nomen officii, quâ is ſignificatur, qui adoptatus erat, tanquam vicarius Tribuno vel centurioni morbo aut negotiis impedito: quivé privata miniſteria eorum obivit, illis publicis negotiis occupatis. Sic translatè *optio dici* teſt, qui eſt vicarius Præfecti alicujus Regii, **B'** ,et / **Slodsfoget/ Ridefoget.** Vox enim Præfectus, propriè loquendo, majoris eſt dignitatis, quàm ut is miniſtris accommodetur. Optio itaq; ſi obibat publica munia, **Lutenant.** Si privata, **Foget.** Inde *optio carceris,* **Tornegiemmer.** *Optio fabricæ,* idem quod fabricenſis.

Optionatus, us, m. q. officium optionis.

Optivus, a, um, Horat. pro adoptivo. Ut, *cognomine optivo creſcit.*

Compoſita.

Adopto, as, act. pr. juri filiorum meorum aſſciſco, **Vdfaare oc giøre til Søn/Liuſe i fuld oc fiøn.** *Adoptavit ſibi Scipionem: adoptavit filium.* Et *adoptavit à Paulo.* Et translatè, *ramus ramum adoptat,* ſcil. ubi inſeritur. Item, inde eligo. Ut, *adoptare Patronum, ſibi defenſorem,* **Tage ſig vd til noget.**

Adoptatio, onis, adoptandi actus. Ut, *adoptatio filiorum,* **Vdfaarelſe.**

Adoptator, oris, m. t. qui adoptat.

Adoptatus, a, um, quem adoptavimus.

Adoptaticius, a, um, idem quod adoptivus.

Adopticius, ex adoptato filio natus.

Adoptivus, a, um, qui in adoptionem venit. Et *adoptiva ſacra,* quorum jus per adoptionem acquiſivimus. *Coma adoptiva,* non naturalis, **Laacker/ fletter/ fremmit haar/ løſe locker.**

Coopto, as, ſimul & unanimitèr opto, h. e. eligo & inter pares aut ferè pares, **Samdrecteligen tilfaarer/ tilfeiſer.** *Milites ducem cooptant.*

Cooptatio, onis, actus, quò cooptavimus vel cooptamur, **Tilfeiſen/ tilfaarelſe.** *Cooptatio collegiorum; cooptatio cenſoriâ.*

Cooptandus, a, um, quod cooptari debet, vel cooptatione dignum.

Cooptatus, a, um, quod cooptavimus.

Exopto, as, valde opto, **ſtorligen/ høyligen ynſker:** *Quæ pulcherrima ſunt, maximè exoptantur.*

Exoptabilis, le, om. t. quod exoptatur, **ynſkeligt.** *Tempus exoptabile.*

Exoptatus, a, um, quod exoptavimus, **ynſkt offuere maade.** *Exoptatum nuncium: exoptatus parens.* Et omiſſo tempore, **Vierkommen/ kiert.** *Nihil tuo adventu exoptatiùs: gratulatio exoptatiſſima.*

Præopto, as, potiùs opto & præ aliis hoc opto. Ut, *puerum præoptat perire: præoptabant mortem, quàm alter alterius ſubigeretur imperio.*

ORA, æ, f. pr. prod. extremitas & margo cujusq; rei ab ὄρος terminus & finis regionis vel agri, **Bredde/ kant.** *Ora veſtis,* **Klæderkant/ Klæder rand/ ſøm eller fuorde.** Sic *oram reperire nullam, quam expediam, poſſum: oræ regionum terrarumq;,* & ipſæ maritimæ regiones, **Søekantter/ haffbredde/ ſøeſider.** *Oræ alvearium,* **kubbe bredde eller munde i kubben.** *Oræ belli* vel pro principiis, vel extremis belli, vel ſpatiis & locis belli. Ponitur & ora ſimplicitèr pro quacunq; regione, **Land:** *Quacunq; in ora ac parte terrarum hoc ſit.* Item ora pro funiculo nautico, quo navis oræ alligatur, **Chordeel/ Landtroß.** Sed ſuſpecta hîc eſt ſignificatio, aliis legentibus lora pro ora: aliis interpretantibus oram propriè ſumi pro extremitate terræ, ut ſit *oram ſolvere,* pro à littore ſolvere.

Oraria navis, navicula, quâ oram littoris legimus, **Eſping eller Boed.** Aliter legitur Horia, ut & origo ὅρος aſpiratur.

ORBIS, bis, m. t. corpus circulare q. circino de ſcriptum & definitum ab ὁρίζω definio, & terminis circumſcribo, **Kreds/Ring/Raand/** diciturq; propriè de planis; inde de ſolidis, unde ſequentia ſignificata. *Orbis ſaltatorius,* **RundDantz/ RingDantz.** Et *grues immiſtæ glomerantur in orbes.* Item orbis pro glomere, **Nøgel.** Item pro menſa rotunda, **Tallercken.** Item pro totundo operculo, **Byttelog oc andet ſaadant.** Sic *orbis cæleſtis,* **Himmelen.** Et *orbes cæleſtes,* quos circulari ſuo motu pererrant aſtra, **Himmelens fredz/ gang.** Item, orbis pro mundo, **Verden.** Et *orbis terrarum,* **Verdens fredz.** Item de partibus mundi. *Orbis Aſiæ. Orbis Eous,* **øſterlande.** *Orbis Europæ & orbis occiduus,* **Veſten oc Veſter part aff Verden.** Item orbis pro imperio Romano. Item, pro cingulo vaſis circulato, **Giord.** Item orbis pro abſide in tota, **Hiulering eller Hiulefæl.** *Orbis ablaqueationis,* pro foſſione, quæ in orbem circa vites aut arbores

fieri

fieri ſolet, Rund græffning om Træer. Item, *orbes oculorum* pro ipſis oculis, vel foraminibus frontis, in quibus latent oculi, øyne eller øynehuler. Item orbis pro anno. Ut, *triginta magnos orbes imperio explebit.* Et cum adjectione, *annuus orbis*, Jt Aar. Item translatè, orbis pro contextu & ſerie continua, & quadam q. circumductione orationis, cum periodi legitimis cornatibus & colis ſunt expletæ. Ut, *in Thucydide, orbem orationis deſidero.* Item orbis nomen piſcis figura ſphærica, ſi caudam excipias, Ægyptiis ex Nilo familiaris. Aliter orbis ab urbo, orbo.

Orbiculus, m. ſ. parvus orbis, Liden Ring / ſaaſom Malle / Bøjel / Brick / Tridle. *Orbiculus aleatorius*, Brick i Bretſpil. *Orbiculus trochleæ*, Trilde eller Bricke vdi Tridzen.

Orbiculatus, a, um, quod in orbem factum eſt. Ut, *poma orbiculata*, Rund Ebbel. Sic *mala orbiculata* pro eodem.

Orbiculatim, per orbes, Kredz viis. *Oſſa cervicis orbiculatim vertebrata.*

Orbicus, a, um, Varr. per orbem ductum. Ut, *motus orbicus*, Rundgang.

Orbile, is, n. t. rotæ abſis, Hiuleraad / Hiulering.

Orbita, æ, f. pr. veſtigium rotæ currentis, Hiuleſpor. Ponitur & pro ipſa rota ſeu curru. Ut, *nulla hac divertitur orbita.*

Compoſita.

Exorbito, as, n. pr. Aug. q. ex orbita recedo. Et translatè, à recto aberro, far vild. *Exorbitat ab itinere ſapientiæ & lege juſticiæ.*

ORBUS, a, um, qui re aut perſona chara & incomparabili privatus eſt, per conciſionem, ab Orphanus ejusdem ſignificationis vel immediatè ab ὀρφνὸς tenebræ q. vivens in tenebris, Ene oc forlat. *Orbus oculis*, Blind. *Orbus liberis pater*, ſom haffuer miſt ſin Børn. *Orba patre virgo*, Faderløs. *Orbus auxilii*, Hielpeløs. *Orbus opum*, Armoc ælendig. Et translatè, *orbi palmites*, qui oculis & gemmis carent, nec quicquam pariunt, Blinde Ranker / ræbe eller quiſte / vfructbare.

Orbitas, atis, f. t. orbi conditio. Ut, *privatio parentum, liberorum, mariti.*

Orbitudo, inis, f. t. idem.

Orbo, as, act. pr. orbum facio, & re chara privo, Skiller en ved en kier ting. *Orbat eum luce, orbat ſenſibus.* Et *orbatur auxilio.*

Orbatio, onis, idem, quod orbitas ſeu privatio rei charæ.

Orbatus, a, um, quod orbavimus, Skilt ved / haffuer miſt: *Mater orbata filio.* Et *omni ſpe ſalutis orbatus homo.*

Compoſita.

Exorbo, as, act. pr. idem quod orbo. Et translatè, *exorbare animam*, pro occidere, Slaa ihiel / ſkille ved liffuet.

ORCA, æ, f. pr. vas quoddam aquarum mediocre; vel doliolum vinarium & vaſis genus tereti & uniformi ſpecie, ab ὑρχὴ vas quoddam ut exponitur, vinarium & quidem fictile. Item vas, cui ſalſamenta imponantur, Viinpibe / Smaltynde. Item Cadus in quo ſalſamenta, piſces carnésve muriatæ conduntur, Salt Tønde / Tønde til at ſalte Fiſk eller Kiød vdi. Item vaſis

genus, in quo fici ſervabantur. Item vaſculum luſorium, quod aliàs turricula aut fritillus dicitur, Stob / mand faſter oc leger Terninge med. Item Orca, nomen gemmæ. Item piſcis & belva marina balænis infeſta à vaſtitate & ſimilitudine vaſis vinarii. Sed & in Ariſtotele ὀρκύνες piſces ſunt, qui in pelago pariunt. Apud Heſych. & Athen. ὄρκυν, piſcis genus. Et apud Ælianum ὄρκυν cetaceus piſcis. Hinc orca pro piſce, Et ſlags hual / eller ſpringhual. Aliàs primigenia ſignificatio, unde cæteræ fluunt. Aliter orca, vas ab orcus, quòd recipiat aquam in ſe, ut orcus mortuos.

Orcula, parva orca, Saaſom Fierringer eller Halfftønder.

ORCUS, ci, & antique Uragus, m. ſ. locus inferorum & demortuorum, ab urgendo, ſic dictus, quòd maximè urgeat. Ponitur & pro Plutone. Item pro fato & morte. Aliter orcus ab ὅρκος juramentum, quòd per orcum Deum religioſiùs jurarent, ut per quem & Dii adeoq; Juppiter ipſe juraſſe ſcribuntur. Item ab ὅρκος ſeptum, q. unde uullus reditus.

Orchivus ſeu Orchius, a, um, quod eſt orci. Ut, *Orchivus Theſaurus.* Aſpiratio ex conſvetudine addita eſt.

Orcinus, a, um, ſivè Orcinius, quod eſt orci. Ut, *orcinia ſponda* pro feretro vel ſepulcro.

ORDIUM, dii, n. ſ. antiquè, primum rei & propriè generati ortiq; initium, ab orior, Førſte begyndelſe. *Prima naturæ ordia.*

Ordior, iris, orſus & orditus, dep. q. initium rei facio capioq; q. ordium facio, Begynder. Unus rem ex compoſito orditur: ubi ſubintelligitur fari vel dicere. *Anneus orditur telas orditur à principio & de hac re orditur.* Aliter ordiri in Iſidoro exponitur texere, ab ὄρδημος, ut volunt, quod ſignificat glomum lanæ pexæ & ad texendum paratæ: Et ὀρδικὸν, tunicula è lana texta.

Orſus, a, um, quod orditi ſumus, Begynt: *Bonis initiis orſus tribunatus: orſa fundamenta.*

Orſus, us, m. q. actus, quo aliquid ordimur, Begyndelſe. *Pectoris noſtri orſus.* Item orſus veteribus, idem quod tela.

Ordio, is, antiquè idem quod ordior.

Compoſita.

Adordior, pro aggredior & incipio, Begynder oc gaar. *Adortus eſt bellum.*

Exordium, n. ſ. ortæ rei initium, Begyndelſe. *Exordium vitiorum.* Et *exordium orationis*, pro prima ejus parte & quæ exorditur orationem, Fortale.

Exordior, iris, exorſus, dep. q. exordium facio, Begynder. *Pergam quò cœpi, & ibi conſilia exordiar: orationem exorditur: exorſus eſt dicere: rem exorſus eſt.*

Exorſus, us, m. q. idem quod exordium. Ut, *is eſt exorſus orationis meæ*, Fortale.

Primordium, n. ſ. q. primum ordium, principium & cauſa præcurrens, Førſte begyndelſe. *Primordia rerum. Primordia belli: Primordia dicendi: primordia gentis*, Førſte begyndelſe / vdſpryng oc oprindelig Aarſag.

Redordior, iris. Plin. quod orſum erat ſolvo, Opløſer / løs op igien / væffuer op igien. *Redorditur fœmina fila.*

ORDO, inis, m. t. loci ratio, quâ quid aut præit, aut ſequitur: vel ante, vel retrò; vel dextrorſum vel ſiniſtrorſum:

sum: vel sursum, vel deorsum: voce tractâ ex usu militari, ubi Tribunus militibus dicebat hîc consistè, eò progredere, huc revertere, ὅρσυ δῶ, i. e. terminum do; vel simpliciter ab ὁρίζω, definio, circumscribo, determino, Orden oc visse skick blant Folck oc andet/rad oc lavg. *Ordo militum: ordo arborum: ordo rei, terno consurgunt ordine remi: ordo temporum: ordo dicendi &c. Ex ordine,* Irad/ effter hin anden. *Ordine scis tractare homines*, i. e compositè, perfectè & q. memoriter, ut nihil erres, vedst ret at lave/ du vedst vden ad. Item ordo ratione dignitatis, Stat oc Stand. *Tres erant ordines Romæ: Senatorius, Equestris & plebejus.* Et inde translatè, ipsi homines ordine insigniti. Ut, *gratiosus erat apud omnes ordines*, Hoff alle Stænder/ alle Mand/ høye oc lave. Item manus & copia militaris. Ut, *vir fortissimus ordines duxit*, Slactorden. Item, gradus in subselliis. Ut, *sedisti in quatuordecim ordinibus.*

Ordinarius, a, um, quod certo sit ordine, vel ordine constat, Ordentlig i rad / lavligt. *Semina ordinaria*, quæ ordine sunt dispositæ. *Ordinaria vitis*, in quincuncem dispositæ. Sic *ordinarii lapides; ordinaria consilia: ordinarium officium: Et servus ordinarius* Item, *homo ordinarius*, qui litium amans perpetuus comes est in ordine astantium Prætori; vel q. qui ordinatus esset ad litigandum semper, Ting Stud.

Ordino, as, act. pr. ordine dispono, Setter i rad / i orden/ i lave. *Milites ordinavit: ordinat agmen, statum Reipubl annos.* Et *fata ordinant dii.* Item *ordinare locum viribus*, laffue oc skicke.

Ordinatio, onis, ordinandi actus, lavlig oc ordentlig beskickelse. Unde *ordinatio vitæ nostræ: ordinatio provinciæ & imperii.*

Ordinator, oris, m. t. qui aliquid ordinat. Ut, *litis ordinator.*

Ordinatus, a, um, quod ordinavimus, Sat vdi laffue/ i rad/ i orden/ lavlig beskicket. *Ordinata disciplina.*

Ordinatè, modo ordinato, I laffue / i rad / ordenligen/ lavligen. *Ordinatè disponit orationem.*

Ordinatim, idem. Ut, *ille passim ibat, ego ordinatim.* Ret frem/ lige frem. Sic, *ædificium ordinatim structum.*

Composita.

Extraordinarius, a, um, quod extra ordinem fit. Ut, extraordinarium præsidium: *Extraordinaria potestas: reus extraordinarius: miles extraordinarius; honor extraordinarius*, for vd / offuer forstrifft fremmit til. *Extraordinaria pecunia*, quæ in codicem relata non est.

Inordinatus, a, um, non ordinatus, vlavget / vden orden oc lavge. *Inordinati milites; inordinatissimi pili.*

Interordinium, n. s. spacium, quod est inter ordines, Rom imellom Rader/ saa som mellom Kulene i Humle haffuer: eller mellom jeffne satte Træer i andre haffuer.

ORGANUM, n. s. ὄργανον, idem quod Latinis instrumentum. Ut, *Organum meum erat senatus.* Et peculiariter Architectorum instrumenta organa dicuntur, redskaff. Item instrumentum ad metiendum aptum. Item per excellentiam organa dicuntur instrumenta musica, allehaande Strengeleeg oc spill. Et specialiter quoddam instrumentum genus, quod venti ministerio insonat, Orge/ Orgeverck.

Organarii, n. s. organorum fabricatores.

Organicus, a, um, quod ad organa & instrumenta pertinet. Et absolutè organicus, qui musicis organis canit, Orgemester/ Harpeslaar oc andre saadanne.

Organicè, modo organico. Ut, *organicè modetur.*

ORICHALCUM, n. s. ὀρείχαλκον & ὀρέιχαλκον, æris genus auri colore, sive nativum sive factitium & cadmiâ tinctum. Græcum sonat æs montanum. Latini scripserunt aurichalcum, vel ab auri colore, vel quod constaret ex auro & ære: eratq; antiquitùs majori pretio quàm aurum. Sed fictitia hæc habetur res & mistura. Factitium autem illud cadmiâ tinctum, nos indigitamus, Messing.

ORIOR, eris, dep. t. & antique oriris in quarta conjug unde infinit. oriri, pr. corr. proprie ex obscuro in conspectam prodeo, in lucem venio, ab ὁράω, videor, Kommer op/ kommer frem / kommer til liuset / til syne. *Sol oritur: fons oritur in monte*, vælder op. *Oritur clamor.* Inde tropicè idem quod nascor. Ut, *à te ortus est. Deorum fatu orti sunt.* Exponitur & primaria significatione surgo q. ab ὄρομαι ejusdem significationis.

Oriturus, a, um, p. fut. temporis.

Ortus, a, um, quod oritur, Fød. *In hoc solo ortus es.*

Ortus, us, m. q. oriendi vel orti affectio & ratio, opkomelse/ fremkomst/ fødzel. *Patria vendicat sibi partem ortus.* Sic *Cato ortu Tusculanus, civitate Romanus.* Et specialitèr *ortus solis*, Solens opgang. Sic *ortus reliquorum siderum.*

Oriundus, a, um, qui originem ducit ex aliquo loco, in quo non ipse, sed parentes aut majores ejus nati fuerunt. Ut, *nati Carthagine, sed oriundi à Syracusanis.* Sed & pro ortu ponitur: ut, *oriundus ab ingenuis est*, Fød aff. Nec locum tantùm, sed & personam denotat. Ut, *oriundus à Magno Alexandro.*

Oriens, tis, m. t. idem quod ortus solis, øster. *Qui terrâs ab oriente ad occidentem colunt.* Et adjectivè nascens, incipiens. Ut, *oratio oriens, media, & cadens.*

Orientalis, le, om. t. quod orientem spectat. Ut, *gens orientalis*: pro quo Poëtæ Græca voce utuntur dicentes, *Eoa gens, eoæ merces.* Et absolutè *eous*, fingitur esse unus ex solis equis, qui ex oriente prodit.

Origo, inis, f. t. principium, unde aliquid oritur, Oprindelse. *Origo rerum, origo mundi, gentis, temporis, causæ, eloquentiæ, doloris, &c.*

Originalis, le, om. t. quod est originis. Ut, *peccatum originale*: *culpa originalis*, Arffuelig Synd.

Originarius, m. s. qui contrahit municipatum origine principalitèr.

Originatio, onis, f. t. Quintil. pro Etymologia, quæ verborum originem inquirit.

Composita.

Aborior, eris, dep. Varr. de fœmina dicitur fœtum imperfectum & ante tempus edente ejicienteq;, Føder Kiliß foster. Et in genere brutorum, Kaster. *Si prægnans biberit hoc vinum, fieri potest, ut aboriatur.* Et Gell. pass. de ipso fœtu: *fœtus aboritur*, i. e. ante maturum tempus ejicitur. Legitur & in quart. conjug.

Abortio, onis, aboriendi actus.

Abortium, Hieron. idem.

Abortus, us, m. q. idem quod abortio, cum sc. non longe post conceptionem, aut sub tempus pariendi aboritur & ejicitur, Mißfødzel. Ponitur inde sæpè pro ipso fœtu, vridig Foster / vfuldkommen Barn / Mißfødzel / fød i vride eller fortulig.

Abortio, is, tivi, n. q. Plin. & Abortior, iris, dep. q. abortum edo, Vanføder / Mißføder / Føder feil.

Abortivus, a, um, quod abortum facere potest, ut sternuisse à coitu. *Abortivus fœtus*, qui per abortum editur, & absolutè pro eodem, abortivum, vfuldbaaren Barn / vridig Foster.

Aborto, as, Varr. idem quod abortio.

Adorior, eris, dep. t. repentè & ex insidiis aliquem invado & aggredior, ab eo quòd corpora aggredientium exsurgant subito atq; increscant, Angriber / Angaar. *Adoritur civitatem*, scil. bello. *Hominem tumultuosissimè adoritur. Piratæ navem adoriuntur, adoriri aliquem inermem & imparatum.* Item incipio. Ut, *eum lacessere adoritur: Antequam præclarum hoc opus mundi adoriretur*, i. e. inchoaret. Legitur & in quart. conjug.

Adoriendus, a, um, quod odoriri debemus. Ut, *occasio idonea ad rem adoriendam.*

Coorior, eris, dep. t. idem quod orior vel simul orior, kommer eller sticker op tillige. *Cooritur tempestas: Volsci & Æqui ad bellum cooriuntur.*

Exorior, eris, dep. t. & iris, q. alicunde orior, Opkommer / opvoxer / ophæffuis. *Exoritur discordia, clamor, dies, aurora.* Item reperiore & præter opinionem orior, kommer hasteligen oc vforvarendis op. *Repentinus nobis Sylla exoritur.* Item dejectus erigor, kommer paa fode / op igien. *Ego nunc paulum exorior, & maximè quidem his literis quæ Roma afferuntur.*

Exortus, a, um, Opkommen. *Beneficio annuli Rex exortus: hæc à te sunt exorta*, kommen fra dig.

Exortus, us, m. q. exoriendi actus, Opkomst / opkommelse / opgang. *Exortus Solis.*

Exortivus, a, um, Plin. quod exortum spectat. Ut, *exortiva mensura*, quæ exortum nostri complectitur, begyndelsis oc opkomstis tid. *Pars cæli exortiva*, quæ exortum seu orientem spectat, mod opgang.

Oborior, eris, dep. t. in rem aliquam orior, paakommer. *Lacrymæ mihi oboriuntur: oboriuntur tenebræ.*

Suborior, iris, d. q. sensim aut statim pòst vel subinde, aliud post aliud orior. Ut, *clamor suboritur.*

ORNO, as, act. pr. honorem & laudem asciticio aliquo corpori concilio, ab ὠραῖον, venustum decorum, pulchrum, vel ab ὄυρανον, cœlum, q. cœlestem pulcritudinem concilio. Et inde quacunq; opera, quocunq; modo, verbo aut facto honorem rei concilio, Smycker / pryder / roser / ærer. *Ornare aliquem gemmis, veste, verbis, donis, frondibus, insignibus, gloriâ, laudibus.* Et sine modo: *ornavit Cæsarem.* Item, orno, pro præparo, apto, Laffuer til / sætter i laffue. *Aliud sibi penum ornat. Ornet apud vos nuptias.* Sic *ornare fugam*, Laffue sig paa fluct. Aliter Varr. ornare ab ore q. ora & vultum compono.

Ornatus, a, um, quod ornavimus, Smycket / prydet. *Cœli forma sideribus ornata: foliis olivæ caput ornatum: homo ornatus ex suis virtutibus. Bono ingenio me ornatum malo quàm auro. Ornati Dii*, qui foliis erant redimiti. Et amisso tempore, Smuck. *Ornatissimus vir suæ civitatis*, Smuck / herlig oc stadzlig. Sic *fundus ornatissimus.* Et absolutè ornatum, pro ornatu, Prydning / prydelse. *Nihil ornati video in ædibus.*

Ornatè, ius, tissimè, modo ornato, Prydeligen / herligen / stadzeligen. *Ornatè loquitur.*

Ornatus, us, m. q. ornatæ rei ratio & affectio, Prydning / prydelse. *Ornatus regius: ornatus militaris: ornatus orationis.* Et *ornatus thalassicus*, pro vestitu marino & nautico.

Ornamentum, n. s. idem. Item, quicquid, quo aliquid ornatur, Smycke. Item, apparatus, Tilredning. Item ornamentum, pro ipso honore, ære. Propugnantua ornamenta. Item pro beneficio honorifico. Ut, *multa à me ornamenta in te sunt profecta.*

Composita.

Adorno, as, idem quod orno. Ut, *insigni veste & curuli regia sella Flaminem adornabit.* Inde honore afficio. Ut, *adornare adolescentem.* Item instruo. Ut, *maria classibus adornat.*

Adornatus, a, um, quod adornavimus. Ut, *forum adornatum magnifico ornatu: copia testium ab illo adornata*, i. e. instructa.

Exorno, as, diligentèr orno, Bepryder / staffere / smycker. *Locum exornat: hominem veste exornat: verbis orationem exornat.*

Exornatio, onis, exornandi actus, Beprydelse / staffering / smycken. *Sine omni exornatione rem exposuit.*

Exornator, oris, m. t. qui exornat. Ut *rerum exornator.*

Exornatus, a, um, quod exornavimus. Ut, *veste exornatus.*

Inornatus, a, um, non ornatus, vbeprydet / vstaffert. *Inornati capilli: inornata verba.*

Inornatè, modo inornato. Ut, *inornatè dicit*, vprydeligen.

Perorno, as, valdè orno. Ut, *perornavit senatum.*

Perornatus, a, um, quod perornavimus. Ut, *perornata oratio.* Et amisso tempore: *Crassus in dicendo perornatus & brevis.*

Suborno, as, idem quod orno, & quidem verè & ad bonum, Pryder. *Tu, mi Cicero, quod adhuc fecisti, idem præsta, ut nos subornes.* Item orno & instruo ad malum, & clàm submitto, Ryster / giør vd. *Falsum subornavit testem: subornabit medicum judicem*, qui finget videl. aliquod crimen veneni. *Fictus testis subornatur.*

Subornatus, a, um, quod subornavimus. Ut, *subornatus à natum homo in vitam venit*, Pryder / vel vdgiort. Et *accusatores à te subornati*, Vdgiorde / vdrystede.

ORNUS, m. f. s. arbor est gracilis & procera, cortice albo, ideoq; ventis exposita, παρὰ τὸ ὀρνύειν à concitando dicta, Aynbog. Sed & ejus quendam fructum vocant seplasiarii Orneoglossum, q. d. avis linguam. Alii censent ornum esse genus fraxini sylvestris folio latiori.

ORO, as, n. pr prod. verbis conceptis humiliter & cum veneratione peto & precibus posco, ab ἀρράομαι precor, ἄρα, preces, Beder ydmygeligen / beder oc formaaner. *Te oro me tuendum suscipias: precibus oro. Id postremùm parentes suos liberi orabant unum vos oro:*

oro: *multâ Deos orat.* Et *oro tecum*, Plaut. Pro oro te. Item oro, pro verba facio, seu verbis conceptis causam ago, holder ord oc tale til nogen. *Causam capitis orat: orat litem*, handler en liffs sag / driffuer en Trætte. Aliter oro simpliciter ab os, q. ore pronuncio. Item ab ὁαείζειν confabulari colloqui. Item ab ἔρω dico, ut hæc sit prima significatio, ex qua fluat illa precandi, ex adjuncto.

Oratio, onis, f. t. orandi actus, vel orantis ratio & affectus, Bøn. Et peculiariter quo quis agit & verba facit, Ord oc tale / mæle. *Regina rerum oratio.* Sic *oratione beneficus*, qui multa verbis promittit, Rund paa løffte oc tilsagn.

Oratiuncula, f. pr. parva & exilis oratio.

Orator, oris, m. t. qui orat & causas agit. Item Romanis, qui ablegabatur à Principe aut Republ. orandi & mandata peragendi causâ, Førstelig Sendebud / som forhandler Sager.

Oratrix, icis, f. t. quæ verba facit.

Oratorius, a, um, quod ad oratorem pertinet. Ut, *oratoria præcepta: oratorius ornatus: oratoria urbanitas.*

Oratoriè, modo oratorio, oratoris more, ornatè & eleganter. Ut, *oratoriè dicit*, prydeligen.

Oratus, a, um, quem oravimus, Ombedet oc formaanet. *Oratus multa prece.* Et absolutè oratum, quod oravimus, Bøn oc begæring. *Orata nostra non potest celare.*

Oratus, us, m. q. orantis preces, Bøn oc begæring. *Oratu tuo scripsit.*

Oraculum, n. s. Deorum est responsum, & q. oratio quædam, Guds giensvar paa noget / Guddommelig Prophetie. Oraculum scitatus. Et translatè, oraculum somnii furorisvé, quod per somnium aut furorem editur. Item oraculum, templum ipsum, in quo oracula & responsa dabantur. Item quodvis breve & notatu dignum pronunciatum vel sententia, Sant oc merckeligt ord. *Optimum oraculum est pugnare pro patria.*

Composita.

Adoro, as, act. pr. summa cum veneratione & cultu oro, Tilbeder. *Adorare divos.* Ponitur & antiquè pro simplici oro. Item alloquor. Ut, *infusa aqua populum sic adorat.*

Adoratio, onis, adorandi actus, Tilbedelse.

Deoro, & deoratum Fest. pro peroro & peroratum.

Exoro, as, orando impetro, faar Bøn med / affbeder. *Sine te modò exorem: frater exorabit me, ut huc secum venirem. Cæsar exorari non potest*, i. e. placari, Mand kand icke faa Bøn med hannem.

Exorator, oris, m. t. qui exorat, Som faar Bøn / Bønhører.

Exoratus, a, um, quem exoravimus, Som haffuer lad sig sige / som vi haffuer faaed Bøn med. *Exoratus permagnam pecuniam popposcit.*

Exorabilis, le, om. t. qui exorari potest, Som lader sig lætteligen noget affbede / Bønhørende / Bønrig.

Exorabula, Apul. argumenta dicuntur, quibus judicem exorat orator.

Inexorabilis, non exorabilis, quodq; exorati non potest, wbønhørig / wbønrig / wbønhørlig / den mand kand icke faa Bøn med / wbevegelig til at Bønhøre. *Homo inexorabilis: fatum inexorabile.*

Inoratus, a, um, non oratus, wrald / eller icke med tale forklaret / wforrettet. *Legati re inorata reverterunt.*

Peroro, as, n. pr. orationem finio, ejusve finem facio, Tal vd til ende / giør ende oc beslutning i nogen tale. *Cum hæc tria docuero, perorabo. Quoniam satis multa dixi, mihi perorandum est. Peroratne satis?* Haffuer du icke taler vde. Et cum casu: *perorabit orationem*, i. e. ad finem usq; deduxit, fuldende sin tale. Sic *perorare causam*, fuldende oc fulddriffue en Sag. Item peroro simpliciter, dico aut orationem habeo, haffuer tale / giør tale. *Perorare causam contra aliquem: perorare orationem: perorare crimen.* Et cum præpositione: *perorare in aliquem.* Item, peroro absolutè pro ago. Ut, *perorant ambo præsentes*, handler deris Sager. Perorandus, ut lis peroranda.

Peroratio, onis, perorandi actus. Item ipsa orationis conclusio seu extrema pars orationis, græca voce Epilogus, Endelse oc beslutelse / ende oc beslutning i nogen tale. *Extat ejus peroratio.*

Peroratus, a, um, quod peroravimus, vdtalt. *Dicta causa & perorata. Narratio perorata.*

ORPHANUS, m. s. ὀρφανὸς, qui patre caret, Faderløs.

ORYZA, æ, f. pr. ὄρυζα, frugis cujusdam genus, Riis / Risgryn.

OS, oris, n. t. foramen animalis, cui cibus inseritur, Scalig. sic dictum à litera O, quam patens refert: vel à verbo oro, q. unde procedit oratio, ut primò dicatur de homine, Mund. Item, tropicè facies, ut, *os humerosq; Deo similis: in os dixit*, i. e. in faciem, sagde hannem i øynene. Item sermo, ut, *hoc tibi in ore est*, I tale / I munden. Item Imprudentia. Ut, *nostis os hominis, nostis audaciam.* Item conspectus, præsentia, Aasyn / nærværelse. *In ore omnium versabatur Roscius.* Sic: *ora judicum aspicere: os suum populo ostendere.* Item de brutis: *ora Equorum dextra detorsit.* Item Caput: *os Gorgonis cinctum anguibus.* Item quicquid in re aliqua patens est. Ut, *os vulneris.* Et translatè aditus & introitus. Ut, *os portus: os ponti.* Aliter ab ὄσσε vox.

Orea, æ, f. pr. frenum, quod ori inseritur, Mie / Mundstycke. Aliter ab aureis, i. e. loris.

Osculum, n. s. parvum os. Ut, *ipsaq; crudeles ederunt oscula morbi.* Item osculum, amoris & officii genus, quo os, quadam cum compressione & displosione, vel potiùs sorbitione compressum & displosum q. mutuos spiritus conjuncturi hausturiq; figimus alteri, Kyss. Item *osculum ventriculi* pro stomacho.

Osculor, aris, & antiquè ausculor, dep. pr. os cum ore conferò, osculum do. *Filium mater osculata est.*

Osculatio, onis, osculandi actus, Kyssen / Kysselse.

Oscillum, n. s. aliud deminutivum pro parvo ore. Item oscilla, imagunculæ humanæ, q. parva ora & faciecülæ cereæ, cretaceæ, argillaceæve, quibus homines pro se atq; suis diti Patri & Saturno piacula faciebant. Et inde imagunculæ, quæ infantibus præbentur ad lusum, Stycker huad heller de ere aff vox / Frude / leder Flyde eller andet saadant. Item oscilla erant, pensiles quædam gestationes ex transverso & pendulo quodam signo de arboribus suspensæ, in quibus homines per lusum jactabantur per sex feriarum Latinarum dies, in memoriam humanæ instabilitatis & acceptæ vitæ, recordatione motus cunarum, Gunge / saasom Buglenscken vdi en Marstaldt / svingle / dingle / dingens de Bom. Sed in hac significatione vulgò oscillum componitur ab os vel obs & cillo, i. e. moveo. Item translatè

latè hinc, *oscillum arietis muralis*, pro transverso ligno, quod stacuto malo tanquam trutina suspendebatur. Item *oscillum mundi*, quo q. ex axi pendeat.

Oscillo, as, n. pr. oscillorum ludum exerceo, Gungrer/ Dingler.

Oscillatio, onis, oscillandi actus, sive oscillantis lusus, Gungern/ Gungeleeg/ Dinglen.

Oscedo, inis, f. t. Marcel. oris vitium cum vitiatis gingivis dentes excidunt; Græca voce stomacace, Skørbug.

Composita.

Deosculor, aris, idem quod osculor.

Exosculor, aris, multùm & ex animo osculor.

Inorus, a, um, sine ore, vden mund/ mundløs: *Animal inorum*: osteæ inoræ. Et *homines inori*, qui tales finguntur apud Plin.

OSSA, ium, cujus singul. os ossis, n. t. partes animalis duriſſimæ reliquam corporis molem stabilientes & sustinentes, ab ὀστέ ejusdem significationis, Been vdi nogget Diur. Item ossa vocantur lapilli illi, qui in prunis, dactylis, cerasis similibusq; fructibus medium tenent locum, Plumesteen/ Kirsebærsteen.

Ossiculum, n. s. parvum os. Item os penetrale fructuum, in quo nucleus est, ut in cerasis prunisq;, Plumesteen.

Osseus, a, um, quod ex ossibus est. Ut, *cuneus osseus*: *osseum lignum*, *lapides ossei*: *forma ossea*, *manus ossea*, Beenrorn/ Beenactig/ Beenedt.

Ossiculatim, per singula ossa, minutim, huer Been for sig i stycke. *Ossiculatim Parmenonem de via licet legant.*

Ossuaria, æ, f. pr. Ulp. locus ubi ossa mortuorum reponuntur, Beenhuus.

Composita.

Exos, exossis, sine osse, ut acipenser & alii quidam pisces.

Exosso, as, act. pr. exossem reddo, seu ossa detraho, Tage Been aff. *Exossa piscem: exossa suem.* Item ossa comminuo, smaalig knuser: Unde *exossatum esse oportet, quem probe percusseris.*

OSTIUM, n. s. ingressus rei alicujus q. os ejus; q. d. Munde: vel quivis intra januam ingressus, q. obstium, obstaculum, quòd arceat aditu, Indgang oc Dør. Item, peculiariter penetralium & conclavium aditus, Kammerdør. *Ostium fluminis*, *ostium portus*, Munde/ Minde / gab i flod eller haffn / huor mand kand løbe ind oc vd / indløb oc vdløb. Ostia volunt Grammatici esse fluviorum proprie aditus, ut portus maris. Dicimus & *ostium asperæ arteriæ*: *ostium gutturis.*

Ostiolum, n. s parvum ostium, lidet gab / loge.

Ostiarius, m. s. ostii custos, Dørvocter.

Ostiaria, æ, f. pr. idem in sexu fœmineo, Dørvocterske.

Ostiatim, adverb. per singula ostia, Dør fra Dør. *Scalanda singula & velut ostiatim pulsanda.* Et translatè per singula. Ut, *crimen ostiatim agam*: *uno imperio ostiatim totum oppidum compilavit.*

OSTREUM, n. s. ὄστρεον, omnis piscis testam aspetiorem habens & scabram, Østerling. Inde accipitur etiam pro concha.

Ostrea, æ, f. pr. veterib. frequentissimè, idem.

Ostrearius, a, um, ut, panis ostrearius, quo veteres cum ostreo vesci solebant. Et absolutè, ostreanæ, arum, ubi ostreæ vivunt & capiuntur.

Ostreatus, a, um, quod asperitate ostrea refert, Skurpet oc haard ſtrumpen. *Tergum ulceribus ostreatum.*

Ostrum, n. s. piscis cujusdam ostrei & testacei sanies & liquor tingendis purpureo ingricante lanis, Huor med mand lydder it slags purpur. Et tropicè color ipse, vel res colore isto tincta. Ut, *Sarrano dormiat ostro*, mørck purpur eller Viel brun purpur. Accipitur & sæpe abusivè pro murice & conchylio.

Ostrinus, a, um, quod ostro tinctum est, vel ostri colorem habet. Ut, *vestis ostrina*, Purpur farffue klæde/ brun klæde. Et *ostrinus color*, qui purpureus est & subrubeus.

OTIUM, tii, n. s. pr. prod. vacatio à labore, & cessatio à faciendo opere, ab οὐδὲν nihil, q. ubi nihil agitur. Estq; vel honestum, Kolighed oc stilhed. *Vir bonus est otii amans*: vel inhonestum, ørckeløshed: *In otio turpiter vitam exigit.* Hinc: *non est mihi otium*, Jeg haffuer icke stunder eller frist. *Otii & negotii reddenda ratio*: *otio nimio diffluunt homines*, i. e. desidiæ. *Norbanus in summo otio fuit*, i. e. pace, quiete & tranquillitate. Sic *auditum est otium in Syria.* Item otium pro exercitatione animi aut corporis leviore, & relaxatione à gravioribus & magis seriis negotiis, Lystig øffuelse. *Otium literarum.* Aliter Scalig. otium ab ὠτίον auricula, q. ubi quis in aurem securus & otiosus dormit.

Otior, aris, dep. pr. in otio & quiete ago, Leffuer ocer i stilhed/ kolighed. *Syracusas otiandi non negotiandi causa concessit.*

Otiosus, a, um, otio abundans, quod cum potest aut debet agere, non agit, ørckeløs. *Animus otiosus*, pro quieto & securo, Tryg oc vel tilfredz. *Dies otiosus* pro festo, quo scil. otiari licet. *Otiosa pecunia*, quæ possidetur sine usu, sine lucro & fructu, vbrugelige penge/ som ligger stil paa kiste bunden oc icke brugis.

Otiosè, modo otioso, cum otio. Ut, *otiosè hic illic consiste*, stille/ fredeligen / vden nogen gierning oc tiltegt.

Composita.

Negotium, n. s. opus in quo otiari seu otium ducere non datur, q. nec otium, ærende/ syssel/ bestilling. *Mihi multum est negotii.* Et tropicè labor & molestia, Besuæring oc vmage. *Noto Q. fratrem quicquam habere negotii.* Sic *facere alicui negotium*, est molestiam exhibere. Et *nullo negotio fit*, vden besuæring. Item, negotium pro quacunq;, quæ intervenit, actione, Bestilling/ handel/ tractte. *Est mihi negotium cum audaciſſimo homine.* Item, pro remedio. Ut, *neg; de hac re negotium est tibi quin malè occidam.*

Negotiolum, parvum negotium, Syssel.

Negotialis, le, ad negotium pertinens. Ut, *constitutio negotialis*, quæ est facti, de quo est controversia.

Negotior, aris, dep. pr. negotia exerceo. Et specialiter mercaturæ operam do, Handler oc vandler / syster. *Negotiatur in libera civitate.* Et translatè Plin. *negotiari animam alicujus*, pro abuti anima & vita alicujus negotiando, i. e. pretio vendendo vel interimendo alicujus vitam,

vitam, Kiøbe en til at ſkade andre / eller ſelge en andens liff oc ſkade.

Negotiator, oris, m. t. qui negotiatur, quales ſunt Publicani, aratores, pecuarii.

Negotioſus, a, um, negotii abundans & plenus, Fuld aff beſt lling. *Homo negotioſus*: *res negotioſa* Et *negotioſus eſt*, i. e. ei eſt negotium, vel negotio occupatus eſt. *Negotioſum tergum*, Plaut. cui à virgis eſt negotium, ſeu virgis occupatum eſt, Klappet bag. Et *negotioſi dies*, in quibus negotiari licebat, Søgnedage.

OVIS, is, f. t. pr. corr. animal lanigerum & balans, ab ὄις ejusdem ſignificationis, Faar. Et translatè homo ſtolidus. Ut, *hic ovis eſt.*

Oviculà, parva ovis.

Avilla, q. ovilla, agnus recentis partus.

Oviaria, æ, f. pr. Varr. ovium grex, Faarehiord.

Oviaricus, a, um, Colum. idem quod ovillus. Ut, *pecus oviaricum*.

Ovile, is, n. t. locus, in quo ſtabulantur oves, Faare-huus / Faareſtie.

Ovillus, a, um, quod eſt ovis, aut ex ove. Ut, *ſimus ovillus*, Faare møg. *Caro ovilla*, Faarekiød. Et abſolutè *ovilla* pro eodem.

Ovinus, a, um, quod ex ove eſt. Ut, *pellis ovina*, Faare-ſkind.

Opilio, & metri gratia Upilio, onis, m. t. pr. prod. paſtor eſt ovium dictus q. ovilio; vel ab antiquo οἰπόλιων, ejusdem ſignificationis, Faarehyrde. Eſt & Feſto, avis genus.

OVO, as, n. pr. corr. lætitiam ac gratulationem vociferando canendóve oſtendo, deducto verbo per onomatopœjam ab Oo voce ovantium: aut ab ove animali, quam ovantes Jovi Capitolino immolabant, Er megit glad oc hoffverer for gode tidinge. *Romani ovantes ac gratulantes Horatium accipiunt.* Verùm verbum eſt vix uſitatum niſi in participiis & nominalibus, quæ ſequuntur.

Ovans, antis, om. t. lætitiam vociferando oſtendens, & propriè triumphans. Ut, *urbs ovans*: *Romani ovantes &c.*

Ovatio, onis, ovandi actus, Hoffuæring oc glæde for gode tidinger. Eratq; ovatio minor quam triumphus, rebus geſtis quidem præclarè, ſed non omninò dignis triumpho, imprimis ubi victoria erat incruenta, aut bellum erat cum ignobili gente, ut, *piratis, ſervis, &c.*

Ovalis, le, om. t. quod ad ovationem pertinet. Ut *corona ovalis*, quâ myrteâ quidem utebatur imperator urbem ingrediens ovans, cum incruenta victoria hoſtem profligaret.

Ovatus, us, m. q. Valer. Flac. idem quod ovatio.

OVUM, n. ſ. pr. prod. maſſa vel fœtus avium, aliorumq; quorundam animalium informis, ex quo demùm pullus & perfectum editur animal; ab ᾠὸν ejusdem ſignificationis, Æg. *Ovum hypenemium, & ſubventaneum*, q. vento conceptum, ex quo nihil gigni poteſt, whanet Æg / Vindeg. Item *ovum urinum* à Græco ὄρεον, quod ſonat ovum ventoſum. Expoſituráq; Plin. quod ſit incubatione derelictâ, ſcil. irritum.

Ovatio, onis, f. t. Plin. tempus, quo Gallinæ ova pariunt, Høns ſe tid at giøre Æg.

Ovatus, a, um, quod ovi ſpeciem refert. Ut, *ovata malorum ſpecies. Ovatum marmor*, diverſi coloris maculis variegatum ovi ſpeciem referentibus. Item, ovatum ovo illitum. Ut, *ovatum aurum*, quoniam ovi albo anteà illito, æra ac marmora auri & argenti bracteis integebantur.

P.

PACO, as, act. pr. prod. irarum & turbarum finem facio, finio, ſive ceſſare & deſiſtere ab armis & turbis facio, à πάυω ejusdem ſignificationis, Stiller / ſtiller tilfreds / giør eller rager fred mellom nogen. *Pacavit Cæſar Germaniam, Galliam: ſacrificium pacat Deos.*

Pacator, oris, m. t. qui pacat, Fredſancker / Fredmager. *Domitor & pacator orbis.*

Pacatus, a, um, quem pacavimus, Stillet / giort fredelig. *Civitas pacata, hoſtes pacati; æquor pacatum; vultus pacatus.* Et amiſſo tempore, Fredlig: *Nihil hac terrâ pacatius.*

Pacatè, modo pacato, Fredeligen *Pacatè per provinciam facit iter.*

Pax, cis, f. t. pacatorum ſtatus & conciliatio hoſtium, ſeu concordia inter hoſtes contracta, & publica tranquillitas, Fred oc Roligheb. Plautus, Horatius, Varro etiam pluraliter utuntur, paces, pacibus. Et Lucret. dixit: *paces ventorum*, i. e. tranquillitatem. Ponitur a. interdum pro venia, Tilgiffuelſe / friſt / forloff. *Votis precibuſq; jubent expoſcere pacem, pace tua hoc fiat*, Med din forloff. Interdum pro propitiatione, Benaadelſe. *Pacem per aras expoſcunt.* Item apud Comicos adverbialiter pro tantummodò: vel eſt ſilentii imperati nota. Ut, *dum argentum capeo, pax nihil amplius.* Sed & Græcis πάξ dicebatur eodem ſignificandi uſu. Aliter à pango deducitur, quòd in fidei teſtimonium manu alióve ſigno pangebatur.

Paciſcor, eris, pactus, d. t. pr. corr. q. pacem vel pactum facio, ineo, contraho, & convenio in dandis & reddendis, Forenis / forligis / fordragis / omdragis om noget / Vilckaaris: *Cum illo paulula pecunia pactus eſt* Et cum accuſ. *Pactus eſt hanc rem: Pactus eſt inducias, præmium, vitam ab aliquo: cum aliquo nuptias filiæ paciſcitur. Gabinius Ciliciam ſibi pactus eſt*, i. e. promiſit, ſpoſpondit, q. paciſcendo, ſi rem publicam prodidiſſet, Haffuer omdragit med ſig ſelff at vilde haffue / haffuer vilckaaret ſig ſelff.

Pactio, onis, f. t. paciſcendi actus, Fordragelſe / omdragelſe. *Pactionibus obligatus.* Et *pactio publicanorum* quâ paciſcuntur publicani. *Pactio provinciarum*, quæ fit de provinciis *Pactio ſcelerum*, de ſceleribus perpetratis. *Pactio pecuniarum* de pecuniis.

Pactor, oris, m. t. qui paciſcitur. Ut, *ſocietatis pactores.*

Pactus, a, um, de quo pacti ſumus, Omdragen / fordragen / Enit oc forligt. *Res pactæ; leges pactæ; filia hæc pacta eſt tibi: Arthabaſtis ſi in pacta eſt filio Dejotari*, pro ex pacto vel paciſcendo data. *Pactæ cum hoſtibus induciæ*, Giort oc tilſlagen. Sic pactum fœdus. *Dies pacta & conſtituta cum aliquo* Item pactus pro promiſſus. Ut, *pactum pro capite pretium.*

Et

Et absolutè, *Pactum*, quod pacti sumus, Fordrag. *Servanda sunt pacta.* Item in ablat. ponitur interdum pro modò seu conditione. Ut, *eo pacto & gnati vitam & consilium meum cognosces*, Jſaa maade. *Hoc pacto id à me obtinebis*, med ſaa ſkel/ med forord.

Pactitius, a, um, quod pacto fit. Ut, *cessatio pugnæ pactitia*, i. e. induciæ.

Composita.

Depaciscor, vel Depeciscor, eris, d. t. depactus. Idem quod paciscor. Ut, *depaciscor cum aliquo, ut aliquid fiat*, giør pact / vedder / ſetter vd / ioffuer. *Tria sibi prælia depactus est.* Legitur & depectus ad differentiam depactus à depango.

Compactum, ti, n. s. quod pactum est & compromissum, Affſkedet / giort med forord. Ex compacto agit.

Impacatus, a, um, non pacatus, Vrolig oc vfreedelig.

Perpaco, as, act. pr. Idem quod paco. Ut, *Samnites usq; ad mare perpacabit.*

PÆDAGOGUS, olim propriè, qui assecla tantum erat pueri, ut pueri progressus & actiones observaret & formaret, Tuctemeſter. Inde pro præceptore accipi solitum est, Skolemeſter.

Pædagogium, ii, n. s. locus in ædibus, in quo pueri servi; commorabantur. Item Jurisconsul. accipitur pro grege servorum & mancipiorum.

PÆDICO, as, verbum obscœni facti & præposteræ veneris cum puero, à παῖς παιδὸς puer. Ut, neminem pædicavi. Pompon.

Pædicones, sive pædicatores, puerorum amatores concubitoresq;.

PÆTUS, sive Petus, ti, m. s. cui oculi sunt levitèr declinati: vel cui oculi huc & illuc celeritèr moventur: vel per concisionem à petilus, i. e. exilis; vel à πατέω, ambulo, den ſom øynene løbe ſtædze i hoffuedet. Vel cui oculorum alter minor est, hvis ene øye er mindre end det andet. Exponitur & qui est semiclusis oculis & conniventibus, vel qui obliquis, ſom ſeer vdaff øyekrogene / eller offuen vd / eller blincker ſpodſk med øynene. Formæ n. videndi per rectum, obliqvum, superiora, &c.

Petulus, a, um, Cic, qui oculum alterum minorem habet ac ferè clausum.

PAGUS, m. s. pr. prod. villa est, seu ruralis cohabitatio, sic dictus à πηγὴ fons, quòd ad fontes ædificabatur; Torp oc Enſted gaard vd paa Landet. Inde Pagus pro vico, Landsbye. Item Pagus, omnis regio, quæ pagatim inhabitatur, & si urbes & viri insunt, utpotè quorum origo à pagis & villis, Syſſel eller Herret. Helvetia distributa in 13 pagos. Item, pagi, castella quædam & munitiones juxta Romam in locis editis, quò se plebs rustica, hoste in agrum Romanum incursiones faciente, recipiebat, en liden Feſtning/ Blockhuus eller Vern/ vde paa Landet for it Anlob. Aliter à Pango, q. ubi sedebes figebant homines.

Pagani, qui pagos & castella incolunt.

Pagatim, per singulos pagos. Ut, *templa Deum, quæ pagatim sacra habebant, dirui & incendi jussit*, J alle Landsbyer.

Paganus, m. s. qui in pago seu ruri natus est & educatus, Fød paa Landsbyen. Item Jurisconsul. Paganus, qui quidem urbanus est, sed non militans: sic dictus, quia Roma olim divisa erat in tribus quatuor, quas pagos vocitabant, in quibus habitantes pagani dicebantur, qui in nullam aliam habitationem transferri poterant.

Paganus, a, um, quod est pagi & paganorum. Ut, *fercula pagana*, Landsby Mad: *foci pagani.*

Paganicus, a, um, quod paganorum est. Ut, *paganicum peculium.* Vel absolutè, *Paganicum* pro eodem, hvad ſom en haffuer afflet paa Landsbye. Item *pila paganica*; genus pilæ rusticum crassius, laxius lana aut pluma plenum, & ad usum minùs agile.

Paganalia, orum, Paganorum festa, Bondegilde oc Helligt.

Semipaganus, Persio; aliqua sui parte Paganus.

PALA, æ, f. pr. prod. instrumentum quo solum vertitur, egeritur vel aggeritur à pangendo sic dicta, Skoel/ ſkuffue/ dyb eller hvul ſkoel. Item pala, instrumentum, quo panis in furnum immittitur & extrahitur, Skydzel/ Griſle. Item, Pala, annuli pars plana & latior, in qua vel gemma includitur, vel signum aliquod insculpitur, Ringe Kiſt / hvor Steenen ſættis vdi/ eller Signete vdgraffuis. Item, *pala auri*, minor massala auri, & quidem selibralis. Item Pala Isidoro, ventilabrum, Kaſte ſkoel/ Huiſte ſkoel. Et inde instrumentum, quo terra aggeritur vel egeritur; atq; sic Pala erit à πάλλω vibro, πάλος, vibratio & vibrandi actus. Item Isid. Palæ sunt dorsi dextra lævaq; eminentia membra, dicta quòd in luctando eas premimus, quod Græci πάλλειν dicunt, inquit Isid. Est & Pala nomen arboris apud Indos.

Compositum.

Bipalium, Liv. n. s. Instrumentum fossorium, quo terra aperitur, ubi aratro nullus locus, q. pala geminata, Dingeſpade.

PALÆSTRA, æ, f. pr. παλαίστρα, locus ubi luctatores oleo peruncti luctabantur, Brydeplatz / Ficterplatz/ Ficterbane/ Springeplatz. Et translatè, quivis locus, in quo quis se exercet, øffueplatz / hvor mand øffuer sig i Riden / Springen.

Palæstrita, tæ, m. pr. qui in palæstra se exercet, Bryder/ Ficter.

Palæstricus, a, um, quod est Palæstræ. Ut, *exercitium palæstricum*, øffuelſe vdi Bryden/ Ficten/ Springen. Et *motus palæstricus*, pto nimis accurato corporis gestu. Et absolutè: *Palæstricus* idem quod Palæstrita.

Palæstricè, modo palæstrico. Ut, *spaciatur palæstricè.*

PALAM, adverb. pr. corr. pro in omnium conspectu, à pando, q. quod omnibus pandit & palàm fit, Aabenbarligen for alle. *Palàm in foro hæc gesta sunt, palàm nobis blanditur; palàm fit, palàm in eum tela jaciuntur: palàm secum circumduxit armatos. Palàm factum est concidisse Rempubl.* Aabenbare. Aliter à φαίνω appareo, luceo, φανῶς manifestè.

Composita.

Dispalesco, n. t. Plaut. palàm fio. Ut, *flagitium dispalescit.*

Propalàm, Cic. idem quod palàm vel valdè & omninò palàm.

PAL A.

PALATIUM, n. ſ. pr. corr. domus eſt auguſtior, amplior & editior viro principi, ſivè civitati conſtructa à monte quodam, nomine Palatio, ſic dicta. Vel à præcipuo urbis Romæ Palatio, Hoff / Pallads / Førſtes lig huus. Aliter Palatium à φαλάτιον, quo nomine veteres Latini & Græci ſumma juga vocarunt. Vel à φαλὸν, ſplendidum, illuſtre.

Palatinus, a, um, quod ad Palatium pertinet. Ut, *officia Palatina*, Hofftieniſte.

Palatus, m. ſive Palatum, n. ſ. pars oris interior ſuperiorq; ejuſdem originis cum palatio, q. palatium & cœlum oris, Gaane / huellingen i munden. Item, Palatus, ſenſus ipſe quo guſtamus, Smagelſe. *Palato quædam voluptas percipitur.*

PALEÆ, arum, cujus ſingulare Palea f. pr. corr. folliculi ſunt granorum excuſſi, à πάλλομαι vibror: vel immediatè à pala, inſtrumento, quo ventilante coguntur ſivè colliguntur, Auner eller Skelde. Item Palea, cartilago deſtua à collo Galli gallinacei eadem origine à πάλλω vibro, quòd pendula vibretur, Haaneſkeeg. Item palea æris, pro ramento & excremento æris: ſed ſuſpecta eſt lectio, pro pala æris.

Palearis, re, om. t. quod ad paleam pertinet, vel paleam refert. Ut, *color palearis.*

Palearium, n. ſ. locus, in quo reconduntur & aſſervantur paleæ, Affnelude eller hudde.

Paleatus, a, um, quod palsis miſtum eſt. Ut, *lutum paleatum.*

Palear, aris, n. t. pellis è boum gutture dependula, à πάλλω, ut palea gallinacea, Quabbe ſom hengrr vnder hagen oc bryſtet paa Fæ / Doglep. Aliter à pellis, q. pellear.

PALLA, æ, f. p. honeſtæ mulieris veſtimentum longius ad talos demiſſum, & ut ait Iſid. quadrum affixis in ordinem gemmis, à πάλλω vibro, propter laxitatem, qua vibretur & agitetur, ſeu ut loquitur Iſid. quod rugis vibrantibus ſinuata criſpetur, Quinde kaabe eller ſid ſammare. Sed & Citharædi palla utebantur. Galli quoq; mares frequentiſſimè: verùm ad nates tantùm protenſa, Palzrock.

Pallium, n. ſ. veſtimentum proprie Græcorum ad talos usq; demiſſum, quod tunicæ injiciebatur eadem cum palla origine, vel à palla per deminutionem, En lang ſid Karle kiortel. Inde *pallium trahere*, pro eo bumum verrere. Erat & pallium mulierum, & idem quod palla.

Palliolum, brevius vel vilius pallium, Stæket eller ringe kiortel.

Palliatus, a, um, pallio indutus & amictus. Et *palliata comœdia*, quæ ſcripta eſt ad habitum & mores palliatorum, i. e. Græcorum.

Palliolatus, palliolo indutus.

Palliaſtrum, Apulej. rude ac vile pallium.

Compoſ.

Expallio, as, act. pr. Plaut. pallium detraho. Unde particip. *expalliatus miſer.*

PALLEO, es, lui, n. ſ. languidè albeo, ut eſt color paleæ, unde & à palea deducitur, er Blæg. *Pallet omnis amans: pulchrè valet Charinus & tamen pallet.* Aliter à

πελὸς πέλλος niger, fuſcus, & πέλιος, pallidus, lividus.

Palleſco, is, n. t. pallidus fio, Blægner: palleſcit curis.

Pallidus, a, um, quod pallet, Blægt: *Os pallidum: homo pallidus: color pallidus.*

Pallidulus, aliquantum pallidus, Blægactig / noget Blæg.

Pallor, oris, m. t. pallidi color, Blæg farffue. *Pallor occupat os*, hand Blægner om Kind.

Compoſita.

Expalleo, expalleſco, expallui, pallidus ſum vel fio, albus fio. Ut, *ora expalluit. Vide ut expaluit.*

Subpallidus, aliquantulum pallidus. Ut, *corpus ſub viride, ſub pallidum.*

PALMA, æ, f. pr. diducta & explicata manus, à παλάμη ejuſdem ſignificationis, Flact / vdſtract Haand. Exponitur & vola manus, lue i Haand / loffv. Item palma, nomen arboris, ſic dicta à dilatatione ramorum in modum digitorum & manus, & circumtenſione comæ, Palmetræ / Dadeltræ. Fert enim fructum, qui vocatur, dactylus ex ea victoriæ & fortitudinis inſignia ſumebantur: quia adverſus incumbens pondus reſurgit, & ſurſum nititur. Inde tropicè Palma pro victoria, laude & principatu alicujus rei. Ut, *docto oratori palma danda.* Item *dies palmarum*, Palme Søndag: à palmis, quas aſtricto præferebat turba.

Palmula, æ, f. pr. fructus palmæ, qui & dactyli & caryotæ dicuntur. Item palmula extrema pars remi, ſic dicta, quòd in modum palmæ ſit exenſa, Aareblad.

Palmetum, n. ſ. locus palmis conſitus, vel ubi frequentes ſunt palmæ. Item palmeta pro frequentia palmarum. Ut, *locus palmetis conſitus.*

Palmeus, a, um, quod eſt ex palma arbore. Ut, *vinum palmeum, teges palmea.*

Palmoſus, palmis abundans.

Palmaris, e, om. t. Ut *ſtatua palmaris*, quæ propter victoriam alicui ponitur; *palmare facinus*, dignum palmâ.

Palmarius, a, um, palma dignum. Et abſolutè Palmarium, quod victori datur, ærcſkenck til Seyers vindere.

Palmatus, a, um. Ut, *palmatus paries*, palma manu impreſſus. *Palmata veſtis*, triumphalis, ab intexta palma. *Toga palmata*, triumphalis erat veſtis & regum.

Palmo, as, Columel. pro materias alligo, Binder ſammen. Item, Quintiliano, pro palmâ premo, ſeu alicui palmam imprimo. Ut, *palmare veſtigium*, Trycke noget med Flad haand.

Palmare, ris. Vitruv. foramen habens diametri palmum unum.

Palmus, mi, m. ſ. menſura ſeu ſpatium quantum eſt transverſæ palmæ, Tuerhaand bred / fire finger bred. Et palmus major, menſura eſt 12 digitorum, ſpatium nimirum extenſæ & divaricatæ palmæ à ſummo pollicis ad ſummum infimi digiti aut minimi, quod & Græca voce Spithama dicitur, en Spande. Et latinè dodrans, quia ad perficiendum pedem deeſt quarta pars.

Palmaris, re, om. t. quod menſuram habet palmi. Ut, *virgulta palmaris.*

Palmes, itis, m. t. ſarmentum luxuriantis vitis, item ſurculus & flagellum viris, Vy eller gammel ſkut Vinrancn: ſic dictus quod in modum palmæ virgulas ſeu digitos diffundat. *Palmes Pampinarius in vite*, qui

primo

primo anno frondem ſine fructu fundit, Tæn med bare blade vden fruct.

Compoſita.

Bipalmis, o. t. Varr. menſura duorum palmorum, To haandbreed. *Tabula bipalmis.*

Depalmo, as, act. pr. Gell. palmâ percutio; Slaar paa munden/giffuer haandbaſk: *Depalmare aliquem.*

PALOR, aris, dep. pr. & antiquè Palo, pr. corr. diſperſim & paſſim vagor: translatâ ſignificatione a palis & ſudibus caſtrorum modò diſperſis, & modò huc, modò illuc translatis, Vooſer oc vancker her oc der/ hid oc diid. *Vagi palagantur in agris: palantes oppreſſit.*

Palatus, a, um, qui palatur, Vooſende/ vanckende. *Palati prædam agunt.* Aliàs à balo, ut propriè ſit ovium vagantium & balantium.

Palatim, adverb. Strød ocſplit ad/ viit fra hin anden. *Palatim fugiunt.*

Palito, as, n. pr. multùm vel crebrò palo. Ut, *oves à pecu palitant.* Et *pecus palitans*, Voosquæg/Driffequæg.

Compoſita.

Diſpalo, as, act pr. palare facio, in diverſas partes ago, Driffuer/ ſplitter vid/ ſaa huer vancker ſin vey. *Paſſim milites diſpalantur,* Strøes her oc der.

Diſpalatus, a, um, quod diſpalavimus, Strød her oc der: *Milites diſpalati, ordine turbato.*

PALPO, as, act. pr. Juven. & Palpor, aris, dep. Ciceron. & Plaut. molli & leni palmæ contrectatione pererro & mulceo à palma & capio, q. palma contrecto, Klapper. *Palpat pectus.* Et tropicè, blandior & adulor, Sletter for en/ſmigrer. *Nunc munere palpat. blandè palpatur mulieri.* Alitèr à παλέω allicio. Item à πάλλω, vibro, quòd fiat cum quadam manus vibratione.

Palpatio, palpandi actus, Klappen/ſletten. *Auferte hinc palpationes.*

Palpator, oris, m. t. qui palpat & adulatur, Sletfeye/re/Slettenfeye/Bycklere.

Palpo, onis, m. t. idem.

Palpum, n. ſ. palpandi opus, Klap. Palpo percutere, at klappe en. Et translatè, *palpum obtundere alicui,* pro blandiri.

Palpebra, æ, f. pr. oculi tegumentum pilis ut vallo quodam munitum: à palpitatione & vibratione ſic dicta, øynelog. Palpebræ etiàm Plinio dicuntur ipſi palpebrarum pili.

Palpito, tas, n. pr. totus vibror & agitor; ut *palpitat cor,* Hiertet ſlaar.

Palpitatio, onis, palpitandi actus, ſive palpitantis affectus. Ut, *palpitatio cordis.*

Compoſ.

Expalpo, as, act. pr. q. palpando elicio, med klappen oc ſmiggren vdlocker. *Argentum à patre expalpabit patrem expalpa.*

PALUDAMENTUM, n. ſ. pallium Imperatoris & ducis in acie, quo à cæteris militibus dignoſcebatur. Eratq; purpura & auro interſtinctum, ſic dictum à palàm quòd eo palam fieret Imperator, vel quod eo indutus palàm faceret bellum, offuerſte Krigskiortel eller Vaabenrock. Item Paludamentum militare pal-

lium, etiam quod non eſt Imperatoris, Krigsrock. Item paludamenta dicuntur omnia militaria inſignia. Item Paludamentum de veſte mulieris principis. Ut, *Agrippina paludamento induta.*

Paludatus, a, um, paludamento ornatus, & quicunq; ornamenta militaria geſtat.

PALUMBES, is, com. t. pr. corr. columba ſylveſtris à παλέω allicio: quòd eâ excæcata etiam ad capiendas alias utantur aucupes: ut παλεύτρια Græcis Columba illex, qua alias aucupamur & capimus aves, Skowdue/Ringeldue/Lockedue. In re venerea ſignificat amicam: eratq; avis veneri ſacra. Iſid. deducit à pabulo, quòd pabulo farciatur.

Palumbus, m. ſ. & Palumba, f. pr. idem.

Palumbarius, m. ſ. accipitris genus palumbis infeſtum.

Palumbinus, a, um, quod eſt ex palumbe Ut, *caro palumbina.*

Palumbula, f. pr. parva palumba.

PALUS, li, m. ſ. pr. prod. lignamentum altera parte acutum, quâ & terræ depangitur, à pangendo vel à paxillus per extritionem, Pæl/ Staffr. Item omne pedamentum, quo aliquid fulcitur, Stytte/ Stage. *Arbor palis ſuſtinetur. Hic docuit tenerem palis adjungere vitem.*

Palus, pedamentum, vitium teres, è Junipero, cupreſſo, taburno, ſambuco, aloe, ſalice, Vinſtang/Humleſtang. Item patibuli genus. Ut, *damnati ad palum alligantur,* Saaſom Gabſtock/Kag/Steile. Sed hoc potiſſimum cum adjectione, ut, *palus ignominioſus,* Kag.

Palus, item idem quod paxillus, de quo ſc. aliquid ſuſpenditur, Knag/Krog.

Palo, as, act. pr. Colum. palis fulcio, Stytter. *Palantur vites.*

Palaria, æ, f pr. veterib. locus, in quo milites ad palum circumeundo ſe exercebant, Drilleplan/Drillebane.

Palatio, onis, f. t. palandi actus. Item fundamenti genus cum in ſolo uliginoſo, vel alioquin ſuſtinendo ædificio non ſatis firmo, feſtuca vel ſimili aliqua machina palos depangimus, cui ædificium innititur, Pæling.

Compoſita.

Tripales vites, quæ tribus palis ſuſtinentur.

PALUS, udis, f. t. pr. corr. aqua minus profunda, lateq; diffuſa, quæq, æſtate pierunq; ſiccatur, à πηλός, lutum, cœnum, limus, quia limoſa ſunt ea loca, Kier/Moſe/Morads.

Paludoſus, a, um, paludibus demerſum. Ut, *humus paludoſa.*

Paluſtris, e, om. t. quod eſt ex palude. Ut, *aqua paluſtris, juncus paluſtris, locus paluſtris.*

PAMPINUS, m. ſ. folium vitis, quo veſtitur & adverſus injuriam æris munitur, q. παμφάων à πᾶν totum, & φάω luceo quòd amplitudine ſua circumlucendo obumbret & obnubat fructum, Vinløff/ Vinblad. Inde ſignificat ramum folioſum ex palmite exientem, Vinrancketæn med Løff. Ponitur & apud Plin. pro cirris ovorum polypi piſcis. Aliter Pampinus

pinus propriè de palmite pampinario, à πέμπω, mitto, q. nova quædam emissio, sc. quòd novus exiliendò emittatur, Vyskut tæn: ut stolones eandem ob causam à στέλλω mitto. Vel q. πεμπίνον, i. e. mittens vinum.

Pampinarium, n. s. palmes, qui primo anno frondem sine fructu fundit.

Pampinarius, a, um, quod est Pampini. Ut, *palmes pampinarius. Virga pampinaria*, idem quod pampinarium.

Pampineus, a, um, idem quod pampinarius. Ut, *pampinea umbra: pampineæ frondes. Pampineus odor* pro sapore vini.

Pampinosus, a, um, pampinis abundans. Ut, *vitis pampinosa*.

Pampino, as, act. pr. pampinos puto, decerpo & exscindo ad intromittendos radios solares & maturandum fructum, Snitter Vinblade aff.

Pampinatio, pampinandi actus.

Pampinator, oris, m. t. qui pampinat, exscindit & detruncat pampinos.

Pampinatus, a, um, quod pampini, similitudinem habet, aut pampinis insignitum. Ut, *pampinata figura. Lanx pampinata* sive ex veris pampinis sive ex cælatura, seu cælatis pampinis.

PANDO, is, pandi, passum & pansum, act. t. propriè significat, recludo, patefacio & aperio, à φαίνω ostendo, in lucem profero q. phando, Aabner/lucker op/ opladet. *Pandere portam: pandere januam: pandere guttur.* Et tropicè explico, declaro, narro. Ut, *rem ordine pandam.* Item extendo, vdspiler / vdvider: *Alas adsolem pandit. Pedibus pandit,* hand ſtreffuer. Aliter à πετάω, πέτω, πεταννύω ejusdem significationis.

Passus, a, um, quod pandimus. Ut, *passus capillus*, vdo ſlagen haar. *Passæ manus*, vdbredde / vdſlagen hænder. *Passa vela*, vdſlagen Seigel. *Passa uva*, Tørret Vindru: quia in sole panditur, ut fiat ficca. *Ficus passa*, Tørre Figen. *Halec passa*, Røget Sild. *Vinum passum* ex uvis passis & sole siccatis confectum, Bastert. *Passi senes*, exlucci, translate ab uvis passis. Exponitur & passum in hac significatione rugosum & siccum.

Passum, si, n. s. vini dulcis genus ex uvis passis factum.

Passus, us, m. q. actus, quo in progrediendo panduntur pedes, Skrev / trin. *Sequitur patrem non passibus æquis.* Indè mensura quinq; pedum, quantum quis commodè pedes pandere & distendere potest. Estq; millesima pars milliaris, ſtort træd eller ſkreff.

Passim, adverb. significans sparsim, q. per singulos passus, Spred ad / her oc der / allevegne. *Grex in agro passim pascitur*: Jungiturq; tum significantibus inloco, tùm de loco: adeoq; innuit aliquod intervallum rerum vel actionum, contrà quàm ubiq; facit, quod continuationem quandam continet. Ut, *herba in agro ubiq; est: passim verò grex in agro pascitur.* Sed & passim pro ubiq; accipitur, ut *passim ei creditur tanquam cognitæ veritati.*

Passivitas Tertul. pro promiscua multitudo.

Pandiculor, aris, d. pr. membra ex tædio aut somnolentia pando & distendo, Recker mig / ſom den der er

vtidig. Aliter à pandus, quod pandi fiant pandiculantes.

Pandiculatio, onis, f. t. pandiculandi actus, vel pandiculantis affectio; motus sc: involuntarius ad dissipationem vaporum, Reckelſe / recken.

Pandicularis dies, in quo communiter sacrificabatur omnibus Diis, sic dictus à Templorum omnium pandendis vel passis portis, ut & Panda, Dea, pro pace, quæ templa pandit: nisi sapiat aliquid de græco πάνδημος.

Pandana, porta Romæ, quæ semper pateret.

Pandus, a, um, quod ponderi cedit & incurvatur, q. inter pandendum, Bognende / ſom giffuer ſig oc bugner for noget. *Lances pandæ, ansa panda, pandus asellus*, Sveibagget. *Carinæ pandæ, Delphini pandi.*

Pando, as, act. pr. pandum facio, Kommer til at bagne / ſueige. *Pandatur trabs*, Bielcken g ſſuer ſig / ſueiger / bugner. Item neutraliter pro incurvor, seu curvus fio. Ut, *pandant posteriora.*

Pansæ dicti sunt, quibus pansi sunt pedes, Bredfod dede.

Pansus, a, um, quod pandimus. Ut *pansa brachia, pansa vela.* Ità alicubi legunt Critici, licet Gellius supinum ex antiquitate faciat passum, non pansum.

Composita.

Arvipennium & Arvipendium, funis, quo metiebantur agros, eâ formâ, quâ dicitur dispennite, pro dispandite.

Dispando & dispendo, act. t. in varias partes pando, vdſpiler / vdſtrecker. *Manus dispandit. Pellem dispandere*, ſpile ſkind vd. *Dispendite hominem diversum*, Plaut. pro distendite. Aliter legitur dispennite.

Dispessus, a, um, & dispansus, quod dispandimus, vdſtract. *Manibus dispessis extra portam tibi eundum est.*

Expando, di, sum, extra pando, vdſtrecker / vdbreder. *Herbas sub umbram expande.* Et tropicè, *rem verbis expandere*, i. e. explicare amplificare, Forklare.

Expanditor, Plin. amnis, qui se variè expandit, Gaar vd med mange Greene oc Arme.

Præpando, is, ante aliquem seu alicui pando. Ut, *præpandit lumina menti.* Item; idem quod prætendo. Ut, *præpandunt vestibula exigua aranei*, Breder vd for.

Repandus, a, um, pro incurvo & reflexo retropandus. Ut, *cervix repanda, Calceoli repandi.*

PANGO, & antiquè Pago, is, pegi & pepigi, pactum; propriè vi aliquid adigo in humum, in parietem aut aliud, à πήγνυμι & πήγω ejusdem significationis, Bancker vd / feſter i / driffuer vdi. *Clavum parieti pangite, humi pangite sudem, stirpem, sarmentum, surculum*, Putter oc ſticker i Jorden til at plante. *Pangere terminos limites*, Sette ſkel / ſette pæl oc ſteen. Et tropicè *pangere alicui osculum*, pro osculari, Kyſſe. Item absolutè, pangere pro firmare vel firmiter aliquid facere & statuere seu patisci: sumpta metaphora aut simpliciter à firmitudine rei & actionis: aut ab aliquo pangendi modo, in signum rei: ut mos est, brachia aut manus mutuò ferire in contractionibus

nibus & contentionibus, Slaar til/ ſlaar ſammen/ Fordragis med nogen om noget. *Pepigit eum ipſo hac de re.* Et cum caſu: *Pepigit cum illo inducias,* giør de ſtilſtand med hannem. Et antiqua voce Pago, pro pango vel paciſcor. Ut, *rem ubi pagunt, oratione pagunt. Requiri placet terminos, quas Socrates pegit, iisq; parêre.* Item pangere pro componere, ſætte ſammen/ giøre noget. *Pangere verſus, carmina, ſcriptum.*

Pactilis, le, om. t. quod pangi poteſt. Ut, *corona pactilis,* quæ inſertis frondibus compacta eſt, Krantz flettet aff Urter.

Pagina, æ, f. pr. utraq; pars folii, ſic dicta quod in paginis carmina pangantur, i. e. figantur. Vel quod in modum pagorum ſuam quæq; in libris regionem obtinet, Side paa it Blad. Et translatè. Paginæ in vitibus, areæ ſunt interceptæ inter duo juga.

Paginula, Cic. parva pagina.

Pagella, idem.

Paxillus, m. ſ. clavus ſeu lignamentum teres transverſum parieti infixum, ut eo aliquid dependeat, Pind/ Krog/ Knag/ hag eller nagle vdi væg at henge noget paa. *Novum cribrum novo paxillo pendet.* Exponitur & fibula, quæ axi inſeritur, ne rota decurrat, Lundſticke. Item, obex, qui in muſcipulo ſtat erectus, Pind/ ſtilling. Aliter deminutivum habetur à palus q. parvus palus, ſticke.

Compoſita.

Antepagmenta, orum, n. ſ. valvarum ornamenta, quæ antis adpanguntur, i. e. affiguntur. Item idem quod antes.

Bibliopegus, m. ſ. librorum compactor, Bogbinder.

Circumpango, Plin. pango circum aliquid. Ut, *ramis terra circumpactis.*

Compages, is, f. t. junctura, propriè lignorum, & inde etiam aliarum rerum, Sammenfældning/ Forføining. Item artus dicuntur *compages & nodi corporum,* Lid.

Compago, inis, idem. Item, quod inter dentes ſolidum eſt.

Compagino, as, apud Auguſtin. pro arctìm copulo.

Compingo, pegi, actum, act. t. per capita inſero & compono, Sætter eller nocker ſammen i hin anden/ Binder / knytter/ naffler ſammen / ſammen ſætter / Knytter i huer andre / Sætter tilhobe. *Compingere tabulas.* Inde *compingere libros,* Binde Bøgger. Item, *compingere aliquem in carcerem,* eſt contundere, compellere, Sætte/ kaſte i Fengſel.

Compactor, oris, m. t. qui compingit; ut, *Compactor librorum,* Bogbinder.

Compactus, a, um. Ut, *fiſtula compacta ſeptem cicutis,* i. e. compoſita.

Compactio, compingendi actus. Ut, *compactio membrorum.*

Compactilis, e, quod compactum eſt. Ut, *apes in rotunditatem compactiles: poſtes compactiles,* Fæſtede i hin anden. *Trabes compactiles,* Satt tilhaabe/ feldet ſammen.

Depango, in terram pango ſeu humi defigo, Sætter eller ſticker Plante i Jorden.

Depactus, a, um, ut, *ſurculus depactus.*

Expango, is, Plin. q. pangendo conſtituo, Sætter i laſſue / i orden. *Sydera ad normam expangere.*

Impages, is, f. t. lignamentum ſeu regula, quæ tympanis tabulisve pangitur infigiturq; ut eò firmiùs cohæreant, Slaa eller reffler / ſom mand ſætter paa dørre / loger / porre / panneel eller ſaadant at holde dem tilhaabe.

Impingo, pegi, actum, act. t. in rem aliquam aliquid q. pango, Feſter paa ander. Inde vi quadam injicio & illido, Slaar/ ſtøder hart mod eller til andet. *Impingit caput pariéti. Impingere alicui pugnum,* At ſlaae en i Næſe oc Mund. *Impingere alicui compedes,* Slaae eller legge Bolt faſt om Been. *Impingit agmina muris,* Sætter eller ſticker hart ind paa Murene. Et translatè, *impingit mihi epiſtolam,* i. e. objicit & obtrudit, Kaſter mig paa / fører mig paa. *Impingere dicam,* idem eſt quod ſcribere dicam, vel actionem intendere.

Oppango, is, egi, actum, q. contra pango. Ut, *ubi ſpatium oppegit, fugit.*

Propago, inis, f. t. pr. comm. vetula vitis humi depreſſa, ut ex ea una plures emergant, ſic dicta quòd porrò pangatur, Gammel Vinſtock lagt til nye vext: *Propago vitium.* Sic *propago lupuli halicarii,* Humle roed/ ſom legges til nye vext. Et translatè, progenies, Affkom. *Romana propago virtute potens. Propago liberorum, ſanguinis: propago catulorum.* Probus Grammaticus vult primam nominativi corripi; ablativi verò produci.

Propago, as, act. pr. comm. propaginem deprimo, ut ex eo plures enaſcuntur, Legger Vinſtock eller Humle Roed. Et translatè ad virtutem, *propagare ſtirpem & progeniem ex ſe in multa ſecula,* yngle oc giffue affkom aff ſig. Et *propagare multa ſecula reipublicæ,* pro dilatare, proferre & extendere, Forlenge oc giøre Menigheden lang tid. Sic *propagare vitam: propagatur gloria.* Et *propagare poſteritate,* pro ad poſteritatem tranſmittere & producere.

Propagatio, onis, f. t. propagandi actus, yngelſe/ ynglen. *Propagatio gentis, propagatio temporis,* Tidens forlengelſe.

Propagator, oris, m. t. qui propagat & amplificat. Ut, *provinciæ propagator,* Forfremmere oc forøge rere.

Propagatus, a, um, quod propagavimus, yngled i lengden/ ſtract langt vd. *Propagata memoria conſulatus mei.*

Repages, antiquis idem quod repagulum.

Repagulum, li, n. ſ. obex ſeu vectis, qui oſtio adverſum vim opponitur & q. contra pangitur, Bomſtøtte eller ſlaa for dør / hvirrel / ſkode / blincke. Item repagula in ludis equeſtribus, quæ equis objiciuntur, ne ante tempus procurrant, Slutte / Bom / Slagbom. Item in ſtabulis, quibus armenta coërcentur, Staldbom. Et translatè *repagula juris pudoris, officii,* quibus rebus coërcetur jus, pudor, officium.

Repango, is, n. t. Colum. idem quod pango ſive planto. Ut, *ſemen ferulæ repangit.*

Suppingo, is, n. t. ſubtus pango. Ut, *fulmentas jubet ſuppingi ſoccis.*

Sup-

Suppectus, a, um, quod suppegimus. Ut, *qui soccis habent aurum suppectum solum.*

PANICUM, n. t. genus frugis, à paniculis suis sic dictum: vel à πηνίκη capillamentum, quòd semen q. capillamentis quibùsdam inhæreat, Valsk hirß. Vulgo redditur Boghvæd. Respondet autem illud origini à paniculis: Hoc à πηνίκη.

Panicium, Isidoro, quod multis regionibus esset vice panis.

PANIS, is, m. t. pr. prod. omne homini esculentum, & per excellentiam massa illa farinaria ad soliditatem excocta, quæ principem locum tenet in omni cibo, & quo pro omni cibo uti possumus, à πᾶν omne, Brød. Aliter à πάω, pasco. Erat a. triplex panis coquendi ratione fornaceus, testuaceus & artoptitius,

Pane, n. t. antiquè.

Paniceus, Plaut. qui panem conficit.

Panarium, n. s. locus ubi panis servatur, Brødkurffve eller Brødkiste.

Panariolum, n. s. parvum panarium.

Panicius, a, um, quod ex pane est. Ut, *mensa panicia*, pro quadra panis, quæ edulis substernitur, Brødisk.

PANUS, ni, m. s. tramæ involucrum, seu radius, cui trama aut filum involvitur, à πήνη ejusdem significationis, Væffuespole / Væffipille vdi Skytten Inde translatè à tumente filis pano, innatus quidam tumor sub faucibus aurìbúsve & inguinibus, latior quàm altior, tardè matureſcens neq; magnoperè in pus se convertens, Bred/ flad byld oc høffuelse/ som mieſten ſvinder bort igien. *Panus inguinis*, røre høffuelse. *Panus faucium*, Halsbyld. *Panus arboris*, Svamp paa træ. Item, crustulum, quod in sacris adhibebatur cybi figurâ oleo coctum.

Panicula, æ, f. pr. vel panucula, parvus panus, Liden Væffipille. Et translatè, quicquid sublonga & subrotunda forma tumet. Ut *panus filo tumens*. Item panicula, coma illa in milio panico, arundine, & in omnibus ferè arboribus picei generis, in qua semen dependet, Saa som Kørtop/ oc top paa hare græß. Scribitur & gemino n pannicula: definiturq; lanosa coma arundinum, floris aut tenuis membranæ similis.

Panula, idem quod panicula pro radio textorio.

Panuelum sive Pannellum, n. s. Varr. idem quod panula. Exponitur & radius aut fusus, cui filum involvitur, Rockeræn. Legitur & aliàs Panuellum, panuelium; & apud Isidorum pro eodem panuliæ & panuelæ.

PANNUS, ni, m. s. textum laneum, sed & lineum, quo vestimur: à πῆνος textum, tela, eadem cum pano origine, Klæde/ Lerret. Inde accipitur pro linamento, quod vulneri imponitur. Item pluraliter panni pro pannis lateris, Klude/ Paltter.

Pannum, n. s. antiquè idem.

Panneus, a, um, quod ex panno est. Ut, *vestis pannea*, Klædeklæder.

Panniculus, m. s. diminutivum significans subtilitatem panni, Fiintklæde/ ſmaat Læret. Item vilitatem & detritionem, Tynd klæde/ tynd Læret/ tynd ſlet klæde/ Vadmel/ Baje. Et panniculi, Klude/ Treffler.

Pannicularia, Vulpian. captivi vestimenta & res tenuis, quæ quinq; aureorum pretium non excedat, Palter/ fattig klæder.

Pannosus, a, um, pannis obsitus, Kludet. Et translatè, *pannosa fæx*, in qua flocci quidam innatant.

Pannutia, Isidoro, vestis diversis pannis obsita, Kludbøt.

Pannucius, a, um, Hor. pannis obsitus. Ut, *anus pannucia*, Kludbøt/ Paltet kierling. Exponitur & pannis tumens. Ut, *pila pannucia.*

PAPA, πάππος & Pappa; vox infantulorum, quâ patrem & avum, mammam, lac, potum & cibum inclamant, dicentes; Papa. Inde Papa, æ, m. pr. Ecclesiasticis significat summum Romanæ Ecclesiæ Episcopum per excellentiam, q. Ecclesiæ & fratrum omnium pater ex mutua dilectione. Item cibus præmansus à nutrice, Tygget Mad.

Papo, & pappo, as, n. pr. pappam cibum appeto, sugo. Et tropicè edo seu comedo. Ut, *pappat minutum*, i. e. comedit præmansum à nutrice cibum, æder tygget mad. Item, papare, pro sugere, Patte/ Die.

Pappus, m. s. Ausonio pro avo. Item pappus, lanugo carduorum & similium. Sic dictus à pappo avo propter canitiem, Tizle duun/ Agger vld.

Papulæ, æ, f. pr. corr. parva & rubescens cutis aspredo, sive sit ex prurigine, sive ex fervida aliqua eruptione, sive aquam contineat, in vesiculæ modum: à papa, i. e. mammæ capitulo, Bleene/ Hedbleene/ Vandbleene/ Vaffle. Et specialiter, papulæ, puerilis morbus, corpori exiles maculas rubras aut purpureas interdum nigricantes diffundens, Meſſeling.

Papilla, æ, f. pr. q. parva papa: estq; capitulum mammæ, Brystvortte/ Pattevortte. Item in fontibus papilla dicitur caput tubuli, seu fistulæ aquariæ, aquam eructans, Vandrude/ Hane eller rude vdi Brynd til at giffue Vand.

Papillatus, a, um, papilla ornatus, seu in papillæ speciem factus.

Composita.

Expapillàtus, ad papillam usq; nudatus, Nøgen til Brystet. Inde *expapillatum brachium*, Nøgen oc blot Arm.

Expapillo, as, Plaut. act. pr. ad papillam denudo, Giør nøgen/ blot/ blotter/ giør bar til Brysterne.

PAPÆ, βαβαί, interject. admirantis, Hille Mend/ Herre Gud!

PAPAVER, n. t. pr. corr. genus herbæ somniferæ, à papa sic dictum, quòd papæ, i. e. lacti indebatur ad somnum conciliandum, Valmue/ Mannekop.

Papaveratus, a, um. Ut, *papaverata toga* à calore candido sic dicta.

PAPILIO, m. t. pr. prod. secund. cor. insectum quoddam alatum, alis prælargis, imbecillis, omnis generis colores mentitos habens, à pappo flore propter candorem & levitatem, Sommerfugl. Item tentorium Castrense, sic dictum quòd arcendis papilionibus obtenditur, Telt/ Paulun.

PAPYRUS, ri, f. s. pr. corr. πάπυρος, frutex quidam Ægypti in locis palustribus, ex quo contexebant

navigia, & è libro vela tegetesq; , nec non & veſtes, ſtragula, funes. Item, ex quo laminas ſeu bracteas tenuiſſimas vel folia deducebant, in uſum ſcribendi, unde & pro charta ponitur, Papir.

Papyrum, n. ſ. idem.

Papyraceus, a, um, quod ex papyro factum eſt. Ut, *ellychnium papyraceum. Volumen papyraceum*, Bog Papir.

PANTHERA, æ, f. pr. fœmina pardi animalis, quæ omnium ferè feratum coloribus variegata eſt, à πανθὴρ ejusdem ſignificationis, Parderinde.

Pantherinus, a, um, quod ad pantheram pertinet. Ut, *pantherina pellis. Menſa pantherina*, quæ eſt criſpo & introrſo maculatum diſcurſu variegata.

PANTICES, m. t. Plaut. pro ventre vel ventris amplitudine ſeu pinguedine aut omaſo, à pando, quòd pandant ventrem, Fæd Bug/Vom. Exponitur & pantices, genus illud inteſtini in pecudibus pelliculatum volumina ſeu pagellas habens multiplicia, Laglep/ Ligslag.

PAR, aris, o. t. pr. gen. corr. quod alteri accommodum eſt, affine & q. junctum à παρὰ ſignificante juxta & affinitatem, Mage/Parret/Lige. *Par ejus ſum, par & mutua ejus benevolentia, parta verba. Hoſpes hic illius par eſt*, Jeffnlige/er ſaa god ſom hand. Sic: *par ſum tibi*, Jeg er ſaa god ſom du. *In differendo non ſum tibi par*, Er icke din lige. *In pares eſt faſtidioſus*, Jmod ſine jeffnlige. *Amicus ſuperior inferiori par eſt*. Item *animo, ſapientiâ, divitiis, ſcientiâ ejus par eſt*. Sic, *par pari refert, reſpondet*, Lige for lige. Plautus ſuperlat. finxit. Ut, *pariſſimi eſtis viribus, par numerus*, Lige tal. *Paria pocula*, Lige/icke wlige. *Paria ſuppellectilia*, quæ ſunt quotidiani uſus. Et ſubſtantivè, par, duorum æqualium numerus inter ſe, Jt par. *Par amicorum, gladiatorum, ſcyphorum*. Et *par amicitiæ conjunctiſſimum*. Item *par eſt*, pro decet, & æqvum eſt, det er billigt oc tilbørligt. *Par eſt, omnes timeamus: par eſt agere cum civibus.*

Parilis, e, om. t. idem quod par & æquale, Lige/Liges dan/lige ſtoer/lige ſaadan. *Parilis vox, honor, ætas. ſtatua parilis*, quæ repræſentat undicunq; viri modum.

Parilitas, Gell. parilis rei affectio & ratio. Ut, *parilitas virtutum inter ſe conſimilium*, Lig danlighed/Lig ſtorhed.

Pariter, adverb. modo pari, ſimilitèr, æquè. Ut, *Filius pariter moratus, ut pater avusq; hujus fuit*, Ligeſaa/liges vel. *Paritèr diſſertiantur bona patris*, i. e. ex æquo, Lige. *Pariter ſvades, qualis es*, Ligeſom du eſt til/giffuer du raad. Item, pro convenienter. Ut, *extuliſti eum pariter, ut dignus fuit.* Item pariter pro ſimul, unà, tillige/ tilhaabe. *Cum vita ſenſus pariter amittitur.*

Pararius, a, um, quod ad paria pertinet. Ut, *æs pararium*, quod equiti pro paribus, h. e. binis equis dabatur, Sold paa it par Heſte: Et abſolutè, *pararius* Senecæ, qui ſtipulationibus, contractibus nominibusq; faciendis intervenit, q. paria facturus, Som danner oc jeffner i enſag/ vnderhandler/ megler. Sed in hac poſteriori ſignificatione legitur & Pacarius, à paco, pacas.

Compoſita.

Compar, om. t. idem quod par. Item, ſubſtantivè poſitum: ſocius ſeu conjux, Staldbroder/Eens/lige/Mage.

Diſpar, om. t. q. non par, wlig. *Mores diſpares: Diſparia ſtudia: diſpar fortuna: Fiſtula diſparibus cicutis ſive avenis*, med wlige rør/ ſomme lange/ ſomme ſtackede/ ſomme groffue/ ſomme fleine. Item, wmage/ icke mage. Et *diſpares colores*, Atſkillige farffue. Item cum caſu, *homo eſt ſui diſpar*, ſig ſelff wlig.

Diſparilis, le, om. t. idem quod diſpar. Ut, *pabulum diſparile: diſparilis aſpiratio terrarum.*

Impar, aris, om. t. non par, wlige. Arma imparia, quæ magnitudine ſunt diverſa. *Fortuna animo impar*, i. e. magnitudine inferior, kand icke ſvare til det ſind/ er icke neck. *Impar numerus*, qui non poteſt dividi in duas partes æquales, ut ſunt tria, quinq;, ſeptem, &c. *Imparia ſuppellectilia*, quæ paterfamilias ſibi ſervat, præter ea, quæ ſunt quotidiani uſus.

Impariter, modo impari, wligeligen. *Verſus impariter juncti*, i. e. elegiaci, conſtantes uno verſu longiori, altero breviori.

Suppar, aris, ferè par vel æqualis, Hart ad ved den alder eller paa ens tid. *Huic ætati ſuppares fuêre Alcibiades, Critias, Theramenes.*

PARASANGA, æ, f. pr. Plin. παρασάγγης Perſicum milliare 30 ſtadia continens.

PARASITUS, m. ſ. pen. prod. παράσιτος, menſarum aſſecla, hoſpitibus omnia aſſentans, ſummumq; bonum in cibo & potu ponens, Snyltegæſt. Item, paraſitus olim honeſta vocatione, qui comes erat & ſodalis Pontificis & Magiſtratus. Item, Paraſitus, Græcis, qui in Prytaneo publico victu epulabatur.

Paraſita, æ, f. pr. mulier paraſita.

Paraſitaſter, m. ſ. qui paraſitos imitatur, Snylteactig.

Paraſitor, aris, d. pr. paraſitum ago, Snylter/giøre Snyltegæſt aff mig.

Supparaſitor, aris, d. pr. Plaut. Subſervio & obſequor in morem paraſiti. Ut, *accedam, atq; hanc appellabo, & ſupparaſitabor patri.*

PARCO, cis, peperci, vel parſi, parſum, n. t. propriè ſumptibus abſtineo, q. partem arceo, i. e. contineo, reſervo, holder i raade/ ſparer. *Parcit pecuniæ, parcit lachrymis.* Et antiquè cum accuſat. *Talentis gnatis parce tuis.* Sic: *parcere rem.* Inde ſignificat abſtineo, ope holder/ holder fra: *Parcit metu: parce piæ ſceleratæ manus.* Item ignoſco, veniam do, Skaaner/ parcere ſubjectis. Item, obtempero, morem gero; ut, *parcit auribus ejus.* Sic impersonaliter, & paſſivè, *nec corpori parcitur.* Et *ſermoni parci ſalutare eſt*: Aliter ſimpliciter à parum vel parvum, ut vult Phavorinus Gellianus. Legitur & in Feſt. præteritum parcui.

Parcus, a, um, qui ſumptibus parcit, Sparſommelig/ ſparſom/ ſom holder tilrade/ karrig. Colonus eſt parciſſimus. Et cum caſu *parcus aceti, parcus temporis, honorum.* Et *parcus comitatu*, qui paucos habet in comitatu.

Parcè,

Parcè, modo parco, Sparſommeligen. *Parcè vivit, parcè loquitur.* Et *parcè parus* eſt per auxeſin.

Parciter antiquè idem quod parcè.

Parcimonia ſivè parſimonia f. pr. parci virtus & affectus, Sparſommelighed/ Karrigſkaff.

Compoſita.

Deparcus, a, um, Svet. nimis parcus, Karrig.

Reparco, cis, Plaut. idem quod parco, vel viciſſim parco aut non parco. Ut, *utinam à principio rei item meæ parciſſem, ut reparcis ſvavis.*

Præparcus, valde parcus, Plin.

Perparcè, valdè parcè. Ut, *perparcè agit, dicit.*

Triparcus, Plaut. valdè parcus, Suurfittig/ niding.

PARDUS, di, m. ſ. animal ferum & maculatum, Africæ & Syriæ familiare, à πάρδαλις ejusdem ſignificationis, Parder Diur.

Compoſita.

Camelopardus, & Camelopardalis, animal à cameli figura & maculis Pantheræ, Indianſke Kameel.

Leopardus, m, ſ. animal ex leæna & pardo natum.

PAREO, es, ui, paritum, unde pariturus n. ſ. pr. prod. conſpectui adſum in conſpectu ſum; à paro q. paratus adſum: vel à παρά, juxta, apud: præpoſitione ſignificante præſentiam & conſpectum iunuente, ut propriè ſignificet præſens ſum, Er tilſtede/ Aabenbaris. *Ad portam paruit Hermogenes, ipſis ſydera parent*, i. e. cernuntur. Item, morem gero q. paratus, Adlyder. *Dictis parentis paret: parebit imperio paret gulæ* pro ſervit ſive indulget. *Promiſſis parere*, eſt præſtare promiſſa. Et Impersonaliter, *dicto paretur.* Dicebatur & antiquè parreo, ut appareret productio contra originis naturam. Aliter pareo à πάρειμι adſum, præſens ſum, præſtò ſum. Item, prodeo, procedo.

Compoſita.

Appareo, res, n. ſ. viſui alicujus me offero ingeroq;, Aabenbaris/ lader mig ſee / lader mig til ſiune. *Deus ille nunquam apparuit: Ita exaruerunt, vix jam ut appareant: Immolanti apparuit anguis: apparuit exercitus, claſſis; demorſus equus rursùs apparuit: in illo nihil apparet honeſtum. Membra apparent ad vitam*, i. e. conſtituta ſunt. *Apparent milites ad limina regis*, i. e. præſtò ſunt officii gratiâ. *Quæſtioni huic, concioni apparuit*, i. e. adfuit, præſtò fuit. Et impersonaliter, *apparet ipſum bonum, fuiſſe civem: apparet ex ſcripto: omnia hic falſa, ut apparet.*

Apparitio, onis, f. t. apparendi actus, Aabenbaring. Inde, Feſtum Apparitionis Græcò nomine Epiphania, Hellig tre Konger dag. Item, apparitio apparitoris officium. Ut, *apparitio ejus, quâ apparet officii gratia*, Varetect oc Tieniſte.

Apparitor, m. t. miniſter, qui ad obſequium apparebat Magiſtratui, Opvacter/ Fogitſvend/ Dravanter. Quandoq; apparitores officio tabellariorum fungebantur, Liggere/ Cantzeli Bud.

Apparitura, æ, f. pr. Svet. apparitoris miniſterium.

Compareo, idem quod appareo. Ut, *nusquam comparuit. Eorum monumentorum exigua pars comparet*, i. e. exſtat, Er til.

Imparens, tis, Feſto pro non parens ſeu inobediens.

PARIES, etis, m. t. pr. corr. maceria & privatus murus, quo domus à domo diſtinguitur, ſic dictus à pari laterum ductu, Væg. Parietem per veſtibulum duxit.

Parietaria, æ, f. pr. herba ſic dicta à parietibus, in quibus naſcitur, Murkrud/ S. Peders Vrte.

Parietinæ, arum, f. pr. parietum rudera & reliquiæ, Forfalden/ nederfalden Væg.

PARIO, is, peperi partum vel paritum, n. t. pr. corr. fœtum edo: à paro q. fœtum paro, Føder aff mig. Diciturq; proprie de ſexu fœmineo, Bær til Verden. *Mater filium peperit: Gallina ova parit.* Et paſſivè, *ova pariuntur.* Inde etiam abuſive de viris pro gigno. Ut, *hic vicinus noſter peperiſſe ſe filium memorat.* Item pario translatâ ſignificatione, edo, fingo. Ut, *verba parit.* Item acquiro ſeu cum labore quæro & acquiro, haffuer vmag for/ kommer ſure til/ ſcilicet à laborioſo matrum partu. Unde *parere divitias*, Avle. Et addito modo ſeu pretio: *Sanguine ſuo nobis patriam peperit, amicos, gratiam*, Avlede. Erat etiam pario olim quartæ conjugationis, parire cum præterito parii.

Paritura, æ, f. pr. Varr. pariendi actus, Fødzel.

Paritudo, vel partitudo, f. t. Plaut. idem quod paritura.

Partio, onis, antiquè idem quod partus. Ut, *mentio partionis me terret.*

Partor, oris, m. t. qui peperit & acquiſivit aliquid. Ut, *ante parta demus partoribus.*

Partus, us, m. q pariendi actus, Barne Fødzel. *Diana adhibetur ad partus: proles partu gemina.* Item, partus, pro fœtu ipſo, Foſter. *Nec jacuit partus, ſed matre cadente cucurrit: genetrix partus enixa gemellos.*

Parturio, is, n. q. in pariendo laboro, Vil Føde / laffuer til Fødzel. *In cubilibus parturiunt.* Et de pecudibus, Quæger. *Parturit bos, parturit ovis.* Inde translatè: *parturit ventus imbres*, Moeder til regn. Et, *terra parturit*, Jorden quæger/ cum ſc. fermenteſcit lætamine. Item: *utinam dolor populi Romani pariat, quod jam diu parturit.*

Parens, tis, com. t. q. pariens: ſignificatq; propriè genetrices, quæ liberos in lucem ediderunt: Juriſconſultis etiam avum & aviam, cæteroſq; ſuperiores utriuſq; ſexus ad tritavus & tritavias, Fader/ Moder / Forældre. Et translatè, terra omnium parens, pro nutrix, altrix. Sic: *Philoſophia q. artium parens eſt.* Item in arboribus, parens dicitur ſtirps vel truncus, unde rami enaſcuntur. Eſt a. genitivus parentium vel parentum.

Parento, as, n. pr. propriè parentibus juſta perſolvo, celebro. Inde etiam aliis nec ſine pompa & ſingulari apparatu, holder begengelſe. *Parentat Dolabella ſuo imperatori.* Et deponental. *hoſtiâ maximâ parentatur.* Item imperſ. *ibi parentatur.*

Paren-

Parentatio, onis, parentandi actus, Begengelſe.

Parentalis, e, om. t. quod eſt parentationis. Ut, *dies parentales*, quibus ſolennes epulæ ad mortuorum ſepulchra ſolent afferri, Begengelſis Dag. *Umbræ parentales*, pro manibus. Et abſolutè *parentalia, orum*, ipſa ſunt convivia, quæ in parentum aut propinquorum funeribus fieri conſueverunt, Forældris oc Slectis begengelſe/Maaltid effter deris død/Ærvid.

Parilia, orum, n. ſ. feſta erant pro partu pecoris, ſatorum, arborum & herbarum. Dicuntur etiam palilia, à Pale Dea, cui liba ſacrificabant ruſtici. Item dies feſtus, quo Roma condita eſt.

Partus, a, um, quod peperimus vel acquiſivimus. Ut, *divitiæ partæ*, Affler godz: *pecunia parta*. Translat. ex labore parturientium: vel eâ formâ, quâ fœnus ex fœta pecuniæ, ut Græcorum τόκος à τίκτω.

Compoſita translatis ſignificationibus, & mutatâ conjugatione ad priſcum Pario in quarta: quanquam & à parando deduci poſſunt.

Aperio, ris, pr. cor. act. q. aliquid removendo detego nudo, & clauſum patefacio; ex ab & pario, oplader/oplucker/ Aabner. *Aperit fores, aperuit caput, epiſtolam, literas, aperiunt atrium, labra, dentes ac linguam.* Et translatè, *aperire rem familiarem*, ut pateat omnibus. Item: *virtus tua tibi reditum ad tuos aperuit: aperuit fontes conſiliorum, aperire ludum*, eſt inſtituere & ludimagiſtrum ſe profiteri & agere, Slaa op/ſlaa Skole an. *Aperio me eſſe amicum: de ſapientia aperio, multa mihi aperuit*, i. e. demonſtravit & me ea ſcire fecit, quæ aliàs abſcondita erant. Sic, *aperi nobis hoc ænigma. Aperire caput fuſte*, eſt capiti vulnus infligere.

Apertio, aperiendi actus, Aabnen/opladelſe.

Apertura, æ. f. pr. Vitr. idem quod apertio vel aperti affectio, Aabning oc hul.

Apertus, a, um, quod ante oculos eſt, Aabenbarlig. *Nihil ipſi abſconditum, omnia ei apertiſſima: apertus dolor*, i. e. multus & verus. *Apertum pectus* pro animo ſincero. *In apertum referre*, eſt opus aliquod edere. *Aperta nabis*, quæ non eſt conſtrata. Aaben/ vden offuerlag. *Cœlum apertum*, i. e. ſerenum & tranquillum. *Aperta narratio*, i. e. facilis & perſpicua. *Ad laudem apertus curſus*, i. e. patens. *Apertum ſcelus*, i. e. notum *Aperta viſcera* dicuntur, cùm apertus ſit venter. *Aperto it capite*, i. e. ſine pudore, confidenter.

Apertè, modo aperto, Aabenbarligen. *Verba hoc apertè, tiùs, tiſſimè indicant.*

Adapertus, a, um, idem quod apertus vel ſemiapertus. Ut, *pars adaperta fuit, pars altera clauſa feneſtræ.*

Adapertilis, e, om. t. Ovid. quod facilè aperi poteſt. Ut, *latus tauri adapertile.*

Exaperio, foris vel valdè aperio.

Inapertus, a, um, Silio, q. non apertus, non expoſitus, Icke Aaben for: *Senectus fraudi inaperta*, Fri for.

Semiapertus, a, um, dimidiatâ ſui parte apertum, halff Aaben. *Fores portarum ſemiapertæ.*

Comperio, peri, pertum, n. q. cognoſco vel colligo ex opinione, ſeu pro explorato habeo, q. pariendo & acquirendo cognoſco, ſeu ex re parta cognoſco, Befinder/fornemmer eller forſtaar til viſſe.

Comperior, d. idem.

Compertus, a, um, quod comperti ſumus. Ut, *res comperta, factnus compertum*, forfarer oc fient. Inde ſignificat certum, viſt oc faſt. *Compertum eſt mihi*, Jeg ved til viſſe/ haffuer forfaret det. Dicitur & *compertus ſtupri*, Befunden i hoer. Item abſolutè: *neq; dum comperto quos illa bis perculiſſet*, i. e. *cùm compertum eſſet.*

Incompertus, a, um, de quo nihil comperti eſt, wforfaret/wfient. *Ejus natura mihi incomperta eſt: hoc eſt mihi incompertum*, det er mig wviſt/ Jeg ved det inter aff/ haffuer det ey forfaret.

Experior, iris, d. q. q: pariendo & acquirendo ſc. magno conamine & vi cognoſco & tento, Forfarer/ forſøger/randſager. *Omnia priùs experiri conſilio quàm armis, ſapientis eſt. Experior de te, tuum experior amorem. Extremam belli aleam experiri*, giøre/ holde det yderſte oc ſidſte ſlag for alle/ endeligen enten at vinde eller tabe/ voffue det yderſte ſlag. Legibus experiri, bruge Loven med en.

Experiens, & experientiſſimus, qui expertus eſt, Forfaren. *Experiens vir imperium, experientiſſimus auctor.*

Expertus, a, um, quod experti ſumus, Forfaret. *Experta ejus virtus*, i. e. quam experti ſumus: *experta prodimus.* Et activè, à miſſo tempore, qui rem expertus eſt, vel forfaren: *Homo expertus.*

Experientia, æ, f. pr. experiendi actus, expertivè habitus, Forfarelſe/forfaring: *Rerum experientia.*

Experimentum, idem.

Inexpertus, a, um, non expertus, wforſøgt/ wforfaret. *Dulce inexpertis bellum. Nihil inexpertum relinquit*, pro omnia experitur, Forſøger alting.

Operio, ris, rui, tum, act. q. abjecto B & corr. pr. idem eſt quod claudo, Lucker til. *Operuerunt oſtium. Operire morientibus oculos.* Et translatè, *operire lectum* pro abſcondere, Skiule/holde hiemmelig oc forborgen hoſſ ſig ſelff. Item tego, Skiuler/decker til. *Hinnuli pellis totos operiebat amantes.*

Opertus, a, um, quod operuimus, Tilluct/ſkiult/ deckit. *Fores opertæ: lectica operta: mons nubibus opertus: caput opertum.* Et abſolutè, *opertum Bonæ Deæ*, ſacrificii erat genus, quod à ſolis mulieribus in loco operto fiebat, cuiq; virum intereſſe nefas erat.

Operto, as, Feſto, frequenter vel ſæpiùs operio.

Operimentum, n. ſ. quo aliquid operitur & tegitur, Skiul oc log. *Operimenta lecti, operimenta oculorum.*

Opertorium, n. ſ. Senec. idem quod operimentum.

Operculum, n. ſ. inſtrumentum, quo aliquid operitur & tegitur, Log: *Operculum domus*, Lug offuen paa Huus: *Operculum aheni*, Grydlog. *Operculum dolii*, Spund.

Operculo, as, act. pr. Col. operculo operio; ut, *operculare dolium, cadum, vas*, Lucke/ Tilſpunde/ ſætte Spund paa.

Opertanea, ſacra, Plin. ſacrificia, quæ in operto fiebant, quæ & ſecluſa dicebantur, ne profanorum oculis polluerentur. Inde Eccleſ. ſacrum oportaneum, Tiendis Meſſe.

Adoperio, Liv. idem quod operio. Unde, *adoperto capite incedebat.*

Cooperio, operio, tego, obruo, Offuerſkiuler oc tildecker/ hyller. *Cooperire aliquem lapidibus*, Stee ne en ihiel.

Coopertus, a, um, quod cooperuimus. Ut, *coopertus lapidibus, coopertus ſceleribus, miſeriis.*

Cooper-

Cooperculum, quo quid cooperitur, Deck / log/ hylle. *Cooperculum dolii,* Tyndespund.

Opperior, iris, tus, d. q. expecto, Bier effter nogen/ fortoffuer. *Opperior hîc hominem, ut salutem & colloquar.* Et *opertus sum hoc.*

Reperio, ris, peri, pertum, act. q. amissum vel quæsitum consequor, & q. pario & magno labore acquiro: idq; aut fortunæ aut consilii aut propositi omine, Finder/ paafinder. *Tu non inventa, reperta es: requirens servus reperit.* Sic: *reperire causam, consilium, occasionem, rationes, viam, exitum, aliquid novi, medicinam alicui rei, malefacta alicujus, negotium in aliqua re, parentes, gloriam armis.* Item reperio idem quod comperio & certò cognosco, Befinder. *Repertus es ingratus.*

Repertorium, n. s. Jureconsultis, liber, index seu commentarius particulatim continens recensitarum, quasi repertarum, descriptionem, Register paa godz oc haffu huad mand haffuer oc finder for sig. Inventari.

Repertus, a, um, quod reperimus, Funden / paafunden/ fundet igien/ faaet oc bekommet.

Reperticius civis, Salust. qui non origine civis est, sed jure, ut in civitatem receptus. Sed suspecta est lectio pro irrepticius.

Irrepertus, a, um, non repertus, wfunden/ wpaafunden. *Aurum irrepertum,* quod nondum repertum est.

Composita alia.

Anteparta, quæ ante vel priùs parta sunt.

Gemellipara, quæ gemellos parit: Ut, *ovis gemellipara; mulier gemellipara.*

Omniparens, tis, om. t. qui omnia genuit. Ut, *Deus omniparens: terra omniparens.*

Ovipara animalia, quæ ova pariunt, ut aves ferè omnes. ὠοτόκον.

Postpartor, qui successor est & hæres, quiq; post me, mea adeptus bona, possidet.

Primiparæ, dicuntur fœminæ in quovis animalium genere, quæ primò pepererunt.

Puerpera, æ, f. pr. mulier, quæ recens peperit, Barselquinde. Isidoro autem dicitur, quæ annis puerilibus parit, q. quæ puera & primò peperit.

Puerperium, n. s. puerperæ dolor, cum ex partu ægra est, Barselseng. Item ipsa proles & partus. Ut uno abortu duodecim puerperia egesta. Plin.

PARMA, æ, f. pr. scutum breve & rotundum, sic dictum, quòd sit è medio undiq; par; eratq; peditibus peculiare, Liden rund Skiold.

Parmula, parva parma.

Parmarius, parma tectus.

Parmularius, m. s. gladiator, qui parmula utebatur. Item parmularius, parmarum faber, Skioldmager. Legitur & palmularius.

PARO, as, act. pr. corr. q. paria futuræ rei facio, h. e. quæ requiruntur concilio confícioq; à voce par, Laffuer til/ tilreder / mager oc danner paa / laffuer paa: *Machinas parat, nuptias parat, & parat se ad audiendum.* Item paro, acquiro, Skaffer / forskaffer. *Parare hortos, agros, parat amicos beneficio: satietate pararet famem.* Aliter à pario.

Paratus, a, um, quod paravimus, laffuet oc tilred. *Parata nuptiæ.* Et amisso tempore, quod ad manus & in promptu est, tilreder. *Amor quovis loco paratus.* Sic *res parata,* Redelig. *Animus paratissimus,* Redeborn sind. *Vir civitatis tuendæ paratissimus,* Redeborn til. *Paratus ad omnem eventum,* Ferdig til. *Homo certamini paratior; paratissimus,* Ridsk oc Rask til sin gierning. Et absolutè, paratum, cui nihil deest, Ferdigt/ tilred. *Nihil hîc parati.*

Pransus-paratus, Proverbii specie, qui ad omnes casus paratus est, Ferdig til at tage oc giffue: ut qui ex prandio est refectis & integris viribus.

Paratè, modo parato, Ferdigen/ tilrede / Redeborn. *Paratè ad dicendum venit: paratissimè respondit.*

Paratus, us, m. q. parandi actus vel parati affectus, ratio, Tilredning. *Paratus verborum, paratus funebris.*

Parabilis, e, quod haberi & parari facilè potest, Bekommelig. *Divitiæ naturâ parabiles. Victus parabilis,* Let at bekomme: *Meretrix vel Venus parabilis,* pro vulgaris, Gemeen Skøge/gemeen Kierlighed.

Parito, as, Plaut. frequentat. a pario. Ut, *coire paritas.*

Composita.

Æquiparo, as, æqua comparatione refero aliquid seu ex æquo comparo, haffuer eller naaer jeffne mon oc mael/ haffuer lige oc jeffn mon med anden. *Hic me factis æquiparare non potest. non solùm calamis sed & voce magistrum æquiparat.*

Æquiparatio, æquiparandi actus.

Æquiparabilis, e, o. t. quod æquiparari & comparari cum aliquo potest. Ut, *non sunt æquiparabiles vestræ factiones cum nostris.*

Apparo, as, alicujus usui & commodo aliquid paro, nec sine splendore & magnificentia, Tillaffuer/Tilreder: *Apparate ea, quæ necessitas postulat: apparat bellum: apparat ludos magnificentissimos, convivium, crimina in aliquem.* Et passivè: *animus judicis apparatur ad audiendum.*

Apparatio, onis, apparandi actus, Tillaffuelse/ tilredelse: *Apparatio popularium, munerum.*

Apparatus, a, um, quod apparavimus. Unde amisso tempore, *ludi apparatissimi, magnificentissimiq; verba apparata, Domus rebus omnibus instructa & apparata. Apparata oratio.*

Apparatus, us, m. q. idem quod apparatio & magnificentia. Ut, *apparatus epularum, prandiorum, apparatus præceptorum.*

Inapparatio, onis, q. nullus apparatus.

Comparo, as, act. pr. q. unum cum alio paro, & propriè in quantitate, Ligner tilsammen / ligner det ene ved det andet/ danner: *Dicitur q; comparare aliquid & comparare alicui, & inter se comparare.* Item compa-ro, apto & compono, Laffuer oc lemper mig. *Ità me comparavi: ità à natura comparatum est.* Et *comparare labella labellis.* Item, idem quod simplex paro, Tilreder / bereder / forskaffer / bringer til veye. *Comparare convivium, copias, exercitum.* Et translatè, *comparare risum, dolum, insidias, malum alicui.* Item specialiter emendo acquiro, Kiøber. *Hoc ego comparavi.*

Comparatio, onis, comparandi actus. Unde *comparatio belli,* i. e. apparatus. *Comparatio voluptatis. Sine comparatione hoc ei datum est,* uden lignelse eller ansseelse. Item apud Grammaticos, affectus nominis, cùm gradus variatur.

Com-

Comparatè, adverb. cum alterius comparatione.

Comparabilis, e, om. t. quod cum aliquo comparari poteſt.

Comparativus, a, um, quod ſit comparando, vel per comparationem. Ut, *comparativa judicatio.* Et apud Grammaticos, Comparativus gradus.

Incomparabilis, le, cui nihil comparari adæquative poteſt, hues lige mand kand icke finde: Som haffuer icke ſin lige. *Magiſter homo, cujus incomparabilis.*

Diſparo, as, act. pr. q. in diverſas partes paro & repetita prima origine q. diſparem facio, h. e. disjungo & non par facio, ſeu para disjungo, Skiller ad hen fra hin anden: *Bonos à malis diſparat.*

Diſparatum, logicis quod per oppoſitionem negationis ſeparatur ab aliqua re; ut ſapere, non ſapere.

Imparatus, a, um, non paratus, wbered / wferdig. *Paratus in imparatos hoſtes incidit: res eſt imparata.*

Impero, as, n. pr. ex auctoritate aliquid injungo, biuder oc befaler. *Hoc tibi impero.* Sic, *impero tributum pecuniam, arma, naves, obſides,* paalegger / paabiuder. Et paſſivè. *Idoneus imperor hoc procurare, & non inſitus,* paaleggis / biudis oc befalis.

Imperatus, a, um, quod imperavimus, Budet oc befalet. *Imperata pecunia, imperatum frumentum.* Et abſolutè, non habita temporis ratione, *imperatum,* Bud oc paaleg.

Imperito, as, idem quod impero, ſed aucta ſignificatione: Item, imperium in alios habeo, haffuer Regimente / Regærer / raader oc biuder. *Oppido opulento imperitas.*

Imperator, qui abſolutè imperandi poteſtatem habet in exercitu, per excellentiam ſic dictus, nimirùm apud quem ſumma exercitus poteſtas erat, øffuerſte / Krigsøffuerſte / Feltøffuerſte. Inde translatum eſt ad eum, qui unus imperio Romano præeſt, Keyſer.

Imperatrix, idem in genere fœmineo, Keyſerinde.

Imperatorius, a, um, quod eſt imperatoris. Ut, *jus imperatorium,* øffuerſtens eller Keyſerlig ræt. *Imperatoria donatio,* øffuerſtens ſkenck oc gaffue. Sic *laus, nomen, labor, & manubiæ imperatoriæ.*

Induperator, veteribus pro Imperator.

Feriæ imperativæ, quas Magiſtratus pro arbitrio indicit ob victoriæ nuncium aut principis ſalutem, Buden Helligt / Bede Dage.

Imperium, rii, n. ſ. imperantis poteſtas, Regiment / regæring / mact. *Ex imperio agit.* Et *imperio læti parent,* i. e. juſſu. Item, ipſum imperantis regnum, Rige: *Imperium conſtituit ex oriente in occidentem.*

Imperialis, le, om. t. quod ad imperium pertinet vel ſpectat: unde *imperiales civitates,* fri Keyſerlige Stæder. *Imperialis charta,* quæ amplior ſic dicta per excellentiam, Kegal Papiir.

Imperioſus, a, um, qui nimius eſt in imperando vel qui nimis acerbè imperat, Formyndig i Regæring / ſtreng Regentere / Mectig / Myndig / ſom vil ene oc altid raade. *Imperioſus populus: imperioſa dictatura: imperioſus herus: familia imperioſiſſima.*

Imperioſè, modo imperioſo, Strengeligen / Myndigen. *Imperioſè civibus dominatur.*

Modiperatores, antiquis dicebantur, qui in conviviis modum legemq; potandi præſcribebant, Skaffer eller Kogemeſter.

Opiparus, a, um, quod opulento paratu inſtructum eſt, Rigeligen oc koſteligen tillaffuet oc tilred. *Athenæ opiparæ: opiparæ obſonia: opiparum convivium.*

Opiparè, modo opiparo, Koſteligen / rigeligen. *Convivium opipare apparatum.*

Præparo, & antiquè præpero, as, ante paro quæ futura ſunt ex uſu, Laver til / bereder paa før: *Præparat neceſſaria ad vitam agendam. Philoſophia præparat animos hominum.*

Præparatio, præparandi actus.

Præparatus, & antiquè præperatus, a, um, quod præparavimus. Ut, *pœna impiis præparata.*

Præparatò, adverb. ut *nihil præparatò fecit Milo,* i. e. ex præparatione.

Præparatus, us, m. q. idem quod præparatio.

Repare, as, act. pr. neglectum & corruptum rurſum vel denuo paro & polio, Fornyer / ſtaffer op igien. *Vetuſtate collapſa in melius reparantur.* Item, amiſſum rurſùs mihi paro, Igienſkaffer. *Res amiſſas reparat: vires reparat: gratiam liberalitate & donis reparat.* Sic, reparo, iterum paro & emo aliquid pecuniâ alia venditione conflata, vel etiam rem aliam mercor, Kiøber eller giffuer it for ander / eller ſelger oc Kiøber igien. Unde, *vina reparata Syrâ merce.*

Reparabilis, le, quod reparari poteſt. Ut, *amiſſa pudicitia nulla arte reparabilis,* Igienſkaffelig.

Reparamen, inis, n. t. Sipont. idem quod reparatio.

Reparatio, onis, reparandi actus. Ut, *reparatio regni.*

Reparator, qui reparat, ut, *reparator ævi.*

Irreparabilis, le, non reparabile, quodq; reparari & in integrum reſtitui non poteſt, Som ey kand fornyes / wigienkaldelig. *Fugit irreparabile tempus.*

Recupero, as, act. pr. & antiquitùs recipero, à re & paro, interpoſita C l, ut in aliis quibusdam fit: ſignificatq; denuò paro, vel amiſſum rurſus paro & acquiro, Kommer paa fode igien / igienſkaffer. *Hominem recuperat,* i. e. honoribus reſtituit. *Recuperat veterem belli gloriam: recuperat ſua alterius ope: ferro non auro patriam recuperavit.*

Recuperatio, & reciperatio, recuperandi actus, gienſkaffelſe. *Recuperatio libertatis.*

Recuperator, oris, m. t. qui recuperat. Et peculiariter, judex arbitrarius, qui à prætore dabatur in privatis controverſiis, quacunq; de re ageretur, Dannemend eller gode Mend at dømme eller kiende paa i nogen Sag.

Recuperatorius, a, um, quod eſt recuperatorum. Ut, *judicium recuperatorium,* gode Mends oc Dannemends dom oc affſigelſe / affſigt. *Bellum recuperatorium,* quod pro re recuperanda infertur & geritur.

Recuperatus, a, um, quod recuperavimus, Igienſkaffet / igienfaaet. *Pecunia recuperata.*

Separo, as, act. pr. alterum ab altero eximo & ſeorſum ſtatuo, q. ſeorſum paro, Fraſkiller. *Separat vera à falſis: duo maria tenui diſcrimine ſeparantur: ſeparor ego ab illo.* Et *ſeparant hæc à ſuis hiſtoriis,* i. e. diſcludunt.

Separabilis, le, o. t. quod ſeparari poteſt.

Separatim, modo ſeparato & ſeorſum, Skild ad / ſærdelis / huer for ſig. *Separatim quisq; conſilium capit: ſeparatim de probitate dixit: nihil ei accedit ſeparatim à reliquis civibus.* Et *ſeparatiùs hoc adjunxit.*

Separatus, a, um, quod ſeparavimus, Fraſkild / ſær oc ſærdelis giort. *Separatum volumen requirunt iſtæ res geſtæ: utilitas ſeparata à virtute.*

Vitupero, as, act. pr. vitio do, duco, habeo, q. vitium paro, Laſter. *Vituperare conſilium alicujus, vitam, mores:* Et *Pompejus in amicitia Lentuli vituperatur.*

Vituperabilis, le, om. t. vituperatione dignum, Laſteligt. *Conſulatus vituperabilis.*

Vituperandus, a, um, idem quod vituperabilis.

Vituperatio, onis, vituperandi actus, Laſtelſe. Unde *vituperationem ſubire, effugere, ſuſcipere, tribuere.*

Vituperator, oris, m. t. qui vituperat, Laſtere. *Vituperator Philoſophiæ.*

Vituperium, idem quod vituperatio, ἄδηλον.

Vitupero, onis, idem quod vituperator, ἄδηλον.

PARON, onis, m. t. pr. corr. navigium piraticum, à Paro inſula ſic dicta, Roſſuer Skib.

Parunculus, parvus paron.

Compoſitum.

Myoparon, m. t. idem navigii genus, vel minùs & viliùs à forma, quam mutuam habuit, à Myunte urbe & Paro. Iſidoro autem definitur, parva ſcapha ex vimine facta quæ contexta crudo corio genus navigii præbet: quales, inquit ille, utuntur Germanorum piratæ in Oceani littoribus vel paludibus ob agilitatem. Sed & Myoparon per ſe habetur navigii genus, q. μυῶν à μῦς, mus, propter anguſtam & oblongam formam, qualis eſt muri.

PARRA, æ, f. pr. nomen avis inauſpicatæ, cuiq; in capite corniculatus eſt apex: ſic dicta ab antiquo parreo, pro pareo, i. e. appareo. Nam ſuo inſvavi cantu ſæpiùs prætereuntes cogit ad ſe adſpicere, quare ſæpiùs apparere dicitur. Conſtantino exponitur, Ulula.

Pars, tis, f. t. aliquid ex toto, à voce partum à pario, q. quantum cuiq; partum eſt ex toto, Deel/ Part. *Hæc mea pars eſt: urbis partes ſunt forum, curia, &c. pars noctis, diei, numeri Philoſophiæ.* Dicituṙq; non tantum de quantitate continua & diſcreta; ſed & de aliis, ut de ſpecie cum dico: *Genus eſt; quod plures continet partes.* Item de loco, ut *ab Orientis partibus: in iſtis partibus ſunt copiæ,* ſteder oc platz. *In iſtis partibus magna vini eſt copia.* Quò pertinent hæ locutiones: *in utramq; partem loquitur,* paa begge ſider. *In neutram partem res illa accipi poteſt: in meliorem, mitiorem, optimam partem hoc accipio,* J den bæſte meening. *In omnes partes me fefellit,* paa alle ſider. *In hac parte hæc inſunt,* J dette ſlags. *Reddam vos ſecuros in hac parte,* J dette ſtycke/ paa denne ſide. Item, de munere & officio, ſumpta translatione à partibus hiſtrionum, Beſtilling/ ſom huer for ſig tilkommer/ ſom en deel. *Mea pars nemini cedit: Pompejus hortabatur, ut partes ſuas ſuſciperem: partes illas agit, partes has ſuſtinet.* Quo hæ referuntur formulæ: *pro mea tenui parte,* min ringe vilkaar. *Pro mea parte ipſum adjuvi,* paa min ſide/ ſom jeg kunde oc burde/ eller mig vedkom. Sic *in his artibus pro mea parte verſor: magnam partem occupatus ſum.* Item, pro loco honoris, officii & gradu, ſed pluraliter. Ut, *primas in dicendo partes obtinet: homo primarum, ſecundarum partium.* Et ſubintellecta voce, partes: *Primas dabat ei; primas tenebat; ſecundas ei tribuebat.* Item de cœtu, ordine, numero. Ut, *in impiorum partem translatus eſt,* J dieris tal. Partes etiam pro factionibus, Parthi. *Pætus erat in partibus, & occiſo Scriboniano Romam trahebatur.* Aliter pars à πάρος, i. e. ante, quia pars præcedit totum: nomenq; ſumptum à meſſoribus, lignatoribus, vindemiatoribus & paſtoribus. Item, à parum, quia pars minor toto. Item, à partior: partior a. à partum.

Particulones, Non. ex Pomponio, dicti cohæredes, quòd partes patrimonii ſumant, Medarffuinge.

Partim, adverb. ex parte; pro parte, en part/ en deel. *Partim ſubticuit crimen: partim confeſſus eſt.* Et cum caſu: *partim hominum,* i. e. pars hominum. Et præfixa præpoſitione cum: *Cum partim eorum ad eundem modum fuit:* pro parte, vel cum quibusdam eorum.

Particula, æ, parva pars.

Particulatim, per particulas. Ut, *ſummatim, non particulatim narrabo,* Stycke vis/ ſtyck fra ſtyck.

Partiarius, m. ſ. Caton. Colonus ſive alius, quivis cum quo aliquid commune habemus & partimur, Maeker/ tilfellis Broder/ ſom haffuer part med anden. *Colonus partiarius* Juriſconſ. qui cum domino fundi fructus partitur, Affismand til hallend/ naar Boſſbonden ſelff tager halfft.

Portio, nis, f. t. idem quod pars quà cedit alicui ex diſtributione, lod oc deelle.

Portiuncula, parva portio.

Partior, iris, titus, d. q. partes ex toto facio, vel totum in partes do facióve, divido, Deeler/ ſkiffter ad/ ſtycker. *Genus univerſum in partes partitur & dividit: periculum ex æquo partitur: cum Scipione partitur curas, honorem, &c.*

Partio, tis, tior, titum, n. q. idem & uſu & ſignificatione. Ut, *prædam cum illis partiam; provincias inter ſe partiebant.*

Partiendus, a, um, quod partiri debet. Ut, *partiendæ invidiæ cauſa loquitur.*

Partitè, partiendi modo activè, Skifftelige/ ſtyckevis/ huert for ſig. *Partite, definitè, diſtinctè dicit.*

Partitio, nis, partiendi actus, Skifftelſe/ partelſe/ deelelſe. *Artium partitio.*

Partitor, oris, m. t. qui partitur. Ut, *qui partitur merces.*

Compoſita.

Bipertio, vel bipartio, act. q. Columel. in duas partes divido, diſtribuo, partior, Deeler/ Skiffter vdi tu.

Bipartior, Cic. depon. idem.

Bipartitus, a, um, Cic. participium paſſiv. Ut, *bipartita oratio, bipartita diviſio, argumentatio.*

Bipartitò, Cic. adverb. dupliciter, bifariam. Ut, *claſſis diſtributa fuit bipartitò.*

Diſpartio, vel diſpertio, tis, act. q. in varias partes partior, ſeu variè partior, Vddeeler/ vdbytter. *Injuria diſpertivi ſti, pinguiorem agnum iſti habent. Diſpertire exercitum, & diſpertire tyrones inter legiones,* Deele dem vd iblant.

Diſpertior, iris, d. q. idem.

Diſpertitus, a, um, quod diſpertivimus, Deelt/ hver imellom. *Diſpertitum officium. Diſpertitos vos exiſtimo & in ſpeculis eſſe.*

Diſpertiendus, a, um, quod diſpertiri debet. Ut, *pecunia diſpertienda.*

Expers, tis, om. t. quasi sine rei parte, quiq; nullam habet rei alicujus partem, vden for. *Expers eruditionis, artis, laboris, lucis, mortis.* Et cum ablat. *domo expers, metu, famâ, fortunis,* Haffuer intet aff saadant. Item *expers ingenii,* Vanvittig / sandzløß / som haffuer ingen forstand i hoffuedet. *Expers more;* antiquè pro moris. Item *expers malitiis.*

Impertio, tis, act. q. quasi partem do, seu aliqua parte beo, Meddeeler. *Impertio tibi aliquid sabitatis: laudem impertio.* Et cum accus. & ablat. *Impertio te salute plurima,* helser dig / siger dig en god dag. *Impertit tempus studiis,* legger nogen tid paa.

Impertior, iris, dep. idem. Ut, *impertior laudem, bilitatem, misericordiam &c.* Et *aliquid est tibi de re mea familiari impertiendum.*

Interpartio, tis, act. q. aliquid inter aliquos partior, Skiffter imellom nogen. *Bona mea interpartiant cognati.*

Multipartitus, a, um, Plin. q. multùm & variè partitus, Skifft i mange maade / adskilligen skifft oc deelt. *Vita Indis mitioribus multipartita degitur.*

Proportio, onis, f. t. est duarum rerum invicem facta comparatio, Lighed eller lignelse vdi nogen tal eller gierning / at det ene svarer det andet. *Proportio numeri ad numerum: proportionem habent inter se multa.*

Quadripartior, sive Quadripartior, in quatuor aliquid partior. Unde quadripartitus, a, um, in quatuor partes divisus, Skifft fire parter oc deele. *Quadripartita divisio, distributio. commutatio temporum quadripartita.*

Quadripartitò, adverb. in quatuor partes.

Quinquepartitus, a, um, quod in quinq; partiti sumus, Deelt i fem deele. *Argumentatio quinquepartita.*

Quinquepartitò, adverb. Ut, *folia quinquepartitò incisa.*

Tripartitus, a, um, in tres partes divisus, Skifft i tre deele: *Oratio tripartita.*

Tripertitò, adverb. in tres partes. Ut, *urbem tripertitò aggreditur Hannibal,* I tre skifft. Sic, *dividit tripartitò.*

PARUS, ri, m. s. nomen aviculæ apibus infestæ à φάρος tegmen & velum capitis, quòd sit vittato vertice, ut loquitur Junius, reliquo corpore aliter colorato, Mußvit. Hinc *parus minor*, qui & cæruleus dicitur, Blaapande. Et *parus major*, Bogfincke.

PARVUS, a, um, quod est exiguæ substantiæ, à παῦρος, ejusdem significationis. Estque propriè quantitatum continuarum, Liden. *Homo parvus,* lidet Menniske. *Parvi homines,* smaa Folck. *Res parva, parvus locus.* Et consequenter, minimi pretii, Ringe: *Parva sunt foris arma, nisi est consilium domi. parvum beneficium.* Inde etiam est discretarum pro paucus, Faa. *Amomum parvi odoris,* i. e. pauci & imbecillis. Dicitur & : *Curasti omnia parvo,* i. e. facilè, vel parvo pretio. Sic, *parvi hoc ducit,* acter det ringe.

Parvissimus, a, um, Lucret. pro minimus.

Parvitas, f. t. Cic. parvi ratio & affectio, Lidenhed / ringhed. *Non possunt cerni propter parvitatem.*

Parvulus, a, um, aliquantum parvus. Ut, *parvula puella, res, pecunia,* Liden smaa penge eller faa penge. Et absolutè, parvulus pro puerulo, Barn. *Excepta parvulorum judicia.*

Parvulum, Plin. adverb. pro minimùm. Ut, *non parvulum differt. patiaris adversa, an expectes.*

Minor, com. & minus neut. t. comparativus irregularis à μινύω, minuo, vel μεῖον ejusdem significationis, Mindre. *Non minor est virtus quàm quærere, parta tueri: minus malum.* Et cum casu: *minor natu,* yngre.

Minùs, adverb. pro aliquantùm parum, Mindre / ickun lit: significatio est cum aliqua μειώσει. Ut, *minùs stultus est,* pro prudentior. Et *minùs prudens* pro stultior. *Minùs ineptus,* i. e. aptior. Item, pro non. Ut, *in minùs,* i. e. non, dersom icke. *Minùs quindecim sunt dies, cùm hoc accepisti,* i. e. non sunt quindecim; Sic, *minùs duo millia hominum effugerunt,* Icke felt saa mange.

Minusculus, a, um, paulò minor, Noget mindre. *Minusculum aviarium. minuscula epistola, bella, digitus.*

Minimus, a, um, superl. Allermindst / ringeste: *Sumptus minimus.* Et cum casu: *minimus natu,* yngst. *Nux minima,* aliàs avellana aut pontica, Hasselnød. Antiquis etiam dicebatur *minerrimus* pro minimus.

Minimè, adverb. negandi, pro nullo modo, q. minimo modo, Ingenlunde. *Minimè hæc sunt admittenda.* Et cum casu, majoris emphasis causa, *minimè gentium,* Slet ingenlunde. Item minimè pro ad minimum, I det ringeste / i det mindste. *Lata cubilia esse oportebit pedes decem, vel minimè novem.*

Minimùm, adverb. significans parùm in summo gradu, pro modis minimis, gandske lidet eller slet intet. *Minimùm doctius est.* Et cum casu; *minimum valetudinis,* gandske liden aff helbreden. Item, minimum, pro modo minimo, I det ringeste. *Singulagenera minimùm in binas species dividi possunt.*

Minus, a, um, antiquis pro pupillus; unde *mina ovis,* quæ glabra est, & cui curta est lana & rara, q. quæ minus lanæ habet, Nogen faar. *Mina mamma,* quæ lacte deficit, & velut minor facta, Bryst som skorter Melcken.

Parùm, adverb. quantitate parva, Lidet / Lit. *Parùm successit, quod ago. parùm ei est quòd fallat alios.* Et cum casu, *parùm consilii: parùm fidei, parùm miseriæ:* pro quibus & Plaut. *parùm consilium est, parùm fides, parùm miseria,* quasi parva miseria, fides, consilium, Cic. *parúmne erunt multi?* pro pauci sivè paucus, Lit Folck / faa. Item, *parùm vir est,* i. e. mollis. Sic *parùm philosophi sunt: parùm optimus.*

Paululùm, Diminutivum, repetita diphthongo originis græcæ, significans aliquantò parùm, Noget lidet. *Paululùm negotii: paululùm agelli.* Interdum temporis sive loci est. Ut, *paululùm antè dicendum est,* Noget lidet først eller tilforne. Ponitur & pro paulisper, Lidet stund. *Paululùm hîc te operiar.*

Paululus, a, um, Livio, aliquantò parvus, seu multùm parvus, Noget eller megen liden ringe. *Pro via paulula magnam mercedem solvendam.* Sic *paululi equi,*

paululi

paululi homines, ſmaa eller ringe Folck oc Heſte. Antiquè *pollulus* pro parvo, q. paululus. Ut, *labellum pollulum*.

Paulùm, aliud deminutivum, idem quod paulùm, à quo & factum eſt per extritionem ſyllabæ lu. Ut, *paulùm à portu progreditur*. Et cum caſu, *paulùm ſupplicii*, liden ſtraff. Item cùm præpoſitione, ut *poſt paulùm*, pro paulò poſt.

Paulò, adverb. idem quòd paulùm, jungiturq; potiſſimum adverbiis comparativis. Ut, *paulò ampliùs paulò magis*; Et præpoſitionibus ſive adverbiis. Ut, *paulò, ante*, Lidet før. *Paulo poſt*, Lit effter. *Paulò mox*, ſtraxen/ om it lidet ſtund.

Paulatim, adverb. innuens actionis motum parvum & lèvem, ſaa ſacteligen / da lit oc da lit/ tid effter tid. *Paulatim ſe ei ſubduxit : paulatim in ejus amicitiam venit.*

Pauxillum, aliud deminutivum, & rurſus inde deminutè pauxillulum idem quod paululum. Ut, *reliqvum eſt apud me pauxillulum nummorum : peculium ex pauxillo augent.*

Pauxillatim, Plaut. pro ſenſim. Ut, *pauxillatim ad eas accedunt.*

Compoſita.

Nihilominus, pro non minus, Icke diſmindre.

Parumper, adverb. temp. pro ad breve tempus, parvo tempore, per exiſtente enclitica à Græco περ: vel ſignificativa, q. parvo opere, Nogen ſtund / lit ſtund. *Parumper à me animum averte : parumper me hîc operire.* Interdùm ponitur pro paulatim, Saa ſacteligen/tid effter tid. *Pulſus parumper corde dolor.* Sed & hoc loco aliàs exponitur citò & velocitèr, med en haſt.

Pauliſper, adverb temporis, pro paululo temporis ſpacio; ex per enclitica ut parumper, Lit ſtund. *Manè pauliſper, lude pauliſper.*

Pauxilliſper, Plaut. pro pauliſper; ſi modò vera ſit lectio.

Perparvus, a, um, admodùm parvus. Ut, *hæc omnia nobis perparva videntur.*

Perparvulus, Cic. aliquantum perparvus. Ut, *ſigilla perparvula.*

Perparum, valdè parum; ut, *perparùm ex lucro iſto ad me.*

Perpaulum, Cic. valdè paulùm. Ut, *perpaulùm declinat.*

Perpaululum, ut, *perpaululum loci.*

Perpauxillum, valdè pauxillum.

PASCO, ;s, pavi, ſtum, n. t. de pecudibus eſcam capientibus, à πάω cum terminatione Æolica σκω, vel ſimpliciter à βόσκω, utroq; ejuſdem ſignificationis, æder/ føder ſig. *Mille greges illi totidemq; armenta per herbas paſcebant.* Et cum caſu, *pavit ovis pratum*, æder aff. Item, paſco activè, pro eſcam præbeo, & q. eſca ſagino, Føder ander/ foerer. *Sues paſcit : paſcit equum herba, & herba paſcit equum.* Et translatè foveo, alo. Ut, *paſcit ſervos : ſpem ſuam paſcit.* Item *paſcere oculos*, eſt viſu alicujus rei gratæ ſe oblectare, Forlyſte ſig. Item, *paſcere linguam*, antiquis, pro compeſcere: translata ſignificatione à paſcendi modo, quò intra terminos conſtitutos paſcit pecora paſtor.

Paſcito, as, Varr. freq. ut, *feræ in ſylveſtribus paſcitant.*

Paſcor, eris, dep. t. idem quod paſco, idq; activè. Ut, *pecudes paſcuntur ſylvas.* Et Neut. *paſcitur in magna ſylva formoſa juventa.* Et translatè: *paſcitur in vivis livor.* Sed & hæc exponi paſſivè poſſunt, pro aluntur.

Paſtio, onis, f. t. paſcendi actus, & locus ubi paſcunt greges, Foering. *Greges ſunt in paſtione*, paa Foering/ Foer oc Græsgang. Item, ipſum alimentum pecudum, Foer/ føde. *Aſia magnitudine paſtionis, omnibus terris facilè antecellit.* Sic *paſtio ſuum*, Olden.

Paſtus, a, um, quod pavit, vel quod pavimus, Fød oc foret / eller ſom haffuer ædet oc fød ſig. *Beſtiæ revertuntur ad locum ubi paſtæ ſunt.* Et translatè, *paſtus quæſtu judiciario*, pro ſuſtentatus.

Paſtus, us, m. q. idem quod paſtio: ut, *abis in paſtum profecta*: *Grex è paſtu redit.*

Paſta, æ, f. pr. maſſa eſcæ in modum pultis redacta, Dey.

Pabulatio, nis, f. t. pabulandi actus, Foer / foering. *Hoſtes pabulationes prohibent.* Sic *apum pabulatio*, quâ mel colligunt: aut ipſum pabulum.

Pabulum, n. ſ. quo paſcuntur & aluntur pecudes aliaq; bruta, ut, ſunt, fœnum, ſtipulæ ſectæ & integræ paleæ & aſia, Foer til Quæg/Quægfoder. Et de porcis, Olden. Et translatè *pabulum animi* eſt ſtudium literarum. Sic, *pabula amoris*, quibus amor conciliatur & alitur. *Pabulo & glande inimicorum corruptus*, pro pecunia, inſtigatione, auxilio. *Pabula ignis* pro ligno: & *pabula morbi*, quib. morbus alitur, Føde.

Pabularis, re, om. t. quod ad pabulum pertinet, ſeu quod pro pabulo datur. Ut, *vicia pabularis.*

Pabulor, aris, dep. pr. pabula colligo: diciturq; propriè de militibus, qui è caſtris egreſſi cum falcibus pabulum in uſum jumentorum ſecant & convehunt. Ut, *pabulantur milites*, de ere / Ride eller gaa paa Foering. Dicitur etiam Colum: de pecoribus. Ut, *capella placidè ac lentè pabuletur, ut ſit largi uberis*, i. e. pabula carpat. Sed hîc locus aliàs paſſivè exponitur q. ab activo quodam pabulo as, pro paſco & pabulam præbeo.

Pabulator, oris, m. t. qui pabulatum vadit.

Pabulatorius, a, um, quod ad pabulationem ſive pabulatorem pertinet. Ut, *corbis pabulatorius*, in qua pabula reponuntur.

Paſcuus, a, um, quod paſtui aptum eſt. Ut, ſylva paſcua; *paſcuus ager*, Skow oc Jord til Græsgang oc føde for Quæg. Et abſolutè, *paſcuum* & pluraliter *paſcua, orum*, pro loco ubi paſcuntur pecudes, Foring/ Fægang/Græsgang. *Eſuriens mittebar in paſcuum: rura ſine paſcuo.* Et in cenſoriis tabulis, paſcua dicebantur, vectigal & reditus ex agris, Græsgangs penge/ Foerpenge/Græspenge.

Paſcalis, e, Lucil. q. paſcualis, quod eſt in paſcuis. Ut, *pecus paſcale*, Græs Quæg. *Bos paſcalis*, Græs Stud/GræsOxe.

Paſtor, oris, m. t. qui paſcit pecora, Hyrde. Et translatè Eccleſiaſticis, qui pavit homines verbo divino. Ut, *Paſtor Eccleſiæ*, Præſt.

Paſtoralis, e, quod eſt paſtoris vel ad paſtorem pertinet. Ut, *cura paſtoralis, officium paſtorale*, Hyrdeſkab/ Hyrdekald. *Vita paſtoralis*, Hyrde leffnet. *Paſtorale ſignum*, quod cantu dat paſtor ad deducenda pecora, Hyrde tuden. *Canis paſtoralis*, Fæhund/ Hyrdes hund. *Paſtoralis juventus.*

Paſtoritius, a, um, idem quod paſtoralis. Ut, *paſtoritia fiſtula, cornu*, Hyrde Pibe/Tudehorn. *Sic vita paſtoritia, ſodalitas paſtoritia.*

Paſtorius, a, um, idem. Ut, *res paſtoria, pellis paſtoria, ſibila paſtoria.*

Compoſita.

Compaſco, act. ſimul paſco.

Compaſcuus, a, um. Ut, ager compaſcuus, qui relictus eſt ad paſcendum communiter vicinis, Fellet/Græsgang/Offuerdrifft.

Depaſco, pavi, act. t. paſcendo abſumo, Optærer/fortærer/opſluger. *Herbas depaſcunt hœdi.* Et translatè, *depaſci veterem poſſeſſionem Academiæ ab hoc acuto homine non ſinemus.*

Depaſcendus, a, um. Ut, *in ſumma ubertate luxuries eſt; quæ ſtylo eſt depaſcenda.*

Depaſcor, eris, dep. apud Plin. idem quod depaſco.

Depaſtus, a, um, quod depavimus, Fortæret/opædt. *Arbor depaſta.* Item activè. Ut, *apis depaſta florem: bos agrum depaſtus.*

Depaſtio, actus, quo quid depaſcitur. Ut, *animalium depaſtio.*

Diſpeſco, ſcis, Feſt. q. pecus à paſtu deduco & q. variis locis paſco, Føder paa atſkillige ſteder: Ut compeſco, eſt uno loco, q. unà cum aliis paſco, Tager aff tilfellis Græs gang oc driffuer hen for ſig. Inde translatè disjungo. Ut, *Africam ab Æthiopia diſpeſcens.*

Impaſco, pavi, paſtum, act. t. in loco paſco. Ut, *loca ſunt, quibus nullum impaſcitur pecus.*

Impaſtus, a, um, non paſtus, Jejunus, Faſtende/Hungrig. *Leo impaſtus: impaſta turba leporum.*

Scrofipaſcus, Plaut. qui ſcrofas alit.

PASCEOLUS, m. ſ. ſacculus ex aluta factus, à Φάσκωλος, i. e. marſupium, pera, Lederpung eller Taſke. Exponitur etiam loculus intra marſupium, Ledicke eller Ficke i Pung eller Taſke.

PASSER, eris, m. t. avis eſt damnatæ libidinis & ſalacitatis, à patior, quòd morbum patiatur caducum: vel à coitu, quem ſæpiùs patitur: in qua ſignificatione & Græcorum πάσχω legitur interdum, Spurre/Sparre. Item paſſer, nomen piſcis ex planorum genere: Sic dictus à colore paſſerum avium. Parte enim ſupinâ candidus eſt: pronâ autem terrei coloris, Flynder/Skulde eller Plæde. Item *paſſer marinus*, pro ſtruthio camelo: reſpicientibus Romanis ad Græcos, qui paſſerem στρουθὸν vocant. Marinus autem additum ad ſignificandam advectionem aliunde per mare. Aliter paſſer à ψάρ ejusdem ſignificationis, aut certè genus quoddam paſſeris. Et pro piſce à ψύσα, i. e. piſcis è latorum genere. Eſt & paſſer in obſcœnis, pro ſalaci amatore. Vel etiàm in blanditiis, unde Ariſtoph. paſſerem vocat, matrem Deorum hominumq;.

Paſſerculus, m. ſ. parvus paſſer.

Paſſerinum prandium, Plaut. cum quid fruſtulatim & minutatim adeò diſſipatur, quaſi paſſerib. eſſet objiciendum.

PASTILLUS, li, m. ſ. panis parvus globoſus, rotundus aut teres aromatibus confectus à panis per deminut. Sic dictus q. paniſtellus, Suckerbrød/Pebbernød/Suckernød/Suckerbrød/Annis Sucker/Ormе Sucker. Item globulus ſive maſſa rotunda ex rebus odoratis compoſita ad reddendos odores, mulieribus & mollibus familiaris, Oeſmerknap. Item Medicis Paſtillus, medicamentum quodvis rotulæ ad formam coactum, Pille/Suckerkage.

Paſtillum, n. ſ. Feſto, genus cibi rotundi, quo in ſacris utebantur.

PASTINACA, æ, f. pr. herba, Iſidoro dicta, quòd radix ejus præcipuus fuerit paſtus hominis. Eſt enim odoratu jucunda & cibo delectabilis, Paſtenack/Moerroed. Ejus ſpecies eſt, quæ nobis dicitur, Gulerøder: Aliàs vulgò daucus. Item piſcis, Turnebo ſic dictus, quòd telum q. paſtinum habeat. Eſt a. è genere planorum cauda aculeata, Rohale.

PASTINUM, n. ſ. Inſtrumentum bifurcum, vel bipenne, quo ſemina panguntur, ſeu cujus auriculis ſuſtinebatur malleoli demiſſum caput, donec terra æqualiter operiretur undiq; à pango, Hack eller Tuægget eller Tuægrenit Hack vdi Vinhaffuer/Humle Hack. Ponitur & pro terra paſtinatione renovata, Omhacket Jord/ſaaſom en Humlekule. *Paſtinum fieri nunc tempus eſt.*

Paſtino, as, act. pr. paſtino terram egero & ſemina depango, Legger Røder/giør Kuler/legger Humlekuler.

Paſtinatus, a, um, quod paſtinavimus. Ut, *terra paſtinata*, Lagt oc tilgiört Jord at Plante. Et abſolutè *paſtinatum* pro terra ſeu ſolo paſtinatione renovato.

Paſtinatus, us, m. q. Idem quod paſtinatio.

Paſtinatio, paſtinandi actus & tempus ipſum.

Paſtinator, m. t. qui paſtinat ſeu paſtinationes exercet.

Compoſita.

Repaſtino, as, act. pr. paſtino refodio, Omgraffuer. Inde Feſto, *repaſtinari ager* dicitur, cujus natura fodiendo mutatur, cum aut ſylveſter excodicatur, aut lapis mollitur frangendo, ut fiat paſcuus, vel pecoribus herbâ, vel hominibus ſatione, Rydde Jord.

Repaſtinatio, repaſtinandi actus. Ut, *agri foſſiones repaſtinationesq;.*

Repaſtinatus, a, um, quod repaſtinavimus. Ut, *repaſtinatæ vites, repaſtinatæ vineæ*, Omgraffuet eller Rydet.

PATAGUS, m. ſ. genus morbi, &, ut eſt conjectura, in quo rotatur caput, maliſq; inſomniis mactatur, à πατάσσω vehementer & cum ſtrepitu palpito, Svimmelſe/Svimmelſot. In porcis, Hiernevlff: Et in ovibus, Ortſyge. Exponitur & peſtilens ille morbus, quo correpti indicium mortis habent nævulos quosdam in parte corporis, Helſpetter. Item genus nævi ex vitioſo habitu, Tadder. Item vitis morbus, & ut conjectat Turnebus, cum ſauciatur ligone in ablaqueatione, ut ſit patagus plaga & percuſſio.

Patagium, n. ſ. clavus aureus, qui precioſis veſtibus matronarum immitti ſolet: ſic dictus, quòd quibusdam q. maculis & nævis inſperſum erat, Stiffter. Niſi ſit à πάταγος, crepitus, q clavi fuerint crepitantes, Braſer paa Quindeklæder. Exponitur autem Feſto quod ad ſummam tunicam aſſui ſolebat, velut inſtita quædam inaurata.

Patagiatus, a, um, patagio ornatus. Ut, *veſtis patagiata, tunica patagiata.*

Patagiarius, qui veſtes patagiatas conficit.

PATEO, es, tui, n. ſ. pr. corr. panſus ſum & apertus à pando vel πετάω, i. e. pando, Er eller ſtaar Aaben. *Patet domus, patet janua, patent fores.* Indè tropicè manifeſtus ſum, Er vitterlig. *Patent præſtigiæ.* Item in poteſtate alicujus ſum, ſtaar Aaben for / ſtaar i ens haand. *Omnia mea tibi patent. Omnia Ciceronis patebant Trebatio.* Item, *cuncta maria terræq; patebant Romanis.* Sic prò concedor, facilis ſum. Ut, *ei patet reditus gratiæ.* Item obnoxius ſum, Vndergiffuen. *Senectus morbis patet. Patens vulneri ęqbus.* Item extendor, Vdreckis / ſtreckis. *Planities mille paſſus in longitudine patet.*

Patet, impersonale, pro manifeſtum eſt, Det er klart oc Aabenbare. *Diſcuſſa eſt caligo, diluxit, patet, videmus omnia.*

Patens, tis, entior, tiſſimus, om. t. quod patet ſine reclûſione ſive extenſione, Aaben / vid. *Portæ patentes: patentes oculi, patens campus,* Vidſtreckende marck: *Via patens,* Vid/bred vey. Sic, *os dolit patens.* Dicitur autem proprie patens, quod pro arbitrio aperitur & clauditur, ut, oculi, oſtium.

Patentèr, patenti modo, apertè, Aabenbarligen/ klarligen. *Patentiùs & expeditiùs recti quæſtionem continet.*

Patulus, a, um, quod extenſione patet, Vid. *Os patulum. cancri patuli. pagus patulus.* Et *patulus bos*, cujus cornua diversè ac latè patent ac diſſident, qualis ſacrificiis expetebatur. Eſt a. patulum proprie quod per ſe & naturaliter patet, ut, arbor, ramus, nares.

Pateſco, is, n. t. patens fio. Ut, *latior pateſcit campus.* Et translatè, *pateſcunt inſidiæ*, Vorder Aabenbare. Et *portus pateſcit propior.*

Pator, oris, m. t. Apulejo, patentis affectio. Ut, *pator cædium.*

Patalus, a, um, antiquè pro patulus, nec ſine aliquo reſpectu ad πέταλον & πέτηλον, de latitudine foliorum & laminarum. Et πέταλοι dicti ſunt vituli à patulis cornibus. Hinc, *patala loca*, i. e. patentia. *Patalus bos*, i. e. patulus. Legitur & *patalia loca, patales boves*, pen. prod.

Compoſita.

Bipatens, om. t. utrinq; patens vel quod ex utraq; parte aperitur. Ut, *porta bipatens*, Dorr ſom ſtaar op til begge ſider / dobbelt porr. *Tecta bipatentia*, h. e. utrinq; aperta & patentia.

Expato, tas, Pacuvio, act. pr. patentem facio, ſeu in locum patentem do, Vdbreder eller ſetter paa platzen. *Expatant ſe omnes publicèq; oſtendunt.*

Interpateo, es, Macrob. n. ſ. vanè pateo, vel inter alia atq; alia quibusdam locis pateo. Ut, *pulmo rimis interpatet*, Er Aaben / haffuer hul iblant / her oc der.

Propatulus, a, um, porro vel valdè patulus, meget vid oc Aaben. *Propatulus locus.* Et abſolute, *in propatulo*, i. e. palàm, Aabenbare.

PATERA, æ, f. pr. corr. poculum patentioris labri, quo libabant vina: Inde etiam uſitata in conviviis, dicta à patendo, Stort Beggere / Drickeſtob / Knabſtob.

PATINA, æ, f. pr. corr. vaſis genus grandioribus labris: eratq; tum coquinarium, in quo cibi coquebantur & elixabantur; tum menſarium, in quo dapes elixæ & jurulentæ in menſis apponebantur, à πατάνη ejusdem ſignificationis, Pande eller Sobmadsfad. Aliter vulgò à patendo, propter capacitatem.

Patinarius, a, um, quod in patina apponitur. Ut, *piſces patinarius*, qui cum jure in patina apponitur, Fiſk i ſod.

Patella, æ, f. pr. vas picatum vel fictile, in quo delibatæ dapes laribus & penatibus offerebantur, q. parva patina. Item, patella, morbus arborum ex ſolis exuſtione Item; os genu integens, Knæſkel. Item, patella piſcis quidam è cochlearum genere fixaq; admodum ſcopulis, & petris adhæreſcens, Jtſlags Skelfiſk.

Patellarii Dii, quibus in patella delibatæ offerebantur dapes Sic *patellarius homo*, dici poteſt, qui libatis dapibus paſcitur mendicus: ut olim apud Idololatras.

Compoſita.

Tripatinum, n. ſ. Plin. ſumma cœnarum lauticia in qua una erat murænarum, altera luporum, tertia myxonis piſcis.

PATER, tris, m. t. πατὴρ, pr. corr. qui alium genuit, habetq; ſobolem, Fader. Patris etiam nomine intelliguntur avi, abavi, proavi & atavi, Forfædre / til femte Led. Item Pater gentilibus & Chriſtianis nomen honoris, quo Deos appellant. Ut, *Deûm hominumq; pater*, i. e. Deus Deorum, qui & gentilibus Jupiter dicitur. Sic *Oceanus pater rerum. Lenæus pater*, i. e. Bacchus. *Gradivus pater*, i. e. Mars. Et abſolutè pater pro Jove. Item inter homines nomen eſt reverentiæ, ut cùm Romulus Senatores patres vocari voluerit: vel ab ætate, vel curæ ſimilitudine, q. patres reipublicæ: vel à poteſtate patria. Sic omnis, qui parentis loco eſt ſive inſtitutione ſive educatione, pater dicitur.

Paternus, a, um, quod eſt patris. Ut, *paterna hæreditas*, Fæderne Arff. *Amicus paternus. domus paterna: animus paternus*, Faderlig hiertelag. *Paternus ſanguis.*

Patrius, a, um, quod eſt patris. Ut, *amor patrius. patria bona*, Fæderne godz. Et *patrius mos*, qui fuit vel patris & majorum vel patriæ, Fæderne ſkick oc vis/ FæderneLands vis. *Dii patrii*, qui urbium tutelæ præerant. Et abſolutè, in gen. fœm. Patria, in qua quis natus eſt, & Patrem habet, Fædrenes land.

Patriè, adverb. Quint. more & affectu paterno, Faderligen. *Patriè ipſum monebat.*

Patrimonium, n. ſ. hæreditas à Patre relicta, Fæderne Arff.

Patruus, m. ſ. patris frater, Faderbroder. *Patruiſſimus* ſuperlat. à Plauto fictæ voce q. intimus patruus. Item adject. *lingua patrua*, quæ eſt patrui: accipiturq; pro ſeveriore & acriore reprehenſione: idq; quia patruus eſt liberior in caſtigando fratris liberos quàm pater ipſe paterno affectu nimis excæcatus & lenis.

Patrueles, com. t. patruorum filii, Brødre børn. *Fratres patrueles, ſorores patrueles.*

Patruelis, e, om. t. quod eſt patruelium. Ut, *fundi patrueles; origo patruelis: patruelia regna.*

Pater

Pater Patrimus, pen. prod. ut asserit Joseph. Scaliger: qui cum ipse pater sit, adhuc viventem habet patrem matre extincta, Fader som haffuer Fader leffuende. Corripitur a. penult. Angelo Politiano.

Patrima, quæ patrem adhuc viventem habet.

Patricus, a, um, antiquè pro patricius.

Patricè, pro patriciè. Ut, *patricè amictus est.*

Patricii, m. s. filii Senatorum Patrum, h. e. primorum illorum, quos in certis familiis mansuros ad posteritatem instituit Romulus. Inde transfertur ad quorumvis Senatorum filios, Raadz børn. Neq; n. omnes Senatores olim erant Patricii.

Patricius, a, um, quod est Senatorum Patrum. Ut, *patricia familia. Patricius magistratus*, Raadet. *Honor patricius.*

Patriciè, antiquè, pro more patricio ac nobiliter. Ut, *patriciè incedit, patriciè se gerit.*

Patriciatus, us, m. q. patriciorum dignitas, Raadsmandskaff.

Patritus, a, um, Cic. quod patris seculum spectat. Ut, *patrita & avita Philosophia.*

Patrisso, as, n. pr. Terent. paternos mores imitor, Gaar i Faderens Fodspor.

Patro, as, n. pr. proprie liberis operam do. Inde opus ad finem perduco, consummo; auctor sum & q. patet operis effecti, Er Mestermand for / driffuer oc giør noget til ende / bedriffuer: *Necem patrabit, scelus patrabit, hoc quicquid est patrabit. Bellum patrare,* antiquè, pro gerere.

Patratus, a, um, quod patravimus. Ut, *patratum bellum, patratum facinus, scelus, cædes.*

Pater Patratus, erat Fœcialium antistes, per quem & bella denunciabantur, & fœdera percutiebantur. Sic dictus, quod ad jusjurandum patrandum, i. e. sanciendum fiebat.

Patronus, m. s. qui aliquem defendit in periculo, & specialiter, qui reum in judicio defendit; sic dictus vel reverentia quadam, ut, Pater Senator, vel à cura, quam more patris habet, Patron / Forsvar. Item Patronus dicitur, qui servum libertate donavit.

Patrona, æ, f. pr. mulier, quæ simile officium alii præstat, Patroninde / Forsvard.

Patrocinium, n. s. patroni studium, cura & officium, Forsvar / forsvarelse for noget. Docetq; Festus patrocinia appellari cæpta, cùm plebs esset distributa inter patres, ut eorum opibus tuta esset.

Patrocinor, aris, dep. patrocinium alicujus suscipio, & imbecilliorem protego, Forsvarer. *Homini huic patrocinabor.*

Patronatus, us, m. q. Jurisconsul. idem quod patrocinium, vel patrocinandi actus & officium. Et *jus patronatus* pro jure, quod quis habet ex patrocinio præstito.

Composita.

Expatro, as, act. pt. Catull. idem quod patro.

Impetro, as, act. pr. significat obtineo, q. id, quod cupio patro facioq;, Forhuerffuer / Maaer: *Neq; quicquam queo aqui boniq; ab eo impetrare.*

Impetratio, onis, impetrandi actus, Forhuerffelse / forhuerffuing.

Impetrabilis, le, om. t. quod facilè impetrari potest, Forhuerffuelig. *Venia impetrabilis.* Item, qui facilè impetrat, Forhuerffuende. *Orator est impetrabilis,* Som kand forhuerffue huad hand vil. Et *nemo ipso est impetrabilior.*

Impetrassо, antiquè pro impetro vel impetravero.

Impetritus, pro Impetratus: vocabulum est augurale, & in auguriis & auspiciis solenne, ut & verbum impetrire. Aliter q. in petra fixus pro stabili.

Subimpetrandus, Tacito. Ut, *credebant res suas subimpetrando triumphalium insigni sufficere.*

Diespiter, itris, m. t. q. diei pater, & qui diem facit seu diei præest: Eratq; Ethnicis, Juppiter & Sol.

Juppiter, Jovis, m. t. summus, eorumq; præses & pater, q. ζευπατὴρ Zuppiter, à ζεὺς Deus & πατὴρ. Facit autem gen. Jovis à ζεὺς ut Græcis ζηνὸς, ζανὸς ejusdem significationis. Aliter deducitur q Jova pater. Item q. Juvans pater. Insigniebantur autem & alii Dii quamplures eo nomine.

Opiter, teris m. t. cujus pater, avo vivo, mortuus est: sic dictus quòd pro patre avum habeat.

Propatruus, i, m. s. frater proavi, qui & patruus magnus dicitur.

Propetro, tras, act. pr. antiquè pro mando quod perficiatur.

PATIOR, eris, d. t. pr. corr. affectus sum aliquò, & animo fero, à πάσχω, ejusdem significationis, & πάθος affectus, er belad / bær / taal / lider. *Patior mala, patior injuriam. non possum pati, ut tecum accubat, egrè patitur injuriam. pati hostilia,* lide Fiendernis last oc offuervold. *Patior te,* Fordrager / lider oc bær offuer med dig. *Consvetudo hoc non patitur,* Kand icke taale. Et cum aliis verbis; *patior te desertum,* i. e. desero. *Patior negligere,* i. e. negligo. *Pateris sapiens,* i. e. pateris te sapientem. *Patior haberi,* pro vocari.

Patiens, tis, entior, tissimus, om. t. qui patitur, Taalig / Taalmodig. *Homo patiens. aures patientissimæ.* & cum casu: *patiens omnis incommodi præter caloris.* Sic *patiens operis, laborum, &c.*

Patienter, tiùs, tissimè, patienti modo, Taaleligen. *Patienter omnia fert. patienter accipit, nec repugnat.*

Patientia, æ, f. pr. patientis affectus & virtus, Taalighed / taal oc taalmodighed. *Patientia animi & corporis,* qua patitur animus & corpus. Et *patientia famis & frigoris,* qua patimur famem, frigus.

Passus, a, um, part. Ut, *ô passi graviora duces. passus detrimentum vel injuriam,* Bryst falden / som haffuer lidt skade eller vret.

Passivus, a, um, Gram. quod passionem denotat. Ut, *verbum passivum.* Dicitur & *passiva Venus,* pro obscœna prostituentis libidine masculi sexus: vel pro obscœna Catamiti libidine.

Patibilis, le, om. t. quod pati possumus & perferre, Lideligt. *Patibilis dolor.* Item, quod affectus seu affectionem habet. Ut, *natura patibilis.*

Patibulum, n. s. fabrica constans duobus jugatis arrectariis, quam malefici dispessis manibus supplicii loco gestabant circum viciniam: conveniq; structuræ, in qua hodiè fures suspenduntur, Galge / diciturq; à patior, quòd in eo fontes patiantur nolentes, volentes. Item scala quædam gemina, cujus capita diversa apiculo conjunguntur, divaricatis ad imum cruribus, Sobbelt Stie / Foldestie. Exponitur & sera lignea, quâ ostia clauduntur.

Patibulus, li, m. s. antiquè, idem.

Patibulatus, a, um, Plaut. patibulo affixus.

Compo-

Composita.

Impatibilis, le, om. t. quod pati ferréve non possumus, wlidelig. *Clades impatibilis, cruciatus, dolor, valetudo.*

Impatiens, tis, om. t. entior, tissimus, nullius patiens, wtaalmodig/ kand icke lide eller taale. *Impatiens laboris, doloris, frigoris, amoris.*

Impatientia, æ, f. pr. impatientis habitus & affectio. wtaalmodighed.

Impatienter, modo impatienti, wtaalmodeligen *Impatientèr fert omnia.*

Perpetior, eteris, pessus d. t. multa diu patior. Ut, *non possum perpeti meretricum contumelias*, vdstaar. *dolorem perpetior; multa sum perpessus.*

Perpessio, onis, perpetiendi actus, vdstaaen.

Perpessus, a, um, part: Ut, *mihi multa pro te perpesso atq; defuncto hoc concessit.*

Perpessitius, senex, senecæ, qui valdè patiens est, & multa solerat & perpatitur.

PAUCUS, a, um, quod est numero exiguo, à παῦος ejusdem significationis, faa. *res paucæ*; res parvæ; *verba pauca, carmina pauca, pauci dies, menses.* Et absolutè, intellectâ voce verbis: *paucis te volo*: *paucis ità rem dedit.* Antiquis etiam pauci pomebantur pro bonis, & multi pro malis. Ut, *paucorum judicium non pertimuit*: opponiturq; multitudini.

Pauculus, a, um, aliquantum paucus, Noget faa. *Loquitur paucula, pauculos dies hîc moratus est.*

Paucitas, tis, f. t. pauci ratio & quantitas exigua, Ringhed vdi tall/lidet eller ringe tall. *Paucitas oratorum, paucitas ferarum.*

Paucies, adverb. antiquè, pro paucis vicibus & temporibus faagange. *Uxorem paucies video.*

Composita.

Perpaucus, a, um, admodum paucus. Ut, *Vir est perpaucorum hominum: piscis perpaucorum hominum.* Er icke huer mands/ er icke for huer mand.

Perpauculus, a, um, aliquantum perpaucus. Ut, *passus perpauculi*, Smaa eller passelig gang oc træn.

PAVEO, es pavi, n. s. pr. corr. timore percellor à παίω percello, percutio: vel immediatè à pavio, percutio, Er forferdet/ forskreckit / gryer/ er red/ er aff fryct hierteslagen och forstyrret / bange. *Perculsus timore pavet, pavet animus ad consilium illud pro reo dicere.* Et *id pavet, ne tu ducas illam.*

Pavens, om. t. qui ad tempus vel ex causa pavet, frycktende. *equus terrore pavens* Er skye/ er redde.

Pavendus, a, um, quod pavemus, frycteson. *Pedibus pavendæ serpentes.*

Pavidus, a, um, quod natura pavet, megit red/ frycteson: *Pavidum pectus, pavida urbs, pavidus lepus; Equus pavidus*, qui ad clamorem expavescit, Skyhest.

Pavidè, modo pavido, med stor fryct oc Redzell. *Pavidè fugit.*

Pavor, oris, m. t. pavidi affectio mentem loco movens, stor fryct oc Redzell der gaar til hiertet.

Pavesco, is, n. t. pavidus fio. Ut, *ad tactum pavescit.*

Pavito, as, frequentèr & multum paveo. Ut, *quis hîc honor est? quid pavitas? pueri in tenebris pavitant.*

Composita.

Expaveo, es, pavi, n. s. & expavesco, valdè pavidus sum vel fio. Ut, *injuriam nibis expavescit.*

Impavidus, a, um, qui nihil pavet timétve wforferd/ dristig / frimodig / wfryctactig. *Homo est impavidus,* den skyhaar ere tagene aff næsen.

Impavidè, modo impavido. Ut, *impavidè poculum exhausit*, frimodeligen / dristeligen.

PAVIO, is, vivi, vi, tum act. q. pr. corr. antiquis pro ferio, percutio, à παίω ejusdem significationis, slaaer/ støder/ puffer / badzer. *Si quid ex ore cadit & terram pavit. Pavimentum structum pavito.*

Pavitus, a, um, Columel. quod pavivimus; Slagen. *Solum pavitum.*

Paverus, a, um, Ut, *frumenta pavera* id est multum trita, ut gluma deglubatur & aristæ excutiantur, q. pavita, Torsken eller kølnet Korn.

Paveratus, a, um. Ut, *vestis paverata* quæ densa est & multùm pavita, Tæt slagen klæde/ eller filt.

Pavitensis, Isid. Idem quod vestis pavera, quod graviter pressa sit atq; calcata, q. pavita.

Pavicula, æ, f. pr. instrumentum, quo coæquatur & condensatur area, slette træ/ støde steenbuk.

Pavimentum, n. s. area domus pavita seu paviculâ æquata, Gulff. *Verre pavimentum.*

Pavimentitius, a, um, quod ex pavimento constat, seu quod est pavimenti.

Pavimento, as, act. pr. pavimento sterno. Ut, *loca pavimentas hoc loco pavimentandum est.*

Pausia, æ, f. pr. genus olivæ, ex qua oleum viride & surve exprimitur: sic dicta à paviendo, quòd paviatur i. e. tundatur.

Composita.

Depuvio, is, act. q. Lucill. valdè pavio. Ut, *palmis me depubit*, Puffet och slog mig.

Oppuvio, contra vel multum pavio: Unde *oppubia* dicuntur verbera Puff/ stid/ budzbadz. oppuviis pueri coercentur.

Circumpavio, Ut, *area circumpavita*, Gulff sletet als levegine.

Tripudium, dii, n. s. Choræa, sic dicta à terra pavienda q. terripavium, Springdantz/ Høyetravdantz.

Tripudio, as, n. pr. tripudium ago, Choræam duco, Dantzer oc springer. Et translatè animo exulto, Hoverer och er glad.

PAUPER, ris, om. t. Et compar. rior, qui est pauco ære, à παῦρος parvus per reduplicationem, Fattig. *pauper domus: vir pauper: pauper regnum, pauperes res.* Et cum casu, *pauper argenti; pauperrimus bonorum.* Fattig paa penge / paa godz eller gaar / Som haffuer lit gaar. Legitur & in fragmentis Plauti: *paupera est hæc mulier.*

Pauperculus, m. s. & Paupercula fœm. multum pauper, vel ex deminutione, vel ex contemptu. Interdum etiam deminuit substantiam hominis cum ære. Ut, *paupercula mulier*, Liden fattig Quinde.

Paupertas, atis, f. t. pauperis ratio & conditio, Fattig dom.

Paupertinus, Varr. idem quod pauper, vel pauperem quod refert; *homo paupertinus*: *Elegantia paupertina, cœna paupertina*, Ringe oc fattig Maaltid och gestebud.

Pauperies, ei, f. quint. idem quod paupertas.

Paupero, as, act. pr. pauperiem facio, giør fattig. *Boni nos pauperant, improbi alunt.*

Compo-

Compoſita.

Depaupero, as, act. pr. idem quod paupero. Ut, *domum depauperat ſuo ſumptu.*

Perpauper, a, um, valdè pauper. Ut, *Rex perpauper.*

PAUSA, æ, f. pr. παύσα, antiquis idem quod ceſſatio, Ophold. *Pauſam facit ore loquendi: Oſculando interdum pauſa fieri debet*: Et *pauſam dat conciliis.* Sic, *pauſa ſermonis*: *pauſa cantus*, Slag i Sang.

Pauſarius, m. ſ. ſenec. qui remigibus modos dat, & remigandi officium, quadam q. pausâ, moderatur, Hoy-baadzmand.

Pauſo, as, n. pr. Plaut. pro ceſſo, Holder op. *Pauſa, vinciſti caſtigatorem tuum.*

PAVUS, vi, m. ſ. pr. prod. avis vario & gemmanti pennarum colore inſignis, à παὼς ejuſdem ſignificationis, Paafugl.

Pava, æ, f pr. fœmina pavi.

Pavo, onis, m. t. dicitur tùm de mare tùm de fœmina Ut, *mas pavo*, *fœmina pavo.*

Pavoninus, a, um, quod ex pavone eſt. Ut, *Ovum pavoninum* paa Æg. *Pavoninum muſcarium*, quod fit ex pavonis cauda, fluveſſte aff paafær.

PE, Enclitica, à Pte & pote per conciſionem facta, in, vel ab Enclitica re, in quippe pro quid pote quidpe, Sic nempe prope.

PECCO, cas, n. pr. propriè alienum pecus capio ſurripioq;, à pecus deducta voce. Inde quodvis vitium remvè nefariam committo, Synder/ forſeer mig mod Nogen. *Ego me amare hanc fateor: Si id peccare eſt, fateor id quoq;: multa peccavi. Empedocles multa alia peccat: peccat in rempubl. peccat peccatum.* Et paſſivè, *quicquid peccatur: perturbatione peccatur rationis atq; ordinis.*

Peccatum, n. ſ. peccantis error & vitium, Synd/ forſeelſe. *Peccatis ſuis in multas ærumnas conjiciunt ſe homines.*

Peccatus, us, m. q. antiquè, idem.

Compoſ.

Impeccabilis, le, Gel. immunis à peccato, fri for Synd oc Laſt.

PECTO, is, xui, vel pexi xum, capillos explico diſcriminoq;, à πέκω, ejuſdem ſignificationis Kæmer. *Pectere barbam capillos.* Item, *pectere lanam.* Kare. *Pectere ſtupam* Hegle. *pectere veſtes*, pro confricare, & in villos attollere, Kare ſætte Lue paa. Et translatè, *pectere Citharam*, pro Chordas plectro percutere & movere, Slaa paa Noget læg met fæder.

Pectitus, a, um, Colum Idem quod pexus. Ut. *lanæ pectitæ.* Et translate, *pectita tellus*, pro benè ſubacta, culta & polita, Vel tilgiort Jord/vel flyed/ ſlet oc jeffn/ Harret eller tromlet jeffn.

Pexus, a, um, quod peximus, Kæmmet/ karet. *Pexa barba*, *pexa luna*, *pexum linum*, Heglet hør. *Veſtis pexa*, in qua nec ſtamen nec ſubtemen apparet, eminente & operiente villo. Et translatè *pexa folia* h. e. craſſa & in medio extuberantias quaſdam habentia in modum panni pexi.

Pexatus, a, um, pexa veſte indutus,

Pexitas, atis, f. t. pexi ratio. Et *pexitas telæ aranearum*, eſt, villoſa quædam in ea & lanuginoſa filorum natura,

quæ in rara earum textura non perinde apparet, verùm in denſa.

Pecten, inis, m. t. inſtrumentum denticulatum, quo capillos diſcernimus, Kam / haarkam. Item inſtrumentum ruſticum, itidemq; dentatum, quo rariores ſegetes metuntur, Riffue. Item dentata crates, qua glebæ comminuuntur, Harffue. Item pecten dici poteſt, inſtrumentum illud quo linum rude primùm frangitur & à ſtipulis purgatur, brage. Item inſtrumentum textorium penſile perpetuis radiis ſeu dentibus quibusdam conſtans, quo ſubtegmen ſtamini inſeritur appellaturq;, Slagbord / Veffueſked. Item medicis pecten, pubes ſive locus, ubi pili ad verenda naſcuntur: Sic dictus imitatione Græcorum, qui κτένα appellant, quo nomine & ipſis pecten inſtrumentum venit, Item, pecten, plectrum, quo inſtrumenta pulſamus, Fidder/ fædr. Item inſtrumentum fullonum, quo pannos rudes confricant & in villos attollunt Offuerſkærers kam. Item pecten piſcis nomen è genere concharum ſtriatarum, quòd ſc. conchas habeat pectinatim ſtriatas. S. Jbs Skelfiſk. Et ſlags Skelfiſk med ſtribede huide ſkaler. Item pecten in arboribus, diſcurſus illo venarum rectus in longitudinem porrectus, cujuſmodi in pectine conſpiciuntur dentes, Avni Træ. Item pecten veneris, nomen herbæ.

Pectino, as, act. pr. pectine ſpicas lego, riffuer. *Segetes pectinantur in herba.*

Pectinatus, a, um, ad pectinis modum factum: Unde *tectum pectinatum*, quod utrinq; devexum eſt divortio quodam hinc inde pluviam demittens; Tagtil begge ſider / Spidz op adr.

Pectinatim, ad pectinis modum & ſimilitudinem, ut ſerræ dentes ſolent eſſe. Unde *manus pectinatim junctæ*, cum utriusq; manus digiti inter ſe compliciti pectinis figuram referre videntur, eminentibus digitis veluti pectinis dentibus, fingre i hin anden.

Pectunculus, m. ſ. genus piſcis ex genere concharum ſtriatarum, ſed exiguum, Jt ſlags ſmaa ſkelfiſk med ſmaa Jbsſkeller.

Compoſita.

Depecto, xui, vel, xi act. t diligenter pecto, Kæmmer ſmuct oc flitteligen. Item pectendo aufero, affkæmmer eller affſtryger. *Senes foliis depectant bellera.* Item Ironicè pro verberibus mollem reddo, Kæmmer eller feyer en med en Tiurmey eller Knippel.

Depexus, a, um, quod depeximus, Affkæmpt.

Impexus, a, um, non pexus, wkæmpt. *Coma impexa*, *barba impexa.* Et translatè *antiquitas impexa* pro inculta, groffue och wtierlig.

Oppecto, is, q pectendo aufero. Ut, *oppectere cibum* id eſt digitis quaſi pectine circum carpere & comedere, Pille vel aff.

Propecto, is, xi, xum, quaſi porro & in longam pecto; Unde, *propexa ad pectus & in pectore barba*, Langt kæmet ſkæg.

Repecto, is, act. t. rurſum pecto, Kæmmer om igien.

Repexus, a, um, Ut, *Coma repexa.*

PECTUS, oris, n. t. pars corporis anterior clavibus ſubjecta, in quam coſtæ copulantur: à compage pectinata ſic dictum, Bryſt / bringe. Inde tropicè accipitur pro corde, quod ſub pectore latet, vel pro ipſo animo in corde q. reſidente, Hierte oc ſind. *Geſtat in pectore*

pectore teſtem. ex toto pectore te amo. Aliter à πεκίω, ferio, percutio, quaſi quod quis ferit: ſuum ut admirabundus; alienum ut iratus, aut palpator.

Pectuſculum, u. ſ. parvum pectus.

Pectoralis, le, om. t. quod ad pectus pertinet. Ut, *faſcia pectoralis*, Bryſtbended/Snørerem/baand/ fæde. *Tunica pectoralis*, quæ pectus tantùm operiebat, Liſſtycke/Trøye. Et abſolutè *pectorale*, genus armaturæ, quo pectus munitur, Bryſtycke.

Pectoroſus, a, um, quod eſt magni & validi pectoris, Vel eller ſtor bryſtet. *Pectoroſus homo, equus.*

Compoſita.

Expectoro, as, act. pr. extra pectus ejicio, Vdſlaaer aff ſind oc hierte. *Metum, pavorem expectorat: pavor mihi ſapientiam expectorat.*

Tripectorus, a, um, pen. brevi, Lucret. tria habens pectora. Ut, *bis tergemini Geryonis tripectora.*

PECUS, oris, n. t. pr. corr. proprie grex ovium & caprarum, à πίκω πόκος, quod ſignificat pellem tondendam & vellus ipſum, Hiordfaar/ Gædehiord/ Faarehiord. *Dic mihi Damœta, cujum pecus? an Meliboei.* Inde transfertur ad jumenta, boves, aſinos, equos & camelos, Quæg/ Fæmon/ Fæ. Item Elephantos. Item omne animal, quod humana voce & effigie caret, Bæſt: Ita ut & de avibus & piſcibus dicatur, imo & inſectis, fucis & ejuſmodi. Dicitur etiam de ſingulis gregis capitibus, Et Faar/en Gæd. Item translatè de homine tardo, ſtupido & prodigo, qui nihil præter cibos curat. Ut, *homo iſte pecus eſt impuriſſimum & intemperantiſſimum.*

Pecus, udis, f. t. pecoris caput quodvis. Antiquis etiam pluraliter, pecuda, dicebatur. *Pecudes Nerei aut Neptuni*, i. e. piſces.

Pecu, hujus pecu, & pluraliter pecua, uum, ubus, antiquè pro pecus, pecoris.

Pecorarius, m. ſ. qui pecora publica redimebat. Item, qui curam habet pecorum.

Pecorinus, a, um, quod eſt ex pecore, ut, *caro pecorina*, Faarkiød/Gedekiød/ Buckekiød/etc.

Pecoroſus, a, um, pecore abundans, ut, *pecoroſa palatia, pecoroſa fœtum*, Quægfuld/fuld med Quæg/ offuerflødig paa Quæg.

Pecuarius, a, um, quod ad pecus pertinet. Ut, *res pecuaria*, Quæg eller Fæhandel. *Pecuarius canis*, Fæhund. Et abſolutè gen. maſc.

Pecuarius, qui pecora paſcit, Færycter. Item in fœm. *pecuaria* pro re pecuaria, Fæhandel. Item locus, in quo pecorum greges conſiſtunt, vel greges ipſi. Ut, *nobiles pecuariæ in brutis habentur.* Item pluralit. in neutr. *pecuaria, orum*, greges pecudum, ut, *mitte pecuaria in Venerem.*

Peculium, n. ſ. quicquid proprio labore & induſtria partum eſt, præſertim ſervorum & filiorum familiàs: ſic dictum, quòd olim in pecudibus maximè poſitum erat, unde & appellatio rei tracta eſt, huad en haffuer ſelff afflet i ſin Faders eller Huusbonds brød/ drenge godz. *Peculium orci*, i. e. mortuus. *Cupidinis peculium*, eſt vinculum amoris, ſeu qui amoribus q. mancipatus eſt. Peculium etiam pro pudendis virilibus.

Peculiolum, n. ſ. parvum peculium.

Peculiâris, re, om. t. quod peculium refert, h. e. proprium eſt, non commune, Eget/ ſærdelis. *Servi peculiares. Edictum peculiare*, quod peculii modo, certæ rei propoſitum eſt, Særdelis befalning oc vdbud for ſig ſelff paa nogen ting. *Hoc mihi peculiare eſt*, det er mit/ for mig ſielff. Item peculiare, quod peculii proprium eſt, ut, *peculiare vinum*, pro eo, quòd demptum eſt ex peculio ſervi.

Peculiariter, modo peculiari. Ut, *peculiariter hoc ei convenit*, det bequemmer hannem ene/ſærdelis.

Peculioſus, a, um, qui multum habet peculii, Rig paa eget afflet godz. *Servus peculioſus*, Rig dreng.

Peculiatus, a, um, pecunia abundans, vel ved penge. *Peculiatus penſilibus*: vel abſolutè, peculiatus; in obſcœnis pro eo, qui pudendis inſignis eſt.

Peculio, as, act. pr. Plaut. pecuniâ mulcto, peculium detraho, Skatter en paa ſit godz/ tager fra en. *Peculiabo te iſtam ob rem.* Exponitur exemplum etiam in obſcœnis pro caſtrare: quia peculium inter obſcœna numeratur.

Peculator, oris, qui avertit & furatur pecuniam publicam, Vtromand vdi Byſpenge eller Førſtes Skatkamer.

Peculatus, us, m. q. peculatoris furtum, & pecuniæ publicæ averſio: ſic dictus à pecore, quia initium ejus fraudis eſſe cœpit à pecore publico, quod multæ nomine habebat reſpublica ante ſignatum æs, Vtroſkaff/ oc penge ſuig eller ſtyld.

Pecunia, æ, f. pr. propriè quicquid quis poſſidet, ſive res ea ſit mobilis ſive immobilis: ſic dicta à pecus, quod ſubſtantia maxima eſſet in pecudibus, Godz oc Penge. Inde pecunia, quicquid paterfamilias poſſidebat, ut peculium erat ſervorum & filiorum. Tum pecunia peculiariter moneta juſta ſeu numus, quia & pecudum notis à Romulo inſigniebatur, Penge/Mynt.

Pecuniola, exigua pecunia.

Pecuniarius, a, um, quod ad pecuniam pertinet. Ut, *res pecuniaria*, Penge ſag. *Lis pecuniaria*, Penge trætte/ trætte om godz oc penge.

Pecunioſus, a, um, pecunia abundans, Rig paa penge/ paa godz oc penge. *Homo pecunioſus. artes pecunioſæ.*

Compoſita.

Expeculiatus, a, um, Plaut. qui peculio eſt emunctus. Ut, *ſerbi expeculiati*, qui peculio ſunt exhauſti, Beſkattede paa alt godz.

Depeculor, aris, depon. pr. peculium reipublicæ ſive ſacræ ſive profanæ aufero, Slaar vnder mig/ ſtæl eller røffuer fra Kircker/ Førſter/ Menighedeu. Inde translatè, *de peculari laudem & honorem*, Stæle ens ære/ ryct oc gode naffn.

Depeculator, oris, m. t. qui depeculatur, Vtromand/ Kircketyff/ Byestyff/ Kongens tyff. *Depeculator ararii.*

PEDO, dis, pepedi, n. t. pr. prod. crepitum ventris emitto à βδέω ejusdem ſignificationis, Fierter. Aliter à πέρδω ejusdem ſignificationis, exemptò ρ ad differentiam verbi perdo.

Peditus, us, m. q. pedentis actus, Fiert.

Pedidus, a, um, quod ſqualidum eſt, ſordidum, immundum & putens, Stinckende/ ſkiden. Scribitur & pæditus, à παιδος, puero, quia pueri vix abſtinent à ſordibus, Skiden oc ſlatten. Aliis à pediculis, quaſi pediculis obſitus, q. d. Luſed.

Pedidoſus, a, um, idem quod pedidus.

Pedor, oris, m. t. pedidi putor & illuvies, Skidenhed oc ſtanck. *Barba pedore horrida.*

Compoſita.

Oppedo, is, contra pedo. Et translatè reluctor, reclamo; ut, *Judæis oppedit.*

Suppedo, is, aliquantum pedo. Ut, *ſuppedit, flagitium eſt.*

PEGMA, tis, n. t. πῆγμα, machina lignea de loco in locum portabilis. & quæ ornata ſtatuâ vel aliquo alio ludrico, interdum pueris conſidentibus, in ſcenam producebatur, Optogs bygning / ſom ſkiudis frem med noget Spil eller Spectackel paa.

PELAGUS, gi, m. ſ. πέλαγος, propriè profundum maris, & pars ab oris remotior, Sybet / Bredning / vilde Haff. Inde ſimpliciter accipitur pro ipſo mari, Hav.

Pelagicus, a, um, Columel. ut, *piſces ſaxatiles aut pelagici.*

Pelagius, a, um, Varr. idem. Ut, *greges pelagii*, i. e. piſces.

PELLIS, is, f. t. cutis à carne detracta, à pello, vel quaſi pellendo detracta, vel quod externas injurias à corpore pellat, Skind / Belge.

Pellicula, æ, f. pr. parva, tenuis vel exilis pellis, Liðet eller tynd ſkind / hud eller hinde. *Pelliculam curare*, eſt genio indulgere: ſumpta translatione ab iis, qui ungendo lavandoq; corpora ſua nimis curant.

Pelliceus, a, um, quod eſt ex pelle. Ut, *veſtis pellicea*, Skindklæder / Skindkiortel / Leyerklæder.

Pellitus, a, um, quod pelles habet vel pellibus tectum. Ut, *ovis pellita*, pro Tarentina, quæ pelle operiebatur, ut lana eſſet molior.

Pelliculo, as, act. pr. Colum. pellibus alligatis obturo, obſtruo, ſive pellibus obduco, Offuerdrager med Skind. *Vas obturatum pelliculant. Opercula gypſare & pelliculare.*

Pellio, onis, m. t. qui veſtes pelliceas & alia ex pellibus opera facit, Buntemager / Handſkemager / Pungmager.

Compoſita.

Apella, æ, m. pr. prima corrept. Horat. Epitheton Judæi, q. ſine pelle ob circumciſionem. Aliter in eo Horatii loco nomen proprium habetur.

Tentipellium, lii, n. ſ. medicamenti genus, quo rugæ abiguntur & cutis extenditur. Exponitur & calceamentum ferratum, quo pelles extenduntur. Ut, *pro manibus credo habere ego illos tentipellium.*

Strictipellæ, mulieres, quæ ſtringunt cutem & rugas in facie extendunt. Aliter legitur ſtrictivellæ.

Verſipellis, le, om. t. qui eſt vario & mobili ingenio, variosq; effingit pro more & ſuo commodo geſtus, mores & ſpecies ſive formas q. pellem vertens: translata ſignificatione à fabuloſa verſura hominum in lupos, eorundemq; reſtitutione in ſeſe, Som ſnoer oc vender ſig i atſkillige maader.

PELLO, is, pepuli, pulſum & antiquè pultum, act. t. violenter aliquid ago, à βάλλω, jacio, vel πάλλω,

agito, vibro, quatio, commoveo, Driffuer med macr. *Hunc à foribus pelle: è foro pelle, ex templo: pellere in exilium.* Et ſine præpoſitione, *pellere patriâ, civitate, regno, agro, ſedibus.* Item translatè, *ſpecies utilitatis animum pellit: viſa animum pellunt.* Item pello pro ferio, ut & Græcum βάλλω, Slaaer / Bancker. *Tunè has pepulisti fores?* Item *pellere virgini pudicitiam*, i. e. vitiare, Krencke / tage med vold. Aliter Pello à πελάω appropinquare facio.

Pulſus, us, m. q. pellendi actus, Slag / driffuen. *Pulſu pedum tremit tellus: impetus & pulſus remorum.* Item Medicis, pulſus pro motu arteriarum ex ſpiritus reciprocatione, Puls oc Liffaris ſlag. Item translatè ad animum: *Imaginum pulſus cogitationes efficit.*

Pulſo, as, act. pr. frequenter ſive multum pello. Ut, *pulſare & verberare homines: Coma arboris vento & imbri pulſatur. Pulſare terram pede*, Stampe. *Pulſare tellurem; pulſare pedibus, & pellere humum pedibus*, dantze oc ſpringe. *Pulſat chordas ſeu pectine pulſat inſtrumentum*, Slaar paa Læg / Læger paa Strengelæg. Sic *campana pulſari* dicitur, qvum impulſa ſonum edit, Ringer med Klocke. Et translatè, *multa meum pectus pulſant*, exagitant, offendunt, Støder mig / ſlaar mig for hoffuedet / paa hierter. Sic, *pulſatur animus.*

Pulſatiles venæ, Medicis, quæ græca voce dicuntur arteriæ, Puls / Liffaarer.

Pulſatio, pulſandi actus, Slag / Bæſken. *Pulſatio ſcutorum.*

Pulſator, qui pulſat. Ut, *Citharæ pulſator.*

Pulſatus, a, um, quod pulſavimus, Slagen. *Pulſatæ fluctibus arbores: æquor remige pulſatum, ſaxa pulſata.*

Pulto, as, n. pr. idem quod pulſo.

Compoſita.

Appello, lis, puli ſum, act. t. navem ad littus ago, Strander / driffuer til Land / Lander med Skib / kommer ind for. *Claſſem ad urbem appulit.* Et abſolutè ſubintellecto caſu, littus: *Appulit*, kom til Land / dreff til Land. Item paſſivè. *Appellitur navis ad villam, appellitur Syracuſas. navibus appellitur nauta in Siciliam.* Hinc, *is ad me appulit*, i. e. venit. Et translatè, *appellere animum ad Philoſophiam*, eſt adjicere & applicare, giffue eller ſla ſig oc ſit ſind til. Item *appellere rationes ſuas ad ſcopulos*, i. e. fortunas amittere.

Appulſus, a, um, quod appulimus, Tildreffuen / Landet / ſtrandet. *Appulſa ad eum locum claſſis.* Et cum naufragio, Stødt.

Appulſus, us, m. q. pro invaſione & acceſſione, Tilkomſt / Ankomſt. *Pars terræ appulſu ſolis exaſtit. Omnes appulſus frigoris & caloris ſentimus.* Item, pro inflatu. Ut, *Dei appulſu ſomniat vates.*

Aſpello, q. abs pello, i. e. amoveo, abigo. Ut, *à me ſpes hunc aſpellit. Longè à læto numine aſpellor Jovis.*

Ciſpello, is, Plaut. in citeriorem partem pello, Striffuer hen for oc fra mig. *Inde optimè ciſpellam virum.*

Compello, in unum pello vel cogo, Jager i hob / driffuer ſammen. *Compellere greges.* Item adigo, Nøder til / tildriffuer. *Compulit eos ad laqueum.* Sic *compellere orationem in angustiam.*

Compul-

Compulsus, a, um, quod compulimus, Tildreffuen/ tilnød.

Compulso, identidem pulso.

Depello, de loco in locum pello, Fradriffuer / hendriffuer. *Depellere agnos à matre, à lactè*, Tage fra Moderen eller Patten / affvenne. Item, *portenta depelli dicuntur*, cùm precibus, religionibusq; avertantur, Affbedis.

Depulsus, & antiquè depultus, a, um, quod depulimus. *Agnus depulsus*, vel absolutè, *depulsus*, Affvant/tagen fra Moderen.

Depulso, as, Plaut. act. pr. frequenter vel omninò depello, Støder til side affvejen/ forjager. *Cubitis depulsa de via.*

Depulsio, actus, quo aliquid depellitur. Ut, *bisorum inanium depulsio, mali depulsio.*

Depulsor, n. t. & depultrix fœm: qui depellit. Ut, *Dominatus depulsor.*

Dispello, is, in varia loca, variisvè modis pello, Driffuer/ Jager fra hin anden. *Equites loco dispelluntur. Tanrorum alios turbo dispulit*, Splittet. Et translatè, *Philosophia ab animo tanquam ab oculis caliginem dispulit.*

Expello, puli, pulsum, q. extra pello, vddriffuer/ vdjager. *Ancillam domo expulit. morbum helleboro expulit.*

Expulsus, a, um, quod expulimus, vddreffuen/ vdjaget. *Expulsi Reges: expulsa quies*, Affslagen/ vdslagen/ bortdreffuen.

Expulsio, expellendi actus. Ut, *vicinorum expulsio.*

Expulsim ludere pilâ dicitur, quando solo illisa, vel aliunde in longum aut manu aut fustè expellitur, Lege Springebold / Slagbold eller Kastebold.

Impello, is, act. t. in locum seu rem pello, Tildriffuer/ idriffuer/ tilslaaer eller islaaer / paadriffuer: *Impellere remos plaustrum impellere in terram. Impellere januam digito*, Trycke / støde eller slaa dørren i. Et translatè ad animum, Tildriffue/ tillegge/ tilnøde/ tilskynde. *Animus hac illac impellitur: impulit me ad hoc agendum.*

Impulsus, a, um, quod impulimus, Tildreffuen/ tilnød.

Impulsus, us, m. q. Idem quod impulsio, seu via ipsa impellens, Tilskyndelse/ tilskynding. *Hoc tuo impulsu factum est.*

Impulsio, onis, impellendi actus, Tildriffuelse / tilskyndelse. *Magna tibi ad hilaritatem impulsio.*

Impulsor, oris, m. t. qui incitat & impellit ad aliquid agendum, Tilskyndere.

Perpello, is, act. t. valdè pello & impello, Aldielis tilnøder oc tildriffuer. *Compuli & perpuli eum ut omnia mihi crederet. svasit, orabit, usq; adeo, donec perpulit.*

Propello, is, puli, pulsum, act. t. procul & longè pello & amoveo, Bortdriffuer/ driffuer aff sted. *Propellit hostem. propellere navem remis. propellere periculam capitis, vitæ*, Affverie/ affvende/ bortvende.

Propulsio, propellendi actus.

Propulsus, a, um, quod propulimus. Ut, *propulsa navis. propulsa cruore flumina.*

Propulso, as, act pr. frequenter pello, & procul pulso. Ut, *propulsare bellum, propulsare frigus, famem, periculum, injuriam ab aliquo.*

Propulsator, qui propulsat. Ut, *propulsator mali.*

Propulsatio, propulsandi actus. Ut, *propulsatio periculi*, Affverien / affvending.

Repello, is, vicissim pello, vel retro pello, Driffuer fra igien / tilbage. *Fraudem fraude repellit.* Item idem quod pello, vel depello, Driffuer fra. *Verbis superbissimis me à tuis genibus repulisti. repellitur à gubernatione.*

Repulsa, æ, f. pr. qua quis repellitur à re petita, ut honore & magistratu: unde *ferre repulsam, accipere repulsam*, Faa ney / faa en lang Næse / en Hornskee.

Repulsus, a, um, quod repulimus, Fradreffuen/ frastøt. *Repulsus à conatu suo. repulsus impetus Mithridatis.*

Repulsus, us, m. q. repellendi actus. Ut, *repulsus scopulorum.*

Repulso, as, act pr. sæpè & frequenter repello: unde *colles collibus repulsant verba & sonos.*

Alia Composita, mutata scilicet significatione & conjugatione: sed quæ tamen ex duabus verbi Pellere affectionibus originem trahunt, accessu & commovendi studio; quanquam & à πελάω accedo deduci potest.

Appello, as, act. pr. propriè accedendo comiter & familiariter alloquor, Venligen tiltaler. *Hilari vultu hominem appellat. ut blandissimè potest, comiter appellat unumquemq.* Et *appellare virginem*, est blanda oratione pudicitiam ejus tentare, Tale til med sød ord/ giffue gode ord. Inde quocunq; modo alloquor. Ut, *asperiùs ipsum appellat, superbiùs, graviore verbo.* Item nomino, Kalder. *Cæsar honorificentissimè appellat Pompejum: Galbam nomine appellabit.* Item, voco, Kalder. *Hunc Ægyptii Thoyt appellant. Rex à senatu appellatur. Eos nutu significationeq; appello*, i.e. indico, significo, demonstro. Item superiorem judicem invoco cognoscendæ causæ gratia, Skyder mig ind for høje Dommere / raaber eller beraaber mig paa anden Dommer. *Appellat principem: appellat ad principem.* Sic *appellare Tribunos, populum.* Item in jus voco, tiltaler / lader falde. *Coccium appellat, quia non fecit quod dixerat. Tulliola tibi diem dicit, sponsorem appellat. de pecunia appellatur.*

Appellatio, onis, f. t. appellandi actus. Ut, *appellatio principis, populi, tribuni*, Indskiudelse for anden Dommere. *Appellatio literarum lenis*, i. e. pronunciatio, prolatio. *Appellatio Regum venalis*, i. e. creatio, qua creantur vel appellantur Reges, Velning / Keisning. *Oppidorum appellatio, inde quod opem darent.*

Appellatus, a, um, quem appellavimus, ut *Dejotarus à Senatu Rex appellatus*, Kalder. *Appellatus de pecunia*, citatus & in judicium vocatus.

Appellator, oris, m. t. qui appellat ad alium judicem.

Appellito, as, frequenter, crebrò & sæpè appello.

Compello, as, idem quod appello, vel unà seu simul appello. Ut, *compellemus hominem.* Item nomine appello. Ut, *flens videbar compellare virum*, Kalder paa. Item, accuso, Anklager / klager eller skriger paa en. *Compellare judicem, qui non adfuerit.*

Compellatio, compellandi actus: utraq; verbi significatione, & in bonam & in malam partem.

Interpello, as, act. pr. q. inter verba alterius verba facio eumq; turbo, Stygger en i ſin tale / tager Ordene fra en. *Nihil te interpellabo: continentem orationem audire malo.* Et de actionibus: *interpellare furtum, ſtuprum, victoriam*, Stygge oc forhindre ſaa dant. Sic, *nemo me interpellat*, Ingen ſtygger mig. Item interpello, eſt ſæpè alloquor, Tal offte til om noget. *Interpellat debitorem. Cato ſæpiùs interpellatus nihil reſpondit. Dives pauperem de nuptiis filiæ interpellabit.*

Interpellatio, onis, interpellandi actus, Stygning/ indtale i andens ord. *Interpellatio familiaris mei*, quâ ſc. me interpellat.

Interpellator, oris, m. t. qui interpellat, Nærgaaende/ ſom ſtygger anden i ord eller gierning.

Interpellatus, a, um, quem interpellavimus, Tiltalet vdi ordene/ ſtygget i ſin tale eller gierning. *Appius adventu cæſaris interpellatus aufugit: hæc res bello interpellata refrixit.*

PELTA, æ, f. pr. πέλτη, ſcutum Amazonum lunæ ſemiplenæ imaginem referens, Skiold ſom en halff Maane. Exponitur & ſcutum brevius, lorum non habens, quo ſagittarii & levioris armaturæ milites uti ſolebant.

Peltatus, a, um, peltâ armatus.

PELVIS, is, f. t. vas, in quo varia perluuntur, à perBecken. Aliter à πέλυς ejusdem ſignificationis.

PENDEO, des, pependi, penſum. n. ſ. In aëre elatus à terra hæreo fixus in aliquo, à πέτομαι volo, quod inſtar volantis ſit & in aëre, quamvis fixus, pendulus vibretur: vel à πίπτω cado, quòd inſtar cadentis deorſum vergat, henger paa noget. *Per pedes, per caput pendet: de paxillo pendet: ſagittæ ab humero pendent: pendet ex arbore.* Et ſine præpoſitione, *ſentibus uva pendet.* Inde translatè pendeo pro innitor, henger aff / ſtaar paa. *Noſtra ſalus à veſtra ſalute pendet.* Sic *pendere ex vultu alterius, aut ex arbitrio*, qui ad alterius nutum & arbitrium omnia facit. Et *pendere ex fortuna*, eſt ad omnes fortunæ flatus circumagi. *Pendere ex ore alicujus*, admodum auſcultare & obſervare, quæ alius dicit, giffuer act paa/ hører nøye til. Item, *pendeo animi*, pro dubius ſum: translatâ ſignificatione à dubiâ libratione, ſeu motatione & vibratione pendentis rei, Er tuifflraadig. *Cæca expectatione pendeo* vel crucior: translatâ ſignificatione a ſupplicio ſervorum, qui pendentes vapulabant & pœnas luebant, neq; ſe expedire poterant conſtricti, Er ilde tilfreds/ fymris. Item pendeo, pro rei alicui intentus ſum nimio deſiderio aut admiratione, ſtaar ſtille oc forvndrer mig. *Dum narrantis conjux pendet ab ore viri, conſulta petis noſtroq; in limine pendes.* Item ceſſo, ut ſuſpenſa ad tempus & uſus ſolent, holder op. *Pendent opera interrupta, minæq; murorum ingentes.* Item pendeo, gravitatem quantitatis ex penſione judico, Veiger. *Cyathus pendet per ſe drachmas decem.* Item, pendere dicebantur rei, quod eorum nomina in tabella pendula propoſita erant publicè & ſuſpenſa. Ut, *reos qui apud cerarium pependerunt, univerſos diſcrimine liberavit.* Aliter vulgò à penis, cauda animalium: aut à pennis avium.

Pendens, quod pendet. Ut, *vinum pendens*, pro uvis ipſis pendentibus adhuc nec collectis: Opponiturq; vino doliari.

Pendulus, a, um, quod pendet & pendendo vibratur, Singlende/ Hengende/ Singende. Unde *loca pendula*, i. e. declivia, & *tela pendula*, Skotte væff. *Vinum pendulum*, quod lenteſcit, Lang Vin.

Penſilis, le, om. t. Idem quod pendens & pendulus. Ut, *homo penſilis*, qui ſuſpenſus eſt. Sic *penſilis lectus*. Et *penſilis lychnuchus*, Lue ekrone. *Uvæ penſiles*, quæ ſuſpenduntur de trabibus ad diuturnitatem. *Mamillæ penſiles*, Side patter / ſide yffuer. *Horti penſiles*, qui ſupra ædificii facti vel ſupra columnas erecti pendent. *Verruca penſilis*, verruca eſt oblonga & grandi capite, quo corpori adhæret, exili velut pediculo innixa, aut de chorda pendula. *Penſilis urbs*, quæ ſubter cavata eſt. *Penſile horreum*, quod eſt altiore à terra loco, vel in altiori domus parte, Kornloft / Kornſtack eller Huus bygt fra Jorden.

Penſum, n. ſ. manipulus lini lanævé aut canabis, qui ex colo pendet & ſubtrahitur, Rocketot. *Penſa inter virgines partiebatur.* Et translatè, munus ſeu opera quæcunq; certo tempore abſolvenda, Viſſe beſtilling oc haandgierning/ det mand haffuer i hænderne at giøre oc beſtille / Dagsgierning. *Me ad munus meum penſumq; revocabo. penſum meum, quod datum eſt, perfeci.*

Compoſita.

Ampedices, antiquis, quod circumpenderent, inquit Feſtus, nunc appendices appellati.

Appendeo, es, n. ſ. juxta ſeu ad aliquid pendeo, Til eller vedhenger.

Dependeo, es, n. ſ. idem quod pendeo, ſeu de re aliqua deorſum pendeo, Henger/ henger ned. *Uvæ de vite dependent.* Et translatè, *ſalus eorum à noſtra ſalute dependet*, i. e. conſiſtit, henger aff voris.

Impendeo, es, n. ſ. ſupra aliquid pendeo, Offuerhenger. *Gladius impendet capiti: mors homini impendet: mala multa impendent Reipubl. mala impendent te impunitum*, pro inſtant & imminent, Offuerhenger/ forſtaar.

Superimpendens, Catul. Ut, *tempe, quæ ſylvæ cingant ſuperimpendentes.*

Interpenſiva, orum, n. ſ. tigilla, quæ ſtillicidium ſuſciunt, aut quæ de parietibus inter tectum penſilia, capitibusq; trabium immiſſarum excepta aſſeres tecti devexi ſuſtinent; ſic dicta, quòd inter trabes & tectum interpendeant jacentia, Voesbord eller Tagſkalke.

Præpendeo, ante aliquid pendeo. Ut, *præpendet tibi barba mento non minor.*

Propendeo, des, n. ſ. quaſi porrò pendeo, Henger offuer eller fram. *Lanx altera alteri propendet: propendentes canis aures.* Et translatè, ad animum inclino: ut, *inclinatione voluntatis in optiones propendet*, Bøjer.

Propenſio, onis, actus vel affectus, quo animus alicujus propendet & inclinat, Tilbøyelſe. *Propenſio animi, voluntatis.*

Propendulus, a, um, q. porrò pendulus. Ut, *crines præwiſit capronis propenduli.*

Propen-

Propenſus, a, um, ſior, ſiſſimus, qui animo propendet ad aliquid, virtutem aut vitium, Tilbøyelig ſom høyer nogenſtedz hen/ er ſindet. *Propenſus ad lenitatem, ad ignoſcendum: ad cauſam, in adverſam partem: animi voluntas propenſa: alius ad alia vitia propenſior: oratio, diſputatio ad veritatis ſimilitudinem propenſa.* Item *aurum argento propenſius*, i. e. gravius, ponderoſius, Vichtiger/ tynger. Et translatè, *Propenſa munera*, i. e. ponderoſa.

Propensè, modo propenſo & ex animo. Ut, *propenſè defendit Rempublicam*, gierne oc redeborn.

Superpendeo, es, ſuprà pendeo. Ut, *quibusdam locis ſuperpendentia ſaxa*, plus in altum, quàm naves in ſtatione prominent.

PENDO, is, pependi, penſum, act. t. gravitatem alicujus rei libratione exploro, à pendeo, quia gravitatem rei percipimus & æſtimamus, dum ea pendet. Inde ſignificat, æſtimo, ſkatter / vorderer. *Rem propono: bos eam penditote: totam iſtam cantilenam ex hoc pendant, ut plurimum lucri faciant.* Sic *magni pendo, floccì pendo.* Item ſolvo, quia pendendo ære non numerando ſolvebant olim, Betaler. *Pro aqua vectigal pendam. Achæi ingentem pecuniam pendebant: pendam ei uſuram pecuniæ.* Item pœnis quaſi ſatisfacio ſeu patior, Lider. *Pœnas pendo temeritatis meæ.* Item *pendo* neutraliter, pro pendeo & pendens gravitatem quantitatis indico, Veiger. *Piſcis decem drachmas pependit.*

Penſus, a, um, quod pependimus & ponderavimus. Veiget. *Penſas examinat herbas.* Et abſolutè, *penſum habet* i. e. curo & penſito, Betencker/Offuervejer/ haffuer omſorg for / paſſer paa. *Nihil penſi habeo,* Skørter intet / acter intet om / paſſer intet paa.

Penſior, penſiùs, comparat. à penſus, pro ponderatus cogitatus, æſtimatus. Ut, *nihil nobis penſius: conditio penſior*, i. e. æſtimatior, pretioſior.

Penſio, onis, quod penditur & ſolvitur pro re aliqua conducta, ut domo, agro, Huusleje/ Landgield oc andet ſaadant / *à procuratoribus penſionem exigam.*

Penſiuncula, æ, f. pr. parva & exigua penſio.

Penſo, as. act. pr. frequenter pendo & æſtimo. Ut, *ex dictis amicos penſant.* Item penſo q. æqua penſione retribuo & ſolvo, giffuer lige for lige/ betaler. *Ex duobus plures penſantur.* Inde *penſare lætitiam mœrore.* Item penſo pro ſuppleo. Ut, *muria vicem aquæ marinæ penſat apud mediterraneos.*

Penſator, oris, m. t. qui penſat & æſtimat.

Penſito, as, act pr. idem quod penſo, ſæpè & exactè pondero & examino, Offuervejer oc betencker. *Vitam æqua lance penſitat humanæ fragilitatis memor.* Item, ſolvo. Ut, *vectigalia nobis penſitant.*

Penſitatio, onis, penſitandi actus. Offuervejelſe oc betenckeſe. *Penſitatio temporis.*

Penſitatus, a, um, quod penſitavimus. Ut, *Res penſitata, amor penſitatus.*

Penſitator, m. t. qui penſitat. Ut, *verborum penſitator.*

Penſiculo, las, Gell. idem quod penſito.

Penſiculator, qui penſiculat.

Penſiculatè, modo penſiculato.

Compoſita.

Appendo, dis, idem quod ſuſpendo, q. ad aliquid pendo, henger op hoß. Appendi uvam ad tigna: uvas ad ſolem appendit. Item, aurum aurifici appendit, tilveiger. Sic *tanti acervi numorum conſtituuntur, ut jam appendantur non numerentur pecuniæ.* Et translatè *appendere alicui verba*, quod & nos dicimus, Veige en ord til.

Appendix, icis, f. t. quod appenditur & additur, tilleg/ tilheng / tilvect: Unde *corpus animi appendix.* Item appendix, genus ſpinæ ita dictum, quòd baccas puniceas habeat de ſe pendentes, quæ & ipſæ dependices, nominantur.

Appendicula, læ, f. pr. parva appendix, Liden tilſat oc vedheng. *Pecunia hæc erat appendicula quædam cauſæ judicatæ.*

Appenſus, a, um, quod appendimus. Ut, *gladius ſetâ equinâ è lacunari appenſus*, hengt ved.

Compendium, n. ſ. quæſtus ex æris penſione, Offuervect. Et translatè lucrum, Baade/ fordeel. *Inopia & avaritia ad turpe compendium commovent homines.* Atq; quia hæc quæſtus ratio facillima ſit & expedita, accipitur compendium pro quacunq; brevi & expedita agendorum, rerumvé ratione, Gienvey. *Via magnum eſt compendium. carnes coquunt eum lignorum compendio.* Sic, Compendium, quod græca voce Epitome vel Epitoma, liber, qui capita tantùm & ſummas rerum complectitur, Kort ſum paa nogen Bog / Extract.

Compendioſus, a, um, compendio plenus, valdè utilis.

Compendiarius, a, um, quod compendium refert vel compendium habet. Ut, *via compendiaria*, i. e. brevis.

Compendiariò, compendii modo, brevitèr. *Ad maximas divitias te compendiariò voco.*

Compenſo, as, act. pr. pari pondere pendo rependo. h. e. retribuo ex æquo, Betaler / vedderlegger/ betal lige forlige. *Opera ſua compenſari volunt: tarditatem ſupplicii gravitate compenſant.*

Compenſatio, onis, compenſandi actus, Betalning.

Compenſatus, a, um, quod compenſavimus.

Compenſandus, a, um, quod compenſari debet, compenſatione dignum.

Dependo, is, Idem quod pendo, veiger: & ex adjuncto, betaler. *dependendum tibi eſt, quod mihi pro illo ſpopondiſti. Dependere pretium, dependere ſummam*, tilveiger / vdlegger. Nam Romani ponderabant ſatisfactionem, quam nos hodiè denumeramus. *Dependere caput felicibus armis*, eſt vitam pro victoria adipiſcenda profundere, døe for ſejer oc ſit Fæderne land. *Dependere pœnas*, eſt ſolvere, lide oc ſtaa ſtraff.

Diſpendo, is, act. t. in varias partes pendo, vddeeler/ giffuer vd her oc der. Et translatè, *res iſta me diſpendit*, faar mig nock at tage vare.

Diſpendium, dii, n. ſ. quod diſpenditur, vdgifft. Et tropicè, quod non ſine moleſtia, jactura vel detrimento fit, incommodum ex æris penſione, Stor bekoſtning/vdgifft/ſpilde/ beſuerlighed/tynge oc affbreck/ſtoor ommage. *Fit id magno lignorum diſpendio.*

amor

amor multos in dispendium illexit. Sine dispendio facere non potui. Item *dispendium loci, sylva*, quæ negotium faceſsit, quaſi devium, **affveien.**

Diſpendioſus, a, um, diſpendii plenum, **til tynge/ tyngactig.** *Cunctatio dispendiosa.*

Diſpenſo, as, idem quod diſpendo, ſed uſu quidem frequentiori. Ut, *Hodie ista vis pecunia dispensabitur.* Et translatè diſpono, procurro. Ut, *dispensare res domesticas*, **forſtaar / forordner oc ſetter i laſſue.** Sic *dispensare menses, tempora.*

Diſpenſatio, onis, actus, quo aliquid diſpenſamus, **vdbyttelſe/ vddelelſe / forordning och beſtickelſe.** *Erotis dispensatio*, quâ diſpenſat, *ærarii dispensatio*, quâ ærarium diſpenſatur.

Diſpenſator, oris, m. t. qui diſpenſat, **Huus fogit/ Kiøgemeſtere/ tro Hunskect.**

Expendo, dis, idem quod pendo, vel exactè pendo, **Vejer/ Offuervejer.** *Aurum auro expenditur. Te expendi, centum es pondo.* Et translatè ad animum, q. animo expendo, **Offuervejer oc betencker.** *Contemplantes expendere oportet: judicio expenditur.* Item pendendo exſolvo, **Vdlegger/ betaler/** Undè translatè, *expendere pœnas, expendere scelera*, **Betale oc lide ſtraff for ſine onde gierninger.**

Expenſus, a, um, quod expendimus, **Fuldveyet/ Offuerveyet.** *Aurum expensum.* Et *expensa pecunia*, **Vdlagt penning.** *Expensa legio*, **Bekaaſtet / vdgiort.** Sic *vestis expensa*, **Vdlagt eller bekoſtet Klæder.**

Expenſum, n. ſ. quod in uſum aliquem expenditur, **Omkaaſt / vdgifft:** *Expensi ratio*, **Regnſkab paa vdgifft.**

Impendo, dis, in rem aliquam expendo, & inſumo, **Vdlegger/ giør bekoſtning paa.** *Impendi magnam vim pecuniæ in rem vanam. Sic, impendere rei alicui vel in rem, operam laborem*, **Legge flid oc Arbeide paa.** Item *impendere pecuniam, libros, & de pecunia.*

Impenſus, a, um, quod impendimus, **Vdlagt.** *Ubi tandem istud latet, quòd tu de tua pecunia dicis impensum?* Et adjectivè, amiſſo tempore: *Homine ingrato nihil est impensius*, pro eo ſc: in quod nihil magis impendimus, **Syrere, ſom meer eller formegit kaaſtis paa.** Item, *impensa* abſolutè plural. num. pro beneficio. Ut, *impensis vitam principis annumeres.* Item, impenſa gen. fœm. Feſto, ſtips eſt & æs ſacrum, h. e. pecunia ſtipata necdum penſa. Item, ſimpliciter impenſa pro ſumptu. Ut, *molestiam tibi cum mea impensa exhibeo*, **Med eller paa min bekoſtning.**

Impendium, ii, n. ſ. quod in rem aliquam impenditur, **Omkaaſt oc Ommage.** *Quæstum instituit sine impendio. Magno cum meo impendio hoc egi*, **Med min ſtore Ommage.** Item peculiariter impendium pro uſura ſeu pecunia, quæ ſorti accedit. **Aager oc Rente.** *Fœnus & impendium recusat.*

Impendiò, adv. pro multò & q. nimis impensè, **Storligen eller alt formeget.** Jungiturq; comparativis. Ut, *impendiò loquacior*, **Alt formeget Kaad/ mundet.** *Impendiò magis natam odit*, pro multò magis, **Jo meere oc meere.** *Impendiò minus curat*, pro multò minus, **Mindre/ megit mindre eller ringere.**

Impendioſus, a, um, qui plus æquo impendit, **ødſom/ ſom giør for ſtore bekoſtninger/ vdøſer.**

Impensè, adv. pro valdè vel nimis, ex impenſæ ſc. adjuncto & effectu, **Storligen / offuermaade/ formeget.** *Impensè improbus est, impensè cupit.* Et comparatè, *impensiùs rogo. Impensiùs delector hac re.*

Impenſibilis, le, om. t. Gell. quod ſatis expendi non poteſt, **Som icke kand ret offuerveyes / oc betenkis / woffuerveyelig / eller vbetenckelig / vbegribelig.** *rerum fides impensibilis. Veritas impensibilis.*

Lanipendia, mulier, jurisconſ. pro lanifica, ſeu quæ lanificibus penſa dividit.

Libripens, dis, om. t. olim dicebatur, qui librâ appendebat militibus ſtipendium & æs grave quo uſi ſunt Romani ante ſignatum argentum. ſic dictus à libra ænea, quâ pendebatur i, e. ponderabatur æs. Inde acceptum eſt pro eo, qui rebus ponderandis præfectus eſt, easq; ponderibus examinat, **Veigmeſter.**

Magnipendo, is, quaſi pendo, æſtimo & facio magni, **høyt oc ſtort acter / holder megit aff.** *Me magni pendit. non magni pendor ab illis.*

Perpendo, is, diligenter & exactè pendo & examino, **Offuervejer.** *Perpendere alquid ad disciplinæ præcepta, judicio acri perpendere.*

Perpenſus, a, um, quod perpendimus, **Offuervejet.** *Perpensa & explorata omnia habemus.*

Perpendiculum, n. ſ. linea eſt, appenſum parvum Cylindrum plumbeum habens, quâ à ſummo ædium, laterum æqualitatem fabri perpendunt, **Vandlod/ Vandpaß/ Vandmaade.**

Perpendicularis, e, om. t. quod quàſi, ad perpendiculum factum eſt. Ut, *Radii solis sunt perpendiculares*, **ret oc Raade neder.**

Perpendiculator, qui perpendiculo utitur, ut materiarius.

Rependo, is, viciſſim pendo, **Betal igien.** *Duplo rependitur argento.* Et translatè: *Ingenio rependo damnâ formæ meæ: fatis contraria fata rependit*, **Vederlegger.**

Repenſus, a, um, quod rependimus. Ut, *Aurum est repensum est.*

Repenſo, as, idem quod Compenſo, ſivè viciſſim penſo, **Betal igien och vederlegger.** *Incommodum hoc repensatur ubarum multitudine.*

Suſpendo, is, q. ſurſum pendere facio, ſurſum appendo, **Henger off.** *De paxillo vestem suspendit.* Et translatè, *novam hæresin novo paxillo suspendit Zeno*, i. e. divulgavit, proſtituit & q. venalem habuit, aut conſpiciendam exhibuit ceu ſuppellectilem quandam, ut ſolent venditores, qui merces de paxillo, aut domeſtici ſuam ſuppellectilem ſuſpendunt. Item *vestimenta humida suspendit Neptuno*, i. e. in fano ejus ad monumentum ſalutis. Item *caput equi capistro suspendere*, i. e. ſuſtollere ſublevare, **holde hoffuedet op/ tømme op.** Item ſuſpendendo interimo. Ut, *seipsum defixu suspendit*, **Henger.** Item differo & q. ſuſpendo aliquid in aliud tempus ſuprendum, **Henger op til en tiid / ſetter op.** *Suspendit legationem.* Et inde incertum reddo q. animum ſuſpendo, ut nihil definiat. Ut, *diu expectatione me suspendit. Suspendit mihi animum.* Item *suspendere spiritum*, eſt paululùm quieſcere inter legendum & ſuſtinere, **Holde op nogen ſtund.** *Sciat puer spiritum suspendere, quo loco versum distinguat, ubi claudatur sensus, ubi incipiat.* Item *suspendere balneolas*, eſt in altum ædificare. Et, *opus ita ædificatum est, ut suspendi non possit* i. e. fornix. *Tignis nidum suspendit hirundo.* Et *suspendere alquem naso*, eſt deridere: translatâ inde ſignificatione, quòd homines irriſores, naſum aduncum faciant, eoq; quòd irrideant, q. lance quadam ſuſpendunt & ponderant.

Suſpendium, n. ſ. quo quid ſuſpenditur, ſive ipſa ſuſpenſio, **hengen.** *Suspendio vitam finivit.*

Suſpen-

Suſpendioſus, a, um, Plin. ſuſpendio ſtrangulatus, Hengt.

Suſpenſio, onis, f. r. ſuſpenſi affectio & conditio. *Suſpenſio animi* pro incertitudine, Ophold / tuiffl⸗ actighedt.

Suſpenſus, a, um, quod ſuſpendimus. Ut, *ſuſpenſus reſte, manibus ſe demiſit*, Hengt hengende. *ſuſpenſa domus, ſuſpenſum aulæum*, høyt opbygt eller offuen⸗ ſal. *Suſpenſus animus*, Tuifftraadighed. *Suſpenſus ſomnus*, qui ſuſpenditur, intercipitur & irrequietus eſt, wrolig ſøffn/ ſlummen. *Suſpenſus gradus*, qui placidus eſt ac ſilens, ſact oc ſtille gang. *Suſpenſa bona*, quæ venalia pendent in tabula proſcripta.

PENE, pr. prod. adverbium ſignificans imminentem actionem & parùm à fine, à πάνυ omninò. Item ferme, hart ad noger nær. *Penè in curſu concidi, penè me interfeciſti.* Scribitur & per æ, pænè.

Peniſsimè, adverb. Plautinum q. valdè ſeu maximè penè vel omninò gandſke hart ad / aldelis. *Gallus gallinaceus peniſſimè me perdidit.*

PENES, pr. corr. præpoſ. perſonæ attributa ad ſignificandum ei dominium & poteſtatem rei eſſe, ut, eſt penu noſtrum à voce penus hoes. *Penes Pompejum ſumma rerum erat*, i. e. in ejus dominio & poteſtate, det ſtod hoß hannem/til hannem/i hans haand. Sic, *Copia frumenti penes ipſam eſt*, hand raader derfor.

PENETRO, ſive penitro, as. n. pr. corr. q. penitùs intro, nec ſine aliqua vi, Gaar ind vdi/ trenger mig ind. *Romulus in templa penetrabit ad urbem. penetrabit ſub terras: in cœlum uſq; penetrat ratio humana. Res iſta in animos penetrat.* Et activè, *in ſpecum me penetrabo*, pro inferam. Sic *penetrare ſe in fugam*, pro conjicere ſe in fugam. Et *penetrare pedem intra portam, ædes &c.* pro inferre. *Penetravit ſe foras*, Plaut. pro conjecit foràs, proripuit, Gaff ſig vd/ brød ſig vd/trengde ſig ud.

Penetrabilis, le, & Penitrabilis, le, om. t. quod penetrat. Ut, *telum penetrabile.* Item paſsivè, quod penetrari poteſt. Ut, *corpus nulli telo penetrabile.*

Penetralis, le, om. t. & comparat. lior & lius. quod interius eſt, quoq; non niſi penetrando pervenitur. inderligt ſom er inden til. *penetrales adyti. tectum penetrale. ſedes penetralis.* Et *penetrale*, ſacrificium, quod in templi anteriore parte conficitur. *Penetrales Dii*, qui penates ſunt, & interiore domo coluntur. Item abſolutè *penetrale*, interior pars domus aut templi etiam non tecta, Inderſte i Huus eller Kircke. *Penetrale domus. penetrale Priami.* Sic *penetralia regni.*

Penetratus, a, um, in quod penetravimus. Ut, *limina maris penetrata.*

Impenetrale, Feſto, cujus ultimum penetrale intrare non licet, græca voce adytum.

Impenetrabilis, le, om. t. quod penetrari non poteſt, wigtennomtrengelig. *Milites impenetrabiles. mens impenetrabilis. pudicitia impenetrabilis*, pro non ſuperabili, woffuervindelig.

PENIS, is, m. t. pr. prod. antiquis idem quod cauda à pendendo, utpote membrum à poſteriori quibuſdam animantibus pendens, Rumpe / Hale. Inde tropicè inſtrumentum, quo pingit pictor, factum nimirum ab extremis animalium caudis, penſel. Item, penis, membrum virile à πέος ejuſdem ſignificationis.

Penitus, a, um, pen. prod. quod penem i. e. caudam habet: Unde *offa penita*, i. e. offa porcina cum cauda, quæ & penis vocabatur, Suineryg huggen i ſynder oc ſøden.

Peniculus, & penicillus, m. ſ. penis erat bubulus, h. e. cauda bubula, quâ ceu ſpongiâ quadam pulverem & telas domus abſtergebant, nec non & menſas detergebant: quo loco nobis ſunt caudæ vulpinæ: Inde omne ſive id cauda ſive ex pennis aut ſetis aut virgis, ſive ex panniculis ſit, quo varia domus loca, veſtes & utenſilia detergimus & à ſordibus mundamus & polimus, Byrſte/ Klædebyrſte/ Karbyrſte/ Karklud/ Klædkoſt/ Kratbyrſte / Feikoſt/ Limekooſt / gaaſevinge/ Haarbyrſte / Hoffuetbyrſte. Item, penicillus, ſpongia, ſvomp. Item peniculus & penicillus, quo pictores pingunt, penſel. Item, quo albarium parieti inducitur, Strygeſte/ ſtryg⸗ſpaade / Kalck⸗koſt. Item linamentum, & quicquid ejus uſus, quod vulneri inditur, ut à ſordibus purget & cohibeat, ne præproperè nimis claudatur, Linſkaff i ſaar / væle eller Læ⸗ gevæle. Item, peniculus, nomen piſcis à ſimilitudine penicillorum, quibus pictores utuntur. Tubulus eſt teſtaceus, molli quadam & laxa ſubſtantia ſaxis alligatus, ita ut aquarum undis cedat & agitetur.

peniculamentum, Arnobio pro cauda. Item, veſtis muliebris vel cauda, quâ ſolum quaſi verrunt & detergunt, Klæderſuantz vel falciolæ, extremis veſtium muliebrium oris ornamento aſſutæ. Sic dictum quòd peniculi, h. e. concerptæ lanæ inſtar ſit quodam modò carminatum, Fryntzer/ Frantzer.

PENNA, æ, f. pr. avium veſtes, & arma quibus volant, & propriè duriora & majora, qualia ſunt ex quibus alæ & caudæ conſtant: nec non horum pars durior: Et inde etiam mollior, q. petina à πέτομαι volo, ſtore Fære/ pennefeir. Ponitur & generaliter, ut etiam plumas contineat, Fære oc duun. *Pennis fovent pullos ne frigore lædantur.* Item tropicè penna pro inſtrumento ſcriptorio ex penna facto, Pen / Skriffuer⸗ pen. Conſtat autem penna, ſcapo ſeu ſtylo & plumis: ſed major eſt pinnis quæ itidem ſcapis conſtant & plumis. pluma autem caret ſcapo. Item penna marina, Zoophytum eſt, dictum à forma pennarum, quæ in pileis geſtari ſolent. Aliter penna à πέος ejuſdem ſignificationis q. Pterna, preſna, peſna, penna. Nam & antiquis dicebatur Peſna.

Pennula, æ, f. pr. parva penna.

Pennatus, a, um, quod pennas habet; Færet. *Volucres pennatæ.* Et *pennatum ferrum*, quod pennis munitum eſt, ut levius fiat & faciliùs aërem penetret, ut ſunt ſagittæ.

Pennarium, n. ſ. in quo pennæ ſcriptoriæ ſervantur, Pennal/ Pennehuus.

Compoſita.

Bipennis, ne, om. t. duas habens pennas, i. e. alas, per Synechdochen partis. Sed Plinius hac voce utitur de inſectis, quorum quædam innuit bipennia, licet alæ eorum non ſint pennatæ, ſed membranatæ. Latet itaq; in voce Cateſchreſis. Virgilio verò bipennis ſignificat ſecurim utrinq; acutam & oblonga forma ut penna, Tueggit øxe/eller Hellebart.

Diſpenno, is, act. t. q. ad modum pennarum avium pando. Nonius ex iſto Plauti: *Diſpennite hominem diverſum & diſtennite.* Sed legunt alii priore loco diſpendite, à pando: & poſteriore, diſtendite à tendo: & ſine dubio rectiùs.

Impen-

Impennatus, a, um, quod pennis caret. Ut, *agnæ impennatæ*, veteribus, pro ſpicis ariſtas non habentibus, nøgen ax.

PENULA, æ, f. pr. prod. veſtis ſcortea vel lanea denſiùs compacta, quæ inducitur tunicæ adverſus æris injuriam. Eratq; initio peregrinantium & ſervorum: inde etiam ſenatorum intra urbem frigoris cauſa, q. pinula à πίνος ſordes ſqualor, illuvies, quòd eſſet contra ſqualorem & illuviem, nec non & ipſa ſqualida: vel à πένης pauper, quòd eſſet vilis & initio pauperum, Regnekappe/ Regnekaabe. Apud juriſconſ. etiam viris & mulieribus veſtimentum eſt commune. Item penula pro quicquid tegit. Ut, *ſcortea penula pedem protegit.*

Penulatus, a, um, penula indutus.

Penularium, Non. locus, ubi penulæ reponuntur.

PENUS, oris, n. t. pr. corr. omne quod victui neceſſarium eſt, & ad futuri temporis uſum reconditum, a πένομαι, victum ſolicitè quæro & alimenta colligo contra inopiam: Et πόνος, ipſum ſtudium & labor, Forraad paa Mad/ ol oc huad der hør til vnderholding/ huſens behoff. Declinatur etiam in ſecunda declinatione & gen. maſc. penus peni. Item in quarta, gen. fœm. penus, penus. Item in gen. neutro, penum in nominat. accuſ. & vocat. Et ablat. hoc penu, deficientibus ſc. genit. & dativo. Hinc *penora*, res neceſſaria ad victum quotidianum. *Penus annuus. adte Patria penum omne congerebam. Portat frumenta penusq. Magna penus parvo ſpacio conſumpta. verba ſine penu & pecunia.*

Penarius, a, um, quod ad penum pertinet; *cella penaria*, Spiſekammer/ Salehuus eller Kieller. Et abſolutè *penarium* pro eodem. Item *penaria*, æ, f. pr. idem.

Penatores, qui penum geſtant.

Penates, tum, m. t. Dii domeſtici, dicti q. dii interiores & qui in adyto penitiſsimo celebrantur, à penu, i. e. rebus victui neceſſariis, quæ interiore domus parte reconditæ ſunt; aut à penitus, quod penitus inſideant, teſte Cicerone, Huußguder. Dicuntur etiam penetrales.

Penitus, a, um, tior, tiſsimus, quod interius eſt & inabditis, ut eſt penu, Inderligt. *Excrea ex penitis faucibus. pectore penitiſſimo ſtultitiam abſcondit. adducta eſt ex Arabia penitiſſima.*

Penitus, tiùs, tiſsimè modo penito, Inderligen/ aldelis. *Animorum motus penitus pernoſcit. penitus rempubl. cognoſcit*, Veed oc kiender alt huad der i er/ eller er inde *Penitùs in venis incluſum eſt.* Inde ſignificat longè ſeu procul, ut ſunt quæ penita ſunt, Ut, *Ventus advexit eos penitùs ad alias oras.*

Penuria, æ. f. pr. product. duab. pr. ſyllab. penoris inopia: reſumptâ originis (πενία) propriâ ſignificatione. Et inde cujuscunq; rei inopia, Mangel/ fattigdom/ affslag. *magna civium penuria. fortium virorum*: Feſtus ait: penuria eſt id, quod pœnè minus ſit quam neceſſe eſt, q. à pene, pæne.

PEPLUS, m. ſ. & Peplum n. πέπλος, veſtis candida ſimulacri Minervæ, aureis clavis picta, nec non imaginibus fortium virorum intertexta, & ſine manicis. Erat etiam amiculum quoddam muliebre ſubtiliſsimum, quod geſtabant mulieres, ut propitiam ſibi haberent Deam, Sløjer eller Bengel. Item, virorum. Ut, *Saturninus amictus a militibus peplo imperatorio.*

PER, Præpoſitio ſignificans actionis inſtrumentum, idq; perſonale locale aut temporale, à περὶ circum: jungiturq; accuſativo, ved. *Per me ſies certior. Per Deum te oro & obteſtor, per tuam fidem, per hanc dextram, per adoptionem pater. per ætatem non potuit. per fidem deceptus jam. per jocum. per ludum aliquod facere.* Hinc ratione perpetuitatis: *Per id tempus, per eos dies, annos imperium tenuit*, i. e. pendentibus ſive currentibus tempore, diebus, annis, paa de tide etc. Et *per tempus* i. e. oportune, commodè, i laſſue tide/ laſſligen. Item continuationis, ab initio ad finem usq; igiennem. *per pectus ferrum trajecit. per urbem vado: per vias aliquem quærere*, i. e. ſine intermiſsione. Item aliæ loquendi formæ: *Per fas & nefas*, h. e. jure vel injuria, nullo juris aut injuriæ reſpectu, ved ret oc wret. *Per pedes pendet: Per vim & ſcelus multum poteſt. quod per ſcelus adeptus eſt per luxuriam effundit. Per caliginem, per nebulam cernitur. Per alium cum ipſo tranſigam. Accuſat me per literas. Per negotium non poſſum. Per leges, per naturam non licet. Per te nunquam quieſco. Per valetudinem non poſſum. Per gratiam contendo hoc à te. per beneficium tibi hoc concedo. Per me didici legere*, i. e. non per alium. *Virtus per ſe expetenda.* Poteſt autem in his omnibus accuſativus reſolvi in nominativum. Ut, virtus ipſa eſt cauſa ſuæ expetitionis: Ego cauſa vel medium meæ doctrinæ. Porrò in compoſitione interdum ſignificat. perfectionem. Ut, *perficio.* Interdum auget ſignificationem. Ut, *periniquus*, i. e. valdè, *pertinax*, i. e. nimis. Interdum negat. Ut, *perfunctorie*, *perfidus*, *perjurus*, qui fide nulla eſt, nec juramentum penſi habet; interdum medium aut continuatione, perpetuitatem & aſsiduitatem notat. Ut, *perfluo perpluo.* Interdum diſcrimen rei. Ut, *perdo*, *perco*, præpoſtera actione quaſi nimis agendo. Videtur & ſignificare exceſſum. Ut, *nimio*, *pereo*, *polluo.* Nam & in pol videtur formatum eſſe in his: *polliceor*, *pollingo*, *polluceo*, *polluo.* Item aliquando fit enclitica. Ut, *parumper*, *quantiſper*, *tantiſper*, *pauliſper*, ut & Græcorum πέρ, ejuſdem eſt uſus.

Perquam, adverb. ſignificans valdè, admodum: jungiturq; poſitivis & verbis, Saare/ ſtorligen. *Perquam indignis modis me tractabit. perquàm bonus* i. e. optimus. Sic *perquàm pauci ſunt*: & disjunctùm: *per pol quàm paucos reperies.* Et *perquam ſcire velim.* Invenitur & cum ſuperlat. Ut, *perquàm maximus exercitus*, per auxeſin. Et *perquàm maximo poteſt exercitu comparato*; niſi hîc referatur ad poteſt.

PERA, æ, f. pr. prod. ſacculus ex corio, quem cibo farcium de collo geſtant paſtores, viatores & mendici, à πήρα ejuſdem ſignificationis, Læderſæck/ Madpoſe Hyrdetaſke. Peratim aliquem ductitare, eſt a gente circumducere, punge ens penge vd.

Pero, onis, m. t. calceus ruſticus è crudo corio ſupra genua ſe extendens, dictus à pera, quòd peræ modo ſit informis, Bonde ſtøffle/ Hoyeſko/ ſtore vide ſtøffle.

Peronatus, a, um, peronibus calceatus, ſtøffiede.

Compoſita.

Aſcopera, æ, f. pr. Svet. ſacculus pelliceus, ſeu pera viatoria, in quam pecunias aut utenſilia viatores reponunt, vadſæck. Græcum eſt ἀσκοπήρα.

Hippo-

Hippopera, æ, f. pr. ſacculus ſcorteus, quò equites neceſſaria circumferunt, Knapſæck / Vædſtraſke. ἱππόπηρα.

Sacciperium, n. ſ. Plaut. majus marſupium ſive crumena, quod plura in ſe continere poteſt: à ſacco & pera ſic dictum, Taſſe oc Pung / ſom haffuer anden eller ſtore Punge i ſig.

PERCA, æ, f. pr. πέρκη, nomen piſcis nigris maculis varii, & duabus primis in dorſo erectis, lato corpore & parvis ſquammis. Eſtq; duûm generum. Ut, *Perca marina*, Aaborre. *Perca fluviatilis*, quæ & *minor* dicitur, Aaulbarß / Horcke.

PERDIX, icis, f. t. πέρδιξ, nomen avis, Agerhøne.

Perdicium, nomen herbæ, quâ perdices præcipuè veſcuntur.

PERNA, æ, f. pr. porcinus & quidem ſalitus aut pes aut coxa, aut armus, à πέρνα, quod calcem & calcaneum ſignificat, & antiquis etiam latinis pedem, Sylthoſte / eller Bou / Skinck / Svinefød. Plin. *Sues ſuſpenſa pernis prioribus.* Eſt & perna piſcis nomen ex concharum genere: ſic dicta, quòd ſtet veluti ſuillo crure longo in arena defixa.

Pernio, onis, m. t. morbus pedum nimio frigore contractus, calcem & digitos pedum præcipuè infeſtans, Froſt i Fødder / i Hæl eller tæer.

Perniunculus, m. ſ. exiguus pernio, Liden Hæle froſt.

Compoſita.

Compernis, e, om. t. qui genubus eſt plus juſto conjunctioribus, Skæffbeenet.

Supperno, as, pernam concido.

Suppernati, quibus femina ſunt ſuccisa in modum ſuillarum pernarum. Unde Ennius: *His pernas ſuccidit iniqua ſuperbia Pœni.*

PERPERUS, a, um, antiquis pro ſtolido, ſtulto, temerario, præcipiti, levi & inconſtanti, à περπερός ejusdem ſignificationis. Ut *homo eſt perperus.* Et *ovis perpera*, i. e. ſtolida, Vanvittig / taabelig.

Perperam, adverb. pro pravè, corruptè, vitiosè. Ut *perperàm facit*, Vrangeligen / ilde / ſlemmeligen.

Perperitudo, dinis, f. t. antiquis, rei perperæ vitium & affectus pravitas aut ſtulticia, Vanart oc daarlighed.

PERSICA, æ, f. pr. arbor ex Perſia in Italiam translata, fructum ferens, qui malum perſicum vocatur, Perſick.

PERSONA, æ, f. pr. Homo certo ſtatu ſive animi ſive corporis ſive fortunæ aut dignitatis circumſcriptus & conſideratus, ut ſervus ingenuus, Heros, Senator, fœnerator, miles, dives, pulcer, deformis, amicus &c. q. dicas πρὸς σῶμα, ab eo quod hominem circumſtat, Jt Folck / ut cum nos dicimus, det er it ſmuct Folck. Huad er det for it Folck? i. e. qualis per-

ſona. Hinc *perſona Cæſaris, perſona Magiſtratus, conſulis.* Et *in ſplendida perſona Medicus periclitari non vult.* Item, Pater, filius, maritus, uxor, ſervus, dominus; judex, imperator, Philoſophus, Prætor & id genus alia. Sic, *Petitoris, judicis, accuſatoris, Philoſophi perſonam ſuſtinet.* Et *tres perſonas unus ſuſtinet: meam, adverſarii, judicis. Hominum innumerabiles perſonæ. Medæa & Atreus heroicæ perſonæ.* Item Grammaticis prima perſona, ſecunda &c. Item perſona pro facie ficta hiſtrionica, Skabellecke. *Ex perſona ardent oculi hiſtrionis.* Item Ulpiano perſonæ dicuntur etiam figuræ in ædificiis, quæ aquas ore vel mentula fundunt, eoq; varios vultus & geſtus exprimunt. Item Theologis perſona eſt individua eſſentia q. per ſe una. Aliter perſona propriè habetur Scenica vox ex qua cæteræ ſignificationis deſcendant à perſonando, i. e. clarius ſonando.

Perſolla, parva perſona. Eſtq; deminuentis, blandientis aut contemnentis, Liden Perſon / et lidet Folck / Grønſkalling / Halfhynting / Puſelings Dreng.

Perſolata, æ, f. pr. nomen herbæ, cujus foliis perſonæ Scenicæ veſtitæ in ſcenam nonnunquam prodibant, den ſtore ſkreppe / Torden ſkreppe.

Perſonatus, a, um, qui perſonis & larvis indutus eſt, formummet / forklæd: *Perſonatus Roſcius.* Item, qui ſimulat & præ ſe fert alterius perſonam, conditionem & munus. Ut, *perſonatus ambulo*, Giør mig til en anden / lader ſom jeg er den oc den. Sic *perſonata felicitas*, pro ſimulata, quæ forinſecus eſt decora, intùs verò deformata inſtar hiſtrionum, qui indutæ perſonæ ſimulant & imitantur quemcunq; velint. Item perſonatus, qui omninò perſonam hiſtrionicam deponere nolit. *Perſonatus pater* pro comico patre, qui in Scena perſonam agit patris.

Perſonalis, le, om. t. quod ad perſonam pertinet, Perſonlig. *Perſonalis actio*, quæ in perſonam datur: cui opponitur actio in rem. Et Grammaticis perſonale verbum, quod per perſonas diſtinguitur.

Perſonata, æ, f. pr. Colum. herba eadem quæ perſolata.

Imperſonale, verbum Gramm.

PES, edis, m. t. pr. gen. corr. pars animantis, quâ terram terit & loca mutat à πῶς ποδὸς, ejusdem ſignificationis. Inde tropicè menſura quatuor palmorum, En Fod lang. Item menſura in carminibus ex ſyllabarum productione aut correptione, ut pes ſpondæus, Dactylus &c. Item pes in navi, ima pars veli vel funis, quo velum tenditur & remittitur pro gubernantis voluntate, Fiirline. Unde *pedem facere* pro vela facere. Accipitur autem pes in re nautica 1. pro velo. 2. fune veli. 3. Remis & 4. Remigibus: quia his navis quaſi pedibus it. Item pro miniſtro, cujus opera maxima in pedibus. Item pes, animalculum illud fœdum & infeſtum in corpore humano, Lus: Sic dictum à multitudine pedum. Porrò Medicis pes etiam dicitur, pars illa tota à natibus usq; ad plantam, ſed ferè cum adjectione ad differentiam pedis imi, *pes magnus:* Conſtatq; femore, crure & pede imo ſive parvo, Skenckel. Item *pes architectonicis*, pro quovis fundamento, Fod / Fodſtycke. *Pes menſæ*, Skiffue fod / Skiffue ſtolpe. Et ſic in aliis, ubi ſuſtentatur aliquid. Item pes de fluvio. Ut, *montibus altis levis crepante lympha deſilit pede.* Et *ab alto Tiberius revocat pedem.* Sic *liquidus pes* pro pede ſumi-

fluminis. Item pes apud antiquos pro asse sive pondo, quod in duodecim æquas partes divideretur, unde *dupondium*, Colum pro duobus pedibus. Item *pes leporis*, nomen herbæ, Harefoed.

Pediculus, m. s. parvus pes, liden Foed. Et translatè stylus, à quo folium & fructus dependet, Stilcke. Item, pediculus, vermiculus in capite humano aliisvè animalibus genitus, fœdus & infestus, Lus. Diciturq; etiam de Scarabæis terrestribus &c. Item de vermiculis quibusdam marinis, sed ferè cum adjectione, *pediculus marinus*. Estq; fabæ magnitudine multis pedibus corniculatum insectum, Vandkat.

Pedicularis, re, om. t. quod ad pediculos vermes pertinet. Ut, *morbus pedicularis*, Lussing. Et *pedicularis herba*, nomen est herbæ.

Pediculatus, a, um, quod pediculum stylum sive petiolum habet. Ut, *poma pediculata*, Med Stilcke paa.

Pedestris, e, om t. quod est peditum. Ut, *pedestres copiæ*: *pedestre agmen*, Foedfolck. *Pedestre iter*, Reise til Foeds. *Pedestria auguria*, quæ à lupo, vulpe, serpente, equo & cæteris quadrupedibus sumebantur. Et absolutè *pedester* qui pedibus iter aliquò facit, Som er til foeds/ Foedgenger. *Pedester in exercitum ibat*. Item translatè, *pedestris oratio* pro prosa & soluta: ita dicta ab humilitate & simplicitate apparatus, quod ad gravitatem & majestatem carminis non assurgat. *Pedestris historia*, quæ soluta oratione scripta est.

Pedetentim, more peditum lentè incedentium significat lentè, Sædeligen/foed for foed. Et translatè, cautè. Ut, *pedetentim omnia facit*, Saa sacteligen/ varligen.

Pedica, æ, f. pr. vinculum, quo pedes illigantur, Fedder/ Hælde.

Pedicinum, n. s. Caton. Exponitur à Tunebo pes gracilis edolatusq;, quo arbor statuitur, inseriturq; foramini fundamenti. Verba autem Catonis sunt: *Ibi foramen pedicinis duobus facito*: *ibi arbores pedicino in lapide statuito*.

Pedicosus, & antiquè pedecosus, à, um, qui pedibus vermiculis scatet, Lus/ fuld aff Lus.

Pediolus, antiquè, parvus pes.

Pedusculus, m. s. Plin. idem.

Peda, Festo. Vestigium pedis, Foedspor.

Pedalis, le, om. t. quod mensuram pedis continet, En Foed lang. *Pedale spatium*, en Foed rum. *Scrobs pedalis*, en Foed stor Graff eller Hule. *Pedale tignum*, Som haffuer en Foed i breden/ en Foed bred.

Pedamen, inis, m. t. adminiculum, quo arbustulæ sustinentur (ut & palus viti aut lupulo salictario) ceu pedequodam, Stytte/ stang eller stage.

Pedamentum, n. s. idem.

Pedaneus, a, um, idem quod pedalis. Ut, *scrobs pedanea*. Et *judex pedaneus*, qui plano pede judicat, neq; tribunal ascendit, adeoq; inferior judex à præside constitutus, ut minora judicia discerneret: sic dictus quod non curru vehebatur sed pedibus ibat in forum, Underdommer/ Herritzfoget / Kirckefoget. Sed dictio est in hac significatione Gellio cruda, qui contendit pedarium legendum, non pedaneum.

Pedarius, m. s. Senator, qui non ipse sententiam dicit, sed in aliorum, pedibus it: sic dictus quod cujus sententiam probabat, ad eum ambulando recipiebat, vel quòd pedibus non curru, ut curules Magistratus, in curiam ibat. Hinc itaq; aliud pedarius, aliud pedaneus. Item Pedarius, Samtycke Broder/ Ja Broder. Sed nostrum hoc in vitio.

Pedatus, a, um, Sveton. pedibus fultus. Ut, *homo male pedatus*, Ilde til foeds/ gaar icke vel.

Pedatim, Plin. Ut, *Leo tantum & Camelus pedatim gradiuntur*, h. e. ut sinister pes non transeat dextrum, sed subsequatur.

Pedatus, us, m. q. sive pedatum, ti, n. s. actus, quo pedibus moveor ferorq;, Gang/ Sammengang. Indeq; pro quocunq; modo in alium feror. Ut, *pedatu tertio nobis bellum intulit*.

Pedes, itis, com. t. qui pedibus incedit, Tilfoeds. *Milites pedes*, Foedganger.

Peditatus, us, m. q. peditum copiæ, Foedfolcket.

Pedulis, Ulpiano. Ut fasciæ crurales pedulesq;. Vel pedule, adminiculamentum pedum adversus frigora, ut soccus laneus, aut solea in calceis pedi substrata: nisi sit quoddam genus calcei, imitatione Græcorum, quibus πέδιλον calceus est & talare.

Pedulla, Festo, plural. fortasse corruptè pro pedula, per Græcismum q. πέδιλα seu pedulia.

Pedium, dii, n. s. locus pulpiti instar extra parietem extans, aut alia ratione ad spectandum habilis, quòd ad pedis modum extet, sive quòd ad pedes ædificiorum strui consueverit, Skru/ vdbygning/ vdheng.

Pedo, as, n. pr. antiquè, pedibus iter facio, Gaar. Unde Gregorio frequentativè, *agnus peditat*. Item pedo activè, q. pedem alicui suppono, & fulcio adminiculo aliquo, Stytter. *Pedare vitem*, Stenge/ Stytte. *Pedare lupulos salictarios*, Stenge Humle. *Pedare vineam*.

Pedatio, pedandi actus, vel tempus in vinea, Stengning/Stengen/ Stytten.

Pedatus, a, um, quod pedavimus & sustentaculo firmatum est. Ut, *vinea pedata*, Stenger.

Pedum, di, n. s. baculum pastorale incurvum: Festo, sic dictum quòd eo oves à pedibus comprehendantur, Hyrdestaff/ Staff. Aliter, quòd ei innitatur pastor, ut pedi.

Composita.

Impedo, as, act. pr. pedaminibus sustineo, Stenger/ Stytter. Unde *vinea diligenter statuminibus impedanda*. Et *vinea impedata*, quæ pedamentis fulta est. Sic *impedandi lupuli salictarii*.

Repedo, as, antiquis pro pedem retraho, redeo, recedo. Ut, *paululùm repeda Gnata à vestibulo gradum*: *Romam repedabat*: *domum cum laude repedandum*.

Suppedaneum, n. s. quod pedibus subjicitur dum sedemus, Foedskammel. ὑπόδημα.

Circumpedes, Servi à pedibus, Lackej eller Følgesvenne.

Compedes, f. plur. vinculi genus, quo sontium pedes constringuntur, Bolt / Fedder / Stock. Legitur & sæpiùs ablat. singularis, compede.

Compeda, apud veteres. Ut, *linea compeda*.

Compedio, is, ivi, itum, act. q. pedes ligo & vincio. Ut, *pedes corrigiis compedio*.

Compeditus, a, um, compedibus vinctus.

Expe-

Expedio, ivi, act. q. quasi compeditum exsolvo, Biel/ per affhælde. Et translatè, impeditum exsolvo liberoq; hielper vd / vdredder. *Impeditos expedit. negotium expedit*, vdretter. *Panem canistris expedit*, i. e profert legger frem / legger vd. Et *expedire manus*, Recke henderne vd eller i veyret. Item impersonaliter, *non expedit hoc fecisse*, i. e. non est utile, det er icke til gaffns / det gaffner / hielper icke.

Expeditio, onis, expediendi actus. & peculiariter apparatus militaris quo ad bellum expediuntur milites; seu quo milites sunt expediti ad invadendos alios, Offuerloff / Krigstog / Læding. *Expeditionem suscepit in Galliam.*

Expeditus, a, um, quod est impedimentis liberum, Tilredè / fry / ledig / ferdig. *Expeditus ad dicendum: equo expeditus: expedita oratio. Expedita legio*, fuld / færdig oc til rustet. *Expeditus exercitus: expediti milites*, qui levis sunt armaturæ & sine omnibus bellicis impedimentis, Let oc wbehindret Krigsfolck.

Expeditè, modo expedito, Letteligen / Redeligen *Expeditè loquitur, dicit. expeditius & expeditissimè rem egit*, Vden hinder / Letteligen oc med hast.

Perexpeditus, a, um, valde expeditus.

Impedio, ivi, act. q. quasi pedibus involvo. Inde simpliciter moram quocunque modo injico vel prohibeo, Hælder / wickler / forhindrer / taader. *Curæ me impediunt. Impedire iter alicujus. Senectus impedit. hostes impediunt.* Et *consiliis tuis impedior.* Item translatè, *uxorem alienam impudicitia impedivit*, i. e. involvit seu polluit.

Impeditio, impediendi actus, forhindrelse. *Curarum impeditio*, quâ curæ impediunt.

Impeditus, a, um, & comparat. tior, tissimus, pro eo quod implicatum & involutum est, vredesom / vildsom *Sylva impeditissima. pugna erat impeditior. Nomina impedita*, wvisse gield / gammel / fortied oc forliggen gield.

Impedimentum, quo quis impeditur, quò minùs faciat quod velit, forfang / forhindring. *Hoc est mihi magno impedimento.* Sic, *impedimenta in exercitu*, dicuntur, quæ militibus impedimento sunt in conflictu: aliàs tamen ipsis ad usus necessaria, ut sunt instrumenta sarcinæ & ipsa quidem jumenta clitellaria, cum assectis exercitus, Trosset.

Indupedire, veteribus pro impedire.

Interpedio, Macrob. pro impedio. Ut, *gustatum linguæ ferbor interpedit*, tygger.

Præpedio, is, idem quod impedio aut ante impedio. Item, valdè impedio. Ut, *hostes prædâ se præpediunt.*

Præpedimentum, Plaut. idem quod Impedimentum.

Præpeditus, a, um. Ut, *præpeditus gaudio, morbo, morte. præpeditur latera ferro. pro lateribus.*

Suppedito, as, act. pr. necessaria alicui promptè ministro, quasi pedibus subjicio, Holder en for til ræde hvad behoff giøris / tien til haand oc fod. *Suppeditare lac. suppeditare alicui chartam, sumptus. Unde sumptum haurit ex ærario suppeditat à sociis*, i. e. mutuat. Sic: *hic locus argumenta in contrarias partes suppeditat.* Exponitur & suppedito opprimo & officii specie aliquem eludo q. subjecto pede supplanto, sette foed for en til at falde. Ut, *suppeditari turpissimum, superare pulcherrimum.* Item neutraliter, *parant ea, quæ suppeditant ad cultum & ad victum*, i. e. sufficiunt & satis sunt, nock. *Apud vos, quemadmodum loquar, nec consilium nec oratio suppeditat*, i. e. suppetit. Item passivè, *Res, quibus suppeditamur*, i. e. juvamur.

Suppeditor, aris, dep. pr. Cic. idem quod suppedito. Ut, *de Perbictano nomine, quod mihi suppeditatus es, gratissimum est.*

Suppeditatio, nis, suppeditandi actus. Ut, *suppeditatio bonorum* qua bona suppeditantur.

Alia Composita.

Acupedius, Festo, cui præcipuum est in currendo pedum acumen, Snarfodet.

Æripes, dicitur Cerva vel quia æreis pedibus fingitur à Poetis, vel ob soliditatem ungularum. Dicunturq; & animalia æripeda, quorum pedes ære & ferro muniuntur. Legitur & aëripes ab aëre, ad significandam velocitatem pedum.

Alipes, pro veloci, q. alas in pedibus habens. Ut, *alipedes equi.*

Angvipedes, à Poetis dicti gigantes, quòd pedes tortuosos habuisse finguntur, sicut angues se tortuosos faciunt.

Ascaripedæ, f. pr. antiquis vermiculus pilosus, qui solet esse in fronde cum multis pedibus, quasi à scarris pedibus. Aliter legitur Ascaripeda q. ex ἀσκαρὶς vermis genus, & pes.

Bipes, dis, om. t. duos habens pedes. Ut, *animal bipes*, qualis est homo, aves & gallinæ. Sic *tripes quadrupes.*

Bipedalis, Cæs. duorum pedum longum. Ut, *bipedalis trabs.*

Bipedanus, sive bipedaneus, Colum. Idem quod bipedalis.

Celeripes, dis, om. t. pedibus celer, Knap / rask / snar paa sin Fod / eller til Foedz.

Centipeda, æ. f. pr. vermis terræ pilosus multis pedibus arcuatim repens, ex erucarum genere.

Centipes, dis, Plin. nomen piscis, qui & Scolopendra dicitur.

Cornipes, m. t. animal corneos habens calceos, qualis equus est, capra &c.

Curvipes, curvos habens pedes, Krum eller Krogfodet.

Decempeda, æ, f. pr. virga, quâ agros metiuntur decem pedes longa, En maalstang paa ti Fødder. Et Synechdochicè quodvis mensuræ genus, extra numerum denarium, quo metatores agros metiuntur, jordaln / Rode.

Decempedator, oris, m. t. qui decempedâ metitur, vel quocunq; alio modo agros definit & metitur, agrimetator, Jordmæler / Kæbsmand.

Flexipes, dis, quasi flexos habens pedes. Unde flexipeda hedera, quæ aliàs Virgilio, Errans dicitur.

Ignipes, dis, om. t. igneos pedes habens. Ut equi ignipedes, qui à Poetis Soli affinguntur.

Levipes dis, m. t. Var. quod est celer & pedibus leve, Let paa Foed.

Longipes, dis, m. t. longos pedes seu longa crura habens, Lang beenet. *Scarabæus longipes. Homo longipes*, Langbeen Riset.

Loripes, dis, com. t. qui pedem lori modo tortum habet, Krumfodet/Krumbeenet/Skæffodet.

Millepeda, æ, f. pr. idem quod centipeda.

Mollipes, com. t. Cic. qui mollem habet pedem. Ut, *boves mollipedes.*

Multipes, com. t. vel multipeda, idem quod centipeda & millepeda.

Octipes, com. t. octo habens pedes, Ottefodet. *Cancer octipes*, pro sydere cœlesti, cancro.

Palmipes, mensuræ unius pedis & palmi, viginti digitorum: definiturq; spatio à cubito ad digitos extremos inflexos. Item palmipes ad palmæ similitudinem planos habens pedes, ut anser, Flatfodet/ Platfodet.

Palmipedalis, le, quod palmipedis mensuram habet. Ut, *malleus palmipedalis.*

Planipes, dis, om. t. qui pedes habet planos, apertos & nudos, Barfodet.

Planipedia, æ, f. pr. Comædiæ & fabulæ humilis argumenti genus, quòd à planipedibus agitatur. Quidam n. plano pede & nudo agebant fabulas, non socco induti ut Comœdi, non Cothurnis ut Tragœdi.

Plumipes, com. t. Catul. qui pedes habet plumatos & pennatos.

Propes, dis. Isidoro funis, quo pes veli alligatur.

Quadrupes, dis, om. t. quatuor habens pedes, Firefodet/med fire Fødder. *Animal quadrupes.* Ut absolutè *quadrupes* pro quocunq; animante quadrupede. Ut, *quadrupes saucius: quadrupes distenta.* Et *quadrupedabel quadrupedia cuncta.*

Quadrupedans, om. t. idem quod quadrupes. Ut, *animalia quadrupedantia.* Sic *quadrupedans sonitus*, pro quadrupedantis cornu & sonitu.

Remipes, navis, quæ remis ceu pedibus utitur.

Segnipes, dis, om. t. qui segniter incedit, Dryntere/ frybere.

Semipes, dis, m. t. mensura dimidiati pedis, h. e. digitorum octo. Est etiam ponderis nomen, pro octonis unciis.

Semipedalis, le, om t. septem pedes longum. Ut, *statua ex auro septempedalis.*

Sesquipes, dis, mensura unius pedis & semissis, halffanden Foed. *Fossa sesquipedem latà.*

Sesquipedalis, le, om. t. quod mensuram sesquipedis habet. Ut, *paries sesquipedalis.* Et translatè, *sesquipedalia verba*, quæ plus justo sunt longiora & extensiora, nec non turgidiora, qualibus solent uti Tragici, cothurnati & monstrosè calceati.

Solidipes, dis, om. t. quod solidos habet pedes, non bifurcatos. Ut, *equus solidipes.*

Sonipes, dis, m. t. equus est, sic dictus à sonitu pedum.

Stapes, dis, f. t. Grapaldo fictâ voce, equitanti subex est pedaneus, in quo sc. stant pedes commodioris vectationis gratia, Stigbøyel. Legitur & pro eodem stapia.

Talipedo, as, n. pr. Festo, pedibus vacillo, & q. supra talos insisto.

Tripes, dis, om. t. tres pedes habens. Ut, *tripes grabatus, tripes mulus, mensa tripes*, Med tre Fødder.

Tripedalis, le, om. t. quod mensuram habet trium pedum, ut, *caulis tripedalis*, Tre Fødder stor.

Tripedaneus, a, um, Catoni idem. Ut, *talea oleaginea tripedanea.*

Tripus, odis, m. t. instrumentum tribus pedibus constans, quo mensæ & ollæ sustinerentur: sic dictus ad Græcorum τρίπες à tribus pedibus, Trefoed. Item, olla tripedanea, in qua eluendis pedibus aqua calefiebat, Træfoed/ gryde. Item, peculiariter mensa delphica, in qua superpositæ Phœbides vaticinabantur.

PESSULUS, li, m. s. obex & ferrum in sera mobile, cui subjecta clavis pandit reseratq; fores, à πάσσαλος, clavus ligneus, paxillus qualis initio fuit, ante ferramenti usum, Dørskode/ Dørslaa/ Klincke. *Ambobus pessulis fores obdere*, i. e. supero & infero. Totidem enim pessuli quot limina. Aliter in hac significatione dicitur pessulus q. parvus pes. Item, per deminutionem à πέσσος, quod significat quiddam digiti formâ, & specialiter linamentum medicatum ea forma, quæ fœminis ab utero affectis subjicitur.

Pessulatus, a, um, quod pessulo clausum & firmatum est. Ut, *fores pessulatæ.*

Oppessulatæ fores, pessulo obductæ.

PESSUM, adverb. significans interitum, à pereo: vel à Græco βύσσος, fundum: ut propriè dicatur de navi pereunte, ut, *navis abit pessum*, Forgaar/ gaar til Bunds. Inde *pessum eo*, i. e. pereo. *Pessum do*, i. e. perdo. *Pessum premo*, i. e. in fundum imum deprimo.

PESTIS, is, f. t. lues exitialis brevi perimens hominem: sic dicta per excellentiam à pereo, vel à Græco πεστεῖν, cadere, Pest/ Pestilentze. Inde tropicè, quicquid noxium est & damnosum. Ut, *pestis reipublicæ: populo pestem minitatur. Leno pestis adolescentum*, Forderffuelse.

Pestilens, tis, quod pestem affert, Skadeligt/ Pestilendske. *Loci alii pestilentes, alii salubres. Ventus horribilis atq; pestilens. maculæ pestilentes*, Ligspetter/ Helsperter.

Pestilentia, æ, f. pr. pestilentis loci ratio & conditio, Forgifftig Lufft. Item pestilentia, idem quod pestis.

Pestilitas, antiquis idem quod pestilentia.

Pestilis fundus, in jure.

Pestimus, Glossario.

Pestilenta, loca Gellio.

PETASUS, i, m. s. πέτασος, pileus latior, quo viatores utuntur adversus ardorem solis & imbres, Hat/ Skyggehat. Item Apulejo, umbraculum pilei, Skygge paa Hat/ Hatskygge. Et translatè, fabrica quædam in ædificiis in petasi formam facta, ædificiis superimposita, extensa & explicata, & in metæ formam se contrahens, Saa som Spir/ Karnap/ Hielm.

Petaso, nis, m. t. caro porcina salita armos vel coxam cum costis comprehendens, à petasi figura, sive pilei, sive herbæ figura proprer latitudinem, Fleskebou/ Fleskeboste.

Petasunculus, parvus petaso.

Peta-

Petasites, nomen herbæ, sic dictæ à prægrandi, ad petasi modum, folio.

PETILUM, n. s. antiquis idem quod folium à Græco πέταλον ejusdem significationis.

Petalus, a, um, sive petilus, quod tenuitatem seu exilitatum petili refert, Tynd. *Petila fura. crura petila. homo petilus*, Tynd oc smal.

Petiolus, m. s. stylus ex quo fructus & folia pendent, Fructstilcke. Dicitur & petiolus antiquis pàrvus pes, q. pediolus. Ut, *petiolo nudo ambulat.*

PETO, is, tivi, vel tii, itum, act. t. pr. corr. propriè irruo in aliquid, seu rapido cursu in aliquid feror, invado ut obtineam aliquid, Gladiatorum more, quorum vox propriè erat à πέτομαι volo, & quidem translatè ejusdem hujus significationis, Søger til eller paa med haſt oc mact. *Ferro, gladio, cornu, veneno hominem, sanguinem, latus, vitam, jugulum, collum, caput petebat.* Inde simpliciter aliquò feror & vado, ut & Græcorum πέτομαι pro volo søger. *Grues gelidiora loca petunt, naves Rhodum petunt. Per Macedoniam Cyzicum petebat.* Item petendo assequor, Naaer. *Eloquentiæ principatum petit.* Item suscipio, Tager mig for. *Alium cursum petivit.* Item peto, prece contendo, ut obtineam; Beder om noget adt faa/ Søger til en om noget at faa med bøn. *Petere veniam, auxilium, præsidium ab aliquo: præfecturam, consulatum, honores.* Et cum dativo: *peto tibi* pro te, ut tibi fiat. Item promiscuè. *Petere manu*, est comprehendere & abducere: Ut, *manu custodem in vincula petivit. Petere cursu*, est currendo petere, Løbe til noget. *Petere blanditiis* est blandiri. *Petere oculis*, est contemplari. *Petere naribus*, est olfacere. *Petere auribus*, est audire. *Petere aliquem muneribus, osculis precibus.* pro conciliare, giøre en til ven/ stille til fredz. Differentia a. Synonimorum sic monstratur. *Peto* ut obtineam. *Quæro ut* inveniam. *Petimus* præcariò, *poscimus* pro imperiò, *postulamus* jure. Aliter peto à πρίημι capio, expeto.

Petitio, onis, f. t. petendi actus. Et peculiariter, impetus Gladiatorum. Item, sicariorum aut insidiatorum, Søgning/ Anløb/ som den ene fiende søger den anden. Item in aliis tropicè. Ut, *petitio consulatus, honorum*, qua honores petuntur, i. e. ambitus, Efter stundelse. Item, petitio cujuscunq; rei, Bøn oc begiering.

Petitor, oris, m. t. pro actore & qui petit & litem intendit, som giffuer sag/ oc staar efter noget.

Petitus, a, um, quod petivimus, søgt oc stundet efter/ ombedet. *Petita est vestra auctoritas.*

Petitus, us, m. q. Gell idem quod petitio. Ut, *consensus & petitus omnium*, quo sc. petunt.

Peteſſo, is, act. t. antiqua quadam formâ, idem quod peto, frequentèr peto, vel petendo cupio, søger oc staar efter. *Qui gloriam peteſſunt nullum fugiunt dolorem.*

Petigo, inis, f. t. Lucil. idem quod impetigo.

Petimen & Petumen n. t. antiquis hulcus in humeris jumentorum, sic dictum, quòd ima i. e. profunda petit

Petulans, ans. t. qui per contumeliam alios petit, seu qui alium crebro petit. sed ludi gratia, Hægen/ nærgaaende/ nærig/ bidſk vdi ord oc gierning. *Datimus homo petulans & audax. Lingua petulantißima. petulans*

est in corrumpenda virgine, accipitur & pro. Lascivo, kaad.

Petulanter, modo petulanti, Alt fornær forhægen/ bidskeligen. *Tragœdus in Pompejum petulanter introductus est.*

Petulantia, æ, f. pr. petulantis affectus & vitium, stiffhed/ hægenhed/ bidskhed. Diciturq; non tantum de homine, sed & de brutis cornu aut unguibus in alios invehentibus. Item de morbis. Ut, *petulantia morbi.*

Petulcus, ci, m. s. qui petulanter lascivit; hægen oc graadig paa wtuct. *Petulci hædi. petulca meretrix.*

Composita.

Appeto, is, avidè peto & cupio: Diciturq; tàm in bonam quàm in malam partem, Higer effter/ Fuſer til/ attraaer. *Naturâ appetimus bona! propter salutem meam & pro me appetit inimicitias.* Sic: *appetere pecuniam gloriam, agros alicujus. Tu me appetis*, i. e. amas, *& ego te. Appeto atq; deposco id: solum manibus frustrà appetimus*, i. e. prehendimus, Tager effter. Item appeto, peto aliquid, Søger oc holder mig til *Mammam appetit puer. Mare appetit terram.* Ponitur & pro adeo, Tilgaaer. *appeto Prætorem.* Item, instо, appropinquo, stunder til. *appetit dies, vesperа, nox.* Item, aggredior: Unde *appetere vitam alicujus*, est mortem ei moliri. Sic *appetere rostro & ungvibus, oculis*, est invadere. *Lapidibus, ferro, insidiis aliquem appetere.* Item confugio, flyer til. *Appetit ad jus Pontificium: fugiens Europam conatur appetere.* Et absolutè: *animalia moveri & sentire & appetere possunt*, i. e. petere sibi aliquid.

Appetones, Lucil. idem quod appetens. Ut, *appetones vitæ perditæ.*

Appetens, tis. om. t. qui appetit, begierlig/ fusende. *Appetens gloriæ & avidus laudis. appetens honestatis. puer Mammam appetens. Mare terram appetens. alieni appetens, sui profusus. Homo cupidus & appetens*, i. e. avarus comparat. appetentior, tissimus.

Appetentia, æ, f. pr. appetentis affectus, begierlighed oc attraa *appetentia animi*, quâ animus appetit. *Appetentia cibi*, quâ cibus appetitur.

Appetitio, nis, f. t. appetendi actus. Ut, *appetitio animi. Appetitio cibi* Et *appetitio solis*, quâ quis conatur solem prehendere.

Appetitus, us, m. q. inclinatio voluntatis ad habendum aut faciendum. Ut, *duplex animi vis: una in appetitu posita est, altera in ratione.* Sic *appetitus impellit ad agendum.*

Appetitus, a, um, quod appetivimus. Ut, *homo appetitus non fugiebat amicitiam*, Begæret oc staaet effter *Lapidib appetitus*, i. e. invasus Angreben.

Expeto, is, act. t. avidè peto, vil endelign haffue. *Divitias expetit.* Et *expetere pœnas, supplicium ab aliquo* vil endeligen haffue straffet/ endelign straffe. Et *expetere preces à Deo* est precari, Bede en bønaff Gud. Item neutraliter. *In servitute expetunt multa iniqua*, i. e. eveniunt, begiffuer sig megit.

Expetisco, Plaut. Idem quod expeto, seu desidero.

Expeteſſo, veterib. idem.

Expetendus, a, um, quod expetimus seu expeti dignum, Attraalig/ begærlig/ ynskelig. *Res est expetenda. Virtus, voluptas per se expetenda.*

Expeti-

Expetitus, a, um, quod expetivimus, Attraaed oc begiært. *Expetita corporis voluptates.*

Competo, unà cum alio petente aliquid peto, ſtaar effter noget oc beder der om lige med anden. *Duo eam virginem competebant.* Item competit neutr. pro convenit, ut, *hoc mihi competit.* Item, *formidine attonitus nec animo, nec auribus aut lingua competebat*, i.e. compos erat animi.

Competitor, oris, m. t. qui cum aliquo in petitione concurrit. Ut, *agri competitor.*

Competitrix, idem in genere fœminino, ut, *competitrix ſcena.* Scena autem hîc pro hominibus ipſis.

Competentia, æ, f. pr. Gell. convenientia, Bequemmelighed/ danlighed. *Membrorum competentia.*

Competenter, Jurisconſ. pro convenienter vel mediocriter, Bequemmeligen/ ſom det ſig bør/ eller i nogen maade. *Competenter conſulatur patri. Competenter punitur.*

Compitum, n. ſ. locus ubi quatuor viæ coeunt, & q. ſe invicem competunt, Korsvey.

Compitus, m. ſ. veteribus idem.

Compitalia, feſta erant, quæ in compitis agebantur, ſaa ſom Korſſebyrd/ Korſſegylde.

Compitalitius, a, um, ut *dies compitalitius*, quo compitalia habebantur. *Compitalitius Deus*, qui compitalibus præfuit. *Compitalitiæ ambulationes*; & *ludi compitalitii*, qui fiebant in compitalibus.

Compitalitia, orum, idem quod compitalia.

Compitalis, e, om. t. quod ad compita ſeu compitalia pertinet. Ut, *lares compitales.*

Impeto, is, act. t. vi quadam peto, in intendente ſignificatione, Søger med mact/ paa nøder ſig anden/ paatrenger/ paaløber. *Impetentes à ſe ejiciunt fucos. jurgiis me impetis.*

Impetus, us, m. q. impetendi actus, Paaſtød/ paaløb/ anløb. *Impetu primo urbem cepit.* Hinc impetus pro vi, Krafft oc fyrighed. *Impetus armorum, impetus dicendi, impetus gladiatoris, animorum, fortunæ.* Item impetus pro afflatu, Indſkiudelſe. *Hæc ſunt auguria, divini impetus.* Item, moles ſeu orbis, ut *impetus cœli*, Himmelens fredz eller befeſtning. Legitur & ablativus impete pro impetu q. ab antiquo quodam impes. Ut, *quia tàm vaſto impete has fores toto convulſit cardine.*

Impetuoſus, a, um, quod magno fertur impetu, vehemens, Fyrrig/ farende/ fuſende. *Animus impetuoſus.*

Impetigo, inis, & veteribus impetex, f. t. infectio & aſperitas cutis cum pruritu: ſic dicta, quod vicina petat, ſeſe latè ſumma cute diffundens, Ringorm eller Bridorm. Item Aureliano, Impetigo pro ſquamula in cruribus equorum ſub armis nata.

Oppeto, tis, n. t. pro adeo mortem, q. adpeto mortem, Døer. *Felices quibus competit oppetere ſub mœnibus Trojæ.* Et *cum caſu: oppetere mortem* pro eodem. Item *oppetere peſtem*, pro peſte mori.

Perpes, tis, om. t. quod ſit continuè ſine interminſione interruptionéve, & q. terminum & metam ſuam petens ad eamq; perveniens, Heel/ ſtedzvarende. *In navi noctem perpetem quiebi.* Aliter immediatè à πέτομαι, volo: augurumq; vox habetur, ut infrà in perpetuus.

Perpetuus, a, um, q. quod locum ſuum ſine interruptione vel intermiſſione petit, & petendo pervenit: proprieq; vox augurum eſt, obſervantium avis volatum à corta linea ad certam usq; : unde & immediatè à πέτομαι, i. e. volo deducitur. Indeq; ſignificat quicquid non intermittitur aut intetrumpitur, Stedze varende. *Opus perpetuum. carmen perpetuum, pax perpetua. Firma & perpetua amicitia. Oratio perpetua in Pompejum*, En tale ſom er ſtille paa hannem. Et *menſa perpetua*, quæ longa & à capite atrii cænaculive in extremum receſſum excurrebat. Item perpetuus pro æterno ſeu ſempiterno. Ut, *perpetuus ignis veſtæ, perpetuus ſtellarum curſus.*

Perpetuò, adverb. modo perpetuo, Stedze. *Opinionem ſuam perpetuò retinet. perpetuò valet.*

Perpetuitas, tis, f. t. vel perpetuæ ratio & affectus. Ut, *perpetuitas orationis, temporum, amicitiæ, vitæ.* Et perpetuitas pro immortalitate.

Perpetuale, Quintil. pro univerſale.

Perpetuarius, a, um, Juriſconſ. qui perpetuò rem conduxit, ſom haffuer ſted oc feſt noget ſin liffstid. Unde *fundus perpetuarius*, qui ità conductus eſt. Et *jus perpetuarium*, quod eſt de rebus perpetuariis. *Colonus perpetuarius*, qui perpetuo agrum conduxit, aut certa penſione in vitam ſuam. *Perpetuarius mulio*, qui in omnem vitam vecturam facit conductitio mulo.

Perpetuùm, adverb. idem quod perpetuò.

Perpetuo, as, perpetuum facio, giør noget ſtedze varende. *Perpetuare munera, perpetuare laborem.*

Præpeto, is, antiquis, ante vel priùs peto, i. e. anteeo.

Præpes, etis, f. t. auguribus dicebatur ales, quæ præaliis petit ardua & opportuna loca, aut velociùs & celeriùs volat Græcorum imitatione, qui ὠκύπτης dicunt. Et inde ſignificat velocem. Ut, *pennæ præpetes. præpes victoria*, i. e. cita & proſpera, quia pennigera pingitur. *Præpetia loca*, quæ proſpera ſunt. Feſto, *præpes avis*, quæ ſe ante auſpicantem fert.

Repeto, is, act. t. amiſſum vel datum peto, q. retrò peto, Igienfreffuer. *Hanc tibi do, neq; repetam.* Item, ſæpiùs vel inſtanter peto. Ut, *repenti negare non potui.* Item rurſum peto, Søger igien paa ny. *Studia repeto. oppidum repeto.* Et *repetunt præſepia tauri.* Sic *repetere aliquid à principio, à ſtirpe, à capite, à fonte.* pro arceſſere, hentte oc tage igien. *Vetera repetit memoriâ.*

Repetitio, onis, repetendi actus. Ut, *crebra verbi à primo repetitio.* Item ſchema Rhetoricum, cum continenter ab uno eodem verbo in rebus ſimilibus & diverſis principia ſumuntur.

Repetitus, a, um, quod repetivimus. Ut, *oratio altè repetita. divinatio ab omni æternitate repetita. repetitus ſomnus.*

Repetitor, oris, qui repetit. Ut, *repetitor ademptæ ſponſæ.*

Repetundæ, arum, f. pr. pecuniæ erant injuriâ vel dolo captæ: ſic dictæ, quòd judicio erant repetendæ, Penge mand haffuer optagen oc opboret mod Loff oc Ræt/ ſaaſom ſtickepending/ ſkindetj/ at mand ſkinder Underſatene/ eller ſlaer vnder ſig oc ſkal giffue igien. *Repetundarum accuſatus eſt: & de repetundis.*

Suppeto, tis. Ulpian. latenter & per fraudem aliquid peto. Et neutraliter. In promptu ſum, adſum, er til haands/ er til rede. *Pauper non eſt, cui rerum ſuppetit uſus. Suppetunt in hanc rem feliciter cætera.* Item ſufficio, ſatis ſum, Er nock. *Cui abundè ſuppetunt facultates. Rudis in milite lingua, non ſuppetebat libertati animoq;. Sic vive ut novis doloribus nec ſuppetas*, vdſtaa/

ſtaa

ſtaa ved. *Et ero Deos, ut vita tua ſuperſtes ſupperat*, i. e. vivat.

Suppetiæ, f. pr. plural. & accuſat.. Suppetias fine aliis caſibus, ſubſidium, quod laboranti & periclitanti fertur, hielp i Nød.

Suppetior, aris, dep. pr. Apul. ſuppetias fero, komme til hielp. *Vobis facile eſt ſuppetiari miſerrimo feni.*

Compoſita alia.

Agripeta, æ, com. pr. qui petit ex agrorum diviſione portionem, quæ vicinis dabatur, ut ſuæ inopiæ ſubveniat.

Cœnipeta, qui ambit alienas cœnas, ſnyltegieſt/ ſmorotzer.

Cornupeta, animal, quod cornibus petit & ferit, diur ſom ſtanger/ mandolmet.

Hæredipeta, æ, jurisconſ. qui hæreditati inhiat, q. hæreditatis petax, Graadig effter arff.

Lucripeta, æ. m. pr. qui lucrum petit, ſom er om ſin baade fordeelig/gierig affter baade.

PETORITUM, ſive Petorritum, corr. pr. & penult. n, ſ. vehiculi genus quatuor rotarum, tectum adverſus injuriam aëris, Gallis, Belgis, Britannis familiare, ſic dictum voce Gallica, vogn med Farm. aliter ab oſca voce, Petora. i. e. quatuor, q. quatuor ratarum.

PETRA, æ, f. pr. πέτρα propriè idem quod rupes. Inde accipitur pro lapide vel ſaxo. Item pro pumice. Ut, *Petra pumex*, per appoſitionem.

Petricoſus, a, um, petris plenus & abundans. Ut, *locus petricoſus*. Et translatè *petricoſa res*, i. e. dura & difficilis.

Petroſus, a, um, petris abundans. Ut, *locus petroſus*.

Petrones, ruſtici ſunt, ſic dicti à petrarum aſperitate, ut rupices. Et *petro aries*, pro graviolente, cujus nimirum caro graveolentior & inſipidior vervecinâ.

Petrejus, a, um, antiqu. qui pedibus ita ægre conſiſtit ac ſi per petras incederet, omfødet. Et *mulier petreja*, quæ pompam præcedens in coloniis aut municipiis imitabatur anum ebriam: ſic dicta à petris & agri vitio.

Compoſ.

Lampetra, æ, f. pr. genus piſcis: ſic dicta à lambendis petris Lampræte / ſaa ſon ſteen ſue / oc nelene.

PETROSELINUM, ni, n. ſ. πετροσέλινον, nomen herbæ, q. d. apium petroſum, quòd in maris & petroſis locis naſcatur: Congener herba cum apio hortenſi & ſativo. Hortenſi autem reddimus, Perſile.

PHALANGA, æ, ſive palanga, f. pr. cor. φάλαγξ. lignamentum teres & enode. Et peculiaritèr, quo baſuli ferendis oneribus utuntur, Dragerſtang. Item Phalangæ, lignamenta, quibus naves ſubducuntur aut deducuntur ad mare, ſkibs roller.

Palangarius, ſive Phalangarius, m. ſ. qui palangam fert onus, drager.

Palango as, antiquè, palanga onus fero, Giør drager affmig / Bær med drager ſtang. *Quatuor unam palangabant capream.*

PHALANX, gis, f. t. pr. corr. φάλαγξ, Macedonum dictio, & inſtitutum octo continens millia peditum, ſtabili & quadrato agmine, ut ubi vir viro, arma armis ſunt conferta.

Phalangianus, miles ex phalange.

Phalangites, tæ, m. pr. Livio, miles eſt ex Phalange.

PHALERA, arum, f. pr. corr. Virgil. ornamenta equorum à φάλαρα, ejuſdem ſignificationis, Heſteprydelſe Beſteſmyck. Dicitur & de ipſorum equitum & nobilium virorum ornamentis. Ut *plerique nobilium aureos annulos & phaleras depoſuerunt.*

Phaleratus, a, um, phaleris ornatus. Ut, *equus Phaleratus*. Et translatè, *dicta phalerata*, i. e. ornata & fucata, beſmyckede ord oc tale.

PHARETRA, æ, f. pr. φαρέτρα, theca ſagittarum, Pilkaage.

Pharetratus, a, um, qui Pharetram fert.

PHASELUS, li, m. ſ. pr. corr. pen. verò prod. genus navigij Campani oblongi, neq; ita magni: idem cum Myoparone. à Phaſelide urbe Ciliciæ & piratarum receptaculo.

PHASIANUS, m. ſ. φασιανός, nomen avis, Phaſian.

Phaſiana, æ, f. pr. Plinio idem.

Phaſianarius, Jurisconſ. qui phaſianos paſcit.

PHIALA, læ, f. pr. φιάλα genus poculi planum & repandum, Skaale.

PHILYRA, ſive Philura, æ, f. pr. φίλυρα nomen arboris, quæ latinè dicitur Tilia. Indè tropicè accipitur Plinio & Martiano pro ſcheda & membrana papyri: quia & olim in tabulis tiliaceis ſcribebant, Blad Papiir.

PHILOSOPHUS, m. ſ. φιλόσοφος, ſapientiæ & rerum naturalium æternarumq; ſtudioſus, naturæ interpres & virtutis ſive morum magiſter, Som legger ſtiid paa viiſſedom. Accipitur & pro ſapiente, viiß/ viißmeſter.

Philoſophia, æ, f. pr. Philoſophi ſtudium & doctrina. Jordiſke oc Himmelſke viißdom/ Menniſkelig viißdom.

Philoſophaſter, m. ſ. Philoſophorum imitator, & qui à limine Philoſophiam ſalutavit.

Philoſophicus, a, um, quod ad Philoſophum aut Philoſophiam pertinet. Ut, *Philoſophica ſcriptio*. Et plural. abſolutè *Philoſophica*, pro doctrina philoſophica.

Philoſophor, aris, dep. pr. ſapientiæ ſtudeo, Rander ſager oc legger mig effter viißdom / taler viißdom. *Cum minimè videbamur tum maximè philoſophabamur: paucis philoſophatur.* Et impersonaliter. *Satis jam philoſophatum eſt.*

PHUI, phui, ſive ſufu, φῦ. interjectio eſt aſperuantis & abhorrentis rem tetram & ſpurcam, Phui.

PHYSICUS, ci, m. ſ. φυσικὸς rerum naturalium ſcrutator. Item *Phyſicus a, um*, adjectivè quod ad phyſicum & Phyſicam pertinet. Ut, ratio phyſica. Et abſolutè, *Phyſica* æ, pro ſcientiâ phyſica. Item, *Phyſica, orum*,

orum, plural. pro ſcientia & rebus phyſicis. Ut, *Epicurus in Phyſicis gloriatur.*

Phyſice, more Phyſicorum, vel modo phyſico. Ut, *multa ab ipſo phyſicè dicta ſunt.*

PICUS, ci, m. ſ. pr. prod. antiquis idem quod gryphus, animal ſcilicet quadrupes alatum & auritum à Dorico φὶξ & Æolico πὶξ pro σφὶγξ ejuſdem ſignificationis. Inde ſignificat avem exiguam aduncis ungvibus Marti ſacrum, unde & picus Martius dicitur, Nødhack. Item, grønſpet. Hinc *picus minimus*, liden fladſpet. Picus niger ſkovſpet.

Picumnus, ni, m. ſ. idem quod picus, avis. Item, idem quod Mars Sylvanus.

Pica, æ, f. pr. Idem quod gryphus. Item, avis vario colore inſignis, impendiò loquax & humana imitans verba: Unde fictæ originationes, pica q. ποικιλὶς à varietate colorum: Et pica q. pœtica, quod verba in diſcrimine vocis exprimat ut homo, inquit Iſidorus, Skade Item Medicis (ad Græcorum imitationem, quib. κίττα ſignificat & avem picam & morbum) morbus gravidarum mulierum abſurda eſui appetentium, Quinde lyſt.

Picatus, m. ſ. cujus pedes formati ſunt in ſpeciem ſphingum.

PIGER, gra, grum, pr. corr. laborum fugitans, & ſegnis ad aliquid agendum, à πικρὸς amarus, q. qui amaro eſt animo & ægrè negotium capeſcit. Fortrøden til at giøre/ Lad/ doffuen/ ſeen/ ſeenferdig: *Homo piger. Piger ad labores. piger ferre laborem ſcribendi.* Indè translatè ad humores, accipitur pro lento & minimè fluido, Stilleſtaaende. *Humor piger. Et mare pigrum*, pro mari mortuo, propter immobilitatem. Comparat. pigrior, pigerrimus. Aliter à πάχυς hebes, ſtupidas, & tardus.

Pigre, griùs, gerrimè, modo pigro. Ut, *pigriùs intrat fœmina ad pullos.*

Pigritia, æ, f. pr. pigri affectus & vitium, Ladhed/ doffuenhed/ fortrødenhed til at giør noget/ ſeenferdighed.

Pigrities, ei, f. q. idem.

Pigreſco, ſcis, piger fio.

Pigror, aris, dep. pr. piger ſum & q. per pigritiam cunctor & differo, dueler/ forhaler/ tøffuer. *ne pigrere ad me ſcribere.*

Pigro, as, antiquè, idem quod pigror.

Piget, guit, gitum eſt, imperſonale, pro eo quod moleſtum eſt, moleſtiamvè affert, Kædis/ fortryder mig. *Piget me laboris ſtulticiæ*, det fortryder mig det oc det. Item ponitur & interdum pro pœnitet, det angrer.

Pigeo, ges, Plaut. perſonale. Ut, hoc nos piget, det fortryder. Exponitur & in Feſto, tardor.

Pigendus, a, um, paſs. cujus nos pigere debet. Ut, *error pigendus.*

Compoſita.

Impiger, a, um, non piger, ſed ſtrenuus, induſtrius Flittig/ dueligt/ riffuende/ dierffue. *Mercator eſt impiger. Vir ad labores belli impiger. impiger ſum in ſcribendo.*

Impigrè, modo impigro, Flitteligen/ dueligen/ dierffueligen. *impigrè ſequuti ſumus. impigrè factum: impigrè exſurrexi.*

Impigritas, impigri habitus & virtus, dueligheb/ flittighed.

PIGNUS, oris, ſive eris, n. t. quod creditori ad ſecuritatem datur: à pugnis, quia pugnis dabantur, & manu tradebantur pignora, Pant. *Cùm rogo te nummos ſine pignore, non habeo, inquis.* Inde tropicè, ſymbolum alicujus rei, argumentum, indicium Tegn. *Pignus amoris benevolentiæ. Dextra ceu pignore firmat animum ejus.* Item quod à contendentibus ſequeſtro datur, vedde. *Hoc pignore tecum certabo.* Item peculiariter, pignora pro liberis, quia ſunt quaſi pignora amoris & fidei conjugalis, Børn.

Pignoro, ras, act. pr. pignori do, Pantſetrer. *Unionem pignorabit ad impenſum itineris.*

Pigneror, aris, dep. pr. pignus & fiduciam accipito, aufero, Tager til pant. *Patria omne conſilium fidemq; ad ſuam utilitatem pignoratur. Mars fortiſſimum quenque in bello pignoratur*, i. e aſſerit ſibi, quaſi debitum aliquod.

Pigneratio, pignerandi actus, Pantſettelſe/ Pantfaan.

Pignerator, qui pignus accipit.

Pigneraticius, a, um, Jurisconſ. quod pignori datum eſt. Ut, *Res pignoraticia.* Et *pignoraticius creditor*, cui pignoris capiendi jus eſt. *Pignoraticia actio, pignoraticia poſſeſſio.*

Compoſita.

Oppignero, as, act. pr. pignori do, Pantſetter. *Oppignerabit annulum. oppignerabit filiam.* Et *libellum pro vino oppignorabit.*

Repignero, as, act. pr. Jurisconſ. pignus recipio, ſoluto precio.

PILENTUM, ti, n. ſ. pr. prod. vehiculum penſile quo matronæ vehuntur, à πλόω, lanas cogo, conſtipo, condenſo: ſcilicet propter pavitum & condenſatum velamentum: vel à pilis arrectariis, quibus conſtat, Hengende fruevogn/ Hengende karm. Fuit autem inventum Hiſpanorum.

PILA, læ, f. pr. pri. prod. vas concavum, in quo olim frumenta ſiccata contundebantur, hodiè etiam aromata, herbæ & ſemina, à pinſo ſeu pindo q. in quo pinſebantur, Morter.. Item pila, columna quadrata, conſtans ſtructura lapidea, aut cæmenticia aut latericia, Fiirekant pille. *Pila media*, quæ ſtabuli trabes ſuſtinet: in qua ſignificatione Feſtus deducit ab opponendo. Item pila, opus in aquis jactum, eductumvè ad portuum tutelam, quo tutiùs ſtabulentur naves, Bulverck i vand/ Steenkiſte/ Brokiſte. Aliter pila à πλόω, cogo & in maſſam ſubigo, q. in quo aliquid premitur & contunditur. Ut & pilum, quo premitur & contunditur.

Pilatim, adverb. per pilas, columnas. Ut, *pilatim ſtruuntur ædificia, Pilatim ducere exercitum*, i. e. ſtrictim ac densè, tæt oc tyct hos hin anden.

Pilum, li, n. ſ. lignamentum præferratum aut æramentum, quo aliquid in pila ſeu mortario contundimus, ſtøder. Item quo in aliis rebus utimur & tundimus. Ut in re piſtrinenſi, bager/ brage. Item in molis & comminuendis fructibus, Støder vdi ſtampemølle eller vdi Muſtetrue. Unde & pilum græcum genus pili, quo in Græcia pinſebatur reciproco quodam motu, utpote quod una parte deprimebatur, altera attollebatur. En ſtøder. Et *pilum ruderarium & ruidum*, de quibus

ſuis

ſuis locis. Item pilum, teli genus, Romanorum proprium haſtili quinq; pedum & ſeſquiſſis, & ferro trigonali novem unciarum, Jern Spiud.

Pilatus, a, um, pilo armatus. Et *Pilatum agmen*, i. e. preſſum ac denſum.

Pilumnus, inventor pili in pila: vel teli: unde & nomen traxit. Item *Pilumnus populus*, pro populo Romano. & pilumnus pro Romulo ipſo: ſic dicti quòd pilis erant aſſueti, & iis præcipuè pellebant hoſtes.

Pilani, milites, qui pilis pugnabant.

Pilo, as, premo, cogo, ut in pila, (mortario) fieri ſolet. Et compilo preſſim colligo & in unum condo. Aliter à πιλέω cogo, lanam cogo.

Compoſita.

Antepilani, n. ſ. principes erant milites & ſcutati, qui ante pilanos in acie conſiſtebant.

Compilo, as, idem quòd condenſo, cogo, à πιλέω, ejusdem ſignificationis, Fylterer. Unde illud Horat. ſed alia ſignificatione: *ne te compilent ſervi*, i e ſpolient. Vide compilo pen. corr. in pilus

Concipilo, as, act. pr. Plaut. idem quod compilo interpoſita ſyllaba GI, ut in aliis: ſignificatq; corripio, involvo, vel in maſſam quandam cogo. Ut, *offatim te concipilabo*, i. e. in offas cogam diſcerpendo, Riffue eller hugge dig i ſmaa ſtycker.

Oppilo, as, act. pr. Cic obfirmo, occludo, quaſi pilam (columnam) oppono & conſequenter claudo, Stytter for. *Oppilare oſtium, oppilare tabernam contra impetum.*

Oppilatio, onis, f. t. Medicis dicitur obſtructio alicujus viſceris, Tilſtopning. *Oppilatio hepatis.*

Præpilatus, a, um, quod in mucronem acutum eſt, & anteriore ſui parte q. coactum. Ut, haſta præpilata: vel ferro præferrata: vel aliàs acuta facta. Sic *cornua præpilata*, Spitz/ huaſſet ſtage eller ſpiud.

Propilata, æ, f. pr. præpilatus contus, Tynorick ſtage.

Primipilus, li, m. ſ. primus vel primæ cohortis ſive centuriæ triariorum centurio, Den forriſte Høffuitzmand blant alle/eller Høffuitzmand offuer den førſte Rode.

Primipilaris, re, om. t. quod ad primipilum pertinet. Ut, *miles primipilaris*. Et abſolutè, *primipilaris*, qui aliquando primipilus erat.

PILEUS, m. ſ. pr. prod. tegmen capitis è lana compactum, à πῖλος ejusdem ſignificationis, Hat. Inde tropicè ſignificat libertatem. Erat a. libertatis inſigne: unde ſervi ad pileum vocari dicebantur, pro libertati aſſeri. Nam raſo capite pileum accipiebant ſervi, libertatis inſigne.

Pileolus, parvus pileus.

Pileatus, a, um, pileo tectus. Ut, *ſervus pileatus. Roma pileata*, quando populus in ſaturnalibus pileum geſtabat, cum aliis diebus eſſet nudo capite: aut caput veſte velabat.

Pileum, n. ſ. idem quod pileus. Iſidorus autem deducit à pelle hoſtiæ, unde fiebat.

Compoſ.

Impilia, Plin. pedum tegmina à lana coacta, Filt Sko/ Vlden Socker.

PILUS, li, m. ſ. pri. corr. lanugo quædam animali enata, à ψιλὸς exilis, tenuis, Haar. Inde translatè, pilus pro re nihili. Ut, *pili non facio*, Acter icke ved et haar.

Aliter pilus ejusdem originis cum πῖλος, i. e. cui pili ex ciliis periere.

Pilo, as, n. pr. antiquè pilos emitto, Faar haar. Martiali autem ſignificat pilos detraho, Drager haar aff. *Pilare crum, pilare nates.*

Piloſus, a, um, pilis abundans, Lodden. *Piloſæ aures, piloſæ genæ.* Et translatè, *piloſa folia*, quæ veluti enatos quosdam pilos habent.

Pila, læ, f. pr. priore correpta, inſtrumentum luſorium, rotundum & pilis fartum: à pilis ſic dicta, Bold. Erant autem quatuor pilæ genera apud Græcos: magna, parva, inanis & corycos: totidemq; apud latinos, follis, trigonalus, paganicus, harpaſtum.

Pilula, læ, f. pr. parva pila. Item Medicis maſſula medicata ad pilæ modum globoſa, Pille.

Pilarii, Præſtigiatores, qui levi agitatione pilulas videntur emittere, aut in vas conjicere cùm ſecùs faciant, gyglere.

Compoſita.

Compilo, as, act. pr. undiq; furripio, furor, fraudo & diripio, q. non ullo relicto pilo, Røffuer oc Stæll/ pluſtrer/bortdriffuer/ ſnapper. Aliter à πιλητὴς æolica dictione, fur.

Compilator, oris, m. t. qui compilat, & multa in unum furto cogit, Stiel i hob.

Compilatio, compilandi actus, Røffuerj/Snapperj.

Compilatus, a, um, qui compilationem patitur, Beſtøffuet/Pluſtret.

Expilo, as, act. pr. valdè & omnino ſpolio, Vdſejer/ berøffuer/giør ſlet bar. *Socios, templa, urbem, expilavit. genis expilare oculos*, riffue øynene aff hoffuedet.

Expilatus, a, um, quod expilavimus, Bargiort/ beſtøffuet. *Armarium expilatum.*

Expilatio, expilandi actus, Berøffuelſe. *Sociorum expilatio.*

Expilator, oris, m. t. fur eſt atrocior, qui nihil relinquit, q. ne pilum quidem, wmettelig/ wbarmhiertig Tyff eller Røffuere.

Suppilo, las, Plaut. clàm & paulatim furripio, Fraaſnitzger/ſtælfraa. *Hæc cum video fieri ſuffuror, ſuppilo, & de præda prædam facio. Suppiles clam domi uxorem tuam.* Hîc ut & in compilo & expilo, producunt alii penultimam. Vide ſuprà Compoſita à Pila, pilo.

Compoſita àlia.

Alipilus, m. ſ. Senec. qui alarum pilos in balneis evellit.

Alipilarius, m. ſ. idem.

Capillus, m. ſ. capitis pilus, Haar paa hoffuedet/ hoffuit haar. Gellius quoq; utitur pro lana agni tenuiore, Blød vuld/ſom icke er ſtrit.

Capillo, as, Plin. act. pr. capillum facio, Giør haar.

Capillatus, a, um, cui longiores ſunt capilli, Langhaaret/vel haaret.

Capillitium, Apul. n. ſ. idem quod capillamentum.

Capillamentum, ti, n. ſ. capillorum compoſita ratio, Sat eller laffuet haar. Capillamenta dicuntur etiam fibræ ſeu minutiſſimæ extremæq; radicum radiculæ, Det lodne oc haaractige paa Rødder / ſaa ſom ſmaa Trevler.

Capillare, ris, n. t. Mart. reticulum muliebre, quo capillos involvunt, Flettebond.

Capillaris & Capillata arbor, in qua capillos cæſos Diis ſacrificabant adoleſcentes & veſtales

Depilis, le, ſine pilis. Ut, *puer propter ætatem depilis*, vden haar oc ſkæg / glatmundet / barmundet. Sic *depile caput*, Skaldet hoffuet.

Depilo, las, act. pr. pilos detraho, Rycker haar aff/ giør bar. Item translatè, rarefacio, giør tynd/ faa. Rarescunt enim pili, ubi aliqui detrahuntur. Ut, *omnes depilati sumus*, i. e. rarefacti.

Hircipili, dicuntur homines, qui pilos habent duriores instar hirci.

Horripilo, as, n. pr. Apul. pr. horridiore asperioreq; pilo fructifico.

Raripilus, a, um, quod habet raros pilos, Tyndhaaret. *Rarip lum animal.*

PINGO, is, x, ctum, act. t. speciem seu formam alicujus rei ductis lineis repræsento, a fingo: vel immediatè à φέγγω, illumino, illustro. Ortum enim habet pictura à sole & umbra, Maler. *Pingere hominem, imaginem, tabellas.* Et translatè, *pingere humum variis floribus* pro, conspergere floribus. Sic *ver pingit prata*. Item translatè ad orationem, pro describo, Beskriffuer. *Britanniam pingam tuis coloribus meo penicillo. bibliothecam mihi tui pinxerunt constructione.*

Pictor, oris, m. t. qui pingit, & artem pingendi callet, Maler. Translatè dicitur: *Ver mundi pictor.*

Pictura, ræ, f. pr. ars pingendi, Malerkunst. Item, tabula vel res ipsa picta, Maling.

Picturatus, a, um, Claud. variâ pictura exornatus. Ut, *opus picturatum metallis. vestes picturatæ.*

Pictus, a, um, quod pinximus, Malet. *Tabula picta. stragulum magnificis operibus pictum.* Et amisso tempore, idem quod ornatus. Ut, *eo nihil potest esse pictius.* Item, *pictus homo*, pro absoluto, & q. manu pictoris absoluto, qui & græca voce graphicus homo, En saa fuldkommelig som hand kunde være Malet.

Pigmentum, ti, n. s. color pictorum, Malerfarffue. Et translatè fucus mulierum, Smincke. Item Rhetoricus ornatus: & inde ficticium quodcunq; specie aliqua veri inductum, mendacium, fraus, quâ aliquid integitur. Ut, *oratio est sine pigmentis.* Item, pigmentum, pro unguento odorifero, Velluctende Salffue oc Smørelse. *Pigmenta ulmea*, Plaut. pro sanguine, qui ulmo vel ulmeis virgis à tergo alicujus elicitur.

Pigmentarius, m. s. qui facit vel vendit pigmenta odorifera, Salffuekremer.

Pigmentatus, a, um, pigmentis ornatus. Ut, *odoribus pigmentatum.*

Composita.

Acupictor, qui acupingit, Perlesticker / som sticker paa noget enten med Guld/Silcke/Perler eller andet.

Auripigmentum, ti, n. s. Græca voce Arsenicum, genus est coloris lutei, dictum q. aureum pigmentum, quod in picturis auri colorem referat: Estq; aut nativum aut factitium. Illud aut in squamas aureo colore micat scissile: aut effigie, glandis est & pallidius, Opermenet. Hoc arte fit, alii materiæ sc. permistum Farnitz.

Appingo, is, pingendo addo, høff eller tilmaler / tilskriffuer. *Delphinum sylvis appingit. Epistolam superiorem restitue nobis, & appinge aliquid nobi*, i. e. adde, adjunge.

Depingo, is, perfectè pingo, Bemaler. *Tabulam depingit.* Et translatè describo. Ut, *formam herclè verbis depinxisti mihi.* Sic *depingere facta alicujus. & depingere cogitatione*, i. e. describere.

Depictus, a, um, quod depinximus. Ut, *tabella depicta*, Bemalet. Et translatè, *depicta oratio*, ornata seu ornatè descripta.

Expingo, idem quod depingo vel perfectè pingo, fuldkommeligen formaler/ bemaler / affmaler. Et translatè, perfectè describo. Ut, *depingere pericula. depingere motus animorum.*

Perpictus, exactè pictus. Ut, *pilæ perpictæ.*

Superpingo, operi jam picto aliquid addo. Ut, *Venerem operi superpinxit.*

PINGVIS, ve, om. t. quod corpore est crasso & obeso, à παχὺς crassus, Fæd oc tyck. *Agnus pinguis.* Inde transfertur ad alia. Ut, *pingue cœlum*, i. e. crassum. Item idem quod fœcundum. Ut, *pingue arvum, pinguis hortus.* Item rude & tardum, ut, *pingue sonans poëta*, grofft. Sic *pingui Minerva*, pro rudi. *Pingue ingenium*, pro rude. *Pinguis vestis* pro crassa & duplici. *Pinguis saliva*, pro crassa, Tyct oc fæd spyt. *Pinguis ara*, i. e. dives. *Pinguis amor*, i. e. nimius. Item, absolutè, *pingue* propriè liquidum illud inter carnem & cutem, Fæd. Item *pingue lactis*, Fløde.

Pinguiter, Colum. ut, *pinguiter densum.*

Pinguedo, inis, f. t. pinguis rei ratio & conditio, Fæd/ fædhed. *Detracta pinguedine caro decoquitur.*

Pinguitudo, Colum. idem.

Pinguesco, is, n. t. pinguis fio. Ut, *pinguescit animal. pinguescit mihi crinis nimio amomo. campi pinguescant sanguine.*

Pinguiarius, m. s. qui pinguia amat.

Composita.

Impinguo, as, act. pr. pinguem facio. Unde *impinguatus*, pro pinguis factus.

Præpinguis, ve, om. t. valdè pinguis. Ut, *terra præpinguis.*

PINNA, æ, f. pr. propriè scapus pennæ, eam in duas findens alas, à voce ipsa penna, vel q. phinna à findo, quòd ità findat & disterminet alas pennæ. Inde accipitur pro iis partibus, quæ primum erumpant, nec dum plumatâ ave. Ut, *avis pinnas habere incipit*, Fugle pinne/ forend de bliffue flyggede. Et translatè pinna, quidvis acutum. Ut, *pinnæ murorum*, Spitz oc Tindinge. *Summitas ædificii pinnis instructa.* Item pinnæ, piscium partes, quibus innatant pisces & quarum adminiculis veluti remis in natando utuntur, Fiske findner. Item pinna, nomen piscis, è genere concharum, qui & Græcis πίννα dicitur patula est duabus grandibus conchis, ad cubiti magnitudinem accedens. Item pinnæ, in tympano assamenta, quæ aquæ impetu impellantur, Skoller. Aliter penna habitur propriè de iis, quæ sunt in alis & cauda. Pinna a in reliquo corpore.

Pinnula, æ, f. pr. parva pinna & penna. Item pinnula, pro pinna piscium. Item, summa pars auris ab acumine sic dicta. Item pinnulæ pulpæ nasi orbiculum utrinq; sepientes, Næse flager. Item pinnula circa ungues, est excrescentia carnis, quæ partem unguis operit, tàm in pedis quàm in manus digitis, & pollicibus potissimùm, Negle hud eller rod. Nota, pinna piscium & tympani: & pinnula aurium, narium, unguiumq; innuunt aliam adhuc esse significationem pinnæ: nempè, instar alarum esse in penna.

Pinnatus, a, um, pinnas habens. Ut, *pinnata cauda. pinnatus cupido. Pinnata vox*, i. e. volucris & velox.

Compos.

Bipinella, æ, f. pr. recentioribus herbariis, herba est hortensis folia in duas pinnas per totum cauliculam deducta habens, Pimpinelle/eller Qvæssurt som voxer paa Marcken.

PINSO,

PINSO, is, ſui, ſtum & pinſum Vitruv. & pinſitum Colum. act. t. in pila contundo, à πίσσω ejusdem ſignificationis, ſtøder i Morter. *Far pinſit.* Antè uſum n: molarum frumentum pinſebant, & in pilas miſſa pilo tundebant. Item pinſo & pindo de avibus dicitur, cum roſtrum rei alicui crebrò impingunt, Picker/hacker. Et translatè, *eum à tergo ciconia pinſit*, i. e. digiti in formam roſtri ciconiæ contracti eum tundunt, ludibri, gratiâ. Dicebatur a. & antiquis piſo pro pinſo.

Piſtus, à, um, quod pinſuimus, Stød / malet.

Pinſo, as, act. pr. Varr. idem quod pinſo, is. Ut, *pinſare cubitis humum*, i. e. ferire: ut, faciunt qui interficiuntur caduntq; in terram, ſtøder med Albuene paa Jorden. Sic, *pinſare terram genubus.*

Pinſito, as, frequenter pinſo. Ut, *polentam pinſitant.* Sed lectio eſt ſuſpecta legentibus aliis. Pranſitant.

Piſtillum, n. ſ. Plaut. inſtrumentum, quo aliquid in mortario pinſitur & comminuitur, Støder. Legitur & in maſc. gen. piſtillus.

Pinſor, oris, m. t. Varr. idem quod piſtor.

Piſtor, oris, m. t. initio erat, qui in pila frumenta pinſebat: Inde etiam, qui ſubacta farina panem conficit, Baggere.

Piſtorius, a, um, quod ad piſtorem pertinet. Ut, *ars piſtoria, opus piſtorium. Alveus piſtorius*, Deinetrug.

Piſtoricus, a, um, Juriſconſ. idem quod piſtorius. Ut, *opera piſtoriæ.*

Piſtrix, icis, f. t. idem quod piſtor in ſexu fœmineo, Baggerſke/ Baggerquinde. Eſt etiam piſtrix bellua quædam marina. Item ſydus cœleſte.

Piſtura, æ, f. pr. ars & opera pinſentis ſive piſentis.

Piſtrinum, n. ſ. locus, ubi olim frumenta pinſebantur, hodiè autem moluntur, Møllehuß. Item officina, in qua opera piſtoria fiebant, Baggerhuß / Baggers. Et translatè, piſtrinum pro loco, vel re aliqua laboris, fatigationis & moleſtiæ plena, Trældomshuß/ trælsen/ mødſomhed. *Tibi erit mecum craſſè in eodem piſtrino vivendum.* Sic linguæ Chaldaicæ piſtrinum, pro lingua multi laboris & moleſtiæ.

Piſtrina, æ, f. pr. idem.

Piſtrilla, æ, f. pr. mola truſatilis, quæ manibus verſatur, Haandquærn.

Piſtrinenſis, e, om. t. quod ad piſtrinum pertinet, Apul. & Svet. ut, *mola piſtrinenſis. jumentum piſtrinenſe*, Møllehest.

Piſo, is, ſi, ſtum, Act. t. Plin. pinſendo decortico, à πίσσω, ejusdem ſignificationis, Skaler. *Niſi intenti piſant, concidantur grana.*

Piſo, as, act. Varr. idem. Ut, *far piſatur ac torretur in piſtrino.*

PISUM, n. ſ. genus leguminis, à πίσον, ejusdem ſignificationis, Ært / gemeen ſtor Ært / Velſke Ærter. Vel immediatè à piſo, ut πίσον à πίσσω.

PINUS, ni, f. ſ. & quart. pr. prod. arbor eſt picei generis, à πίτυς, ejusdem ſignificationis, Gran. Erat etiam olim generis maſculini.

Pinea, æ, f. pr. Columel. idem. Item fructus pini.

Pineus, a, um, quod ex pinu eſt. Ut, *corona pinea*, Granfrantz. *Sylva pinea*, Granſkow. Sic *Virga pinea.*

Pinetum, n. ſ. locus pinis conſitus.

Pinaſter, ſtri, m. ſ. pinus ſylveſtris, miræ altitudinis.

PIPER, ris, n. t. pr. corr. nomen arboris & fructus peregrini, à πέπερι, Peber.

Piperatus, a, um, pipere conditum. Ut, *piperatum vinum, piperatum acetum.*

Piperitis, nomen herbæ guſtu pipeus.

PIPO, as, n. pr. ficta dictio per onomatopœjam, de voce, quam edunt gallinæ, ut & Græcorum πιππίζω vel πιππύζω ejusdem ſignificationis, Piper. Item, lingua oſcâ ſignificat ejulabundè conqueror, vel convicium in alium dico.

Pipatio, pipandi & vociferandi actus.

Pitpit, etiam oſcis convicium facio, q. pitpit in aliquem dico, quâ formâ nobis eſt, Putput/pyt/pyt.

Pipio, is, n. q. idem, quod pipo, de voce pulli gallinacei. Ut, *pipit pullus.* Dicitur & de paſſeribus, ut *pipit paſſer.*

Pipiones, Lamp. m t. pulli ſunt Columbarii.

Pipulum, n. ſ. Plaut. convicium aut ejulans querela: ſic dictum à pipatu pullorum. Vel oſca voce pipo, ejulabundè conqueror. Ut, *pipulo te differam ante ædes*, Raabe eller ſkrige dig vd/ ſc. ob illatam injuriam: cum deficientibus teſtibus in jus vocare non poſſint. Sic, *pipulo poſco*, Begierer oc fordrer igien med ſkrigen oc raaben for ens dør.

Pipilo, as, Catul. paſſerum ſonos exprimo.

PIRATA, tæ, m. pr. prod. prædo marinus, à πειρατής ejusdem ſignificationis, Fribytter/Sørøffuer.

Piraticus, a, um, quod ad piratam pertinet. Ut, *bellum piraticum*, quod contra piratas ſuſcipitur. *Navis piratica, puppis piratica.* Et abſolutè, *piratica, cæ*, f. pr. ipſum piratarum exercitium, Sørøffuerj. *Piraticam facit*, exercet.

Archipirata, tæ, m. pr. Princeps & dux piratarum, Aal Sørøffuer.

PISCIS, is, m. t. animal aquaticum & propriè ſquamigerum, à πίομαι aquis irrigor, quòd in aquis vivat & aquis alatur, Fiſk. Item piſcis & piſces plural. Sidus quoddam cœleſte.

Piſciculus, parvus piſcis, Liden oc ſmaa Fiſk.

Piſcarius, a, um, quod ad piſces pertinet. Ut, *hamus piſcarius*, Fiſkekrog. *Forum piſcarium*, Fiſketorffue. Et *piſcaria copia*, pro piſcium abundantia. Item abſolutè, *Piſcarius*, m. ſ. qui piſces vendit, Fiſkefremere/ Fiſke Sutler. Et *piſcaria, æ*, f. pr. locus, ubi piſces venduntur, Fiſkerbo/ Fiſkertorffue. Aliter à paſco, quòd è mari cederet homini in alimentum.

Piſcina, æ, f. pr. lacus ſive lacuna, in qua piſces vivi ſervantur & aluntur, Fiſkedam / Søeparck. Item, quæ nullum piſcem habet, ſed tantùm uſum lavandi & natandi præbet. Item *piſcinæ pecorum*, aquæ pluvialis collectione in uſum pecorum, Vanding. Item, vas ligneum & amplius ad tenendam aquam.

Piſcinalis, le, Pallad. Ut, *piſcinales cellæ*, in quibus piſces paſcuntur.

Piſcinarius, m. ſ. qui piſcinis delectatur. Ut, *Lucullus & Hortenſius noſtri piſcinarii.*

Piſcor, aris, d. pr. piſces venor, Fiſker. *Ante hortulo ſuos piſcatus eſt.*

Piſcator, qui piſcatur, Fiſkere.

Piſcatorius, a, um, quod ad piſcatorem pertinet. Ut, *navis piſcatoria*, Fiſker Baad oc Skib. *Forum piſcatorium*, Fiſkertorffue. Et *ludi piſcatorii*, qui fiebant pro quæſtu piſcantium.

Piſcatrix, f. t. quæ piſcatur, Fiſker Quinde. *Rana in mari piſcatrix.*

Piſcatus, us, m. q. piſcandi actus, Fiſkerj/ Fiſkefang. *In piſcatu magna voluptas.*

Piſcoſus, a, um, piſcibus abundans. Ut, *piſcoſus amnis*, Fiſkefuld.

Piſculentus, a, um, idem quod piſcoſus. Ut, *locus piſculentus, fluvius piſculentus.*

Compoſ.

Expiſcor, aris, dep. pr. q. piſces venor percontorve, Stanger efftet Fiſk/ Fiſker. Et translatè, diligenter inquiro, Vdfritter/vdſpørger. *Perinde expiſcare, quaſi non nôris, ab eo expiſcatur omnia.*

PITISSO, ſas, n. pr. Terent. tentandi gratia vinum guſto, tentandi gratia libo, à πίω, πίνω bibo, ποτὴς, potus, potio, Smager oc forſøger/ lipper. *Pitiſſando multum vini abſumpſit.*

PITUITA, tæ, f. pr. prod. humor quidam corporis aqueus ſeu aquæ ſimilis, ſanguini miſtus aut in aliquo membro ſtagnans: tùm & excrementum hujus pituitæ, & morbus ex pituita: ſic dicta quòd petat vitam, Flod vdi Mennifkens legome. Eſt ut omnium morborum origo. Item pituita morbus, quo gallinæ infeſtantur. Item translatè, in arboribus humor lentus ex iis defluens. Horat. per triſyllabum uſus eſt. Ut, *niſi cum pituita moleſta eſt.*

Pituitaria, æ, f. pr. herba, quæ morbo pituitæ medetur.

Pituitoſus, a, um, pituitâ abundans.

PIUS, a, um, qui religiosè Deum colit, patriam, parentes, propinquos, & eos, qui parentum ſunt loco, à πίω honoro, Gudfryctig. Legitur & pientior in compar. & pientiſſimus Ciceroni in ſuperlat.

Pietas, f. t. pii affectus, Gudfryctighed. Et eſt erga Deum, parentes, propinquos, patriam & benemeritos, cum reſpectu ad Deum.

Pio, as, act. pr. q. piè ſedo & purgo, Soner/ bøder. *Morte piat culpam*, i. e. expiat. *Hetruriæ principes fulgura atq; oſtenta piando. Et ſi quid tibi piandum aut inſtituendum fuiſſet religione domeſtica.* Item pio, piè colo. Ut, *liberos ſuos piat.* Et *pio pietatem.*

Piabilis, le, om. t. quod piari poteſt. Ut, *fulmen piabile*, forlegelig/ Sonlig.

Piaculum, n. ſ. ſacrificium & cultus, quo aliquid expiatur, Sonen/ forligelſe effter Syndoffer/ betalnings værd. *Te piacula nulla reſolvent.* Item, piaculum, crimen ipſum, quod expiari debet, Synd.

Piacularis, re, om. t. quod piandi & expiandi vim habet. Ut, *ſacrificium piaculare*, Sonende. Et *piacularia auſpicia*, quæ ſacrificantibus triſtia portendebant, cùm aut hoſtia ab ara profugiſſet, aut percuſſa mugitum dediſſet, aut in aliam corporis partem, quàm oportebat, cecidiſſet. *Piacularis victima*, quæ aliena mala excipiebat, & in pœnam ſuccedebat.

Compoſita.

Expio, as, act. pr. pius ſeu piando ſacris purgo, Belliger/ Renſer/ løſer aff/ affſoner/ ſoner/ løſer aff Synden. *Religionem ſacrificiis expiabat. Expiare ſcelera, cædem, pecuniâ, cæde, ſanguine, ſuo ſupplicio, morte*, eſt ulciſci vindicare & pœnam infligere, Heffne oc betale. *Filium damnatum publica expiavit pecuniâ*, i. e. à crimine abſolvit, Gaff boed for ſin Søn/ løſte hannem med penge. *Expiare cædem pecunia*, Bøde/giffue boed for den døde. Et translatè: *Expiare religionem ædium ſuarum*, eſt procurare. *Scelera tua expiarunt Dii in noſtros*, i. e. punierunt in noſtris, Heffne de din Synd paa vor Folck. *Expiare Deum*, eſt expiando placare, Stille Gud til fredz.

Expiatio, onis, expiandi actus, Renſelſe/ Belliggiorelſe/ Boed/ affſonelſe/ ſoning. *Scelerum in homines nulla expiatio.*

Expiabilis, le, om. t. quod expiari poteſt, Sonlig/ Bødelig. *Bellum expiabile.*

Expiatus, a, um, quod expiavimus, Renſet/ Belliget/ ſonet/ affſonet. *Forum expiatum, expiata ædes.*

Expiandus, a, um. Ut, *religio expianda, expiandum forum*, Bør eller ſkal Renſis.

Expiamentum, idem quod expiatio.

Inexpiabilis, le, non expiabilis, quodq; expiari non poteſt, vſonlig/ ſom aldrig kand ſones/ vbodelig. *Odium, bellum inexpiabile.*

Impius, a, um, non pius: & propriè qui de Deo, patria, parentibusve malè meretur, vgudelig. Ut, *homo impius. gens impia. domus impia.* Et *impia herba*, nomen eſt herbæ.

Impiè, modo impio, vgudeligen. *Impiè vivit, facit.* Et *impiè ingratus eſt.*

Impietas, impii habitus & vitium, vgudelighed.

Impio, as, act. pr. Plaut. impietate polluo. Ut, *ergà parentes & Deos ſe impiavit.*

Impiatus, a, um, Feſto, pro ſceleratus. Item Senec. & Apul. pro polluto. Ut, *cruore humano impiatus: facinore impiatus.*

PIX, icis, f. t. pr. gen. corr. propriè humor pinguis, quæ ex pinu, picea aut à teda igni excoquitur, à πίσσα ejusdem ſignificationis, Beg/ Tiere.

Piceatus, a, um, pr. corr. Martial. pice illitus. Ut, *manus piceata.* Ponitur pro furace quod nobis exprimitur, Beghændet.

Pico, as, act. pr. pice illino, Beger/ Tierer/ ſtryger med Beg eller Tiere.

Picatus, a, um, quod picavimus, Begit. *Picatum dolium.* Et *picatum vinum*, quod aſperſione picis in primo fervore ſaporis acumen quoddam & odoris accepit.

Picea, æ, f. pr. nomen arboris picem deſudantis: Græca voce πεύκη, Rødfyr. Aliter picea primigenium habetur à quo pix, q. reſina ex picea ſtillans.

Piceaſter, ſtri, picea Sylveſtris, Hiſpaniæ familiaris, ex qua fit reſina parùm laudata, Huidfyr.

Picariæ, arum, f. pr. Cic. picis vectigal.

Compoſita.

Impico, as, act. pr. Col. pice illino, Beger eller Flicker til med Beg. *Dolium, amphoram diligenter impicato.*

Oppico, as, act. pr. idem quod pico, ſive pice illino, Beger. *Oppicare dolium, corticem.*

PLACENTA, æ, f. pr. libum farinaceum, caſeo & melle addito: Et inde panis quicunq; ad ejus formam tenuitatem puta & latitudinem cruſtarum imaginem confectus, à πλακοῦς, latus, cruſtoſus, vel latus in modum cruſtarum, Kage.

Placentarius, m. ſ. qui placentas conficit, Kagebagger.

PLACO, as, act. pr. corr. gratiam mihi & benevolentiam reconcilio, à πλάξ, ακος, planities, æqualitas, & πλακόω, Complano, dilatò deductis exstantibus, ut translata sit significatio, à locis asperis, quæ complanantur remotis exstantibus, ut latiùs apparet in exemplis vocis Placidi, ſtiller tilfreds. *Placare Deum, iram, æquora.* Et *placare aliquem Reipubl.* est Reipubl. conciliare.

Placidus, a, um, quod est placatæ q. naturæ, non turbatæ aut inæqualis: Unde & pro tranquillo, miti sedato, & non turbato ponitur, taalig/ſacte. *Mare placidum, ventis, lumen placidum, dies placidus; cœlum placidum, mors placida, pax placida.* Et *arbor placida*, quæ non est sylvestris. Sic *homo placidus* qui mente est placida, non turbata, irata aut fera. *Placidæ sedes* Virgilio pro sepulcro.

Placidè, modo placido. Ut, *placidè fert injurias*, i. e. lente, cum mora, sine ira & turba, moderate sine festinatione. Ut, *placide exquire & rem age*, ſtille / taalige n.

Placiditas, varr. & Gel. placidi affectus & natura, Stilhed/ Fredelighed/ Taaligheb. *Otium placiditas, hominis placiditas.*

Placabilis, le, om. t. quod facile placatur, forligelig/ Taalelig/ fredelig. *Homo placabilis, animus placabilis.*

Placabilitas, tis, f. t. rei placabilis affectio. Ut, *nihil magno viro placabilitate & clementia dignius.*

Placamen, inis, n. t. quo quis placatur, fredſtilling. *Placamenta cœli, Deorum, irarum:* quibus sc. placatur cœlum, dii, iræ.

Placatio, onis, f. t. placandi actus, tilfredzſtillelſe. *Placatione abluitur perturbatio animi.*

Placatus, a, um, quod placavimus, tilfredzſtillet. Et amisso tempore, *placatißima quies*: Dii *placatiores erant supplicantibus.*

Placatè, modo placato. Ut *placatè, placatißimè hoc fert.*

Placeo, places, ui, citum, n. s. gratiam sum consecutus, gratus sum & acceptus, Er kier oc teckelig/ Yndig/ Teckis / Beſalder / Behagis. *Meum mihi, tibi tuum placet. Heſterno die mihi non placui. quod scripſi non placet. Virgo dote placet, placet geſtu.* Item in tertia potissimum persona, *placet* pro visum est, scitum est, hujus est opinionis, Det ſiunis got. *Postridiè placet ut sententias dicamus.* Et *placitum est nobis, ut scriberemus, legationem peteremus.* Aliter à πλάω, πλάω, accedo, vicinus sum & finitimus: Ut translata sit significatio à familiaritate & officiis vicinorum.

Placendus, a, um, quod placere debet. Ut, *placenda dos.*

Placentia, Apul. placendi studium, seu placentis animus, Ynde oc behagelighed. *In homine ad placentiam ac mediocritatem libido reflectitur.*

Placitus, a, um, quod placuit, Teckeligt. *Ubi sunt cognitæ, placitæ sunt. placita conditio placita bona.* Et absolutè *placidum, ti*, n. s. decretum, sententia & consensus in re aliqua. Ut, *placitum senatus, placitum medicorum philosophorum* pro institutis & dogmatibus, Samtycke / Raad/ Skick oc Paalæg.

Placito, as, Plaut. frequent. Ut, *placitant mores.*

Composita.

Complaceo, cui, & complacitus sum, valdè placeo. Ut, *Deo complacitum est*, det befalder Gud vel/ er ham kiert oc behageligt.

Displiceo, cui, q. non placeo, Mißhager. *Hoc mihi displicet. Et displiceo mihi nec scribo sine summo dolore.*

Displicentia, Senec. qua quid displicet. Ut, *displicentia sui*, Mißhagelſe.

Implacabilis, le, qui placari non potest, Wforligelig/ wrilgiffuelig/ wſtyrlig/ haard oc wbønrig. *Homo est implacabilis ira implacabilis.*

Implacabiliter, modo implacabili. Ut, *implacabiliter irascitur.*

Implacatus, a, um, non placatus. Ut, *gula implicata.*

Implacidus, a, um, non placidus, Wfredelig/ wrolig. *Mars deorum implacidißimus: genus est hominum implacidißimum.*

Perplaceo, valdè placeo. Ut, *lex ea mihi perplacet.*

Supplico, cas, act. pr. in adversis, vel cum lacrymis demisse precor, & ad placandum animum alicujus me summitto, deprecor, quam submisè placo, ydmygeligen beder/ Suppliceret. *Mario ture & bino supplicabant. amicis pro te supplico. supplico submisè aut fracto humiliq animo.* Et Plaut. *nec cuiquam homini supplicare nunc certum est mihi*, fire nogen / eller giffue nogen et got ord. Item, impersonaliter: *Iliacis temporibus non supplicabatur ture. Supplicaßis* Plaut. pro supplicaveris. Dicitur & per resolutionem *sub bos placo*, i. e. supplico. Alitet supplico q. lacrymis & ad pedes prostratus aut genua flectens, aut alterius genua amplexus demisè deprecor, à plico, q. sub aliquem genua totumvé corpus plico, ad declarandum summum animi affectum sive in adversis, sive in lætitia & gratulatione.

Supplicatio, onis, supplicandi actus, ydmygelige Bøn/ Supplicatz. Et peculiariter gratulatio & honor Dis habitas pro victoria, quando sc. re feliciter gesta ex Senatusconsulto templa aperiebantur, divorumq; simulacra in lectulis collocabantur, populo certatim ad pulvinaria confluente, diis suis pro eorum in Rempubl. meritis supplicante, gratiasque agente, Som naar mand ſiunger / Te Deum laudamus, J Kircker for nogen lyckelig bedrifft. Item Eccleſiast. supplicationes dicuntur, publicæ indictæ preces ad avertenda impendentia mala, Bede dage.

Supplex, icis, om. t. qui supplicat, Suppliceronde/ ydmygende. *Veniam supplex popoſcit. Supplices lacrymæ. Vota supplicia.* Et *libelli supplices*, quibus supplices precamur, Supplicatzer.

Supplicitèr, adverb. modo supplici, ydmygeligen. *Supplicitèr rogat, veneratur, loquitur.*

Supplicium, cii, n. s. Idem quod supplicatio. Ut, *non votis non suppliciis multebribus auxilia parantur. Dies supplicia ludiq, magni à Senatu decernuntur.* Item supplicia dicebantur sacrificia, quæ fiebant de bonis condemnatorum. Unde usitatissimè supplicium pro pœna, Straff oc plage/ Bøddelſtraff. *Supplicius delicta cohercet. Summo cruciatu, supplicioq, periit.*

PLAGA, æ, f. pr. πλαγή, Græca voce propriè est percussio & ictus objectum resolvens. Slag / hug: *Bos plagis peremptus. luculentam plagam accepit*, i. e. vulnus amplum, vid ſaar oc ſkramme. Item translatè ad arborum incisiones. Ut, *arcus è plaga manat*, i. e. ex incisione. Item plaga pro regione & tractu, Egn. cœli scrutatur plagas. Item pro impulsione. Ut, *motus extra pondus & plagam, cum atomus declinet intervallo minimo.* Item plural plagæ, retia sunt ad capiendas feras: sic dictæ, quòd in his comprehensæ & involutæ feræ plagis cædantur & jugulentur, Jegergarn/ Dyrepande. Isidoro autem sunt funes, quibus retia tenduntur

tenduntur circa imam & ſummam partem. Item plagæ linteum lecti, aut lecticæ tegmen, Spærlagen for Seng eller Vognklæde/ Vogndeck. N. Plaga pro ictu priore longa, cum derivatis. Pro reti & regione, priore brevi.

Plagula, æ, f. pr. parva plaga pro vulnere, Lidet ſaar. Et pro reticulo venatorio, lidet Jegergarn. Item pro ſindone lecticaria vel torali, lidet eller ſmaat Vognheng eller Senge ſpærlagen. Exponitur & plagula reticulam & tegmen capitis muliebris, Hoffuetdug/ Hoffuethengel/ Sløyer.

Plagiarius, m. ſ. pr. corr. qui liberum hominem vendit vel emit. Item, qui ſervum ſervamq; à Domino avertit, fugam ſvadet, emit, venditq; invito Domino: Sic dictus, quòd plagis puniebatur, Folckefyff. Et translatè, fur librorum ſcriptorumq; alterius.

Plagium, n. ſ plagiarii crimen.

Plagoſus, a, um, plagis plenus. Ut, *cum plagoſa*, item, qui crebras plagas alicui in fert. Ut, *Orbilius plageſus grammaticus*, En plager.

Compoſita.

Semiplagium, parvum rete, ἄδηλον.

Seſquiplaga, quæ numerum alicujus inſe continet & ejus dimidium. Ut, *alii ſex plagis interierunt: hujus etiam caput ſeſquiplaga amputatum eſt*, i. e. ſex & tribus plagis.

Sexcentoplagus, qui ſexcentas accepit plagas, Plaut.

PLANCÆ, Feſto. tabulæ planæ, à πλάκες ejuſdem ſignificationis, plancker/ deeler. Scaligero a. quaſi palancæ à Phalanges. Item Feſto à planitie.

Planci, qui ſupra modum pedibus ſunt Planis, gracilibuſq; plantarum inſtar, Fladfodet/ platfodet/ bredfodet.

PLANETÆ, arum. m. pr. cujus ſingulare planeta πλανήτης, ſtellæ ſunt ſeptem peculiaribus motibus à reliquis, de 7. Planeter. Sunt Saturnus, Juppiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna: Latinis dicti, errantia ſydera, errantes ſtellæ. Et Nigidio, errones.

PLANGO, is, xi, ctum, act. t. propriè idem quod percutio, ferio, cædo, verbero, nec ſine clariore ictus ſono, à πλήσσω ejuſdem ſignificationis, Baßker/ platzer. *Plangunt littora fluctus*, Et *plangit pectora palmis*. Inde peculiariter præ dolore partem aliquam corporis cædo, vel lamentor cum percuſsione quadam pectoris, capitis, femorum, brachiorum, crineſvé evello, convello, hierteligen klager/ ſkriger oc græder/ ſlaar for hierte oc bryſt/hoffuet oc laar/ Riffver vdi haaret.

Planctus, us, m. q. plangendi actus & lamentatio, quæ fit cum pectoris percuſsione, Jammerlig væs klage *Fœminæ cum planctu miſtus clamor.*

Plangor, oris. m. t. plangentis actus, Jammerlig ſkrig oc Raaben. *Planger populi.* Et *plangor alarum*, pro agitatione alarum ſonitum ciente, Lydende oc klingende vingeſuæff.

Compoſ.

Deplango, idem quod plango vel vehementer plango. Ut, *palmis ſciſsisque capillis domum deplanxit*, Begræder.

PLANTA, tæ, f. pr. ſtirps omnis, quæ pangitur, dicta planta q. palanta, à palo quod eſt à pango, plante/ Stickeplante. Item planta, inferior pars pedis cui inſiſtimus, Fodſole/ Fodblad.

Plantaris, re, om. t. ſtat quod eſt plantæ pedis. Ut, *ala plantares*, quæ Mercurio ad talaria finguntur.

Plantarius, a, um, quod ad plantam (ſtirpem) pertinet. Ut, *arbuſtule plantariæ*, Plantetræ: quæ effodi & plantari poſſunt. Et abſolute. *Plantaria*, *orum*, plantæ novellæ, quæ è ſemine ortæ cum radicibus & terra propria transferuntur de uno loco in alium, Planter. Item, *plantaria*, locus plantarum novellarum, Plantes ſted/ Plantebed: Ubi feruntur, & inde aliò transferuntur. Et translatè obſcœna ſignificatione, locus circa pubem & nates, & pudendis vicinus.

Planto, as, act. pr. plantas depango, & de loco in alium plantandi gratiâ transfero, Planter. *Hoc modo plantantur punicæ.*

Plantatio, onis, plantandi actus, Plantelſe.

Plantago, inis, nomen herbæ, Veybred.

Compoſita.

Deplanto, tas, Plin. plantatum evello, ſlaar affellet rycker op det ſom er plantet tilforn. *Deplantare herbam*, *deplantare ramum.*

Explanto, as, act. pr, quaſi plantam evello, rycker plante op. *Arbuſculam explantat.*

Supplanto, as, act. pr. Columel. aliquid ſub re aliqua planto. Ut, *Item ita ſupplantanto ac radicem abrumpæ*, Planter vnder. Item objecto vel ſuppoſito pede ad caſum impello, in terram aliquem dejicio, vel quaſi ſub plantam alicujus aliquid ſterno, ut dejiciatur. Setter Foed for en til at falde. *Supplantabat eum*, *qui cum certabat.* Et translatè decipio.

PLANTUS, i, m. ſ. Cic: prior. corrept. πλάντης græca voce, quod latinè nebulo & impoſtor, qui ſc. huc illuc vagatur & errat, ut emungat homines, Landſtryger.

Implano, as, act. pr. Cypr. pro decipio. Unde Implanator pro Planus.

PLANUS, a, um, prior. longâ, in quo nihil eminet, à πλάξ de tabula plana, q. inſtar πλαγὸς lævus, ſlet/ jeffnt. Locus planus, aditus planus, plana via. Et *plani piſces*, qui forma ſunt plana non rotunda, ſaa ſom Flynder. Item, translatè planus pro aperto & manifeſto, quod plana quæcunq; videri poſſunt, Bar/ Aabenbare. *Hoc planum factum eſt* *Res eſt plana.*

Planè, niùs, iſsimè, adverb. plano modo, q ubi nihil impedit, nihil ſupereſt, Aldelis gandſke/ ſlet. *Planè hoc ſit* Et *planè à nobis defuit.*

Planities, ei, f. pr. plani ratio. Ut, *planities campi*, ſlethed/ ſlette/ ſletning.

Planitudo, inis, f. t. Colum. idem quod planities.

Planula, æ, f. pr. inſtrumentum fabrile, quo aſſamenta plana facimus ſeu complanamus, Slethøffl.

Compoſita.

Complano, as, act. pr. planum reddo: Unde translatè, *Complanare domum*, i. e. deſtruere & ſolo æquare.

Deplano, as, omninò & multùm plano. Ut, *montes deplanat*, Jeffner/ ſletter.

Expla-

Explano, as, act. planum facio. Et translatè, declaro, Forklarer. *Diligentiùs sunt hæc explanandæ.*

Explanatio, onis, explanandi actus, Forklaring. Item schema quoddam Rhetoricum.

Explanator, oris, m. t. qui explanat, Forklarer/ vdlegger. *Poëtarum explanator.*

Explanatus, a, um, quod explanavimus, Forklaret oc vdlagt.

Explanatè, & explanatiùs, modo explanato, Klarligen. *Explanatè dixit.*

Inexplanatus, Plin. Ut, *lingua inexplanata*, quæ se expedire non potest, mentemvé explanare, Ensuar Tunge/ Svartalendehed/ Tungtalenhed.

PLATANUS, ni. f. f. pr. corr. πλάτανος, nomen arboris diffusis & patulis ramis, Løn.

Platanetum, ti, n. s. locus platanis consitus. Et Vitruvio, græcorum imitatione. Platano, onis.

Plataninus, a, um, quod est platani. Ut, *folia platanina.*

PLATEA, æ, f. pr. brevi, secunda comm. via est in urbe latior, à πλατὺς latus, Gade. Item Lamp. area, in quam populus convenire solet, ut, in palatio stravit plateas, Borgegaard eller torffue / vid platz/ Borse. Item platea, nomen avis aquaticæ: Sic dicta à latitudine rostri.

Platalea, æ, Cic. idem quod platea avis.

PLAUDO, is, si, sum, n. t. palmam palmæ illido ovans, congratulans & exultans, à sono, qui editur ficta voce, ut, Græcorum φλάω contundo: Et πλατάσσω ex ictu vel collisione sanum edo, unde πλατάγέω, plausum manu edo. Klapper hænder sammen aff glæde/ basker med hænderne. *Jubet ipsum plaudere. astantibus plaudit. pars pedibus plaudunt choreas & carmina dicunt.* Et passivè, *victoria plauditur*, pro plausu excipitur. Et *quaq; ibis manibus circum plaudêre tuorum.* Item Impersonaliter: *Plauditur & magno palma favore datur.* Item *Plaudere sibi*, est sibi ipsi blandiri & placere, suaq; nimium amare. Transfertur & ad aves, pro alis plaudo, Flagrer med vingen. *Columba alis plaudens*, flagrende. Item, Plaudo, q plaudendo consentio & assentio. Glædes ligen samtycker med. Item in re textoria, telam denso & licium densiùs inculco, quasi stamen tegmini cum sono illido & cum plausu collido, slaar hart oc tæt i slet vdi. *Plauduntur pectine telæ.* Videturq; quibusdam hæc prima verbi significatio.

Plausito, tas, de palumbe dicitur in Nothis Ovidii. Ut, *plausitat arborea clamans de fronde palumbes.*

Plausibilis, le, om. t. quod plausu excipitur, plausu dignum, seu quod plausum meretur. Ut, *plausibile factum, plausibilis oratio, plausibilis locus*, Teckelig.

Plausor, oris, qui plaudet, Er glad / samtycker.

Plausus, a, um, quod plausimus & manu blandè percussimus, Klapper. *Plausa cervix.* Et *plausæ alæ*, flagrendis vinger.

Plausus, us, m. q. plaudendi actus, Klappen oc glædelig Samtyckelse.

Plaustrum, & Plostrum n. s. vehiculum onerarium duarum rotarum, ut refert Isidorus: à plaudo, propter strepitum, Arbeidzvogn / Karvogn / Steenvogn / Møgvogn / Høstvogn. Inde translatè,

plaustrum conviciorum. Item plaustrum, Sydus cœleste. Aliter plaustrum à palando quod extendere significat, q. palaustrum.

Plostellum, parvum plaustrum. Unde *plostellum pœnicum*, quo grana è spicis in aream excuti solebat: fiebatq; è tabula lapidibus aut ferro exasperata, quæ impositò auriga, aut pondere grandi trahebatur jumentis junctis: aut ex asibus dentatis cum orbiculis.

Plaustrarius, a, um, quod ad plaustrum pertinet. Ut, *plaustrarium jumentum*, Vognhest eller Nød.

Composita.

Applaudo, is, n. t. ad aliquid plaudo & plausu comprobo, Samtycker med klappen / klapper til. *Si vultis applaudere, eras vos vocabo. nescio cui tribuum generi maximè applaudatur.* Item plaudo q. plaudendo terræ allido, Slaar mod Jorden saa det batzer/ stamper oc støder. *Calcibus applaudo terræ.*

Applausor, oris, m. t. qui applaudit. Ut, *Scenici imperatoris applausor populus.*

Applausus, a, um, pass. ut, *corpus palmis applausum.*

Applausus, us, m. q. applaudendi actus, Klappen oc Samtyckelse. Ennius, *magno applausu loquitur, i. e. favore populari.*

Complodo, is, act. t. simul vel unà plaudo. Klapper sammen. *Complodere manus, pedes &c.*

Complosus, a, um, quod complosimus. Ut, *complosæ manus.*

Complaudo, simul plaudo, plausu certatim comprobo. Ut, *stantes complaudebant in re ficta.*

Displodo, dis, act. t. cum plausu seu crepitu rumpo vel ejaculor; Bryder eller skyder saa det giffuer Buff/ som naar en bysse gaar aff eller noget brydis. *Vesicam aëre plenam displodit.* Sic *tormentarium sclopum displodere.*

Displosus, a, um, quod displosimus, Affskut eller brusten med Puff oc Lummeren. *Displosa vesica.*

Explodo, si, sum, quasi plaudendo ejicio, nimirum plausu pedum manuumq; damno, vdklapper / beleer/ vdskurer / vdhuitzler eller raaber oc spaatter. *Genus hoc divinationis explosit. histrio non modo sibilo sed etiam convicio è scena explodebatur.*

Explosio, explodendi actus. Ut, *explosio ludorum funerumq;*, latter oc bulder.

Explosus, a, um, quod explosimus, vdleed/ vdraabt. *Sententia explosa.*

Replodo, Apul. pro repercutio. Ut, *dextra sævientem frontem replaudit.*

Supplodo, is, pedibus terræ illisis sonitum facio; q. subtus plaudo, Fodklapper/ Klammerer med Fødderne / Tramper. *In judicio nemo pedem supplosit.*

Supplosio, nis, f. t. supplodendi actus, Fodklappen. *Supplosio pedum.* Eratq; supplosio, signum & indicium indignationis.

PLAUDUS, sive Plautus, m. s. Canis, qui est auribus patentibus laugvidis & flaccidis: sic dictus, quòd aures latiùs pateant, q. πλατύωτος, Slaudoret. Aliter Plautus q. πλατύπους à pedum latitudine. Item Plautus à calcei genere, qui à Græcis βλαύτη & βλαύτιον dicitur, quod sandalium est.

Platus, sive plotus & Plautus, antiquis qui est latis pedibus, à πλατὺς, i. e. latus.

Semi-

Semiplotia, ſolex, quibus utebantur in venando, quo planiùs pedem ponerent, ἀδήλων.

PLEBS, f. t. populi pars ignobilior, ſc. quæ, exclusis Patriciis, Senatoriis & equitibus, continet tribunos, ærarios, ſcribas, mercatores, fœneratores, artifices, opifices, turbam forenſem, libertinos & Magiſtratuum apparitores: ſic dicta, à πλείων, pars major amplior & numeroſior ut & Græcis πλῆθος ejusdem ſignificationis. quòd numeroſior eſſet quàm ordo patricius & ſenatorius, Almue / den ſtore hob / det gemene Folck. Tropice accipitur pro plebejo. Ut, *plebs eris*, i. e. plebejus.

Plebecula, f. pr. exigua plebs. Interdum etiam contemnentis eſt.

Plebejus, a, um, quod eſt ex plebe. Ut, *ædiles plebeji, favor plebejus.* Et translatè vilis & vulgaris. Ut, *olla plebeja.*

Plebitas, antiquè, pro ignobilitate q. plebis conditio vel ordo plebejus.

PLECTO, is, xi, vel xui. ctum. act. q. verbere afficio, cædo, ferio, à πλήσσω, ſlaar oc baſker. *Plectit illos pugnis.* Unde πλήκτης percuſſor & promptus ad incutienda vulnera. Et peculiariter punio & ob crimen perpetratum cædo, Straffer. *Pendens plector: de hac cauſa plectitur: Culpa plectitur ſine invidia: plectitur negligentia, plectitur jure, plectitur in ſuo vitio,* Straffis / plagis. Aliter à plecto, i e. necto q. verberibus plecto & plexim afficio, hudfletter / hudſtryger. Inde ſimpliciter, percutio, ferio.

Plectrum, n. ſ. inſtrumentum, quo Citharœdi Chordas lyræ plectunt & percutiunt: Græcè etiam πλῆκτρον, Plecter / Feerd. Exponitur & calcar æneum, quod gallis gallinaceis addebatur dum inter ſe pugnarent.

PLENUS, a, um, nior, iſsimus, pr. prod. cui abundè eſt, à πλέως ejusdem ſignificationis, fuld. *Alabaſter plenus unguenti, plenæ fauces. homo ætatis plenus, ſtupri, faſtidii, jejunitatis.* Et *homo plenus ſanguinis*, i.e. ſanguinarius. Item, *plenus annis. homoribus.* Item *plena ſententia, numerus, gaudium.* Sic *plena oratio: & orationis genus plenum ornamentis. Pleno ore laudat. Pleno pede ingreditur,* fuld gang. *Militet ire plenis viis*, vel quòd viæ plenæ ſint militum, vel quòd pleno pede & greſſu inſiſtant viis. *Plenus cadus: plenum theatrum. Plena manus.* Et *mulier pulchrè plena*, i. e. prægnans. Sic, *plena ſus.* Item, ut ſupra, *pleniſſimus fraudis, ſceleris, plenus inimicorum & officii: conſilii, injurii, gloriarum, dedecoris.*

Plenè, modo pleno & perfecto, fuldkommelig / gen. *Homo plenè ſapiens. Plenè eruditus. Plenè vito, plenè ſentio.*

Plenitudo, inis, f. t. pleni ratio, fuldvondhed / fuldkommenhed. Et ſpecialitèr corpulentia. Ut, *hominis plenitudo.*

Pleo, es, evi, etum, plere verbum non niſi in compoſitis uſitatum, pro plenum facio.

Compoſita.

Compleo, es, evi, etum, act. ſ. penitùs plenum facio, fylder offuenfuld / opfylder. *Navem undis complet.* Et translatè finio. Ut, *Complere centum annos,* fuldende / fylde 100. Aar. Item ſuppleo, fylder i ſteden. *Complere cohortes.*

Completus, a, um, quod complevimus, opfylt oc fuldkommet. *Anni completi.* Et cum caſu amiſſo tempore, carcer mercatorum *completus eſt.*

Complementum, n. ſ. quo aliquid complemus, Opfylding / tilſat at fylde oc fuldkomme med / opffuergiort. *Complementum numerorum, accuſationum.*

Depleo, act. ſ. exhaurio & in vas aliud fundo, Omtappe / tømmer / Omøſer / tapper om eller tylder. *Oleum deplet.* Et translatè, *fontem latum deplere*, i. e. copiam dicendi exhaurire.

Expleo, es, ad ſummum impleo, vdfylder / opfylder. *inglubiem explet, rimas explet. divitiis aliquem explere.* Et translatè conſolor. Ut, *me unum explent*: verbis ſc. conſiliis, pollicitationibusq;. Et *explere animum ſuum*, eſt animo ſatisfacere. Ut, *dum tempus tulit ſibi animum ut expleret ſuum,* haffde ſin villie / giorde hvad hannom lyſtede. Item expleo pro exonero, fylder aff / vdloſſer. *Navibus ſe explent terrisq; replent.* Et translatè, *explere animum curis.* Vel abſolutè *explere animum* pro exinanire animum curis. Slaae tancker aff ſit ſind. *Explere inimicitias,* fuldkomme oc fylliſt / giøre ſin harm oc fiendſkab. *Explere alicui animum,* Stille en tilfredz / giør en glad for ſorg. *Explenunt*, veteribus, pro explent.

Explebilis, le, m. t. quod expleri poteſt, fyldelig / mettelig. *Libido explebilis.*

Expletio, onis, explendi actus, Opfyldelſe / fylliſtgiørelſe. *Expletio naturæ,* Naturens forlyſtelſe / fylliſtgiørelſe.

Explementum, ti, n. ſ. quod explet, fylding / fylden. *Explementum ventris*, quod ventrem explet.

Expletus, a, um, quod explevimus, forfylt / vdfylt. *Cibo expletus miſeriis expletus.* Et translatè amiſſo tempore abſolutus & perfectus, fuldkommen. *Amicitiæ munus expletum, perfectum & omnibus numeris expletum.*

Inexplebilis, le, non explebilis, Som ey kand opfyldis / vopfyldelig. *Animal inexplebile.* Et translatè, *inexplebilis aviditas.* vmettelig begærlighed.

Inexpletus, a, um, idem. Ut, *cædes inexpleta.* Et adverbial. *lacrymas inexpletum*, i. e. ſine modo.

Impleo, es, plenum facio, fylder. *Implebit inero patteram.* Et translatè *officium ſuum vel officii partes implet,* giør ſit kald / fuldegiør ſit kald. *Implere aures,* eſt ſatisfacere. *Implere ſe inimicorum ſanguine.* Item paſsivè. *Canes uno coitu implentur*, cum adhibito admiſſario fœtum concipiunt. Et cum caſu genit. *Implentur veteris bacchi pinguisq; farinæ.*

Impletus, a, um, quod implevimus, fylt. *De his rebus volumina noſtra ſunt impleta.*

Adimpleo, Plin. idem quod impleo.

Oppleo, es, idem quod impleo, vel ad ſummum impleo, forfylder. *Opplet aures mea vaniloquentia: odor opplet aures. Opinio hæc Græciam opplet.*

Oppletus, a, um, quod opplevimus. Ut, *mens oppleta tenebris & ſordibus.*

Repleo, es, idem quod impleo. Ut, *domum gemitu replet. littora voce replet*, forfylder.

Repletus, a, um, quod replevimus. Ut, *odoro flore repletus*, forfylt.

Suppleo, es, act. f. vicem impleo, & in deficientis locum aliquid ſtatuo, fylder i ſteden / kommer i ſteden / fylder op igien. *Remigium ſupplet, ſocios ſimul inſtruit armis.* Ponitur & pro æquo. Ut, *ſi fœtura gregem ſupplebe-*

rit an-

rit aureus esto, i.e. si tot agnos habueris, quot oves. Item impleo, opfylder. *Fiscellam suspendito, quassato & supplero identidem. Supplere cætera*, i. e. addere. *Supplere debes hunc usum provinciæ*, i. e. præstare eum usum, quem tibi ipsi apparas.

Supplementum, n. s. quod ad supplendum rei alicujus numerum summittitur. Ut, *supplementum militum, remigum*, Fylding eller opfyldelse.

Composita alia.

Locuples, etis, om. t. q. locorum abundans, & dives agris & possessionibus, Rig paa godz oc jord. *Homo locuples, domus locuples.* Et translatè, *locuples oratio*, dives verborum & abundans, Rigtale paa ord oc meening. *Natura locuples est ad beatè vivendum*, i. e. dives facultate & occasionibus, Er Rig paa/ haffuer effne til. Item, Locuples, pro fide dives, Trofast/ som staar til troende. *Locuples auctor, testis, tabellarius.*

Locupleto, as, act. pr. locupletem facio, tùm propriè tùm translatè, Giør Rig. *Vinearum cultus locupletat patremfamilias.* Et translatè, *linguam latinam locupletare* pro augere & q. uberiorem reddere.

Collocupleto, as, act pr. valde locupleto seu beo. Ut, *collocupletasti me antiphila*, Giør rig paa alle sider.

Semiplenus, a, um, non integrè, sed q. dimidiatâ tantum sui parte plenus, Halffuld. *Stationes semiplenæ, scrobes semiplenæ.*

PLERUS, a, um, pr. prod. antiquè quod majorem vel maximam in se continet partem in re numerabili, seu quod plures partes continet, à πλῆρης plenus, propter copiam sc. Mesten / fleesten / meestendeel. *Plera pars pessundata est. minores magistratus partiti juris plures in plera sunto.*

Pleriq; , pleræq; , pleraq; adjectivum plurale, significans majorem partem ex numero aliquo, Mestendeel / meeste/ fleeste. *Pleriq; fugiunt labores.* Et cum casu, *pleriq; eorum, quibus cum vivo.* Et, *pleraq; ex illis conveniunt huic tenuitati.* Item cum adjectione omne, idq; per correctionem, vel per auctionem. Ut, *dixi pleraq; omnia*, i. e. pleraq; , imò omnia: *hoc pleriq; omnes faciunt adolescentuli*, i. e pleriq; , imò omnes. Vel simpliciter redundante omnes, sic tamen ut innuatur pars proxima toti & omni. Ponitur & aliquando pro nonnulli, Somme. *Videas plerosq; vrâ percitos.* Et singulariter, *plerusq; exercitus*, antique.

Plerumq; , adverb. significans persæpè & magnam vel majorem partem ex tempore, Gierne / mesten/ tit/ mestendeel. *Fortuita sunt quæ plerumq; non semper eveniunt. Aut semper hoc fit aut plerumq;.* Dicitur & *plerumq; omnes sunt intermortui*, pro pleriq; omnes. Item, pro nonnunquam, Undertiden. *Excussa sunt plerumq; vitia verberibus.*

PLICA, æ, f. pr. idem est quod ruga, à πλοκὴ, nexus, Folde. *Replica plicam & extende:* ut citat Calepinus ex Plauto.

Plico, as, act. pr. avi, atum, & ui, itum, & antiquè pleco, q. plicas facio & in rugas contraho & necto, à πλέκω ejusdem significationis, Folder / fnytter. *Se in sua membra plicabit: ideo fastigia posse summum ac feminum pedibus fundata plicari.* Sic *plicare chartam.*

Plicatilis, le, om. t. quod plicatur aut plicari potest. Ut, *navis plicatilis*, quæ facta ex corio complicata circumfertur ad trajiciendos amnes. Sic *crista upupæ plicatilis.* Et *sella plicatilis*, folde stoel. Sic *scala plicatilis*, folde stie.

Plicatura, æ, f. pr. Plin. vestis plicatæ ratio, Folden.

Plectilis, le, om. t. q. à plecto quodam ejusdem originis cum plico, à πλέκω, & quidem ad Græcorum πλεκτὸς ejusdem significationis, pro eo quod plicatura & nexu constat. Ut, *corona plectilis*, quæ ex herbis odoratis nectitur, non conseritur neq; suitur, flettfrantz.

Plexus, a, um, q à plecto, vel, ut Festus ait, ex Græco, idem est quod colligatus.

Composita quædam in Plex à plica & plico, ut videntur: quanquam & similis terminatio est Græcorum in δίπλαξ duplex, τρίπλαξ triplex. Ubi & inseruntur composita quædam in plus propter affinitatem significationis, licet diversæ originis: nimirùm à Græca terminatione

πλόος, in ἁπλόος à πέλω.

Alterplex, antiquis pro duplex.

Atriplex, icis, f. t. nomen herbæ: sic dicta, quòd homines atros & pallidos facit q. atrore implicans, Meld. Aliter respectum est ad Græcorum ἀτράφαξις ejusdem significationis.

Atriplexum, n. s. antiquè idem.

Centuplex, icis, om. t. Plaut. quod centum continet sub una notione, ut res una centum habens plicas, hundres defold/ hundrede dobbelt. *Murus centuplex.* Quanquam & hîc centuplex exponi potest: centum muri servandis rebus parum sunt.

Centuplicatò, adverb. Plin. ut, *hæc apud nos centuplicatò veneunt*, hundrefold.

Centuplus, a, um, idem quod centuplex.

Contortuplico, as, act. pr. Plaut. quasi contorquendo plico. Ut, *contortuplicare fila*, tuinde traad. Et translatè contortè involvo. Ut, *ita sunt Persarum mores, longa nomina contortuplicata habemus*, i. e. plura sibi invicem involuta & unita: qualia illa apud Plautum Nugipolyloquides, argentiexterebronides, tedigniloquides &c.

Decuplus, a, um, quod quantitatem alicujus rei in se decies habet, Tidobbelt / tifold.

Duplex, icis, om. t. quod duo in se continet q. duas plicas, dobbelt. *Corona auro gemmisq; duplex.* Hinc *vestis duplex*, & Græco nomine diplois, Fooret eller dobbelt klæd. Et synecd. vestis militaris duplicata, Rudekior tel oc kap. *Duplex vas* (pro quo & diploma dicitur Græco nomine) est quod alteri vasi, cacabo vel aheno impositum ejus ferventis calore concoquitur, som naar et Tinkar settis i et Kaaberkar med vand offuer Ilden til at sude huad i det Tinnede er. Item, *duplici aptantur dentalia dorso*, i. e. lato vel firmo. *Duplex pila*, i e. crassior, Ponitur & duplex pro gemino. Ut, *fœmina duplices habet papillas.* Item, duplices plural. tantum & masculi tabellarum genus, in quo literæ secretiores, quales sunt principum & amatorũ continentur: sic dicti, quòd duplici lino involvebantur vel literæ ipsæ vel locus sigilli, befalnings/ forordnings eller forskrifnings Breff/ Rolle/ sammenryllet breff/ Bolebreffue/ quemadmodum & diploma latinis Græco nomine dicuntur principum literæ, Kongebreff/ Førstebreff.

Dupliciter, modo duplici vel duobus modis, Tuende maade. *Dupliciter delectatus sum tuis literis.*

Duplicarii milites, sive Dupliciarii, qui duplici stipendio merebant, Dobbelt Soldner.

Duplico, cas, act. pr. duplicem facio, giøre dobbelt. *Numerum dierum duplicat.* Et translatè augeo, Forøger/ giør i lenger oc lenger. *Sol occidens dupliat umbras. Vitulus duplicat nobis copias bellum.* Et *duplicantur solicitudines.*

Duplicatò, Plin. idem quod dupliciter.

Duplicatus, a, um, quod duplicavimus, Dobbelt giort/ forøgt/ formerit. *Duplicata verba, duplicata gloria.*

Duplio, onis, veteribus mulcta dupli, Dobbelt betalning/ dobbelt boed.

Duplus, a, um, quod quantitate duplici superat, seu bis tantum est, dobbelt saa megit/engang saa megit. *Interballum duplum. Dupla agnina*, pro carne agnina agni grandioris & ablectati. Et *duplo majus*, & altero tanto majus, idem est. Et absolute duplum pro mulcta duplici quantitate. Ut, *fur dupli condemnatus*, dømt at giffue dobbelt eller to gange saa megit igien.

Duplaris, re, quod duplum in se continet. Ut, *numerus duplaris*. Et *duplaris actio* Jurisconf. quæ duplum intercedit. Et *duplaris miles*, qui duplam annonam accipiebat, dobbelt Soldner.

Adduplico, cas, act. pr. Plaut. idem quod duplico. Ut, *adduplicabit omne furtum.*

Conduplico, idem quod simplex duplico. *Conduplicare divitias. tenebræ conduplicantur*, Bliffue jo støre oc støre.

Conduplicatio, conduplicandi actus. Item figura Rhetorica, quæ & Græcè dicitur anadiplasiasmus.

Ipsiplices, folia quarundam arborum in se densa & q. conduplicata.

Multiplex, cis, om. t. varius, multarum partium vel specierum q. multarum plicarum, Mangfoldig. *Multiplex sermo, multiplex doctrina, multiplex paupertas.*

Multiplicitèr, modo multiplici, Mangfoldigen. Et comparat. Plin. multiplicitùs.

Multiplico, cas, multiplex facio, Giør mangfoldig. *Multiplicantur flumina aquis, multiplicare gloriam.*

Multiplicatio, multiplicandi actus, Mangfoldiggiørelse. *Multiplicatio frugum.*

Multiplicabilis, le, quod potest multiplicari. Item, idem quod multiplex. Ut, *tactus multiplicabilis.*

Octuplus, a, um, otte dobbelt. *Octuplum judicium.*

Octuplicatus, a, um, q. octies plicatus, otte dobbelt giort. *Census octuplicatus.*

Quadruplex, icis, om. t. quod numero quatuor cujuscunq; modi implicitum, Fiiredobbelt / fiirefoldet. *Ordo quadruplex, stella quadruplex.* Item, idem quod quadruplus. Ut, *pecunia quadruplex*, Fiire gange saa megit. *Magnitudo quadruplex*, Fiire gange saa stoer.

Quadruplico, cas, quadruplicem facio, giør fiire dobbelt. *Lucris quadruplicat rem suam.*

Quadruplicato. Ut, *vinea quadruplicato erupta.*

Quadruplus, a, um, quod quatuor tantundem est, fiiregang saa megit. *Ætas quadruplex*, fiiregang saa stor oc lang. *Quadruplus in te manus injicias*, i. e. à tribus adjutus. *Fur quadruplum dedit*, i. e. quater tantum, quantum abstulit.

Quadruplò, Ut, *pulmo quadruplo major bubulo.*

Quadruplor, aris, d. pr. delatione criminis publici quartam partem bonorum condemnati mereo & accipio. Inde aliquem defero in judicium, Befører en for dom oc ræt. *Nolo quadruplari.* Exponitur & quadruplum do & solvo ex lege, Giffuer fiire dobbelt igien.

Quadruplator, oris, m. t. qui quadruplatur, delator, Befører/Spidshoffuet/Ridderrød. *Deterrimus quadruplator & delator publicorum criminum.* Item, *Quadruplatores, portorii & vectigalium conductores*: unde translatè, *quadruplator beneficiorum.*

Quincuplex, cuplicis, om. t. numero quinario constans, Femfold/femdobbelt.

Quotuplex, icis, nomen interrogans, quot generum, quot specierum, quot modorum, huor mange slags.

Quotuplus, a, um, nomen interrogans quoto numero sit aliquid, huor mangfoldig. *Quotuplum reddit ager?* Et relativè: *Centuplum Ægyptii agri reddunt, quotuplum vix nostri.*

Septemplex, eis, Virg in septem partes divisum. Ut, *Clypeus septemplex.*

Sescuplum, sive sesquiplum, quod numerum gradus aut mensuram totam in se continet, & præterea ejus dimidium: ut cum dicimus *senarium esse sescuplum quaternarii & semissem quadrantis.*

Sesquiplex, & sesqui plus, quod totum in se continet & ejus dimidium, halffanden dobbelt / halffanden gang saa megit. *Nodus aut sesquiplex, aut duplus aut par.*

Simplex, icis, plicior. issimus, quod in se solum, est unius modi, nec alio conjunctum mixtúmve, quam sine plicis, vel ab ἁ σὺν πλόϛ ejusdem significationis, Enfoldig. *Vestis simplex, cibus simplex, simplex argumentum, simplex oratio.* Et translatè candidus, ingenuus, Retfrem/Enfoldig/ vden skalckhed. *Homo simplex, animus simplex, mores simplices.* Item, rudis & nullius doli capax.

Simpliciter, modo simplici, Enfoldigen. *Amicè & simpliciter me reprehendebat: breviter simpliciterq; dicit, bibit: simpliciter oberrat*, i. e. ab itinere deflectit.

Simplicitùs, antiquè pro simpliciter.

Simplicitas, atis, f. t. rei simplicis ratio & affectus, Enfoldighed. *Morum simplicitas.* Est aut m simplicitas alia cum prudentia & virtute: alia cum insciti & stoliditate.

Simplus, a, um, quod numero unum est, En enig. *Simpla habitatio.*

Simplarius, a, um, Jurisconf. quod modo simplo fit. Ut, *venditio simplaria*, in qua venditor non necesse habet de dupla emptori repromittere. *Simplaria actio*, quæ in simplum dabatur. *Armatura simplaria*, pro qua simplum stipendium accipiebat miles. Inde & *miles simplarius*, en Soldner.

Triplex, icis, om. t. q. tribus plicis constans, Tredobbelt. *Æs triplex circa pectus erat: forma cerberi triplex. Triplex triumphus. Gens triplex*, i. e. trium generum, Tre slags. Et pluraliter *triplices* in gen. tabulæ erant cerátæ à numero foliorum dictæ, in quibus res leviores scribi solebant; Quemadmodum in centuplicibus graviores. Item *triplices*, literæ tripliciter obvolutæ, vel triplici lino, vel loco sigilli tripliciter obvoluto. Item *triplices*, literæ quæ tribus respondent.

Triplicitèr, modo triplici, Tredobbelt. *Commutabimus rem tripliciter.*

Triplico, cas, act. pr. triplicem facio, Giør tredobbelt.

Triplus, a, um, ter tantum, Tregang mere. Ut, *instituit dupla & tripla intervalla explere.*

Composita cum præpositionibus.

Applico, as, avi, atum, & cui, itum, act. pr. q. ad aliquid me plico & adjungo, Vender mig til / slaar eller giffuer mig til / holder mig til nøget. *Applicat se ad Philosophiam, ad scribendam historiam: ad pios, ad amicitiam alicujus. Et omnes*

vires

bires ad unius ductum applicarunt. Item, *applicare se ad navem, ad ignem,* i. e. appellere, holde sig hen til. *Voluptas non applicatur ad honestatem. Ad aliquem q. patronum se applicare.*

Applicatio, onis, applicandi actus. Ut, *applicatio animi,* quâ animus se applicat. Item, *jus applicationis,* quo se quis ad Patronum applicat.

Applicatus, a, um, quod applicavimus. Ut, *omne animal applicatum est ad se diligendum.* Item, *applicatis ad terram navibus,* i. e. appulsis

Circumplico, Cic: Circumquaq; plico, Omvæffuer/ Omsvøber. Unde, *puer serpentis amplexu circumplicatus.*

Complico, as, act. pr. simul plico, Folder sammen. *Complicare rudentem, epistolam.* Item, *complicare vela,* Tage svøb Ind paa segl / giøre seiglet mindre.

Complex, icis, om. t. socius sceleris, q. qui eodem crimine cum alio implicatus est, ἄδηλον.

Displico, as, act. pr. plicata dissolvo & extendo, Vdbreder eller adsplitter. Unde, *displicare hominem quadrigis,* i. e. vinctum equis quatuor, vel axi currus in diversum distrahere, Flecke/ slide eller splitte en Misdedere med fire heste eller vogn. Legitur autem in Hadriano despicare: fortè minus rectè.

Displicatus, a, um, quod displicavimus, adsplit/ Ut, *volucres displicatæ quæ dispersæ sunt.*

Explico, as, avi, atum & ui, itum, quasi plicas evolvo, seu plicis exsolvo, vdfolder / vdslaaer. *Explicare plagas, explicare velum, explicare vestes, explicare alas.* Et translatè, *explicare aciem militum, agmen,* est in locum patentem exponere ad præliandum, Slaa Krigs folck vdi Orden. *Explicare urbem, explicare umbras,* Vdbrede. *Explicare negotium.* vdrette sit erende *Explicare rem frumentariam,* Bestille foer oc fæ-tallie. *Explicare se laqueis,* Redde sig vdaff. *Explicare literas, volumen,* Oplucke / vdslaa oplade. Et *explicare animum suum, cogitationes, scriptum aliquod,* est explanare & declarare, forklare.

Explicabilis, le, om. t. quod explicari potest, Forklarlig / kendelig. *mensura explicabilis.*

Explicatio, onis, explicandi actus, vdredning/ vdredelse. *Explicatio rudentis. explicatio quæstionis,* Forklaring.

Explicator, m. t. & explicatrix in sexu fœmineo, qui explicat. Ut, *rerum explicator. Vis dicendi explicatrix orationis.*

Explicatus, a, um, quod explicavimus, Vdred / vdbred/ forklaret. *Explicata acies,* vdslagen/ slagen i orden. *Explicata urbs. explicatus liber. Explicata manus,* Flad/oben haand. *Frons explicata,* glat oc slet pande: estq; signum serenitatis animi. Ut, *homo explicatæ frontis,* Mild.

Explicatè, adverb. modo explicato, ut, *explicatè dicit,* Klarligen/med forklarelse.

Explicatus, us, m. q. idem quod explicatio.

Explicitus, a, um, idem quod explicatus. Ut, *defensio explicita.* Et *explicitum opus,* i. e. absolutum. Et amisso tempore, *ex propositis consiliis duobus expliciùs videbatur ad Ilerdam reverti,* Klarliger / rædliger.

Inexplicabilis, non explicabilis, Vredesom/ vildsom. *Iter inexplicabile, fraudes inexplicabiles, viæ inexplicabiles continuis imbribus,* Huor mand icke kand komme frem / eller komme aff skarnet. Sic *laquei inexplicabiles.*

Inexplicitus, a, um, Martial. idem. Unde translatè, *inexplicitus Plato,* i. e. obscurus, Mørck/vildsom/ vredesom.

Implico, as, unum in alio vel aliud plico, propriè & translatè, Jeller indfletter/ i eller indvickler/ væffuer ihin anden/ vrefflet/ vrimler sammen. *Implicuit comam læva, implicat caput ad speculum,* i. e. ornat. *Quod malè implicuisti, solvas potius quàm abrumpas. implicare aliquem criminibus, odiis, suspitionibus.* Et *implicari morbo, officiis, religionibus.*

Implicitè, modo implicito, Jvent / ivickligen / forvildet/vildsommeligen.

Implicito, as, act. pr. Plin. multùm vel sæpiùs implico.

Implicatio, onis, implicandi actus, Jvickling/ vendelse/ besnærelse. *Implicatio rei familiaris, implicatio nemorum. locorum implicatio* pro Dialectica implicatione.

Implicatus, a, um, quod implicavimus, Jvicklet/ ivend. *Avaritia omnibus criminibus implicata. amicus est consvetudine & benevolentia implicatus. homo implicatus expectatione supplicii,* Besnæret. Sic *molestiis implicatus: severitate judicum implicatum.*

Implicitus, a, um, idem. Ut, *hæc quatuor inter se sunt colligata & implicita.* Sic, *implicitus religionibus, suspicionibus &c.*

Interplico, as, Stat. q. inter alia & passim implico.

Perplicatus, Lucret. pro implicitus.

Replico, as, plicatum solvo, Folder op igien. *Replica plicam & extende.* Item idem quod plico. Ut, *cortex replicatur in rugas.* Item retrorsum plico: unde *replicare cervicem* pro reflectere. Et *acies ferri replicatur,* Falder/ foldis/ eller slais tilbage. Item, idem quod revolvo. Ut, *replicare librum.* Et translatè, *replicare memoriam annalium, temporum,* Igiennomleder/offuerleder. Item inculco. Ut, *hæc sapiùt replicavit.*

Replicatio, onis, replicandi actus. *Replicatio mundi,* i. e. conversio. Item replicatio Jureconsul. allegatio intentionem sustentans, adversus exceptionis iniquitatem.

Replicatus, a, um, Statio pro replicatus. Ut, *replicatæ bulborum tunicæ.*

Alia Composita ab inusitato plector.

Amplector, eris, xus, dep. t. brachiis alicui plicatim circumjectis capio, Omfauffner. *Flens me amplexus est.* Inde tropicè amo. Ut, *eum ego amplector. pluribus verbis amplector. Amplector ingenia. vehementer amplectitur scientias,* i. e. aggreditur. Legitur & apud Lucil. passivè, *non sinam me amplectier.*

Amplexus, us, m. q. amplectendi actus. Ut, *puer circumplicatus amplexu serpentis,* Omfauffnen.

Amplexor, aris, dep. pr. amplexibus excipio, foveo, Tager venligen oc kierligen imod. *Me insectante inimicum meum amplexantur. Appius totum me amplexatur.* Et de rebus incorporeis: *Amplexatur & tuetur judicium suum: animi ipsius cognitionem, otium, auctoritatem, censuram,* Tage imod. Et *Plato species amplexatur,* i. e docet ac magnifacit.

Circumplector, Cic. ex omni parte amplector, Omfaffner/omgriber.

Circumplexus, us, Plin. m. q. circumplectendi actus, Faffnelse.

Complector, eris, d. t. idem quod amplector Ut, *complectitur mediam mulierem,* Fauffner i midien / omfauffner. Et tropicè, amo, haffuer kier. *Complector hominem.*

hominem. Et cum adjectione: *amore te complector.* Item *complector cogitatione*, i. e. cogito. *Complector animo*, i. e. considero Jurisconsult. & jam passivè usurpatur.

Complexus, part. pass. quod complexi sumus, Befattet/forfattet/indfattet/omfattet/omfauffnet.

Complexus, us, m. q. complectendi actus, Fauffntag/fauffnelse. Item amor, venlighed/ockierlighed. Item coitus.

Complexio, onis, complectendi actus, Omfauffnelse. Item figura quædam apud Rhetoricos. Item periodus & comprehensio verborum.

Implexus, a, um, idem quod implicatus, Jvickfeler/ivunden eller suøbt. *Aurum crinibus implexum; angues crinibus implexi.*

Perplexus, a, um, idem quod implicitus, Jvicklet oc foldet i hin anden. *Perplexa semina & in se convoluta.* Et translatè, quod irà obscurum est, ut commodè intelligi non possit, Mørckt/forblummet/vredesomt. *Perplexi aliquid habet ista legatio. amicos Patris tenta perplexis sermonibus.*

Perplexè, adverb. modo perplexo, Forblummet/mørckt. *Perplexè mecum loquitur.*

Perplexim, Plaut. idem. Ut, *perplexim te oratione lacescit.*

Perplexor, aris, dep. pr. Plaut. perplexo sermone utor, vel perplexè ago. Ut, *pacto solito perplexari*, Forblummer.

Perplexabilis, Plaut. Idem quod perplexus. Ut, *verbum perplexabile.*

Perplexabiliter, Plaut. Ut, *perplexabiliter pavefaciam pectora eorum.*

PLORO, as, n. pr. prod. q. flens oro, aut plenè seu planè oro, Begær noget með graad/eller inderligen begær oc skriger effter/skriger for noget at faa. Antiquis n. significabat quiritatu auxilium peto, appello clamoq; Ut, *si parentem puer verbassit* (seu verberaverit) *ast olle plorassit parentes, puer dibis parentum sacer esto.* Inde simpliciter fletu aliquid prosequor. Ut, *dato puero panem, ne ploret, conductus plorat in funere. plorat & supplicat pro me.* Dicitur & *plorat, aquam profundere. plorat objicere me incolis*, i. e. ægrè fert, si profundat aquam, & objiciat me incolis.

Plorabundus, a, um, vehementer plorans. Ut, *hom ad Prætorem plorabundus venit.*

Plorator, m. t. qui plorat, Grædere.

Ploratus, a, um, part. pass. Statio quod deploravimus. Ut, *ploratus rogus.*

Ploratus, us, m. q. plorandi actus, Grad oc skrig. *Civitatis gemitus, ploratus.*

Composita.

Apploro, as, juxta ploro vel apud aliquem ploro. Ut, *queritur applorans tibi.*

Comploro, as, idem quod deploro, Begræder.

Comploratus, a, um, quod comploravimus, Begrædt. *Complorati homines, complorata mors.*

Comploratio, complorandi actus, Begrædelse.

Comploratus, us, m. q. idem vel comploratis affectio, Grad.

Deploro, as, ploratu prosequor, Begræder. *Vitam deplorat.*

Deploratus, a, um, quod deploravimus, Begræd. Et per consequens, de quo spes non ultra est, huor om

intet forhaabning er. *Deplorata cadavera, deplorati milites, deplorata respubl. deploratus morbus, deplorata aurium vitia, deplorati ægroti.*

Indeploratus, a, um, Ovid. non deploratus, cujus mortem nemo deplorat, vbegræd/vbegrædelig/som intet actis/er ingen sorg for. *Indeploratus sepelitur. Indeploratum projice caput.*

Exploro, as, veteribus valdè ploro & exclamo. Inde significat diligenter observo, inquiroq;, Vdspeider/tager vare paa/beseer. *Locum explorant: portam trepidi explorant.* Sic *explorare factum.* Et *explorare robora fumis*, i. e. experiri, Forfare/forsøge.

Explorator, oris, m. t. qui explorat, Vdspeider.

Exploratus, a, um, tior & tissimus, q. quod per explorationem certum est, Vist. *Explorata salus, explorata victoria.* Et *exploratum habeo*, Verd til visse: *Hoc mihi exploratum est*, pro eodem. Item, *explorato jam profectos esse amicos, noctem egit insomnem*, i. e. postquam ipsi exploratum erat & cognitum, der hand haffde spurd oc forfaret.

Explorate, modo explorato, Tilvisse. *Explorate perceptum est & cognitum.*

Exploratoria galea, humilis sine cono, quâ usi sunt exploratores, Lav oc læt Jern hat.

Inexploratus, a, um, non exploratus, vkiend/vforsøgt. *Vadum stagni inexploratum, inventio inexplorata, quam nondum exploratam habeo.*

Inexplorate, & inexploratò, adverb. modo inexplorato. Ut, *inexplorate pabulatum misere*, Vden spejdelse.

Endeploro, antiquis, pro imploro.

Imploro, as, quasi plorando rogo, oroq;, significatq; simpliciter indigus auxilium peto, Paakalder aff nød/beder om hielp. *Illac fidem nostram implorat: Vos imploro.*

Imploratio, onis, implorandi actus, quo sc. implorамus, Paakaldelse. *Imploratio Deorum, hominum, sociorum.*

Opploro, as, n. pr. plorando obtundo. Ut, *auribus meis opplorare desine.*

PLUMA, æ, f. pr. prod. vestis avium & molliſſimæ earum lanugo, à πλέγμα & πλογμὸς, de crinibus intortis, implicitis & plexis; quòd pluma sit convoluta, implicita & intricata, cùm pennæ sint radiatæ, discretæ & distinctæ, Duun. Indè translatè in veste pluma dicitur lanugo quædam superexstans & arte aliqua intexta, Blommer paa fløyel. Aliter pluma q. piluma à pilis.

Plumula, parva pluma.

Plumarius, a, um, quod plumis constat, Dyeet. *Culcita plumaria.* Et translatè, quod plumam refert. Ut, plumarium de veste acu picta, vel cui lanugo quædam seu pluma intexta super exstat, fløyel. Item absolutè, Plumarius, qui acu culcitas pingit, seu opus facit plumarium, Pudesticker eller fløyelmager.

Plumatilis, le, om. t. idem quod plumarius. Unde *vestis plumatilis* de opere plumario. Exponitur & elevata aut ex clavis facta.

Plumatus, a, um, plumis tectus. Ut, *corvus plumato corpore: molli plumata lanugine.*

Plumosus, a, um, idem. Ut, *plumosum pectus, plumosum aucupium.*

Plumesco, is, plumatus fio, flyggis. *Pullus plumescit.*

Plumo,

Plumo, as, n. pr. plumam emitto, **faar fære/ Dunis/ færis/ flyggis.** *Pulli plumant.* Et translatè *plumans vestis & plumans difficultas*, pro veste & opere plumario.

Plumeus, a, um, quod ex plumis est. Ut, *culcita plumea*, **Duendynne.** *Lectus plumeus*, **Færeſeng/duneſeng.**

Compoſita.

Deplumis, e, om. t. Plin. idem quod implumis.

Implumis, e, om. t. plumis carens, q. ſine plumis, **Baer/ vden feer/duun eller haar/ belder.**

PLUMBUM, bi, n. ſ. metalli genus omnium molliſſimum, & liquefactu facilimum à fluo ſeu βλύω mano, quòd facilè fluat cedendo ſive igni ſive contuſioni. Eſt a. dupli cis generis. Ut, *plumbum album*, **Tin**. *plumbum nigrum*, **Blye.** Item Plumbum Medicis, genus vitii in oculis.

Plumbago, inis, f. t. communis vena plumbi & argenti. Eſt & herbæ nomen. Item, lapis eſt plumbarius alio nomine, Galæna, **Bly oc Sølffmalm tilhaabe.**

Plumbarius, a, um, quod ad plumbum pertinet. Ut, *plumbaria officina.* Et abſolutè, *Plumbarius*, qui ex plumbo facit opera, **Blymeſter/Blytecker.**

Plumbo, as, act. pr. plumbo conglutino & ferrumino, **Lodder med Blye.** *Argentum ex ſtanno plumbatur.*

Plumbatæ, Vegèt pilæ erant plumbeæ, quas veteres peregrino vocabulo Martiobarbulos vocabant, **Blylod.**

Plumbatura, æ, f. pr. ferruminatio per plumbum, **Blylodning.**

Plumboſus, a, um, quod plurimum plumbi admiſtum habet. Ut, *res plumboſa. fex ejus plumboſiſſima.*

Plumbeus, a, um, quod ex plumbo eſt. Ut, *nummus plumbeus*, **Blypending.** *Charta plumbea*, **Blik.** Et tropicè, *plumbeus color*, qui plumbum refert, **Blyfarffue.** Item translatè, *Plumbeus homo*, qui eſt colore plumbeo. Item, *homo plumbeus*, qui ſtupidus eſt & obtuſus, **Dorſk/Duntter.** Sic *plumbeum ingenium.* Item *plumbeæ iræ*, quæ ſunt graviſſimæ & altiùs inſident pectoribus. Et *plumbeus gladius*, pro argumento futili & levi, quod nullarum eſt virium, **ſom haffuer ingen mact/ ſtrøbeligt / vanſtyrckeligt.** Unde, *jugulare aliquem gladio plumbeo*, i. e. facilè & nullo negotio. Item, plumbea, abſolutè, idem quod plumbatæ. Ut, *ictu plumbeæ mortuus eſt.*

Compoſ.

Replumbo, as, act. pr. Juriſconſ. pro diſſolvo plumbo ferruminatum, vel à plumbo ſeparo. Item generaliter quamvis ferruminationem diſſolvo, etiamſi plumbo glutinata non ſit, ſed alio quocunq; ferruminis genere.

PLUO, is, ui, vel uvi, utum, n. t. de aquis dicitur cœlitùs ſtillantibus & cadentibus, ex antiquo quodam πλύω, cujus veſtigia manent in πλύνω lavo, **Regner.** *Pluit in terris.* Item de aliis, quæ cœlitùs cadunt. Ut, *pluit lapis: pluit lapidibus. pluit terram.* Et translatè, de aliis effusè & densè cadentibus. Ut, *pluit ilice glandis*, **falder tyckt/ dryſſer.** Aliter à fluo.

Pluvia, æ, f. pr. conſpiſſatus aër cœlitùs ruens: aqua pluens, **Regn.**

Pluvialis, le, om. t. quòd eſt pluviæ. Ut, *aqua pluvialis*, **Regen vand.** Item abſolutè, *pluvialis*, nomen avis.

Pluvius, a, um. Idem ut venti pluvii qui pluviam inducunt, **Regnevind.** Sic *auſter pluvius*, *cælum pluvium*, *frigus pluvium.*

Pluvioſus, a, um. Ut, annus pluvioſus, in quo fiunt frequentes pluviæ, **Vaat Aar.** *Pluvioſa hyems*, **Vaad Vinter.**

Compoſita.

Complutus, a, um, Jul. Scal. pluvia irrigatus. Ut, *terra compluta.*

Compluvium, n. ſ. locus in ædibus, quo de diverſis tectis aqua pluvialis defluit. Item, tabulatum in modum plutei devexum in unam partem ædificiis applicitum, **Skrue eller lude til noget Huus.**

Compluvius, a, um, ut, *complubius lacus. complubia aqua*, quæ in compluvio colligitur.

Compluviatus, a, um, ad compluvii modum factum. Ut, *compluviata vinea*, quæ quadruplici jugo conſtructa eſt. Sic *vitis complubiata*, tecti in modum longè lateq; fornicata.

Depluo, deorſùm pluo, vel ex loco ſuperiore pluo, **Regner ned.** *In terram depluit lapis.*

Diſpluviatum tectum, quod ex hac & illa parte aquam pluviam devehit, ſcilicet trabium junctis capitibus, pedibusq; divaricatis, **Huul tag/tag med tu ſider.**

Impluo, is, uvi vel uvi, utum ſuper aliquid pluo, **Regner paa/Regner offuer.** *Impluit mihi.*

Implutus, a, um, pluviâ madefactus.

Impluvia, n. ſ. veſtis erat, quâ ſacerdotes per imbrem utebantur, **Regnekiæde:** vel etiam veſtis impluviato colore.

Impluviatus color. Color eſt parietum rubiginem è pluviæ defluxu natam imitans, **Veggeſkimmel:** aut, ut Nonius exponit, color quaſi fumato ſtillicidio impiutus, **Sortrøget oc ſoedet farffue.**

Impluvium, locus quadratus in ædibus ſine tecto: ſeu locus in tecto cavædii apertus, ad recipiendum lumen, quo & imber impluere in domum poteſt & colligi, **Glug eller lug paa Taget/ huor der kand gaa Lius oc Regn ind i Huſet/ ſaa vel ſom orſaa huor Røg kand fare vd aff Taget/ Røgegab/ Røgehul/ Vindue paa Taget.** Eſt itaq; locus in tecto ad varios uſus, vel ad excipiendum lumen, vel aquam, vel egerendum fumum.

Perpluo, is, n. t, per medium pluo, **Regner igiennom.** *Cœnaculum perpluit*, i. e. per cœnaculam pluit. Sic *tigna perpluunt*, i. e. per tigna pluit, ſeu pluviâ madefiunt & corrumpuntur. Et translatè, activa ſignificatione, *moleſtiam in pectus meum perpluit amor & cupido*, pro immittit & infundit, ſeu demittit quaſi pluviam.

PLUTEUS, m. ſ. pr. corr. machina bellica conſtans crátibus corio crudo tectis, & in unam partem devexis, inſtar compluviorum in ædificiis, nec non tribus rotis ambulatoria, & oppidorum oppugnationibus accommoda, à pluo, q. contra pluviam, non tàm aquæ quàm telorum. Inde translatè Pluteus tabula, qua aliquid præſepitur, **Skermbret.** Item tabula marginata, **Ramme med ſine Liſter.** Item, tabula, in qua libros, tabulas, ſignaq; reponimus, **Bøgſtoel.** Item, in qua aliquid ſcribimus aut medicamur, **Skriffuer brett.** Item, fulcrum lecti à cervicali, **Hoffuetbrett eller Hoffuetſtycke i Seng.** Item ſeptum marmoreum aut lateritium, aut ex tabulis aliáve materia, quo intercolumnia obſepiuntur intercluduntur q;, **Skillerum.** Exponitur & tripedaneum lignum, cui tabulâ, cum pingitur, innititur.

Plutealis, le, om. t. Ut, *ſigilla plutealia*, pro imagunculis, quæ tabulis ſunt incluſæ, **Billede i Ramme.** Sed lectio eſt ſuſpecta; legentib. aliis hoc loco putealia ſigillata à puteali, operculo.

POCULUM, n. ſ. pr. prod. vas è quo potamus, à πόω poto, Drickefar / Drickeſtob / Beggere. Dicitur Plauto græca voce poterium, ποτήριον. Sumitur & aliquando tropicè pro ipſo potu ſive potione. Ut, *pocula ſi quando ſæbæ infecêre novercæ.*

Pocillum, n. ſ. parvum poculum.

Pocillator, m. t. qui miſcet & pocula infundit, ſeu qui eſt à poculis, Skenck / ſkencker. Diciturq; nova voce & minus latina, pincerna q. πῖνον κιρνῶν, potum miſcens & fundens. Unde auſter dicitur pincerna pluviarum, qui pluvias vehementer conciliat.

Poculentus, a, um, quod in potum ſumi poteſt, Dricke vare. Quidam tamen hîc malunt potulentum.

PODAGRA, æ, f. pr. ποδάγρα, morbus articularis, pedes maximè infeſtans, Podaggel.

Podagricus, a, um, qui podagra laborat.

Podagroſus, a, um, podagra laborans. Ut, *podagroſi pedes.*

Podager, a, um, Claud. idem quod podagricus.

PODEX, cis, m. t. pr. prod. poſterior pars corporis pudenda, ex qua πόδες fluere videntur, Arß / Røff. Aliter à pudet, tanquam pudenda pars, vel pudoris plena.

POENA, æ, f. pr. peccati ultio, qua quis ſc. ob delictum afficitur, à ποίνη, ejusdem ſignificationis, Straff. Inde abuſivè ponitur pro premio, Løn oc Betalning. *Captiva reddita eſt ſerâ pœnâ.*

Pœnalis, le, om. t. quod ad pœnam pertinet. Ut, *opera pœnalis*, pro opera, quæ in pœnam imponitur.

Pœnarius, a, um, Quintil. idem. Ut *actio pœnarii.*

Pœnitet, uit, imperſon. dolet graviter animo delinquentis q. pœnâ inflicta, Angrer oc fortryder. *Pœnitet me facti, victoriæ, meæ fortunæ. pœnitet me mei. nihil facias quod pœnitere poſſis. pœnitendum eſt tibi tui conſilii. pœnitendo errorem corrigit.*

Pœnitens, tis, om. t. quem alicujus pœnitet, Ut, *pœnitens facti. pœnitens de matrimonio,* Angrende.

Pœniturus, a, um, part. fut. act. *Non arbitror te pœniturum tuæ laudis.*

Pœnitendus, a, um, paſs. cujus nos pœniteat. Ut *ager hic colono pœnitendus,* Fortrydelig / angerlig.

Pœnitentia, æ, f. pr. pœnitentis affectus, Anger oc ruelſe. *Pœnitentia rei geſtæ.* Ponitur & pro contemptu & aſpernatione. Ut, *gens æterna in qua nemo naſcitur, tàm fœcunda illis aliorum pœnitentia.*

Punio, is, act. q. & antiq. pœnio, à ποίνη pœna, pœnam infligo, pœnâ afficio, Straffer / heffner. *Punit ſupplicio, capite. punio maleficium, ſontes.*

Punior, iris, d. q. idem. Ut, *punitur mortem clariſſimorum hominum.*

Punitio, puniendi actus.

Punitor, oris, m. t. qui punit. Ut, *punitor doloris ſui,* Heffner.

Punitus, a, um, quem punivimus. Ut, *punitus reus,* Straffet.

Compoſita.

Impunio, onis, m. t. antiquis pro impudenti, qui impune graſſatur, Offuergiffuen.

Impunè, iùs, iſſimè, ſine pœna, wſtraffet / vden ſtraff. *Impunè mentitur.* Et translatè ſine noxa & detrimento, vden ſkade / ſkadeesløß. *Rami alterius arboris in alterius vertuntur impunè.* Item ſine periculo, liberè, vden fare / friligen. *Impunè multa fingit.* Item, idem quod fruſtrà, forgæffs. *Impunè hoc tibi optas. impunè diem conſumit.*

Impunitas, atis, f. t. pœnæ remiſſio, Friheð for ſtraff / ingen ſtraff for ſin wgierning. *Spes impunitatis eſt illecebra peccandi.*

Impunitus, a, um, quod non punivimus, wſtraffet. *Scelus impunitum, injuria impunita.*

Suppœnitet, Cic. aliquantulùm vel propemodum pœnitet.

POETA, tæ, m. pr. ποιήτης, qui res ſive veras, ſive ingenioſiſſimè fictas, carminibus artificioſiſſimè deſcribit, Poet / konſtig dicter oc ſynderlig Skriventer paa Verß. Ponitur & Poëta ſimpliciter pro quovis artifice, Konſtner / Konſtmeſter.

Poëtis, idis, f. t. vel Poëtria, f. pr. idem in ſexu fœmineo, konſtig Quinde paa verß oc dicten.

Poëma, tis, n. t. poëtæ opus, Poetiſke Skrifft / verß oc dict.

Poëſis, f. t. idem.

Poëticus, a, um, quod ad Poëtam pertinet, Poetiſke. *Ars poëtica: verba poëtica: opus poëticum: jus poëticum: licentia poëtica: poëtici Dii: mel poëticum.* Et abſolutè, f. pr. *Poëtica, æ, & poëticè, es,* pro ipſa arte poëtica, Poeterj / Poetiſke konſt.

Poëtor, aris, dep. pr. Poëtam ago, vel in poëtica me exerceo, Skriffuer verß / eller giør Poet aff mig.

POL, adverbium jurandi, viris & mulieribus commune, tractum à Pollucis nomine, ut Hercule à Hercules. Ut *neq; Pol dedi neq; dixi.*

Compoſita.

Ædepol, adverb. jurandi q. per ædem pollucis. Eratq; juramentum tàm viris quàm mulieribus commune. Aliter ſcribitur Edepol q. me Deus pollux juvet.

Perpol, idem quod Pol, addito Per, tantumper tmeſin, ut, *Perpol ſæpè peccas,* i. e. *pol perſæpe peccas. Perpol quam paucos reperias,* i. e. pol perquam.

POLENTA, æ, f. pr. corr. hordeum vel farina hordei modò ſimpliciter ſiccati, modò madefacti, indeq; toſti, frictive: veteribus non ad cibos tantùm in uſu, ſed & ad potum & potionem quandam conficiendam: ejusdem originis cum puls, à πόλτος puls, pulmentum: vel à πολέω, paſco, & πολέομαι nutrio per excellentiam, quod paſcat & alat, Bygmeel til Velling / Moeß / Grød / Sup oc ander ſaadant / eller ſprengt Byggryen / ſom mand kommer paa Groffenbrad. Ex his affectib. madefactione, frictione, torrefactione, fractione & uſu ad potum, non immeritò transfertur dictio ad hordeum illud elaboratum aquâ, ſole, igni & molâ, ex quo cereviſiam & potum hordeaceum conficimus, licet craſſiuſculè frangatur, neq; planè in pollinem aut farinam, Malt.

Polentarius, a, um, quod ad polentam pertinet. Unde crepitus polentarius, qui ex polenta comeſta natus eſt, vel qui polentam olet.

POLIO,

POLIO, is, ivi, vel ii, itum, act. q. pr. corr. nitorem rei aut operi concilio, eamq; nitidam facio à πόλιος; candidus, niveus: unde πολιὸς σίδηρος, Giør eller giffuer nogen glantz/ ſtafferer/ ſkurer/ glatter / polerer. *Polire ferrum, polire arma, loricam*, Piſke. Et translatè, *polire agrum*, eſt ex horrido uſui aptum facere, ſive colere & curare, dyrcke Jorden. *Polire veſtes, corpus, & polire hominem*, i. e. nitidum facere. Item *aſciâ polire*, høffle / ſlette. Et translatè, *polire carmina, polire orationem*, i. e. ornare. Et conſequenter, abſolvere opus aliquod & extremam manum addere ut faciunt, qui poliunt ferrum. Aliter habetur propriè vox agriculturæ, ut *polire agrum*, i. e. colere à πολεῖν vertere. Unde & πόλος, i. e. terra aratrô verſa ſeu ſciſſa.

Polimen, inis, Apul. pro politione. Ut, *polimen balthei*, Reenhed/ klarhed/ ſtaffering / polering.

Polimenta, orum, veterib. teſticuli porcorum, cum eos caſtrabant: ſic dicta à politione, quòd poliebantur, i. e. curabantur; non ſecùs ac agri aut veſtimenta.

Politio, nis, f. t. poliendi actus. Ut, *politio operis*.

Polities, ei, f. q. politæ rei affectio & elegantia.

Politus, a, um, quod polivimus, Reengiort / poleret/ ſkuret. Et amiſſo tempore, *politus doctrina, politus è ſchola: vir virtutibus politiſſimus*. Sic *politiſſima ars: nihil Ariſtotele auctius, nihil politius*, Rener.

Politè, modo polito, Reenligen. *Politè loquitur*.

Politulus, a, um, aliquantulùm politus. Ut, *judicium limatulum & politulum*.

Politor, oris, m. t. qui polit, Stafferer / polerer. *Politor gemmarum*. Item Ulpian. Politor, qui agrum polit & colit. Ut, *agrum politori colendum dedit*.

Politura, æ, f. pr. politæ rei ratio, Staffering.

Polio, onis, m. t. idem quod politor.

Compoſitâ.

Depolio, idem quod polio. Item poliendo perficio.

Depolitus, a, um, quod depolivimus. Ut, *cote depolitum*, huet/ giort reen/ klar/ ſteenet.

Expolio, idem quod polio, vel poliendo abſolvo, fuldferdiger oc ſtafferer / polerer. *Nihil ex omni parte perfectum expoliit natura*.

Expolitio, expoliendi actus, Staffering/ ſtafferelſe/ polering.

Expolitus, a, um, quod expolivimus, Polert/ klargiort/ ſtafferit/ ſlettit: propriè nimirùm & translatè. Ut, *pumice expolitus. expolitum orationis genus*. Et amiſſo tempore, *Dens expolitior*.

Impolitus, a, um, non politus, upoleret / uheſflit/ groffue. *Forma impolita atq; rudis: res impolitæ: genus hominum impolitum ac rude*, Tølperſk/ utoen/ groff.

Impolitè, modo impolito, Groffligen / tølperlig en/ ilde. *Impolitè dicit*.

Impolitia, æ, f. pr. impoliti affectio & ratio, Groffhed/ ſlemhed. Et peculiariter ſic dicebantur incuria equitum malè curantium equos, Ond varetect/ oc forſømmelſe paa Heſte oc Rytteri.

Interpolo, as, act. pr. poliendo renovo, Opfejer/ pudſer/ giør op paa ny/ omſtafferer/ ſtafferer eller giør om paa ny. *Interpolare veſtem, togam, pallium, thura* & quicquid vetuſtate vel forma ſuâ fuerit deforme. Sic *interpolari homo* dicitur, cùm vel ætate vel ſquallore obſitus, renovatur quaſi & ornatur, Stafferes/ pudzis op paa ny/ ſkabis om/ giøris om.

Interpolatio, onis, interpolandi actus; Ny ſtaffering/ ſtaffering paa ny.

Interpolator, m. t. qui obſoletas & tritas interpolat veſtes, Stafferer / ſom ſtafferer klæder om paa ny/ til at ſelge/ ſaa ſom flicker / Skuflicker / Strømpeflicker/ Lapper/ Kludbøder/ Kluder/ Kludſkræder.

Interpolatrix, idem in ſexu fœmineo.

Interpolatus, a, um, quod interpolavimus, flicket/ fornyet/ omgiort/ ſtafferet om paa ny. *Veſtis interpolata*. Et translatè, *interpolata mancipia*, quæ annis obſita refinguntur quaſi, & renovantur; ut pro novis vendantur.

Interpolis, le, om. t. Plin. interpolatione conſtans. Ut, *natura interpolis. Mulier interpolis*, Gammel opſtafferit.

Interpolus, a, um, Juriſconſ. idem. Ut, *veſtimenta interpola*, Gamle opgiorde klæder/ omgiorde.

Perpolio, is, act. q. valdè polio & poliendo perficio; fuldſtafferer/ fuldgiør. *Perpolivit opus, perpolivit inchoatum librum*.

Perpolitio, onis, perpoliendi actus. Ut, *ſermonis perpolitio*.

Perpolitus, a, um, quod perpolivimus. Ut, *opus perpolitum, aurum perpolitum*. Et translatè, *perpolitus homo in dicendo*.

Repolio, is, act. q. rurſus polio, Stafferer om igien. Unde translatè, *repoliri frumenta*, pro repurgari.

POLLEN, inis, m. t. præſtantiſſima farinæ pars, q. pollens reliquæ parti, à polleo; Sictet meel / eller ſmerſte oc fineſte ſictet meel/ dyſtmeel. Accipitur & pro impuriſſima farina, Groffmeel. Item pro volatica illa, quæ parietes molendini dealbat, Støffmeel. Legitur etiam in Iſidoro Pollis ſeu Polles. Aliter à pello q. pellen: quòd pellendo cribro excernatur.

Pollinarius, a, um, quod pollinem ſpectat. Ut, *cribrum pollinarium*, Sicte.

Pollintor, oris, m. t. qui pollinem facit & cribro pollinario purgat, Sictemøller.

Pollinceo, es, Sipont. farinam in priſtino lucrifactam divido.

Pollintio, onis, f. t. pollincendi actus.

POLLEO, & antiquè poleo, es, n. ſ. viribus præſto, & potens ſum, à πολὺς, vel πολλὸς, præſtans, potens, Formaar / kand komme affſted / haffuer effne. *Nulla res apud eum plus pollet, quàm ipſius voluntas. Multum pollet in urbe. pollet oratio. pollet virtute*, i. e. præſtat. Sic *hæc res quæſtu pollet*, i. e. præſtat, utilior eſt.

Pollens, tis, om. t. qui pollet. Ut, *pollens vini, animi, opum &c.* i. e. earum rerum copiâ inſtructus, Mectig paa ſaadant/ haffuer effne paa.

Pollentia, æ, f. pr. pollentis conditio & potentia, Mact oc effne.

Pollex, icis, m. t. digitus primus in manu aut pede: ſic dictus, quòd præ cæteris unus plurimùm uſu, robore & viribus polleat, Tommelfinger/ Tommeltaa.

Pollicaris, e, quod pollicis latitudinem ſive craſſitudinem habet, Tommelfinger tyck oc bred. *Latitudo pollicaris*.

Compo-

Æquipolleo, i. e. æquali sum potentia, ἄδηλον.

Æquipollentia, quâ quid æquipollet.

Præpolleo, es, præ aliis polleo, aut multum polleo, Er megit mectig / frem for andre. *Præpollet fortunâ, divitiis, virtute, viribus &c.*

POLYPUS, pi, m. s. πολύπους, nomen piscis, numero pedum, rapacitate & coloris mutabilitate ad similitudinem locorum cui inhæret, insignis. Unde translatè accipitur pro homine rapace. Item versipelle, & qui, ut omnium horarum homo, omnium se ingeniis, omniq; tempore novit se accommodare. Item, polypus translatè, tuberculum in naribus polypi carni simile, multasq; habens radices & respirationem obstruens.

Polyposus, a, um, qui morbo polypo laborat.

POMPA, æ, f. pr. πόμπη, spectaculum apparatusq; solennis cum ostentatione & magnificentia quadam, qualis fieri solet in publicis supplicationibus & triumphis, Pract oc prael. *Pompa nuptiarum. pompa sacrorum. pompa funerum.* Item, res ipsa, quæ ostentandi spectandiq; gratia publicè fertur, duciturq;, ut in triumpho, signa: in exequiis, funus seu cadaver: in largitionibus, munus. Et translatè, pompa pro re splendida, illustri & summam dignitatem habente. Ut, *petitio pompæ plena. In dicendo pompam & speciem adhibet.* Item, pro comitatu multo. Ut, *quò proficisceris cum hoc ornatu, cumq; hac pompa*, i. e. comitatu servorum. Sic Pompa de coquis dicitur & instrumento culinario. Item de obsonatu. *Pompa cœnæ* pro ferculo præcipuo & quod singulari ostentatione apponitur, ut, Romanis erat aper &c. Item Plautus transtulit ad hominem verberibus cæsum, qui exanimis fertur ab aliis.

POMUM, mi, n. s. pr. prod. fructus omnis molli corio, qui esui aptus est, nec non potui, à πάομαι πῶμα, vescor vel à πόω bibo. Allehaande edelig fruct aff træ / som edis for tørst: mustfruct / blød fruct / saasom Eble / Pærer etc. Sed & Plinius eo nomine comprehendit nuces & mora. Dicitur quoq; de aliis, quæ potui miscentur, ut cerasa &c.

Pomus, mi, f. s. arbor pomifera, Mustræ / Eble eller Pæretræ.

Pomarium, ii, n. s. locus pomis arboribus consitus, Fructhaffue / Ebelhaffue. Item, pomarium, locus, ubi reponuntur poma, Fructkammer / Fructfielder. Et adjectivè *cella pomaria.*

Pomarius, rii, m. s. pomorum venditor, Fructkremer / Eblemand.

Pometum, ti, n. s. locus pomis arboribus consitus, Ebelehaffue / Ebildhaffue / Fructhaffue.

Pomona, næ, f. pr. pomorum patrona.

Pomonalis, m. t. pomonæ sacerdos.

Pomosus, a, um, pomis refertus & abundans. Ut, *pomosa corona.*

PONDUS, eris, n. t. rei gravitas, quæ pendendo percipitur, à pendeo vel pendo, Vect paa noget. *Magnum auri & argenti pondus* Et inde simpliciter, gravitas, Tynge. *Omnia pondera suo motu in terram feruntur. amiculum grandi pondere.* Et translatè, vis, authoritas & momentum alicujus rei, Fynd / act / vdretning / krafft. *Mea oratio nihil apud te ponderis habet.* Item, onus, moles, ut, *saxa aut trabes magni ponderis*, aliæ res, quæ machinis agitur. Ut, *cogit trans pondera dextrâ porrigere. gemuit sub pondere cymba*, Tynge / byrde. Item, multitudo. Ut, *magnum Pondus artificum.*

Ponduscul um, n. s. parvum pondus.

Ponderosus, a, um, quod pondus habet, vel quod pondere insigne est, Vectig oc tung. *Lana ponderosa.* Et translatè, *epistola ponderosa*, Vecte / victig / som haffuer megit paa sig.

Pondo, neutrum indeclinabile, pondus est duodecim unciarum, & idem quod libra, 24 Lod. torquis aureus centum pondo. Ponitur & nonnunquam pro nomine Pondus. Ut, *corona aurea libræ pondo*, i. e. pondere.

Pondero, as, act. pr. pondus aliquod librando & pendendo capio, Veiger. *Numularius argentum ponderat.* Et translatè, æstimationem & vim alicujus rei capio, considero & perpendo, Offuerveiger. *Judex non solùm quid possit, sed etiam quid deceat ponderare debet. Causa, ratione non vocibus, ponderare debent.* Sic: *omnia suo commodo ponderat.* Et cum adjectione, *judicio ponderat.*

Composita.

Præpondero, as, priùs pondero & examino, Offuerveiger tilforne. *Quem vicisse velit, tacitè præponderat exul.* Item translatè, plus ponderis habeo, pondere superò, haffuer meere paa sig. *Honestus præponderat.* Item, præ alio pondero & æstimo. Ut, *præponderat commoda sua honestate*, i. e. præ honestate ponderat.

Composita alia.

Æquipondium, ii, n. s. ponderis æqualitas. Ut, *aurum dedi ad argenti æquipondium*, Ligevect.

Assipondium, dii, n. s. pondus est duorum pondo seu assium, 48 Lod. Et in re nummaria, numus duobus assibus valens, saa som 10 Blafferter eller 5 huide.

Dupondiarius, a, um, quod dupondium spectat. Ut, *orbiculus dupondiarius, as dupondiarius.*

Superpondium, dii, n. s. auctarium ponderis, quod legittimæ farcinæ adjicitur, Offuervect.

Trependo, trium librarum pondus, 72 Lod.

PONO, is, sui, & antiquè sivi, itum, act. t. pr. prod. in locum aliquem aliquid placidè mitto, nec sine certo modo & singulari studio à πονῶ laboro, laborem impendo: sumptâ translatione ab agricolatione, Setter / legger. *Ponere vites, ponere arborem.* Inde promiscue: *Ponere ante aliquem vas aliquod*, Sette. *Ponere Deo vel ante Deum libatum pomum*, i. e. offerre. *Ponere aliqua in conspectu animi*, Sette for øyen. *Ponere operam alicui*, i. e. dare, Legge vind paa noget. *Ponere spem in aliquo*, i. e. collocare. *Ponere curam in siderum cognitione. ponere animum, curam, cogitationem in omnium laude undiq; colligenda, aut in negotio aliquo. ponere totum diem, tempus in aliqua re, cogitatione, negotio, loco, officio*, i. e. consumere, Anvender / paavender. *Ponere se totum in contemplandis rebus*, i. e. dare, dedere, Giffue sig til / Slaa sig til. *Ponere rudimentum*, pro artis principiis operam dare. Et *ponere alicui rei rudimentum* pro incipere. *Ponere alicui monumentum*, Sette en nogit op til en ihukommelse. *Ponit mihi rhombum*, i. e. apponit. Sic Poetæ dicuntur *ponere fabulas* & alia sua scripta, cum in scena spectatoribus hæc apponant & exhibeant. Item, pono pro depono, Afflegger eller nedlegger. *Tunicam, pallium, gladium, personam posuit. scelera posuit.* Sic, *ponere vitam.* Et *Pœni corda ferocia ponunt. Ponere capillos* pro detondere. Et neutraliter,

tralitèr, *ponunt venti*, Veiret legger sig / setter sig / i. e. remittunt & ponuntur. Item pono pro propono seu in medium pono, Fremsetter. *Ponere exemplum vitiosum, ponere quæstionem alicui: ponere rem:* ponere aliquid exempli causâ. *ponere rem in medio.* Item dico, pronuncio. Ut, *ponit in judicio*, i. e. dicit & pronunciat. Sic, *ita paulò ante posuisti: ponere longam orationem in aliqua re: & de conclusione ponemus.* Item *ponere aliquem apud alium in maxima gratia*, Komme anden i yndest oc gunst. Et *ponere aliquem populo in crimen. Ponere aliquid in minimis*, i. e. putare, Acte megit ringe. *Ponere multum in aliqua re*, i. e. magni æstimare, Acte stort / høyt. *Ponere mortem in malis*, i. e. numerare, Regne iblant. *Ponere beneficium apud gratos homines.* Sic *ponere studium apud aliquem.* Et *ponere aliquid in loco beneficii vel testimonii vel judicii. Ponere omnia in corpore, in voluptate.* Et *hoc ponitur in vitio*, holdis for en last. Sic *ponere se extra culpam.* Item pono, fingo, facio. Ut, *homo est in ponendo solers: & homo ponere solers*, Græcorum more. *Pone esse victum*, i. e concede, Lad saa være at hand ere. Lad saa / som hand vaar offuervunden.

Positio, nis, f. t. positi affectus, quo aliquid positum est, Settelse / beskickelse. *Ex positione cœli, positione loci, positione urbis hoc constat.* Item positiones, Dialecticis & Rhetoribus appellantur ipsa veluti fundamenta, quibus argumenta innituntur, Nogle visse forslag / huor paa noget stadfestis. *Argumenta interdum discimus ex ipsis positionum vitiis.*

Positor, oris, m. t. qui ponit & constituit aliquid. Ut, *positor templorum.*

Positus, a, um, quod posuimus, Sat / Lagt. *Roma in montibus posita. insula in mari posita.* Et *positus super armamentarium*, i. e constitutus, h. e. præfectus armamentario. Item, *positæ curæ*, i. e. depositæ. *Positus est in magnis sententiis*, pro ipse vel verba ejus seu sententiæ quædam sunt in magna æstimatione.

Positus, us, m. q. idem quod positio. Ut, *positus syderum. positus ossium.*

Positura, æ, f. pr. Gell. idem quod positus. Ut, *positura stellarum.*

Pone, adverb. significans proximè à tergo, à verbo pono deductum, Bag til / nest bag efter. *Pone venit. ponè subit. ponè respicit.* Interdum etiam præpositio est accusativum asciscens, Bag efter. *Pone castra utrique pabulatum & lignatum ibant. Servus pone Dominum*, nimirùm qui sequitur à tergo. Sic *scurræ sese pone homines locant. pone nos recedit.*

Composita.

Antepono, is, quasi ante aliquem aliquid pono, Forsetter. *Quid anteponet veneri à jentaculo.* Item prætero & q ante alios pono, Setter for / meere æster. *Amititiam omnibus rebus anteponit.*

Appono, is, juxta vel ad aliquid pono, Tilsetter / hossetter. *Aristarchus notam ad malum versum apposuit. Epistolis nomen tuum & diem appone. notam appono eam, quæ mihi tecum convenit.* Item, *apponere patellam, & apponere aliquid in patella*, Forsetter. Sic *apponere secundam mensam.* Et *apponere aliquid in mensam.* Item adjungo, addaco. Ut, *apponere calumniatores. apponere sibi prævaricatorem. apponere mancipem in locatione. Accusator apponitur*, i. e. adducitur.

Appositio, onis, apponendi actus, Tilsettelse. *Appositio exemplorum.*

Appositus, a, um, quod apposuimus, Bossat / Tilsat. *Noctu appositum lumen. Apposita machina* Et amisso tempore: *locus ad hanc rem appositus*, i. e. accommodus aptus, Bequem / skicket til. Sic, *forma apposita ad dignitatem. homo appositus ad pietatem, ad furta*: Et *nullus ad malum te appositior.*

Appositè, modo apposito & accommodo. Ut, *appositè dicit ad persuadendum. Curat appositè ad sanandum*, Bequemmeligen.

Circumpono, is, Horat. circum aliquid pono. Ut, *Catillus circumposuit piper.*

Compono, simul pono, conjungo, Legger sammen. *Componere manus manibus.* Item, construo, Bygger sammen. *Componere urbem.* Item comparo, Ligner. *Componere magna parvis.* Item adorno, Lassuer oc pryder. *Componere crines.* Item colligo, Sancker sammen: *ex variis librum componere.* Item in ordinem q pono. Ut, *componere membra, componere animum*, Tillassue. Item, claudo & finio Ut, *diem componere*, Slutte oc giøre ende paa dagen. Item, concilio, Før vdi lassue / sætter til rette. *Componere lites.* Item, fingo, Dicter. *Componere verba, componere fabulas, carmen*, Legge oc dicte.

Compositio, onis, componendi actus & ratio, Tilhaabesættelse eller lassuen. *Compositio libri compositio litium & discordiæ.*

Compositor, oris, m. t. qui componit.

Compositus, a, um, tior, tissimus. Ut, *compositior pugna*, Skickeligere strid. *Compositior ad judicium*, Bequemmeligere til at domme. *Compositissimæ literæ*, Gandske vel sætsammen Bressue. *Ex composito*, effter Assiced.

Compostus, a, um, idem.

Compositò adverb. simulatè & data operâ, giøre paa skrømpt med fri villie oc forsæt / offuerlagt.

Compositè, adverb idem quod aptè, Ordentligen / bequemmeligen / skickeligen. *Compositè & ornatè loquitur.*

Compositura, Gell. & compostura, Caton. idem quod compositio, & componendi ratio.

Incompositus, a, um, non compositus, vlassuet / vden skick / vskickelig / asslassue / grossue. *Oratio incomposita. mores incompositi*: Et *motus incompositi*, vskickelige.

Incompositè, modo incomposito, vskickeligen. *Hostis incompositè venientes pellitur.*

Præcompositus, a um, Ovid. antè compositus Ut, *os præcompositum*, Tillassuet tilsorn.

Recompositus, a, um, Ovid. idem quod compositus, vel rursus compositus. Ut, *coma recomposita.*

Contrapositus, Quint. pro opposita.

Depono, is, deorsùm pono, Nederlegger. Deponere caput. vel simpliciter pono, asslegger / furtum deponit. Sic *deponere ædificationem*, asslaa Bygningen *Deponere provinciam*, Asslaar / legge fra sig: sed vel sponte vel coactè ante exactum provinciale tempus. Item, depono, in medium, pignoris loco, pono, Sætter vd paa vedde. *Hanc tibulam ego depono, tu hic mecum quo pignore certes* Item, servandum do & fidei committo, Sætter ned hoss en til troer hende oc forvaring. Sic *deponere jus suum in alicujus fide.* Item, *deponere aliquem provincia, officio*, i. e. privare, sætte aff med Embedet. *Deponere vino*, skille ved Vinen. *Deponere aliquem vino*, Plaut. Dricke en til Seng: saa mand skal bære ham til Seng Ut

ſc. auferatur ſicut mortuus aut dormiens. Item, translatè, *deponit dolorem, moleſtias, invidiam, curas, ſimultatem, inimicitias.* Item, *deponere memoriam vel ex memoria, vel memoria,* eſt obliviſci, Forglemme/forgiette/ ſlaa aff hoffuedet.

Deponens, participium, Grammaticis ſignificans verbum, quod alteram, ut loqvuntur, ſignificationem deponit, & de quantitate communis verbi aliquid deponit.

Depoſitus, a, um, quod depoſuimus. Ut, *depoſita pecunia*, i. e. fidei commiſſa, Nedlagt penge til troer hende. Item, idem quod deſperatum. Ut, *depoſitæ partes reipubl.* i.e. abjectæ & ſine alicujus cura. Sic *perferre fata depoſiti parentis*, i. e. deſperati & abjecti. Item abſolutè, *depoſitum* quod deponitur, henlagt/nedlagt eller ſat hoſſ nogen: ſcilicet quod fidei alicujus committitur, vel quod pignori datur, vel quod ſequeſtro traditur.

Depoſitarius, ii, m. ſ. Jurisconſ. cuſtos depoſiti ſeu ſuſceptor depoſitarum rerum. Fortroder mand.

Depoſitor, oris, m. t. qui aliquid apud alterum deponit, ſom betroer en anden noget.

Diſpono, is, q. in varias partes pono, ſed ordine certo, Setter i orden/ i laſſue/ ordner/ laſſuer oc lemper. *Diſponere vites, diſponere libros.* Et translatè, *diſponere diem: diſponere orationem.*

Diſpoſitio, onis, diſponendi actus, Beſtickelſe/laſſuelſe/ordning oc ſtick. *Argumentorum diſpoſitio.*

Diſpoſitor, Sen. qui diſponit. Ut, *Deus mundi diſpoſitor.*

Diſpoſitus, a, um, quod diſpoſuimus, Laſſuet/ beſtickt/ ſat i laſſue/ i orden. *Diſpoſita præſidia, diſpoſiti tabellarii, diſpoſita ſtudia.*

Diſpoſitè, modo diſpoſito, Ordenligen / ſtickeligen/lavligen. *Diſpoſitè ipſum accuſat.*

Diſpoſitus, us, m. q. Tacit. idem quod diſpoſitio. Ut, *diſpoſitu probiſque rerum civilium peritus.*

Expono, is, q. extra & ante oculos pono, Setter vd her for at huer maa ſee. *Exponere vaſa; exponere in ſole fœnum.* Item *exponere milites ex navibus in terram,* Sette i Land. Et *exponere de navi ſeu puppi.* Item *exponere pueros ſeu infantes,* eſt eos quibusvis obvenientibus & fortunæ committere, Legge/kaſte ſit Barn fra ſig/ oc løbe der fra / oc lade hitte oc tage huo forkommer. Unde translatè, *populo exponitur. Exponitur epiſtola malignitati interpretantium,* Giffuis dem til ſiune/ til villie. *Exponitur provincia direptionibus aliorum,* ſtaar Laben for/ er vndergiffuen. Item *exponam vobis conſilium meum,* i. e. proponam ut cognoſcatur, Forklare oc fortælle.

Expoſitio, onis, exponendi actus, Forklaring. *Expoſitio ſententiæ.*

Expoſitus, a, um, quod expoſuimus. Ut, *infans expoſitus,* Hittebarn. *Milites expoſiti,* ſat i Land. *Capita multa expoſita & explicata,* Forklaret. *Expoſita vaſa,* vdſat. *Et cauſa ante oculos expoſita eſt.*

Impono, is, ſuprà pono, Paaſetter. *Dona imponit aris.* Et translatè *finem rei imponere* pro finire & abſolvere, Ende. Et *imponere manum extremam*, pro abſolvere, Fuldende. Dicitur & abſolutè, *impono tibi*, pro decipio, Skuffer. Item *impono tibi opus*, Legger dig tynge oc byrde paa. *Imponere currui & in currum.* Et *imponere frumentum*, vectigal, Paalegge/ paabidde Korn/Told. *Imponere villicum, paſtorem*, pro præficere, Sætte til Affiskarl/ Byrde. *Ejus amicitia in hanc perditam cauſam impoſuit,* Bar / førde mig hid. *Imponere alicui injuriam*, pro inferre, Paaføre. *Impoſuit exercitum Branduſii*, pro accommodavit, henvende.

Impomenta, veterib. q. imponimenta, pro iis, quæ poſt cœnam menſis imponebant, Confect oc andet ſaadant effter Maaltid.

Impoſitus, a, um, quod impoſuimus, Paaſat/ paalagt/ henvende/ paabudet. *Clitellæ bovi impoſitæ, vectigal impoſitum. onus mihi impoſitum eſt. Perſona mihi impoſita,* Paalagt at være i hans ſted. *Conſul impoſitus.* Et *impoſitum Reipublicæ vulnus*, pro inflictum.

Impoſtor, oris, m. t. qui aliis imponit, Bedrager.

Impoſtura, æ, f. pr. impoſtoris habitus & vitium, Bedrageri.

Superimpono, Liv. idem quod impono. Unde *ſuperimpoſitum ſtipendium.*

Interpono, is, pono inter, Setter imellom/ imellom ſetter / ſætter iblant. *Ipſos induxi loquentes, ne inquam & inquit ſæpius interponeretur. Verſus non paucos orationi interpoſuit.* Inde translatâ ſignificatione, *interponere auctoritatem, judicium*, eſt ſua auctoritate & judicio impedire quò minùs aliquid fiat, holde ſig eller ſin myndighed oc mening imellom / eller for / ſaa noget kand icke faa fremgang. Sic *interponere aliquid audaciæ alicujus*, i. e. opponere, Sætte noget imod. Item *interponere fidem in aliquid*, eſt pro re aliqua fide jubere, Loffue for noget. Et *interponere fidem publicam*, Giffue fri leide. Sic *interponere pro aliquo poteſtatem, laborem, ſtudium, operam.* Et *interponere me de cæſare*, Sætter mig vd for hannem/ loffuer for hannem. Et *in pacificationem me interpono.* Item, *interpono me his rebus*, pro immiſceo, Blander mig iblant de ſager. Et *interponere momm*, Giøre forhaling paa nogit. *Interponere Deum in jurejurando*, Sætter Gud imellom til vidnisbyrd.

Interpoſitio, onis, interponendi actus, Imellomſettelſe/ blant ſettelſe. *Perſonarum interpoſitio*, quâ illæ interponuntur. In ſcriptis quoq; *Interpoſitio* dicitur, cum aliquid additur vel ex commentatione vel emendatione.

Interpoſitus, a, um, quod interpoſuimus, Mellom ſat. *Interpoſiti dies interpoſitum ſpacium. interpoſita offenſio, fides, autoritas.*

Interpoſitus, us, m. q. idem quod interpoſitio. Ut, *interpoſitu terræ deficit luna.*

Oppono, is, contra pono, ſeu ex adverſo pono, Sætter mod/ imodſætter. *Moles fluctibus opponit. natura montes mari oppoſuit. vitium virtuti opponit.* Ponitur & pro objicio. Ut, *opponere formidines.* Item pro depono, Sætter op/ ſætter imod til veddis. *Pono pallium, ille ſuum annulum oppoſuit.*

Oppoſitio, onis, opponendi actus, Modſættelſe: Ut cum negatio & affirmatio opponuntur.

Oppoſitus, a, um, quod oppoſuimus, Modſat. *Moles fluctibus oppoſita. Subjecta ſoli, atq; oppoſita oculis noſtris*, pro objecta.

Oppoſitus, us, m. q. idem quod oppoſitio.

Poſtpono, is, poſteriori loco pono & habeo, Sætter til ſide/foracter/acter ringe. *Virtutem vitio poſtponit. Parentes natis poſtponit.* Ponitur & ſimpliciter pro omitto, Lader fare. *Omnia poſtpoſui, dummodo præceptis patris parerem.*

Præpono, is, præ aliis pono, Meere acter. *Lucrum præponit quieti.* Item priùs pono & ante tempus. Ut, *præponere præſidium.* Item idem quod præficio. Ut, *præponere bello imperatorem*, Beſticke til/ſætte for eller offuer noget.

Præpoſitio, onis, Gramm. orationis pars una.

Præpo-

Præpoſitus, a, um, quod præpoſuimus. Ut, *præpoſitum præſidium*, For indlagt oc indſet / beſatning. *Præpoſitus bello imperator*, Sat til/ ſat offuer/ ſat til offuerſte. Sic, *navibus præpoſitus. Præpoſitus quæſtioni; præpoſitus negotio publico: præpoſitus Africæ.*

Propono, is, ante & palàm aliquid pono, Forſatter: ſive oculis ſive animo. Ut, *propono tuis oculis, antè oculos, apud animum tuum.* Et *propono fidem benàlem, argentum, tibum, legem, epiſtolam, literas in publico, palàm improbis pœnam: aliquid alicui ad timorem, ad memoriam; ad diſcendum.* Et *propono tibi imitandum.* Item dicendo aut agendo propono. Ut, *conſilium, quod propoſui, refemm: ad id, quod propoſui redeam.* Sic *animò propono*, Setter mig for.

Propoſitio, onis, proponendi actus. Et Dialecticis, oratio verum aut falſum ſignificans. Item Rhetoribus, propoſitio, per quam oſtendimus ſummatim, quid ſit quod probare volumus, & ad quam omnia argumenta referuntur, Forſat oc meening.

Propoſitus, a, um, quod propoſuimus, Forſat. *Propoſita merx, propoſita lata, ſententia.* Et abſolutè *propoſitum*, pro ſententia propoſita ſive animo concepta, ſive edita ſit, Forſat oc meening. *Ad propoſitum redeo. à propoſito declino.* Et deflecto ſententiam.

Proſitum, antique, pro propoſitum, aut q. pro, i.e. ante, poſitum.

Repono, is, rurſus pono, Legger eller ſetter igien i ſin ſted. *Detractum de capite diadema repoſuit.* Inde *reponere aris ignem*, pro reſtaurare. *Reponere cœnam*, pro rurſus apponere. Item, repono, rurſum poſt alios pono. Ut, *reponere aliquid de Achille*, i. e. ſcribere *de Achille* poſt Homerum, Item, repono, viciſſim pono & gratiam refero, ſive bonam ſive malam. Ut, *idem tibi reponam cum veneris* Item, *reponere fabulas, ſcripta*, pro ſecundò adferre & apponere. Item, *reponere fructum* pro recondere, Legge eller ſette til ſide / legge hen til at giemme. *Reponere poma in vetuſtatem*, Legge hen til at giemme. Sic *reponere herbas in coronamenta*; eſt in eum uſum reponere, ut cum opus ſit coronamentis addantur. Item, *reponere animo vel mente*, eſt memoriæ imprimere & q. intimo pectore recondere, Giemme i ſin hukommelſe. Item *reponere aliquem in Deorum numero. reponere in Deos*, proponere & collocare, Sette: *Reponere alicui nummos*, pro reddere, giffue igien. Sic, *quantum armenta die carpunt, tantum ros nocte reponit:* Et reponere gratiam, i. e. referre & beneficium beneficio compenſare. *Reponere caput, ſpem, cauſam omnem in judice. Reponere commodum pro damno. In locum alterius reponitur.*

Repoſitus, & per ſyncopen repoſtus, a, um, quod repoſuimus. Ut, *repoſitus & frigidus tibus*, qui rurſus & ſecundò apponitur menſæ, Mad ſom ſettis anden gang paa bordet / ſaaſom gammel mad. *Terræ repoſtæ*, i. e. procul poſitæ.

Repoſitorium, rii, n. ſ. Plin. vas, in quo reliquæ ciborum & menſæ inſtrumenta reconduntur, Madſkab/ Kandſkab.

Sepono, is, ſeorſim pono, Setter eller legger til ſide/ hen for ſig ſielff. *Captivam pecuniam in ædificationem templi ſepoſuit. Sepoſuit ſibi nullum tempus ad eam rem.* Et, *inurbanum lepido ſeponit dicto.*

Sepoſitus, a, um, quod ſepoſuimus. Ut, *gens ſepoſita*, quæ in longinquis habitat finibus.

Superpono, aliquid ſuper alio pono. Ut, *medicamentis hoc ſuperponi poteſt. editior ſitus ripa permittit ſuperponere villam profluenti.*

Superpoſitus, a, um, quod ſuperpoſuimus. Ut, *ſuperpoſita manu fovet ægra membra.*

Suppono, is, ſubtus pono, Vnderlegger. *Ova ſapè gallinis ſupponuntur.* Unde *ſupponere colla jugo*, i. e. ſummittere. Sic *ſupponere aliquid judicio alicujus*, Giffue ſig vnder ens dom. Et *ſupponere falcem ariſtis*, i. e. metere. Item, ſuppono in alicujus locum pono, præcipuè quod adulterinum eſt; Skyder i ſteden for anden. *Supponere teſtamentum*, i. e. adulterinum loco veri proponere. *Supponere aliquem*, i. e. vicarium dare, *Supponere ſe reum pro aliquo*, i. e. obſtringere, Gaa i en andens ſted.

Suppoſitio, onis, ſupponendi actus. Ut, *eorum ſuppoſitio*, Vnderleggen.

Suppoſtor, oris, m. t. qui falſum quid & adulterinum pro vero ſupponit, Bedrager/ Falſkener.

Suppoſtrix, idem in ſexu fœmineo. Ut, *venefica ſuppoſtrix puerorum.*

Suppoſitus, & ſuppoſtus, a, um, quod ſuppoſuimus: ſubornatus & adulterinus. Ut, *homo ſuppoſitus*, qui fraudulenter in locum alterius poſitus eſt, illumq; ſe ſimulat, Jcke den retſkyldige/ falſk.

Suppoſiticius, a, um, quod ſuppoſitum eſt, & alterius loco pro vero & nativo poſitum. Ut, *Hermes ſibi ipſi ſuppoſiticius.*

Tranſpono, Gel. de uno loco in alium transfero, Fors flytter. Unde, *arbor in alium locum tranſpoſita*, Fors flyt.

PONS, tis, m. t. ſolum ſuper aquas in aëre ſtratum: ſic dictus à pendeo, quòd q. in aëre pendeat, Broe. Inde pons, ſcala navalis, quâ vectores excipiuntur aut in terram exponuntur, Skibslette eller Stie. Item, *pontes menſæ* erant anguſtiſſimæ pedibus altioribus, ſingulæ ſingulis tribubus attributæ, in comitio vel foro ad tempus poſitæ, quibus ſuffragiorum ciſtæ imponebantur. Vel Pontes anguſtæ erant viæ, per quas populus deſcendebat in ovile ſeu ſeptum ſuffragia dicturus. Aliter ſimpliciter à pono, q. poſita & ſtrata via.

Ponticulus, li, m. ſ. parvus pons.

Ponto, onis, m. t. navicula, quâ in trajiciendis amnibus loco pontis utimur, Ferge.

Compoſ.

Depontanus, m. ſ. ſenex ſexagenarius, qui de ponte dejiciebatur, h. e. ſuffragio, quod de ponte ferri ſolebat, privabatur, Gammel afflagt Kadmand.

PONTUS, ti, m. ſ. πόντος idem, quod latinius mare dicitur, Hav. Item, nomen regionis in Aſia minore.

Compoſ.

Medipontus, m. ſ. Cat. inſtrumentum funarium in toſculari olearió, ad ſimilitudinem funium quibus Xerxes Medus uſus eſt in ſternendo Helleſponte, ponte exercitum traductutus.

POPA, æ, m. pr. corr. miniſter à ſacris, qui victimas ligabat, feriebat mactabatq; ante aras: idq; laureatus ſuccinctusq; & ad ilia usq; nudus: ſic dictus à luxuria Popinæ, quòd victimarum viſceribus probè ſe curarent popæ: vel à πατάσσω ferio. Inde translatè, & per appoſitionem Popa venter pro guloſo & inſatiabili. Gloſſarió etiam ſignificat placentam & libum à πόπανον, ejusdem ſignificationis.

POPINA, æ, f. pr. pr. corr. locus, ubi publicè omnis generis obſonia & potiſſimum delicatoria coqvuntur & venduntur, à πέπω coquo, ut à coquo coquina, Gar-køcken/Leckerbidſken. Ponitur inde aliquando pro ipſis cibis. Erat a. infamis locus, utpote luxuriæ & deſidiæ apparatus, ubi ungebantur & genio indulgebant, & cibi delicatiores apparabantur. Aliter à propino q. propina, ubi affatim helvones ſibi propinabant, Krohuuß.

Popinalis, le, om. t. quod ad popinam ſpectat. Ut, *deliciæ popinales.*

Popino, onis, m. t qui ſe popinis dat, Slemmere/Kroſiddere.

Popinor, aris, dep. pr. in popinis ago, & helluor, Slemmer vdi Kruehuſe.

Popinatio, nis, f. ter. popinandi actus, Slemmen/Kroeſøgning.

POPLES, itis, m. t. pars poſterior genu, & quâ ſinus eſt, ubi plicatur ipſum genu: ſic dictus quòd poſt plicetur, Haſe/Knæhaſe.

POPULUS, li, m. ſ. & antiquè poplus, pr. corr. multitudo hominum juris conſenſu & concordi communione ſociata: à πόλις civitas & civium communio, per reduplicationem: vel, populus multitudo civium præter ſenatum (unde illa authoritatis formula: Senatus, populusq; Romanus) à πολὺς ejusdem ſignificationis, Folck. Hinc aliquando ſignificat plebem & partem gentis ignobiliorem, Almue. Tranſtulit & Columella ad apes. Ut, *duo populi conjungi non debent*, i. e. duo genera diverſa apum.

Popellus, m. ſ. parvus populus, vel populi pars ignobilior & plebs.

Popularis, e, om. t. quod eſt populi. Ut, *populâris ſtrepitus.* qui à populo editur. *lex popularis*, quam populus ſanxit. Item, *popularе*, quod populi favorem conciliat. Ut, *nihil tàm popularе, quàm bonitas.* Item, qui eſt ejusdem conditionis, ſortis & fortunæ. Ut popularis pro commilitone aut ſodali, Staldbroder/Metbroder. Item, popularis, qui populi ſtudioſus eſt. Ut, *homo eſt popularis: cauſa popularis.* Item, popularis, idem quod vulgaris, Gemeen / Almindelig. *Verbis popularibus agit.* Sic *opinio popularis*, *conceſſus popularis.* Et *popularia ſacra*, ſunt univerſi populi, non unius certæ aut plurium familiarum. Item, abſolutè popularis. Ut, *Socrates non popularis alicujus loci, ſed totius mundi civis.* Item pro conterraneo, Landmand. *Thales Anaximandro populari ſuo ſvaſit.*

Popularia, orum, loca ubi plebs ſedebat. Item popularia, pro nugatoriis & puerilibus. Ut, *popularia agimus per ludum.*

Populariter, modo populari & vulgari, vulgò Ut, *populariter loquitur, agit, ſcribit.* Item, ad populi gratiam. Ut, *contra eorum potentiam populariter agendum.* Item *ſeditiosè.* Ut, *conciones quotidianæ ſeditiosè & populariter concitatæ.*

Popularitas, tis, f. t. popularis hominis, & ſtudioſi plebis affectus, ratio & ſtudium. Item popularitas, conjunctio & vinculum popularium & qui ſunt ejusdem originis aut conditionis, Landmandſkab. Popularitatis cauſa hoc dixi.

Populatim, adverb. ſignificans per populos. Ut, *populatim ab omni provincia revocatus.* Item, catervatim & in univerſum, Alle offuer et hoffuet. *Omnes ſervos prodo populatim.*

Populoſus, a, um, populo plenum & abundans, Folckriig. *Oppidum populoſum.*

Populor, aris, dep. pr. q. populum aliquem ſpolio: & propriè in re militari, Herder oc offuerløber / offuerſtryger med plyndren / plynderer. *Hoſtes agros eorum populabantur.*

Populo, as, act. pr. Virg. idem. Ut, *populat ingentem farris acervum.*

Populatio, onis, populantis actus, Herden oc plyndren. *Populatio murium, volucrum*, quâ populantur frumenta.

Populatus, a, um, quod populavimus, Herdret/plyndret. *Provincia à Verre populata.*

Populatus, us, m. q. idem quod populatio.

Populator, ris, m. t. qui populatur. Ut, *populator Trojæ.*

Populatrix, idem in ſexu fœmineo.

Populabilis, e, om. t. Ovid. quod populari poteſt. Ut, *fuit hoc ferro & igni populabile.*

Populabundus, a, um, qui liberè & multùm populatur, ſeu populationi intentus eſt.

Compoſita.

Depopulor, dep. pr. populando deripio, vaſto, Plyndrer/ſkænder. *Depopulatur agros, urbes.*

Depopulo, as, act. apud Hirt. idem.

Depopulatio, onis, depopulandi actus, Plyndring/plynderi. *Provincia à Thracum depopulatione defenſa:* quam nimirum Thraces depopulati erant.

Depopulator, oris, m. t. qui depopulator, Plyndrer. *Depopulator fori, obſeſſor patriæ.*

Expopulor, aris, d. pr. idem quod populor vel extremè populor.

Expopulatio, Colum. expopulandi actus, Berøffuelſe/Berøffning/Røffueri/Plynderi.

Perpopulor, aris, dep. pr. totum ſive valdè ppulor. Ut, *Hannibal Italiam perpopulatur*, offuerſtræber/ſtræber offuer alle. Forherder / herder oc ſkender offuer alt. *Perpopulatus eſt cædibus & incendiis.*

POPULUS, li, f. ſ. pr. prod. nomen arboris, duum generum, albæ ſc. & nigræ. Suntq; albæ folia bicoloria, ſupernè candicantia & inferiore parte viridia, viciſſitudinem diei ac noctis ſymbolicè referentia; & quæ poſt ſolſtitium circumaguntur, certiſſimo argumento conſecti ſideris: à πολέμω, vertor, circumagor, Popelbom/Popeltræ. Hinc populus nigra, Eſpetræ. Aliter à πόω, poto, bibo, quòd paluſtribus & aquoſis locis gaudeat. Item à πολὺς multus, propter multitudinem ſurculorum.

Populeus, a, um, quod eſt populi arboris aut ad populum pertinet. Ut, *frondes populeæ, umbra populeæ. Philomela populea.*

Populeon, medicamentum, quod ex floribus populi conficitur.

Populetum, n. ſ. locus populis conſitus.

Populnus, a, um, Plaut. idem quod populeus. Ut, *ſors populna*, quæ eſt ex populo arbore.

Populneus, a, um, Colum. idem. Ut, *frons populnea.*

PORCUS, ci, m. ſ. propriè ſus domeſticus aut ſuis catulus, ex antiqua voce πόρκος, ejusdem ſignificationis; quæq; Sabinis manſit pro apro vel apri catulo, Svin eller Griiß. Dicitur & de piſce quodam, qui cum capitur grunnit, ſed cum adjectione. Ut, *porcus marinus.* Item porci, dicuntur piſces quidam quòd adipe aut lardo terreſtrium

terrestrium modò pleni sint: vel à partis alicujus seu corporis similitudine: aut à spinis dorsi setarum instar rigentibus. Item translatè, Porcus pro homine obœso.

Porca, æ, f. pr. sus fœmina, Sov. Item porca, terra elata inter duos sulcos; sic dicta quòd sit veluti porcorum vestigium rostro ducentium & projicientium terram dum radices herbarum rimantur: aut quod porceat, i. e. prohibeat aquam nocere frugibus, eam è sulcis derivando. Et rursus hinc translatè porca, pulvinus & terra in hortis extans, sive area, in qua semen unius generis seritur, Bæd vdi haffue.

Porcarius, a, um, quod est porcæ. Ut, *bulba porcaria.*

Porcellus, m. s. parvus porcus, Grüß/lidet Svin.

Porcinarius, m. s. qui carnes porcinas vendit, Flesk/ fremere/ Fleskemand.

Porcinus, a, um, quod ex porco est. Ut, *caro porcina*, Svinekiød. Sic, *porcina offa.*

Porculatio, onis, f. t. antiquis pro nutricatu porcorum, Grüßdien oc opfødning hoss Moderen.

Porculator, oris, m. t. qui porcos nutrit, ut pinguescant, Svinerycter.

Porculetum, ti, n. s. idem quod porca, sive terra editior inter duos sulcos.

Porculus, idem quod porcellus. Item porculus, paxillus aut uncus in torculari vinario, qui succulæ infigitur ad tenendum funem, Vindekraag eller Told. Item *porculus marinus*, quibusdam idem qui accipenser & sturio. Aliis verò Elops, qui Germanis, Havsen. Vel à domo ob magnitudinem; vel quasi Hys ὗς, i. e. sus, porcus.

Composita.

Imporco, as, n. pr. Colum. porcas in agro facio. Unde imporcatus, a, um. Ut, *semen imporcatum occabimus.*

Imporcitor, oris, m. t. qui porcas facit.

PORRO, adverb. loci significans πόρρω, ultrà sive ulterius. Est enim tractus ulterior ad extrema, Fremad / fremt. *Si porrò ire pergas, te retraham invitum.* Sic pro longè sive procul, Longt borte. *Quæ sint ea flumina porrò.* Item, adverbium temporis significans in posterum. Ifremtiden. *Porrò cabeas, moneo.* Item ordinis, pro ampliùs, Fremdelis/ ydermere: *Hic dictis, porrò alia restant dicenda.* Item, porrò interdum est intendendi vocula, ut, *porrò minima*, i. e. longè minima: Et *porrò puer audibi*, i. e. valdè puer. Item, interdum est affirmativa, pro, sanè, certè, profectò, Sandeligen. *Nihil porrò tàm inhumanum est, tàm immane.* Interdum hortantis est. Ut, *pergè porrò, age porrò.* Interdum etiam conjunctionalis est pro sed aut igitur, Men/eller derfor. *Sequitur porrò eos nihil ignorare*, i. e. igitur. Sic: *Est porrò quiddam quod velim*, i. e. sed. Aliter deducitur à Græcorum πόρρω ejusdem ferè significationis. vel immediatè à Pro per quandam metathesin & extensionem, ut Græcorum πόρρω à πρὸ.

Compos.

Proporrò, Lucret. q. valdè porrò, magis atq; magis porrò. Ut, *Et sibi proporrò, quæ sunt primordia rerum*, Alt fremoc frem/ jo mere oc mere frem.

PORRUM, in singul. neut. sed pluralit. mascul. genus oleris est: sic dictum, quòd porrò eat, passimq; serpat, Løg. Unde, *porrum capitatum*, & *porrum sectivum*, de quibus suis locis. Legitur & m. s. *porrus* apud Plaut. & Plin.

Porraceus, a, um, quod porrum colore refert. Ut, *porraceus color*, Saffrøn/ Gulgrøn.

Porrigo, inis, f. t. vitium ulcerosum in pilis capitis, barbæ & superciliorum: à porro, tùm propter gravitatem odoris; tùm quòd latiùs se fundat serpendo in modum porri, Skurff.

Porriginosus, a, um, qui porrigine infestatur, Skurffuet.

PORTA, æ, f. pr. locus urbis patens, quâ publicè exitur & ingreditur, quaq; omnia importantur & exportantur, à πόρος transitus & πείρω transeo: vel à porto, q. locus, ubi portabatur aratrum in circumarationè urbis: aut immediatè à Φόρος, Ferrit/port. Inde translatè portæ dicuntur fauces montium in angustias contractæ, Gab eller Hulvey.

Portula, parva porta.

PORTUS, tus, m. q. locus in littore tutus ab omni tempestate, naviumq; perfugium, qua merces invehuntur & evehuntur, ejusdem originis cum porta à Φόρος & Φέρω; aut à πορεύω trajicio, undè πόρθμος ejusdem significationis, Hafn. Translatè, locus quicunq; tutus & perfugium, Skerm oc tilflugt. *Fugæ portus in castris, & perfugium salutis in exercitu.* Sic, *in portu res est*, i. e. salva & tuta est. Et *in portu navigat*, pro securus est, & tutus ab omni periculo.

Portuosus, a, um, multos portus habens.

Portitor, oris, m. t. qui homines navicula vehit de navi ad littus, vel è littore ad navem, Fergemand/ Mynddrick/ som fører Folck til Skibs oc fra. Et inde qui trans fluvios & freta homines trajicit: sic dictus à portu, in quo officium exercet, quemadmodum Græcorum πορθμεὺς. Item, publicanus & qui exigendis portoriis præest, Bromester/ Havnefogit. Accipitur & pro eo, qui aliquid portat.

Portorium, rii, n. s. merces, quæ datur portitoribus, Fergeløn. Item, vectigal, quod publicano portitori solvitur, Havnepenge. Plautus transtulit ad quæstum meretricium.

Porticus, us, f. q. locus tectus deambulationi structus adversus injuriam aëris: sic dictus à portu & statione navium. Vel immediatè à περέυω, Skru/ spatzierè gang/omgang.

Porticula, parva porticus.

Portisculus, sive Porticulus, li, m. s. hortator remigum, & qui in portu modum dat clavi & remigibus, Anraaber oc Høybaadzmand. Item portisculus, malleus seu pertica portisculi, qua officium exequitur.

Portumnus, sive portunus, m. s. Deus Marinus, qui portibus præesse fingebatur, aliàs nomine proprio, Palæmon.

Portunalia, orum. Festa & certamina instituta in honorem Portumni.

Composita.

Angiportus, us, m. q. & angiportum, ti, n. s. vicus seu angusta via & compendiaria inter domos, q. angustus ad portum aditus, aut angens portus, Strede. Exponitur & via angusta; exitum non habens.

Importunus, a, um, quod rebus agendis grave est & molestum, q. portum non præstans: dicitur q; & de rebus & personis, & peculiariter, qui nec loci, nec temporis, nec personarum rationem observat, Næsevits/ Nærgaaende/ Wbeleilig/ Wridig/ Wroslig/ Besuærlig/ Skadelig/ Nødsommelig.

Locus

Locus importunus, tempus importunum. mulier importuna, cædes, scelus importunum. hostis importunissimus. pestis importunissima.

Importunè, modo importuno. Ut, *importunè insistit*

Importunitas, atis, f. t. importuni habitus, vitium & ratio, **wleilighed / skadelighed.** *Importunitas temporis, celeris, hominis.*

Importuosus, q. sine portu. Ut, *mare importuosum*, **Vildhav/ sted vden nogen havn.**

Opportunus, a, um, quod commodè & pro desiderio suoq; tempore obtingit, q. quod ad portum est, **Bequemmeligt/ lavligt oc vdi rette tid forhaande.** *Litera oportuno tempore reddita. homo est opportunus.* Ponitur & pro obnoxio & proclivi ad aliquid, **Underg iffuen.** *Corpus mortis opportunum.* Compar. opportunior, ius.

Opportunè, modo opportuno, **Bequemmeligen/ lavligen/ i lav tide.** *Opportunè sit mihi obviam.*

Opportunitas, atis, f. t. opportuni ratio & affectio, **Bequemmelighed / lavlighed / lav tide.** Ponitur & pro facilitate. Ut, *via opportunitas.* Item, pro utilitate. Ut, *tantas opportunitates habet amicitia.*

Inopportunus, a, um, non opportunus, **wbequem/ wleilig.** *Locus nostro sermoni inopportunus.*

Peropportunus, valdè opportunus. Ut, *diversorium peropportunum.*

Peropportunè, adverb. Ut, *peropportunè se fortuna obtulit.*

Cryptoporticus, f. q. porticus subterranea, vel porticus depressior & quodammodo in ipsa terra, **Jordkælder/ eller omgang/ eller lude nær ved Jorden/ oc saa got som i Jorden.**

PORTO, as, act. pr. onera fero, à φορὸς onus: idq; sive animo, sive corpore, bona aut mala, **før oc bær/ drager.** *Apes regem suum fessum portant onus porto. porto mandata. porto aliquid mali. Porto me: & porto me pedibus meis*, i. e. benè valeo. Et *porto opem auxiliumq; alicui*, i e affero & auxilior, **Giør hielp.**

Portatus, us, m. q actus portandi.

Portito, as, act. pr. sæpè vel semper porto.

Portennia, Isidor. navicula Syriatici generis lata & sine carina, à portando vocata, **Pram/ Kog.**

Composita.

Apporto, as, ad aliquem porto, **Tilbær / tilfører.** *Ornamenta hostium populo Romano apportabit: apportabit frumentum ad difficillima loca. Clitellis apporto columnas. Senectus apportat secum multa vitia.*

Apportatus, a, um, quod apportavimus.

Asporto, as, aliquid hinc aliò porto, **Bær hen.** *Multa de suis rebus asportabant. quoquò hinc asportabitur ternarum, certum est persequi*, i. e. concedet vel deportabitur.

Asportatio, onis, asportandi actus. Ut, *horum asportatio difficilis videbatur.*

Asportatus, a, um, quod asportavimus. Ut, *signa plostru evecta asportataq.*

Comporto, as, in unum locum porto, **Bær i hob/ bær sammen.**

Domiporta, i e. cochlea, quæ domum suam secum portat.

Exporto, as, q extra porto, **Vdbær/ vdfører.** *Ex oppido, ex provincia exportavit.*

Exportatio, onis, exportandi actus: & specialiter, quâ merces, victus & alia exportantur. Græca voce apud Tetent. exagoga, **Vdførsel.** Item Sen. idem quod deportatio pro exilio.

Exportator, oris, m. t Græca voce exagoga. Ut, *exagoga bonorum, qui exportat bona*, **Vdfører.**

Deporto, as, idem quod porto, seu de loco in locum porto, **Fører/ bærer/ tager paa et sted / oc bær andensteds hen.** *Arma Brundusium deportat. Deportat exercitum*, i. e. transfert, **henfører / flytter.** Item translatè, *deportat laudes*, dedecus ex provincia, **Bær vd med sig/ faar.** Item, *deportare se aliquò*, **Begiffue sig hen.** *Deportare aliquem in insulam*, est in insulam transmittere & finibus ejus circumscribere, **Sette nogen paa en øe / indmaane paa nogen sted/ med den beskeden / at hand ey maa komme aff igien.**

Deportatio, onis, perpetua in exilium & insulam condemnatio, **Indmaanelse.**

Deportatus, a, um, qui in insulam certam relegatus est, ejusq; limitibus circumscriptus, **Indmaanelse paa nogen sted.**

Importo, as, in locum porto, **Indfør/ indbær / indbringer/ tilbringer.** *In oppidum importavit frumentum.* Et translatè, *hoc nobis importatur incommodi. Importare famam, adjumentum, calamitatem, suspicionem. Deus importat arumnas, casus, malum*, i. e. adfert, **Tilfører.**

Importatus, a, um, quod importavimus, **Indført/ indbaaret.** *Æs importatum*, **Indført penge.** *Importatum frumentum.*

Præporto, as, ante me fero vel porto, **Bærer for mig hen.** *Præportant tela signa violenti furoris.*

Reporto, as, q. retrò porto, **Bær tilbage.** *Reportare collo utensilia.* Et translatè *reportare aliquid ad aures alicujus*, pro referre, renunciare: *Reportare rem ad judices*, pro deferre vel nunciare. *Reportare sibi solatium ex alterius calamitate*, est afferre. *Italia Ciceronem exulem humeris reportavit. Exercitum è Britannia reportavit.* Item, *reportare laudem ex hostibus*, i. e. ferre, acquirere. Item *reportare benevolentiam, victoriam*, est consequi.

Reportatus, a, um, quod reportavimus. Ut, *curru aurato in patriam reportati sumus. tabula à te revulsa, à me reportata est*, i. e. restituta.

Supporto, as, Cæs. in deficientis locum porto. Ut, *supportare frumenta in castra.* Item, clàm importo. Ut, *supportare frumenta navibus*: aut studiosè & cum labore porto, **Fører did hvor der fattis oc er mangel.**

Transporto, as, de loco in locum porto, & q. trans mare aut flumen porto, **Offuerfører/ fører offuer:** *Transportare copias, exercitum.* Et neutraliter trajicio. Ut, *non datur transportare fluenta*, **Offuerfare.**

POSCO, is, poposci, act. t. propriè pro merito vel imperio aliquid peto: Et inde simpliciter, sollicitè & studiosè aliquid expeto, à ποθέω, desidero, cupio, expeto, **Vil endeligen haffue/ fodderer/ kreffuer.** *Rationes ab ipso poscit. posco te nummos.* Et in re auctionaria: *Plus poscit quàm par est.* Sic, ità *usus poscit*, **Vdkreffuer.** Item *poscere veniam. poscere uxorem, aut poscere sibi uxorem*, pro ambire & procari. Aliter, posco, à πόω, poto, q. convivantium proprièdictio sit, jubentium & petentium sibi fundi: unde illud: *poscunt majoribus*, s. poculis.

Compo-

Compoſita.

Depoſco, is, inſtanter poſco, Vdkreffuer/ vil endeligen haffue. *Principem ſceleris ad ſupplicium depoſcit. Cannabis ſolum depoſcit pingue & alte ſubactum.*

Expoſco, is, multum ſeu valdè poſco, Storligen begier/oc beder om. *Pacem expoſcunt.*

Repoſco, is, meum quod eſt reddi poſco, Kreffuer igien. *Aulam auri à te repoſco. ab ipſo repoſcebat rationem vitæ.* Item valdè & inſtanter poſco. Ut, *repoſcere aliquem ad ſupplicium, ad pœnas.*

POST, præpoſitio ſignificans, pone quod eſt, i.e. à tergo: q. pone eſt: habetq; accuſativum, Bag til/bag effter. Ut ratione loci: *Magnum poſt ſe cratera tegebat.* Item ordinis, Effter. *Virtus quæritur poſt nummos. poſt aliquot annos mea regna vidi. Poſt omnia orationem concluſit.* Item temporis: *poſt te prætor fuit.* Interdum fit adverbium, ratione loci. Ut, *ſervos cædebat, qui poſt erant,* Bag til. Ratione temporis. Ut, *ità me recepi biennio poſt: poſt geniti,* i. e. poſteri. Ratione ordinis. Ut, *initio ſponte, poſt etiam invitus dixi.* Componitur autem cum nominibus interdum, ſub ratione temporis & ordinis. Ut, *poſtpartor, poſtprincipia,* de quibus ſuis locis.

Poſterus, a, um, quod poſt, & quidem proximè ſit, ratione temporis. Ut, *poſtera dies,* Anden efterfølgende dag. Sic *poſterus annus.* Et indefinitè, *in poſterum diem, tempus*: aut, abſolutè, *in poſterum,* I fremtiden. Et abſolutè num. plural. *Poſteri,* quicunq; ex nobis & poſt nos etiam ex aliis naſcentur, Efterkommere. Item poſterus ratione loci. Ut, *poſteri pedes,* Bagfødder.

Poſterior, ius, comp. & poſtremus ſuperlat. ratione loci. Ut, *poſteriora animalis,* Bagdeelen. Temporis. Ut, *poſterius hoc illo. Thucydides ætate poſterior fuit.* Ordinis. Ut, *poſteriores cogitationes ſunt ſapientiores.* Et translatè, poſterior pro vili, abjecto & minimè charo. Ut *dignitas reipublicæ poſterior erat ei ſua dominatione.* Item pro ſceleſto. Ut, *nihil iſto eſt poſterius, nihil nequius.*

Poſtremus, & antiq. poſtremiſſimus, ſuperlat. itidem ordinis, temporis, loci ratione, Baggiſt/ ſidſt. Et tropicè nequiſſimus. Ut, *homines ſunt poſtremi. ſervitus eſt poſtremum omnium malorum. Poſtrema Comœdia* Plauti, i. e. ultima pars comœdiæ.

Poſterò, adverb. pro poſtero die. Ut, *poſtero tmbebatur ad quæſtionem.*

Poſtremò, adverb. poſtremo loco, ordine, tempore, Sidſt/Baggiſt.

Poſtremùm, adverb. Ut, *hodiè poſtremùm me vides,* Sidſt.

Poſteritas, atis, f. t. pro ipſis poſteris, Efterkommere.

Poſtes, ium, m. t. tigna oſtiorum lateralia, januam cardinibus & ſera excipientia, Dør ſtolpe/Dør poſte.

Poſticus, a, um, pen. prod. quod poſt nos eſt ratione loci, Bag til. *Poſticum vulnus. poſtica ſanna & irriſio,* quæ fit à tergo. Sic, *poſtica vallis,* pro podice. Et abſolutè, *poſticum,* pro poſteriore parte ædium, Bagherbergere. Item pro oſtio poſteriore, Bagdør / Løndør. Item in fœminino gen. *Poſtica,* idem quod poſticum pro oſtio. Item, *poſtica,* auguribus plaga ſeptemtrionalis, utpote, quæ ipſis à tergo erat in captandis auguriis. Item Geometris linea, in dividendis agris, quæ ab oriente in occidentem ſpectat.

Poſticula, parvà poſtica & oſtium ſive pars poſteriorædium, Bagloge.

Poſticulum, n. ſ. idem.

Poſtilena, æ, f. pr. lorum craſſum ſive lignum incurvum, quod à ſella in caudam deſinit, Svantzerum/Rumpeſtycke.

Compoſita.

Præpoſterus, a, um, qui rerum ordinem conturbat, ut qui quæ poſteriore loco eſſent agenda facit priore, & contrà. Unde à præ & poſterus, Bagvendt ſin Sager/Auffd/Bagfor. *Præpoſterus tabellarius.* Et *præpoſtera res,* in qua ordo conturbatus eſt.

Præpoſterè, modo præpoſtero, Bagvendt / auffd. *Præpoſterè ait. Literæ tuæ præpoſterè mihi redditæ.*

POSTOMIS, vel Proſtomis, idis, f. t. προστόμις, ferrum naribus aut ori equorum adjectum & impoſitum ad cohibendam ferociam, à πρὸς ante & στόμα os, quâ forma & Græci vocant ἅπαστόμις, Næſebaand/Beſtebrems eller Muulkurff. Lucillus tranſtulit ad potatorem, cui q. cantharus à naribus pendet.

POSTULO, as, act, pr. jure, & ardentius aliquid peto q. poſteo à poſt & eo (ut cùm nos dicimus, ſtaar effter/gaar effter) Kreffuer. *Omnia volo à me poſtules & expectes.* Et *hoc te poſtulos.* Ponitur & pro requiro, exigo, vdkreffuer. *Longiorem orationem cauſa hæc poſtulat.* Interdum etiam ſignificat *accuſo in judicio,* Anklager. *Poſtulat ipſum repetundarum, injuriarum, homicidii.* Et *poſtulat ipſum de Majeſtate.* Item cupio. Ut, *hanc mihi eripere poſtulat.* Item interdum idem quod expoſtulo & accuſando expeto, contendo aut conqueror: idq; ſive privatìm cum eo, qui injuriam intulit, ſive in judicio, de eo, Beklager / klamrer. *Poſtulat quæſtionem* pro queribundus contendit & expoſtulat. Hinc *poſtulare in judicio,* eſt prætori vel judici deſiderium exponere, vel alterius deſiderio contradicere. Aliter à poſco deducitur.

Poſtulatio, onis, poſtulandi vel poſtulantis actus, Kraffbøn / begiering / klagemaal / anklag oc klammer. *Dies poſtulationum,* in quibus actor & reus ſententiam à prætore poſtulant, Tingdag/ Domedag/ ſaaſom Fierde ting.

Poſtulatus, a, um, quod poſtulavimus. Ut, *poſtulatus repetundarum,* Anklaget. Sic *poſtulatus de ambitu.* Et abſolutè, gen. neut. amiſſoq; tempore, *poſtulatum,* quod poſtulatur, Bøn/begiere/ klage. *Poſtulata faciam. remittuntur poſtulata per literas.* Et, *tua illa poſtulata de injuriis.*

Poſtularia fulgura, Feſto, quæ votorum aut ſacrificiorum ſpretam religionem deſignant.

Compoſita.

Depoſtulo, as, vehementer poſtulo. Ut, *civitatis auxilia depoſtulabant,* ſtorligen begier.

Expoſtulo, as, vehementer poſtulo, Vdkreffuer med ſtor alvorlighed/ vil endeligen haffue. *Hæreditatem ab ipſo expoſtulabit.* Et translatè, poſtulando contendo, Klammerer / Trætter om / ſtaar paa min Ræt. *De hæreditate, de injuria cum ipſo expoſtulabit.*

Expoſtulatio, onis, expoſtulandi actus. Ut, *cognoſce jam æquitatem expoſtulationis tuæ.*

Expoſtu-

Expostulator, oris, m. t. qui expostulat cum aliquo de re aliqua.

POTIS, & pote, pr. corr. utraq; voce gen. om. antiquis, quod est alicujus desiderii, seu quod expetitur, à πόθος desiderium, ynskeligt/ begierligt. Non potis est cerni, quod cassum lumine fertur. Ubi potis est gen. neut. Et pote, gen. masculin. *quisq; pote est.* Comparatur a. usitatiss. potior, tius, potissimus, a, um, & significat melius & præstantiùs, aut optimum & præstantissimum, Bedre/ yppermere/ besynderligere/ fornemmer/ best/ ypperligst/ fornemmst. *Pater filio potior est. potissima nobilitas. potissima ratio. potissimum opus.* Et, *quod potissimum est, dicam.* Item *potior in amore,* qui amicæ animum maximè capiat, beste Bønet Kurtsuen. Sic *potissimus amator,* qui primas partes apud amicam tenet: vide infrà plura. Item potis, quod est alicujus virtutis & facultatis, Mectig til noget/ som kand oc formaaer. *Non potis est, hoc facere.* Aliter à πότι ad, juxta, quasi de iis propriè, quæ in nostra sunt potestate.

Potissimùm, & potissimè, adverb. Beldst. *Ade potissimùm scribo.*

Potiùs, Comparat. pro desiderabiliùs, Heller. *Nihil est quod potius faciam quàm hoc. magnus homo, vel potius summus.* Item idem quod superlat. potissimùm: sed ubi comparatio est de duobus. Ut, *quem potius instituam hæredem? Fabium an Lucium?*

Potior, iris, dep. q. & olim etiam tert. q. potis sum vel fio rei cupitæ & desideratæ, Vorder nogit mectig/ faar min villie. *Potitus sum auro, argento, potu.* Et cum genit. *potitur rerum, potitur regni, potitur Atheniensium. Potitur hostium,* i. e. venit in potestatem hostium: *Potitur Heroum,* i.e. in eorum potestatem venit, faar Bossbond. Et *potitur fatorum,* i. e moritur: *Potitur mali,* i.e. opprimitur à malo. Et cum accusat. *patria potitur commoda. potitur domum,* i. e. venit domum. Item Plaut. *potibit me pater servitutis,* q. potitum servitutis me fecit, i. e. servum reddidit & servitutis compotem, qui liber fuerim, Giør Dreng aff mig.

Composita.

Compos, tis, om. t. qui potitur re cupita, Er noget mectig. *Compos victoriæ, compos patris, compos voti.* Item qui cum alio, rei est consors. Ut, *compos miseriarum,* Seelactig vdi sorg oc ælendighed. Dicitur quoq; *compos animi & animo, mente, linguâ &c.* Er ved sit sind / haffuer hold paa sin tunge. *Compos culpæ,* i. e. affinis.

Impos, tis, om. t. q. qui non potis est, & qui rem aliquam in potestate sua non habet, quod habere deberet vel cupit, haffuer icke i sin vold/eller hold paa det hand skal/ Vmectig. *Impos rationis,* som haffuer ingen hold paa sin Fornufft / fra Vidder. *Impos animi,* som kand icke styre oc regere sit sind. Haffuer ingen hold der paa. *Impos voti,* Slaar feil ad det mand begærer oc ynsker.

Quipote, Perf. q. qui pote est, & fieri potest. Ut, *& verum, inquis, amo, verum mihi dicite de me. Quipote? vix dicamus &c.*

Utpote, adverb. declarandi caus. Som er / som saa. *Antonius aberat à bello, utpote æger ac jacens. Ea nos, utpote qui nihil contemnere solemus, non pertimescebamus.* Aliter hîc pote à Græco πότε, quod aliquando significat, quidem: aliquando enclitica est.

POTIO, onis, f. t. pr. prod. bibendi actus, seu ipsum quod bibitur, à πόω bibo, poto, Dricken / drick. *Potionibus gaudet. cibo & potione fames & sitis depulsa est.* Græcis vocibus πον ποσις, πότης.

Potor, oris, m. t. πότης, qui bibere consvevit, potione gaudet. Ut, *potor aquæ.*

Pototius, a, um, quod ad bibendum & potum pertinet. Ut, *vasa potoria,* Drickekar. Et absolutè in gen. neut. *Potorium,* pro vase, quod potionibus inservit, Drickekar.

Potulentus, a, um, qui potionibus ebrius est, Beskenct/ fuld/drucken. Item, potulentus, potui, idoneus. Ut, *potulentum penus,* duer til at dricke/dricke vare.

Poturus, a, um, quod bibere vult aut debet. Ut, *terra potura cruores.* Sic *oves poturæ.*

Potus, a, um, πότος, qui abundè bibit, Drucken. Ut, *senex potus, anus pota. Prunsus potus,* homo dissolutus, & qui temerè negligenterq; res suas agit, q. ex prandio potus, Suode oc fylt/ som ey kand bestille noget. Item passivè, Potus, quod bibimus, Drucket. *Aqua pota.*

Potus, us, m. q. idem quod potio. Ut, *serpentes exiguo indigent potu.*

Potiono, as, Svet. act. pr. potionem præbeo. Undè, *ab uxore potionatus creditur.*

Poto, as, avi, atum & potum, n. pr. potum sumo, bibo, vel largiùs bibo. Dricker / dricker ruus. Si *potare velis, de dolio tibi hauriendum est. aquam galeâ potabat.* Et translatè ad alia: *arbores vina potant*: cum liquor radici affunditur. Sic *lana colorem potat,* i. e. inficiatur.

Potandus, a, um, pass. ut, *vina potanda.*

Potatio, onis, potandi actus, Dricken. *Potationibus gaudet. potatio mulsi.*

Potator, oris, om. t. qui potationibus indulget, Drickebroder/Drancker.

Potatus, a, um, Plin. quod potavimus, Drucket. Ut, *aqua potata.*

Potito, as, n. pr. frequenter bibo, Dricker gierne eller offte. *Ex hac patera potito. potitat pocula. potitat poscam.*

Posca, æ, f. pr. potionis genus vilissimum, ex vino acido aquâ misto, & antiquè quodvis potionis genus: sic dictum à poto, ut esca ab edo.

Poscolentum, antiquis idem quod poculentum seu potulentum.

Composita.

Appotus, a, um, benè seu valdè potus, flux drucken/ megit/velbeskenct.

Compoto, as, simul poto, vel crebriùs poto.

Compotatio, onis, f. t. convivium, quo amici liberalius potant, ea formâ, qua Græci dicunt συμποσιον, Gilde.

Compotor, oris, m. t. qui compotat. Selskabebroder der til at drikke/Drickebroder/Gildesbroder.

Compotrix, idem in gen. fœmin. Drickesyster.

Circumpotatio, onis, cum pocula de manu in manum traduntur & in circuitum redeunt, Naar mand dricker ræt om.

Epoto, as, potando exhaurio, Vddricker. *Epotabat poculum: epotabat vinum.*

Epotus, a, um, & antiq. expotus, quod epotavimus, Vddrucket. *Epotum poculum: epotum medicamentum.*

Perpo-

Perpoto, as, multum ſeu multo tempore poto, Dricker gierne/eller altid/ ſlemmer. *Totos dies perpotabat.* Et, *perpotat amarum abſinthii laticem.*

Perpotatio, onis, perpotandi actus, Slemmen/ ølſølen.

Repotia, orum, n. ſ. convivium & potatio apud novum nuptum iterata, vel poſtridiè, vel tertio, vel quarto, vel ſeptimo à nuptiis die, quando & virgo nupta in muliebrem habitum componebatur, & dona novis nuptis donabantur, Velkom.

Thermopotæ, arum, m. pr. qui calidam bibunt à θερμὸν calidum. Unde Plaut. Thermopotare, eſt guttur calidâ potatione oblectare.

PRÆ, & antiquè pri, præpoſitio ſignificans ſitum anteriore loco, à πρὶν ante, antea, priùs: translata ſc. ſignificatione temporali ad localem: habetq; abl. For til. *Præ oculis eſt*, i. e. ante oculos. Item, *præ manibus*, i. e. in promptu & ad manum, Tilrede/ forhaande. *Æs præ manu non eſt. quod præ manibus eſt, ponemus.* Et translatè ad animum cum accuſat. *Præ me fero*, i. e. ſimulo. Sic *præ te fers, præ ſe fert*, Holder noget for/ oc lader det ſaa. Item abſolutè, *I præ, ſequor.* Interdum ſignificat comparationem & majoris contentionem in conjunctis, Fremfor. *Contempſi illum præ me. modeſtus eſt præ illis. Roma præ aliis urbibus ampla & magnifica. homo præ aliis dives.* Sic, *omnes res relictas habeo, præ quod tu velis. hoc nihil eſt, præ quàm quod reſtat.* Interdum eſt cauſalis, pro, propter vel ob, For. *Præ metu ferre non poſſum. præ multitudine. præ lucro, nullam æqui habet rationem. præ ira nihil dico.* Item excluſiva pro præter, uden. *Præ ſe neminem ducit hominem.* Porrò in compoſitione interdum ſervat has ſignificationes, ut *præfero, præpono, præcox.* Interdum augendi vim habet, & majorem quàm per. Ut *prædulcis, prædurus, prædives*, i. e. admodum valdè. Interdum ſignificat ſine, ut, *præſiſcine*, i. e. ſine invidia & faſcino. Item, valdè & arctè. Ut *præcido, præcludo.* Interdum ſuper, ut, *præficio, præſideo.* Interdum ſupervacua eſt, ut *præmorior, præcingo.*

Præter, præpoſitio excluſiva accuſat. poſt ſe habens, à præ, aſcitâ encliticâ ter, uden for. *Neminem tibi video amicum præter Lucullum. omnibus ſententiis præter unam condemnatus eſt.* Sic, *præter ſpem, præter opinionem, expectationem*, uden forhaabning. *Præter modum*, offuermaade/ uden maade/ vſkelligen. Niſi exponatur per ſupra, quaſi ſupra modum. Sic: *præter ætatem ſapit, ſtultus eſt*, i. e. ſupra ætatem. *Præter ſpeciem ſtultus es*, i. e. ſupra tuam formoſitatem, Du eſt deilig oc ſmuck/ oc en Gieck der hoſſ. Ponitur etiam interdum pro ante, For. *Servi præter oculos ejus hæc omnia faciebant.* Item pro contra, Mod. *Præter civium morem atq; legem.* Item pro ſine. Ut, *præter condemnatos.* Item pro præ. Ut, *Attici in eo genere præter cæteros excellunt. Præter cæteros elaborat ut retineamus. præter alios frugi & continens eſt*, i. e. præ aliis, frem for andre. *Præter pedes abſtulit*, i. e. præ pedibus, ante pedes. Item, adverbialitèr, pro *præterquam*, fremfor. *Omnis incommodi patiens præter caloris.* In compoſitione tranſitum vel præteritionem denotat, For offuer/ frem for/ forbi. *Prætereo, præterveho, prætergredior, præterfluo, prætermitto, præterbolo.*

Prior, com. gen. & prius neut. quod ſuo loco & habitudine præ alio eſt, For/ før/ forriſt. *Priori poſterius non jungitur.* Sic *prior ſententia, prior locus, prior actio*, pro prima inter duas vel plures. Et ratione honoris: *Priores partes deferunt Lælio.* Ratione temporis: *priore æſtate hoc confeci. Priora comitia: anno priore*, Forgangen. Et abſolutè, *Priores noſtri* pro majoribus.

Priùs, ratione dignitatis, pro melius. Ut, *nihil eo priùs nihil fortius.*

Priùs, adverb. pro ante vel citiùs, Før Snarer. *Priùs tua opinione hîc adero.* Et *priùs vitam proditura, quàm amittas filium*, Før. Item Catull. prius pro olim. Ut, *otium & cives priùs, & beatas perdidit opes: hæc priùs fuére.* Componitur & per hyphen. Ut, *priùs domina*, i. e. domina, quæ priùs fuit.

Priſcus, a, um, quod priore & ſuperiore, vel prima ætate fuit, adeoq; antiquiſſimum, Som vaar til i gamle dage/ i gammel tid / aff Arilds tid/ i fordum tid. *Gens priſca; religio priſca. mos priſcus. priſca fides. priſca ſervitus. priſcum verbum. Priſci Latini*, Feſto, propriè, qui priùs quàm conderetur Roma, fuerunt.

Priſcè, modo vel more priſco. Ut, *priſcè mecum agit*, Effter gammel viis.

Priſtinus, a, um, quod prioribus annis & noſtra memoria fuit, Gammel/ forgangne. *Priſtina beneficia, munera, laudes, gloria, dignitas, ætas, ſtatus, bonitas, miſericordia, labor, odium.* Item idem quod prior, ut *dies priſtino procelloſior.*

Primus, a, um, quod in ordine numeri, præ aliis omnibus eſt, Førſt. *Primus ibi ante omnes Laocoon ſummâ decurrit ab arce. Prima coitio in certamine*, Førſte ſammengang. *Primæ hoſtiæ*, pro præcidaneis hoſtiis. *Hoc à primo cogitavi*, i. e. ab initio, Aff begyndelſen. Item, *primis labiis guſtat*, i. e. extremis, pro leviter & primis initiis. Sic *prima belli* pro principiis. *Prima fabula*, i. e. principium fabulæ: *Primum edictum*, i. e. prima pars edicti. *Primus digitus*, i. e. prima pars digiti. *Primus lictor*, qui agmen ducebat & cæteris præcedens primus turbam movebat, ut proximus, qui proximè antecedebat conſulem. Singuli enim incedebant. *Inteſtinum primum*, Maſſue Tarm. *Menſæ primæ*, quæ conſtabant carne & piſcibus. Adſciſcitq; ſibi interdum vocem quisq; ad augendam ſignificationem. Ut, *primo quoq; tempore de iſta re ad populum ferretur*, Med det allerførſte. Sic, *primo quoq; die.* Et *prima occaſione ad te mittam*, Med allerførſte leilighed. Item, jungitur præpoſitionib. Cum & In. Ut, *inprimis*, Beſynderligen. *Cumprimis*, Beſynderligen for alting. Item primus ordine dignitatis, qui præcipuus eſt, Beſynderlig/fornemſte. *Primus inter duces. primus genere & nobilitate. primas partes habet. In primis Italiæ Venetiæ ſunt. Primas* (i. e. partes) *ſapientiæ tibi defero. primus juvenum hic eſt.* Et *prima quæq; abvolant*, det beſte oc beſynderligſte.

Primò, adverb, pro primo loco, initio vel principio, ante omnia, I førſte begyndelſen. *Cæpi adverſarii primò.*

Primùm, adverb. idem.

Primulus, Plaut. Ut, *primulo diluculo abiit ad legiones*, Meget tilig/ hart ad i dagningen / oc allerførſt i dagningen.

Primulùm, adverb. idem quod primùm: niſi aliquid ſignificationis addat in exceſſu aut defectu, q. d. Allerførſt/ eller hart ad da førſt. *Primo ferè tempore, tum dentes mihi cadebant primulùm*, hart ad da førſt.

Primanus, a, um, in re militari quod est primæ legionis. Ut, *primanus miles; primanus Tribunus*, Somer i den første orden. Et in ordinibus scholasticis, somer i den første Lectie.

Primarius, a, um, quod ordine, dignitate & genere primum est, Førnemme/ Besynderlig. *Cives primarii. primarius vir. primarius bellator. fœmina primaria. natus loco primario. conditio primaria.* Et *primarius lapis*, qui in ædificio præstantissimus est, aut primus positus, Hoffuetsteen.

Primates, tum, m. t. pl. cives primarii, Høffdinger.

Primatus, us, m. q. primatum dignitas.

Primores, quasi primiores, (quod & alii legendum suspicantur) m. t. pl. de rebus dicitur, quæ priore sunt loco. Ut *primores dentes*, quos Martialis vocat græca voce gelasinos, quia in risu ostendantur, for tender. *Primores digiti, ungues, nares*, prior & summa eorum pars, det yderste aff dem. Et *primoribus labris gustare*, i. e. attingere leviter. *Primores viri*, i. e. primi vel primates. Et absolutè *primores* pro eodem. Item *primores*, qui primi in acie stant, de beste oc forreste i spidzen. Legitur & in singulari, *primorem partem domus*: pro prima vel priore parte domus.

Primitùs, Varr. & Svet. idem quod primò.

Primitèr, Lucil. idem quod primò.

Primitivus, a, um, quod aliunde non habet originem. Unde Grammaticis primitiva verba. Et Colum. *primitivi anni*, qui primi sunt alicujus institutionis, De nest første.

Primitius, a, um, Ovid. quod in re aliqua principale est. Ut *primitius torris*, Den første eller høffuits brandt. Et plural. *Primitiæ, arum*, primi fructus ex agro percepti, Ny oc første affgrøde. Et translatè, *primitiæ operum, primitiæ lacrimarum*, q. primi fructus operum &c. den første gaffn aff nogen ting. Item, primitiæ vitis, pro flagellis primis, første vøxud oc tien.

Pridem, adverb. significans q. præ hoc tempore à Præ vel pri, & enclitica dem. Accipiturq; modò pro longo ab hoc tempore, Lenge siden. Modo pro brevi, Noget tilforn/ forstacket siden. Modò pro brevissimè ante, Nyligen/ nest for. *Demonstrat quàm pridem hæreditas sibi venisset*, Buor lenge siden. *Quod ad me pridem scripseras. Ipsi verò pridem vidimus ea omnia præter pubertatem in filio.*

Jampridem, aliquanto jam tempore, Nogen stund eller allerede. *Jampridem te expectantes, ipsi sedemus. jampridem tu messernis, sentio*, Allerede. Item de longiore tempore pro jam olim. Ut, *quod majores nostros jampridem feciss manifestum est*, Lenge tilforn/ lenge siden. Sic, *jam pridem ad te missem.* Et *jam pridem videtur factum, heri quòd homines quatuor in soporem collocastis nudos*, Stunis lenge/ lenge siden.

Quampridem, interrogantis est, pro quanto tempore ante, Buorlenge siden. *Quampridem nomen Fauni in adversaria retulisti?*

Priorsum, Macrob. versus prius. Ut, *aut priorsum accedit aut retrorsum recedit*, Frem ad.

Composita.

Apprimè, adverb. significans valdè multum. Ut, *id apprimè rectè dicitur. Id apprimè in vita utile*, Meget storligen.

Apprimus, a, um, Antiquis q. longè primus. Ut *vir summus, apprimus Patroclus.*

Comprimis, adverb. inter primos, Besynderligen.

Decemprimi, nomen legationis Amerinorum ex ordine decurionum delectæ.

Quinq;-primi, Ægyrinensium in Sicilia legatio.

Inprimis, adverbialiter positum, i. e. ante omnia vel ante omnes, For alle ting/ for alle/ besynderligen. *Res hæc inprimis mihi causa videtur facinoris.*

Quamprimùm, pro primo quoq; tempore. Ut, *literis te hortatus sum ut quamprimùm reipubl. subvenires.*

Præco, onis, m. t. qui publicè aliquid denunciat: à præ & cano, q. qui præcinit, Vdraaber. Eratq; variorum negotiorum & rerum. Ut, *præco in auctionibus*, qui ad hastam stabat & precia oblata nunciabat. In concionib. qui audientiam faciebat: *in judiciis & quæstionibus*, qui judices, reos, accusatores, testes citabat. Item, qui Senatusconsulta recitabat renunciavitq;, Vdrober oc Forkynder. Et inde translatè, *præco laudum, virtutum alicujus*, qui scripto vel ore divulgat laudes, virtutes alicujus. Præco etiam dici potest, qui in sua curia proclamat quid rerum in foro actum est, sed cum adjectione, *præco forensis vel actorum forensium*, Tingrider.

Præconium, n. s. præconis vox, exercitium munus & officium: Unde *præconium facit. præconio contendit, præconium ipsi do. præconia laudum*, Vdraabelse/ vdraaben.

PRÆDA, æ, f. pr. corpora rerum ab hostibus capta, sic dicta Varroni, quòd ut manu parta, q. parida, Roff oc Bytte/ Krigsbytte. Aliter a premo, quod premendo extorquetur, vel quod prementi hosti obvenit ex direptione.

Prædaceus, a, um, Gell. quod ex præda est. Ut, *prædatis pecunia*, Pengbytte/ Pengeroff.

Prædaticius, a, um, idem. Ut *pecunia prædaticia.*

Prædor, aris, dep. p. hostiliter vel in bello vel specie belli diripio & prædam facio, vi aufero, Rosser/ Snapper/ Roffoc Bytte. *De bobus prædatur. ille omnibus rebus prædatus est Verres.*

Prædator, oris, m. t. qui prædatur, Rosser/ Krigbytter/ Vdligger.

Prædatrix, icis, f. t. quæ prædatur.

Prædatorius, a, um, quod ad prædatorem pertinet. Ut, *navis prædatoria*, Sørøffuer Skib/ Krigbytter Skib. Sic, *prædatoria classis.*

Prædabundus, a, um, prædæ & prædationi intentus.

Prædo, onis, m. t. qui prædam agit, Rosser/ Krigbytter. *Prædones Lavantini* sunt balnearii fures.

Prædonulus, Caton. parvus prædo, & qui minorem prædam agit, Snapper/ Snatter.

Composita.

Deprædor, aris, idem quod prædor.

Deprædator, oris, m. t. qui deprædatur.

Deprædatrix, icis, f. t. idem in sexu fœmineo.

PRÆDIUM, ii, n. s. possessio, sive urbana sive rustica: sic dictum antiq. à præda, q. agri bello capti & hostibus erepti, Landgods/ Kiøbstedgods. In jure autem

autem civili deducitur à præsto, q. quod pignori datum, ut publicè manceps præstet fidem. Item, pluralit. prædia sunt bona prædum sponsione obligata: à voce præs sic dicta.

Prædiator, oris, m. t. juris prædiatorii peritus. Exponitur & qui prædum bona & fortunas emit.

Prædiatorius, a, um, quod ad prædium pertinet. Ut, *jus prædiatorium.*

Prædiatus, Apulejo, prædiis munitus.

Præs, dis, m. t. qui in rebus reditibusq; populum & rempubl. spectantibus fidem suam prædiis latifundiisq; oppositis obstringit: vel qui in re prædiatoria & quacunq; possessione, etiam in re numaria, aut vectigalibus populi se obligabat, Forloffuer/som borger for anden vdi godz oc penge. Aliter præs per concisionem à præsum, i. e. præsto sum. Interroganti n. judici præses; respondebat præs, i. e. præsto sum vel adsum. Nam præsesse antiquitùs significabat præsentem esse. Item, pluraliter prædes aliquando pro ipsis bonis, prædiis. Item præs à præsto ex jure civili: quia præstare tenetur quod promittit, non secus ac is, pro quo præs factus est.

Comprædes, apud Fest. qui sunt ejusdem rei sponsores.

PRÆLIUM, & antiq. Proilium, ut coitus cœtus: conflictus ipse hostium; sic dictum à premo, quòd hostes se invicem premant, quòd hostis hostem premat ac urgeat: vel à præda, de qua pugnatur, Slag vdi Krig/ Felt Slag. Translatè ponitur pro prandio. Item pro coitu Prælium latronum, pro lusu, qui fit latrunculis, Skackspil.

Præliaris, re, om. t. quod ad prælium pertinet. Ut, *pugnâ præliaris. præliares dies*, quibus fas est hostem bello lacessere. *Tuba præliaris rotundâ erat: ut recta fuit quâ in sacris utebantur.*

Prælior, aris, d. pr. prælium committo & facio, Holder Slag/Slais i Krig. Et translatè, verbis contendo, Kiffuer / Trætter imod.

Præliator, oris, m. t. qui præliis gaudet, Krigsmand.

Compos.

Deprælior, idem quod prælior, seu summis viribus prælior. Et translatè, venti deprælìantur, Veir mod veir.

PRÆLUM, li, n. s. trabs torcularis, quâ olea vel uva calcata premitur, sic dictum à premo, Persestang/ Persetræ.

PRÆMIUM, ii, n. s. quod quis prædatur, à voce præda: & propriè idem ferè quod præda, nimirùm quod apertè hosti aut viatori à milite aut grassatore eripitur, Priis/ Bytte. *Aggerat præmia pugnæ. raptâ veste petit præmia.* Inde translata dictio est ad honorem, qui habetur viro strenuo pro opera navata reipublicæ & rectè factis, Belønning. *Præmium & fructus officii. præmia tibi Deus merita persolvat. præmia pro pietate det.* Sic in ludis & certaminibus præmium est quod proponitur victoribus. Ut, *Invitat Æneas & præmia ponit.* Sic: quicquid ab hoste dicto rapitur, in præmium cedit. Accipitur & in malam partem pro mercede sceleris alicujus. Ut, *rempublicam provinciæ præmio vendidit.* Item, præmium pro pecunia. Ut, *sine præmio sum, marsupium reliqui domi.* Aliter à pro & emo, vel à premo, quòd premendo extorquetur.

Præmiosus, a, um, antiquè pro pecuniosо. Ut, *dives ac præmiosus ævus.*

Præmior, aris, d. pr. Svet. pro lucror.

Præmiator, oris, m. t. propriè, qui de nocte præmia extexit.

PRÆTOR, oris, m. t. antiquitùs, qui cum imperio exercitui præfuit, à præeo: postea dictus consul aut imperator. Inde acceptum est pro eo, qui juri dicundo præfuit, nec non qui cum summa potestate in aliquo loco fuit, Landzdommer oc Statholder.

Prætorius, a, um, quòd ad prætorem pertinet. Ut, *prætoria cohors*, quæ ab imperatore non discedebat, Førstens Lifffane. *Prætorium jus*, quod in prætorio proprium est, Hoffræt / Gaardzræt. *Prætoria porta*, qua exercitus in prælium educebatur. *Prætorius vir*, qui præturam gessit. *Prætorium genus*, ex quo majorum aliquis præturam gessit. *Navis prætoria*, Amiral Skib. Et absolutè, *Prætorium*, domus & tabernaculum, in quo Prætor & imperator degit & habitat, Førstelig oc Kongelig Huus oc Bolig / Kongens Huus: Førstens eller øffuerstens Telt. Et translatè domus magnifica & ampla in agro & ruri exstructa, Herregaard. Item, Prætorium, domus seu locus, in quo Prætor jus dicit, Sondhuus / Raadhuus. Et inde concilium ipsum, quod à Prætore convocatur. Unde dicitur, *dimittere prætorium*, sicut demittere senatum.

Prætoriani milites, qui prætorio & custodiæ imperatoriæ invigilabant, Førstelig Liffvact/ Dravantere/eller Hofffane.

Prætoritius, a, um, Mart. idem quod prætorius. Ut, *torona prætoritia* pro triumphali & imperatoria.

Prætura, æ, f. pr. Prætoris dignitas & officium, Landzdommeri / Statholderskafft.

Compos.

Propræter, oris, m. t. qui cum prætoria potestate aliquà mittebatur, q. qui è loco & vice prætoris.

PRAGMATICUS, à Græcis sumpta voce, πραγματικὸς, qui mercede conductus ministrum se oratori in judiciis præbebat. Inde omnis, qui quocunq; modo forensia tractat, Sectefogit / Rudefogit / Tingsidder/ som altid haffuer at tage vare for andre til Ting oc Steffne. Et adjectivè, *pragmaticus, a, um*, quod ad pragmaticum pertinet. Ut *sanctio pragmatica*, quæ à pragmaticis fertur, delata causa à supremo & ordinario judice ad pragmaticos, Huad Sannemend affsiger oc gode Mend / som haffuer saaed besalning paa at sige/ Sannemends affsigt. Et *pragmaticum*, n. s. quod à pragmaticis agitur, Sannemends handel vdi nogen Trætte oc Sag. Item honestiore loco, *pragmaticus*, qui causidicis leges monstrabat, & quem tanquam peritiorem adibant & consulebant, Velforfaren i Tingsager / Low oc Ret/ Lowkiøn.

PRANDIUM, ii, n. s. antiquitùs idem quod jentaculum: cibus, scilicet, qui operario aut militi dabatur ante operam & pugnam, ut vires reficeret, à πρωΐ, paulò ante vel mane: vel à πράσσω, ago, facio, q. quò laboribus pugnæq; integri sufficerent, quemadmodum Græci δεῖπνον dicitur, q. μετ' ὀδὰ πονεῖν, Saugre. Inde ubi otiosi cœperunt ante cœnam luxuriosiùs edere, significat

ficat cibum meridianum, Middags Maaltid. Prandium aliter q. parandium, quòd levia tantùm quædam & paratu facilia apponebantur. Et Isidoro q. paratum, quòd paratum & in promptu sit, & maximè parabilis cibus. Item Plutarcho q. πάρ ἔυδιον, q. d. meridianum.

Prandiculum, li, n. s. idem, quod jentaculum, q. parvum prandium, Saugre/ Frokost.

Prandiolum, idem.

Prandeo, es, di, & sus, sum, sine sup. n. s. prandium sumo, Giør Maaltid/ faar Saure eller Middags Mad. *Prandi in nabi, inde huc sum egressus.* Et cum casu, *prandet emptas luscinias.*

Pransus, a, um, qui prandit, haffuer faaed Middags Mad: Unde quodam proverbio: *Pransus paratus: pransus potus:* de quibus suis locis.

Pransito, as, frequent. à prandeo. Unde cum accus. *polentam pransitant*, Eder til Sauger eller Middag.

Pransor, oris, m. t. qui prandet, aut qui ad prandium invitatus est. Ut, *pransoribus apponit prandium.*

Pransorium Candelabrum, ad quod prandetur.

Composita.

Compransor, qui simul prandet, vel unà cum aliis.

Impransus, a, um, qui nondum pransus est, Fastende/ eller som icke endnu haffuer faaet Middags Mad.

PRATUM, ti, n. s. pr. prod. ager, in quo ad percipiendum fructum falce duntaxat opus est, q. paratum, q. sine opera paratum, Maaje/ Engbond. Aliter à Dorico πρατία pro πρασια, i.e. areola in horto. Item à πρασὸν viride.

Pratulum, n. s. parvum pratum.

Pratensis, e, om, t. quod est ex prato. Ut, *flores pratenses. Fungi pratenses*, qui in pratis nascuntur. Sic *pratense fœnum*, Maajord. *Carduus pratensis*, EngeTidzl.

PRAVUS, a, um, pr. prod. voce militari, qui nimiùm lenis est: ideoq; ad militiam ineptus, à πρᾶος, mitis, lenis, q. En barmhiertig oc blød Krigsmand/ der duer intet. Inde pravus, qui non rectè se habet, Krogit/ vanskabt/ vrangt. *Pravi tali. pravi pedes. prava fabri regula. oratio prava.* Item vitiosus & malus, Vrang/ vanartig oc ond. *Pravum ingenium. prava stultitia. prava ambitio.* Et superlat. *pravissimus mos* Tacito. Et *pravissimus homo*, Paterculo.

Pravè, modo pravo, Vrangeligen oc ilde. *Pravè & turpitèr cœnabat.*

Pravitas, atis, f. t. pravi affectus & ratio. Ut, *pravitas corporis*, Wheld oc vanskabning. Et *pravitas animi*, Vanære/ ondhed / arrighed.

Composita.

Depravo, as, pravum facio, & quod benè dictum vel factum est, in deteriorem partem detorqueo, Vrænger / forderffuer / forvender / legger vdi den verste meening: *Benè dictum malè narrando depravat.*

Depravatio, onis, depravandi actus, quo aliquid depravatur, Vrengelse/ forvendelse/ vrengen. *Depravatio, oris, depravatio verbi.*

Depravatus, a, um, quod depravavimus. Ut, *filius indulgentiâ depravatus. mores dulcedine hac corruptelaq; depravati*, forderffuet / forvent.

Depravatò, adverb. modo depravato, Vrangeligen/ forderffueligen.

PRECOR, aris, dep. pr. pr. corr. submissè oro, à proco, instantèr & assidue peto, ydmygeligen beder. *Deos precatur. precatur ad Deos*, Giør Bøn til Guderne. Et *precatur preces ad Deos*, Beder en Bøn / giør Bøn. Item *precor Diis.* Item, precor, idem quod opto à Diis, ynsker oc beder. *Benè tibi precor. tu mihi malè precaris.* Et *precatur illis dira, mala*, ynsker dem ont. Ponitur & pro imprecor, Maner.

Precatio, oris, f. t. precandi actus, Bedelse/ Bøn/ ynsk.

Precator, oris, m. t. qui pro alio intercedit & precatur, forbeder.

Precis, genitivus cum cæteris obliquis sine nom. sing. nam preces pluralis est, f. t. formula concepta, quâ precamur, Bøn *Nullus relictus preci locus. prece implorat cœlestes aquas. tempus precibus aptum.*

Precarius, a, um, quod per preces conceditur, sed ad tempus. Ut, *precarium imperium*, quod quis precibus tantùm obtinet, Det som mand haffuer for Bøn oc for Gudz skyld/ tryglet/ tigget. *Anima precaria*, pro vita, quæ alicui ab hoste conceditur. Sic, *salus precaria, quæstus precarius, auxilium precarium.* Et *spiritus precarius*, Den mand er icke visse paa / oc ved ey huorlenge mand haffuer liffuet.

Precariò, adverb. modo precario. Ut, *hanc rem nostri, nec clam, nec precariò possidet.*

Composita.

Comprecor, idem quod precor.

Comprecatio, onis, genus precationis, quæ solenni quodam ritu ab universo populo fiebat apud Romanos, Bededage/ Almindelige Bededage.

Deprecor, aris, vehementer vel supplicitèr precor, ydmygelig beder/ formaaner. *Ne invidiâ conflagrem, deprecor.* Mortem deprecor. Item precando impetro, faar bøn/ affbeder. *Deprecor pœnam, culpam, supplicium. Multorum vitam à sylla deprecatus est.* Et per consequens recuso, removeo & depello, staaer imod/ affvender. *Invidiam, ignominiam, calumniam deprecor.*

Deprecatio, onis, actus, quo quid deprecamur. Ut, *deprecatio culpæ. deprecatio facti*, quâ factum deprecamur. Et *deprecatio Deorum*, quâ Deos deprecamur, Affbedelse/ formanelse.

Deprecator, oris, m. t. qui deprecatur, & qui reo veniam & impunitatem deposcit eumvé periculis eximit, forbeder/ affbeder.

Deprecandus, a, um, deprecatione dignum. Ut, *deprecanda pax*, ynskelig/ Bøn verdig Seu quod deprecari debemus. Item *Deprecanda malevolentia*, Som skal imodstais oc affvendis/ fortrydelig.

Indeprecabilis, le, om. t. quod nullis precibus averti potest, Det mand icke kand affbede. Ut, *pœna indeprecabilis.*

Imprecor, aris, d. pr. quasi valdè precor, In, intendente significationem: Accipiturq; tamen potissimùm in malam partem pro, malum alicui precor, Beder ont for

for anden / Bander / forbander / ynſker ont. *Non cuiquam imprecemur debilitatem, naufragia, morbos &c.*

Imprecatio, onis, imprecandi actus, & dira, Forbandelſe.

PREMO, is, ſſi, ſſum, act. t. pr. corr. arctius rem prehendo, ſeu cum pondere incumbo, à πρίω, πριόω, ſtringo, conſtringo, allido, Trycker / knuber / klemmer: *Premere favos, caſeos. preſſit anguem in ſentibus.* Et in re venatoria, *ingentem premit ad retia cervum*, i. e. inſtat, agit & urget. Inde translatè, *fata me premunt, nomina premunt*, Trenger / tuinger. Sic *premitur invidia, fugientem premunt hoſtes. premitur ære alieno, premitur à Cæſare, premitur anguſtiis.* Item: *Imperio premit, ac vinclis & carcere frenat*, Tuinger. Interdum etiam ponitur pro comprimo, coherceo, Holder inde / tuinger. *Premit altum corde dolorem.* Item, expello, Vddriffuer. *Inbitum preſſit ab adibus.* Item vitio, Krencker. *Uxorem tuam preſſit.* Item concutio. *Galli cantu plauſuq; premunt alas*, Slaar med / ſlaar ſammen. Item removeo. Ut *umbram ruris removet falce*, Tuinger / ſc. amputatione impendentium frondium & herbarum. Item vaſto. Ut, *pelago premit ſtat arva.* Item occido. Ut, *armigerum Remi premit.* Item, infodio, demergo. Ut, *premit virgulta.* Item, effodio. Ut, *ſulcum ſibiq; premat ipſa carina.* Item dicendo inſto. Ut, *nihil magis preſſi quàm quod accuſator.* Item reprehendo, maledico. Ut, *preſſerunt eum, qui voluerunt videri Atticorum imitatores. Facta premunt annos*, i. e. ſuperant, & plura ſunt facta quam anni. *Premere habenas*, i. e. retinere, cohercere, Holde tømme at ſig / holde ad ſig. *Premere pollicem*, eſt favere q. eo dato ſigno. Ut indicis porrectione minitamur: infami ſubſannamus.

Preſſorius, a, um, quod ad preſſionem pertinet. Ut, *vas preſſorium*, in quo quid premitur.

Preſſura, æ, f. pr. Plin. & Col. premendi actus. Ut, *una preſſura viginti culeos implet. preſſura croci*, ſuccus eſt ex croco expreſſus, Safran / Voes eller Safft.

Preſſus, a, um, quod preſſimus, Tryct. *Preſſus caſeus, preſſum lac*, Oſt. *Preſſæ mammæ.* Et amiſſo tempore, arctus, brevis & paucus, Kort / tæt. *Preſſior eſt in explicandis ſententiis. preſſus auctor*, qui preſsè ſcribit. *Preſſus ſtylus*, Tæt oc faſt / kort. Item onuſtum & q. onere preſſum. Ut, *navis preſſa*, Lad Skib / eller ſom ſticker dybt. *Et preſſum quaſillo ſcortum*, i. e. oneratum & aſſiduitate aſtrictum ad faciendum opus nendo, quâ forma dicimus, Knyt oc tynget / eller tuingt med en Rocke / Bunden til en Rocke. *Preſſo gradu incedere*, i. e. arcto & firmo, quo cautos incedere videmus, Gaar varligen oc giffuer ſig ſtunde / eller gaar ſacteligen. Item preſſus pro ſignatus, Paatryct. *Notâ hac res illa preſſa eſt.*

Preſsè, adverb. modo preſſo. Ut, *preſsè dicit*, Kortes ligen / faſt oc tæt.

Preſſus, us, m. q premendi actus, Trycken. *Preſſus oris*, Korthed. *Preſſus ponderum, palmarum*, Tynge / tuingjel.

Preſſo, as, frequenter vel multùm premo. Ut, *preſſabimus ubera palmis. Vomica eſt in collo, preſſa parcè.*

Preſſatus, a, um, Plaut. ut *herus preſſatus crumena*, i. e. gravatus, Tynget: *Vel ære preſſata crumena*, i. e, diſtenta & referta.

Compoſita.

Apprimo, mis, ad aliquid premo, vel valdè premo. Ut, *tunica cinctuq; corporis apprimitur ventri.*

Comprimo, idem quod premo. Ut, *comprimere ubas*, Trycke / Perſe. Item cohibeo, compeſco, Tuinger / Spærger / Stiller. *Comprimere audaciam, manus, linguam. comprimere album*, eſt ſiſtere. *Comprimere virginem*, eſt vitiare, Krencke. Item, comprimo, idem quod ſupprimo, Slaar vnder.

Compreſsio, onis, comprimendi actus: & ſpecialiter brevitas & ſuccincta vel arcta rei alicujus ratio, Korthed.

Compreſsiuncula, f. pr. ut, *dulces amantium compreſſiunculæ*, ſc. quibus, inter amplexus & oſcula, ſe invicem comprimunt.

Compreſſus, us, pro coitu. Ut, *virgo ex compreſſu gravida.*

Compreſſus, a, um, quod compreſſimus, Tryct / knuſet / ſtillet / vnderſlagen / ſkiult / forborgen. *Compreſſis manibus ſedet*, Vlæd hænderne i barmen / eller oc ſammenlagde.

Compreſsè, adverb. breviter. ſuccinctè, Korteligen. Comparat. compreſſiùs.

Deprimo, deorſum premo, Nedtrycker / Nedſtøder. *Deprimere navem*, Nedſiucke. *Deprimere hominem*, Fornedre: de ſtatu ſuperiori in inferiorem & deteriorem. *Deprimere vocem* eſt ſubmiſsè loqui, Tale ſaa ſacteligen. *Digitum deprimere*, eſt ſuffragio derogare, ex ſigno nimirùm, Icke ſamtycke / icke recke Fingerne i veiret / h. e. negare.

Depreſſus, a, um, quod depreſſimus, Nedtryct / Nedſtøt / Siucket. *Navis ſuperata & depreſſa. depreſſa vox*, i. e. ſubmiſſa, Sact ſtemme eller tale. *Depreſſus locus*, i. e. humilis, Stid Lauff. Depreſſior, comparat.

Exprimo, q. premendo extraho, vel elicio, Vdperſer eller affperſer / vdtrycker. *Exprimere oleum, liquorem, vinum.* Et translatè, quadam vehementia enuncio & declaro, Vdſiger / vdtrycker. *Veritatem exprimit. exprimit literas.* Item, *vi extorqueo*, Vnde en noget aff. *Hoc tibi exprimam.* Sic, *à natura exprimere vitium.* Item, *exprimere faciem, formam, imaginem*, Vdtrycke noget Billede.

Expreſsio, onis, exprimendi actus: propriè & translatè, Vdperſen / vdperſning / vdperſelſe / vdſigelſe / vdtryckelſe.

Expreſſus, a, um, quod expreſſimus, Affperſet / affttryct. *Vinum expreſſum.* digitis *expreſſus ſuccus.* Et amiſſo tempore, expreſſior, & expreſſiſſimus, tùm propriè, tùm translatè. Ut, *expreſſius nihil dici poteſt ſignæ expreſſiſſima*, Vdtryckeligſte.

Expreſsè, modo expreſſo, Vdtryckeligen. *Expreſsè dicit.*

Imprimo, is, in re aliqua aliquid premo. Ut cum molli rei figura aliqua inducitur, I trycker. *Sus roſtro humi A literam impreſſit. In cera ſigillum annulo impreſſit. in aliquo loco veſtigium imprimere.* Et translatè, *in animis hominum Deorum notic.m impreſſit ipſa natura*: Et *imprimuntur nobis noticiæ rerum.* Item, ut *horum judicium lectione duplex imprimeretur Reipublicæ dedecus*, pro inureretur & inferretur; Paaføris oc paabrendis.

Impreſ-

Impreſsio, onis, imprimendi actus, ſed ſignificatione potiſſimùm translata, ut, pro efficientia, effectu, Vi: vdretning / krafft. *Numeroſum, id quod habet quasdam impreſſiones:* Et pro notione, ut *inter ipſas impreſſiones nihil intereſſe, ſed inter ſpecies*, Kundſkab eller begribelſe / befattelſe. Item, pro expreſſione, Vdtryckelſe. Ut, *in lingua explanata vocum impreſſio.* Item, pro incurſione hoſtili ſeu impetu, Anlob / Angrib: *Hoſtes impreſſionem fecerunt in caſtra.* Et, *vi & impreſſione aliquem evertere*, Antaſtelſe.

Impreſſus, a, um, quod impreſſimus, Indtryct: *Signa in annulo impreſſa*, Mercke trycte Ringe. Et *literæ impreſſæ*, quæ ſunt obſignatæ, quaſi ſigillis impreſſis, Beſeglede Breffue. *Veſtigia impreſſa. viſum in animo impreſſum.*

Interpremo, ſeu inter primo, arctè comprimo, Trycker hart ſammen. *Fauces ejus interpreſſit*, hand qualde.

Opprimo, is, ſſi, ſſum, q. totum & omninò premo, Vndertrycker / fortrycker ihiel oc aldeles. *Innocentes iniquo judicio oppreſſit, morbus hominem oppreſſit.* Sic *opprimitur dolore, opprimitur onere officii.* Item opprimo, pro premo ſeu claudo. Ut, *os opprime*, Holt eller luck Munden til. Item, pro violo. Ut, *virginem oppreſſit.* Item, pro occupo ſive prævenio Ut, *tertia jam epiſtola te oppreſſit.* Item, pro ſupprimo & occulto, Slaar vnder / dyl oc ſtiel. *Hoc ſtudioſè ab ipſo opprimitur.*

Oppreſsio, onis, opprimendi actus, Fortryckelſe / vndertryckning. *Oppreſſio oppidi, caſtelli curiæ.*

Oppreſsiuncula, parva & exigua oppreſſio.

Oppreſſus, a, um, quod oppreſſimus, Fortryct oc vndertryct: *Oppreſſus Senatus; oppreſſa reſpublica, oppreſſus morbo, judicio, contumelia.*

Pullipremo, onis, m. t. Lucill. qui comprimit & præpoſtera libidine vitiat puerum.

Reprimo, is, q. retrò premo, cogo & retineo, Holder tilbage. *Reprimere furorem, fletum, fugam, iracundiam. reprimere labra*, holde Munden til oc tie. *Reprimere ſe*, holde ſig ind oc tilbage / at giøre eller ſige noget. Sic *reprimere dextram.*

Repreſſor, oris, m. t. qui reprimit, ut, *repreſſor cædis*, ſom holder fra.

Repreſſus, a, um, quod repreſſimus, Fraholt / tilbage dreffuen: *Impetus hoſtium repreſſi.*

Supprimo, is, erumpentem inhibeo, Tuinger ned eller tilbage. *Supprimere vocem, lacrymas.* Et *ſupprimere iter*, i. e. retrahere ſe ab itinere, holde tilbage / tilveye Item, clam premo & inhibeo, h e occulto & abſcondo, Slaaer vnder. *Supprimere nummos, pecuniam, & ea, quæ ab aliis elaborata ſunt.*

Suppreſsio, onis, ſupprimendi actus, & fraudulenta occultatio, Vnderſlagen. *Suppreſſio judicialis.* Et *ſuppreſſiones nocturnæ* dicuntur, cum per ſomnum ſpiritus ſupprimitur, aut etiam vox ipſa ut incerta indiſcretáve edatur, quemadmodum fieri ſolet in morbo, qui incubus dicitur. Et *ſuppreſſio urinæ*, quæ & uſitate græca voce dyſuria dicitur, Piſſeholt / naar mand icke kand lade ſit vand.

Suppreſſus, a, um, quod ſuppreſſimus. Ut, *navis ſuppreſſa*, i. e. depreſſa ſive ſubmerſa, Vnderſiuncken. Fuga *ſuppreſſa*, i e. retracta, holden tilbage. *Mentum ſuppreſſum*, i e. contractum, non oblongum, ſed breve potiùs Lauffhage. *Vox ſuppreſſa*, i. e. ſummiſſa, Sact tale oc ſtemme.

PRETIUM, tii, n. ſ. pr. corr. quod datur pro re empta, à πρίαμαι emo (unde & ἀπρίατος, i e. ſine pretio) Værd oc betalning. *Iſto pretio hanc rem non comparaveris.* Inde ponitur aliquando pro præmio, Belønning. *Quod habui ſummum pretium perſolvi tibi. palmæ pretium victoribus.* Item, pro pœna. Ut, *mox pretium tardis. pretium ob ſtultitiam fero.* Dicitur &, *pretium eſt*, pro dignum eſt, det er verd. *Pretium eſt de hac re dicere.* Sic pro eodem, *pretium operæ, & operæ pretium eſt.* Et *eſt pretium curæ, rem iſtam audire.* Item in pretio, Gæff *Homo in magno pretio*, megit gæff. Aliter a procando judicio Joſ. Scalig ſcribiturq; precium.

Pretioſus, a, um, quod eſt multi pretii, Syrebar / koſteligt. *Pretioſus lapis*, Ædelſteen. *Pretioſus equus, pretioſum ingenium*, der ſom er affholden. Item *pretioſus emptor*, qui magno pretio aliquid emit. *Pretioſus operarius*, cujus operæ nimis magna mercede conducuntur, Syre arbeider. Sic *pretioſa operaria. Pretium pretioſum*, i. e. grande pretium.

Pretioſè, modo pretioſo, Koſteligen. *Vaſa pretioſè cælata. exercitus pretioſè armatus.*

Pretioſitas, Macrob. ut *annuli pretioſitas.*

Compoſita.

Depretiatus, a, um, Tertul. i. e. vilis, nec aliquo pretio dignus.

Manupretium, dicitur, ubi non tàm materiæ ratio, quàm manus, atq; operis ducitur, Arbeidzlon / Daglønes ris lon. *Provincia tibi iſta manupretium fuit perditæ civitatis.*

Operæpretium, opera & labore dignum, ſeu cui opera & pretium adhibenda, operâ & pretio dignum, Vmag værd / omkoſtning værd. *Operæpretium recordari majorum diligentiam facere operæpretium*, Giør det værd er. Item *mereri operæpretia*, i. e. magna ſtipendia militiæ. Dicitur & pro eodem *pretiumoperæ.* Ut, *id audire pretiumoperæ eſt.*

Interpretor, aris, dep. pr. q. de pretio inter ementem & vendentem ago, voce nimirùm à commerciorum uſu nata inter lingua diverſos, ut proprie ſignificet explico latentia & deduco, ut intelligantur, Tolcker i Kiøbsmands handel Et translate inter diſcretos & diverſos, oratione, lingua expono mentem eorum, vel ſenſum latentem expono, Fortolcker / Vdlegger. *Jus populo interpretatur.* Sic, *interpretari ſomnia*, Legge Drømme vd. *Interpretari legem, voluntatem, ſententiam alicujus*, Vdlegge. Et *dicta malè interpretatur.* Et *interpretari alicujus memoriæ*, eſt in memoriam reducere, ſeu memoriæ alicui eſſe interpretem, Paaminde eller ſige en / huad hand vel ſielff kommer ihu eller oc icke kommer ihu. Aliter ab antiquo quodam prætor à πρά τω, ago, tracto, tranſigo.

Interpres, tis, com. t. qui interpretatur, ſive linguam exponit, Tolck / ſive mentem latentem & obſcuram, Fortolcker. *Interpres hominum*, *interpres Deorum*, qui mentem eorum interpretatur. *Interpres Poëtarum*, qui Poëtas interpretatur & exponit.

Interpretatio, onis, interpretandi actus, Fortolckelſe / Vdleggelſe. *Interpretatio verborum alicujus. interpretatio juris.*

Interpretamentum, ti, n ſ. quod fit interpretando, Vdlegning / Fortolckning. *Linguæ interpretamenta.*

Interpretandus, a, um, Part. paſs q. interpretatione exponendus, ſkal Fortolckis / Vdleggis. *Monſtra interpretanda. omnes boni auctores legendi & interpretandi.*

Inter-

Interpretatus, a, um, interpretatione expositus, Fortolcket/ Vdlagt. *Verba interpretata.*

PRISTIS, is, f. t. piscis quidam cetacei generis, longitudine & corporis angustia insignis à πρίζειν ejusdem significationis. Item navis quædam oblonga à similitudine hujus piscis sic dicta.

PRIVI, æ, a, Antiquis idem quod singuli, à πρίειν, in partes secare, ut sumpta sit translatio ab iis, quæ in partes certas secta sunt, Huer serdelis. *Privos lapides, privas verbenas secum ferebant.* Sic *privi ductores, priva vestimenta.* Et *privi trapeti*, qui singulis torcularijs vasis sui sunt & proprij.

Privo, as, act. pr. q. privum facio, ablatis iis, quæ aut avet aut aversatur, Skiller en ved noget / flyer en aff med. *Privare aliquem uxore, Magistratu, vita, luce, patriâ, oculis.* Item, *privare aliquem dolore, exilio, injuriâ.*

Privatus, a, um, quem privavimus aliquo. Skild ved. *Privatus lumine, stipendio.* Et amisso tempore, cui nihil est commune cum aliis, curq; sua sunt domestica & propria q. priva, Som er sin egen/Egen/seer Mennisse / seerlig / ledig oc slap Folck (quamquam Slap/ nobis proprie de persona conjugio libera) *homo privatus*, qui nullo munere in republica fungitur. *Domus privata*, i. e non publica. *Odium privatum, non publicum, privata commoda. vita privata. verba privata & sua.*

Privatim, modo privato. Ut, *privatim aliquid gerere*, for sig selff. Item privatim pro specialiter, vel in particulari. Ut, *de iis privatim condidit volumen.*

Privatio, onis, privandi actus vel privati affectio. Ut, *doloris privatio*, Mistelse / affskaffelse.

Privignus, m. s. q. filius privus alteri parentum, non etiam ambobus communis, à privo sic dictus, terminatione gnus per adjectionem additâ, Stiffson / Sørson/Sørbarn. Aliter deducitur q. priùs genitus, i.e. ante ductam secundam personam. Item q privæ personæ gnatus, non amborum conjugum.

Privigna, æ, f. pr. idem in sexu fœmineo, Stiffdaatter.

PRO, præpositio significans causam finalem à πρὸ ejusdem significationis, for. *Pro uxoribus, liberis, aris, focis, rege, dimicat*, for deris skyld. Sic *pro amore mutuo, pro reconciliata gratia hæc scribo.* Inde significat vicem sive locum & mutuam opem, I steden for anden. *Pro rege dixit*, i. e. loco Regis in causa Regis. *Pro prætore* se gessit. *Pro illo te ducam. Pro se quisq*, i. e. quisq; suo loco *Pro delectamento habet. Pro monstro habet*, i. e. loco *Hoc utor pro argumento. pro occiso sublatus est. pro stercore habet.* Et *pro Diis habent obscœnas.* Sic, *pro derelicta me habes. pro certo non est ponendum.* Item interdum convenientiam aut similitudinem. Ut, *pro sano loquitur. pro Philosopho sentit*, i. e ut sanus & Philosophus, vel ut sanum & Philosophum decet Sic, *pro imbre advenit in cor meum amor*, i. e. ut imber, instar imbris. Interdum situm pro ante, for. *Pro curia, pro templo, manibus signum dat*, i. e. ponit. Item In, Paa. *Pro rostris, pro censu, pro tribunali cognoscit, agit.* Ponitur & ratione quadam defensionis Ut, *pro illo non stetit. hoc non pro me, sed contra me.* Item aliquando est modi & quantitatis, pro secundum, juxta. Ut, *pro ratione, pro dignitate laudabo, tractabo*, i. e. juxta, Effter. *Pro meis viribus, pro rebus meis gestis. pro imperio & potestate*, Effter/ eller aff min formue. *Pro tuo in me beneficio hoc faciam. Pro tua sapientia, virtute, tibi agendum est. hæc pro tuo ingenio, considerato Pro pretio facio*, i. e. juxta pretium, Gior som jeg faar løn til/gior skeel for Pengene. *Pro merito*, Effter som forskyldt er. Item, *pro ratione* i. e juxta id Effter som/saa vit som / ligesom / rasom: Sed cum aliqua adjectione. Ut, *pro eo ac*: *pro eo ac si*: *pro eo quantum*: *pro eo quòd*: *pro eo quomodo. spero Deos pro eo ac mihi mereor: concludo pro eo ac si successum sit. æstimo ea, pro eo quantum in quaq; re sit ponderis. vereor ne parum tibi pro eo, quod à te habeo, reddiderim. sui minus, pro eo tamen id habeamus, quomodo à te data. opera ut impetraremus.* Item, *pro bono mihi cessit*. Kom til gode. Porrò in compositione significat extensionem actionis: foris, foras, ultrà, extra, palam. Ut, *proripio, prodeo, produco, prodoceo, prorogo, protelo, propando, profugus, progredior, provehor, provideo, prospicio.* Et in nominibus extensionem loci, temporis, rei, actionis. Ut, *procella, profugus, provincia*, q. à procul. Item locum ex ante. Ut, *procuro, propono.* Et indè palàm, ut, *pronuncio, promulgo*: quamvis & hæc sit extensionis cujusdam. Item, interdum auget. Ut, *procurvus*, i. e valdè curvus. Interdum privat, ut, *profanus, prohibeo, propudium.* Interdum negat. Ut, *profestus profanus.* Interdum denotat locum è superiore. Ut, *promineo*, Hænger offuer. Item, vicem seu locum. Ut, *proconsul.* Item, Pro interdum interjectio est, & nota admirantis, sed cum accentu circumflexo, Prô; aut cum aspiratione, proh, Herre Gud: *Prò dii immortales, proh juppiter.* Item dolentis, ut, *proh fidem.*

Prodius, antiq. pro interius longius, à pro, frem i/ frem ad. *Accedite prodius, atq; intrò domum.* Aliter à prodeo q. porrò eundo.

Propè, Præpositio significans situm rei in vicinia, à pro & enclitica pe, Hart hoss/ *prope murum, prope calendas Martias.* Et adverbialiter, pro ferè, Hart ad/ noget nær. *Propè dicam, ille insanit. propè accedit ad similitudinem. propè oblitus sum. propè à muro stat. Propè desperas. propè adest*, Er strax hoss/ Icke langt borte. Aliter prope q. pro pedib.

Propior, com. gen. & propius neut. quod magis propè est, Nærmere. *Non est huic ætati portus propior.* Sic, *sanguine, ætate, doctrinâ mihi propior est.*

Propiùs, adverb. magis propè, Nærmere. *Castra propiùs muros, urbem movebantur. Propiùs nihil factum est, quàm ut necaretur.*

Proximus, a, um, quod est maximè prope ratione nimirùm loci, Næst/ nærmest/ allernærst / nærist. *Mare est dissimile proximo. Proximus Pompejo sedebam. Proximus ad Dominum sedet. Proximus vicinus*, Næst Naboe. *Proximæ vicinæ*, Næste Naboelag. *Proximus lictor*, qui proximè antecedebat consulem, Næst for. Item ratione temporis prælapsi & præteriti. Ut, *proxima nocte, proxima ætate, proximo seculo, hoc factum est*, i. e. proxima elapsa *nocte &c.* Item sequentis temporis: *Dubium, utrum*

utrùm hac petitione an proxima Prætor ſias. Item numeri ſeu ordinis. Ut, *proximis tuis reſpondi.* Item dignitatis, gradus & honoris. Ut, *eques ſenatori dignitate proximus. proximus gradu ate, proximam Planco laudem conſecutus eſt.* Item translatè expeditus. Ut, *via hæc ad gloriam proxima.* Item propitius maximè. Ut, *Deus nobis proximus eſt.* Item abſolutè, *proximus* pro propinquo & affini, q. ſanguine proximus, Nær Slect oc Svoger. *Injurioſus eſt in proximios.* Sic, *proximus ſanguine, genere, affinitate,* Næſte Slect/ nær Svoger/etc.

Proximè, modo proximo, ratione loci, temporis, &c. Ut, *proximè Hiſpaniam ſunt Mauri. proximè hoſtem. proximè Italiam eſſe. Literas, quas à te proximè accepi. te proximè nominavi.*

Proximior, novus comparat. Senecæ, Arcadio, Vegetio & Ulpiano, pro propior.

Proximitas, atis, f. t. Ovid. & Quintil. proximæ rei affectus & ratio. Ut, *proximitas boni. proximitas ſanguinis.*

Propinqvus, a, um, quod prope eſt, Nær hoff oc ved. *Propinqvum rus.* Et abſolutè, qui ſanguine eſt propinqvus, Slect eller Frende/ nær Slect. Ut, *hic meus eſt propinqvus.*

Propinquè, adverb. Ut, *adeſt propinquè,* Er her nær hoff/ tilſtæde.

Propinquitas, atis, f. t. propinqui ratio, Nærmelſe. *Propinquitas loci. Et propinquitas ſanguinis*: aut abſolutè pro eodem, *Propinquitas,* Frendſkab eller Slect/ laug.

Propinquo, as, propinqvus fio, aut propè accedo, Gaar oc kommer nær til. *Propinquat portis. lux inimica propinquat.*

Propter, Præpoſitio, nota cauſæ impellentis, ubi fit aliquid operâ & culpâ alicujus, q. propeter, à pro vel prope & enclitica ter, For den ſkyld. *Propter infamiam pœnas luit. propter imbecillitatem onus deponit.* Item, nota finis, ut, *Tyronem propter humanitatem & modeſtiam malo ſalvum, quam propter uſum meum.* Ponitur & interdum pro prope, hart hoſſ eller ved. *Vulcanus terruit inſulas propter Siciliam. Duo filii propter Patrem cubantes. Propter ſtatuam Platonis conſedimus.* Inde *ſacrificium propter viam,* quod fiebat Herculi proficiſcendi gratiâ: in quo, ſi quid ex epulis ſuperfuiſſet, igne conſumi neceſſe erat. Et *proptervia* ſive *propterviam auſpicia,* quæ ſeſe propter viam oſtendebant. Item, aliquando ponitur adverbialiter, ſtraxen hoff. *Propter eſt ſpeluca quædam.* Interdum omittitur. Ut, *quod me accuſat nunc, vir ſum extra noxiam,* i. e. propter quod. *Animam advorte, ut quod ego ad te venio, intelligas,* i. e. propter quod ego.

Præterpropter, Ennio, pro præter quam propter, h. e. propter aliam cauſam, quàm propter eam, de qua loquimur. Ut, *incertè errat animus, præter propter vitam vivitur,* i. e. propter aliam cauſam vivitur præterquam ob eam, quâ vivimus, nempè propter laudem vel gloriam.

Quapropter, nota cauſæ impulſivæ, pro propter quod, Huorfor. *Quapropter vos oro judices. Quapropter eo ſimus inter nos animo, quo ſemper fuimus.*

Compoſita.

Appropinquo, propinqvus fio: idq; ratione loci aut temporis, Kommer nær til. *Hoſtes finibus appropinquant. Ad eum appropinquo, appropinquat adventus. Illi pœna, libertas nobis appropinquat. Appropinquat urbis occaſus.*

Appropinquatio, onis, appropinquandi actus. Ut, *appropinquatio mortis.*

PROPERUS, a, um, pr. corr. qui celeritate utitur, & quaſi propiùs accedit à prope, Snar/ flux/ fligende/ braa/ ilende/ ancilla propera, curſus properus, greſſus, pes &c. Et cum caſu, properus iræ, haſtig vred. Aliter à propero.

Properè, modo propero & celeriter, Haſteligen/ haſtigen/ fage/ brat. Tùm properè conſul ducit exercitum.

Propero, as, n. pr. properè ago, paratiſſimus munus facio & aliquid obeo, properus ſum, ut maturè fiat res illa, Haſter/ fliger/ er flux/ ſnar/ braa. *Properat in patriam. metam properamus ad unam. properat nubi. properat amore. Propero ire. properat Romam. properat in villam. properans ſcripſi. Properare pura vaſa,* i. e. properè facere pura. Sic, *properare obſonia, properare mortem.* Dicebatur & antiquis propo à propè immediatè. Item aliter à προπεφάω, προπεφῶ vel à pro & paro, pro ſignificante celeritatem & propinquitatem.

Properatio, onis, properandi actus, Haſtel/ /haſten.

Properatim, antiquè idem quod properanter.

Properatò, modo properanti, Haſtigen / Jligen. *Properatò ad mortem agitur. properatò opus eſt,* pro, propero. Ut, *nihil eſt cur properato opus ſit.*

Properantèr, modo properante, Haſtigen/ fage. *Properanter in fugam conjicit eos.*

Properantia, æ, f. pr. properantis affectus & ſtudium, Haſtighed/ fagbed.

Properitèr, antiquè idem quod properanter.

Compoſita.

Appropero, as, ad aliquid propero, vel valdè propero. Jler/ haſter til. *Poſtquam audivit me ante oſtium ſtare, approperat. approperat ad cogitatum facinus.*

Approperatus, a, um, paſs. Liv. ut, *approperatum opus,* in quo approperavimus, Haſted med.

Impropero, as, intrò propero, Haſter ind. Item crimen vel aliud aliquid objicio q. properando, Haſter en for. *Vim improperat flagitii.*

Improperatus, a, um, act. q. non properans, Som giffuer ſig ſtunde / haſter icke formegit. *Improperata veſtigia refert Turnus.*

Præproperus, a, um, valdè ſeu nimis celer & quaſi properans, Alt formegit ilende/ oc forhaſtig / forfage. *Præpropera feſtinatio. præproperum ingenium.*

Præproperè, adverb. Ut, *feſtinans præproperè occurrit Hannibali.*

PROPITIUS, a, um, pr. prod. qui alicui favet & benignitate ei prope eſt, à voce prope, Gunſtig/ Naadig. *Propitius nobis eſt Deus. fortuna nobis propitia.* Aliter compoſita habetur dictio à prope ito, aut pro pius, i. e. valdè pius.

Propitio, as, act. pr. propitium reddo, Giør Gunſtig oc Naadig. *Propitio te, propitio manes Galbæ.* Et translatè *propitiare animi ſollicitudinem,* pro lenire. Item propitiè aliquid facio, do, concilio. Ut, *Minerva propitiat victoriam,* Gunſtigen giffuer eller vnder.

Propitiabilis, le, om. t. pronus ad propitiandum. Ut, *animus huic eſt propitiabilis,* Gunſtig. *Propitiabilis hoſtia,* quæ apta eſt propitiationi.

Propi-

Propitiatorium, rii, n. ſ. quo facimus nobis aliquem propitium, ut erat tabula illa Iſraëlitarum, quâ cooperiebatur arca Teſtamenti, Naadeſtoel.

PROBUS, a, um, bior, biſſimus, pr. corr. qui ab injuria inferenda alienus eſt, quaſi prohibus, quòd ſe à delinquendo & malefaciendo prohibeat, From / ingen ſkalck. *Homo eſt probus, ingenium probum.* Et translatè, *argentum probum*, quod adulteratum non eſt, vforfalſket. Sic, *proba merx, probus color. probi nummi. ſapor probus vini.* Item commodus, opportunus, Lan-lig. *Probus hic conger frigidus eſt. probus eſt ad iſtas res. occaſio proba eſt. victus probus* pro lautiore.

Probè, modo probo. Ut *probè curat, probè vivit*, i. e. genialiter, *probè meminit, probè eſt vel edit*, Hand æder oc rygger Madden vel. Et *probè ornatus eſt*, Vel. Sic, *probè decipit. Probè ſatur, probè potus*, Ret tæt oc faſt.

Probitèr, antiquis, idem.

Probitas, atis, f. t. probi affectus, Fromhed.

Probo, as, act. pr. in re proba aſſentio, eamq; aſſenſu & applauſu proſequor, Loffuer huad got er / giør det gaat. *Factum tuum probo. hæc probantur in vulgus.* Item arguo & argumentis demonſtro, Beviſer. *Hoc pernegando probare non potes.* Sic, *dialecticè probat.* Et inde perſvadeo, Offuertaler. *Se pro innocente probabit ſacrilegus. Pro Eunucho ſe probat.* Item æſtimo, pendo, Prøffuer / Vorderer / Skatter. *Tuo ex ingenio mores alienos probas. vulgus amicitias utilitate probat.* Item periculum facio, Forſøger / Prøffuer. *Probat amicos, probat boves, triticum. Exitus acta probat.* Item permitto. Ut, *labitur ripa Jove non probante.* Item teſtatum facio, Giør en viſſe paa noget. *Officium meum probabo judici.* Et paſſivè, *officium meum non probatur judici*, Det giøris icke gaat, i.e. rejicitur. Item perficio. Ut, *libros oratorios valde tibi probabo.*

Probabilis, le, om. t. quod probari & convinci poteſt, licet non per omnia verùm, credibile, veriſimile. Ut, *cauſa probabilis. probabilis ſententia, conjectura. Nihil eſt, quod non dicendo fiat probabile*, Staar til troende / lader ſig ſige. Item laudandus, probandus, tolerabilis, Lofflig / ſkellig / vlaſtelig. *Probabilis orator. probabile ingenium.*

Probabilitèr, adverb. ut, *probabiliter dicit, exponit, conficit*, Loffligen / ſkelligen.

Probabilitas, atis, f. t. rei probabilis affectus & ratio.

Probatio, onis, probandi actus, & ſpecialiter quæ fit argumentis, Beviſelſe / bevisning eller prøffning / prøffuen. *Hæc tua probatio. probatio falſa, probatio firma.*

Probator, oris, m. t. qui probat & æſtimat. Ut, *probator facti. probator ingenii*, En Prøffuere.

Probatus, a, um, quod probavimus. Et amiſſo tempore, tior, tiſſimus. Ut *olim probabilis orator, at nunc probatus*, God / forſøgt / merckelig / drabelig. *Omnibus probatus civis. vita probata. fœmina probatiſſima. armis probata Roma.*

Compoſita.

Approbo, as, totus vel multùm probo, ſive probando aſſentio, Samtycker / Loffuer. *Quædam approbat, quædam improbat. approbat officium*, i. e. probat. Sic *approbare ſententiam alicujus. voce, conſenſu, approbat.* Item felicito. Ut, *quod actum eſt Dii approbent.* Item aſſeveto. Ut, *id videbatur approbare, quod erat in extremo febriculam te habentem ſcripſiſſe.*

Approbatio, onis, approbandi actus. Ut, *approbatio audientium*, quâ approbant audientes. *Decorum movet approbationem cum æqualibus.*

Approbator, oris, m. t. qui approbat. Ut, *profectionis fuiſti non ſvaſor, non impulſor, ſed approbator*, Sams tycker.

Approbatus, a, um, quod approbavimus, Sams tycket / bejaed.

Comprobo, idem quòd approbo, Bejaer.

Comprobator, oris, m. t. qui comprobat: accipiturq; & in bonam & in malam partem, Samtycker / Jabroder.

Comprobatio, onis, comprobandi actus, Samtycke.

Improbus, a, um, non probus, & qui inſigniter malus eſt. Ond / wdydig / arrig. *Homo eſt improbus. improbum ingenium. improbum os*, pro maledico. Et *in me improbus fuit*, Ond mod mig / vaar mig icke god. *Homo improbiſſimus*, megit ond. Et translatè ad formam rei pro turpis, Grim / ſlem. *Omnes formoſi, fortes, ubi ergo improbus eſt. improba mulieris facies. improba ora.* Item ad ſenſus, pro moleſtus, Kædſom / kædſommelig / mødſommelig. *Labor improbus. anſer improbus*, qui clangore & ſtrepitu moleſtus eſt. Et ad res, pro malus & non probus. Ut, *merx improba*, Onde vaare / ont godz.

Improbulus, a, um, aliquantùm improbus.

Improbè, modo improbo, Ilde / Arrigligen. Improbè facit.

Improbitas, atis, improbi vitium & affectus, Arrighed / ondſkab.

Improbo, as, non probo, ſed rejicio, damnoq;, Forſkiuder. *Conſilium improbat, ſtudium. Hæc improbantur à multis. ii quæſtus improbantur.*

Improbatio, onis, improbandi actus, Forſkiudelſe. *Teſtium improbatio.*

Improbabilis, le, om. t. quod probari non poteſt, vbeviißlig. *Viſio improbabilis. argumentum improbabile.*

Reprobo, bas, q. non probo vel retro probo, i e. contemno, Forſkiuder / forkaſter / ſetter oc holder blant det bagerſte. *Natura voluptatem & dolorem reprobat.*

PROBRUM, bri, n. ſ. pr. com. ſcelus, flagitium: & quibusdam propriè adulterium, q. præbrum à prohibeo: vel à probum q. minimè probum, Skendig oc ſkammelig gierning / ſkam oc laſt. *Probrum eſt committere adulterium. Probrum eſt recipere uxorem profugientem. probri inſimulat pudicam.* Item ignominia, quæ ex ſcelere ſequi ſolet, Skam oc ſkendzel / haanhed. *Datum eſt probro: ingerunt probra: epiſtola plena probrorum.*

Probroſus, a, um, probris & ignominia abundans, Skamfuld / ſkammelig / bregende. *Probroſa dicta. vox probroſa.*

Compoſita.

Exprobro, as, act. pr. probra objicio, Kaſter i Næſen / Bræger. *Exprobrat ipſi ſtulticiam, fugam, caſus bellicos.* Et *exprobrare alicui beneficia, officia ſua*, eſt odiosè exponere alteri probro, Roſe ſine velgierninger anden til ſpot oc vanære / Bræger huad gaat mand haffuer giort.

Exprobatio, onis, exprobrandi actus, Brægelſe / brægen. *Exprobratio beneficii.*

Improbro, as, act. pr. probro afficio. Ut *rus improbas.*

Opprobrium, brii, n. ſ. quaſi objectum probrum, haanhed oc ſkamme. *Omnibus hoc opprobrio fuit. fugit opprobria culpæ.*

Opprobro, as, act. pr. opprobrio do, Legger ſtil haanhed oc ſkamme. *Mihi hoc opprobrat: utilitatem loquendi tacendiq; mihi opprobrat.*

Opprobratio, onis, opprobrandi actus, Skenden.

Opprobramentum, ti, n. ſ. idem quod opprobrium.

PROCERES, rum, m. t. plur. pr. duab. ſyllabis corr. capita trabium, aut lapides parietibus injecti, prominentesq; qui portant trabes: q. progeres à pro & gero, quòd projectione ſua geſtent trabes: vel à κέρας cornu q. προκέρατα, quòd cornu obliquitatem projectione ſuâ referant, Krogbaand. Inde translatè, viri principes civitatis, qui eminent dignitate, Høffueder i Mennigheden. Legitur & in ſingulari apud Juven. *procerem agnoſco.* Item antiquis dicebatur procus in ſingul. pro procer.

PROCUL, & antiquè procile pr. corr. adverb. ſignificans longè, quaſi porrò ab oculis, remotè, Langt borte/ langt henne. *Procul abeſt. procul abhinc. Procul à re, à cognitione. ab imperii conſpectu: culpa procul à me. Procul patria, procul arcturo. procul dubio. procul inde, procul alicunde. procul ad fontem. procul apparens, videns. procul attendit, auſcultat.* Ponitur & interdum Poëtis minore cum ſpacio, pro propè, Noget hart hoſſ/noget hen fraa. *Eſt procul in pelago ſaxum, ſerta procul tantum capiti delapſa jacebant*, i. e. propè. Aliter à procio, q. de iis, quæ porrò ciunt.

Proculus, m. ſ. antiq. qui natus eſt patre peregrinante procul: vel patre jam ſene & ætate procul progreſſo.

PROCUS, ci, m. ſ. pr. corr. qui aſſiduè poſcit, & propriè, mulieres ad nuptias procit & ambit, à procio, Beiler/Giller. Aliter à προῖξ προῖξ, donum, dos.

Proco, as, ſive procor, aris, antiq. act. pr. more proci aliquid peto, h e. petulanter, laſcivè & impudenter poſco, Gielter paa oc vil haffue/ gilter eller beiler til noget.

Procax, acis, cior, ciſſimus, om. t. qui procat & impudenter provocat, Kaadmundet/ nærgaaende/ wblue i ſin Bøn/offuerløbere/Gieltere. *Homo procax, mulier procax.* Et *procax in laceſſendo.* Et translatè ad inanimata: *procax auſter, procax ventus*, qui impetuoſior eſt & crebrior.

Procaciter, ciùs, ciſſimè. Ut, *procaciùs flagitabat ſtipendium*, med ſtor gielten.

Procacitas, atis, f. t. procacis vitium & affectus, Gielten/wridig beden oc offuerløben.

Compoſita.

Reciprocus, a, um, quod retrorſum procatur & procitur, i. e. repetit locum, unde digreſſum eſt, (C I ſyllaba conſvetudine quadam interpoſita, ut fit in concipilare pro compilare, reciperare, incitegere, pro reparare, integere) ut *amnis reciprocus*, Aar ſom løber eller flyder frem oc tilbage. *Verſus reciprocus*, qui à fine orſus retrogrado ordine fertur. Qualis eſt ille: Micant nitore tecta ſublimi aurea: qui verſus Elegiacum facit, ſi retrò legas.

Reciproco, cas, act. pr. reciprocum facio alternis attrabo & remitto. Ut, *reciprocare ſpiritum*, Faae ſin Aande/ tager oc giffuer. Sic *reciprocare motum. reciprocare pilum*, ſtøder med Støderen. *Reciprocare ſerram*, drage Saffve. Et translatè, *hæc inter ſe reciprocantur*, i. e. viciſſim mutantur, dependentes nimirùm a ſe invicem. Reciprocare, etiam Feſto ſignificat ultrò citroq; poſcere.

Reciprocatio, onis, reciprocandi actus. Ut, *reciprocatio æſtus marini*, fremløb oc tilbage/ebbe oc flod.

PRONUS, a, um, pr. prod. quod in anteriorem partem inclinat, à pro & nuo q. porrò nuens: vel à πρανὴς, ejusdem ſignificationis, helder ned ad/ næſgrum. *Animalia omnia prona præter hominem. talus pronus*, qui cavus inſiſtit: eratq; jactus proſper. Pronus Orion, i. e. occidens. Et translatè ad animum pro inclinans ſive ad vitia, ſive ad virtutes, Tilbøyelig. *Homo eſt ad ſimultates pronus. Pronus huic vel illi rei.* Item *pronum mare*, quod littori eſt vicinum. *Campus patens & ad ſolem pronus.* Proniſſimus, Spartiano. Ut, *proniſſimus fuit ad indulgentias.*

Pronitas, atis, f. t. Senecæ, proni hominis affectus, Ut, *pronitas naturæ ad malum.*

Compoſ.

Approno, as, act. pr. Apul. pronum facio, ut, *approna ſe ingenua*, Bøyer ſig Næſgrues.

PROMO, pſi, ptum, act. t. pr. prod. alicunde aliquid profero, q. proemo à pro & emo, ut demo & ſumo, Tager frem/tager vd. *Promere pecuniam ex ærario, aurum ex arca, librum è bibliotheca.* Et *promit pectore voces. Ex penu aliquid promo. promere de cupa, dolio*, Tappe. *Argumenta promit ex locis. promit in medium*, før til Lyſet. *Promere conſilium*, eſt palam facere, Giør Aabenbare. *Promere jura clienti*, eſt jus reſpondere & conſulenti de jure reſpondere. Degenerat formatio præteriti ab emo. ſupinum autem manet integrum, emptum, promptum.

Prompto, Plaut. frequenter promo.

Promptus, a, um, tior, tiſſimus, qui ad agendum parатus eſt, q. qui jam dudum prompſit ad ſuum uſum, ferdig/redeborn/tilrede. *Homo eſt promptiſſimus. promptus ad vim, ad pugnam, ad pericula, ad reſpondendum.* Et inde audax. Ut, *homo promptiſſimus me laceſſivit.* Item expreſſus, Vdtryct. *Quod in animo ſentiebat, in vultu promptum habuit.*

Promptè, tiùs, tiſſimè, modo prompto, alacri animo & ſine cunctatione, wfortøffuet/ med en haſt. *Promptè bellum ſuſcipiebat.*

Promptitudo, dinis, f. t. prompti hominis vis & affectus, Redbornhed.

Promptuarius, a, um, ex quo aliquid promitur. Ut, *cella promptuaria*: translatè pro carcere, ex quo ad ſupplicium promuntur noxii. Et abſolutè, *promptuarium*, locus, in quo res ad uſum neceſſarium conduntur & promuntur, Spiſekammer/Spiſekielder.

Promus, Romanis, m gen. quia erat officium virile, qui promptuario & penui præeſt: & quia idem condebat & promebat, conjunctim dicitur *promuscondus*, Kiøgmeſter/ Spiſemeſter/ Kelderſuend/ Radesmand. Hinc nobis gen. fœm. *Promaconda*: quia officium hoc committitur ſexui fœmineo, Fadburdzpige/Nøglepige. Item, promus translatè: *Ego meo promus ſum pectori*, Jeg ved huad der er inden for: Jeg ſlaaer ſelſt mit hierte for/ at giøre oc lade. Item Apul. *promus librorum*, qui præeſt libris promendis.

Compo-

Compoſita.

Depromo, is, alicunde promo, Vdtager. *Domo illud deprompſit. Argumenta, verba ex intimo artificio deprompſit.*

Depromendus, a, um, quod depromi debet.

Depromptus, a, um, qnod deprompſimus, Vdtagen. *Pecunia ex ærario deprompta. oratio & verba ex meo ſenſu deprompta.*

Expromo, is, q. extra promo, vel ex loco ſeu rebus aliquid promo, Frembær / fremtager. *Heminas octo exprompſi in urceum. pecuniam exprompſit.* Et translatè animi ſenſa effero, Siger min mening frem. *Expromerent, quod ſentirent, bona cum venia ſe exauditurum.*

Expromptus, a, um, idem quod promptus, Tilrede / forhaande. Unde translatè, *exprompta memoria.*

Impromptus, a, um, non promptus, tardus. Ut, *lingua impromptus ſum,* Stam / oc ſom icke kand vel forklare / Tungmælet.

Parcipromus, Plaut. qui parcè promit, Karrig / Sparſom / Nap.

Suppromo, Plaut. idem ferè quod promo, vel vice alterius promo. Ut, *ſuppromere alicui,* Tage vd til en eller tage vd for en.

Suppromus, qui vice promi eſt, Vnderknect / Kielderdreng. *Suppromo cella credita eſt.*

PROPINO, as, act. pr. pr. corr. bibendo alium provoco ad bibendum, à προπίνω ejusdem ſignificationis, Dricker en til. *Propino tibi poculum. propino tibi ſalutem,* i. e. cum facta ſalutatione tibi propino, ynſker dig lycke med en drick. *Propino tibi ſalutem plenis faucibus,* med en ſtor dundydrick / god loffdrick. Et translatè, trado, ſive ſimpliciter, ſive cum quadam perfidia, græca quadam imitatione, Antvorder / hengiffuer. *Propinare patriam hoſtibus. propinare aliquem comedendum,* eſt ejus ſubſtantiam dilapidandam & decoquendam ponere. Sic *propinare deridendum.* Item ſimplici notione, *Socrates reliqvum veneni effuſum propinat Critiæ. quidam ad vulvæ dolorem radicem cum vino dulci propinant.*

Propinatio, onis, propinandi actus, Tildricken / Tildrickelſe. *Ab eo propinationem accipere non volo.*

Propinator, oris, m. t. qui propinat.

PROPRIUS, a, um, pr. comm. quod firmum eſt, ſtabile, perpetuum, adeoq; ſemper propinqvum, unde & à prope deducitur, quaſi quod ſemper prope eſt, Faſt / viſſe / varende oc bliffuende. *Propria ſi dona fuiſſent. propriam quietem habere non poteſt. amator tibi futurus proprius. voluptates Deorum propriæ.* Sic *propria conjunx. propriæ ſedes.* Et translatè, quod cuiq; ſuum eſt, quo fruitur atq; utitur, q. quod itidem prope eſt, Enis egit / egenlige. *Proprium prædium. auctoritas ejus propria, fortuna propria.* Et *proprium eſt hominis intelligere: proprium equi hinnire.* Item quod ſuum eſt & legittimum, germanum, certum, Tilbørligt. *Proprio vocabulo rem nominat. propria rei argumenta. opera oratorum propria. qui proprio nomine perduellis erat, is hoſtis vocatur.* Item, interdum idem quod aptum & accommodum, Laulig oc bequemmelig til noget. *Tempus agendi fuit mihi magis proprium quàm cæteris. hoc oratori, epiſtolæ proprium,* i. e. maximè convenit.

Propriè, adverb. modo proprio, legittimo & verè ſuo, Egentligen. *Propriè de unoquoq; dixit.* Item, privatim, for ſig. *Hoc propriè tuum eſt. Metelli cauſam neq; Senatus publicè, neq; ullus ordo propriè ſuſcepit.*

Proprietas, atis, f. t. proprii affectus & ratio. Ut, *rerum & verborum proprietas,* Egenſkab.

Propritim, antiquis, idem quod propriè.

Compoſita.

Improprius, a, um, non proprius, wegentlig / icke ret effter ſin maade eller art.

Impropriè, modo improprio. Ut, *impropriè loquitur.*

PROPOLA, æ, m. pr. prim. prod. qui mercatur à mercatoribus quod ſtatim vendat, à pro, ante, & græco πώλης, venditor, For pranger / Kremer / Hycker ſom holder fal / oc ſtycker ſine vare vd / huad heller det er til klæder eller mad / eller anden nødtørfft / ſaaſom Smørkremer / Oſtekremer / Linſekremer. Probatur & quibusdam doctis propala: q. qui mercem vel propalàm vel ante palum vel de palo pendentem habet & vendit. Dicitur & Dardananus à Dardano quodam profligantiſſimo mago, qui maleficis artibus annonam in granaria ſua avertere, menſuras in admetiendo minuere, fraudemq; facere ſolebat, Saa ſom en Kornpuge.

PRORA, æ, f. pr. prior anteriórve navis pars, à πρώρα, Forſtaffn vdi Skib / Plicten. Et translatè conſilium. Ut, *mihi prora & puppis fuit à me tui dimittendi, ut noſtras rationes explicares.*

Proreta, m. pr. pen. long. græca imitatione πρωρέτης, qui in prora præſidet, ventosq; aucupatur & captat, eorumq; converſiones gubernator dicit in deflectendis promontoriis: quiq; rupes ſcopulosq;, ne navis eis impingatur, proſpicit & explorat.

Proreus, m. ſ. Ovid. idem quod proreta. Eſt & nomen viri.

PROSAPIA, æ, f. pr. in longum deducta generis ſeries à ſipo jacio, q. ſparſis & jactis & prolatis liberis. Nonio à ſupo pro profero, quòd fortaſſe ejusdem notionis cum ſipo, Lang ſtamme oc herkomſt. Cicero vocat vetus verbum.

Proſapies, ei, Non. idem.

PROSPER, ra, rum, rior, rimus, quod ad vota noſtra facit, & felicitate nos impertit atq; implet, q. πρόσφορος, ut opponatur aſpero: ſumpta translatione à cultura agri probè habita & abſoluta ſc. à σπείρω ſero, ſemino, Lyckeſom / lyckefuld / ſom før lycke oc got med ſig / effter ynſk oc begiering. *Dii proſperi. ſidera proſpera. proſperrima valetudo. proſper exitus, ſucceſſus. proſperrimus rerum eventus. Et proſper fama,* i. e. integra vel inviolata. Aliter q. πρόσφορος, utilis, conducibilis.

Proſperè, modo proſpero, Lyckeligen / effter ynſk oc begiering. *Omnia, ut ſpero, proſperè procedent. fortunâ proſperè functus eſt.*

Proſperitas, atis, f. t. proſperi ratio & affectio, Lycke / lyckelig tid oc ſtund. *Proſperitas bonorum, malorum, impiorum.*

Prospero, as, act. pr. prosperum reddo, & largior alicui quod sperat & ex animi sui sententia est, Giffuer lycke til noget/ eller giør rundeligen effter enis begæring. *Prospembo tibi veniam. prosperabo victoriam. prosperabo mihi & amicis.*

Compos.

Improsperè, non prosperè, wlyckeligen. *Omnia ipsi improsperè cedunt.*

PROSUMIA, æ, f. pr. antiquis, genus navigii levis, speculatorii, inventione Brutiorum, à προσόπτομαι aspicio video, prospicio, Esping. Legunt etiam quidam Portumia & Portumnia, à portub. quos speculabantur.

PRUDENS, tis, ior, tissimus, om. t. pr. prod. q. providens: quiq; divinitate quadam ingenii prævidet aliquid, & quidem non in præcavendis tantùm, sed & in omni genere consiliorum, Forsictig / sindig / snild. *Prudens sciens pereo.* Inde sæpè ponitur pro sciente & rerum perito, Forfaren / forstandig. *Prudens rerum, prudens juris.* Et *prudens in jure, in differendo.*

Prudentèr, modo prudenti, Forsicteligen/forstandeligen. *Prudenter facit, prudenter agit & res suas constituit.*

Prudentia, æ, f. pr. prudentis affectus & virtus, rerumq; expetendarum fugiendarumq; scientia, Forsictighed/ forstand / forstandighed.

Compositа.

Imprudens, tior, tissimus, non prudens, wsnild/wactesom. *Imprudens hoc feci.* Et cum casu, *imprudens negotii sui, legum, & rerum earum.* Imprudens pro ignaro & non sciente, Som icke vid aff / wvidendis. Jurisconsul. pro valdè prudens. Ut, *damna imprudentibus accidunt.*

Imprudentia, æ, f. pr. imprudentis affectus, wforsictighed/wsnildhed/ misforstand/ wactsomhed. Per *imprudentiam feci, imprudentia teli emissi*: cum scilicet telum manum fugit.

Imprudentèr, modo imprudenti, wforsicteligen / wactsom/wvidende. *Imprudenter me læsit. imprudentius ad flammam accessit.*

PRURIO, is, n. q. mordacibus humoribus in corpore infestor ad scalpendi & discutiendi provocationem, à peruro, quòd q. ardore quodam perurant corpus, Kløer/ Preger. Et translatè imminens corpori malum præsentio, & ad illud obdureo. Ut, *pruriunt tibi dentes, caput, tergum:* verberibus nimirùm conficienda, Du klør effter ont / ad ont. Item pruritum excito & quidem in re venerea, rei venereæ appetitum gigno.

Pruritus, us, m. q. prurientis affectio, Kløe/klaa.

Prurigo, inis, f. t. idem.

Pruriginosus, Jurisconsul. qui prurigine laborat, fuld aff kløe.

Compos.

Propruriscо, Plaut. admodum prurio.

PRUINA, æ, f. pr. ros est congelatus, fruges & virgulta perurens, dicta q. purina, vel puruina per transpositionem vel extritionem, à πῦρ ignis, vel à perurendo, Rim/Rimfrost.

PRUNA, æ, f. pr. exusta & adhuc candens ignis materia, q. puruna, à πῦρ ignis, Glød. Aliter à peruro quod ardentius urat.

PRUNUS, ni, f. s. nomen arboris, à προύνη ejusdem significationis, Blommetræ / Plomtræ.

Prunum, n. s. fructus pruni, arboris, Plomme/Blomme.

Prunetum, ti, n. s. locus prunis arboribus consitus.

PSALLO, is, n. t. fidibus cano, à ψάλλω ejusdem significationis, Stunger / Spiller oc Leger: idq; vel propria quadam exultatione; vel decantandis alicujus laudibus.

Psalmus, mi, m. s. cantio, Lystig Spillen oc Lægen. Et Ecclesiasticis cantio, quæ in honorem Dei fit, ut sunt Psalmi Davidis: seu quæ in Psalterio scitè modulatèq; accinitur.

Psalterium, rii, n. s. instrumentum musicum, initio decem, inde pluribus & erectis chordis instructum, non procul dissidens ab eo, quod nos vocamus, Harpe: forma scilicet literæ Δ vel clypei quadrati.

Psaltria, æ, f. pr. mulier fidib. edocta, quæ psallit & fidibus canit, Sangerske.

Psaltrius, m. s. fidibus doctus &c. Harpeslaaer.

PSITTACUS, ci, m. s. nomen avis transmarinæ, ψιττακός, Papegoje.

PTE, syllabica adjectio significans per se non per alios, per concisionem à pote ut Græcis etiam πτὲ pro ποτέ. Hinc *meapte, tuapte, suapte, nostrapte, vestrapte.* Item, *meopte, tuopte.* Et *mihipte*, Catoni.

PTISANA, s. pr. πτισάνη, hordeum pistum & decorticatum: vel hordei cremor, sive pultis genus ex farina hordeacea, Byggryn / eller Bygvelding. Corripiturq; latinis syllaba prima & secunda.

Ptisanarium, rii, n. s. vas, in quo vel coquitur, vel tunditur ptisana.

PUBES, is, f. t. pr. prod. homo est ætate provectus, ut gignendæ prolis habilis sit, quod fit masculis 14, fœmellis 12 anno, à φύω, gigno, q. Phubes, Giftferdig/ Mandvoxen. *Nemo pubes tàm fuit, quin arma teperit.* Et collectivè, *Albanam pubem in arcem advocavit,* Vngdommen paa den Alder. Inde etiam pro populo accipitur. Ut, *præsente pube hoc factum.* Item, pubes pili circa verenda, qui ea ætate primum erumpunt. Item ipsæ partes pudendæ. Aliter pubes à πόα, herba, q poabes, herbescentia sc. verendorum & pilorum eruptio circa verenda. Inde cæteræ significationes.

Puber, eris, om. t. quod ætate pubis est, græca voce Ephœbus. Ut, *puber filius.* Et translatè *pubera folia*, i. e. florentia, Vngt.

Pubeo, u. s. pubes sum. Et translatè adoleo, floreo. Ut, *pubentes herbæ.*

Pubescо, is, n. t. pubes pilos emitto, ut, *cum primùm pubesceret Hercules.* Et translatè crescо & ad maturitatem pervenio. Ut, *fruges & reliqua, quæ terra gignit*

maturata

maturatâ pubescunt. largo pubescit vinea fœtu, i. e. exuberat.

Pubertas, atis, f. t. ætas puberis hominis, cujus fastigium erat decimus octavus annus, Ungdom. Item, ipsa pubes pilorum emissorum. Et translatè, *pubertas uvæ.*

Compositа.

Depubis, is, vel depuber qui ad pubertatis annos pervenire non potuit. Unde *depubis porcus*, quem lactentem occidimus, Dugrits.

Impubes, vel impubis & impuber, qui ad annos pubertatis nondum pervenit; vel cui nondum pili circa verenda, nec dum 14 annum attinet, Ung Dreng / som icke end da haffuer faaet Skeeg / grøn om hagen. Item adjectivè, *impube corpus.*

Impubescens, idem quod impuber. Et translatè, *impubescens arbor vel cortex*, qui nondum lanuginem emittit.

Repubesco, is, Colum. rursum pubesco, ad pubertatem redeo.

PUBLICUS, a, um, quod est totius populi, q. populicus: quodq; æquo jure omnibus commune est, Almundeligt / som er den menige mands: *Locus publicus*, pro lupanari. *Ager publicus. domus publica. via publica*, Landvej / almindelig vej oc gade. *Fides publica*, quam universus populus facit, Fri leide. *Tabulæ publicæ*, Stadsbog. *Sacrum publicum vel populare*, quod publico sumptu civitas universa colit. *Hastæ publicæ*, cui bona pro scriptorum hostiumq; subjiciebantur venalia. *Publica judicia*, quæ ex legib. judiciorum vertuntur. *Publica lex*, quæ se ad omnes in universum extendit. *Publica verba*, quæ in communi usu & consvetudine sunt. *Publicum consilium*, quod pro republ. habetur. *Publica servitus*, in qua libertini publica ministeria obibant. Et absolutè, *publici* pro ædilibus plebis. Item *publicum* pro conspectu & congressu publico. Ut, *caret publico: abstinet à publico*, Gaar icke vd / haffuer icke omgengelse med Folck. Item *publica* pro vectigalibus publicis. Ut, *malè sunt redempta publica.*

Publicè, modo publico. Ut, *anseribus cibaria publicè locantur.* Et translatè, palam, Almindeligen / Aabenbarligen. *Publicè de ea re sum dicturus. Publicè aliquem deportare*, est ex decreto publico deportare. *Publicè accipitur*, i. e. publicis sumptibus.

Publicitus, adverb. idem. Ut, *hospitio publicitùs accipitur. Publicitus deportatur.*

Publicius, a, um, quod est publici & plebis. Ut, *publicium iter. publicii ædiles.*

Publico, cas, act. pr. publicum & publici juris facio. Ut, *publicare navem, domum, bona*, Tage noget til Byen oc Menigheden. Et *mulier se publicat*, i. e. publicè prostituit, Giør sig til huer mands Hore / giør sig almindelig. Item publico, in publicum do, manifesto, Giør Aabenbare for alle. *Publicat matrimonii reticenda.*

Publicatio, onis, publicandi actus. Ut, *publicatio bonorum alicujus.*

Publicanus, m. s. qui publicum & vectigal populi principumvé reditus, certo constituto pretio, redimit, Tolderre / som haffuer kiøbt sig Tolden til. Sic *mulier publicana*, Tolderinde.

Compos.

Respublica, æ, f. pr. res communis, & communitas civium unis legibus & jure obstricta, Menigheden.

Scribitur & aliquando per hyphen *Res-publica.* Et distinctè per inversionem, *publica res.*

PUDET, duit, & ditum est, pr. corr. impersonale, quo utimur cum faciem à re quasi putente quadam avertimus. Unde & à putidis deducitur, translatâ significatione ab aversione narium ad aversionem oculorum vel mentis: vel immediatè à voce incondita Pu, Phu, quâ aversamur infamiam, Det blues / haanis / skammis. *Pudet me facti, infamiæ, stulticiæ*, Jeg haanis ved / er haan / bluis / skammis. Et præcedente nominativo, *sæva me pudebunt.* Item *ego ita nunc pudeo.*

Pudens, om. t. quem pudet malorum, Blu oc som skammer sig ved noget. Exponitur & ex Cicerone, qui servandi ubiq; decori, servandi in omni vitæ parte officii studiosus est, præsertimq; in iis, quæ amicitiæ leges postulant: qui omnibus præsertimq; amicis molestus esse timet, Erbydig / som giør forskiel paa Folck. *Homo est modestus & pudens: officiosus & pudens, optimus & pudentissimus.*

Pudenter, modo pudenti, Bluferdigen. *Vivit pudenter.*

Pudendus, a, um, cujus nos pudeat, Skamfuld. *Causa pudenda. lucra pudenda. vulnera pudenda.* Et absolutè num. plur. *Pudenda, orum*, partes hominis pudendæ, Bluſel.

Pudibundus, a, um, idem quod pudens, non actu tantùm, sed & habitu, Bluferdig / som haffuer tuct oc ære kier. *Pudibundus ac mœrens quærit latebram. os pudibundum. dies pudibunda*, pro aurora; ut quæ purpurea est, more pudentium.

Pudibundè, modo pudibundo, Bluferdigen.

Pudicus, a, um, cior, cissimus, quàm rei venereæ maximè pudet, Kyst oc tuctig. *Mulier pudica. pudicum ingenium, mores, thalamus.*

Pudicè, modo pudico, Tuctigen / kyskeligen. *Pudicè vitam agit.*

Pudicitia, æ, f. pr. pudici habitus & virtus, Kyskhed / Tuctighed. *Mulieris pudicitia.* Et translatè mundicia & puritas. Ut, *casta pudicitiam servat domus. Pudicitia* etiam Dea, quæ Romæ colebatur.

Pudor, oris, m. t. pudentis affectus, & metus quidam infamiæ, qui animum reprimit, ne procaciter aut inordinate aut turpiter quid agat, Bluferdighed / blysel / fryct for vanære. Differunt a. pudor & pudicitia, quod *pudor* sit animi: *pudicitia* corporis.

Compositа.

Depudere, q. non pudere, & pudorem abjicere, Skammes icke. *Assiduis convitiis depudere dedicit. Depuduit, profugusq; pudor sua signa reliquit.*

Depudesco, apud Hieronymum. Ut, *non depudesco infelicitatis meæ.*

Depudico, as, act. pr. Laberio, pudicitiam aufero.

Dispudet, uit, & ditum est, q. multis variisq; modis pudet, Storligen blues / skammis.

Impudens, om. t. quem nihil pudet, wblu / wblulig / wskamfuld.

Impudentia, æ, f. pr. impudentis habitus, wblushed.

Impudenter, modo impudenti, wblueligen.

Impudi-

Impudicus, a, um, qui pudicitiam ſuam proſtituit, Wkyſk. Item, idem, quod impudens. Ut, *facinus impudicum*, wbly ſtyck.

Impudicitia, æ, f. pr. impudici habitus & vitium, Wkyſkhed.

Impudicatus, a, um, veterib. pro ſtupratus.

Subimpudens, Cic. nonnihil impudens, Noget wblu.

Propudium, n. ſ. homo, cui nullus eſt pudor, Jt wforſkamt ting: ſive de maſculo dicatur, ſive de fœmina, Item *homo valde pudendus*, quales Græci vocant, καταπύγονς, Jt affſkum.

Propudioſus, a, um, propudio plenus. Ut, *ancilla propudioſiſſima. uxor propudioſa.* Sic n. Romani dicebant, cum maledicto nudare alicujus turpitudinem volebant. Pro vel augente ſignificationem q. valdè pudendum; vel privante q. cujus nullus eſt pudor.

Repudium, dii, n. ſ. renunciatio, quâ ſponſa exigebatur matrimonio ob rem pudendam & pudicitiæ vitium ſub hac formula: conditione tua non utor, Ecteſkabs affſlag oc opſigelſe.

Repudioſus, a, um, Plaut. quod repudii plenum eſt. Ut, *repudioſæ nuptiæ.*

Repudio, as, act. pr. repudium cum ſponſa ſive uxore facio. Ut, *uxorem repudiare non voluit*, Forſkiude ſin Huſtru oc ſkille ſig aff med hende. Et translatè reſpuo. Ut. *repudio conſilium*, Forſkiuder: & ut minus dignum rejicio. Sic *repudiare gratiam, beneficium, conditionem oblatam, obſecrationem, periculum, voluntatem, auctoritatem alicujus.*

Repudiatio, onis, repudiandi actus; vel repudiati conditio. Et ſpecialiter, quâ quis repulſam in petitione honorum patitur, Forſkiudelſe.

Repudiatus, a, um, quod repudiavimus; Forſkut. Et ſpecialiter, qui repulſam paſſus eſt.

Suppudet, Cic. aliquantulùm pudet.

PUER, ri, m. ſ. antiquè puerus & por à Dorico πῶρ ejusdem ſignificationis: homunculus maſculus, qui nondum pubuit, Barn / Dreng / Drengebarn. *Cæſaris pueri mirifica indoles.* Item, qui domino præminiſtrat; Dreng / Smaadreng / Tieniſtedreng. *Convoni puerum Chremetis.* Et in ſacris etiam, qui eſt plenæ ætatis, Svend. *Pueri Davidis*, i. e. milites. Ponitur & pro filio, Græcorum more. Ut, *crudelis mater magis, an puer improbus ille.* Eſt n. puer, ratione ætatis, Barn: Nativitatis, Søn: Sexus, Drengebarn: & obſequio, Dreng. Interdum puer, amoris & blanditiæ eſt. Ut, *pueri ne tanta animis aſſveſcite bella.*

Puera, f. pr. antiq. idem in ſexu fœmineo, Piigebarn.

Puerulus, parvus puer, Liden Dreng.

Puerilis, le, om. t. quod eſt puerorum. Ut, *ætas puerilis*, Barndom. *Homo puerilis*, qui moribus aut judicio puerum refert, Barnvorn / Barnactig. *Conſilium puerile*, quod puer & imbecillis ætatis judicium refert, Barnactig. *Telum puerile*, quod pueris convenit.

Pueriliter, modo puerili, & puerorum more, Barnactigen. *Pueriliter blanditur.*

Puerilitas, atis, f. t. puerilis ingenii ratio, Barnactighed. Ponitur & aliquando pro pueritia.

Pueritia, æ, f. pr. pueri ætas, Barndom. *Promereris, ex infantia ad pueritiam.*

Pueraſco, is, Sveton. puer fio.

Puellus, m. ſ. q. parvus puer ſive filiolus, Liden Dreng gebarn / eller Søn.

Puella, æ, f. pr. idem in ſexu fœmineo, Pige.

Puellarius, a, um. Ut, *tibia puellaria ſive puellatoria*, i. e. ſic dicta à clariore ſono ad puellarum vocum modum.

Puellula, parva puella, Liden Pige / Pigebarn.

Puellaris, e, om. t. quod eſt puellæ. Ut, *puellaris ætas*, Pigealder. *Animus puellaris*, Piger ſind.

Puellariter, modo puellari. Ut, *puellariter neſcit ſe prægnantem.*

Puellaſco, is, antiq. Ut, *puellaſcunt laſcivia adoleſcentes.* Item revireſco & q. ad puellarem ætatem redeo. Ut, *mulier vetus puellaſcit*, Vorder til Pige igien.

Pullus, li, m. ſ. antiq. idem quod puellus. Eſt n. nomen teneræ & imbecillæ ætatis, Yngling. Et ſpecialiter, quem pro Catamito habebant. Dicitur & de fœtu aliorum animalium; Vnge. *Pullus equinus*, Føl. *Pullus Gallinæ*, Kylling. *Pullus ranæ*, Frø vnge. Item, translatè, de ſurculis plantarum. Ut, *proveniunt pulli arborum.* Aliàs hoc à πῶλος, quod & pullum equinum ſignificat.

Pullulus, idem quod pullus pro ſurculo plantæ, vel ſtolone, qui de arboris radice enaſcitur.

Pullulo, las, n. pr. pullos ſeu pullulos emitto, Giffuer ey grøde / giffuer riis oc tæn / ſkiuder ey grøde; ut cum à radice novæ plantæ ſurgunt. Ut, *pullulat ab radice alius denſiſſima ſylva.*

Pullulaſco, pullulans fio. Ut, *ex novello palmite vitis pullulaſcit.*

Pullarius, a, um. Ut, *felis pullaria* de homine impudiciſſimo, qui eſt raptor, compreſſor & corruptor puerorum, i. e. pullorum humanorum. *Pullaria manus*, i. e. dextra, quæ pullos, pueros & catamitos tentat & palpat. Item abſolutè *Pullarius*, m. ſ. qui è paſtu pullorum captat auſpicia. Et *pullaria ars*, & diſciplina pullarii.

Pullaſter, m. ſ. pullus Gallus adoleſcens, Vng Hane.

Pullaſtra, æ, f. pr. Gallina adoleſcens, Vng Høne.

Pullinus, a, um, quod eſt pulli. Ut, *pullini dentes*, quos primùm equi jaciunt; Føl tænder.

Pullatio, onis, f. t. fœtura, vel tempus fœturæ pullorum aviariorum, Kylling tid / vnge tid.

Pullicies, Colum. fœtura pullorum. Ut, *circa meſſem confirmatior eſt pullicies.*

Puſus, m. ſ. antiquè idem quod puerulus, q. puerus, pueſus puſus. Ipſis n. frequenter s pro r.

Puſa, antiquè idem quod puella.

Puſillus, a, um, quod eſt parvæ ſtaturæ ad modum puſi, Liden. *Puſillus homo: puſilla uxor.* Et translatè, *animus puſillus*, Kleinmodigt / forſagt. Sic *homo puſillo animo*, Kleinmodig / miſtroſtig. Item athel. *puſillum laxamenti*, i. e. paululum recreationis.

Puſio, m. t. parvus puer, puerulus, Liden Drengebarn.

Compoſita.

Expullulo, as, pullulos emitto, ut *expullulat Pampinus.*

Perpuſillus, a, um, valdè puſillus. Ut, *homo perpuſillus.*

Perpuſillùm, adverb. ut, *perpuſillùm rogabo.*

Lucipor, Marcipor, Publipor, m. t. q. Lucii, Marci, Publii puer, i. e. ſervus, Den Mands Karl eller Dreng.

Repueraſco, is, n. t. ad puerilem ætatem redeo, iterum puer fio. Ut, *ſenex ex ſua ætate repueraſcit.* Et translatè ad pue-

ad pueriles nugas & deliramenta dilabor, Giør Barn aff mig.

Repullulo, as, n. pr. iterum pullulo. Ut, *larix uſtis radicibus non repullulat.*

Repullulaſco, rurſus pullulaſco, & novos pullos, i. e. germina emitto. Ut, *repullulaſcit arbor novellis frondibus.*

Suppullulo, ſubtus pullulo, vel nova germina è radice emitto.

PUGNUS, m. ſ. manus in ſeipſam convoluta & compreſſa, à πυξ pugnis, manibus; vel à πυγμὴ ejusdem ſignificationis, Knyt Næffue. Deducitur & alias à πύκνος, denſus, quia manus ex iſta compreſſione, denſata videtur.

Pugillus, parvus pugnus, Liden Næffue. Item genus menſuræ, Næffuefuld.

Pugna, æ, f. pr. certamen, quod pugnis fiebat. Nam, ut Lucret. ait, *arma antiqua manus, ungues, dentesq; fuerunt.* Inde certamen, quod fit armis, Strid/ Ficten/ Kamp. Et translatè ſtuprum.

Pugneus, a, um, quod pugnis fit vel conſtat. Ut, *pugnea meſſis. Mergæ pugneæ* pro ipſis pugnis alium cædentibus alacriter, ut ſit in meſſe. Ita enim jocosè loquitur Plautus, pro: *pugni mei erunt in ore ſeu barba tua, ut mergæ in ſegetibus.*

Pugillaris, re, om. t. quod pugillum ſive pugnum implere poteſt. Ut, *res eſt pugillaris,* En Næffue fuld. Et plural. *Pugillares,* m. t. pr. comm. & *pugillaria,* n. tabellæ erant cerâ obductæ ad ſcribendi uſum: ſic dictæ ab exiguitate ſua, quòd pugno comprehendebantur; græco nomine, Enchiridia & ſingul. Enchiridium, q d. Haandfuldbog / Haandbog: vel quæ ſemper ad pugnum & manus erant, Skriffuertaffle. Legitur & ſingulare pugillar.

Pugillatorius, a, um, quod pugno percutitur. Ut, *follis pugillatorius,* maximum pilæ genus, quod ſpiritu inflatur & pugno percutitur, non palmâ.

Pugil, m. t. pr. comm. qui pugnis certat, Næffueficter/ Ficter. Inde etiam qui armis pugnat.

Pugilicè, Plaut. pugilum more. Ut, *valet pugilicè,* i. e. ſummâ valetudine fruitur, robuſte & valenter, ut ſolent pugiles.

Pugilatio, onis, f. t. exercitatio & certamen pugilum, Fecten/ Fectelſe/ Ficterj.

Pugilatus, us, m. q. idem.

Pugilo, as, Apulejo & Julio Capitolino, pro pugilis more decerto.

Pugno, as, n. pr. pugnam committo, Strider/ Ficter/ Kempis/ Slais: *In hoſtem, adverſus hoſtem & cum hoſte pugnat:* pro quo & dicitur *pugnat pugnam,* Strider en Strid. Et translatè, extra uſum armorum, dicendo, contendo vel defendo, Tretter imod / eller forſuarer með ord oc tale. *Pugnat de poſſeſſione hominis.* Item, diſſideo & contrarius ſum. Ut, *hæc inter ſe pugnant, diſſident & contraria ſunt,* Er imod hin anden. Sic, *ſententia mea pugnat ſecum* Item, conor, nitor, Beſlitter mig paa / ſtaar imod. *Pugnat in adverſas ire natator aquas.* Sic, *illud pugna & emitere, ne quid mihi temporis prorogetur.* Ponitur & impersonaliter. Ut, *pugnatum eſt à ſummo mane, ad veſperam usq.*

Pugnans, om. t. quod diſſidet & contrarium eſt. Ut, *pugnantes ſententiæ, pugnantia ſtudia. pugnantia loquitur.*

Pugnax, acis, cior, ciſſimus, qui gaudet pugnis, Stridefuld / Kiffactig. Item vehemens & pertinax in pugnando ſeu contendendo. *Pugnax gallinaceus, pugnax exordium dicendi,* Stridactig.

Pugnaciter, modo pugnaci & vehementi. Ut, *pugnaciter certat, dicit,* Kiffactigen.

Pugnacitas, atis, pugnacis affectus, Stridactighed.

Pugnator, oris, m. t. qui pugnat.

Pugnatorius, a, um, quod ad pugnam ſeu pugnatorem pertinet. Ut, *arma pugnatoria,* quæ opponuntur luſoribus & levioribus, Stridsverie.

Pugnatus, a, um, quod pugnavimus. Ut, *pugnata pugna. magna pugnata bella,* Strider/ holdt/ giort.

Compoſita.

Depugno, as, acriter pugno, Strider haardeligen/ holder Slag. *Depugnavit ad Thermopylas.* Et impersonaliter, *depugnatur.*

Depugnatus, a, um, part. paſs. Plaut. *Metuo ne ſerò veniam, depugnato prælio,* Naar Slaget er ſtaaed/ Slactningen er holden.

Expugno, as, pugnando capio, Indtager med ſtrid oc ſtormer haand / beſtormer / omſtormer. *Expugnavit ædes, urbem.* Et translatè, *pecuniâ expugnatur animus,* i. e. vincitur & corrumpitur, Offuertalis/ Frenckis/ indtagis/ offuervindis.

Expugnabilis, le, om. t. quod expugnari poteſt, Offuervindelig/ Frenckelig / ſom ſtaar til at tage ind/ offuervindelig. *Caſtrum expugnabile. Animus auro expugnabilis.*

Expugnatio, onis, expugnandi actus, Beſtormelſe/ Frenckelſe. *Expugnatio caſtri, virginis.*

Expugnator, oris, m. t. qui expugnat. Ut, *expugnator pudicitiæ,* Krenckere.

Inexpugnabilis, le, non expugnabilis, Woffuervindelig/ det ſom mand kand icke tage ind. *Arx inexpugnabilis.* Et translatè, *homo inexpugnabilis,* cujus animus expugnari non poteſt, Faſt i Sind/ wryggelig.

Impugno, as, quaſi in aliquem pugno & pugnando invado, Angriber til at trenge/ antaſter / trenger/ ſtormer. *Urbem impugnat.*

Impugnatus, a, um, quod impugnavimus, Angreben/ antaſtet/ ſtormet.

Impugnatio, onis, impugnandi actus, Angribelſe/ ſtormelſe / ſtormen.

Oppugno, as, pugno contra aliquid, Strider imod noget / Bekriger / Beſtrider / Stormer til noget. *Oppugnare domum, oppidum.*

Oppugnatio, onis, oppugnandi actus, Stormelſe/ Storm/ Bekrigelſe *Oppidi oppugnatio.*

Oppugnator, oris, m. t. qui oppugnat, Stormere. *Oppugnator Reipublicæ.*

Oppugnatorius, a, um, quod ad oppugnationem pertinet. Ut, *machinæ oppugnatoriæ,* quibus oppugnamus urbes & hoſtes avertimus. *Galea oppugnatoria,* quâ in oppugnationibus utuntur, Stormhat.

Propugno, as, act. pr. pro alio ejusvé loco & defenſione pugno, ſive armis, ſive conſiliis, aut dicendo, Forſvarer/ Krier for anden / beſkytter. *Propugnat pro æquitate, fanis, delubris, innocentibus, ſalute & incolumitate alterius.* Et *eloquentiâ propugnat pro patria. propugnat nugis.*

Propugnatio, onis, propugnandi actus, Forſvar oc beſkermelſe. *Suſcipit propugnationem pro ornamentis tuis.*

Propugna-

Propugnator, oris, m. t. qui propugnat, Forſuarer/ Beſkytter/ Beſkermere.

Propugnaculum, li, n. ſ. moles ſive locus munitus, ex quo propugnamus, Verie/ Bulverck. *Claſſis propugnaculum inſulæ.* Et translatè, de quo pro aliquo pugnamus. Ut, *lex propugnaculum tranquillitatis.*

Repugno, as, contra aliquem pugno & pugnando reſiſto, Staar imod / ſtrider imod/ ſtritter imod. *Repugnabi fratri tuo: repugnat contra veritatem.* Et *hoc repugnat naturæ, veritati &c.*

Repugnanter, modo repugnanti, Genſtrideligen.

Repugnantia, æ, f pr. repugnantis vis & affectus, Modſtand/genſtrid. *Magna eſt rerum repugnantia.*

Repugnax, acis, om. t. qui repugnat & repugnare ſolet vel geſtit, Riffueſom / tretteſom / genſtridig *Repugnax eſt in diſputando.*

PULCHER, a, um, chrior, cherrimus, qui virtute & virib. inſignis eſt, q. πολύχειρ, h. e. manu multa, vel manu pollens. Køn / gild / dapper. *Satus Hercule pulchro. pulcher Aventinus.* Inde etiam formoſus, Smuck gild. *Pulcher Apollo. pulcherrima Dido.* Et translatè *pulchrum prætium*, i. e. luculentum. Pulcher bos, qui ad eximiam pulchritudnem eſt perductus, Vel vdlagd/ fæd nød. Romani enim, qui omnia ponebant in fortitudine, eum demum bonum & formoſum putabant, qui eſſet fortis. Deducitur etiam aliàs à polio aut à polleo, ſignificatione eodem recidente: ſcribiturq; ſine aſpiratione, quemadmodum & antiquitus fiebat, Pulcrum; ut fulcrum à fulcio &c.

Pulchrè, modo pulchro. Ut *pulchrè das, pulchrè locas operam,* Vel ſmuct. *Pulchrè dicis*, i. e. ſapienter. *Pulchrè ſobrius*, i. e. nimis admodum. *Pulchrè præbet ligna*, i. e. largè & promptiſſimè, Rundeligen oc redeborn. *Pulchrè procedit*, det gaar lyckeligen for ſig. *Pulchrè adificata domus*, i. e. rectè & cum ratione. *Pulchrè tibi eſt*, i. e. benè, det gaar dig vel.

Pulchellus, a, um, aliquantum pulcher.

Pulchralis, le, antiquè pro pulcher.

Pulchritas, antiquè pro pulchritudo.

Pulchritudo, dinis, f. t. pulchræ rei affectus & ratio, Smuckhed/deilighed. *Pulchritudo corporis. pulchritudo virtutis.*

Compoſ.

Perpulcher, i. e. valde pulcher, ut, *perpulchra dona.*

PULEGIUM, gii, n. ſ. nomen herbæ: Plin. ſic dictum quod ejus recentis flos incenſus pulices fugat & necet odore ſuo, Poleje. Translatè ſignificat ſvavitatem ſermonis Ut, *ad ejus rutam pulegio mihi tui ſermonis utendum eſt.* Legitur & Pulejum.

PULEX, m. t. pr. prod. vermiculus canibus, nec non mulieribus inprimis punctu infeſtus, & aſſultu inſignis à ψύλλω ejusdem ſignificationis detracto ſibilo q. pullex, Loppe. Aliter ſimpliciter à pungo, pulex. Corripitur autem pr. ſyllaba ab auctore Philomelæ, qui falsò putatur Ovidius. Item *pulex marinus*, beſtiola eſt tenui cruſta intecta, quæ facit homunciones ridiculè pictos, vel ſimiam repræſentat, aliis partibus locuſtæ ſimilis eſt.

Pulicoſus, a, um, pulicibus plenus, Fuld aff Lopper. *Pulicoſa canis.*

Pulicaria, herba cujus ſemen pulicibus ſimile, inquit Iſidorus.

PULLUS, a, um, quod eſt obſcuro colore qualis eſt lanæ nondum infectæ & terræ nativæ, q. purus, purulus pullus: conſtatq; ex atri & rubri miſtura, Mørckſoed/ Soeder/ Jordfort. *Toga pulla, terra pulla, olus pullum. Pulla veſtis*, plebeja erat ac præcipuè tenuiorum. Unde *pulla paupertas*: quia pauperes utebantur pulla veſte. Aliter pullus à pulvillus, ut ſignificetur talis color, qualis eſt pulvillo. Item *terra pulla*, q. pulvilla, i. e. putrida, reſolubilis, quæq; ſæpius aratro verſa in pulverem abiit, qualis eſt terra campana, ut inquit Columella. Item à ψόλος fumus, fuligo. Item à πελὸς niger, fuſcus.

Pullulus, aliquantum pullus. Ut *terra pullula.*

Pulligo, Plin. pro terra pullula. Item pullus color.

Pullatus, a, um, pulla veſte indutus, Sortklæd. Incedebant autem Romani pullati in funerationibus patentum aliisq; gravioribus & triſtioribus caſibus. Item *pullati*, dicti ſunt plebei & viliores in Republ. eò quòd veſte pulla utebantur: nobilioribus ſumentibus candidam. Ut *ſanxit, ne quis pullatorum media cavea ſederet.* Et *pullata turba* pro paupertina.

PULMO, onis, m. t. viſcus animalis ſpongioſum, & ſpirandi officina, q. peulmo à πλεύμων, ejusdem ſignificationis, Lunge. Eſt & nomen piſcis, ſeu Zoophytum ſponte naſcens ſed cum adjectione: *Pulmo marinus.* Item convicium erat in ſtolidos & tumidos.

Pulmonarius, a, um, qui pulmonis inflatione laborat, Som haffuer Lunge ſoer. Et *pulmonaria herba*, ad ſimilitudinem pulmonis.

Pulmoneus, a, um, quod pulmonem refert, motu, tumore aut mollitie. Ut *pedes pulmonei*, pro mollibus, tumidis aut lentis, quòd pulmo cum perpetuò moveat, nunquam tamen loco promoveat, Føld vaalen/ ømme oc lø de fødder. Sic *poma pulmonea*, quæ ſtolidè tument, Føld at føle paa.

PULPA, æ, f. pr. pars corporis carnoſior, muſculis incluſa & exoſſis, quæ olim cum pulte veſcebatur, ut annotat Iſidorus, à palpo, quod palpitet & reſiliat, Saas ſom det tycke aff Laaret/oc læg paa bønene. Sic *pulpa clunium*, Arß balde / balde. *Pulpa digitorum*, Balde. Inde translatè, corpus pravis cupiditatibus & voluptatibus pollutum. Item in arbore pulpa dicitur muſculoſa arborum caro ſub utroq; cortice, & meatuum diſcurſu venis ſimilis, maximèq; fiſſilibus ineſt, Kalti træ/ eller Margen vdi træ / ſom er inden for Barcken oc hud vidden.

Pulpamentum, ti, n. ſ. cibi genus ex pulpa animalium delicatiorum, ut ex cluoibus leporum. Et inde quicunq; cibus delicatus, Lecker mad / lecker bidſken. Comicus tranſtulit ad hominem delicatulum & rei venereæ expetitum. Ut, *tute lepus es, & pulpamentum quæris.*

PULPITUM, ti, n. ſ. locus in proſcenio editior, in quo tibicines & citharædi Muſica actione populum demulcebant, à palpo q. unde palpabant & demulcebant ſpectatores. Inde quicunq; locus editior ſive cathedra, ex qua docent profeſſores artium, aut qui concionem habent ad populum, Prædickeſtoel. Item pergula projecta in templis ſive cantantium ſive auſcultantium, Pulpitud vdi Kircke.

PULS,

PULS, tis, f. t. cibus ex farina & aqua coctus, quo populus Romanus trecentis annis in alimentum fuit usus: à sono quem edit in coquendo: vel à Græco πόλος ejusdem significationis. Vel à pulto, quod pultetur & conspargatur ad esum, Grød. Meminerunt Græcæ hujus dictionis Plutarchus, Pollux, Dioscorides. Sed alii à latinis ad Græcos traductam opinantur.

Pulticula, læ, puls dilutior, Velding / Tynd Grød.

Pultaris, m. s. vasculum culinarium, in quo puls decoquebatur, Grødgryde / Grødpande.

Pulmentum, ti, n. s. cibus in modum pultis ex caseo, ovis, melle aliisq; condimentis factus, Mooß. Item obsonium & cibus quicunq; præter pultem, Sull / alle hande Mad til Brød.

Pulmentarius, re, om. t. quod ad pulmentum pertinet. Ut, *cibus pulmentaris.*

Pulmentarium, n. s. idem quod pulmentum.

PULVIS, eris, com. t. terra arida, rara & tenuior, quæ motu excitatur & effertur à pello: vel quod motu & pulsu pedum exciteur; vel vi ventorum facile pellatur, Strøffløß Jord. Hinc *pulvis aromaticus*, Pudder. *Pulvis tormentarius*, Byßekrud. Item translatè, locus pugnantium, ubi plurimum excitatur, Fiendebane / Pladß / Stoffuepladß oc Bane. Et rursus translatè, agendi locus quicunq; ubi strenuè nimirum agitur & laboratur. Ut *eruditus pulvis Mathematicorum*, i.e. doctrina. *Educere dictionem ex umbratili exercitatione in pulverem*, i. e. forensem aciem. Et *in pulvere versabatur.* Hinc, *in suo pulvere currit*, i. e. in ea re in qua plurimum valet. Item *citra pulverem contingit*, i. e. facilè & citra negotium aut magnum aliquem laborem. Erat etiam antiquis Genitivus pulvis: nec non nominat. *pulver.*

Pulvero, as, act. pr. in pulverem comminuo & redigo, Støder smaa / giør til Støff. *Pulverare vineam, terram occâ.* Et absolutè neutrali significatione: *nolo hîc pulveret*, i. e. pulvere plenum sit, Der Støffuer.

Pulveratio, onis, pulverandi actus, comminutio glebæ & in pulverem redactio. Item genus culturæ, quo imminutæ glebæ vitibus applicantur.

Pulvisculus, li, exiguus & tarior pulvis. Hinc, *converrere aliquid cum pulviscolo*, est ita auferre omnia, ut nihil relinquatur, q. ne pulvis quidem. Et specialiter pulvisculus, quo utuntur mulierculæ, ut vel cutis colorem commendent, vel dentibus candorem inducant, Quinsdepulver.

Pulvereus, a, um, quod ex pulvere est. Ut *nubes pulverea*, ex pulvere moto excitata. Item idem, quod pulverulentus. Ut *palla pulverea.* Et *æquor pulverenum*, locus in quo pugnatur.

Pulvinus, m. s. terra propriè in hortis elata & aggesta ex pulveratione, in qua semina suo quæq; genere, vel plantæ seruntur, Bed vdi haffue. Estq; q. lectus quidam seminum & herbarum. Inde quicquid commoditatis gratia subjicitur, ut loco moretur facilius, Pude Pult. Item lectulus quem clunibus aut capiti submittimus, ut commodius aut dormiamus aut sedeamus, scilicet à similitudine pulvini seminarii, Pude / Hynde: in qua significatione aliàs vulgò q. pluvinus à plumis, quibus farcitur. Item Isidoro pulvini dicuntur

machinæ quibus naves deducuntur & subducuntur in portum, Pulter / eller Roller.

Pulvinulus, parvus pulvinus.

Pulvillus, idem.

Pulvinar, n. t. idem quod pulvinus pro lectulo. Et specialiter, lectulus religione in templo positus, Diis consecratus, & in quo simulacra eorum solebant reclinari. Sternebanturq; hi lectuli, quoties decreta erat supplicatio. Ut, *ad omnia pulvinaria decreta est supplicatio. Dibus Julius habuit pulvinar, simulacrum, fastigium, staminem.*

Pulvinarium, n. s. locus pulvinis instructus ad quiescendum.

Compos.

Dispulvero, as, Nev. in pulverem redigo. Ut *saxa, sylvas, montes dispulverat.*

PUMILUS, a, um, pr. com. Qui est compressa statura ad modum πύγμης, i. e. pugni q. pygmilus: unde & Pygmæus eodem significationis: q. qui ita contracto est corpore, ut crescere non possit, Syd i skind / Karl som en knyt næffue. Inde quod humili est corpore. Ut *homo pumilus: mulier pumila*, Meget liden oc stacket. *Gallina pumilla*, Liden Høne / Jordhøne. Et absolutè, *pumilus*, idem quod pumilio. Aliter Compositum habetur ex puer & homulus q. puhomilus.

Pumilio, onis, m. t. pumilo corpore insignis, monstrum hominis, & homo præter naturam humilis, Suerg.

PUMEX, icis, m. t. pr. prod. lapis cavernosus aquis innatans à spuma sic dictus, quod sit spuma maris concreta & densata: unde & antiquis spumex dicebatur, Pumetsteen / Fodsteen. Et translatè, homo parcus & aridus, q. ex quo nihil extorqueri potest, ut nulla ex pumice aquâ. Item translatè, de petra cavernosa vel cava, Hul Steen oc Klippe / eller Klippe med huller vdi. Legitur & in fœminino, Pumex.

Pumicosus, a, um, quod cavernis, raritate aut ariditate pumicem refert. Ut, *terra pumicosa*, Løß Jaben Jord. Et *locus pumicosus*, pumicibus plenus.

Pumiceus, a, um, quod ex pumice est. Item quod aridum est ad similitudinem pumicis. Ut *oculi pumicei*, ex quibus lachrymæ extorqueri non possunt.

Pumico, as, act. pr. pumice polio, Glatter / giør glat. *Pumicare frontem, gingivam.* Et *pumicata frons*, pro pumice polita. Sic *homo pumicatus*, Glat.

Compos.

Repumico, as, rursus pumico, Glatter op igien. Unde Plin. *repumicatio gemmarum, arboris*, pro earum expolitione & repurgatione.

PUNGO, pupugi vel punxi, ctum, act. t. aculeo ferio & admoto stimulo fodio, q. pongo à πώγων cuspis, Sticker. *Gladio ipsum pupugit.* Et translatè, animum alicujus ferio & ango. Ut, *hoc unum me pungit.* Scrupulus hic, ignominia hæc me pungit. Aliter à pugio, pugio autem à pugnus, q. pugno aptus.

Pungens, om. t. quod pungit. Ut *pungentia folia.*

Punctio, onis, pungendi actus; Sticken. *Punctio ſerpentum,* quâ pungunt.

Punctiuncula, parva punctio.

Punctus, a, um, quod punximus, Stucken. *Vulnus acu punctum.* Et abſolutè punctus m. ſ. & punctum, n. ſ. veſtigium ex punctione, Pricke. Unde *punctum mathematicum* pro parte lineæ minima & individua, principiumq; lineæ. Et translatè minima pars temporis & momentum. Ut *punctum temporis*, øyeblick / en haand vending. Item punctum in ſententia, pro nota abſolutæ ſententiæ, Pricke oc punct vdi Skrifft. Item punctum pro calculis & ſuffragiis. Ut *punctis ſingulis honores colligit: aliquot in tribus puncta tuliſti.* Item pro minutis quæſtionibus & brevibus rerum capitibus. Ut, *argumentum dilatat minutis interrogatiunculis & punctis.*

Punctim, modo puncto, Stickeviis. *Punctim non cæſim petit hoſtem.*

Punctus, us, m. q. idem quod punctio. Ut *oculi puncta eruti.*

Pugio, onis, m. t. gladius brevis, quo magis pungimus quàm cædimus, Dagert / Pundert / Dolck. Et translatè, argumentum adverſarii. Ut *ô plumbeum pugionem.*

Pugiunculus, parvus pugio.

Compoſita.

Compungo, nxi, idem quod pungo. Transferturq; ad ſenſus. Ut *ſplendor compungit oculos; amaritudo guſtum,* i. e. pungit & offendit, Sticker oc giør ont. Item figo. Ut *Dialectici ſe ſuis acuminibus compungunt.*

Compunctus, a, um, idem quod notatus, inuſtus: quod ſervis fieri conſvevit.

Compunctio, onis, compungendi actus. Ut, *compunctio laterum,* Sideſtick / ſtick vdi Siderne.

Diſpungo, is, variè pungo, ſeu variis punctis noto. Et translatè ſupputo, Offuerſlaaer / offuerregner. *Diſpunge & recenſe vitæ tuæ dies,* Regner med Kride eller Penge. *Diſpungere rationes*, eſt expenſa & accepta conferre, Legge offuer / legge oc laſſue det ene imod det andet.

Diſpunctio, onis, Juriſconſult. acceptorum expenſorumq; collatio, Offuerſlag med Regnen / regnelſe.

Expungo, is, pungendo deleo, alluſione nimirum ad librarios, qui literam vitioſam ſcalpro vel ipſo calamo expungere ſolent; Vdkradzer / vdſletter. *Nomen expungere, quod debeam. Militem expungere*, eſt ex albo delere & exauctorare, Slette aff Rollen. Et *expungere judicem*, eſt ab officio removere, Affſætte / affdancke. *Expungere rationes*, eſt ſubductis calculis, ſeu minoribus deletis notis ſummam colligere conficereq;, Summere / oplegge / Summere den gandſke Summa.

Interpunctus, a, um, ſparſim punctus. Ut, *narratio perſonis diſtincta, & interpuncta ſermonibus.* Et abſolutè, *interpunctum verborum,* Punctering.

Interpunctio, onis, interpungendi actus, vel ipſum interpunctum. Ut *verborum interpunctio.*

Repungo, is, viciſſim pungo. Ut *animos eorum laceſſitus repupugi.*

Solipuga, pen. prod. & ſolipunga, æ, genus formicæ venenatæ. Sic dicta quòd fervore ſolis actius, concitatiusq; mordeat. vide ſolifuga in fugio.

PUNICEUS, a, um, pr. prod. Græcè Φοινίκεος, de colore dicitur, qui purpura dilutior eſt & floridior à colore ſurculi palmacei, qui Græcis στάδιξ dicitur: aliis autem nigrior rubor, & purpura floridior à Gente Punica ſic denominatus, ut *color puniceus,* Jt ſlags Purpur farffue / enten mørck eller lius / eller Kaſtaniebrun / Tanetebrun. *Punica aurora,* quæ eum colorem refert. Sic *tæniæ puniceæ.* Et *Puniceum corium,* Plaut. pro virgis cæſum tergum, en rød tag.

PUNICUS, a, um, quod à Pœnis, populis, eorumq; regione ortum eſt. Ut *bellum punicum. Malum punicum,* Granatæble. *Laterna punica*, quæ perlucida eſt ſupra alias. *Punica fides*, pro leviſſima, & *punica perfidia*: à natura populi. Item *Punicus lectus: punica feneſtra: punicum torculare*, i. e. fideliter facta, & coagmentata, quæq; Pœnus opifex fecit.

Punicanus, a, um, idem, vel quod eſt Pœnorum. Ut *punicani lecti.*

PUPPIS, f. t. poſterior navis pars, & ponticulus, in quo agit & ſedet gubernator: q. popons, popis, à pone vel poſt & pons: cùm cætera pars navis eſſet aperta, vel ſimpliciter à pone ſeu poſt, Bagſtavn / Styrbor. Et translatè, locus honoratiſſimus in Republica, in quo quis Rempubl. gerit, ut Gubernator in puppi navem clavo. Ut, *ſedebamus in puppi clavumq; tenebamus.* Item tropicè puppis, pro tota navi. Ut *de puppibus altis exponit ſocios.*

PUPUS, m. ſ. pen. prod. infans vel puer parvulus & tenellus, per Onomatopœjam à voce parentum puerulis blandientium, ceu popiſmate quodam pu, pu, ut pappus à voce infantum, Spæt eller lidet Drengbarn. *Lacte paſcit pupum.*

Pupulus, li, m. ſ. idem.

Pupillus, m. ſ. impuber qui deſiit eſſe in patris poteſtate, vel morte vel emancipatione, Faderløß.

Pupillaris, re, om. t. quod eſt pupilli aut pupillæ. Ut *ætas pupillaris. negotium pupillare. pecunia pupillaris,* Børnepenge / Børnegodz.

Pupa, æ, f. pr. puella parvula & tenella, Lidet Pigebarn. Item imaguncula quâ luſitat puella: eamq; tandem pubertati vicina, Veneri offerebat, Jomfrue Docke.

Pupilla, læ, f. pr. nigrum oculi in quo imago rei objectæ colligitur & redditur, øyeſteen.

Pupula, idem.

PURPURA, æ, f. pr. piſcis ex concharum genere in faucibus habens liquorem tingendis lanis maximè expetitum, Græcè πορφύρα. Inde ſuccus, & ex eo color, Purpurfarffue. Succus iſte vivo ac recenti animali eximendus. Aliàs enim perit. Item veſtis purpuræ liquore tincta. Ut *purpura indutus fulget*, Purpurklæde. Et tropicè Magiſtratus, quorum inſigne erat veſtis illa purpurea. Ut *purpura te fælix, te colit omnis honos.* Eſt autem purpura duplex; Violacea, Violebrun. Et coccinea, Skarlagen.

Purpu-

Purpuratus, a, um, purpurâ veſte indutus. Et purpurátus, qui in aulis Principum cæteris dignitate antecellit, Stor Herre til Hoffue.

Purpurarius, a, um, quod ad purpuram, ſuccum & colorem pertinet. Ut *officina purpuraria*, in qua purpura tingitur.

Purpuraſco, is, in purpuram vergo. Ut *purpuraſcit unda*.

Purpuro, as, Colum. idem. Item ex Gellio activè. Ut, *ſpiritus Eurorum virides cum purpurat undas*.

Purpureus, a, um, quod purpuræ ſucco tinctum eſt, vel colorem refert. Ut *color purpureus*, qui eſt è cæruleo & rubro, ruber nigricans, qualis eſt Mattiæ violæ, Mørck-rød/Brunrød/Violbrun. Inde *veſtis purpurea*, *viola purpurea*, Blaabrun Viol. *Mare purpureum*, pro cæruleo ingreſcente: *Panis purpureus*, qui ab igne rubet, ut bis coctus. *Purpurei olores*, i. e. pulcri, de purpuræ miranda pulcritudine, cum & purpureum ſæpe ſignificet pulcrum: Ut *lumen purpureum*, *flores purpurei*. *Vel purpurei olores* dicti Poëtica ad miraculum audacia, ut quem rerum natura non procreat in eo avium genere colorem, eum fucaret. Item *purpurea mors* apud Homerum, i. e. pulchra. Vel ex eo, quod fuſcos reddat homines, vel quòd celeriter perimat hominem: ut cùm purpura concha uno ictu perimenda ſit, ne virus & colorem amittat.

Purpuriſſum, n. ſ. ſpuma collecta ex efferveſcente purpura, cum ex ea tinctura efficitur. Et pigmenti genus ex creta argentaria purpuræ ſucco inebriata, quo pictores utuntur, nec non mulierculæ ad fucandas purpureo colore genas, Lifffarffue ſmincke / eller Farffue.

Purpuriſſo, as, act. pr. Plaut. purpura inficio, Stryger Lifffarffue paa. *Purpuriſſare genas*. Et *purpuriſſatæ genæ*.

PURUS, a, um, rior, iſſimus, pr. prod. quod à ſordibus eſt liberum, quodq; in ſe ſolum eſt, habetq; nihil alieni à πῦρ ignis propter ejus puritatem: vel quaſi igni purgatum, Reen/ puur. *Pura aqua*, *purus aër*. *Aurum purum*, igni purgatum, Renſet oc purt Guld. *Pura veſtimenta*, quæ ſumebant ſacerdotes ad ſacrificia, nec obſita erant nec fucata aut maculam habebant. *Argentum purum*, quod non eſt cælatum. *Locus purus* non ædificatus, ut area, Bar pladz Bane. Sic *purum ſolum*. Et *purus locus* liber à religione. *Pura oratio*, quæ nihil fæcis barbaræ habet admiſta. *Pura vaſa* quæ ſunt ſine cælatura: Item quæ in alio uſu non fuerunt. *Pura haſta*, quæ eſt ſine ferro, Spiudſtage vden Jern. *Purum judicium*, quod ſimplex eſt & abſolutum ab omni exceptione, Endelig Dom. *Pura platea*, Gade bar for Folck. *Puræ manus*, liberæ à cæde & ſanguine aliisq; delictis. Item à ſordibus & illuvie, Reene hænder. *Pura veſtis*, quæ carebat prætextâ purpura. *Pura lana*, quæ purgata eſt. *Toga pura*, quam ſumebant depoſitâ prætextâ anno ætatis 16 decurſo, purpuræ omnis expertem. *Charta pura*, quæ nondum literas concepit, Reen Papir / vſkreffuen. Item cum caſu: *Purus ſceleris*: *purus injuſticiæ*: *purus vitio*, i. e. expers vitii.

Purè, ius, iſſimè & purimè antiquè, modo puro, Reenligen. *Purè & eleganter acta vita*: *purè dicit*, *loquitur*. *Purè lavari*, pro pura & viva aqua lavari, Toes i reent Vand. Sic *purè lotus*, lautum, Toet i reent.

Puriter, antiquè idem.

Puritas, atis, f. t. puræ rei affectus & ratio, Reenhed.

Compoſita.

Depuro, purum facio, ἄδηλον.

Depuratum, inquit Perottus, dicimus defæcatum & mundatum.

Impurus, a, um, non purus, Slem / ſkiden. Refertúrq; ad vitia, cultus corporum & animorum. Ut *homo impurus*, Slem/vreen/omflattig/vructig. Et *impura legatio*, Skendig budſkab. *Impura cohors*. Et *impura lues*, Slem ſiuge eller ſmitte.

Impurè, modo impuro, Slemmeligen / ſkendigen / vreenligen. *Impurè vivit*.

Impuratus, a, um, Terent. idem quod impurus.

Impuritas, impuri habitus & vitium, Vreenlighed/ ſkidenhed/ ſlemhed.

PUS, uris, n. t. ſanguis putrefactus, craſſus, albidus & glutinoſus, ex ulcere jam ad ſanitatem ſpectante emanans, à πύον ejusdem ſignificationis, Voer / Roed/ Ect. Interdum contumeliæ nota eſt. Ut *pus hominis*.

Purulentus, a, um, quod pure plenum eſt. Ut *aures purulentæ*, Fuld aff voer.

Purulentè, modo purulento. Ut, *oſſa purulentè limoſa*.

Purulentia, æ, f. pr. purulenti affectio & ratio, & ipſum vulneris pus.

Puſtula, æ, f. pr. turgidula puris collectio (quamvis & aliquando ſine pure) in ſuperficie corporis, quacunq; cauſa, ex humore aut calore, Glæn. Alia n. ex frigore, igni, aqua fervente, labore: alia liquida, nigra pallida: alia diſtenta eſt ſine humore, alia ex humore ſanguineo, purulento, aqueo, Skoldeblæne / Bædeblæne / Vandblæne/ Vabbel: quæ omnia apud Græcos privata habent nomina.

Puſula, æ, idem. Item ignis ſacer qui puſtulas paſſim quà depaſcitur, attollit, Guid ild.

Puſulatum, ſive Puſtulatum argentum, quod purum putum eſt, & puſula ac igne excoctum, quodq; puſtulas & tumores habet, & fractum ſpeciem puſulæ morbi refert.

Puſuloſus, a, um, qui puſulâ & igne ſacrò laboret. *Puſuloſa ovis*, quæ puſula & igne ſacro laborat.

Compoſita.

Suppuro, as, Colum. in pus convertor. Ut, *ſanguis ſi ſuppuraverit*, *tardè procuratur*, Røder.

Suppuratio, onis, f. t. generatio puris.

Suppuratus, a, um, quod ſuppuravit, Byld eller Saar/ ſom røder indvortis.

Suppuratorius, a, um, quod ad ſuppurationem pertinet, vel ſuppurare facit. Ut *medicamenta ſuppuratoria*.

PUTA, æ, f. pr. prior long. antiquè, membrum virile ſeu pellis juglandem tegens, à πόθη ejusdem ſignificationis, fibilo extrito. Item puellare membrum. Et inde pro puella.

Putus, & pitus, m. ſ. puerulus, ſic dictus à puta ex nutricum laſcivia blandienter hac voce compellantium pueros. Et inde idem quod parvus & puſillus. *Putiſſimus penis* Sveton. pro lepidiſſimo homuncione.

Putillus, Plaut. m. ſ. pro quo & legitur pitillus, q. parvus putus, Liden Dreng.

Putilla, idem in ſexu fœmineo.

Compoſita.

Præputium, n. ſ. pellis juglandem virilem tegens, **Forhud.**

Salaputium, Catul. ficta vox à ſalacitate & puta, quâ calvum quendam appellat innuens hominis puſillam ſtaturam: vel q. putus ſalis & oratoriæ mordacitatis plenus.

PUTEO, es, tui, n. ſ. prim. long. malè & fædè oleo, à voce incondita Pu, phii, phu, quâ averſamur ingratos & malos odores: vel à πύθομαι putreſco, ut propriè dicatur de putridis, **Stincker/ Lucter ilde.** *Putet aper, putet vas, diurno mero putet.*

Puteſco, n. t. putidus & mali odoris fio.

Putidus, a, um, quod putet, **Stinckende/ilde lugtende/ſom ryger i Næſen.** *Fungus putidus, caro putida.* Et translatè, odioſus, moleſtus, abſurdus. Ut *ad aures putida oratio*, quæ auribus ingrata eſt. Et *putidum eſt ad te ſcribere*, **Lucter ilde i Næſen.** Sic *putidus orator.*

Putidiuſculus, aliquantum putidus, ſive id ratione odoris, ſive inſvavitate orationis, aut actionum fiat. Ut *putidiuſculi videmur tibi.* locus eſt ex Cicerone. Ubi & aliàs legitur pudentiuſculi.

Putidulus, a, um, idem.

Putidè, modo putido, fœtente & inſvavi. Ut *putidè dicit.*

Putor, m. t. putidi vitium, **Ond lugt/ſtanck.** *Loci putor.*

Putitus, Feſto pro ſtulto: ſed fortaſſe legendum putidus.

Puticuli, & puticulæ, locus extra exquilias, commune ſervorum & tenuiorum ſepulcrum, ſic dictus quod puteſcebant ibi cadavera projecta.

PUTEUS, tei, m. ſ. prim. brev. locus in terra altius defoſſus, aquam ex ea per venas hauriens ad uſus hominum: ſic dictus à Græco πότον potus, quod ex eo aquam hauriant homines & ſibi & pecoribus potum, **Brynd fulde.**

Puteum, n. ſ. veteribus idem.

Putealis, le, om. t. quod ex puteo eſt. Ut *unda putealis*, **Bryndvand.** *Fons putealis*, idem.

Puteanus, a, um, idem. Ut *aqua puteana*, **Bryndvand/ fuldevand.**

Putearius, m. ſ. qui puteos fodit, **Bryndgraffuer.**

Puteal, n. t. operculum quale puteis imponi ſolet, **Bryndlog.** Item locus Romæ in comitio, ubi jus dicebatur, conventuſq; agebatur negotiatorum, mercatorum, fœneratorum.

PUTRIS, ris, t. pr. cor. cui humidum naturale corruptum eſt, à πύθομαι putreſio, putreſco, **Raaden/ frynnet.** Vitiata putredine navis. *Obum putre*, **Radit Æg/ lucter ilde.** *Lignum putre*, **Tryſke/ frynnit eller raaden.** Et translatè, ſolutus & laxus, ut *res putris*, **Løß.** *Terra putris, gleba putris, ſolum putre*, **Løß Jord oc god til Saad.** Et *putres oculi in aliquem*, i. e. ſoluti in amorem alicujus, **Slagen løß paa ens kierlighed.** Sic *homo in venerem putris*, i. e. ſolutus & promptiſſimus.

Putredo, dinis, f. t. putris rei affectio & ratio, **Raadenhed.** *Navis vitiata putredine.*

Putreo, es, n. ſ. putris ſum & putredine ſolvor, **Raadner.** *Tigna humida putrent. corpus annis & ætate putret.*

Putreſco, is, n. t. putris fio, **Raadner:** *Putreſcit ſterquilinium; putreſcit veſtis in area: Nihil meâ intereſt, humine an ſublime putreſcam.*

Putridus, a, um, quod putret. Ut *dentes putridi*, **raadne tænder/løſſe tænder.**

Compoſita.

Computreſco, idem quod putreſco.

Exputreſco, is, n. t. penitus putreſco, **Vdraadner.** *Exputreſcunt tibi inteſtina.*

Imputreſco, is, Colum. idem quod putreſco.

PUTUS, a, um, prior brev. antiquis idem quod purus. Ut aurum putum, argentum putum propurgato: à πυτὸς detrito ſibilo, i. e. exploratus, q. d. exploratum aurum, πεύθειν enim ſeu πεύθεσθαι eſt aurum explorare. Indè conjunctim, *purum putum argentum*, **Idel luter eller heel fin Sølff.** Et translatè, *purum putum mendacium*, **Idel/ klar/ luter Løgn.** *Purus putus ſycophanta eſt*, **En heel.** Et *purus putus eſt ipſus*, i. e. ipſiſſimus, **hand ſelff ſamme.** Sic *putiſſimæ rationes* pro puriſſimis & ſinceriſſimis, **Redelige/ vden all mangel.**

Puto, as, act. prim. putum & purum facio. Ut *putare arbores, frutices*, eſt inutilia & ſuperflua ex arboribus fruticibusvé reſecare, **Renſe oc ſnitte.** *Putare rationem cum aliquo*, eſt, facta collatione accepti & expenſi vitia eximere, ut ſumma ſit pura, **Legge regenſkab/ offuerhøre oc offuerſlaa/ oc vdgiøre huad mangel der er vdi/ klare regenſkab.** Inde translatè ad animum, pro animo revolvo, q. hinc illinc in re aut facto putatis falſis aut inutilibus, **Offuerlegger oc betæncker.** *Dum hæc puto præterii imprudens villam.* Sic pro æſtimo, judico, cenſeo, **Sømmer eller Skatter.** *Te unum pluris quam omnes illos puto. honores non magni puto. pro nihilo hoc putat.* Et *damnationem pro præturâ putat*, i. e. damnationem putat eſſe præturam. Item pro ſentio, ſpero, in ea ſum opinione, mea fert opinio, **Meener.** *Puto, ut ſuum gaudium gauderemus.* Item pro ſuſpicor, **haffuer en tancke/ en miſtæncker.** *Noli putare me id facturum.*

Putamen, inis, n. t. quod putatum eſt, ceu ſordes, **Renſning/ ſnittelſe oc affſkalning.** *Putamina arborum*, **affſnit quaſ.** Et ſpecialiter cortex nucis durioris item ovi &c. **Nodſkalle/ Eggeſkalle/** q. quod putatur, ut carne fruamur.

Putatio, onis, putandi actus, **Snittelſe/ renſelſe.** *Putatio arborum & vitium.*

Putatus, a, um, quod putavimus. Ut *putatæ arbores, vites*, **Renſet oc ſnittet.** *Putata lana*, quæ à ſordibus purgata eſt: *putata ratio* ad calculos revocata & examinata, **offuerſlagen regenſkab/ klaret.**

Putatorius, a, um. Ut *falx putatoria*, quâ vinitores putant vites, **Snitkniff/ Humlekniff.**

Compoſita.

Amputo, tas, circumquaq; puto, **Omkring ſnitter.** Et circumcidendo aufero, **Affſnitter.** *Ars agricolarum circumcidit, amputat, erigit &c.* Et translatè, *inde aliquid amputabo*, i. e. rejiciam aut refellam. Sic *tres admittit ſententias, multitudinem circumcidit & amputat*, i. e. ablegat & refellit. Et paſs. *in corpore Reipublicæ peſtiferum amputetur*, i. e. auferatur. Sic *membra quædam amputantur*, i. e. exſcinduntur.

Amputatio, onis, amputandi actus.

Amputatus, a, um, quod amputavimus. Ut *inanitas amputata.* Et abſolutè, *amputata & infracta loquitur?* i. e. manca.

Peramputo, Colum. perfectè ſeu totum incido.

Computo, as, idem quod puto, ſive ramos ſupervacuos abſcindo. Et translatè, judico, exiſtimo, perpendo, **Offuervejer**

uerveier oc betracter. *Computat ex altera parte quantum sibi ſit.* Item commemoro, numero, offuerregner. *Computat annos: articulis computat rationes,* Slaaer regenſkab offuer. Interdum idem quod imputo, tilregner. *Computat uxor,* i. e. imputat.

Computatio, onis, computandi actus.

Computabilis, le, om. t. quod computari poteſt.

Deputo, as, putando aufero, Affſnitter. Vitem, ramos, ſarmenta deputat. Et translatè ad animum: *Herus meus operam deputat parvi pretii,* i. e. æſtimat, judicat, Acter ringe / holder for intet. Sic *rationes ſecum deputat,* hand holder regenſkab for ſig ſelff / offuerſlaaer ſine ſager.

Diſputo, as, q variè puto, Snitter aff paa alle ſider / renſer. Et translatè, animo verſo, judico, agito ſeu examino, Forretter oc handler om huad ſant er eller løgn viitleſtigen handler eller bevuer noget / enten for løgn eller for ſant aff alle omſtendigheder. *Diſputare de re aliqua. diſputare in hanc vel illam ſententiam. Diu mecum diſputavi, quid rei eſſet. Plato diſputavit animas eſſe immortales.* Et paſſivè, *non hoc à me novum diſputatur, ſed quæſitum ab aliis eſt. non ſunt iſta vulgò diſputanda.*

Diſputatio, onis, actus quo diſputamus, Forhøring / offuerleggelſe. *Diſputatio de virtute.* Et *diſputatio contentionum plena.*

Diſputator, oris, m. t. qui diſputat ſeu diſputare ſolet, Som ved at forrette en ſag med ord oc god beſkeden.

Diſputatrix, Dialectica, quæ docet diſputare.

Diſputatus, a, um, de quo diſputavimus, Offuerſlagen / fuldkommeligen oc vitleſtigen forretter. *Hæc à me olim ſunt diſputata.*

Diſputabilis, le, om. t. de quo diſputare poſſumus. Ut *res eſt in utramq; partem diſputabilis,* Det mand kand ſige ja oc nej til.

Exputo, as, putando aufero, Affſnitter. *Vitem exputat.* Et translatè perfectè reputo, q. mente puto, alia rejiciens, alia reſervans, fuldkommeligen offuervejer oc begriber. *Exputare non poſſum, rem illam cur ſit aggreſſus.*

Inexputabilis, le, Colum. quod exputari non poteſt. Ut *numerus inexputabilis.*

Imputo, as, q. putando aliquid alteri aſſcribo, tilregner / legger anden til / lader ſom hand haffuer giort eller det er hans. *Imputare alicui vitia, crimen, cædem, ventos propicios.* Legitur & pro ſupputo, & rationem ſubduco. Ut, *ſi matrem aluit pupilli tutor, putat Labeo eum imputare poſſe.*

Imputatus, a, um, q. non putatus; & nondum purgatus, vſnitret. *Vitia imputata.* Item quod imputavimus, tilregnet / tillagt. *Imputata ſunt ipſi crimina.* Et translatè, *civitati imputata ſunt tria millia,* pro imperata, paabudne / paalagd.

Interputo, as, paſſim puto, her oc der affſnitter. *Interputat fruticem & herbas.*

Opputo, as, Plinio idem quod puto: propriéq; de arboribus dicitur.

Perputo, as, Plaut. perfectè puto, & amputatis & omiſſis ſupervacaneis planè expono. Et translatè declaro, expedio. Ut *argumentum hoc vobis planè perputam.*

Reputo, as, iterum atq; iterum puto & mente volvo, Offuervejer. *Sententias eorum mecum reputo.* Item Ulpiano partem decido & q. exputo, tager noget aff / ſkær aff. *Sumptum litis reputabit tutor.*

Reputatio, onis, reputandi actus, Offuerveielſe / betænckelſe. *Reputatio conſilii*

Semiputatus, a, um, dimidiata ſui parte putatus, halff ſnittet: *Vitis ſemiputata.*

Supputo, as, ſarmenta vel ramos inutiles ſubſeco, q. ſubtus vel leviter puto, Snitter: *Fruticantia ſemina ſupputat.* Item idem quod computo, Offuerlegger. *Supputare rationem.*

PYGE, ſ. pr. πυγὴ, lat. nates, clunes. Inde catapygeſ qui aliter cinædus dicitur.

Depygis, is, com. t. cui nates ſunt exiles, graciliores & attritæ, à puga quod eſt à πυγὴ, nates, tynd Aardryger.

Uropygium, gii, n. ſ. finis vertebræ dorſi, & terminus pygæ, Aardrybeen.

PYRA, æ, f. pr. ſtrues lignorum ad cremandum funerale cadaver, & ſubjecto igni ardens, à πυρὰ ejusdem ſignificationis, Brende baael.

Pyramis, f. t. moles maxima quadrata, & à lato tendens in acutum, ignis ardentis modo, in memoriam alicujus rei poſita, Spidsvaare / Spidstaarn / Spidsop fra neden.

Pyramidatus, a, um, in pyramidis formam factus. Ut *ſtructura pyramidata.*

Pyrites, m. t. genus ſilicis, ex quo ſcintillas ignis ſuccutimus ad incenſionem alicujus, ut pulveris nitrati in tormento, Byſſeſteen / Fyrſteen.

PYRETHRUM, n. ſ. πυρεθρον, nomen herbæ, Bertram.

PYRUM, ri, n. ſ. pr. corr. nomen fructus pomarii: ſic dictum à pyramidali & acuminata ignis figura, Pære. Refert & ipſa arbor eam figuram.

Pyrus, ri, f. ſ. arbor pyrum ferens, Pærtræ.

Pyrula, ſ. pr. extremitas naſi à pyri forma, Næſetip.

PYXIS, idis, f. t. πύξις vaſculum, in quo aromata, odores, unguenta & ſimilia ſervantur, Buddick. Et translatè, acetabulum in oſſibus, quod cavitate ſua rotunda oſſium capita excipit.

Pyxidicula, læ, f. pr. parva pyxis. Unde pyxis nautica, quâ nautæ poſitum cœli explorant, Skibscompas.

Pyxidatus, a, um, Plin. quod pyxidis ſimilitudinem refert. Ut *commiſſura pyxidata.*

Q.

QVÆRO, ris, ſivi, ſitum, act. t. rem caram & deſiderabilem curioſius invenire ſtudeo, & laboro, cura proſequor, ut inveniam fruendi & utendi gratia, q. cæro vel cuæro à carum vel cura, Leder efter nogit / ſporger med flid oc ſøger efter. *Quærere amicitiam lites, literas.* Inde etiam ſciendi gratia, Vil vide. *Si quæris, res ita ſe habet, ſi quæris magno ei fuit honori res illa.* Item rogando quæro, Sporger om nogit. *De te quæro, à te quæro.* Et *quæro quid hoc ſit.* Item quærendo concilio, conſilio, Søger oc leder efter. *Quærere invidiam in aliquem.* Item in judicio, tento rem aliquam. Ut *quæritur, in dominos de ſervis,* Søge ved dom oc ræt efter nogit. Item quærendo adipiſcor, Finder / bekommer / naar. *Quærit victum nauta. vidit hunt hic quærere ciſtellam cum crepundiis.* Aliter quæro à κύρω torreo incido in aliquid, nanciſcor.

Quæſi-

Quæſitor, oris, m. t. Judex quæſtionis, Blodricter/ qui præeſt quæſtioni rerum capitalium & de repetundis.

Quæſitus, a, um, quod vel de quo quæſivimus, leð effter. Ut *quæſitæ artes, quæſita ſalus.* Et amiſſo tempore, *adulatio quæſitior*, i. e. exquiſitior. *Honores quæſitiſſimi*, i. e. exquiſitiſſimi: Sic *quæſitiſſimæ epulæ.* Item abſolutè Ulpian. Quæſitus, idem quod ſpurius. Item gen. neut. pro re quæſita. Ut *accipe quæſiti cauſam, quod ſcire voluiſti.* Item res parta & acquiſita, Adſpurt oc faaedt: *Quæſiti tenax: quæſito opus eſt.*

Quærito, tas, inſtanter quæro. Ut *te quærito: lana victum quæritat.*

Quæſo, is, antiquis idem quod quæro. Ut, *prece quæſit ventorum paces. Quæſivere Deos*, i. e. invocarunt, *mirum eſt, me te quæſere.* Volunt autem vocem eſſe blandientis: q. ex induſtria factum, ut Sibilus poneretur pro littera canina, ſic, *quæſito* pro quærito. Ponitur etiam uſitatiſſimè, interjectivè blandiendi modo, Kiere. *Quæſo quid hoc. quæſo codicem oſtende. Quæſo à vobis judices. Deos quæſumus, conſilia tua Reipublicæ ſalutaria ſint. Peto quæſoq́*, Jeg beder ſaa gierne/ q. d. kiere jeg beder eller ſpørger ſaa gierne om.

Quæſtio, onis, quærendi actus, Efterleden. *Domi me operire, ne mihi quæſtio ſit.* Sic *quæſtio eſt, an mundus æternus ſit?* Spørſmaal. *Quæſtio eſt de morte tanti viri*, Spørſmaal om it Manddrab. Item quæſtio, inquiſitio per tormenta. Ut, *in ſervos poſtulat quæſtionem de morte paterna.*

Quæſtiuncula, parva Quæſtio.

Quæſtor, oris, m. t. ærario & publicæ pecuniæ præfectus, Rentemeſtere. Initio erat militaris, ſequens nimirum conſulem in militiam pecuniæ, prædæ & manubiarum adminiſtrandarum nomine, inde urbanus.

Quæſtorius, a, um, quod ad quæſtorem pertinet. Ut, *officium quæſtorium, legatus quæſtorius: perſona quæſtoria. ſcriba quæſtorius*, i. e. quæſtoris ſcriba, Renteſkriffuere/Renteri Skriffuer. Et abſolutè, *quæſtorius* qui quæſturam geſſit, Gammel Rentemeſter.

Quæſtorium, n. ſ. tabernaculum & domus quæſtoris, Renteri.

Quæſtura, æ, f. pr. Quæſtoris munus. Ut, *quæſtura primus gradus honoris.*

Quæſtus, us, m. q. actus quærendi & acquirendi lucrum, vel ipſum lucrum numarium, q. quod quæſitum eſt, Vindining oc baade. *Omnia aſſentari, is quæſtus eſt multo uberrimus. lingua eſt in quæſtu*, q. quâ multa quærimus & acquirimus. *Rempubl. habet quæſtui*, i. e. Republicâ quærit ſua commoda, haffuer for ſin baade ſkyld.

Quæſtuarius, m. ſ. qui quæſtus gratia artem aliquam exercet. Et *ars quæſtuaria*, quæ quæſtus gratia exercetur.

Quæſticulus, parvus quæſtus.

Quæſtuoſus, a, um, quæſtus afferens, Badefuld. *Mulier corpore quæſtuoſa. res quæſtuoſa. ratio paſcendi pecoris quæſtuoſiſſima.* Item *pecunia quæſtuoſa* fœnore occupata, Penge paa Rente. *Homo quæſtuoſus*, qui multum quæſtus habet, aut quæſtus avidus. Et cum caſu, *domus quæſtuoſiſſima falſorum commentariorum, gens navigiorum ſpoliis quæſtuoſa.*

Quæſtus, ſti, m. ſ. antiquis idem quod homo quæſtuoſus.

Compoſita.

Acquiro, act. t. quærendo mihi comparo, Adſpørger/ Forſkaffer. *Acquirere dignitatem, facultates, fidem. acquirere ſibi aliquem apud quem acerbitatis ſuæ virus evomat. mihi ad vitæ fructum nihil poteſt acquiri. exigua cura foris acquiritur.*

Anquiro, ris, Liv. anxiè & ſolicitè quæro, inquiro, Flitteligen oc med omhygelighed ſpørger oc leder effter. *Anquirere veritatem, locos aris: hic quid valeat anquiritur.* Item facio inquiſitionem. Ut, *in eos anquirebat.*

Conquiro, is, diligenter quæro, vel quærendo in unum contraho, Leder omkring oc ſamen ſkraber/ ſøger effter/ ſpør. *Conquirere milites. conquirere undiq́ homines nequiſſimos.*

Conquiſitio, onis, conquirendi actus. Ut *militum conquiſitio*, cum ſc. imperator etiam invitos ad militiam conſcribit, non contentus iis, qui voluntariè merebant.

Conquiſitor, oris, m. t. qui milites conquirit, Krigs Commiſſarie, ſom tager oc ſkriffuer Folck vd/ Munſter Herre.

Conquiſitus, a, um, & ſuperlat. tiſſimus, quod ſumma diligentia conquiritur. Ut *conquiſitiſſimæ epulæ*, Koſteligen bragt til vege med ſtor vmage.

Conquiſitè diligenter & magno labore, Med ſtor flid oc arbeid. *Scripſit admodum conquiſitè.*

Diſquiro, is, Hor. quaſi per omnes partes quæro, ut nihil me lateat, Randſager/ſøger oc leder gandſke flitteligen til viß oc til ende. *Impranſi mecum diſquirite.*

Diſquiſitio, onis, actus quo aliquid diſquirimus. Ut *populi diſquiſitio*, quâ populus diſquirit. Et *facinoris diſquiſitio*, quâ facinus diſquirimus, Randſagelſe.

Exquæſtor, oris, m. t. Jurisconſul. qui officio quæſtoris functus eſt, idem ſcilicet quod Romanis quæſtorius.

Exquiro, is, q. ex aliquo ſive diligenter quæro, Flitteligen vdſpørger/oc forfarer/ grandſker. *Non eſt meum hoc modo exquirere.*

Exquiſitus, a, um, fitior, ſitiſſimus nomen. Exquiſitione & magna diligentia conſtans, Huor paa er anvent ſtor flid / beſynderlige offuermaade fuldkommen. *Exquiſitum ingenium. exquiſitæ epulæ. exquiſitum ſupplicium. exquiſita doctrina.*

Exquiſitè, modo exquiſito, Med ſtor flid/paa det yderſte/yderligen. *Exquiſitè diſputat. exquiſitius ſuas rationes colligis.*

Exquiſitim, Varron. idem.

Inquiro, is, intus ſeu in re aliqua quæro & q. omnibus diligentiſſime excuſſis, Leder flitteligen/Randſager/ ſøger eller ſpørger iblant. *Peregrini eſt nihil de alieno inquirere.* Et *inquirere in aliquem, in vitam, in mores*, eſt inquirendo cognoſcere aut venire, Høre hans ſager offuer / lede offuer med hannem / beſpørge hans vilkor. Item ſtraffe hannem enten med ord eller fengſel / eller paa liffuet.

Inquiſitio, onis, inquirendi actus, Randſagelſe. *Veri inquiſitio*, quâ verum inquiritur. Et *inquiſitio accuſatoris*, quâ accuſator inquirit in aliquem, Beſpøring eller beſpørgelſe / ſkarp Randſagelſe.

Inquiſitor, oris, m. t, qui inquirit, Randſagere.

Perquiro, is, diligenter inquiro, Flitteligen vdfritter/ randſager/ vdſpørger. *Aditus viasq́ omnes in Sybos perquirit.* Item perquiro pro interrogo, Adſpørger. *Ab accuſatore perquirit.*

Perquiſitor, oris, m. t. qui perquirit, Frittere/ Randſagere. *Malevoli perquiſitores auctionum.*

Perquiſitus, a, um, quod perquiſivimus, Randſaget/ vdſpurdt. *Inventa ſunt omni cura perquiſita.*

Perquiſi-

Perquisitè, modo perquisito, pro exquisitè. Ut *perquisite conscripsit sua.*

Proquæstor, oris, m. t. qui cum autoritate quæstoria aliquo mittitur q. qui vice & loco quæstoris est, Vnder⸗Rentemester.

Requiro, is, iterum atq; iterum quæro, multum & diligenter quæro, Leder flitteligen/atter oc igien. *Abi phædria, eum require, atq; adduc huc.* Item quæro, sed non invenio, desidero, Leder oc finder intet/fattis. *Majorum nostrorum prudentiam requiro.* Item exquiro, vel opus habeo, Vdkreffuer. *Nullam requiro voluptatem.*

Requirito, as, Plaut. sæpe vel multum requiro. Ut *res novas requiritat.*

QVALIS, le, om. t. pr. prod. Pronomen Relativum accidentis, referens similitudinem rei, similia, formam, speciem, affectus & collocationem quandam ex accidentibus, ab οἵ ejusdem significationis vel ab ἦ seu adverbio Quàm, Huordan. *Sapiens fuit, qualis in reliqua græcia nemo.* Et Interrogativè, *Qualis istorum est ratio? qualis est homo?* Item adverbialiter pro qualiter. Ut, *qualis queritur philomela amissos fœtus. cauda falcata, qualia lunæ dimidiæ cornua.* Quale antiquè Cul, unde Plautus: *Culest* pro qualis est.

Qualisqualis, Jurisconf. pro qualiscunq;.

Qualiter, modo quali. Ut *torus antiquis è stramento, qualiter nunc etiam in castris gausape.*

Qualitas, atis, f. t. conditio rei quoad suum quale & affectus Ut *qualitas rei, qualitas littoris*, Den leilighed / denlighed.

Qualiscunq;, quomodocunq; qualis, J huordan nogit er. *Homines benevolos, qualescunq; sunt, grave est insequi contumelia. qualemcunq; locum sequimur.* Et cum separatione, *quale id cunq; est.*

Qualitercunq;, Colum. pro utrumq; & qualicunq; modo, J huad maade. *Qualitercunq; obruas, sustinet toloni negligentiam.*

QVALUS, m. f. pr. prod. corbis vimineus formâ metæ contrariâ, per quem mustum fluit seu virum colatur à κάλαθος, ejusdem significationis, sive à κάλον lignum, unde κάλαθος, Kuste / Hommelsie / Mustsie / Siekurff. Inde corbis in quem nutrices pensum & fusos componunt, qui & calathus græca voce dicitur, Kurffue/sma neden til oc bred offuen.

Quasillus, m. s. pr. corr. parvus qualus.

Quasillum, n. s. idem.

Colum, vas vimineum per quod vinum in torculari defluit, à qualus ejusdem significationis, Sie / Wiefie eller Pose. Aliter à colo intestino & alvo per quem fit excretio.

Colo, as, act. pr. Apul. per colum purgo vel defæco, Sier. *Colare vinum, colare aquam, colare aurum.*

Composita.

Excolo, as, idem quod colo, ἄδηλον.

Percolo, as, per colum transmitto, Sier. *Decocta percolantur.*

Percolatus, a, um, quod percolavimus; Sied. *Marina aqua, argillâ percolata dulcescit.*

QVANDO, adverb. significans quo tempore, ex ὅτε sive πότε ejusdem significationis, Naar. Quando istuc erit? *Semper in his studiis viventi non intelligitur, quando obrepat senectus.* Interdum ponitur pro quoniam, Effterdi. *Quando te video id desiderare.*

Quandoq;, pro aliquando. Ut *quandoq; bonus dormitat Homerus.*

Composita.

Aliquando, adverb. significans aliquo tempore, Vnder⸗tiden nogen gang. *Velim aliquando puerum visas: nam hæc ex aliquo audivisti aliquando? Erit profecto tempus, & illucescat dies aliquando. Magis oportuna opera nonnunquam aliquando fideli.*

Ecquando, adverb. pro ecce quo tempore. Ut *ecquando venies?* Kiere naar vilt du da komme / kiere lad see/etc.

Nequando, pro ut non aliquando, at icke nogen tid el⸗ler nogen gang. *Epistolam concerpito, ne quando quid emanet.*

Nunquando, vel numquando adverb. pro num aliquando, Om nogen tid. *Quæstio difficilis numquando amici novi amicitiâ indigni.*

Siquando, adverb. pro si aliquando, Om nogen tid el⸗ler gang. *Non est audiendus, si quando de amicitia disputabit.*

QVANTUS, a, um, Pronomen relativum accidentis, pro qua magnitudine ab ὅσος ὅδε ejusdem significationis, Huor stor / huor megit. *Quanta de spe decidi. tanta hæc dubitatio, quanta nunquam fuit.* Et geminato, *quanti quanti bene emitur quod necesse est pro quanticunq;*, J huad oc huor megit mand giffuer der⸗for. Sic *quantus quantus es nihil nisi sapientia es.*

Quanto, adverb. ut quanto magis philosophi delectabunt, Huormegit mere. *Auctoritas quantò maxima esse potest.*

Quantum, adverb. modo quanto. Ut *quantum maximè potest*, Som hand kand aldermest. *Quantum me diligis, tantum adhibe in me diligentiæ. Quantum in me sit*, Saa megit som staar til mig. *Quantum possum*, Som jeg mest kand.

Quantulus, a, um, diminuti: Ut *mulieri reddidit quantulum visum est*, Saa lit / huor lit. *Quantulum mihi memoriæ est.*

Quantulum, adverb. Ut *nihil plus assequi cupimus, quam quantulum tu in dicendo assecutus es.*

Quantillus, a, um, idem quod quantulus. Ut *quantillum argenti mihi est.*

Quantus ponitur & antiquè pro quot (continua scilicet magnitudo pro discreta) ut *cutarum peperit millia quanta tibi*, i. e. quot millia. Sic *sexcenta tanta reddam. Tanta mira facta*; pro tot mira facta. Sic *quantum est hominum*, i. e. quotquot sunt homines.

Quantisper pro quanto tempore, Huorleng stund.

Quantuscunq;, i. e. ut quantus est, J huor stor / saa for den er. *Totum hoc quantumcunq; est, tuum est. Atq; ego is qui sum, quantuscunq; sum ad judicandum hic statuo.*

Quantuluscunq;, diminut. ut *si de hac mea, quantulacunq; est, facultate quæritis*, J huor liden det er. Et per tmesin, *quantulum idcunq; est, tibi est.*

Composita.

Aliquantulus, a, um, quod aliqua ex parte est, Nogit lid⸗dit. *Aliquantulum suspicionis erit alicui.* Et *aliquantulum deflectit de spatio.*

Aliquan-

Aliquantus, a, um, aliqua ex parte, Noget. *Lectis tuis literis aliquantum acquievi, aliquantum animi videtur nobis attulisse alienus.*

Aliquantillum, Plauti diminutit ab aliquantulum, quod est aliqua quantitate.

Aliquantus, a, um, Salust. ut *timor aliquantus, sed spes amplior*, i. e. mediocris.

Aliquanto, adverb. pro paulum, Noget lidit. *Profectus est aliquanto ante furorem Catilinæ. postea aliquanto ipsis quoq; tempestas vehementius jactare cepit.*

Aliquantisper, adverb. significans aliquanto tempore & ad brevitatem relato, Stacket Stund. *Concede aliquo ab eorum ore aliquantisper.*

QVASI, & antiquè quasè adverb. similitudinis, ratione substantiæ significans ita, ab ὡστὲ ejusdem significationis, Saasom. *Ex transverso cedit, quasi cancer solet. Incedit quasi leo*, i. e. incedit non ut leo incedit, sed quasi leo esset. *Qui servit amanti domino, quasi ego servio*, Saasom jeg. *Quasi poma decidunt, sic vita adolescentis aufertur*, i. e. quemadmodum. *Laboro quasi filius erga me deliquisset*, i. e. ita ut. *Quasi soror mea sit*, pro ac si, Ligesom / hun vaar. Ponitur & sæpe pro ferè, Hart ad / noget nær. *Sors quasi pedalis est, quasi ad talenta quindecim coëgi. Exurget succum quasi heminam in pocillum fictile*, hen ved. Exponitur & nota temperationis, Saa hen. Nam non præcisè volumus dictum, sed fere per similitudinem.

QVATIO, tis, ssi, ssum, act. t. pr. corr. feriendo moveo, nec sine sonitu vel per onomatopœjam à seno, vel à cudo quod inter cudendum talis sit motus ac sonitus, Slaar oc støder saa det ryster oc dunner ved / Slaar saa det batze / Slaar badz paa / smecker. *Equus quatit ungula campum, solum, terram. quatit muros ariete. quatit humum pede*, Sanger oc springer saa det dunner. Et *auriga flagellum quatit*, Smecker med Suøbe. Inde *quatit mihi verbera*, Slaar mig at det badz. Et translatè, infestò, molestiâ afficio. Ut *quatit oppida bello.* Inde pro vibro, seu quatiendo vibro, Suinger / ryster / eller suinger saa at det ryster. *Ingentem quatit Mezentius hastam.* Item quatiendo expello, extundo. Ut *quatietur foràs homo*, Baskis vd / stødis vd.

Quassus, us, m. q. quatiendi actus, Støder / Basken. *Attrectatu & quassu sævum amplificatis dolorem.*

Quassus, a, um, quod quassimus & quassavimus, Støt aff lassue. *Quassa sarcit.*

Quasso, as, sæpe quatio seu gravius & violentius quatio. Ut, *quid quassas caput: quassanti capite incedit*, Med rystende hoffuet. *Undantem vestem quassando facit*, I det hand skudder / daa flyffuer klæderne om hannem.

Quassatio, onis, quassandi actus. Ut, *quassatio corporis* quâ quassatur, Stødelse oc rystelse. Et *quassatio corporis, est tussis ex vitio pulmonis*, Stød.

Quassatus, a, um, quod quassavimus, Støt / Slagen. *Ventis quassata classis.*

Composita.

Concutio, valdè quatio & vehementer moveo, Slaar saa det huin / suipper ved / eller badzer / ryster / basker. *Concutere templa cœli summo sonitu. concutere cæsariem*, Ryste. *Mentem concutere*, At forferde / giør bange / saa at alt moder falder.

Concussus, a, um, quod concussimus. Ut *concussa hominum licentia*, Neder slagen / forstyrret.

Inconcussus, a, um, non concussus, wrygeligen / fast. *Domus inconcussa, stabilitas inconcussa.*

Concussus, us, m. q. concutiendi actus, Rystelse / Baskelse / Støden.

Concussura, apud Tertullianum, pro concussione, Stød.

Conquasso, idem quod quasso, Slaar / Støder / saa det ryster / skælffuer oc bæffuer der med. *Terra motibus conquassatur. Conquassare nationes* translate significat devastare & conterere, ødelegge / ruine re med nogen Landskab.

Conquassatus, a, um, quod conquassavimus. Ut *terram conquassata.*

Conquassatio, onis. Ut *corporis conquassatio*, Slaar Kroppen ryster oc skælffuer.

Decutio, ssi, ssum, quatiendo dejicio, Slaar aff / slaar neder. *Capita papaverum baculo decussit.*

Decussus, a, um, quod discussimus. Ut *turris decussa*, Nederslaget.

Discutio, tis, in diversas partes quatio, Ryster / slaar aff veyen / saa det flyffuer ved. *Ariete murum discussit. tempora malleo discussit.* Et translatè removeo, Slaar til side / kommer aff veyen. *Discutere caliginem, discutere captiones. Sol tenebras discutit*, Slaar aff veyen / til alle sider. Sic *discutere nauseam, periculam, cunctationem.* Item Medicis *discutere ulcus*, est citra supparationem dissipare, Giør saa det sminder bort. Item examino, Offuerslaar / flitteligen igiennem leder. *Discutere captiones, ignorantiam, discutere bilos, intestinum.*

Discussio, onis, actus, quod aliquid discutitur. Ut *discussio caliginis, periculi*, Bortdriffuelse.

Discussus, a, um, quod discussimus. Ut *discussus murus. discussa caligo*, Bortdreffuen / Bortslagen / Slagen / dreffuen aff veyen. Et *diligenter discussa ratio*, Offuerslagen / offuersect / igiennem led.

Discursor, oris, Jurisconsul: qui facultates alicujus discutit & æstimat, Som offuerslaar enis godz oc formue / Vorderingsmand.

Discursorius, a, um, Medicis quod ad discussionem ulceris pertinet. Ut *vis discussoria, medicamentum discussorium.*

Excutio, cussi, ssum, extra quatio, Vdryster / slaa ryster / eller slaar / affryster. *Excutere fructus, excutere in terram*, Ryste / kast vd paa Jorden. *Excutere oculum*, Slaa it øye vd. *Excutere clavum lapide*, Sriffue it Søm eller Nagle vd. *Librum è manibus excussit. ignem lapide excussit*, Slog Ild aff Steene / eller med Steene. *Excutere cerebrum*, At slaa en for Panden at Hiernen stenter vd. Et translatè, Giør en galin i hoffuedet. *Excutere lachrymas*, Nøde en til at græde / tuinge graad aff øyne. Item translate excutio pro evolvo & examino, Offuersee / offuerhør / offuerleder / igiennem leder. *Excutere librum, lectum, marsupium. Excutere juventutem ex tota Italia*, Vdlede / offuersee / offuerslaa. *Excutere diligentiam*, Offuerslaar sin flid / oc seer huad den formaar / eller huad til beste er. *Excutere hominem*, Lede en offuer oc see huad hand haffuer. *Excutere pallium*, Ryste vd / offuersee. *Excutere debitorem*, Jurisconsult. Lede offuer huad gielder / en haffuer / eller offuerslaa / vordiere en fra. Item excutio, Affslaar. Ut *aurigam curru excutere.*

cutere. Sic *excutere aliquem patriâ*, Driffue en aff Landet. *Excutere aliquem Senatu, dignitate, loco, bonis, fortunis*, Støde en fra noget ſaadant. Item *eqvus ipſum excuſſit*, Slog hannem aff. Item *excutere jugum, metam*, Afflegge/ bortkaſte. Item *excutere villos*, Ryſte vd/ ſom naar en Heſt ryſter eller ſkuddrer ſig. *Excutere linum*, Tiſpe ſlaar op/ ryſte op. *Excutere ſtipulam, ſtramentum*, Ryſte halm op.

Excuſſus, a, um, quod excuſſimus, Vdryſt / igiennem lat / igiennem ſeet / offuerhørt / affſlagen. *Auriga excuſſus, pectore ſeu animo excuſſus*, Slagen aff ſinde/ forglemt. *Homo excuſſus*, Som mand haffuer vorderit ſit gods fra. Item *aculei orationis excuſſi*, Slet vdryſt.

Excuſsio, onis, excutiendi actus, Vdryſtelſe / henkaſtelſe/ offuerhøring

Excuſsè, modo excuſſo, ſeu excutiendi modo, Flitteligen offuerhørt/ oc ſeet.

Excuſſorius, a, um, quod ad excutiendum pertinet. Ut *cribrum excuſſorium*, Drøffte Sold eller Tru.

Incutio, tis, quaſi in aliquem quatio, Slaar ind paa en/ Baſker. *Incutere baculum in caput alterius*, Slaa en i Hoffuedet med en Kæp. *Incutere colaphum*, Slaa en paa Munden / giffue en it Mundgaſk. Et translatè *incutere alicui dolorem, metum, timorem, errorem*, Komme en til at ſørge / grue / frycte/ fare vild. *Incutere pallorem*, Komme en til at blegne. *Incutere ſuſpicionem*, Giøre en en miſtancke. *Incutere alicui morbum*, Føre hannem it Vlag eller Siugdom paa.

Percutio, tis, valde quatio, Slaar hart/ baſker. *Percuſſit beſtiam, pectus*, inde *percutere fœdus* pro facere, Giøre Forbund. *Percutere foſſam*, i. e. fodere. *Percutere de cœlo*, i. e. fulminare. Et translatè *percuſſit animum meum probabilitate. inani cogitatione te percuſſit. Percutere palpo*, eſt blanditiis agere, & quaſi palpando perſvadere, Klappe oc locke en til nogit.

Percuſsio, onis, pecutiendi actus. Ut *percuſſio capitis*. Et indimenſione temporum in pedibus aut muſica: *percuſſiones numerorum* & pedes minuti.

Percuſſus, a, um, quod percuſſimus, Slagen. *Lapide percuſſus. turris de cælo percuſſa. populus calamitate fortunæ, vulnere, literis, percuſſus.*

Impercuſſus, Ovid. Ut *pedes impercuſſos movere*, pro ſine ſtrepitu movere.

Percuſſus, us, percuſſi affectio. Ut *percuſſus venarum pro pulſu*, Liff Aaris ſlag.

Repercutio, tis, viciſſim percutio, Slaar igien. Item retro, ſive retrorſum percutio, Slaar tilbage. *Unde repercutere dicta alicujus* pro refellere, Igiendriffue. *Repercutere faſcinationes* pro diſcutere, Slaa hen oc affverie. Et *repercutere excurſum fontis alicujus*, pro reflectere, Henvende.

Repercuſsio, onis, repercutiendi actus.

Repercuſſus, a, um, quod repercuſſimus. Ut *repercuſſum lumen, repercuſſus ſol. repercaſſæ valles*, Slagen tilbage vend paa halffveyen.

Repercuſſus, us, idem quod repercuſſio. Ut *repercuſſus ſolis, repercuſſus maris*, quo ſol radios, & mare fluctus repercutit.

Recutio, tis, idem quod repercutio.

Recuſſus, a, um, idem quod repercuſſus. Item idem quod concuſſus. Ut *æquor recuſſum.*

Succutio, tis, ſubtus quatio, ut *ſuccutere corpus*, Skude de ſig.

Succuſſor, oris, m. t. ut *ſuccuſſor eqvus*, qui ſuccutit ſeſſorem, Heſt ſom ſtøder i ſin traff eller gang/ hart gangende/ eller traffuende. *Succuſſarius eqvus*, idem quod eqvus ſuccuſſor.

Succuſſus, us, m. q. ſuccutiendi actus, Støden.

Succuſſo, as, de equis dicitur qui duriori greſſu ſeſſorem ſuccutiunt, Støder ſom en Heſt i ſin haarde gang.

Succuſſator, oris, m. t. eqvus ſuccuſſor, En haard eller høytraffuende Heſt / ſom støder.

QVATUOR, nomen numerale; q. d. κὰι ἕτερος κἄτερος. Nam cum dixiſſent, Unum, alterum, triâ, pro quarto, dicebant κὰι ἕτερον, i. e. & alterum, Fire. Aliter deducitur à Petora, ejusdem ſignificationis.

Quartus, a, um, qui inter quatuor unus eſt vel ultimus, Den fierde. *Hora quarta. vigilia quarta. claſſis quarta* continebat cenſum, quinq; & viginti millium.

Quartò, adverb. locum ſignificat, & quod quarto loco fit, & tres ante factos, ut *quartò conſul*, i. e. quartus à primo conſule. Ita diſtingvunt, Grammatici. Quartò à Quartum ut Quartum denotet tempus, & ter ante factum, ſic Tertium & tertio. Quintum & quinto, Sextum & ſexto. Sed hanc differentiam, quam Varro & Gellius tradiderunt non ſemper obſervant veteres autores. Nam & Gellius in hiſtoriis dixit, *Tertio & Quarto Conſul.* Et *Quadrigarius Marius treatus ſeptimo conſul.* Item inſcriptio Romana. *P. Decius primò conſul, iterum & tertio conſul.* Nam & ſic promiſcue & indifferenter dicimus primùm & primò, poſtremum & poſtremò.

Quartùm, adverb. de eo quod tempore quarto & vice quarta fit, ut *conſul quartum*, qui ter ante fuit conſul, Den fierde gang.

Quartanus, a, um, quod quarto fit die. Ut *quartana febris*. Et abſolutè pro eodem, *quartana*, Tridie dags Folde.

Quartarius, m. ſ. mercenarius mulio, ſic dictus quod quartam partem quæſtus caperet. Item menſura capiens quartam partem congii. Item pondus continens quadrantem libræ.

Quaternarius, a, um, quod quatuor in ſe continet. Ut *numerus quaternarius.*

Quater, adverb. ſignificans quatuor vicibus. Ut *quater quinq*, Fire gang fem. Et numero finito pro infinito: *quater ipſo in lumine portæ ſubſtitit*, i. e. ſæpius.

Quaternus, a, um, numero diſtributivo, Fire tilhaab/ fire i en haab. Et protinus Cardinali: *quaterni lecti*, i. e. quatuor, Fire.

Quaternio, onis, m. t. quaterni alicujus conditio & compoſitio. Ut *quatuor quaterniones chartarum. quatuor quaterniones militum*, Fire i en flynge/ fire i en hob/ eller en flynge med fire vdi.

Quaternatum, implurium quod quatuor quadratum ſit lateribus. Et *quaternata veſtis*, quæ quatuor quadrata lateribus undiq; corpus ambit.

Quadraginta, quaterdecem, Firretiuffue.

Undequadraginta, una dempto de quadraginta, Vij oc tredue.

Quadragies, quater decies, Firretiuffue gang.

Unde-quadragies, unde quadraginta vicibus. Ut, *undequadragies demicabit.*

Quadrageſimus, unus ex numero quadragenario vel pro ultimo ex quadraginta. Ut *quadrageſima ſecunda olympiade.* Et abſolute *quadrageſima*, pro quadrageſima parte. Ut *quadrageſima ſummæ exigitur.* Sic *decimæ, vigeſimæ, quinquageſimæ, centeſimæ*: Subintellecta voce pars. Item *quadrageſima* Eccleſiaſticis tempus eſt 40 dierum, in memoriam Jejunii Moſis accipientis legem: Jejunii Eliæ translati in cœlum: Et Jejunii Chriſti adituri munus docendi Evangelium.

Quadragenarius, a, um, quod in ſe continet quadraginta. Ut *lapis quadragenarius*, i. e. quadraginta librarum. *Quadragenarius homo*, i. e. quadraginta annorum. *Grex, cohors quadragenaria* 40 capitum.

Quadrageni, æ, a, numerus diſtributivus, **Firetiuffue ſamen i hob.** Et pro Cardinali: *homines erant quadrageni*, i. e. quadraginta.

Quadra, æ, f. pr. ſolum cibi unicuiq; appoſiti quadratâ formâ, ſive ex pane ſive ex ligno, ſtanno aliave, materia, **Brødiſke / firekantet Talerken.** *Caſei quadra*, **Skiffue Oſt.** Et translatè menſa, cibus, ſumptus. Ut *aliena vivit quadra*, **Aff en andens Bord oc bekoſtning.**

Quadrarius, a, um, quod quadratum eſt, ut *vas quadrarium.*

Quadrinus, a, um, pro Cardinali quatuor. Ut *quadrinis diebus fiunt mutationes. quadrinum vinum.*

Quadrum, quod eſt figura quadrata lineis æqualibus. Ut, *perticæ dolantur in quadrum.* Et translatè perfectum, q. ubi nihil nec excurrit, nec deeſt. Ut *redigit ſententias in quadrum numerumq*, i. e. æqualiter ſervato numero, diſponit, **Giør oc laſſuet ſin tale oc ord / jeffn oc lige / giør rund / runder oc jeffner.**

Quadrans, tis, m. t. quarta pars aſſis, **Tre deele aff tolff:** ut ſunt tres unciæ in ponderibus, **3 vncer / eller 6 lod.** Et in re numaria, eſt numulus æreus, quarta pars aſſis numarii: Et in re menſuraria, quarta pars ſextarii Romani, h.e. cyathi, vel unciæ tres. Item *quadrans pedis*, eſt menſura quatuor digitorum, **fire finger / oc fire parter aff en fod.** Item quadrans inſtrumentum Mathematicum continens quartam partem circuli.

Quadrantalis, le, om. t. quod menſuram quadrantis habet. Ut *craſſitudo quadrantalis*, quæ continet quartam partem pedis.

Quadrantal. lis, n. t. menſura pedum quaq; verſum quadratum habens. Inde vas aliàs Græca voce, amphora, continens ſextarios 48. Item figura ex omni parte quadrata, qualis teſſera eſt, **firekantet.**

Quadrantarius, a, um, qui quadrante numo meretur. Ut *quadrantaria meretrix.* Et *permutatio quadrantaria*, quæ fit quadrantibus. Item tropicè vilis.

Quadro, as, act. pr. in quadrum redigo, **Runder / jæffner / ligner / giør lige.** *Abies ad unguem quadratur.* Et neutr. *Quadrat in unguem via poſitis arboribus.* Item translatè *omnia ad calamitatem quadrant*, **Stemme offuer it / holder ſig lige.** *Res hæc ad multa quadrat*, pro convenit, **Skicker ſig til / tien til / duer til.** Et *quadrat oratio*, pro numeris ſuis perfecta eſt.

Quadrans, ans, t. quod quadrat. Ut *quadrans rationum*, ſumma in qua nihil excurrit, & in qua nulla ſunt reliqua, æquali nimirum ſumma, accepti & expenſi, **Jæffn regenſkab / huor indtact oc vdgifft ere lige.**

Quadratarius, m. ſ. lapicida ad amuſſim quadrans lapides, **Steenhuggere.**

Quadratura, æ, f. pr. quadrandi actus vel ratio. Ut *quadraturæ circuli.*

Quadratus, a, um, quod quatuor angulos habet rectos & æquales, **firekantet.** *Saxum quadratum. lapis quadratus, agmen quadratum.* Et *turris quadrata*, i. e. quadrilatera. *Quadratum corpus*, quod eſt in mediocri & commoda ſtatura, quod neq; gracile, neq; obeſum, neq; longum, neq; breve eſt, **fire ſkudden.** Sic, *homo quadratus. Pes quadratus*, menſura pedem longa & lata, **En fod i firekant.** *Verſus quadrati* benè formati ac compoſiti. *Actus quadratus*, qui latus eſt pedes centum viginti, & longus totidem, **Et ſtycke Jord oc Land paa hundrede oc tiuffue fødder i alle kanter.**

Quadrimus, Plaut. puer quatuor annorum, **fire Aarig.**

Quadrimulus, idem. Et diminutivum diminuens ſubſtantiam non annos. Ut *puella quadrimula.*

Quadrimatus, tus, m. q. ætas quatuor annorum. Ut *animal eſt extra quadrimatum inutile.*

Quadrimus, a, um, per prod. quod quatuor eſt annorum, **4 Aar gammel.**

Quadrimatus, tus, ætas quatuor annorum.

Quadrimulus, diminutivum ſed notans parvitatem.

Triennis, ne, quod eſt trium annorum, **tre Aar gammel.**

Triennium, n. ſ. ſpatium trium annorum, **tre Aar.**

Compoſita.

Conquadro, as, in quadratam formam redigo.

Dodrans, tis, m. t. pondus vel menſura novem conſtans unciis: ſic dictus quod deſit quadrans, **Tre parter aff tolff ſkifft i fire parter / ſaaſom nj.**

Dodrantalis, le, quod menſuram dodrantis refert, ut *ſtirps dodrantalis*, cui quadrans deeſt ad menſuram pedis, habenti tres nimirum partes ex ſedecim, ſeu tres quartas, **paa tolff finger.** N. dodrantalis, eſt duodecim digitorum. Pes autem eſt ſedecim.

Dodra, f pr. potionis genus novem conſtans rebus. Et translatè ſignificat totius integræ rei tres partes, **Tre fiering deel.**

QVE, conjunctio enclitica (natura brevis, ſed aliquando poëtis longa propter cæſuram; ut *liminaq; laurusq; Dei*) copulans membra Orationis à Græco κε vel τε ejusdem ſignificationis, **Oc.** *Arma virumq; cano.* Interdum epexegetica eſt pro, id eſt. Ut *rudis eſt neſciq; quid expediat.* Sæpe ſoni gratia, particula eſt paragogica; conjunctionem aliquam denotans, ut *pleraq;*, **Meſten med / gierne med.** Interdum amiſſa vi conjunctiva, ſyllabica eſt adjectio, ut *namq;, quoq;, atq;, itaq;, undiq;, uterq; plerisq.* Ponitur etiam pro an, **Om.** Ut, *quid refert uri virgis ferroq; necari.* Item ornatus cauſa, expletiva. Ut *dixitq;, & prælia voce diremit. oſtroq; auroq; rigentes.* Interdum ponitur pro ve. Ut, *multosq; palus Laurentia defendit.*

QVEO, quis, ivi, itum, n. q. integris ſum viribus in re aliqua agenda & inde ſimpliciter poſſum, à χέω χείω capax ſum, **Formaar mig / kand.** *Non queo reliqua ſcribere, tanta vis lachrymarum eſt. neq; pretio neq; gratia impelli quivit.* Et antiquis paſſivè, *dum veniant aliæ, ac ſuppleri ſumma queatur.*

Quitus, a, um, antiquè. Ut, *cum compreſſa eſt gnata, forma tenebris noſci non quita eſt.*

Quentia, æ, f. pr. antiquis, quâ quis aliquid quit & poteſt, i. e. potentia.

QVERCUS, us, f. q. antiquè etiam ſecundæ: nomen arboris glandiferæ à κραιρόω, reſono & pulſatus tremo, quod vim ventorum firma ſuſtineat iisq; pulſata

& tre-

& tremat. Isidoro autem à quæro, quod quærentibus ad quercus oracula dabantur, unde illud Virgilii: *atq; habitæ Graiis oracula quercus*, Eeg / et slags Eeg med store Aggerne.

Querceus, a, um, quod ex quercu est. Ut *corona quercea*, quæ dabatur ei, qui in bello civem servaverat.

Quercius, Sveton. idem. Ut *quercia corona*.

Quercetum, ti, n. s. locus quercubus consitus, Eegelund/ Eegelskow.

Querculana vel querquetulana, porta Romæ, sic dicta quod querquetum intra muros urbis juxta se habuerit. *Querquetulanæ Viræ* dicebantur Nymphæ querqueto virescenti præsidentes.

Quernus, a, um, quod ex quercu est. Ut *frons querna*, Eegeløff.

Querneus, a, um, idem, ut *quernæ glandes*, Aggerne.

Querquerus, a, um, quod quercum duritie, aut tremore refert. Ut *querquera febris*, Rysteſing / kolde ſom ryſter. *Querquera tussis*, pro gravi & magna, à duritie arboris quercus. Aliis à κρύος frigus horror q. κρύερος horridus.

QVEROR, questus sum, d. t. pri. cor. antiquitus dicebatur de voce avium cantus suos ingeminantium, sive ea lugubris, sive jucunda ficta dictione per Onomatopœjam à sono, Quidderer / Kutler. *Dulcè queruntur aves.* Inde translatum est ad vocem hominis cum dolore, & gemitu injuriam exponentis & murmurantis, Klager/Klincker. *Queritur hoc Cæsarius, queror de tua sævitia. questus est apud populum.* Et *queror cum fortuna, cum Deo.* Aliter in voce quirito.

Querela, æ, f. pr. querentis oratio, Klage / klagelse/ klyncken. Grammaticis propriè, quæ levior est & supervacanea. Antiquitus autem significabat omnem animalium vocem præterquam hominis scribit Porphyrio.

Querimonia, æ, f. pr. idem, & Grammaticis propriè quæ serior est & gravior, Kæremaal/ Klagemaal.

Queribundus, a, um, plenus querelarum, ut *queribunda vox*, Klagende.

Querulus, a, um, qui queritur, ut *querula vox*, Klyncken de/ Klagende.

Questus, us, m. q. querendi actus, Klagen. *Loca questibus implet.*

Queritor, aris, d. pr. sæpe multúmq; queror. Ut *queritantes facescere jubet.*

Composita.

Conqueror, idem quod queror, vel valde queror, Beklager.

Conquestus, us, m. q. conquerendi actus, Beklagelse/ Klagemaal.

Conquestio, idem.

Dequeror, valde queror. Ut, *omnes secum dequesta labores.* Et *dequestus notos & imbres.*

QVERQVEDULA, æ, f. pr. avis ex genere anatum, tam in aquis quam in terris degens à κερκὶς, sive κερκυδὶς, ejusdem significationis: vel à querquerus, quòd querquero, i. e. gelido hybernoq; tempore maximè appareat.

QVIESCO, is, evi, n. t. membra lassa reficio à κεῖμαι, κέω κείω, jaceo, & jacere cupio, jaceo, desideo,

ferior, Huiler. *Nunc blanda compostus pace quiescit.* Item dormio. Ut, *Prætor quiescebat.* Item, remitto, Holder op. *Postquam collapsi cineres & flamma quiebit.* Item supersedeo & remitto, Laderfare/ holder op: *Dehinc ut quiescant porrò, moneo & desistant maledicere.* Item *statuere atq; edicere quiescebant. quiescebant hanc rem petere.* Et cum casu: *manu significabit, ut pugnæ quiescerent*, Holde op. Item permitto, Giffue effter. *Quiescat rem adduci ad interregnum.* Item activè, quiescere facio, Stiller. *Quiesce tumultum hunc qui est ante ostium.* Et impersonaliter: *Hic facilè poterat quiesci, si hic quiescet.*

Quies, etis, f. t. antiquè quiei, quiescendi actus & cessatio ab opere post defatigationem, Huile. *Mors laborum & miseriarum quies est.* Interdum idem quod somnus; quia dormientes maximè ab omni opere feriantur. Ut *labor an otium; vigilia an quies.* Et, *visum est in quiete: secundum quietem visa occurrunt*, i. e. somnum. Sic *ad quietem se componit.* Item translatè, *tranquillitas aëris*, Stelle. *Quies cœli: quies aëris.* Item pluraliter *quietes* pro cubilibus, ut *tertarum quietes fronde intectæ.*

Quietus, a, um, qui quiete utitur, & liber est à turbis, Roslig i fred. *Per M. Antonium Roma fuit quietus*, Roslig. Accipitur inde pro placido, Stille. *Animus quietus: aër quietus.* Item pro tranquillo, Tilfredz. *Animo est soluto & quieto: sermo quietus & remissus: homo quietissimus, animus quietior.*

Quiete, modo quietò; ut *quiete & eloganter acta ætas*, Roligen.

Composita.

Acquiesco, is, n. t, rei alicui quietis gratia innitor, Huiler op til. *Lassa cervix in manipulo fœni acquiescit.* Item simpliciter quiesco, Huiler. *Vitandi caloris causa Lanubii tres horas acquiebi.* Et translatè, cum animi voluptate & tranquillitate in re aliqua versor, Forlyſter/ huiler oc nøyes. *Acquiesco in hac Republica. animus in libris acquiescit. In ore tuo vultuq; acquiesco. in nomine tuo. in adolescentum Charitate.*

Acquieturus, a, um, qui acquiescere vult & debet, seu sumit quietem & solatium. Ut *qui hoc diversorio sermonis tam libenter acquieturum te esse dicebas.*

Conquiesco, idem quod quiesco, dicitur & *in re aliqua conquiescere*, pro re aliqua delectari; Lade sig nøye/ nøyes/ et vel tilfredz.

Inquies, etis, om. t. sine quiete, Uden ro oc huile/ wroligt. *Genus humanum inquies & in domitum. Animus inquies. & procacitas inquieta.*

Inquies, tis, substant. Plin. f. t. inquietis affectus, wroligheb. *Furiales somni & inquies nocturna.*

Inquietudo, Sen. idem.

Inquieto, as, Colum. inquietem reddo, quietem agere non permitto, Giør wro / lader icke i fred / forstyrrer. *Incubantes aves ab aliis avibus inquietantur.*

Interquiesco, idem quod quiesco, seu ad tempus quiesco, Er stille nogen stund. *Lites mense hoc interquiescunt.*

Requies, ei, f. q. & etis, f. cessatio est à labore post defatigationem, Huile. *Requies animi & corporis, senectatis, curarum. multum habeo requietis. ad requiem & otium libros in patria reservat. natura requietem non quærit.*

Requiesco, is, n. t. requiete utor, Huiler / haffuer huilt. *Requiescit à Reipublicæ muneribus. hac nocte mecum requiescit. Requiesco in illius spe*, i. e. omnem spem in eo repositam habeo, Giffuer mig tilfredz/ huiler oc roer/ vel hannem haffuer fortrøstning. Item

activè requiesco, pro quietem reddo & sisto. Ut *flumina requierunt suos cursus.*

Requietarium, n. s. sepulchrum conjugibus paratum. Nam sepulchrum quod patebat universæ familiæ & posteris, locus communis dicebatur.

Irrequietus, a, um, Martiali, quod nullam habet requietem, wroelig. *Homo irrequietus, bellum irrequietum, sors irrequieta.*

Tranquillus, a, um, propriè de mari dicitur cum tranantì q. quietum est, à trano & quietus, vel à trans & quies, q. mare transquies, Stille. *Mare tranquillum sua natura ventis concitatur.* Inde de aliis. Ut, *tranquillum cœlum, aër,* Stille Vær. *Tranquillæ noctes,* Stille Nætter. Item *tranquillus animo: homo ex irato factus tranquillus,* i. e. mitis, pacatus, quietus. Sic *frons tranquilla,* Mild. *Tranquilla otia,* Stille Roligheð. *Tranquilla Roma,* Stille oc Rolig. *Tranquilla res est,* i. e. integra, Skader intet / heel oc holden / haffuer holden reyse. Et absolutè, gen. neut. *tranquillum* pro tranquillitas.

Tranquillè, modo tranquillo, Stille. *Tranquillè amabo: tranquillè traducit vitam.*

Tranquillitas, atis, f. t. tranquilli rei affectio, Stilhed. *Tranquillitas maris tranquillitas vitæ.* Et *tranquillitas mentis,* Roligheð / Roe / Stilhed. *Urbs tranquillitatis plena.*

Tranquillò, adverb. Plin. pro tranquillo tempore. Ut *piscibus quibusdam tranquillò oscitatio,* Naar det er stille.

Tranquillo, as, act. pr. Cic. tranquillum & quietum facio, Giør stille oc rolig stiller.tilfreds. *Tranquillare animos.* Et *tranquillat multos honor, lucrum. Animi aut perturbantur, aut tranquillantur.*

Tranquillatus, a, um, quod tranquillavimus, Stillet i Roligheð. *Tranquillatis rebus Romam migravit.*

Transquietus, Plaut. pro valde quietus.

QVINQVE, numerus qui proximè sequitur quatuor, dictus q. κοὴ ἕνὰε, & unum adhuc & supra quatuor, fem. Aliter à πεντὰ ejusdem significationis.

Quinquies, numerale pro quinq; vicibus. Ut, *hic quinquies absolutus est.*

Quinus, a, um, nume. distributivus: quiq; interdum pro cardinali ponitur. Ut, *quina à nobis exigebantur.*

Quimus, a, um, quod est quinq; annorum.

Quintus, a, um, quî inter quinq; unus est vel ultimus, Den femte.

Quintò, adverb. & quintum, quæ ita Grammaticis significatione differunt, ut quartùm & quartò.

Quintanus, a, um, quod est quintæ classis. Unde *Quintana porta,* in castris, quæ post prætorium erat, ubi venalium rerum forum solebat esse.

Quintanis, adverb. Plin. ut *quintanis semitare,* est, quinto quoq; palo semitam ducere.

Quinquaginta, numerale, significans quinquies decem, halfftridiesindstiuffue.

Quinquagenarius, a, um, quod est numero quinquaginta, ut *grex quinquagenarius,* i. e. quinquaginta capitum. *Homo quinquagenarius,* qui est quinquaginta annorum. *Quinquagenaria urna,* quæ quinquaginta sextarios, sive certi generis mensuras capit.

Quinquagies, adverb. numerale pro quinquaginta vicibus. Ut *quinquagies collatis signis dimicabit,* halfftredieſindstiuffuegang.

Quinquagesimus, a, um, quod inter quinquaginta unum est, aut ultimum. Ut *quinquagesima pars.*

Quinquatus, us, m. q. Plin. ætas quinq; annorum. Ut *bobus robur est in quinquatu.*

Quinquatrus, us, m. q. & ablat. plurali, quinquatriis & quinquatribus, dies erat Minervæ sacer, sic dictus quod esset post quintum diem idus Martias, vel à quinquando, i. e. lustrando, quòd eo die arma ancilia lustrari solita sint. Inde *quinquatrus minusculæ,* quæ idibus Junii à tibicinibus personatis, celebrabantur in honorem Minervæ. Dicitur a. quinquatrus ut sexatrus, septenatrus, trinatrus, decimatrus: antiquis trus addentibus, non ex atro die, aut ad significandum aliquid sed græcorum imitatione in τρὶς.

Quintilis, m. t. mensis est quintus à Martio, inde votatus Julius, in honorem Caji Julii cæsaris Imperatorum primi, Ormemaanet.

Compositum.

Semiquinaria divisio, cæsuræ genus, cùm post duos pedes relinquitur syllaba partem Orationis terminans: sic dicta, quod constet ex duobus pedibus & semisse: dimidium quinq; pedum. Ut *arma virumq; cano.*

QVISQVILIÆ, arum, f. plural. tant. sed antiquis etiam singulariter efferebatur Quisquilia. Rejectamenta sunt foliorum arboris surculorumq; caducorum à κοπυλμάτια, quòd de minutis præsegminibus coriorum & pellium dici solebat, Affaldne Løff / Skarlinger. Inde translatè, sordes, & res nauci. Ut, *homo quisquiliæ,* Affskum. Aliter à quisquis. Fuit n. quicquid τὸ τυλὸν, vile & obvium forte, non consilio, inquit Jul. Scalig.

Quisquilium, lii, n. s. frutex exiguus ilicis producentis corium, quod granum est ad tingendas vestes expetitum. Unde *vestis quisquiliata,* quæ quisquilii cocco tincta est, Skarlagen klæde.

QVIRITO, as, n. pr. fidem & auxilium Quiritum i. e. populi Romani imploro, Raaber oc skriger om hielp. *Quiritanti misero respondebat, abi nunc fidem populi implora.* Inde significat simpliciter, clamo, ejulo, lamentor.

Quiritatio, onis, qairitandi actus, Raaben oc skrigen om hielp.

Quiritatus, us, m. q. quiritantis actus, Raab oc skrig om hielp.

QVIS, quæ, quid, Pronomen interrogativum substantiæ: à Græco ὅς q. cos, Hvo. *Quis Aristotele doctior? quæ causa videndi Romam? quid hoc ad te.* Item infinitè positum: *nescio quod mihi in mentem susurravit. nescio quis morsus, quæ mulier infestabat eum.* Interdum est accidentis cum admiratione quadam, pro qualis. Ut *quis globus ô cives?* Item magnitudinis pro quantus. Ut *cujus pietatis pater est, sic qua es humanitate, pietate.* Notandum quod & antiquis Quis erat communis generis. Ut, *quis ea est, quam vis ducere uxorem: & qui cum partiri curas,* i. e. cum qua: tam pluralis quam singularis numeri. Item abla. antiquis queîs & quibus, sed ut Grammaticis videtur illud à quis hac à qui. Item Quid substantivè positum & cum interrogatione, Hvad. *Quid de viriditate pratorum dicam? quid? Tu me hoc tibi man-*

bi mandaſſe exiſtimas. Quid mihi cum iſta ſanctimonia? quid de ea fiet: Quid fiet populo? quid enim? ad amicos ne confugiam, Huad ſaa / huor daa? *Quid tum inde?* Huad ſiden? *quid tum poſtea?* Huad ſaa? *Quid ita* pro quamobrem. Ut *egone hoſtis? quid ita qui hoſtes interfert. Quid jam* pro Quare, quamobrem, ut *te in exilium ire hinc oportet. R. quid jam. R. quia perjurus es.* Sic, *Quid eſt quod ſignis & luminibus mundum ornare concupiſceret Deus? quid eſt quod alios tu accuſes? quid ejus ſit*, i. e. quod de ea re ſit: *Exponam quid hominis ſit*, i. e. quid moliatur, quomodo ſe gerat, huad hand er for en. Item pro quod. Ut *ne quid lucrum de tuo faciat: quid tibi nomen eſt?*

Cujus, a, um, Pronomen interrogativum de poſſeſſore ſeu poſſeſſione quærens, quemadmodum genitivus cujus. Ut *cujum pecus? cujus puer: cuja res eſt.*

Cujas, atis, om. t. ſignificatu nde, ex qua gente, patria, familia, ſecta. Ut, *cujas es? R. Romanus, Syllanus Stoicus &c.* Sed & cum adjectione dicitur. *Cujates philoſophi eſtis? Stoicine an Epicurai?* Dicitur etiam cujatis communi genere, ut *cujatis eſt*, i. e. cujus patriæ & gentis.

Qui, quæ, quod, Pronomen relativum ſubſtantiæ, Huilcken. *Home omnium qui vivunt nequiſſimus: literis quas dediſti breviter reſpondi.* Interdum eſt interrogativum, pro quis. Ut, *qui me alter eſt audacior homo? aut qui confidentior?* Ponitur & qui ſæpe adverbialiter, pro quomodo vel quare, Huorlunde eller hui. *Qui fit, ut ego neſciam, ſciant omnes. Qui poteſt eſſe in ejuſmodi trunco ſapientia?* Item, pro. Ut, *facite, fingite, invenite, efficite, qui detur tibi.* Item pro utinam. Ut, *qui illum Dii omnes perdant.* Item pro unde, Huor fra. *Neſcio, qui hoc mihi eveniat.* Item pro cur, Huor for. *Qui beatior Epicurus quam Metrodorus.*

Atqui pro ſed enim etenim. Ut, *atqui ex ullo loco ſe ſuperiorem ſe fore putabat Milo. atqui certe nihil melius Mundo, quid vero, modum haberi nullum placet, atqui habeatur neceſſe eſt.*

Cæteroqui & cæteroquin Cicer. alioqui, Ellers.

Quod pro quantum. Ut *quod ad me attinet, volo omnes vivant.* Et *quod exercitus* pro quantum exercitus.

Compoſita.

Aliquis, aliqua, aliquod & aliquid, q. dicas alius quis, Nogen. *Aliquis de tribus nobis, de familia, confugit ad unum aliquem. Exime unum aliquem diem, aut ſummum biduum ex menſe. Expecto aliquem meorum. Num aliquod quodpiam membrum tumidum ac turgidum non vitio ſeſe habet. Expecto recens aliquid, utile aliquid.* Ponitur & pro non obſcuro, & non nullius pretij. Ut *velis me eſſe aliquem, quoniam qui fui non ſum.*

Aliqua, adverb per aliquem locum, Nogen ſtedz hen ved. *Cupit aliquà evolare.*

Aliquo, adverb. ſignificans ad aliquem locum, Nogen ſtedz hen / *aliquò profugiet militatum.*

Aliquiſpiam, Cic. idem, quod quiſpiam. Ut *aliquapiam vis pellitur.*

Nequis, pro ut non aliquis, At ingen / at icke nogen.

Nunquis, nunquæ, nunquod, nunquid, pro num aliquis &c.

Nequa, pro ut ne aliqua, At ingen. *Magna ex parte tua eſt poteſtas, ne quâ deductio fiat.* Item Nequa adverb. pro ne per aliquem locum, aut ne aliqua ratione, At ingen maade / at ingenſtedz.

Siquis, ſiqua, ſiquod vel ſiquid pro ſi aliquis, Om nogen. *Vitia ſiqua ſunt celant.* Varro *ſi quis alius totius antiquitatis peritiſſimus*, q. d. Om der er nogen / da er hand.

Quicunq;, quæcunq;, quodcunq;, Huad for en / huad ſom helſt. *In omni fortuna, quæcunq; erit, oblata complectar. omnia quæcunq; loquitur: Orator ſi modo ſim aut quicunq; ſint. Quoſcunq; militum contrahes.* Item per tmeſin: *qui te cunq;: quæ me cunq;: quo te cunq;: qua ſe cunq;: quò res cunq;.*

Quiſquis pro qualiſcunq;, Huad for nogen / huad for en / i huordan / huad ſom helſt.

Quicque vel quidque, Huilcket eller huert. *Sed ut quicq; primum geſtum erit, ita primum exponemus.*

Quacunq;, adverb. ſignificans per quamcunq; partem aut quemcunq; locum, Til nogen ſide. *Quacunq; matre natus eſt. quacunq; via incedit, multitudo tumultum facit.* Et adverbialiter, *Quacunq; ingredimur, veſtigium ponimus, quacunq; iter facit. niſi ablativum eſſe mavis à quicunq;.*

Quodcunq;, cujuſq;, Huad ſom helſt: Innuens ſingula è numero ſine deſcrimine. Ut, *omnia quæcunq; loquitur ad artem ſunt revocanda.* Ponitur & pro quantumcunq;. Ut *quodcunq; militum contrahere poteris, contrahe.*

Quocunque, adverb. pro quocunq; loco, Huort hen. *Quocunq; venerint, hanc ſibi rem futuram ſperant.*

Unuſquiſq;, unaquæq;, unumquodq;, En huer. *Singillatim de uno quoq; dixit: eadem eſt utilitas ſingulorum & uniuscujusq;.*

Quidam, quædam, quoddam, pro certo aliquo. Ut *quidam ex advocatis, homo ſumma virtute praditus dixit*, En ſynderlig. *Eſt alia quædam major poteſtas. Hos majus eſt quoddam, quàm tu cenſeas. craſſi reſponſum eſt & excellentis cujusdam ingenii.* Et *quibusdam argumentis hoc ei perſvaſit.*

Quiddam, pro aliquid, Noget: *In iſta poteſtate quiddam mali ineſt, quiddam portenti ſimile eſſe viſum eſt.*

Quiſnam, Pronomen interrogativum idem quod quis, particula nam vel nihil vel parum ſignificationis addente, ſive, Huad for en. *Quisnam homo eſt.* Et infinitè, *quæſivit ab eis, quas nam virgines formoſas haberent.*

Quidnam, adverbialiter pro cur, vel ad quid, Huor for / huor til. *Quidnam ille commotus venerat?* Et pronominaliter, *reviſo quidnam Chæreа hic rerum agat.*

Quiſpiam, quæpiam, quidpiam vel quippiam & quodpiam, cujuſpiam in genit: Pronomen infinitivum ſignificans unum è numero, Nogen. *Pecuniam ſi cuipiam fortuna ademit: neuter quempiam omnium pluris facit quam me. aliæ quæpiam rationes. ſi grando cuipiam nocuit.* Et *aliquod quodpiam membrum.*

Unusquiſpiam pro aliquis unus.

Quiſq;, quæq;, quodq;, Pronomen infinitum ſignificans ſingulos è numero, En huer. *Suum cuiq; judicium eſt. Quiſq; ſuos patimur manes. Tertio quoq; verbo Orationis ſuæ me appellabat. Quinto quoq; anno Sicilia cenſetur. Poëtæ & pictores ſuum quisq; opus à vulgo conſiderari vult. ſuæ quemq; fortunæ pœnitet.* Sic cum comparativis, ſuperlat. & ordinem ſignificantibus nominibus. Ut, *quo, quisq; eſt ingenioſior eò docet laborioſius.*

prima

primo quoq; die veniam. primum quodq; videamus. gratissima quæq; causa vehementissime necessaria est. ut quisq; optime dicit; ita maximè dicendo difficultatem timet. Ponitur & quisq; pro quicunq;, Hvilcken eller hvo som helst. *Omnes quiq; sine dolore sint. pareto legi quisq; legem sanxeris.* Sic quæq; pro quæcunq;.

Quisquam, cujusquam. Idem quod quis aut aliquis, hvo eller nogen. *Quisquam omnium mortalium hoc faciat. tetrior hic tyrannus Syracusis fuit, quam quisquam superiorum. Non credo quenquam eorum hoc facturum, quicquam tu illa putas fuisse.* Erat & hoc olim comm. generis, ut quis. Item

Quicquam pro prorsus, ut *si qua nihil quicquam egregium assequeris,* Aldelis.

Nequicquam pro non quicquam, Slet intet. Item frustra, Til forgæffs. Et serò & *nequicquam pudet.* Item pro nihil, Intet. *Secernere animum à corpore, nequicquam aliud est, quàm emori discere.*

Quisquis, Liv. com. gener. ut *quisquis mulier.*

Quivis, quævis, quidvis & quodvis, genit. cujusvis. Pronomen significans singulos è numero sine ullo descrimine, particula vis hanc vim addente ex verbo volo, q. quicquid vis, En hver/ hvilcken mand vil tale til. *Quibis hoc perspicere potest. non quivis unus è populo, sed existimator doctus, & intelligens hoc potest cognoscere.*

Derivata Adverbialia cum Compositis.

Quà, adverbium significans per quam viam, per quem locum. Ut, *mihi licèt vagari quà volo,* Hvor hen paa hvad side oc vey/ til hvad side / hvad vey. *Omnes introitus, quà adiri poterat in eum fundum: in templum nescio quà per cuniculum ascendit.* Item adverb. modi, causæ &c. pro qua ratione, quo modo, Saa vid som: *Hominem, quà animal est, moveri sensu oportet. quà id fieri possit, docebo,* Hvorledis i hvad maade / hvorvdan: Et pro qua parte, paa hvilcken side. *Quà patet domus ingrediendum est.* Item numeri, pro ex parte sua vel partim, En deel/ en part. *Quà dominus, quà advocati sibilis consciti sunt.* Sic *quà fœmina, quà viri im minebant. Destrictus negotiis, quà privatis, quà publicis. Eum oderunt, quà viri, quà mulieres. Diceret qua loco, quà serio. Satisfactum quà civium, quà sociorum utilitati, missi in provincias, quà sacra, quà profana rapiebant,* i. e. baade den ene saa vel som den anden.

Quaquà, adverb. pro in quacunq; parte, Hvor. *Quaquà tangit, omne amburit.*

Usquequaq;, adverb. significans omni ex parte, omni loco aut tempore, Aldelis eller alle vegne oc altid. *Religionem aut tolle aut usquequaq; conserva. Usquequaq; sapere licet.*

Usquequo, adverb. significans quousq;, Hvorlenge: *Usquequo inebriaris. ranam in aquam conjice, usquequo ad tertiam partem decoxeris.*

Quam, adverb. descretionis nota, Ende. *Plura facis quàm postulo. nihil aliud quam id. nulla amplior laus, quàm hæc. nihil ei fuit longius, quàm ut me videret.* Interdum comparandi est, Hvor. *Quam magis id repeto, tam magis uror. quam quisq; pessimè facit, tam maximè, tutus est. si celo, fur sum, quàm tu.* Item similitudinis, pro quo modo, Saa. *Tam facile occidebant homines, quam canis exta edit. Quam maximè resisto; tam res in periculo vertitur. Non tam facilè, quam tu arbitraris.* Item intendendi pro quantum & quanto, Hvor/ hvor: aldelis. *Quàm morosi sunt qui amant. quam in his libris sunt omnia compositiora. quam paucissimos relinques, tam opimi in alendo sient. Quam acerbissima olea erit, dum oleum facies, tam oleum optimum erit.* Sic: *quàm brevis vita, quam nihil prætermittimus in consilio dando. quam cupiunt blandiri. quam primum veniam.* Item pro valde. Ut, *vixit mecum quàm familiarissimè. quam celeriter trajicit flumen, quam plures ornavit argento. quam maximas gratias ago. quam celeriter commendari volumus hæc tuis monumentis. quam celerem & instabilem habet motum,* i. e. valde celerem. *Quam potest, tua verba confer in compendium,* i. e. quantum fieri potest. *Vox admodum quam suavis. Oppido, quam lubens audivi. Quàm possum maximè, quam potui brevissimè dixi, quam potui maximis itineribus ad Avianum veni.* Item eligendi modo. Ut *hoc melius quàm illud.* Item *postridie veni quam apud Catulum fui,* Anden dagen effter. *Tabellarii venerunt post diem 40, quam à nobis discesserant: Dum expecto, quam mox veniat,* Med det snarist. *Contra facis, quam pollicitus es,* End som. *Sæpe supra feret, quàm fieri possit. hoc est infra quàm illud.* Interdum admittit quod vel quantum post se. Ut, *piraticam ipse fecisset, ac minore quidem Reipublicæ detrimento, quàm quod inter mœnia nefarius prædo versatus sit iis plus frumenti imperabatur, quàm quantum exarabant.*

Antequam, adverb. temporis, Førend. *Scribam antèquam discedo & discedam. Scribebam antequam legi, Nunquam dixit, antequam ille dictavit.* Et disjunctim: *Seculis multis ante gymnasia inventa sunt, quàm eam Græci natam esse senserunt.*

Nequaquam, pro nullo modo, Ingenlunde. *Nequaquàm in isto sunt omnia.*

Perquam, adverb. intendendi pro maximè, Storligen megit. Jungiturq; verbis & positivis. Ut *perquam velim scire. protulit perquam indignis modis. homo perquam bonus, perquam malus.* Item apud Curtium superlat. *Perquam maximo potest exercitu comparato.*

Postquam, Conjunctio connectens, ratione, ordine, aut tempore, orationis membra, Effter ad. *Postquam nihil extorquere poteram desessi. postquam à te desesseram, has ad te dedi literas.* Et disjunctim: *Undecimo post die, quàm à te discesseram.*

Posteaquam, idem.

priusquam, Conjunct. subcontinuativa, Førend. *Priusquam de Republica dicere incipio, pauca queras de injuriâ Antonii.* Et per transpositionem: *quàm prius abjunctos sedula lavit equos.* Sic veteribus, *quam potius* pro potiùs quam.

Præterquam, adverb. aliquid in oratione excipiens, Uden/ undertagen. *Nemo id dixit, præterquam Cicero: nullius id interest præterquam patris. nulli id placuit, præterquam Cæsari. timeo neminem præterquam prætorem: O vos omnes præterquam Plato legite. à nemine præterquam à Platone didici.* Interdum etiam significat aliter quàm, Anderledis. *Nulla re coalescere potest populus præterquam legibus.* Item cum copulandi modo, Baade. *Declamaverat Julianus Rhetor præterquam semper aliàs, tam minimum quam delectabiliter & feliciter.* Ponitur & pro nisi, Uden at. *Omnia ex voto, præterquam quod in itinere defuncta sit mater.*

Quanquam, Conjunct. nota occupationis. Occupat enim aliquid quod dici poterit, Endog. *Omnia jucunda quanquam corporis sensu judicentur ad animum referri tamen. Quanquam hoc volo. quanquam hoc velim. quanquam abest a culpa suspicione tamen non caret.*

Tan-

Tanquam, adverb. similitudinis vel comparationis q. d. tam hoc quam illud, Lige ſom / Saa ſom. Iraſceris tanquam leo, i. e. ac ſi leo eſſes. *Id mihi placet tanquam tibi. tanquam ſi tua agitur. apud eum ſic fui tanquam domi meæ. tanquam neſciamus hanc eſſe ſolam, quæ nunquam inſcatur.*

Unquam, adverb. ſignificans uno quovis ſeu quoquam tempore, Nogen tid/ nogen gang. *Iſocrates præſtat omnibus, qui unquam Orationes attigerunt. Id ſacrificium nemo unquam abiit.*

Nunquam, adverb. ſignificans non unquam, ſeu nullo tempore, Aldrig. *Nunquam eam habebit.* Nunquam non, i. e. ſemper, Altiid. *Nunquam non coronam geſtabit.*

Nonnunquam, q. non nunquam, i. e. aliquando, Vnd dertiden/ ſommetid. *Nonnunquam bonos exitus habent boni.*

Quamvis, conjunctio adverſativa ſignificans quavis ratione ſeu loco, Enddog/ Jhuordan. *Non timeo Rhetorem, quamvis eloquentem.* Sic pro licet: *quamvis fœlix ſit, quamvis conſecremus.*

Qui, antiquè pro quo & qua. Ut *patera, qui rex potita re ſolitus eſt.* Item adverb. interrogantis de modo & forma. Vide plura ſupra in Qui, quæ, quod.

Quia, conjunctio cauſalis, Efterdi/ Fordi. *Scio, quia natura mutari non poteſt, idcirco veræ amicitiæ ſempiternæ ſunt. voluptas per ſe, quia voluptas eſt grata.*

Quianam, pro cur. Ut, *aër quianam tanti cinxerunt athera nimbi.*

Quiane, pro revera. Ut *quiane auxilio juvat ante levatos.*

Quidem, adverb. affirmandi, pro certo, à Qui, & Enclitica, dem, end oc/ viſſeligen/ ſandeligen. *Mihi verò placet & vehementer quidem. Tantum doleo & mirificè quidem. Venit Cæſar, optimus ille quidem, ſed &c.* Admittit interdum aliam affirmationem, intendendi gratia. Ut, *illud quidem certe, noſtrum conſilium jure laudandum eſt.* Sic: *quidem herclè, quidem profecto.* Interdum eſt nota deſtinctionis, Vel. *Ego quidem ſcribo, tu vero legis: ille etiam dormit. illa quidem nihil ad rem. Torquebis quidem filium, ſed fatebitur mater,* Du maat vel pine Sønen/ etc.

Equidem, conjunctio affirmativa q. & quidem, Oc ſand deligen / viſſeligen. *Equidem doleo me non his literis certiorem fieri.* Aliter q. enquidem. Item, ut volunt, q. ego quidem.

Quandoquidem, conjunctio cauſalis, Efterdi ſaa. *Quandoquidem conſedimus in herba, quandoquidem paſtoris officium ſublime, celſiſſimamq; oculorum veluti ſpeculam deſiderat.*

Siquidem, conjunctio, prima correpta contra naturam ſi quæ producitur: ſignificatq; idem quod nam, ſeu quoniam, Efterdi. *Gratulor Baiis noſtris, ſiquidem ſalubres factæ ſunt.* Ponitur & pro ſi certe, dubitativa conjunctione. Ut, *nam & robur & ſoboles militum interiit, ſiquidem quæ nunciantur vera ſunt.*

Quidnam, adverbialiter pro cur, vel ad quid, Huor for/ huor til. *Quidnam ille commotus venerat.* Et pronominaliter, *reviſo quidnam Chærea hic rerum gerat.*

Nunquidnam, Mon/ Om. *Nunquidnam tua manus ſit affectata. nunquidnam ſolis ſimile vidiſti.*

Quicquid, pro res quæcunq;, Huad ſom helſt. *Quicquid in iſta cauſa mihi ſuſceptum eſt, id omne Reipublicæ, cauſa. Quicquid erit,* J huad der vil bliffue aff. *Quoquo pretio hoc emptum eſt. quoquo animo me auditurus eſt.*

Nunquid, pro anne ſive num, Om / Mon. *Nunquid vos duos habebitis patrios.*

Quidum, idem quod quamobrem, Hui ſaa. *Nunquid aliud. R. Quidem.*

Quin, adverb. ſignificans cur non, q. d. quí non, vel quî ne, Hui icke/ huorfor icke. *Quin venis? Quin fugis? Quin compeſcitis iſtam vocem in diem ſtultitiæ?* Inde effertur ſingulari quadam affirmatione, q. d. quin maximè, Ajo. *Nihil abeſt, quin ſim miſerrimus. Non dubito quin eodem, quo ego, ſis animo. Non dubito quin uxorem nolit filius. Non poſſum me continere, quin geſtiam.* Sic ponitur. pro Qui non, Jom/ Jo. *Nemo eſt, quin hoc nolit. Nego ullam gemmam aut margaritam fuiſſe, quin quæſierit, inſpexerit, abſtulerit,* q. d. quam non. Item pro imo & etiam, Ja. *Quid dicam? quam cauſam afferam? quin nolo mentiri. Pudet te hujus, neq; id injuria. Quin mihi moleſtum eſt.* Item pro quidni. Ut, *mené rogas qui ſim. R. quin ego hoc rogem quod neſciam,* Hui ſaa icke. Item pro certè profectò. Ut, *pòl quin certa res eſt hanc objurgare.*

Alioquin & alioqui, idem quod aliàs & præter hoc, q. d. quin alio modo, Ellers. *Minima olim fuit iſtius rei cupiditas, alioqui multa exſtarent exempla majorum.*

Quippe, q. Quinpe vel Quidpe, ex quin vel quid & ſyllabica pe. Conjunctio eſt cauſalis affirmativa & declarativa, ſubjungens uberiorem expoſitionem rei, pro id eſt, vel nempe, nimirùm, nam, namq;, etenim & ſimilibus, Sömer / fordi / thi. *Non me aliquid juvare poſſis. Quippe res eſt in manibus, tu etiam abes longe gentium.* Item adverb. affirmandi pro certe. Ut, *quippe levis enim res eſt. Redi nunc jam intrò, atq; intus ſerva. R. Quippe nil ego intus ſervem.* Sic vi exponendi, pro nempe, nimirum & ſæpiſſimè cum relativo pronomine. Ut *Epicurus voluptatem iſtam novit, quippe qui teſtificetur. viſum te ajunt in Regia; nec reprehendo. Quippe cum ipſe ſtatim reprehenſionem non fugerim.* Multa de mea ſententia quæſtus eſt Cæſar, quippe quod etiam Ravennæ Craſſum ante vidiſſet.

Quò, adverb. relativum intendendi pro quanto, Huor. *Quò, quis eſt ingenioſior eò decet laborioſius. quò magis cogito, eò minus intelligo. non repugnabo, quò minus hæc fiant.* Item loci, pro ad quem locum, Huor hen. *Quò tenetis iter. quò agis,* Huort vilt du hen. Item modi, pro in quem uſum, ad quid, Huor til. *Quò mihi fortunam, ſi non conceditur uti.* Ponitur etiam pro quare. Ut, *quò æquior ſum Pamphilo.*

Quonam, adverb. ad locum, Huor hen. *Quonam te agis? R. domum.*

Adquò, antiquè pro usq;. Ut *ſcire poſſis ad quo te expediat, loqui.*

Quoq;, conjunctio copulativa poſtpoſitivi ordinis. Idem ſignificans quod, etiam, Oc ſaa. Tu quoq; ſimili modo exercere te debes. Et addito etiam: *Ego quoq; hoc etiam credidi aliquando.* Ponitur & pro ſimiliter, J lige maade. *Damnabis tu quoq; votis.*

Quoquò, adverb. ſignificans ad quemcunq; locum, J huor hen. *Mens mihi eſt querere, quoquò hinc abducta eſt gentium.*

Quoquam, adverb. ſignificans ad aliquam partem, locumve, Huor hen. *O Verrea præclara, quoquam ſi acceſſiſti, quò non attuleris tecum iſtum diem.*

Quovis, adverb. ſignificans ad quemcunq; locum ſine diſcrimine. Ut *abeat quovis gentium,* Huor hen mand lyſter/ det er lige got huort hen.

Quòd, conjunctio cauſalis rationem rei afferens, vel referens ſubjectum de quo, agitur, Ad. *Benefacis quod me adjuvas;*

adjuvas, quod non dubitas. Non tibi objicio, quòd hominem omni argento spoliasti. Interdum nota est continuationis sive connexionis. Ut *cum omnia lego lachrymis conficior, sicut ferre non possum: quod utinam minus vitæ cupidus fuissem &c. Sic tertius est dies, quòd audivi recitantem Plinium.* Qua forma & Plautus usus est, si vera sit lectio. Aliàs svavius ducunt eò loco dici, cùm. Ponitur & pro ut finali. Ut, *vin' primus hodie facere, quod ego gaudeam, quod tuo viro oculi doleant.* Hic n. prius quod est causæ finalis, pro ut. Posterius est subjecti.

Quom & Qvum adverb. temporis significans quo tempore, Naar etc. Adde supra ex cum, hujus quæ sunt significationis.

Quondam, adverb. significans quodam tempore hinc brevi ante, à quom & enclitica dam, aut à græco ὅτε sicut quod ex ὅτι. Ut *is qui nos sibi quondam ad pedes stratos non sublevabat*, Forstacket tid siden. Sive longo ante, pro olim. Ut *Croniatæ quondam florebant*, For nogen Tartid siden / lenge siden / i gamle dage. Dicitur & de præsenti. Ut *quondam etiam victis redit in præcordia virtus.* Item pro semper. Ut, *quondam in stipulis magnus sine viribus ignis.*

Quoniam, conjunctio causalis impellens q. quom jam vel quo ne jam, Fordi. *Ea quoniam nemini obtrudi potest, itur ad me.* Interdum ponitur pro postquam. Ut *quoniam moritur, id nunquam indicare voluit filio.* Sic *quoniam ei nihil esse reliqui video, dedi meam gnatam.*

Quotus, a, um, pr. corr. nomen interrogans de ordine numeri ab ὁτος, ὁτη quantus, sive immediate à quo, ut ὁτος ab ὁς, Huor mange/eller huilcken iblant. *Quota hora*, huad stund / huad er klocken. *Quotus erit iste denarius, qui non sit differendus. an bini, vel terni, vel deni.* Ponitur & pro quot, ut *quotus es*, i. e. quot estis, tu & socii, Huor sterck est du med dit Selskab. Item pro quanto. Ut, *quota hæc portio est.*

Quotumus, a, um, antiquis idem quod quotus. Ut *quotumæ ædes: quotumo die.*

Quotenus, a, um, pen. producta, nomen interrogans, de numero quot. Ut *quotenis bobus arat?* Med huor mange. Et indefinite, in ripa nescio *quotenorum jugerum.*

Quot, numerale ordinis cardinalis, interrogans de multitudine, q. d. quo numero, Huor mange. *Quot nummi tibi sunt.* Ponitur etiam relativè, ut *habeo tot numos quot &c.*

Quotquot, adverb. significans quocunq; numero, Huor mange. *Peream, si omnes quotquot sunt conantem loqui ferre poterunt.*

Quoties & quotiens adverb. significans quot vicibus, Huor mange gange / i huor mange sinde. *Quoties dicendum est.* Et relativè, *toties, quoties præscribitur*, Huor tit.

Quotiescunq; adverb. quotcunq; vicibus, Huor tit / huor mange gang / huor mange sinde. *Quotiescunq; dico, toties videor mihi in judicium venire.*

Quotcunq;, adverb. significans quodcunq; numero. Unde: *potestate pari quotcunq; senatus creverit populusq; jussit tot sunto*, Huor mange.

Quotdiebus, Ulpian. pro in singulos dies: eâ formâ, quâ quotannis dicitur.

Quotmensibus, Caton. unica dictione, pro singulis mensibus, eadem formâ. Ut *capita oleagina quotmensibus fodere oportet.*

Quotusquisq;, pro quam pauci. Ut *quotusquisq; studet, Quotusquisq; disertus est*, i. e. quam pauci. Et divisim interjectâ voce enim: *quotus enim quisq; est, qui epistolam paulo graviorem ferre possit. quotus n. quisq; formosus est: quotoquoq; loco licet.*

Aliquot, Adject. plu. indeclinab. pro aliqua multitudine, Nogle. *Aliquot homines, aliquot secula: aliquot sunt anni, cùm bos duos elegi, quos præcipuè colerem.*

Aliquoties, sive aliquotiens, aliquot vicibus, Nogle gang. *Literas ad socios aliquoties misit. Apud te causam aliquotiens egit.*

R.

RABO, is, n. t. pr. corr. Antiquis præ ira & furore, voce importuna, & q. canina ran, rano, vel more canis, me defendo, aliumq; peto, translata dictione à voce irritati canis, ut & græcorum ῥάζω latro, allatro, Bidder om mig som en Hund / skielder som en gallind Hund. *Quid est? quid blateras? quid rabis? aut se rabere.*

Rabidus, a, um, qui rabit & furit, ut *rabidus canis*, Gallend Hund. Et translatè, *homo rabidus*, qui supra modum irâ excandescit, furibundoq; similior est, quam homini sanæ mentis, Galende oc forbistret / der bider om sig som en gallind Hund. Sic *rabida fera, rabida ora, rabida ira.*

Rabidè, modo rabido. Ut *libidinibus inflammatus omnia rabide appetit.*

Rabies, ei, f. q. rabidi morbus & vitium sive de cane, sive de homine dicatur, Gallendskab eller forbistrelse til at skielde oc giøre skade. *Rabies à canibus.*

Rabia, æ, antiquis idem.

Rabiosus, a, um, rabie plurimum affectus. Ut *rabiosus canis.* Et translatè *rabiosus homo*, qui ira præceps fertur, ita ut rabie agitari videatur, Hastmodig oc rasindet nogen gierning.

Rabiosè, modo rabioso. Ut *nihil in ipsa pugna rabiosè fecerunt*, Hastmodeligen / hastighed.

Rabiosulus, a, um, aliquantum rabiosus. Ut, *mulier rabiosula.*

Rabula, æ, m. pr. prod. causidicus rabiosus & ineptus, qui in foro rabii q. ira & omni importunitate æstuans; Tingstud. Aliter à rado q. qui radit aliquid, vel auditorum aures.

RACEMUS, m. s. prim. corr. idem quod uva, fructus scilicet vitis constans scapo pediculo & acino sive grano à ῥάξ acinus, Vinbær klase. Virgilius usus est pro acino dicens: *Fert uva racemos.* Nec non Servius & Isid. partem esse ajunt botryonis. Dicitur & de hedera, & similibus fructibus, qui uvæ in modum & plurimis acinis sunt conglobati, ut aliis densus acinus, & grandior racemis in orbem circumactis.

Racematius, m. s. malleolus, ex quo pampini pullulant, steriles vel certè minus feraces.

Racemosus, a, um, racemis plenum. Ut, *hedera modo racemosa est.*

Racematio, collectio racemorum, qui à vindemiatoribus sunt præteriti.

Racematus, a, um, quod acinos habet sive baccas, aut etiam grana racemi modo dispositа. Ut *parvis racematum paniculis.*

RADIUS, m. ſ. pr. corr. virga eſt lineæ rectæ modo protenſa ad deſignandum aliquid à ῥάβδος virga, Vexſtock. Unde *Radius Geometrarum*, quo lineas ducunt. *Radio deſcripſit orbem.* Radius in menſuris, inſtrumentum teres, quo menſura ad os & labra ſtringitur, Strygholt. *Radius rotæ*, qui modiolo & cantho inſertus eſt, Hiulege. *Radius textoris*, quo ſubtemen ſtamini inſeritur, Væffue ſkylle / Væffue ſpole. Item *radius ſolis, oculi, aliuſq; lucidi corporis*, eſt emicant ejus vis & q. ejaculatus fulgor, Straale. Radius in re anatomica, minus os brachii inter cubiti curvationem & carpum. Item os tibiæ majus, Det ſtore rør i ſkinc ſelen. Item *radius paſtinacæ piſcis*, pro telo, quo latrocinatur. Item radii dicuntur olivæ oblongæ.

Radioli, n. ſ. Colum. & radiolæ, f. pr. idem quod radii de olivis oblongis.

Radioſus, a, um, quod multos emittit radios. Ut, *Sol radioſus.*

Radio, as, neu. pr. radios emitto & fulgeo, Giffuer ſtraaler aff mig oc ſkinner. *Radiat ſol purpureo vultu. radiant electra flavo metallo miles radiabat in armis. radiant oculi & ſydus.* Dicitur & paſſivè, Radior. Ut Ovid. *Scuta ſed & galeæ gemmis radientur & auro.*

Radiatio, onis, radiantis ratio & conditio. Ut *radiatio marmoris*, quâ radiat.

Radiatus, a, um, quod radios habet, emittit, ut *radiatus ſol, radiata rota.*

Compoſita.

Diradio, as, Colum. act. pr. ad radiorum figuram diſpono, Straaler alle vegne vd.

Præradio, as, n. pr. præ aliquid radio. Ut *præradiant ſtellis.*

RADIX, f. t. pr. prod. os plautæ, quo ſcilicet alimentum è terra capit: quin pes, quo in terram defixo firma ſtat à Græco ῥίζα ejusdem ſignificationis: vel ejusdem originis cum ῥάδιξ Ramus: ab antiquato quodam græco, Roed. Inde translatè, *radices montis*, pro imis ejus partibus. Aliter Iſidoro à rado vel radio.

Radicula, æ, parva radix.

Radicitus, adverb. ſignificans à radice, vel usq; ad radicem, vel una cum radice. Ut, *herbas radicitus eruit*, med Roden. Et translatè, penitus & omnino, Slet aff / aldielis. *Malefacta veſtra reperi radicitus. evellit omnes actiones tuas radicitus.*

Radicoſus, a, um, quod multas habet radices. Ut, *radicoſa brachia.*

Radicor, aris, dep. pr. radices ago & emitto, Faar roed / ſkyde / roed. *Frumenta multis foliis radicantur. allium non niſi in rectum radicatur.*

Radicatus, a, um, Colum. quod jam radices egit, Roed feſt.

Compoſita.

Eradico, as, act. pr. quaſi una cum radice evello, extrahove, Tager op / ruſker op / oprycker med roed. Et translatè radicitus, omnibusq; modis perdo, øder i grund. *Dii te eradicent.*

Exradico, Varroni, idem quad eradico.

Viviradix, f. t. vitis quæ cum radice ſeritur, quaſi vivam habens radicem, ad differentiam malleoli & taleatum.

RADO, is, raſi, ſum, act. t. pr. prod. decidendo, putando, ſcalpendo, polio, purgo & puto, à ſono facta voce, vel à græco ῥάσσω puto, decido, vel vi & impetu valido decido & ἀράσσω amputo, abſcindo, Skaffuer / ſkraber / filer / ſkurer / Gnier / rager. *Radite genas, caput, guttur. radere ferrum.* Et translatè decido, vel terrendo decido. Ut *fluctibus raduntur littora.* Item *radere terram pedibus*, Skurer. Item *radere aures*, eſt, offendere importuna quadam oratione.

Radula, æ, f. pr. inſtrumentum quo doliorum veterum pix eraditur & educitur. Exponitur & inſtrumentum aſperum & foraminoſum, quo radendo in ſcobem aliquid diſterimus, & friamus, Riffuejern / fil eller raſpe.

Radulana pix, quæ radulâ navigiis, & aliis diraditur, Saa ſom Axelſkav / oc huad mand ſkaver aff Skibe.

Rallum, li, n. ſ. ferramentum, quo raditur vomer & inhærente terra liberatur, atq; purgatur, Plogs kiep. Sed ſuſpecta eſt lectio, pro ralla, in genere fœminino.

Raſilis, le, om. t. quod radi aptum eſt. Ut *raſile buxum.* Item idem quod raſus & politus. Ut *raſilis fibula*, Klar raſpit oc filet.

Raſis, Colum. picis genus vetuſtate duratum.

Raſor, oris, m. t. qui radit & tondit, Bartſkær. Et translatè fidicen, q. qui cordas ictu radit.

Raſorius, a, um, quod ad radendum pertinet. Ut *culter raſorius*, Ragkniff.

Raſura, æ, radendi actus, Ragen / ſkraben / ſkuren / filen. Et *raſura eboris, auri*, quod & ramentum dicitur, Filing.

Ramenta, æ, f. pr. Plaut. idem.

Ramentum, ti, n. ſ. quod raſura diſteritur, Filſpaane. *Ramentum auri ferri. Ramentum ligni*, Saffſpaan. Et translatè *ramenta fluminum*, arenulæ, quas abradunt flumina ex locis per quæ fluunt. Item *ramenta fluminum*, pro aurea arena fluminum, Guldſaand oc ærdz.

Raſus, a, um, quod raſimus, Raget / ſkrabet / filet / ſkuret. *Raſa virga.* Et translatè, *limâ raſus liber.*

Raſito, as, act. pr. ſæpe rado. Ut, *raſitare barbam.*

Raſtrum, & plur. raſtri m: & ſtra, n. g. inſtrumentum dentatum, quo glebæ confringuntur & raduntur, Harre. Raſtris etiam purgabantur agri à noxis herbis. Item raſtri, inſtrumenta quibus vites arboresq; ablaqueabantur.

Raſtellum, n. ſ. q. parvum raſtrum: inſtrumentum eſt, quo ſtipulæ raduntur, & in fœnificii cumulo adduntur, Riffue. Ponitur & pro ſarculo aut ſimili inſtrumento terræ effodiendæ idoneo. Ut *raſtello humum effodit.*

Compoſita.

Abrado, dis, act. t. radendo tollo, aufero, Affrager. *Abradere barbam, ſupercilia.* Item abſcindo. Ut, *arida & vetera, quæ falce amputari non poſſunt acuta dolabra abradito.* Item translatè vi extorqueo. Ut, *litibus abradere à Cicinna nihil potuit*, Affſtuinge / Affſtrenge / Affſnappe / Affſignaffue / Affſkrabe.

Abraſus, a, um, quod abraſimus, vel cui aliquid abraſimus. Ut, *abraſa ſupercilia.*

Circumrado, Plin. Omſkraber. *Circummſus cortex. Arbores circumraduntur.*

Corrado, ſimul rado & in unum contrabo, Skraber ſammen/raaber ſammen. *Corradere pecunias.*

Derado, radendo aufero, Affkradzer/affſiler.

Deraſus, a, um, Affſilet.

Erado, idem quod rado, ſeu radendo deleo, expungove, Skraber/ affſkraber. *Eradere ſurculum.* Et *fœnum raſtellis eradere*, Riffue hø op aff bunden. Item *eradere aliquem ſeu nomen alicujus ex albo ſenatorum*, eſt delere, Vdſlette/ vdſkraber / vdkratzer enis Naffn.

Eraſus, a, um, quod eraſimus, Vdkratzet / vdſlet / vdſkrabet.

Interrado, quaſi paſſim hinc & illinc abrado, Raſper/ ſkraber aff alle vegne her oc der. *Interradere arbores, vites.* Sic *interradere marmor*, pro exſculpere & excavare, Vdſile/Snarre/Vdhugge.

Interraſus, a, um, quod interraſimus. Ut *marmor interraſum.*

Interraſilis, Plin. pro interraſo. Ut *aurum interraſile.*

Irraſus, a, um, non raſus. Ut *caput irraſum*, quod ſcilicet capillis fluctuat.

Prærado, idem ferè quod abrado. Ut, *vitis utrinq; latus præradito obliquè.*

Semiraſus, a, um, dimidiata ſui parte raſus, Halff-raget.

Superrado, ſuperficiem alicujus rado vel leviter incido, Riffuer offuen paa. *Superradere clavos pedum.* Et *clavi pedum ſuperraſi.*

RAIA, æ, f. pr. nomen piſcis, à rado propter aſperitatem, quaſi piſcis quidam raſorius, Rocke/Rockel. Sunt autem ejus plures ſpecies.

RAMUS, m. ſ. pr. prod. arboris brachium ejusdem originis cum ῥάδιξ ramus, Green. Et translatè *rami cornuum*, Hiorte tacker/ vier. Aliter à græco ῥάμνος, quod & frondes & ramos ſignificat. Ut Theocrit. καθεύδων ἐν ῥάμνῳ.

Ramulus, m. ſ. parvus ramus.

Ramuſculus, m. ſ. idem.

Ramale, n. t. ramus inutilis ex arbore deciſus, Affhuggen Green/Skalinge. Et plural. *ramalia, orum.* Eccleſiaſticis, dies feſtus, quo Chriſto obviam prætulere ramos palmarum, Palme Søndag.

Rameus, a, um, quod ex ramo eſt. Ut *ramea fragmenta*, Greene/ quaß.

Ramoſus, a, um, quod multos habet ramos. Ut *cornua ramoſa.*

Ramuloſus, a, um, ramulis abundans. Ut, *ramuloſa folia.*

Ramex, icis, m. t. vitium ad inguina aut ſcrotum, cùm nimirum peritonæum plus æquo extenditur aut rumpitur: ſic dictus à ramo, ex quadam cavillatione, quod cum inteſtinum incipit in ſcrotum decidere videtur ramum facere, Nederlob/ Kiil/ ſtoer punge. Ramices etiam in iſto dicto Plauti: *rupi ramices, jamdudum ſputo ſanguinem.* exponuntur venæ pulmonis, aut venæ pectoris latiores, quaſi populari ac ruſtico vocabulo venæ quæq; amplæ Ramices vocarentur.

Ramicoſus, qui ramice laborat, Som haffuer Nederlob/ brut.

RANA, æ, f. pr. prod. animal paluſtre voce admodum ſtrepera & coaxans, à ſono quem edit, vel à ῥάζω, latro, allatro. Item irrigo, irroro, quod locis aquoſis gaudeat, Frø padde. Item Medicis, tumor ſub lingua cum inflammatione. Item *rana marina ſeu piſcatrix* potius, piſcis eſt è genere planorum.

Ranunculus, m. ſ. parva rana. Et translatè homo garrulus, aliis nimirum obſtrepens. Item, herbæ genus.

RANCEO, es, n. ſ. de carne dicitur, quæ vitiato ex vetuſtate humore, inſvavem & ingratum odorem & ſaporem emittit à ῥάινομαι, humore perfundor: vel à ῥαίομαι corrumpor, Er ſur / mullen / harſk/ lucter ilde.

Rancesco, n. t. rancidus fio.

Rancidus, a, um, quod rancet. Ut *rancidus appoſitus apud.* Et translatè ad aures, quod auribus inſvave eſt & faſtidioſum.

Rancidè, modo rancido. Ut, *in collocandis verbis immodicè faciunt & rancidè.*

Rancidulus, a, um, aliquantum rancidus, tùm propriè, tùm translatè. Ut *rancidula obſonia. rancidulum quid de nare locutus.*

Rancor, oris, m. t. rancidi ratio & vitium. tabifica carnis corruptio, Harſkhed/ond luct. *Rancore infeſtante dolia.*

Compoſita.

Prærancidus, a, um, vade rancidus. Ut *prærancida caro.* Et translatè exoletus, & ætate ſua ingratus, ut *finitio & definitio prærancida.*

Subrancidus, aliquantulum rancidus, & vetuſtate corruptus. Ut *caro ſubrancida.*

RANCO, as, n. pr. de voce Tigridum dicitur per Onomatopœjam. Ut *Tigrides indomitæ rancant.*

RAPA, æ, f. pr. product. radix quædam globoſa dulciore ſapore & eſui expetita à ῥάπος ſive ῥάπυς ejusdem ſignificationis, vel napus, ſpecies nimirum rapæ, & in quam rapa ſæpe ſatione convertitur, ſicut contrà napus in rapam, Roffue.

Rapum, n. ſ. idem.

Rapulum, parvum rapum.

Rapunculus, m. ſ. rapum quod vocant ſylveſtre, Rapunzel.

Rapacia, ſine rapicia, orum, n. t. teneriores raporum frondes & cauliculi, eſui etiam apti.

Rapina, æ, f. pr. locus rapis conſitus, vel rapa ipſa, uno in loco naſcentia.

RAPIO, is, pui, & antiquè rapſi, ptum, act. t. vi, impetu & celeritate aliquid aufero; per Metatheſin ab ἁρπάζω ἅρπω ejusdem ſignificationis, Rapper/ ſnapper *Latrones tantum habent, quantum rapere poſſunt. rapit ad ſe ulterius commoda.* Inde accipitur, pro celeritate quadam aſſummo, Tager haſteligen til mig/ Griber til. *Eſſedum rapias, ad noſq; recurras.* Item impello, ago. Ut, *impetus naturalis hominem huc illuc rapit.* Item allicio. Ut *pulchritudo rapiebat in ſui amorem.* Item traho. Ut, *quo te iſta cupiditas effrenata rapit.* Item adduco. Ut, *rapere in judicium, rapere aliquem in odium.* Item interpretor. Ut *rapere conſilium alicujus in con-*

in contrariam partem. Item *rapere virginem*, pro vitiare, & quasi vi quadam eriamsi loco non transferatur, voldtage/ tage med vold. Legitur & *rapsis* pro rapueris.

Rapo, onis, m. t. antiquis idem quod raptor.

Raptor, oris, m. t. qui rapit, en Rappere/Snappere. *Raptor hostium*, qui eos viros in acie rapere didicit.

Rapto, as, frequenter rapio. Ut *raptavit Hectora circum muros. raptat me amor per deserta.* Et translatè, *raptare aliquem*, pro convitiari alicui. Sic *raptare pro mœchis, pro scelesto*, est convitiari & mala ingerere. Et *quid me raptas*, Ripper mig.

Raptus, a, um, quod rapuimus, Rappit/ Snappit/ tagit med vold/ tiltagen bortført/ greben. *Ganymedes à Diis raptus.* Et absolutè, *raptum* pro rapina. Ut, *vivitur ex rapto.*

Raptus, us, m. q. rappiendi actus. Ut, *raptus virginis*, Voldtagt.

Raptim, adverb. modo rapto & celeri, Med en hast/ i en knaphed/ i en hui. *Raptim rem agit, raptim domum se conjicit*, Fage med hast. *Raptim ludere pilâ* dicitur, cùm ultro citroq; volans pila repercutitur, excipitur rapiturq;, Lege Kaasebold eller Racketebold.

Rapina, æ, f. pr. res rapta, Roff. Hostem rapinis prohibet.

Rapinator, m. t. antiquis idem quod raptor.

Raptatus, a, um, quod raptavimus. Ut *conjunx raptata.*

Rapacida, dæ, m. t. Plaut. jocosè ficta vox ex rapace & terminatione patronymica, qualis est Æacidæ Scipiadæ, q. d. progenies rapacium & furum, Tyffue slect/ oc affkom/ tyffue pack.

Rapidus, a, um, quod celeri motu fertur, obvia quæq; secum rapiens, ut cum impetu aqua ruens, Hastig løbende/ hastig flydende/ frem fusende/ flugsfarende. *Rapidum flumen, rapidus currus, rapidus ignis, rapidi leones.* Et translatè, *oratio rapida*, pro concitata.

Rapidè, modo rapido, Hastigen/ megit flux fusende. *Rapidè fertur, rapide dilabitur.*

Rapax, cior, cissimus, om. t. raptui intentus, Rabsk/ riffuende/ riffuer. *Inopia rapax, ignis rapax, homo rapax, rapax procella*, i. e. violenta.

Rapacitas, atis, f. t. rapacis ratio, affectus & vitium. Ut, *servi rapacitas*, Rappen/ Rapskhed.

Raptio, rapiendi actus, Rappen/ Snappen.

Raptura, æ, idem quod raptio.

Composita.

Arripio, is, ad me rapio, & rapiendo abduco, Riffuer til mig. *Serbium medium arripit elatumq; è curia in inferiorem partem per gradus dejicit.* Item celeriter rapio & invado. Ut, *hanc arripe telis* Item simpliciter decipio. Ut, *non cani, non rugæ repente autoritatem arripere possunt.* In quibusdam enim vis, in quibusdam celeritas, ut in rapio, consideratur. Sic *arripere familias*, i. e. rapere & rapiendo abducere. *Arripere facultatem lædendi. Arripere Philosophiam, causam belli, tempus.* Sic, *facilè arripit quæ docentur.* Et pass. *arripior dolore.*

Abripio, is, vi alicunde aliò rapio: diciturq; tum de re, tum de persona, fra Roffuen. *Abripere ab aliis & aliis largiri. abripere aliquem à conjuge. abripere in vincula.* Ponitur & pro subduco, Sniger eller snoer sig til side/ aff vejen. *Nescio ita abripuit repente sese subito.*

Abreptus, a, um, quod abripuimus. Ut *mulier ex Attica abrepta*, Bortrøffuit.

Corripio, celeriter rapio, Griber hastig til. *Corripit celeres sagittas.* Et passivè *corripitur somno, corripitur febri*, Betagis/ befengis. Item corripio, verbis arguo, objurgo. Ut *repeto me correptum ab eo cur ambularem.* Item Grammaticis brevem facio. Ut, *corripere syllabam.*

Correptor, oris, m. t. qui corripit. Ut, *correptor petcantium*, Som reffser dem som synder.

Correptus, a, um, quod corripuimus. Ut *morbo, somno correptus est*, Betagen/ Angreben.

Deripio, deorsum rapio, Riffuer neder. *Capillo me de curru deripit.* Item furto rapio. Ut, *non fraudis est, sed astutiæ deripere*, Røffue oc Stiele.

Diripio, in diversas partes rapio, Plyndrer/giør eller giffuer priis/ tager i steng/ i grams/ plusrer. *Diripere urbem. diripere bona alicujus.*

Direptio, onis, actus, quo aliquid diripitur, Priis/ plyndring. *Direptio urbis, patriæ, bonorum.*

Direptus, a, um, quod diripuimus, Giffuet til priis/ plyndrit. *Res direptæ, locus direptus.* Et translatè, *sapientia falsarum opinionum temeritate directa.*

Direptus, us. idem quod direptio.

Eripio ab alio vi rapio, extorqueo, Tager fra med mact/ fra røffuer/ fra slider. *Id omne nobis ex manibus eripuit. eripuit mihi dolorem. eripuit me malis, morti, periculo, damno.* Et *ex ore mihi orationem eripuit*, Tog Orden fra mig.

Ereptor, oris, m. t. qui eripit & eripere solet, Plyndrer/Rapper. *Ereptor civitatis, ereptor libertatis.*

Ereptus, a, um, quod eripuimus, Fra reffuen/ fra taget. *Telum ei è manibus ereptum est. vita multis supplicijs erepta.*

Irripio, in locum rapio. Ut *irripuit eum in ædes*, Inddreff/drog hannem ind i huset.

Prærapidus, a, um, valdè rapidus. Ut *prærapida fuga.*

Præripio, antequam alius potest, eripio, Tager for bort/ fra tager. *Huc venisti sponsam ereptum meam.* Sic, *præripere consilia hostium*, pro præoccupare seu prænoscere, aut prævenire.

Præreptus, a, um, quod præripuimus. Ut, *morte præreptus.*

Proripio, foràs me conjicio, Slider mig vd/ skynder mig fra eller aff. *Ex curia se domum proripuit.* Item porro rapio, Rycker oc rusker frem. *Hominem proripi jussit atq; verberari.*

Surripio sive Subripio & antiquè surpo, clam & latenter rapio & aufero, Stieler fra/ Snapper fra/ Sniger. *Pallium uxori surripuit, surripiam in delitijs palam quam habet. surpit aurum*, i. e. surripit. Et *surripere se alicui*, est è conspectu ejus subducere, Sniger sig bort fra. *Surripere aliquid spatij ad scribendum*, i. e. capere, eligere, sumere.

Surripiendus, a, um, quod surripi debet. Ut *crimina oculis paternis surripienda*, i. e. occultanda & ex oculis ejus tollenda.

Surrepticius, a, um, quod surripitur. Ut, *amor surrepticius*, prò furtivo & clanculario, Den Mandsniger sig til.

Surreptio, onis, surripiendi actus. Item surreptio dicitur impetratio quæ fit a magistratu per falsam rei narrationem, Affkeed oc dom effter en falsk beretning. Aliter à repo deducitur.

Subruptus puer, Plaut. pro subreptus, Bort stolen.

Pinnirapus, m. s. gladiator, retiarius, qui Mirmilloni adversario pinnam, h. e. acutam galeæ sumitatem rapiebat.

Buſtirapi, qui lucri cauſa nefanda omnia ſubire non verebantur: ſumptâ formulâ ab iis qui irreligioſi cœnam è rogo rapiebant. Eam n. tantum aſpicere, non deguſtare fas erat.

RARUS, a, um, rior, riſſimus, pr. prod. quod partibus ſuis languidè cohæret ſeu læviter cohærentibus conſtat, ab ἔρρω & ejusdem ſignificationis per aſſumptionem literæ ῥ vel ἀῤῥήσσω frango, rumpo ex adjuncto propter diſtantiam partium, Tynd. *Rara retia: rarum cribrum.* Et translatè, in frequens, non ubiq; obvius, Sielden. *Rari ſunt amici, rara fides, rara literæ.* Item rarum pro translucido, quamvis partibus cohærente. Ut, *aqua rara.* Ponitur & abſolutè, rarum pro re rara vel raritate. Ut, *penetrat per rara viarum.*

Rallus, a, um, antiquis deminutivum à raro. Unde *ralla tunica, ralla veſtis*, i. e. rarior & tenuior rariorisq; textura, Tynd Klæde/ tynd Klæd/ ſaa ſom Bay/ oc andet ſaadant.

Rarè Columell. modo raro, Tynd. *Rarè conſeritur.*

Raro, rius, riſſimè, modo raro & infrequenti, Sielden. *Maleficium hoc rarò extitit.*

Rarenter, idem quod rarò. Ut, *rarenter bibit. rarenter venit herus.*

Raritas, tis, f. t. rari ratio. Ut, *ineſt palmitibus raritas*, Tyndhed/ Aabenhed. Item infrequentia. Ut, *raritas literarum.*

Raritudo, Colum. idem quod raritas.

Rareſco, rarus fio, Tyndis. *Rareſcunt ſemina ſata. rareſcunt nubila pluviis, & buſtum vetuſtate rareſcit.*

Compoſita.

Diſraro, as, act. pr. variis modis rarum facio, giør tynd/ tager nogit fra. *Arborem vel ſeminarium diſrarat.*

Interraro, Columell. in medio rarum facio.

Perrarus, a, um, valde rarum. Ut *literæ perraræ.*

Perrarò, adverb. ut *perrarò hæc alea fallit: perrarò venit in oppidum*, Gandſke ſielden.

RATIS, f. t. pr. cor. navis tumultuaria è propinqua & parabili materia facta, ut eſt compages trabium, lignorum, aſſerum, inventa ante uſum navium: ſic dicta, quod ſublatis remis ſtatim motu rareſcit & lenteſcit, Flode haſtelig/ ſat ſammen til nogen brug. Inde poſtis ſignificat quamcunq; navem. Aliter à ῥόθ remorum ſtrepitus: aut à ratus propter firmam compactionem contra impetus aquæ.

Ratiarius, a, um, Juriſc. qui ratibus & navibus negotiatur.

Ratitus quadrans & ratitus triens, antiquis ſic dictus quod in iis fuerit ratis effigies, ut navis in aſſe.

RAVDUS, vel Rodus, a, um, quod impolitum eſt à ῥάβδ virga ex arbore recens abſciſſa & impolita. Ut *ſaxum rodum, æs raudum.* Et ſubſtantivè raudus ſive rodus neut. gen. pro mole, gleba, vel maſſa. Ut, *manibus rapit rodus ſaxeum grande & grave.* Sic rodus pro pondere bolidis, quâ maris vadum pertentant nautæ.

Rauduſculum, li, n. ſ. pro ære rudi & infecto. Item aliquando pro ære ſignato.

Raudiuſculana, vel Rodiuſculana porta, quòd rudis & imperfecta ſit relicta, vel ære obvincta.

Rudis, dis, f. t. virga rauda & impoſita qua aliquid agitatur, Stick mand rører i noget med. *Hæc rude miſceto ter in die.* Item virga, qua gladiatores depugnabant, ficter kap. Item, quâ donabantur, qui vacationem ab aliquo munere accipiebant. Unde & pro ipſa vacatione, & libertate ſumitur. Ut *rude donatus eſt.* Et *dabit ipſe ſibi rudem*, i. e. libertatem.

Rudicula, læ, f. pr. parva rudis, Pind eller ſpoen mand rører i noget med.

Rudianus, ni, m. ſ. qui donatus rude impetravit miſſionem artis gladiatoriæ, vitamq; deinceps actitans ſine cruore, ſed & ad manum tamen largitione & autoramento revocabatur. Item rudianus qui ſaga nova & rudia polit. Aliter, rudis, quâ gladiatores pugnæ rudimenta meditabantur. Unde & nomen.

Rudis, de, om. t. pr. corr. idem quod impolitus, Raa/ ru/ groff. *Rude marmor, rude ebur, rude ſaxum, rude argentum.* Et *rudis lana* quæ nondum eſt pectita vel facta, Uld/ wkaarit. Et translatè *liber rudis*, qui non ſatis diligenter excultus eſt. *Homo rudis*, ſine ingenio, ſine moribus, Groff/ wforſtandig/ whøfflet/ wbes hæffn/ wbehuggen. Et *homo rerum rudis*, i. e. imperitus. Sic *rudis græcarum literarum, rudis ad bellum, ad pedeſtre bellum*, wdannet/ wſkicket. Et *rudis in jure civili.* Item *ingenium rude* pro duro & inclementi.

Rudimentum, ti, n. ſ. principia cujuſcunq; artis, quibus rudes imbuuntur. Ut, *rudimenta artium. rudimenta virtutis. Rudimenta lucis*, i. e. initia vitæ.

Rudus, eris, n. t. materia contuſorum lapidum rudis & impolita, Grund med ſtycker ſteen. Eſtq; aut novum aut vetus.

Ruderarius, a, um, quod ad rudem pertinet, quod eſt ruderum. Ut *cribrum ruderarium*, Kalcke Sold. Item cribrum ex membrana minutis foraminibus pertuſa quo rudera, i. e. lapilli conſimilesq; ſordes ex frumento expurgantur, Saaſom klinte ſoild. *Pilum ruderarium*, Kalcke kyſſue.

Rudetum, ti, n. ſ. locus rudere plenus. Ut, *lentem in rudeto, & vubrioſo loco ſerito.*

Rudero, as, act. pr. rudus induco, Slaar eller beſlaar med grue/ fylder med grue. *Ædificium ruderabitur minoribus ſaxis.*

Ruderatio, ruderandi actus, vel ruderati conditio & ratio, Grudfylding.

Ruderatus ager, qui rudere ſcatet, Jord oc Agger med megen grud oc ſmaa ſteen.

Compoſita.

Erudero, as, act. pr. ruderibus purgo, Renſer grud aff. *Eruderare agrum.* Et *eruderatus ager, ruderibus purgatus*, Renſet oc reengiort Agger.

Erudio, is, divi, ditum, act. q. ex rudi doctum facio, Lærer oc vnderviiſer. *Philoſophia nos ad omnia erudivit.*

Eruditio, onis, erudiendi actus, vel eruditi habitus, Lærdom oc vnderviiſning. *Nulla eſt eruditio niſi quæ beatæ vitæ diſciplinam juvat.*

Eruditus, a, um, quod erudivimus, Lært oc vnderviiſt. *Homo Socraticis diſputationibus eruditus.* Et *homines ſunt diuturna ſervitute ad nimiam aſſentationem eruditi. Erudire ad pietatem, erudire in re aliqua.* Item, amiſſo tempore, Lærd. *Erudita operatio. eruditiſſimus diſciplinâ juris civilis. Eruditus à multis de hac re quæritur. Oculus eruditus. homo in jure eruditus.*

Eruditulus, aliquantum eruditus.

Ineruditus, non eruditus, vlærd/ wforfaren. Priſcorum ineruditiſſimus.

Pereruditus, valdè eruditus.

RAVIS,

RAVIS, om. t. antiquitus, qui voce eſt obtuſâ à canum lacrantium obtuſa voce, Rav/Rav. Translata dictione per Onomatopœjam: vel à ravis frumentis ſeu ſatis, quæ ſicca & arida ventisq; agitata obtuſum reddunt ſonum. Ut *ad ravim poſcit, clamat*, Til hand bliffuer hæß.

Ravio, is, n. t. ravis ſum, ad ravim clamo, raucè loquor, huæßer.

Rauſurus, qui dicendo & clamando raucus factus eſt.

Raucus, a, um, qui eſt voce obtuſa, affecta nimirum & læſo humore aliquo aeris, frigore clamando, aut alia quacunq; cauſa, hæße. *Vox rauca, ſonus raucus.* Et translate, feſſus & defatigatus dicendo & clamando. Ut, *rumor raucus*, qui ſcilicet jam deficit.

Raucitas, atis, rauci vitium, hæßhed.

Raucedo, dimin. f. t. idem.

Rauceo, es, cui, n. ſ. raucus ſum.

Rauceſco, raucus fio.

Raudio, is, ſi, ſum, n. q. idem quod rauceo.

Ravus, a, um, quod eſt nigreſcente fulvo colore: Feſto, medius color inter flavum & cæſium, Morcke guul ſodel. Translata ſcilicet ſignificatione à ſono ad colorem. Ut *rabus lupus, rabi oculi, raba frumenta*, quæ ſicca & arida ravo ſunt colore.

Ravaſtellus, m. ſ. qui eſt ravo colore, ut ſenex ravaſtollus. Legitur & hic gravaſtellus.

Rapidus, a, um, quod eſt ravo colore. Ut, *rabidi oculi.*

Ravilla, æ, m. pr. qui oculos ravos habet.

Compoſita.

Irrauceo, ſive irrauceſco irraucui in præterito, non irrauſi, ut *Priſcianus, raucus ſis*, Vorder hæß.

Subraucus, aliquantulùm raucus.

RE, Præpoſitio inſeparabilis ſignificans repetitionem motus ſeu reductionem ad principium ex ablat. Re, quaſi ad rem, de qua erat actio, Igien Ut, *repuerasco, renovo.* Inde ſignificat motum à tergo, Tilbage. Ut *reſpicio, reverto, repoſco.* Item perfectionem. Ut *recognoſco.* Item reciprocationem & viciſſim. Ut *rependo, reſaluto, redamo.* Item contra, ut *reluctor, repugno.* Item iterum atq; iterum ſeu ſæpe, Til om oc igien. Ut *reputo*, vel factum muto, Giør om igien. Item valdè ut *redundo.* Item longè, ut *removeo.* Item privationem, ut *retego, recondo:* quanquam & his aliquando auget ſignificationem, ut ſuis locis dicendum. Item contrarietatem ſimplicis verbi. Ut, *recludo, reſigno, retego, recondo.* Item diverſam, licet non contrariam à ſuis ſimplicibus ſignificationem, ut *reſciſco.* Interdum ſoni tantum gratia additur. Ut, *recaleo.* Videtur & aliquid celeritatis addere, in *recedere, reſilire, recipere.* Item in *repono, removeo.* Item ſeorſum & ceſſum ex aliqua parte, Til en ſide aff vejen. Item aliquandò eſt epitaticon, ut *reticeo*, i. e. nimis taceo. Sic *retineo*, Forholder: Notandum a. quod re antiquitus producebatur in *remigro, reduco, retulit, repulit, recidit, reficit*: idq; ſine omni geminatione.

Retro, adverb. ſignificans à tergo ea forma à Re qua intro ab in, Bag til. *Conclave quoddam retrò in ædibus. non laboro quid retrò & à tergo ſit.* Item idem quod retrorſum, Tilbage. *Iter retro ad Alpes.*

RECENS, tis, tior, tiſſimus, om. t. pr. corr. quod jam primum factum, nec antea viſum eſt à recido, q. quod nuper accidit: vel à re & cieo ſeu cio, Nyt oc ferſk/friſk. *Recentes homines, recens ægritudo. recentes milites*, qui jam tum primum venere, neq; dum præliis fracti aut

fatigati. Item quod nondum ſenuit. Ut *recens caro, recens panis, caſeus. recens aqua, recens flubius. Recens nihil audibi*, i. e. novum, Nyt. *Recentiſſima epiſtola*, Nyſte tomen. *Recens in dolore, recens ab illorum ætate.* Aliter à re intenſiva & καινὸν novum q. valde novum.

Recens, adverb. ut *recens ex agro venit. Sole recens orto. Roma recens condita.*

Recentor, depon. pr. antiquis pro renovor, Fornyes. *Recentatur hominibus lumen ſolis.*

Recentatum vinum, i. e. refrigeratum, Kølnet.

REGO, is, xi, ctum, act. t. pr. corr. imperio & judicio aliquid ad optatum finem ago & moderor ab ἔργω facio ſeu à ῥέζω acer & promptus aliquid ago, Styrer/raader oc regerer: Ut propriè ſit de adminiſtratione Reipublicæ vel q. rem ago, Staar nogen ting for. *Regere rempublicam, orbem, populos, ſeipſum, naſum ſuam, ſervos, fines. Deus regit mundum: Sol lumine ſuo regit aſtra. remis regitur ratis. animus regit corpus.* Item *rectum teneo*, holder ræt. *Nimio dolore regere caput non poteſt.* Alitet ab ὀρέγω, tendo, extendo, ut propriè ſit de rectione rei alicujus.

Rectio, onis, regendi actus, Styrelſe. *Rectio rerum publicarum.*

Rector, oris, m. t. qui regit. Ut *rector navis, civitatum, Reipublicæ.* Et peculiariter ſcholaſticis, qui Academiam vel ſcholam regit. *Rector ſcholæ, Academiæ.*

Rectrix, icis, f. t. idem in ſexu fœmineo. Ut, *anima membrorum rectrix. Roma rectrix mundi altera.*

Rectus, a, um, ctior, rectiſſimus quod verâ ratione & judicio regitur, Ræt oc rætſindig. *Conſcientia recta, conſilium judicium, facta recta.* Et abſolutè *rectum* pro rectè factis, ut *rectum coluit.* Item, quod in nullam partem flectitur, vel inclinetur, Ræt frem. *Rectus curſus.* Rectum iter, *recta linea. & rectus talus*, Som ſtaar ræt offuer ende. Item translatè *recta via rem narrat*, i. e. *narrat rem ut eſt. Recta cœna, vel recta* abſolutè, cœna erat, quam clientibus & recto ordine diſcumbentibus lautè dabant Principes: vel in qua nihil deerat neceſſarium menſæ apparatui. Sic *rectus apparatus* pro lauto. *Recta tunica* quæ ita contexta erat, ut veluti rigens ſtaret: vel quæ à ſtantibus ab imo in altum tenebatur: qua tyrones & novæ nuptæ induebantur. *Rectum inteſtinum*, quod poſtremum eſt nullis finibus involutum, & ad ſedem usq; productum, Ærtarm/Bagtarm. *Domus recta*, quæ innuò luxu corrupta non eſt, neq; laquearibus & marmoribus pellucet, neq; eleganti tectorio aut lacunari perpolita eſt. Sed laudabilem quandam mediocritatem oſtendit.

Recta, adverb. per rectam viam, Ræt ad / ræt frem. *Recta ad me venit.*

Rectè modo rectò, Retteligen. *Recte facit, concludit, agit. rectè auguratur. Rectè ſuo nutu fertur*, Ræt. *Non rectè dicere alicui*, eſt maledicere, Tale en ilde til. *Rectè domi eſſe potes*, i. e. tuto. *Rectè ei eſt*, i. e. rectè valet, Lyſt der vel / det gaar hannem vel. *Rectè fert*, i. e. patienter. *Recte otia ponit*, i. e. utiliter. *Rectè parit*, i. e. non monſtrum parit. *Rectè dicit*, i. e. aptè & compoſitè. *Rectè atq; ordine omnia agit*, i. e. nihil præpoſtere. *Lex rectè lata*, i. e. legitimè, Lowligen. *Rectè vivit*, i. e. lautè. Sic *rectè convivatur. cibus rectè unctus*, i. e. lautè: Rectè ſæpe reſpondentis eſt & aſſentientis loco, Ræt ſaa. Ut, *recte, non dubitas.* Item ſubticentis & reticentis aliquid ſine injuria quærentis, Inter. *Unde incedis? quid feſtinas? gnate vii? Rectè pater.*

Regimen,

Regimen, inis, n. t. quo aliquid regitur, Styring. *Regimen magiſtratus penes Appium erat. Vocis ſermonisq; regimen.*

Regula, æ, f. pr. inſtrumentum fabrile, quo operis rectitudinem & longitudinem explorant, Retholt / Linial. Et translate præſcriptio, lex & exemplum. Ut, *regula juris, mediocritatis.* Item regula pro baculo, quo aliquid rectum tenetur. Item pro inſtrumento quodam in fractura olei.

Regularis, re, om. t. quod ad regulam eſt, vel in regulam trahi poteſt. Ut *æs regulare*, pro ductili, Rielfober.

Regio, onis, f. t. pars regni una ſuis limitibus circumſcripta, Landſkab / Egn. *Regio extrema meæ provinciæ.* Sic *regio mundi, regio cœli*, pro parte mundi ac cœli certâ ſuis limitibus circumſcripta, Egn. Item *regio terrarum*, Landzegen. *Regiones urbis*, i. e. partes majores in quas eſt deſtributa, Byes Egne / Byesſkiffter / Kiøbſtere / ſom Byer ere ſkiffte vdi. Sic *regiones vineæ.* Et translatè, *regio conſiliorum, regio aſtutiarum, regiones officii*: quia omnia ſuis terminis & limitibus continerentur. *E regione* adverbialiter dicitur pro ex adverſo in conſpectu quaſi rectis lineis. Ut *caſtra caſtris è regione poſita*, ræt for / *conregione* apud veteres pro eodem.

Regionatim per ſingulas regiones urbis, ut *ludos regionatim urbe totâ inſtituit*, Huor Byesſkifft oc Egn.

Regnum, n. ſ. Terra regis imperio ſubjecta, Jt Rige / Kong Rige. Item imperium ipſum regis, Herredom / Regiment oc Regering offuer nogen. Et translatè quicquid poſſidetur. Ut cum Cicero Tuſculanum ſuum, regnum vocat. Item, in quo quis eminet, ut in eo regnare videatur, Regiment / Regiering. *Regnum conſulatus mei.*

Regno, ás, n. pr. regnum poſſideo & adminiſtro, Regnerer / Herſker. *Romæ regnavit Tarquinius.* Et translatè autoritate valeo. Ut, *non unus, ſed multi regnare videntur. Regnat in amore*, Hand haffuer fordelen i Boleri. Item paſſivè *regnantur gentes.* Et impersonaliter, *ter centum annos regnabitur.*

Regnator, oris, m. t. qui regnat. Ut, *Deum regnator Juppiter. Regnator agelli* pro poſſeſſore.

Regnatrix, icis, f. t. idem in ſexu fœmineo. Ut *domûs regnatrix.*

Regnatus, a, um, in quo regnavimus, Regneret. *Regna regnata. terra regnata.*

Rex, gis, m. t. qui in republica abſolutam regendi poteſtatem habet, Konge. Fuit & titulus honoris, potentioribus attributus à tenuioribus, ut hodie dominus. Ponitur & rex pro regnans. Ut, *populus latè rex. Rex ſacrorum*, Paffue / ypperſte Biſcop / Erchibiſcop: qui ſupremam curam habet ſacrorum. *Rex convivii*, qui leges convivii præſcribit, Skaffer / Oldermand i nogen Gilde. Item, Rex veteribus, amicus potentior. Item rex qui alium alit. Accipitur etiam rex pro fortunatiſſimo & beatiſſimo. *Rex ſum*, i. e. ſummè felix & glorioſus, en Herre.

Regulus, m. ſ. Rex minoris potentiæ, Paſſelig eller ringe Konge / liden Konge. Reguli, Smaa Konger. Eſt & nomen avis, Fugle Konge.

Regina, æ, f. pr. Regis uxor. Item, quæ imperium regis obtinet, Dronning. Et translatè mulier dives. Item Domina. Item ad inanimata. Ut, *regina pecunia. Oratio regina rerum omnium. Luna ſyderum regina.*

Regillum. Iſidoro prælatum reginæ amiculum. Plaut. uritur adjectivè *Regilla inducula*, eodem ſenſu. Eratq; auro

& purpura intertexta, nec non potentioribus mulieribus uſurpata, Førſtelig Quindedract.

Regius, a, um, quod eſt regis, vel rege dignum, Kongens / Kongeligt. *Regius paſtor. regia poteſtas, apparatus regius. nutus regius. Virtus, cultus regius. Charta regia*, Kegaal Papir. *Regia pecunia & ſuppellectilis.* Et *morbus regius*, qui aliàs aurigo, ſic dictus, vel quod mulſo regum potu curetur: vel quia eo morbo affectum regio apparatu, h. e. lecto & conclavi cultiore & ludis laſciviaq; uti perutile ſit, tanquam per quæ mens ægrotantis exhilaratur, Gulſot.

Regia, æ, f. pr. Domicilium & aula regis, Kongelig Hus oc Bolig.

Regiè, modo regio, & conſequenter crudeliter, imperiosè, ſevere. Ut, *ſi in hunc animadvertiſſem, crudeliter & regiè factum eſſe dicerent.*

Regalis, le. om. t. quod regem decet, Kongeligt: vel rege dignum. Ut *regale ei viſum eſt agri colendi ſtudium; divinare regale ducebant. Regalis menſa, regalis turba, regalis lupus.*

Regaliter, modo regali, regum more. Ut *precibus minas regaliter addit.*

Regaliolus, m. ſ. avis nomen: ſic dictus quaſi rex avium, Fule Konge.

Compoſita.

Interrex, egis, m. t. qui demortui regis locum tenet, donec alter creatur, Regieringe Herre.

Interregnum, gni, n. ſ. tempus quo regnum rege vacat, dum creatur novus, Regieringen.

Dierecti, m. ſ. à veteribus dicti ſunt crucifixi quaſi ſub dio vel in die ſeu ad diem erecti, Kaarefeſt / hengt op mod Dagen oc Solen. Et adverbialiter directo, pro in malam crucem. Ut, *tu quin i directa cum ſucculâ & cum porculis*, I Galgen.

Directarii, m. ſ. qui in aliena cœnacula furandi animo & malefico ſe dirigunt, Tiuffue ſom indbryder oc ſniger ſig i Huſe at ſtiæle oc ſnappe. Sed & hic aliàs legitur Diætarii.

Compoſita alia.

Arrigo, q. aliquid ad dictum factumve, aliquid ſurſum rego, Reiß op med. *Arrigit comas; arrigit aures.* Et translatè *arrigit mihi aures ſermone ſuo*, Kommer mig til at høre / høre til. Vide infra in erigo. Sic *arrigere aliquem ſibi animum alicujus.*

Arrectus, a, um, quod arreximus. Ut, *arrectæ horrore comæ. arrectis auribus aſtant.*

Arrectarius, a, um, quod arrectum ſtat. Ut, *aſſer arrectarius in pariete qui arrectus eſt*, Opſtander ſtolpe. Et abſolutè numero plurali *arrectaria, orum*, tigna tecti divaricata, Spær paa Hus. Sic *Arrectaria ſuccula* divaricata duo tigna quorum pedibus ſuccula inſeritur capitibus ſuis, Kran Spær eller opſtander paa nogen. Kran eller Vinde.

Corrigo, in melius rego emendo, Setter til rette / kommer i laſſue / retter / forbedrer. *Corrigit mores, corrigit gnatum. curſu corrigit tarditatem.*

Correctio, onis, actus, quo corrigimus & corrigimur, Rettelſe / forbedrelſe / refſelſe. *Correctio philoſophiæ.* Item Rhetoricis, exornatio quædam Rhetorica.

Corrector, oris, m. t. qui corrigit.

Correctus, a, um, quod correximus, Rettet / Refſet / ſat i laſſue / forbedret.

Incorrectus, a, um, non correctus, Som er icke rettet / vncorrigierit / vnoffuerſeet / vildſomt. *Opus incorrectum.*

Dirigo,

Dirigo, rectà rego, Styrer/ ſtiller ræt frem. *Dirigere normam, dirigere iter, dirigere oculos, aciem.* Et translatè, *dirigere mores. Vita principis cenſura eſt, ad quam dirigimur.*

Directus, a, um, quod direximus, Ræt ſtillet. *Directi pedes, iter, ordo.*

Indirectus, Quintiliano non directus. Ut *oratio indirecta*, pro incomposita & inornata, Icke ræt ſtillet/ icke vel ſtillet/ ilde giort.

Directè, directius, modo directo. Ut *dicere directè.*

Directò, adverb. ut *directò ſpectat.*

Erigo, quaſi ſurſum rego; Opreiſer / opretter. *Statim homo ſe erexit. erige aures Pamphile,* i. e. auſculta: metaphora ſumpta ab equis, qui ad ſonos & clamores aures erigunt: in qua tamen ſignificatione aliter legitur arrige. Item translatè conſolor, quaſi verbis animum dejectum erigo, Troſter / kommer paa Fode igien. *Afflictum erexit.*

Erectus, a, um, quod ereximus, tropicè & translatè, Opreiſt/ Ranck/ haffuer mod til. *Ad libertatem recuperandam ſunt erecti.* Et *erectus & celſus homo*, høy oc ranck. *Signa erecta*, flyffuende faffne: indicium rei bene geſtæ. Et comparat. erectior. Ut *erectior erat ſenatus noſtris ſententiis & cohortationibus.*

Pergo, idem quod dirigo, ſed cum quadam continuatione & abſolutione, q. iter ſtudiosè aliquò dirigo, Strunder hen/ gaar/ vandrer oc reiſer fort. *Pergo viam, pergo iter. viam pergo in Italiam, nunc ad eum pergam, domum pergam, & ire domum pergam. in dimicationem pergit.* Item pergo, perſevero in re aliqua, Bliffuer ved. *Si moleſtus eſſe pergis, intrò abripere.* Item *perge in virum*, i. e. oſtende te virum fortem & animoſum. Ponitur interdum pro præteréo, Gaar for offuer. *Pergo præterita.*

Pergula, æ, f. pr. appendix ædificii publicum ſpectans ápetto latere, aut tectus, aut ſub dio a pergo dictus, quod in eo ſolebant de ambulare, focumq; aut hortum, aut plateas, aut vias perſpectare, & quandoq; cœnare æſtivis temporibus. Artifices etiam & magiſtri, qui minus noti erant in illis, primum ſolebant opera ſua proponere aut docere, ut populo innoteſcerent Item lenones in ſuis quæ erant ſcorta proſtituebant, Skru / forheng oc forbygning paa noget Huß / ſaaſom en omgang eller ſuale. Sic pergula, locus eodem modo ad publicum conſtructus exponendis venalibus, Kramboe/ eller Boe bygt for vd paa Huſen. Item pergula in navi, excurſus per totam navim, Skibsgang/ offuerloff eller gelderj. Item in vineis ſignificat opus topiarium & concamerationes; Spatziergang vdi Haffuer.

Pergulanus, a, um, ut vitis pergulana, quæ pergulis adjungitur & ſuſtinetur, Vinſtock omkring gangene.

Expergo, quaſi exporrigo & à ſomno excito, Opvecker. Unde translatè, *expergite pectora, expergite animum*, Vær ter flittige/ Aarvagne oc duelige.

Expergiſcor, eris, experrectus ſum, dep. t. q. exporrigendo me ſomno excitor, Vaagner op. *Si dormis expergiſcere.*

Expergiſco, veterib. n. t. pro expergiſcor.

Expergitus, part. pen. corrept. Lucret. quem experreximus, Opvact.

Experrectus, a, um, qui evigilavit, ut Feſtus docet, Opvact. Et translatè *nobilitas experrecta Rempublicam liberabit*, Modig/ friumodig.

Inexperrectus, non experrectus, Soffuende icke vaagen.

Porrigo, q. porro rego & extendo, Vdſtrecker/ vdrecker. *Manum porrigit ad tradendum: hominem pedibus porrigit ut occiſam ſuem*, Strecker hannem vd med Beenene. Sic porrigere pro proſternere & interficere & q. humi mortuum extendere. Ut *longo porrexit vulnere pardum.* Item porrigendo & oſtensâ manu offero, Recker en nogit. *Libellum ei trepidè porrigit.* Et tropicè, *manum ei porrigit*, pro auxiliatur. Item *porrigit herbam*, i. e. ſe victum fatetur: à more antiquo, quo in ſignum victoriæ herbam porrigebant.

Porrectio, onis, porrigendi actus. Ut *porrectio digitorum.*

Porrectus, a, um, quod porreximus & extendimus, Vdract/ henract. *Porrecta manus. fama & majeſtas imperii porrecta ad orbem.* Et amiſſo tempore, *frons porrecta*, i. e. hilaris: quia in rebus lætis cutem frontis extendere ſolemus, Blid / oc glad Anſict. Item *pes porrectus*, i. e. juſta pedis menſura, en Fod lang. *Purpurea porrectum in veſte locavit.* Et *porrectus*, i.e. ſtratus; *Vigilat ad ingentem frumenti acervum.*

Exporrigo & exporgo q. porrigendo extendo, Vdſtrecker/vdrecker. *Exporrigere munitiones*, Brede / ſlaa Eid vd. Et translate, *exporrigere frontem* eſt hilareſcere, Være lyſtig oc glad.

Exporrectus, a, um; ut *frons exporrecta*, Glat / ſlet pande / ſtierne. Signum ſerenitatis animi. Ut *homo exporrectæ frontis*, Mild / Blid.

Subrigo, ſive ſurrigo in altum elevo, ſurſum levo & erigo. Ut *paulatim ſe ſubrigit*, Reiſer ſig op. Sic *ſubrigit aures*, Reiſer ørene.

Subrectus, a, um, Silio. Ut *ilia cornipedis ſubrecta cuſpide tranſit.*

Surgo, antiquè ſurrego ſurſum me erigo, Staar op/reiſer mig. *E lectulo ſurrexit, ſtrato ſurrexit Palinurus. Prætor ſurrexit de ſella.* Et translatè *venti ſurgunt*, i. e. paulatim ſe erigunt, & flare incipiunt, Vejr reiſer ſig. Item *ædificia ſurgunt*, i. e. paulatim à fundamento ad tecti faſtigium attolluntur. Item *animo ſententia ſurgit*, i. e. oritur & paulatim creſcit. Et *ſurgunt arbores, ſurgit Aſcanius*, i. e. creſcit & augeſcit.

Surrigo, is, xi, ctum, act. t. ſurſum erigo. Ut *ſurrigit aures*, Opreiſet.

Surrectus, a, um, quod ſurreximus, Opreiſt. *Surrectus mucro. cornua ſurrecta*, Reiſt ræt op.

Aſſurgo, is, honoris ergo ſurgit, Staar op / reiſe mig op nogen til ære. *Nemo tibi in curiam venienti aſſurrexit.* Et paſſivè, *ſalutari, appeti, aſſurgi.* Item impersonaliter, *majoribus natu aſſurgitur.* Item translatè eodo. Ut, *aſſurgit Muſæ noſtra camœna tuæ.* Item excreſco & altus fio. Ut, *terra nive in ſeptem ulnas aſſurgit.* Sic & *plantæ* dicuntur *aſſurgere*, cùm creſcunt. Item colles, qui non ardui ſunt, ſed acclives quippe qui paulatim in altitudinem tendunt.

Conſurgo, ſimul ſurgo, Staar op med anden tillige. *Conſurrexere omnes.* Item conſurgo, honoris gratia ſurgo, Reiſer ſig / ſtaar op en and en til ære. *Conſurgitur* impersonale, Mand ſtaar eller reiß ſig op.

Conſurrectio, onis, conſurgendi actus.

Exſurgo, idem quod ſurgo, Staar op/ reiſer. *Exſurge, pater advenit.* Et translatè, *exſurgit Reſpublica noſtra autoritate*, i. e. confirmatur, erigitur, recreatur; Kommer op/ kommer paa fode.

Inſur-

Inſurgo, in aliquid ſurgo & vi quadam, Staar op imod nogen/ Reiß op imod. *Inſurgere alicui, & in aliquem.* Et *inſurgere remis*, Reiſe ſig op aff all mact med Aarerne: Iisq; incumbere & vehementer adniti, Roe ſtifft. Item translatè *inſurgit oratio*, en tale reiß ſig: Cum ita creſcit, ut ſequentia ponderoſiora ſint prioribus.

Reſurgo, iterum ſurgo, Staar op igien. *Mane reſurgebam.* Et translatè emergo, reſtituor. Ut, *eversa reſurget Troja. Reſurrexit majeſtas populi Romani*, Reiß ſig op igien/ kommer paa fode. Sic, *herba reſurgere* dicitur, quæ iterum creſcit. Ut, *herba cæſa reſurgit*, Voxer op igien. Et *reſurgit amor, ira*, Tendis igien.

REMI, orum, cujus ſingulare Remus pr. prod. m. ſ. lignamenta, quibus ceu brachiis ſeu pedibus agitur navis, à ῥέω fluo. Iſidoro à removeo, q. à removendis & decutiendis fluctibus: vel à rego, q. à regenda navi. vel ab ἐρέτμος, ejusdem ſignificationis ab ἐρέσσω remigo, Aarer. Inde translatè: *Velis remisq; fugit*, i. e. properat cum ſumma feſtinatione.

Remillum, Feſto, repandum à remi ſimilitudine.

Compoſita.

Biremis, is, f. t. navis eſt duos remorum ordines habens, Galei/ Pram/ oc huor der brugis tu Aarer ſkifft. Deſcribitur & navis, quæ à puppe malum verſus binis agitur remis, à malo vero ad proram uno tantum.

Deciremis, navigii genus decem remorum ordines habens, Stor Galei med mange Aarer.

Quadriremis, navis quæ in ſingulis ſedibus quatuor remos habet.

Quinq;remis, navis quinque remorum ordines habens.

Triremis, navis eſt longior & humilior: ſic dicta à terno remorum ordine, Galei.

RENES, num, m. t. pr. prod. & antiquè rienes, viſcera duo, unum in dextera, alterum in ſiniſtro latere ad lumbos, non procul à vena cava ſita, ſanguinis ſerum; i. e. urinam per venas emulgentes attrahentia, & per longos quosdam meatus ad veſicam tranſmittentia à ῥέω fluo, quod per eos tanquam per colum quoddam fluat urina, Nyrer. Tropicè apud antiquos ponuntur præ lumbis. Ut apud Nemeſianam: *Renibus ampla ſatis validis, deductaq; coxæ.* Iſidorus ex Varrone innuit. humores venereos in ipſis generari indeq; decurrere.

REOR, eris, ratus d. ſ. certus ſum rem ſe habere. ſicut concepi mente, à Res q. circa rem occupor, rem animo volvo, Meen noget til viſſe haffuer en meening om. *Rentur in ſe magnas eſſe virtutes. rentur ſe indè maximam gloriam conſequi. rentur hoc fore.*

Ratus, a, um, tiſſimus, pr. corr. pro fixo, conſtanti, immobili & q. quod mentis conceptu, judicio, ſententia, & decreto, certum eſt & fixum, Viß oc faſt. *Ratum eſt, quicquid egi. rati ordines aſtrorum, rati curſus. tribunatus ejus ratus eſt. juſſum ratum. Teſtamentum ratum.* Et *hoc mihi ratum eſt*, pro approbo. Item *ratum habeo* pro eodem. Et *ratum facio*, pro confirmo, Jeg giør det got/ giør viſt oc faſt. *Quicquid egit, alii ratum habent*, De giør hannem det got. Item *pro rata aut pro rata parte, aut rata portione reddit, dat aliquid*, i. e. ex proportione quadam, Effter ſom det er til/ ſom det kand raale/ ſom hans anpart kand være. Item *ratæ preces*, i. e. exauditæ.

Ratio, onis, f. t. vis animæ ſeu intellectus judicium dirigens in cauſis & effectibus, de certo actionum rerumq; modo, q. quæ res retur, volvit, diſcutit & dirigit, Skæl oc Fornufft. *Homo ratione præditus eſt. cætera ratione carent. Ratio lux lumenq; vitæ. Homo ratione utens*, Beſkedenlig. Hinc *rationem diverſorum hominum habet*, i. e. ratione utitur in diſcernendo, Giør forſkæl paa/ acter oc anſeer huors vilkor/ giffuer act paa huers. *Habeo rationem dierum*, Giffuer act paa dage/ huordan de ere eller falder. *Abſentis rationem habet*, Haffuer hannem vdi act/ ſeer til hans vilkor/ villie gaffn oc beſte. Item ratio tropicè, cauſa, quæ movet rationem, ad concludendum, Aarſag til huad mand ſlutter/ Beſkeden. *Reddit rationem cur inſit. reddit rationem de factis aliorum.* Sic, *ratio officii mei conſilii. Rumoribus mecum pugnes, ego etiam rationes requiro.* Item via, modus & conditio, quaſi quæ loco cauſæ eſt, Skickelſe/ vilkor oc maade/ fadzon oc beſkeden paa noget. *Vitæ meæ ratio. ratio vivendi, agendi, dicendi, gerendi magiſtratus.* Sic *vera rei ratio*, Det rette griff paa noget. Item negotium, res, factum, Handel. *Suas rationes anteponit Reipublicæ.* Sic *ratio numaria. ratio belli Gallici*, Peng handel/ Krigshandel oc væſen. Et *rationes cum Muſis, cum rege habet*, i. e. negotium, haffuer handel/ anſlag/ forſtand med dem. Item propoſitum, conſilium, deſiderium. Item *noſtra ratio eſt, ut omnes boni ſabeant, improbi oderint*, Forſæt oc villie. Item judicium, lis, cauſa forenſis. Ut, *bona ratio conſligit cum perdita*, i. e. cauſa & pars, Den gode part/ eller ſom haffuer ræt paa at ſtaa: Sic *nulla ratio amittere hanc occaſionem, nulla ratio perſequi illum*, Skellig oc billig Aarſage. Item, libellus vel concepta oratio accepti & expenſi, Regenſkab: In quo quaſi ratio & cauſa cujusq; redditur. Ut *ratio accepti*, Indrecte Bog. *Ratio expenſi*, Vdgifft Bog oc Regiſter. *Ratio ſumptuaria*, Regenſkab paa beſoſtning. *Reddere rationem vitæ*, Giøre Regenſkab/ hvor dan mand haffuer leſſuit. *Reddere rationem dictorum, factorum.* Item tractatio, diſputatio, rationes & cauſas rei continens. Ut, *continet hanc quæſtionem ea ratio, qua eſt de natura Deorum.*

Ratiuncula, æ, f. pr. parva ratio. Et ſpecialiter, futilis & levis aliqua ratio, Liden beſkeden oc ſkallet Aarſage. Item conceptio brevis & alicujus exigui dati aut expenſi, Lidet Regenſkab.

Rationalis, le, om. t. quod rationem habet. Ut, *animal rationale homo*, Fornufftige Dior. Et *cauſa rationalis*, ubi ratio ut cauſa quæritur. Item abſolute Lamprid. *Rationalis* qui præeſt rationibus acceptorum & expenſorum. Et Eccleſiaſticis *Rationale*, pannus brevior apud Hebræos ex auro, & palmi manus magnitudine, græca voce λόγιον ſive λογεῖον, ex quo pectori admoto oracula captabant.

Rationarius, m. ſ. Svet. liber rationum, Regenſkab Bog.

Ratiocinor, aris, dep. pr. rationibus & cauſis aliquid colligo, concludoq;, ratione utor. Item rationes ineo, Sancker oc ſamler noger fornuffteligen/ med god beſkeden/ giør ſig tancker om noget. *Ratiocinatus eſt de magnitudine illius rei.* Et *de pecunia ratiocinari ſordidum eſt.*

Rationabilis, le, om. t. Quint. idem quod rationalis. Ut *animal rationabile*.

Ratiocinium, Colum. idem quod ratiocinatio. Ut *expeditum eſt hujus rei ratiocinium.*

Ratiocí-

Ratiocinatio, onis, ratiocinandi actus, Vild betenckelse frem oc tilbage om nogen ting. Item argumenti genus ex duobus pronunciatis conclusionem inferens.

Ratiocinativus, a, um, quod ad ratiocinationem pertinet. Ut, *genus orationis ratiocinativum. status ratiocinativus.*

Ratiocinator, oris, m. t. qui ratiocinatur. Et speciatim, qui subducendæ rationis peritus est, Bogholder / Regenskabs Mester.

Compos.

Irritus, a, um, non ratus, Rygget/vfast/vvist. *Quod ratum erat, modo est irritum.* Hinc *labor irritus. preces irritæ,* Forgæffs arbeide/Bøner. *Testamentum irritum, verba irrita,* Ord til forgæffs / som staa icke forfalde / holdis icke forgot / gioris icke got. Sic *Telum irritum. Ovum irritum,* græcâ voce Hypenemium, Vind Eeg. Item irritus, ad nihilum redactus, Bleffuen til inter / vdslet. *Irritum scelus, irritum peccatum.*

REPO, is, pſi, ptum, n. t. pr. pro. propriè de iis animalibus quæ quidem pedes habent, sed breviores ignobiliores sq;, & quibus ægrè ambulant, seu lente admodum gradiuntur, ab ἕρπω, serpo, repo; quod serpere potiùs videantur quàm incedere, ut lacertæ & similia, Kryber. Inde de iis dicitur quæ pedibus carentia ventre gradiuntur. Item translatè dicuntur, *radices repere*, cum sese propagant & diffundunt, Spræder sig vd.

Repens, om. t. qui repit. Ut, *repens humi.*

Reptile, is, n. t. quicquid repit, Krybende Diur.

Repticius, a, um, Salust. quod clanculum irrepsit. Ut, *cibis repticius*, sed suspecta est lectio pro irrepticius.

Repto, as, n. pr. sæpe seu continuo repo. Et translatè lentè & insigniter incedo, Gaar frybende.

Reptatus, us, m. q. reptandi actus, Kryben. *Reptatus animalis, radicum, herbarum.*

Repens, tis, om. t. pr. corr. contra nat. primit. pro inopinatus vel subitus, per antiphrasin, q. quod non repens, & sensim obvenit, sed contrario quodam motu, Hastig/ snar. *Repens hostium adventus. fama repens belli. religio repens. repens discordia surgit.* Aliter, repens per concisionem, à reperens. Ut *recens à recidens.*

Repente, modo repenti, Hasteligen. *Repentè præter spem dixit.*

Repentinus, a, um, quod fit repente. Ut *mors repentina, bellum repentinum*, Som kommer paa før end mand vid aff. *Homo repentinus*, qui subitò repenteq; in hominum cognitionem, famam, commendationemq; pervenit, Som kommer soffuendis til nogen høyhed / med en hast.

Repentinò, modo repentino, vforvarende oc hastelige. *Repentinò mortuus est.*

Repentia, æ, f. pr. Lucr. repentis rei affectus, & conditio.

Derepente, adverb. significans ex modo repentino, med hast: vel valde repente, Megit/ saare hasteligen. *Corripuit derepente tacitus sese ad filium. Derepente irrupit in domum.*

Composita.

Funirepus, qui per funes repit & graditur, Som løber eller dantzer paa Rebe/spiller paa Rebe oc Liner.

Adrepo, vel arrepo ad aliquid repo, Kryber til. *Adrepit infans mammam morientis matris.* Et translatè sensim me insinuo & paulatim accedo. Ut, *ad ipsius amicitiam arrepsit*, Sneg sig ind.

Arrepticius, a, um, quod arrepit vel irrepit & latenter subit.

Correpo, idem quod simplex repo. Ut *ad indumenta correpit*, Kryber i Buſk.

Erepo, ex loco abdito in lucem repo, Vdkryber / Kryber frem. Diciturq; tum de repentibus proprie, tum translatè de sensim incedentibus.

Irrepo, q. in aliquid repo, & significat latenter more reptilium ingredior, Indkryber / kommer krybendis ind / kommer saa sact oc snigendis ind. *Morbus hic in Italiam irrepsit.* Et *irrepebat hoc in hominum mentes. irrepit in gratiam ejus.*

Irrepticius, a, um, quod irrepsit. Ut *irrepticius civis*, qui origine civis non est; sed irrepsit in civitatem.

Irrepto, as, frequenter irrepo.

Obrepo, contra repo vel adrepo, & quidem latenter & tacitè, Kommer krybende/snigende/paakommer saa snigendis / sniger sig til. *Obrepit mihi fames, morbus, mors, senectus, somnus, dies.* Et *obrepunt imagines in animos dormientium.* Et *obrepere ad Magistratus* dicitur aliquis, qui falsa specie sapientiæ, probitatis doctrinævè, ad Magistratus assumitur. Sic *obrepere ad honores.*

Obreptio, onis, obrependi actus, Paasnigelse. Et speciali Jurisconſ. quâ quis ad munus aliquod ineptus assumitur.

Obrepto, tas, sæpius & freqdenter obrepo.

Perrepo, rependo perremio, Kryber ad / kryber op. *Maceries lebigatur ne felis aut vipera perrepat. Ad præsepia gallina aut sus perrepit*, i.e. occultè & paulatim pervenit, sniger sig til. Et translatè, *vitis in aliena juga perrepit.*

Perrepto, tardè & cum labore ambulo. Ut *perreptat usq; ad oppidum, ad portum, ad lacum*, Gaar med stor besuærlighed. Sic *perreptabi omnes plateas.*

Prorepo, ultrà repo, vel sensim in lucem prodeo, Kryber frem/ kommer saa sact frem til linset. *Prorepunt animalia terris.*

Surrepo sive subrepo. sensim ingredior, latenter me insinuo q. clam & latenter repo aut sub aliquid clam repo, aut irrepo, Kryber saa sacteligen/kryber vnder eller vd. *Subrepens Apollo sagittâ lacertæ insidiabatur.* Et *Clathris subrepit*, Kryber til. Et translatè *subrepere animo* dicitur aliquid, quod clam se in animum alicujus insinuat, Sniger sig ind. Sic *oblivio, ætas, subrepit*, Kommer paa. Et *subrepit sub tabulas.*

Subrepticius, a, um, quod subreptum est. Ut, *literæ subreptitiæ*, quæ ad falsam alicujus suggestionem concessæ sunt, Til snegen Breffue effter falsk beretning. Aliter hoc à subripio quasi quas quis sibi surripuit in locum verarum.

RES, rei, f. q. Quicquid concipitur, concipive potest, & de quo dicitur aut agitur sive in foro sive extra, sive in rebus publicis, sive privatis à græco ῥῆσις, quod significat dictum, sententiam, orationem. Unde & antiquis latinis dicebatur Reses, Sag / handel / gierning / handtering / bestilling oc nogen ting. Hinc *res divina*, Gudstienste/ Helligdom. *Res familiaris. res forensis. res navalis: res militaris. res frumentaria. Hoc nihil ad rem. Oratio rem ipsam continet. Res mihi eum reo est*, i. e. negotium. Item *re doctus, re bonus*, q d. med gierningen. Sic *re præsta*, I sandhed/med gierningen. *Ea re, ob eam rem*, i.e. propterea, derfor/for det stycke. *Is metuit & ea re fugit.* Item res pluraliter nonnunquam pro genitalibus. Ut *rebus curam adhibebat. res inguinibus formatæ.* Item in plurali significat peculium,

ut pecunias, numos, utensilia, suppellectilem, prædia, agros &c. Godz oc tingist/vare. *Res tuas tibi habeas,* Din vare / tingist / pick pack. Unde *res longæ, res malæ, res pauperculæ.* Item *res cibi,* i. e. cibus, Mad vare. *Res voluptatum,* i. e. voluptas. *Res amoris. Nihil est in rebus meis, quod tuis usui esse possit. Res opem facient, pondus, fidemq;.* Aliter res ab antiquo ῥὴν ovis unde ῥηνίκες ovium pelles; scilicet à pecore, quæ opes erant antiquorum.

Recula, æ, parva res, exigua, minutula res. Et speciatim, curta illa bonorum suppellex.

Reus, m. s. de cujus re contenditur, cujus res in controversia est, sive ea dictum sit, sive negotium, sive factum, Sagskyldig/ skyldig/ beskyldet. *Reus voti, reus audaciæ, culpæ alienæ, rei capitalis. reus furti, & de furto.* Neq; tamen reus tantum qui aliquid commisit, sed etiam qui liber & innocens est, in foro accusatur, alicujus nimirum conficti criminis, Beskyld. *Reum innocentissimum facile absolvebat.*

Reatus, us, m. q. rei hominis status & conditio habitus sunt demissus, pannosus, squallidus, & misericordiæ aucupatorius. Inde Jurisconsi. & Ecclesiasticis pro ipso crimine, Skyld / skyldighed.

Composita.

Correi, apud Jurisconsi. qui ejusdem causæ rei sunt, Medskyldig i nogen sag.

Quare, adverb. notans causam impellentem q. d. qua re, qua causa: quæritq; vel de ea causa: vel ex ea concludit, Huorfor. *Quare hoc negasti? Quare quod socium tibi eum velles adjungere nihil erat.* Item *omnia feci, quare resisterem;* pro ut resisterem.

Quamobrem, ex tribus dictionibus, quam ob rem. Ut *quatuor sunt quamobrē maximè laudatur Imperator. Multa veniunt in mentem, quamobrem laborem non defugio.*

Cur, adverb. interrogans de causa facti: estq; contractum ex Quare, Huorfor. *Cur me crucio! cur me macero?* i. e. quam ob causam. *Non fuit causa, cur tantum laborem caperes.*

Siremps, antiquis pro similis res ipsa.

RESINA, æ, duab. prioribus product. humor oleosus è vivis manans arboribus, ut cerasо, lentisco, picea, balsamo, larice, terebintho, à ῥέω fluo; vel immediate à ῥητίνη ejusdem & originis & significationis, Saasom Kirse quad/ Tærpentin/ Haarpix.

Resinaceus, a, um, quod resinam refert. Ut *Resinaceum semen.*

Resinatus, a, um, resinâ illitus. Ut resinatum vinum, quod resina conditum est: seu resinato dolio conditum. Et *resinata juventus,* quæ resinâ detraxerat pilos pudendorum in amatorum gratiam.

Resinosus, a, um, resina abundans.

RESTIS, is, f. t. linamentum quoddam sive alia consimilis materia, ut pili, aut arborum libri, contortum, quo aliquid restat, retro stat & retinetur: vel à rete, quod in restibus retia tendantur, Reb/ Snore. Dicitur autem *res ad restim venit,* pro ad summum discrimen & desperationem, quasi ad eum statum adducta, ut de suspendio sit cogitandum. Item *restim ducere* dicuntur in saltatione Chori puerorum puellarumq; manu conserti, Langdantz / huor den ene haffuer den anden i haanden. Nam & per manus restis dabatur saltantibus. Item translatè dicuntur *restes,* connexa aliorum capita.

Resticula, æ, parva restis, tum propriè, tum translatè.

Restio, onis, m. t. qui restes conficit, Rebslaar. Item Plaut. qui se pensilem facit laqueo, resti strangulatus q. d. Som slaar Reb aff sig selff oc henger sig.

RETE, is, n. t. & antiquè retis, com. gen. pr. long. instrumentum capturæ piscium & ferarum paratum: sic dictum à retinеo, quod ingressi pisces eo retineantur, Fiskegarn/ Diurgarn/ recker/ Diurpande.

Reticulum, li, n. s. parvum rete. Item tegmen capitis muliebre ad formam retis factum, Snørhue/ Traadhue. Ponitur pro fascia, lanea vel linea, tenuissimo lino, minutis maculis, rosis plena, & naribus admoveri solita: vel ad faciendos odores vel obducendam faciem ne gestans agnosceretur. Item pro sacculo in modum retis contextum, quo viatores pecuniam & panem gestarunt. Item instrumenrum lusorium, quo pilâ luditur, Boldgarn/ Racket garn.

Reticulus, m. s. idem quod reticulum, pro fascia illa faciei. Item opus quoddam in structuris retis formam referens.

Retiarius, m. s. gladiator qui adversarium Mirmillonem reti ad id sub scuto gestato involuturus erat, insequens euntem, carmenq; hoc occinens: non te peto, piscem peto, quid me fugis Galle? Erat enim instructus adversarius, gallica armatura, habuitq; piscis effigiem in summo galeæ cono.

Reticulatus, a, um, quod ad modum retis factum est, ut *reticulatum opus, reticulata structura,* quæ figuram retis & plagarum referebat, Saasom tralleverckt Rudervirk.

Retæ, arum, f. pr. arbores quæ ex ripis fluminum eminent: aut in alveis ipsorum extant à retibus dictæ, quod retium instar retineant prætereuntes naves & quasi irretiant. Unde *retanda flumina locari solebant,* i. e. purganda, ne quid moræ aut periculi navibus fieret.

Composita.

Circumretio, is, act. q. implico & impedio q. reti quodam involvo, Hælder/ besnærer paa alle sider. Unde translatè apud Lucret. *Circumretit enim jus, atq; injuria quemq;.*

Circumretitus, a, um, quod circumretivimus. Ut, *frequentia populi circumretitus.*

Irretio, is, act. q. reti involvo: significatq; translatè dolo capio, Besnærer/ Jvickler. *Irretire se erratis,* Besnære eller føre sig i vildfarelse. *Tacentem ara, loquentem te irretiat?* Et *irretire aliquem illecebris,* pro allectare & decipere, Bedrage en/ tillocke til noget. Sic *irretire judiciis.*

Irretitus, a, um, quem irretivimus, Besnæret oc ivicklet. *Ulysses cantiunculis irretitus.* Et *irretitus odio, fœdere.*

Obretio, is, reti circumdo aut implico, Snærer oc indvickler/ fanger i garn. *Telis aranearum obretitur.*

RHAPANUS, sive raphanus, ῥάφανος, genus radicis esculentæ & acrioris saporis, Bitter Raditz / Bitter roed. Unde *rhaphanus major* & napus Persicus, Pebberroed.

RHEDA, æ, f. pr. pr. product. genus curriculi levis & expediti, inventione, & dictionis impositione Gallicum: sed & quo usi sunt Romani nobiliores in villas suas, aut alio animi gratia ituri, En liden/ læt/ ferdisvogn. Isidorus legit, Rheda definitq; vehiculum quatuor rotarum. Item veteri voce Reta à rotis.

Rhedarius, a, um, quod ad rhedam pertinet, ut *mulus rhedarius,* qui rhedam ducit. Et absolutè *Rhedarius,* qui rhedam agit.

Compos.

Compoſ.

Epirhedium, ii, n. ſ. Juvenal. vehiculi genus, vel idem cum rheda, vel ſimile quid rhedæ.

RHENO, ſive Reno, ónis, m. t. villamen villoſum humeros pectusq; integens usq; ad umbilicum: ſic dictus vel à Rheni accolis, quibus admodum familiaris erat, vel à ῥῆνες, i. e. oves, quarum erant exuviæ, Skindtrøye.

RHETOR, oris, m. t. qui artem oratoriam docet, Græcè ῥήτωρ.

Rhetoricus, a, um, quod eſt Rhetoris. Ut, *ars Rhetorica. libri Rhetorici. mos Rhetoricus.* Et abſolutè *Rhetorici*, libri de Rhetorica conſcripti. Et *Rhetorica, corum*, n. pl. pro eodem. Item *Rhetorica, æ*, f. pr. ars ipſa quam tractat Rhetor.

Rhetoricoteros, Lucil. magis Rhetor vel magis Orator.

Rhetoricè ornatu Rhetorico. Ut *Rhetoricè hanc mortem ornat, Rhetoricè diſputat.*

Rhetoricor apud Hier. dep. pr. Rhetorum more loquor.

Rhetoriſſo, Græca imitatione, pro Rhetoricè loquor.

RHOMBUS, m. ſ. ῥόμβος, rota aut rotæ figuram habens. Et ſpecialiter rota magica, quâ maleficæ lunam cœlo deducebant. Item inſtrumentum ex quo fila glomerant & in glomos ducunt, Garn vinde. Item nomen piſcis è genere planorum. Unde *Rhombus aculeatus*, Pighuarre. *Rhombus lævis*, Trindbyt.

RHONCHUS, m. ſ. ῥόγχος, ſonus quem edunt alitiùs ſtertentes, Snorcke. Et translatè irriſio. Nam irridentes & irati ſimilem effingunt ſonum.

Rhonchiſſo, as, n. pr. rhonchum ſonum edo.

RHYTHMUS, m. ſ. ῥύθμος, in Muſica & Poëſi numerus eſt ſeu modulatio, certa dimenſione & proportione conſtans, Saaſom Viiſe/Sang Viiſe/Rim.

Rhythmicus, m. ſ. qui ſtudiosè numeros ligat quos Muſici canant ad Lyram, quin ipſi poetæ Lyrici, Viiſe-dicter.

RICA, æ, f. pr. flameum erat flaminicæ; virginum & mulierum ſacrificantium, quadratum capitis veſtimentum, fimbriatum & purpureum à ῥάκος, panniculus; linteolum, Quinde hoffuet hengel/hoffuet ſløyer. Aliter conciſum habetur à ricinium quaſi parvum ricinium & palliolum: ferturq; fuiſſe ex lana ſuccida & colore cæruleo. In Juvenale legitur compoſitum *Ricidipna* à Rica & δεῖπνον cœna, q. d. veſtes cænatorias.

Ricula, æ, f. pr. idem exponitur & cingulum muliebre capitis, quo pro vitta flaminica utebantur.

Ricinium ſive Recinium, n. ſ. idem cum ſtola, veſtimentum ſcilicet muliebre quadratum, quod cooperto capite & ſcapula à dextro latere in lævum humerum mittitur. Sic dictum per productionem à Rica. Item quòd dimidia ejus pars retro jaciatur q. rejicinium. Exponitur & toga virilis prætexta clavo purpureo. Item veſtis muliebris lugubris & in funeribus adhiberi ſolita.

Reciniati ſive Riciniati. Mimi dicti ſunt qui erant planipedes à recinio veſte.

RICINUS, m. ſ. vermiculus qui innaſcitur à ſordibus in barba, ala, inguine hominum: nec non qui canibus & pecoribus infeſtus eſt, fœdus, lividus & ſanguine plenus, à rictu vel à rigore, quem animali excitat vel à ῥικνὸς, rugoſus, deformis, propter deformitatem, Fladluß/ Hundluß/ Hundetæge/ Ouægluß/ Faaretæge. Item genus herbæ, vel fruticis grana ferentis ricinis animalibus ſimilia. Aliter quaſi oricinus ab aute canis, quia auribus canum infeſtè inhæret.

RIDEO, des, ſi, ſum, pr. prod. n. ſ. ex titillatione quadam animi, & præcordiorum dilatione propter rei inſolentiam os dilato ſæpe etiam cum ſono aliquo ex pectore: à rictu oris diducta voce, vel dictione quadam antiqua Æolenſium ut docet Scaliger, Leer. *M. Craſſus ſemel in vita riſit.* Et cum caſu cognatæ ſignificationis: ridet riſum. Et translatè ad inanimata. *Ridet domus, tellus, rident herbæ*, cum ſpectantium oculos coloris, amœnitate oblectant. *Rident omnia*, Seer mild vd. Sic *ridet argento domus.* Item *ridentes aquæ, ridet tempeſtas hilaritatis plena*, Det Leer ad nogen. *Ridere labris*, ſignificat riſum ſimulatum. *Ridet mâlis* (i.e. ore) *alienis*, pro coactè & ſimulatè ridet, quaſi non ſuo ſed alieno ore. *Ridere parentes* Virgil. pro ridere ad parentes, Leer ad Forældrene: Ut ſolent infantes, quibus blandiuntur nutrices. Sic rideo pro arrideo, & quidem cum caſu dativo. Ut, *riſit pater optimus illi* Item veteribus adulor. Item pro derideo, & cum Accuſativo. Ut, *rideo te, tuam impudentiam.*

Ridendus, a, um, riſu dignum, ut *homo ridendus*, Lader verd/ latterligt.

Ridibundus, a, um, ad ridendum proclivis vel qui multum ridet, fuld aff latter.

Ridiculus, a, um. Et ſuperlat. ridiculiſſimus & ridiculoſiſſimus, quod riſui eſt, & riſum movet. Item ridiculus qui ridetur, Ladderligt. *Homo ridiculus, jocus ridiculus*, Til at lee aff. Ponitur & pro faceto. Ut, *quamvis ridiculus eſt, ubi uxor non adeſt.* Et abſolute *ridiculum*, n. ſ. dictum factumve riſum excitans. Ut *obtinuit hoc ſuis ridiculis*, Gækkelig ſnacketing oc handel/ gækkerj. Et *ridiculum eſt, iſtuc me admonere.*

Ridiculè, modo ridiculo, Latterligen. *Ridiculè loquitur.*

Ridicularius, a, um, Gel. idem quod ridiculus. Ut *homo ridicularius.* Et Plaut. abſolutè, *mitte ridicularia*, i. e. ridicula & ineptias.

Riſio, onis, ridendi actus, Leen.

Riſor, oris, m. t. pro irriſor.

Riſus, us, idem quod riſio, & ridentis opus, Latter. *Vix riſum tenuit.*

Compoſita.

Arrideo, ad aliquid rideo, vel riſu lætitiam oſtendo, Leer eller ſmiler ad noget. *Hic leniter arridens Scipio. hoc mihi valdè arridet*, i. e. placet. Item paſſivè *adhibiti aut deridentur, aut arridentur.*

Arriſio, onis, arridendi actus.

Corrideo, Lucret. ſimul rideo, Leer tillige. *Omnia corrident concepta pace diei.*

Derideo, riſu excipio & contemno, vel perſequos, Bespeer/ Spotter. *Te deriſum venio.*

Deriſio facti, qua deridetur.

Deriſor, oris, m. t. qui deridet vel deridere ſolet, Spodſk/ Spottere.

Deridiculus, a, um, derisione dignus, Latterlig. *Homo est dericulus.*

Deridiculum, idem quod derisio, Ladder/ Spot. *Verba mihi per deridiculum dat.*

Irrideo, idem quod derideo, Beleer / Spotter/ Leer ad nogen. *Irridet me, irridere aliquem*, Griner ad en. Et passivè, *ab omnibus irridetur.*

Irrisio, onis, irridendi actus, Bespaattelse/ Spaat. *Irrisio audientium*, quâ audientes irrident.

Irrisor, oris, qui irridet, Bespottere. *Hujus orationis irrisor.*

Irrisus, us, m. q. Tacit. idem quod irrisio. Ut *homo hic est irrisui.*

Irrisus, a, um, Tacit. quod irrisimus, Vdleed / Bespottet. *Ad vana & irrisa toties revolutus.*

Irridiculè, cæs. adverb. non ridiculè, Vden ladder/ vden spot. *Non irridiculè dixit.* Et *irridiculò* apud Plautum.

Perridiculus, a, um, valdè ridiculus. Ut *homines perridiculi. doctrina perridicula*, Gandske latterlig.

Perridiculè modo perridiculo. Ut, *perridiculè agit.*

Subrideo, leviter arrideo, Smiler / smiler ad. *Olli subridens hominum sator atq; Deorum. subridet Saturnus veterator. limis subrisit ocellis.*

Subridiculè. Ut *video me à te circumveniri subridiculè*, i. e. aliquantum ridiculè.

RIDICÆ, carum, cujus singul. ridica, æ, f. pr. penult. corr. pedamenta sunt vitium ex robore aut olea fissilia à ῥιζόω, firmo, fulcio, quòd tanquam fixis radicibus vites stabiliant, Vinstenger/ Humlestenger.

RIGEO, es, ui, n. s. pr. corr. durus sum & inflexibilis præ frigore à ῥιγέω ejusdem significationis, Er stind/ frosen/stram. *Frigore, gelu riget vestis homo, terra.* Et translatè quocunq; alio modo inflexibilis & immobilis sum. Ut *rigentes oculi*, qui non circumaguntur. Sic *rigens corpus*, Stiff strunck/ stram.

Rigesco, rigidus fio, Fryser stind. Et translatè *vestes rigescunt* pro indurantur. Ut *frangi potius quàm scindi posse videantur.*

Rigidus, a, um, quod riget, Stind frossen. *Tellus rigida.* Et translatè durus & inflexibilis. Ut *rigida quercus.* Item severus, crudelis, Haard oc streng. *Rigidus homo*, Stiff / strunck. *Rigida sententia, rigidus leo.* Et *rigida caligo*, i. e. horrida. *Rigida innocentia*, i. e. immobilis.

Rigor, oris, m. t. rigidi ratio & affectus. Ut, *rigor aquæ.* Et translatè *rigor ferri* pro summa duritie & inflexibilitate. *Rigor naturæ, rigor animi* severitas & implacabilitas, Stiffhed / skarphed / stranghed. *Rigor orationis*, i. e. tenor quidam perpetuo sui similis. dicitur & *ferri rigor*, pro ferro. &, *auri rigor* pro duro.

Compositа.

Ditigeo, ui, n. s. præ frigore, timore, aliove casu viribus destituor, Besuimer/ vorder Ameetig/daaner oc vorder stiff som en stiek. *Diriguit visu in medio, calor ossa reliquit. Et sociis subita gelidus formidine sanguis diriguit*, Bleff kalt. *Diriguit animo, corpore*, Miste sin sandz/ sin følelse.

Obrigeo, vel obrigesco rigidus fio, & q. rigore & frigore indurescо, Forfryß / giennem fryß / fryß stiff. *Pruina obriguit, arando obriguit hyberno frigore. Regio nive & pruinâ obriget.*

RIGO, as, act. pr. pr. corr. humore sparsim offundo & & madefacio à ῥαίνω & ῥάζω irroro aspergo perfundo, Vander / stencker med vand. *Juppiter rigat imbribus agros. rigat herbas. horti rigantur fontibus aquarum.* Et translatè *vultum lachrymis atq; ora rigabat.* Sic, *rigat arma cruore.*

Rigatio, onis, rigandi actus, Vanden / stencken / stenckelse.

Riguus, a, um, quod irrigandi vim habet. Ut *rigui amnes*, Vanding. Et pass. quod rigatur facile. Ut, *pratum riguum, hortus riguus*, Eng eller Haffue med vanding/ vdi vandsig.

Compositа.

Irrigo, as, act. pr. rigando humecto, Vander. *Ægyptum irrigat Nilus: aqua irrigat hortos.* Et translatè, *sopor irrigat artus*, pro recreat & reficit, Vederquæger. Sic *irrigat ætatem vino.*

Irrigatio, onis, irrigandi actus, Vandelse: *Agrorum irrigatio*, quâ irrigantur.

Irrigatus, a, um, quod irrigavimus, Vandet. *Hortus irrigatus.* Et translatè, *irrigatus plagis*, i. e. abundè cæsus.

Irriguus, a, um, quod irrigat, Som vander. *Aqua irrigua, fons irriguus.* Et passivè, quod irrigatur, vel irrigari potest. Ut *hortus irriguus*, Som vandis eller kand vandis.

Subriguus, nonnihil irriguus. Ut *locus subriguus.*

RIMA, æ, f. pr. pr. producti rei alicujus fissura, primùm aut leviter se aperiens à ῥωλμὴ ejusdem significationis, vel à ῥέω fluo q. per quam aqua ex vase diffluit, Sprække/ Reffue/ Splitte. *Rimæ vasis, domus &c.* Et translatè, *homo plenus rimarum*, qui non magis tacenda retinet ac rimosum vas aquam. Item *invenire rimam* dicitur, qui nullâ in causa tot fidei vinculis astringi potest, quin inveniat, quo elabatur, Finde en vdgang. Et *rimas explere* dicuntur oratores, cum verba infarciunt, ut pleniorem orationem faciant.

Rimula, æ, parva rima.

Rimosus, a, um, rimis plenum. Ut *cimba rimosa*, Fuld med ræffuer.

Rimor, aris, dep. pr. diligenter quæro, q. per rimulas vel in rimulis: translatâ significatione ab avibus, quæ in rimis terræ escam requirunt, Smaligen leder oc søger. *Rimatur vultur jecur.* Et *rimatur domum, rimatur quod sit armorum genus.* Item scindo & quasi rimas facio. Ut *terram rastris rimari.*

RINGO, rinxi, rictum, n. t. ex indignatione tacitâ, molestia & angore ora vel nasum torqueo, contraho, ut irritati solent canes à ῥὶν nasus, quod irritati canes nasum diducant & torqueant, Griner vrenger med Munden/ vrier Næsen. Tropicè ponitur pro stomachor, & præ ira sonum naribus edo, Fnyser / snorer/ snorcker aff vrede. Inde murmuro, tumultuor, Stimer oc Klammerer. Aliter à sono per Onomatopœjam, ut Græcorum ῥέγχω, pro naribus sonitum strenuum emitto ut solent stertentes.

Ringor, depon. tert. idem. Ut *ille ringitur, tu rides.*

Rictus, us, m. q. ringendi actus, & oris distentio in rugas, Grimen: estq; communis affectio, tam brutis quàm hominibus. Ponitur & pro minaci hiatu oris, sicut aliquando pro rostro.

Rictum, Lucret. n. s. idem.

Rixa, æ, f. pr. ringentium certatio & turba, Kyff/Klammer. Academiæ noſtræ cum eo magna rixa eſt. Ex Juvenalis definitione eſt, ubi tu pulſas, ego vapulo tantum. Et veter. gram. eſt ſine armis habens offenſionem. Aliter ab ἐρίζω certo.

Rixoſus, a, um, rixarum abundans, Kiffactig / Klammervorn/ trættere/ buldrer/ oc ſom ſendis med nogen. *Cum eo de amicitia rixatus eſt*, antiquis activum erat Rixas.

Compoſ.

Subringor, eris, ſubiraſcor. Canes enim ringuntur, i. e. ducto ore, dentibus retectis, iram declarant.

RIPA, æ, f. pr. pr. pro. propriè labrum fluminis & inde etiam maris à ῥιπὴ, impetus ſive ventorum ſive aquarum, quibus jactatur, & quas ſuſtinet; Aabredde/ Baffbredde. Aliter ab ἐρίπνη præcipitium.

Ripula, æ, parva & exilis ripa.

Riparius, a, um, quod in ripis habitat. Ut *ripariæ volucres. Hirundo riparia*, Klinte Suale.

Riparenſes, m. t. olim dicti ſunt milites, qui in imperii limitibus excubabant pro Repub. adverſus Barbaros: quippe qui ripas, Rheni & Danubii citerioris inſidebant, ad compeſcendas Germanorum & Sarmatarum excurſiones.

RISCUS, m. ſ. locus in pariete anguſtus ut ſunt feneſtellæ & capſulæ, voce Phrygia per Æneam in Italiam translata, Lidet vindue / Leddick eller Skab vdi veggen. Exponitur ciſtula pelle contecta. Aliter à rima vel à ῥάσσω frango, quod ſit inſtar rimæ, & ex fractura quadam parietis.

RITO, as, pr. prod. verbum inuſitatum ex ἐρεθίω laceſſo.

Compoſita.

Irrito, às, act. pr. propriè de canibus dicitur cùm inſtigantur ad iram, voce tractim ſonante literam R. Unde & per Onomotopœjam ipſa dictio, Errer / Irrer. Inde translatè quidvis ad iram provoco, Operrer. *Irritat̃ virum & voce laceſſit.* Et rurſus translatè ad inanimata. *Irritat cortice flammas*, i. e ſuſcitat. *Irritaſſis* Plauto pro irritaveris. Legitur & irrio, reris, in quarta conjug. quaſi primitivam quoddam hujus irrito.

Irritatio, onis, irritandi actus, Operrelſe/operring. *Animorum irritatio*, quâ irritantur.

Irritatus, a, um, quod irritavimus, Operret. *Gens irritata: voluptas irritata*, i. e. excitata. Item amiſſo tempore: *irritatus* pro irato, Vred. *Ita irritatus ſum, animum ut nequeam ad cogitandum inſtituere.*

Irritabilis, le, om. t. quod facilè irritatur, Let til at operre. *Animus irritabilis, irritabile genus hominum.*

Irritamen, inis, n. t. quo quis irritatur, Operrelſe/ operring. *Animi irritamen: irritamen amoris: irritamen avari.*

Irritamentum, ti, n. ſ. idem. Ut *opes irritamenta malorum.* Et *irritamenta gulæ*, dicuntur condimenta, quibus edendi aviditatem provocamus.

Prorito, as, act. pr. porrò & ulterius rito, Frem ritzer oc ertet. *Ipſum proritant pocula.* Sic *lini ſemen proritat pretium*, i. e. allicit & invitat vilitate ſua, & dum carius non ſit.

RITUS, us, m. q. pr. prod. mos & conſvetudo, recepta & præfinita præcipue ſacra; & inde conſtitutio vel conſvetudo quæcunq; recepta à ῥητὸς conſtitutus, & de quo certis verbis convenit, Kircke ſkick oc all anden vedtagen ſkick oc vils. *Ritus Eccleſiaſtici. Ritu pecudum vivunt.* Legitur & ablat. ritè tanquam à Nominativo rites.

Ritè, adverb. idem eſt quod rectè & bene q. juxta ritus receptos, ſkickeligen oc vel. *Ritè perpetratum ſacrificium.*

Rituales libri, in quibus præſcriptum erat, quo ritu condebantur urbes, aræ, ædes ſacrabantur, qua ſanctitate muri, quo jure portæ, quomodo tribus, curiæ, centuriæ diſtribuebantur: Ordinabantur cæteraq; ejuſmodi ad bellum ad pacem pertinentia, Saaſom Ordinanzer/ Byßroller/ Krigsroller.

RIVUS, vi, m. ſ. pr. prod. tenuis fluor aquæ initiò tantum à natura. Inde etiam manu factus ad rigandos hortos. à ῥέω fluo. Unde & ῥεῦμα fluxus, vel à rigo, quod riget, Rindende beck/ Vand beck. *Deductio riborum à fonte: rivus aquæ.* Et translatè *rivus ſanguinis: rivus lachrymarum.* Aliter à Rigo quod rigat loca.

Rivulus, parvus rivus.

Rivalis, le, om. t. Colum. quod ex rivo eſt, ſive quod in rivo naſcitur, ut *rivalis alecula.*

Rivales, ium, m. t. (cujus ſingular. rivalis) qui ejusdem mulieris amore tenentur q. qui ex eodem rivulo aquantur nec ſine rixa, Bugbrødre. Translata ſignificatione à beſtiis, quæ ſitibundæ ſe invicem premunt & præliantur, qvum ex eodem rivulo hauſtum petunt: vel ab agricolis quorum agros rivus aliquis deſterminat, qui incertitudine & mutatione crebra curſus, ſæpe lites inter ſe ſuſcitat.

Rivalitas, atis, f. t. rivalium contentio, & ſtudium, Bugbroderſkab.

Compoſita.

Corrivo, as, act. pr. per rivos aquam in unum locum duco, Lader adſtillige vand oc becke ſammen til it vand/ Aa eller flod/ ſkær eller sticker ſammen i hin anden. *Corrivare amnes, torrentes.*

Corrivalis, le, om. t. quod cum alio ejusdem rivi aqua utitur, & dicitur proprie de feris. Inde translatè de hominibus eadem amica utentibus, Bugbroder.

Corrivatio, onis, actus quo aquam corrivamus ſeu aqua corrivatur, Vandladning. *Corrivatio aquæ. corrivatio pluviæ in locum humiliorem.*

Corrivatus, à, um, quod corrivatione conſtat. Ut *aqua corrivata, piſcina corrivata.*

Corrugi, Metallariis dicuntur rivi, per quos ex montium jugis aqua deducitur ad lavandum aurum, à corrivatione ſcilicet.

Derivo, as, act. pr. rivi more aquam deduco, henleder/ hengraffuer. *Aquam ſordes in puteum vel cloacam derivat.* Et translatè *derivat iram, culpam, factum, negotium in ſe*, i. e. deducit, vender ind paa ſig/ tager ſig paa.

Derivatio, onis, actus quo aliquid derivatur. Ut *derivatio fluminum, aquæ, humoris*, henvendelſe/ indvendelſe. Et translatè, *derivatio criminis, culpæ.*

Derivativus, a, um, Grammaticis, quod ab alio deducitur & derivatur. Ut *verbum derivativum.*

ROBUR & Robor, oris, n. t. pr. cor. tei fortis affectio, & vires ſolidiſſimæ firmiſſimæq; à ῥώμη ejusdem ſignificationis, Styrcke / faſthed. Et conſequenter duritiès, haardhed/ faſthed. Hinc *robur corporis ut homo magni roboris.* Item robur animi pro fortitudine. Sic *robur aratri*, i. e. durum, firmum. *Robur ſaxi*, i. e. ſaxum. Et per excellentiam Robur, duriſſimum quercus genus, Itſlags haard Eeg. Item Iſid. omnis materia lignea

ligna firmiſſima. Et Feſto materia, quæ plurimas venas rubri coloris habet à robo, i. e. rubro. Item robur, locus erat in carcere, quo præcipitabantur malefici; ſic dictus quod ante arcis robuſteis includebantur, Bullhuß til fanger/ Fangebur. *In robore ac tenebris exſpirabit.* Item, ut Turnebus ex Lucret. exponit: fuſtis lignumq́; , quo ſontes tundebantur.

Roboreus, a, um, quod vel ex materia roboris, vel quod firmum eſt. Ut *roborea materia*, Haard egn tørnner. *Roboreus pons.*

Roburneus, a, um, Colum. quod ex robore naſcitur. Ut *fruges roburneæ* pro glandibus.

Robuſteus, a, um, idem quod roboreus. Ut *materia robuſtea. arca robuſtea. ſcandulæ robuſteæ*, Egetag ſpone. *Carcer robuſteus*, genus carceris, cui ſontes includebantur, Saſom en Saarkiſte / Bullhuß til fanger. *Robuſteus codex*, eſt codex & ſtipes ligneus ex robore, vide in codex.

Roboroſus, a, um, ut *jumentum roboroſum*, quod ad ſimilitudinem roborei ligni obrigeſcit, Sterck ſom en Eeg.

Roboro, as, act. pr. robur addo, robore fulcio, Giør ſterck/ ſtyrcker / ſtercker. *Hirundines nidos ſtramento roborant.* Et translatè, *Cato roborabit gravitatem morum perpetuâ conſtantia. Vox roboratur tredecim annis.*

Roboraria, antiquis, omnia ædificia, villæ, ſepta, quæ inclusa habent animalia, à tabulis roboreis, quibus ſepta erant, antequam mœnibus cingerentur, Saaſom Steggærde eller Planckeverck.

Robuſtus, a, um, quod eſt multi roboris, Megit ſterck oc haard at offuervinde / Før. *Tauri robuſti.* Et translatè, *malum robuſtum*, quod non aut difficile pellitur. Sic *robuſtior improbitas.*

Compoſita.

Corroboro, idem quod roboro, ſeu ex omni parte roboro, Giør veldig ſterck / ſtyrcker. *Corroborare militem aſſiduo labore, corroboratur conſvetudo.*

Corroboratus, a, um, quod corroboravimus. Ut *virtus naturâ & diſciplinâ corroborata.*

Irroboro, as, Gel. n. pr. robur acquiro & invaleſco, faar mact. *Irroborabit inveterabitq́ falſa atq́ aliena verbi ſignificatio.*

RODO, dis, ſi, ſum; act. t. pr. product. propriè murium eſt cum ſtridore ſecantium aliquid à ῥοῖζος ſtridor ῥοιζέω ſtrido, Gnaffuer oc ſkær ſom muuß riffuer. *Mures rodunt ſcutum, cribrum, ferrum.* Inde *flumina rodunt ripas*, i. e. exedunt. *Ferrum rubigine roditur.* Et translatè *rodere amicum*, i. e. carpere, clanculum inſectari, obſcurè lædere. *Rodere abſentem*, eſt verbis capere, detrahere, criminari, Hacke oc tygge paa ens bag. Item *rodere ungues*, nota erat cogitationis. *Rodere pollicem*, nota comminationis. Aliter ab ἐρέπω, edo, veſcor: Et quidem propriè de brutis.

Roſio, onis, rodendi actus. Ut *roſio inteſtinorum*, Gnaffuen/riffuen i liffuet.

Compoſita.

Abrodo, rodendo aufero, Affgnaffuer. *Vipera fœmina abrodit caput maris in os inſertum voluptatis dulcedine.*

Arrodo, idem quod rodo, vel circumrodo. Ut *ſemina arrodunt formicæ.* Et translatè *arrodere Rempublicam*, eſt ei detrimentum afferre.

Arroſus, a, um, quod arroſimus, ut *ſemina arroſa.*

Circumrodo, is, circumaliquid vel circumquaq́; rodo. Ut, *polypus eſcam circumrodit.* Et translatè meditari, & quodam modo ruminari. Item carpere, obtrectare.

Corrodo, idem quod ſimplex rodo: vel ex omni parte rodo, Omgnaffuer/giennem eder. *Mures ſcuta, libros corrodunt.*

Corroſus, a, um, quod corroſimus. Ut *coroſa oſſa.*

Derodo, a, undiquaq́; vel multum rodo, Omgnaffuer / offuergnaffuer. *Caſeum derodebant mures. cochleæ derodunt vites.*

Deroſus, a, um, quod deroſimus. Ut *deroſæ vites. Deroſi clypei*, Omgnaffuet eller offuergnaffuet.

Erodo, idem quod rodo, vel univerſum rodo. Ut *frondes erodere.*

Eroſus, a, um, quod eroſimus. Ut *ſale eroſus*, Gennem ædt eller bid med ſalt.

Obrodo, idem quod rodo, Paagnaffuer. *Prægnanti malum dandum, quod obrodat.*

Perrodo, rodendo penetro, Igiennem gnaffuer. *Ungula mularum non perroditur à veneno Stygis aquæ.*

Prærodo, idem quod rodo, aut totum rodo, aut anteriore parte rodo. Ut *vermiculus prærodit teneros pampinos*

Præroſus, a, um, quod præroſimus. Ut *cacumina præroſa.*

ROGO, as, act. pr. pr. corr. propriè aliquem de re aliqua conſulo, ejus conſilium exquirens, vel aſſenſum petens: ab ὀρέγω, manu præhendo & quaſi protenſa manu aliquid cupio: translata dictione à foro, ubi populus ſic conſulebatur & prenſabatur. Ut, *de ea re, de eo homine, populum rogabant, ſeu populus rogabatur*, Taal en til om noget / giffuer noget for / ſpørger om noget/ at det maa ſkee. Inde extra curiam & forum, precibus & magno ſtudio aliquid quæro, peto & contendo, Beder inderligen om noget / ombeden: *Illud à vobis peto & rogo. hoc ita te rogo, ut majore ſtudio rogare non poſſim: non rogemus res turpes, neq; faciemus. Multa utenda rogant vicini. & malo emere quam rogare. cultrum rogabit à ſutore.* Item quæro, Spørger effter/ ſpørger om. *Roga ipſum, quemadmodum ipſam acceperim. rogabit me ubi fuerim, roget quis, quid tibi cum illa? Item rogare ſacramento milites*, eſt jurejurando eos aſtringere, q. juramentum eorum rogo, quo ſe aſtringant. *Rogare aliquem ſententiam*, Begær ens Som oc mening. Sic *rogare legem*, Beder der om.

Rogatio, onis, rogandi actus, ut *Curtium rogatione tuâ diligo*, Bøn/ beden/ oc ombeden. Et *rogationi finitima percontatio*, Spørgen. Item rogatio lex eſt, de quibusdam hominibus non omnibus, & de una pluribuſve rebus, de quibus, non de omnibus ſanciatur. Sic dicta quod rogando populo feratur. Ut, *rogatio de mea pernicie. Rogatio de Pompejo à Gellio lata*, Receß/ Privilege.

Rogatiuncula, æ, parva rogatio: & pro interrogatione, & pro lege.

Rogator, oris, m. t. qui rogat. Et ſpecialiter, qui leges & ſententias rogat & ſuffragia petit & colligit. Ut *hæc epiſtola non eſt ſvaſoris, ſed rogatoris.* Rogatores ciſtam ſuffragatoribus proponebant in quam conjicerent eam, quam vellent tabulam. Unde *rogator comitiorum, rogator centuriæ*, qui rogando comitia cupit & flagitat.

Rogatus, a, um, quem rogavimus, Ombedit/tilſpurd/ omſpurd. *Rogatus venio, rogatus reſpondi, lex rogata.*

provincia

provincia alicui aut pernicies rogata, Bract til vrje. Et abſolutè, *rogatum.* Ut, *ad rogatum meum mihi reſpondebat,* Til ſpøren eller det ſom er omſpurt / ſpørßmaal.

Rogatus, ûs, m. q. idem quod rogatio. Ut *rogatu duo hoc feci,* For din bøn oc beden.

Rogito, às, ſæpe & multum rogo. Ut *patrem adit, rogitat ut ſui miſereatur. Rogitat ſuper Hectore multa.*

Rogitatio, onis, rogitandi actus. Ut *rogitationes plurimas, propter bos populus ſcibit.*

Compoſita.

Abrogo, act. pr. q. rogando omnino & totum tollo & irritum facio, Affkaffer / ſlet affleggер. *Abrogare legem, & abrogare legi. Abrogare fidem alicui,* Skælder en for Løgn eller Lætfærdighed / giør ens ord til løgn eller kraffteløs. Sic *abrogare alicui imperium, fidem juris jurandi, famæ fidem. abrogare alicui magiſtratum per ſeditionem, poteſtatem alicui abrogare aliquid faciendi,* i. e. auferre, Fratage. Inde ſimpliciter aufero, ſine imminuo, Lætter eller fratager. *Res fidem abrogat orationi.*

Abrogatio, onis, abrogandi actus, Affkaffelſe / fratagelſe. *Abrogatio legis, Magiſtratus.*

Abrogatus, a, um, quod abrogavimus, Affkaffet / afflagt. *Abrogata lex, abrogatum imperium.*

Arrogo, às, quaſi rogando mihi ſumo plus quam decet, Tager oc legger mig til. *Nihil mihi arrogo: ſapientiam ſibi arrogat, arrogat ſcriptis ſuis fidem.* Item arrogare, eſt in filium & familiam aſciſcere, quaſi quod fiebat per rogationem populi: aut is qui aſciſcebatur, rogabatur.

Arrogans, tis, m. t. qui ſibi arrorgat, & temere atq; inſolenter ea ſibi ſumit, quæ in eo non ſunt, Som giør ſig alt for ſtor / Storlaße / ærgierig / ſtoractig. *Arrogans in præripiendo populi beneficio,* Som vil haffue ord for huad der ſkeer.

Subarrogans, aliquantulum arrogans.

Arroganter, modò arroganti, ſuperbè, Storactigen. *Arroganter dicit. Ad me arrogantius ſcribit. Temere & arroganter ei aſſentitur.*

Subarroganter, aliquantum arroganter. Ut *ſubarroganter dicit, loquitur.*

Arrogantia, æ, f. pr. arrogantis affectus & ſuperbiæ, Stolthed. *Arrogantia oritur ex inſolentia. Officium ſine arrogantia laudamus.*

Corrogo, idem quod ſimplex rogo, vel multum rogo, precibus peto ſeu rogando congrego, & corrado. Ut *corrogat baſa, veſtimenta pueros, corrogat neceſſarios ſuos, ut ſibi adſint,* Beder ſtorligen eller med Bøn ſkraber ſammen / kommer i hob.

Corrogatus, a, um, quod corrogavimus. Ut, *corrogata ad neceſſarios uſus pecunia,* Skrabt ſammen her oc der / med bøn oc ſtor omſorrig.

Derogo, as, q. non rogo vel rogando detraho. Et ſimpliciter aliquid detraho, Tager noget aff / eller fra / formindſker / giør til intet: *Fidem & autoritatem tibi derogo. Derogare & abrogare legem,* Forandre / omſkiffte. Et *de lege aliquid derogat.*

Derogito, as, Plaut. ſæpius vel ſerio derogo.

Derogatio, onis, actus, quo aliquid derogatur, Formindſkelſe / forkortelſe. *Derogatio legis.*

Derogatus, a, um, quod derogavimus. Ut *lex derogata,* Forkortet / forandret.

Derogatorius, a, um, Jurisconſul. quod derogat. Ut *clauſula derogatoria.*

Erogo, quaſi rogatus vel rem rogatam diſtribuo expendove, Vdſkiffter / vdbytter. *Pecuniam erogavit.* Legitur & veteribus *exrogo* pro derogo.

Erogatus, a, um, quod erogavimus, Vdbyt. *Erogata pecunia.*

Erogito, Plaut. rogando & interrogando extorqueo. Ut, *ex hac erogitabo quid meo factum ſit filio.*

Supererogo, jam antea erogatis addo ἄδηλον. Inde Eccleſiaſticis, *Opera ſupererogationis.*

Interrogo, às, idem quod rogo, ſeu rogando, aliquid exquiro, Tilſpørger / ſpørger om noget / ſpørger ad noget. *Hominem de ſuis rebus interrogat: Magiſtratus interrogaſſit,* pro interrogaverit.

Interrogatio, onis, interrogandi actus, Tilſpørgelſe / tilſpørſel / adſpøring / ſpørßmaal.

Interrogatiuncula, parva interrogatio.

Interrogatus, a, um, de quibus interrogavimus, Omſpurt: *Ad interrogata nihil reſpondet.* Item quem interrogavimus, Tilſpurt. *Frater a fratre interrogatus reſpondit.*

Irrogo, as, quaſi rogando ſeu per rogationem impono, Paalegger. *Irrogabo ipſi multam,* Legger hannem en Pendings ſtraff paa / ſtraffe paa Pending. *Sibimet irrogavit mortem, quam patri ſtruxerat. Irrogare leges.*

Irrogatio, onis, irrogandi actus, Paaleggelſe. *Irrogatio mulctæ.*

Irrogatus, a, um, quod irrogavimus, Paalagt. *Exſilium accuſatori irrogatum.*

Obrogo, q. contra rogo: ſignificatq; aliam legem rogare, ut ab alio latam legem infirmes, Legge eller giøre Low imod anden. *Legibus Cæſaris obrogavit.*

Prærogo, Jurisconſ. ante tempus erogo & ſolvo, Giffuer vd for tiden / Betaler for tiden. *Penſionem integram prærogavit.*

Prærogatus, a, um, Cic. primum rogatus ſententiam dicere. Ut, *ejus in honore non unius tribus pars, ſed comitia tota comitiis fuerint prærogata,* De vaare for alle andre / oc vaar tilſagt / oc ſat for alle andre.

Prærogativus, a, um, quod primo rogatum eſt ad dicendam ſententiam. Ut *centuria prærogativa,* quæ ſortito conſtituta, prima ferebat ſuffragia ejusq; ſententia habebatur pro unis comitiis, tantaq; erat auctoritate, ut præjudicium adferret in eventum comitiorum, eſſetq; omen juſtorum & futurorum comitiorum, Som haffuer førſte vaal oc lod. Et abſolutè, *prærogativa,* pro centuria prærogativa. Ut *autoritatem prærogativæ ſequuti ſumus.* Sic *prærogativum* pro eodem vel ſententia, quæ fertur à centuria prærogativa. Item prærogativa abſolutè ſpecimen rei & effectus, quem promittebamus. Ut *prærogativam dedit* ſuæ voluntatis. Item prærogativa, aliquid aut dictum aut factum liberaliter ab eo, qui nobis benefacturus eſt, ante ipſum beneficium nobis præſtitum, Noget for vd aff det gode / ſom oſſ er loffuit / forloben vd. Et inde Jurisconſ. translatè, præſtantia & eminentia, quâ quis aut præfertur, aut alteri præferri debet, Forſprytig / Fortræn. *Vetus notum privilegium habet etiam prærogativam, ut ad beſtias non detur nec fuſtibus cædantur, ut alii facinoroſi.*

Perrogo, as, ſententiam rogo. Ut *conſules ſententiam perrogabant.*

Prorogo, as, tempore longius facio, q. porro rogo, Forlenger / leng holder vd / holder ved lenge:

Proro-

Prorogare aliquid temporis, prorogare ſpem, famem, bellum, diem. Et *prorogare imperium*, eſt nova rogatione in longiora tempora proferre.

Prorogatio, onis, prorogandi actus. Ut *prorogatio imperii, legis, temporis, diei.*

Prorogatus, a, um, quod prorogavimus, Forlenget/ holt lenge vd. *Imperium prorogatum. Fortunæ poteſtas in nos prorogata.*

Prorogativa fulmina Senecæ, quorum minæ diu ferri poſſunt, averti tolliq; non poſſunt.

Subrogo ſive ſurrogo quaſi rogando in alterius locum ſubſtituo, Setter i andens ſted. *Conſul collegam ſubrogavit in demortui locum.*

ROGUS, gi, m. ſ. lignorum ſtrues ad cremenda cadavera comparata, dictus à rogando, quod ad eum Diimanes rogabantur, Baal huor paa mand brende rde døde i Hedenſkabet.

Rogalis, le, om. t. quod ad rogum pertinet. Ut *ignis rogalis, flammæ rogales.*

ROS, rŏris, m. t. pr. gen. prod. humor nocturnus, quem ſerenitatis tenuitas ſpargit à δρόσος ejusdem ſignificationis, vel immediate à ῥέω fluo, Dug. Inde translatè accipitur pro levi aſpergine. Interdum pro ubere humoris copia. Ut *ros aquæ.* pro aqua, *ros lachrymæ, ros ſanguinis.*

Rorulentus, a, um, rore plenum, Duge fuld. *Rorulenta bites. rorulentæ baccæ.*

Roſcidus, a, um, rore perfuſum. Ut, *nox & aurora roſcida. gramina roſcida, mella roſcida,* Duge fuld.

Rorarii, milites qui levi armatura primi prælium committebant: erantq; funditores, ferentarii & tragularii: ſic dicti, quod ut ante imbrem ferè rorare ſolet; ſic illi ante gravem armaturam prodibant. Item *binum rorarium*, quod rarius dabatur. Sic *minuta & rorantia pocula* in conviviis, quæ præludunt majoribus. Item *minuta & rorantes reſponſiones*, quæ reſponſioni juſtæ & plenæ præludunt, quomodo rorarii milites olim pugnæ.

Roro, as, n. pr. rorem emitto, Duger. *Rorabat tota nocte. rorat imbrem. aſtra rorantia.* Et translatè guttatim deſtillo. Ut, *rorabant ſanguine vepres*, Drypper aff Blod Item paſſivè, *rorantur oculi lachrymis*, i. e. irrigant. Vide plura in voce rorarii.

Roratio, onis, morbus vitium, cùm defloreſcentes rore læduntur, priuſque corrumpuntur, quam in acinos transformentur, Fruct ſnien paa træ/ſaa den kommer icke fram.

Roratus, a, um, Ovid. ut *pruina rorata*, i. e. rore mixta.

Roreſco, is, n. t. roſcidus fio, rore aſpergor. Ut *terra roreſcens.*

Compoſ.

Irroro, as, act. pr. rore aſpergo, ſeu madefacio, Giffuer dug/ beſtencker/ bløder. *Irrorat auſter agros: aquam irrorat agris. Agrum irrorat aqua.* Sic, *irrorat crinem aquis. Eous irrorat terris novo ſole.* Et translatè *ſomnus irrorat quietem oculis*, i. e. immittit.

ROSA, æ, f. pr. pr. cort. Hos è ſpina naſcens, ἀ ῥόδον ejusdem ſignificationis, Roſe. *Sertis redimitus & roſâ.* Item roſa, pro oleo ex roſa, ſive oleo roſaceo.

Roſaceus, a, um, quod ex roſa factum eſt. Ut *oleum roſaceum*, Roſen Olie.

Roſarium, n. ſ. locus fruticibus roſarum conſitus, Roſenhaffue.

Roſetum, n. g. ſ. idem.

Roſeus, a, um, quod roſæ colorem refert. Ut *roſeus color*, Roſenfarffue. Sic *roſea veſtis. roſea genæ. os roſeum.*

ROSTRUM, n. ſ. os quorundam animalium, ut avium & ſuum porrectius, à rodo, quod eſcam eo rodant. Ut *roſtrum ſuis*, Suinetryne. *Roſtrum avium*, Fugle Næb. *Roſtrum piſcium*, Fiſſe Næb. Ut eſt acipenſeris. *Roſtrum camelorum, caprarum, canum*, Snude. Plaut. etiam ad hominem tranſtulit. Item roſtrum à ſimilitudine roſtri animalis, pars navis exporrecta & acuminata in prora eminens, Skibs Snude/ Gallion. Et pluraliter roſtra, orum, Templum ſive forum Romæ ante curiam Hoſtiliam, in quo erat ſuggeſtum roſtris navium captarum ornatum: ubi oratores conciones ad populum habere conſveverant.

Roſtellum, parvum roſtrum.

Roſtratus, a, um, roſtro armatus. Ut, *navis roſtrata*, Skib med forbygt Snud for paa. Quæq; militaris erat ad faciendum impetum in hoſtiles naves. *Corona roſtrata*, i. e. navalis, quod exiguis quibusdam veluti navium roſtris exornarentur. *Roſtratus impetus*, qui fit roſtro impacto.

Roſtro, as, n. pr. roſtrum impingo, ut *roſtrans bomer*, i. e. impingens, Som gaar paa Næſen.

Compoſ.

Subroſtrarii ſive ſubroſtrani dicti ſunt homines otioſi, qui ſub roſtris deſidentes rumores novos captabant, aut ipſi fingebant.

ROTA, æ, f. pr. pr. cor. machina currus orbiculatis, quâ decurrit, à ruo ſive quòd ipſa facile in ſuos orbes ruat, ſive currus ejus beneficio, vel à ῥόθέω impetu feror, ῥόθος impetus & ſtridor, ab impetu vel ſtridore, Hiul. Inde tropicè ponitur, pro toto curru. Ut *è rotis reſpexit ad urbem.* Sed & rotarum uſus in aliis machinis quoq;. Ut, *rota figlina*, Potmager Hiul. *Rota hauſtoria*, Vand Hiul etc. Item translatè, *rota fortunæ* pro volubilitate, wſtadighed/ Lyckens hiul. Item rota tormenti quoddam genus. Nam in rota deſtricti diſtendebantur & cruciabantur malefici, ut apud nos rota franguntur maleficorum membra, & cadavera rotis imponuntur, Steile oc Hiul. *Radiis rotarum diſtricti pendent.* Item *rota ſolis*, i. e. orbis ſolis: Et *rota candida* pro ſole ipſo. Item rota, nomen piſcis. Item genus caprarum, quarum magna copia in Samothracia. Sed in hac capreæ ſignificatione, aliàs legitur Platycerota.

Rotula, æ, parva rota.

Roto, as, act. pr. in modum rotæ verſo, Trilder. *Urſus in arena ſe rotat.* Et *Learchum per auras more funda rotabat*, Snurret/ ſuinget runden om. Item rotare ſe dicuntur pavones, cum veluti pulchritudinem ſuam admirantes, gemmantes caudæ pinnas in orbem explicant, Naar en Paafugl ſlaar Feder vd oc vender ſid om til at ſkue.

Rotatus, a, um, quod rotavimus, Tridlet/ omvent. *Rotata cervix.* Et translatè, *rotatus ſermo*, eſt oratio converſione concluſa, atq; compræhenſa ambitu: quo genere loquendi, contorta oratio eſt: ideoq; brevior quàm ſponte naturæ fuſa.

Rotundus, a, um, dior, diſſimus, quod rotæ formam habet, Rund. *Ovum rotundum; bacca rotunda.* Et translatè

latè *ore rotundo loquor*, i. e. volubili & concinuo orationis genere. Et *rotundus homo*, qui rotundè loquitur. Item, qui politus, cultus & perfectus est. *Rotundæ clausulæ*, intra quas sententiæ clauduntur cum sequentibus non hærentes.

Rotundè, modo rotundo. Ut *aptè & rotundè dicit*, Artelig/ Jæffnelig/ Jæffnelig oc saa ar det ene henger jæffnt i det andet.

Rotunditas, atis, f. t. rotundi conditio & ratio, Rundhed. *Rotunditas oris.*

Rotundo, as, act. pr. rotundum facio, Giør rund/ runder. *Mundum ad volubilitatem rotundabit. id ad circinum rotundatur.* Et translatè, expleo sive perficio, eo quod rotunda forma nulla sit perfectior. Ut, *mille talenta rotundentur.*

Rotundatio, onis, rotundandi actus, Rundelse/ rundgiørelse/ runden.

Compos.

Birotum, duarum rotarum currus seu vehiculum, Karre/ drager Vogn.

RUBER, bra, brum, pr. corr. quod colorem refert corticis vel granorum mali punici à ῥοὴ malus punica, & ῥοῦν ☞ color mali punici. Estq; color in eo genere fatur, Høyrød/ Smuckrød/ Fuldrød. *Flamma rubra, anguis ruber, mare rubrum, Brassica rubra*, aliàs Cumana, Rød kaal. Et *soleæ rubræ*. Persio, pro Sandalio, Quinde tøffel. Legitur & comparat. rubrior.

Robus, bi, antiquis idem quod ruber. Item Colum. genus tritici maximè laudabile, cùm & pondere & nitore præstet.

Rubellus, a, um, aliquantum ruber, Rødactig/ lidet rød. *Vinum rubellum.* Et absolutè *rubellum*, pro eodem, Rød Vin. *Rubellæ vites*, quæ rubrum dant vinum. Item rubellus nomen piscis, vel à rubore oculorum; vel à rubore pinnarum.

Rubellianæ, vites quæ rubellum fundunt.

Rubeus, a, um, quod rubet. Ut *virga rubea*, *bos rubeus. Uvæ rubeæ.*

Rubia, æ, f. pr. nomen herbæ rubrâ radice, tingendis lanis & coriis idonea.

Rubicundus, a, um, abundè & intensius ruber, Heel rød/ gandske rød. *Rubicunda luna. Rubicundus homo*, Smuck rød/ Rødmoset/ Rødlavet.

Rubidus, a, um, modicè & remissius ruber, Rødactig. Unde *panis rubidus*, qui recoctus est & rubefactus, inquit Isidorus. Festus autem: parum coctus. *Rubida ampulla*, est ampulla scortea, vetustate rugosa & colore rubido.

Rubor, m. t. rubri color, Rødhed/ Rød farffue. *In malis maximè ostenditur rubor.* Item *Tyrii rubores*, pro purpura. Et *virgineus rubor*, pro pudore.

Rubeo, n. s. sum ruber, Er rød. *Rubent aviaria baccis sanguineis. sanguine terra rubet.* Item rubeo tropicè, pro pudore suffundor, Skammis: *Rubeo, crede mihi: sed jam scripseram: delere nolui.*

Rubesco, is, rubeus fio, Bliffuer rød. *Aurora rubescit.*

Rubecula, æ, & rubicilla nomina sunt quarundem avium, Saasom Rødstiert. Item piscis qui & Rubellio.

Rubellio, onis, m. t. piscis pergrandi capite ex genere mullorum aut cyprinorum à coloris rubedine nomen habens, Rudskalle eller flire.

Rubigo, & antiquè robigo, nis, f. t. morbus, ferrum ipsum depascens. Sic dicta à rubro colore, quem veteres robum appellabant. Isid. autem quas rodigo, eò quod rodat ferrum & segetes, Rust paa Jern. Sed & de aliorum metallorum simili exedente vitio dicitur. Item morbus quidam segetum, frumentorum & leguminum ex vitio aëris aut innatantis humoris putredine, eas depascens. Item Robigo deæ quædam apud Romanos avertendæ rubiginis causa. Prima in Rubigo origine & natura brevis esset etiam usu bonorum autorum. Virgilius autem & Claud. produxere.

Rubigalia, orum, dies festi erant, amoliendæ rubigini segetum.

Rubiginosus, a, um, rubigine obductus, aut corruptus, Rustig/ Rusted. *Rubiginosi dentes.*

Rubiginor, aris, dep pr. rubiginem contraho, Bliffuer Rustig.

Rubrica, æ, f. pr. pen. prod. terra rubei coloris, quâ fabri materiarii lineas ducunt, Røt kride. Et Jurisconf. tropicè, caput quodq; juris, quia minio, cinnabare aut sinopide erat notatum.

Rubricatus, a, um, Hieron. rubricâ instructum. Ut *pellis rubricata*.

Rubriceta, æ, f. pr. Plaut. color, quo sibi mulieres ruborem inducunt. Ut *buccæ, rubricetâ tinctæ.*

Rubricosus, a, um, rubrica abundans, vel rubricæ similis. Ut *terra rubricosa*, *solum rubricosum.*

Ruburnus, ni, m. s. halex infumata: sic dictus à colore, Røget Sild.

Rufus, sive Ruffus, a, um, pr. product. color ruber ad flavum nonnihil declinans, Guld rød. *Color rufus*, *virga rufa*, Plin. usus est comparat. rufior.

Rufulus, a, um, aliquantum rufus.

Rufesco, Plin. rufus fio. Ut *merula ex nigro rufescit.*

Rufo, as, Plin. act. pr. rufum facio. Ut, *rufat capillos.*

Russus color, Catull. & Capitol. ruber est dilutior, Liffe farffue.

Rutilus, a, um, pr. corr. quod splendore saturo rubet, ut ignis, Ild rød / rød som en Lue. *Fulgor rutilus*, Glimrende rød som en Lue/ glisende rød. Aliter deducitur ab ἐρυθ☞ ruber, quasi rutus, rutilus, detracto capite.

Rutilesco, is, n. t. rutilus fio. Ut *rutilescunt quidam lepores.*

Rutilo, as, act. pr. rutilum facio. Ut, *rutilare capillos, comas &c.* Item neutrali significatione, rutilo colore resplendeo. Ut, *arma rutilant*, Skinnende/ glimrende rød.

Composita.

Erubesco, n t. rubeus fio, seu rubore suffundor, Rødmer i Ansict. *Sensi te totis erubuisse genis.* Et translatè à signo ruboris, pudore suffundor, Bluis ved. *Erubescunt pudici etiam loqui de pudicitia.*

Irrubeo, vel erubesco, bui, n. t. ruber fio, Vorder rød. *Irrubescit cœlum.* Et *irrubescit ignis meis vultibus*, Vorder rød i Ansictet.

Subrubeo, nonnihil rubeo. Ut *subrubet cœlum.*

Subrubicundus, a, um, aliquantulum rubicundus. Ut *herba ſubrubicundis cauliculis.*

Subrufus, aliquantulum rufus. Ut *ſubrufus color*: *ſubrufus homo & aliquantum criſpus.*

Subrutilus, aliquantulum rutilus, in rutilum vergens colorem. Ut, *color ſubrutilus.*

RUBUS, bi, m. ſ. pr. corr. nomen fruticis hamatis ſpinulis horrentis: à colore fructus rubeo ſic dictus, Brambær riis. Unde *rubus idæus* copioſiſſimè proveniens in monte Ida, Hindebær riis.

Rubeta, æ, f. pr. ranæ genus venenoſum à rubis dicta in quibus victitat, Buſke tudze / forgifftig tudze/ ſkrup tudze.

Rubetum, ti, n. locus in quo rubi copioſe proveniunt. Item ipſa ruborum copia, Brambær lund.

RUDO, is, di, n. t. de aſinis dicitur, qvum vocem edunt à ſono ficta voce per Onomatopœjam, ut græcorum ῥοιζέω ſtrido, Skryder ſom it Eſel. *Rudit aſinus.* Et abuſive de leonibus pro rugio. Ut, *leo rudens.* Item de homine, Skraaler. Virg. prior corripitur. Perſio autem producitur.

Rudentes, cujus ſingularis rudens. com. t. funes ſunt nautici maximi quiq; & præcipui; ſic dicti à Rudo propter nimium ſtridorem, Tackel oc Tov/Kordeel.

RUGA, æ, f. pr. pr. prod. cutis in ſenili corpore in plicas contracta à ῥύω traho. Unde & ῥυτὶς ruga & ῥυσόω rugo, Rynke. *Jam venient rugæ, quæ tibi corpus arent.* Nec de corpore tantùm dicitur; ſed & de veſtibus. Ut, *in veſte rugas & ſinus invenit.* Item de arborum fructibus, qui ante maturitatem ſunt decerpti, & corticibus contrahuntur. Ut *rugæ pomorum.*

Rugoſus, a, um, rugis plenum, Fuld med rynckер/ ryncket/ ſkrompen. *Rugoſa frons*: *rugoſa veſtis. rugoſa tunica*, plicis involuta, Foldet Kiortel. *Rugoſa uva, cortex in ſenectute rugoſior.*

Rugo, as, n. pr. rugas ago & contraho, Gaar i rynckер. *Pallium rugat.*

Rugatus, a, um, in rugas contractum. Ut *teſta rugata.*

Compoſita.

Corrugo, as, act. pr. in rugas contraho, Ryncker. *Corrugare frontem, nares.*

Erugo, as, Plin. rugas eximo, Tager ryncker bort/ giør ſlett. *Erugabit corpora.*

Erugatio, onis, erugandi actus.

Erugatus, a, um, quod erugavimus. Ut, *frons erugata: quod & ſignum eſt ſerenitatis animi*, Slet oc glat ſtierne/ pande/ mild oc blid Anſict.

Irrugo, as, Gell. in rugas contraho, Ryncker/ giør folder. *Venter irrugatur.* Sic *irrugat frontem* pro contrahit.

RUGIO, is, ivi, & gii, itum, n. q. de leonibus dicitur vocem emittentibus à ſono ficta voce, Brøler ſom en Løve. *Rugiunt leones.*

Rugitus, us, m. q. rugiendi actus, Brølen. *Rugitus leonum.*

Irrugio, valde rugio.

RUGO, is, xi, ctum, Veteribus, ſonitum per os edo factâ ventriculi diſplosione ex cibis immoderatis, & flatulentis: ab ἐρεύγω ejusdem ſignificationis, Ræber.

Ructo, as, idem vel ructus emitto, Ræber. *Bene ructat. pergin' ructare in os mihi.*

Ructito, tas, frequent. ſed ſimpliciter ſæpius pro ructo uſurpatur.

Ructus, us, m. q. cibi & potus in ſtomacho malè concocti, ventoſa per os efflatio, Ræffnen.

Ructuoſus, a, um, ructu abundans. Ut, *ſpiritus ructuoſi.*

Ructor, aris, depo. pr. Horat. Idem quod ructo. Ut translatè *ſublimes verſus ructatur & erat.*

Ructator, oris, m. t. qui ructat.

Ructatrix, idem in ſexu fœminino.

Ructatus, a, um, eructatus, vel eructando ejectus. Ut *ructatus ore cruor.*

Compoſita.

Eructo, as, act. pr. ructando ejicio, Opkaſter aff maffuen / bryder op / ſpyer. Et translatè, *eructat mare lapides arenambe*, Skyder aff. *Eructare verſus*, eſt arte ebrium verſus effundere, Giøre fuld verß/ kaſte verß vd. *Eructant ſermonibus ſuis cædem bonorum.*

Eructum vinum, Gellio, quod in vitium inclinat exhalatione, Doffuen Vin.

Irructo, as, quaſi in aliquem ructo, Ræffner paa en. *Ebrius in os mihi irructat.*

RUMA, æ, f. pr. & rumis m. t. pr. Ion. antiquis idem quod mamma à ῥύω traho; quod à ſugente trahatur, Parter/ Iffuer/ Bryſt. Item eminentior colli pars ad quam demiſſus cibus à certis retrahitur & revocatur animalibus, Det Quæg thøger drøff med.

Rumex, icis, m. t. nomen herbæ, ſic dicta quod ejus ſuccus velut à ruma ſugatur. Eſtq; *rumex acutus.* Et *rumex hortenſis vel ſativus*, Suur frud. Item rumex genus teli, ſimile ſpari gallici: in qua ſignificatione aliter à rumpo deducitur.

Rumo, as, antiquis pro lacto, rumam & mammam præbeo. Item Priſcis rumâ revocatum cibum digero, Tygger drøff.

Rumen, n. t. ejusdem originis à ῥύω. Pars colli quâ eſca devoratur, & rumatur: quaq; trahitur & retrahitur è ventriculo & remanditur. Exponitur & ventriculus, ſeu locus in ventre, quo cibus demittitur & unde redditur. Transfertur item ad ipſum ventriculum cibi & potus receptaculum. Ut *rumorem parvi facio, dum ſit rumen qui impleam.*

Rumino, as, n. pr. & ruminor aris, depon. rumine cibum remando, Tygger drøff. *Ruminat camelus, bos, ovis, &c. ruminat herbas.* Et translatè in memoriam revoco & diligenter perpendo. Ut *Odyſſeam Homeri ruminat.* Et *ruminatur humanitatem tuam*, Tencker tit paa.

Rumigo, as, Apulejo. Idem.

Ruminatio, onis, ruminandi actus, Drøfftyggen. Et translatè *ruminatio facti, dicti, ſcripti*: ubi quis ea in memoriam revocat, recolit, recognoſcit, relegit.

Ruminalis, ficus Romæ in in Comitio, ſub qua Rumulo & Remo præbuerat rumen, i. e. mammam lupa. Docet autem Livius vocem Ruminalis, depravatam eſſe ex Romularis à Romulo. Item ruminales hoſtiæ, quæ ruminant.

Rumito, as, Feſt. idem quod rumigo. Ut, *alius aliunde rumitant inter ſe.* Sed & exponitur hîc rumitant, rumigerantur à rumore.

Compoſita.

Abrumi agni, qui à rumis & mammis ſunt depulſi, Lam tøgen fra Moderens melk.

Nerumia

Nerumia pecua, Plaut. ut conjectura eſt, pro ovibus vitioſis, quæ ruminare non poſſunt.

Irrumo, as, de iis dicitur, qui nefandè fellantibus inſerviunt, rumámq; obſcœnam præbent.

Subrumi, dicti ſunt agni, qui adhuc ſunt ſub ruma, i. e. mamma.

Subrumare, Colum. eſt ſub ruma, i. e. mamma ſubmittere. Ut *ſubrumantur agni.*

RUMOR, oris, m. t. pr. prod. ſermo incertus, de re aliqua ſparſus, à ῥέω loquor. Item fluo, quod ſermo per ora hominum, q. volitet atq; fluet, ſed ſine capite ſine auctore, Ry / ryct / ſagn octidende / flyfftidende. *Meum gnatum rumor eſt amare.* Et figuratè, favor ſeu ſtudium. Ut *iter inceptum peragit rumore ſecundo.*

Rumuſculus, m. ſ. levis rumor, flyfftidinge.

Compoſ.

Adrumo, as, antiquè rumorem facio. Item commurmuro.

RUMPI, orum, m. ſ. traduces & brachia vitium, quibus illæ ex arboribus in arbores traducuntur, & ſibi mutuò connectuntur à ῥέμβομαι circumágor, circumvolvor, quod circumagantur & circumvolvantur, circumpedimenta ſua. Aliter à ῥέπω, propendeo, tendo, feror, quòd propendeant & ferantur in arbuſtivas.

Rumpotinus, a, um, quod rumpos habet. Ut *vitis rumpotina.* Item quod ad rumpos pertinet. Ut *rumpotinæ arbores*, quibus vites rumpotinæ immittuntur. Et *rumpotinum arbuſtum*, à rumpis ſuis & traducibus dictum. Porrò in Plinio legitur aliquoties, Rumbotinus, numeraturq; inter arbuſta & arbores, quibus vites immittuntur diffuſis brachiis.

RUMPO, rupi, ruptum, act. t. cum impetu in aliquid ruo at diisjicio, à ῥίπτω, dejicio, proſterno, Bryder til ſide / bryder igiennem oc giør til intet. *Rumpere nodos, vincula, clauſtra, leges, fœdera, amores, nuptias, opera, funem, loricam.* Sic *rumpere otium, moras, ſomnum*, Affaa Soffn / huile oc duelelſen / bryde vd aff Søffne. *Rumpere ſilentium*, i. e. tandem incipere loqui, Icke tie lenger men tale. *Rumpere vocem, rumpere queſtus*, i. e. profundere & retentos proferre, Bryder vd med. Item rumpo pro defatigo, Trætter. *Ambulando rumpit. riſu rumpor.* Item rumpi facio. Ut, *bos ranam rupit*, Kom til at tæffne oc ſpræcke. Item pro erumpo, Bryder vd. *In meo fundo rumpit aqua.* Et *rumpuntur fontibus amnes*, i. e. rumpunt: paſſivum pro activo. Item pro impetum facio, Bryder ind. *Ceſſo intrò rumpere.* Et paſs. rumpor, pro in flatus disjicior, Sprækker / tæffner / bryſter. *Cantando rumpitur anguis. rumpitur veſica. rumpitur dolium mero, muſto. rumpitur homo invidia.* Sic, *rumpor malis Reipublicæ*, i. e. angor, crucior, q. d. Jeg maa bryſte ſaa ont giør det mig. Legitur & antiquè *rupſit* pro ruperit.

Ruptor, oris, m. t. qui rumpit. Ut *ruptor fœderis.*

Ruptus, a, um, quod rupimus. Ut, *leges ruptæ*, Brut oc til inter giort. *Rupti funiculi*, Bruſten. *Rupti obices*, Brut aff vejen. *Ruptum teſtamentum*, quod irritum factum eſt, Brut oc giort til intet. *Ruptus aſellus*, i. e. fatigatus.

Rumentum, Feſto idem quod abruptio, quaſi rupimentum.

Rupes, is, f. t. petra ſive mons præruptus: à rumpendo ſic dicta, Steenklippe.

Rupices, dicti ſunt ruſtici à rupium aſperitate.

Compoſita.

Legirupa, æ, com. pr. ficta voca à Planto, qui legem rumpit & frangit.

Legirupio, m. t. idem. Plaut.

Compoſita cum Præpoſitione.

Abrumpo, act. t. rumpendo tollo, Affbryder. *Abrumpere vincula jumentorum. abrumpere cornua militaria à cœtera acie*, i. e. vi disjungere, Bryder igiennem oc ſkilad. Et translatè, *abrumpere ſermonem*, Bryder ſin tale. *Abrumpere ſomnum, otium. Abrumpere vitam*, Stecke ſit Liff. *Abrumpit ſe hæc legio prima latrocinio Antonii*, i. e. vi liberavit.

Abruptio, onis, abrumpendi actus. Ut tropicæ ſignificationis: *Abruptio corrigiæ*, i. e. divortium.

Abruptus, a, um, quod abrupimus. Unde *abruptus ſermo abrupta oratio.* Et *loca abrupta* quæ divulſa ſunt, & ob id invia. Ut *Petra abruptiſſima.*

Abruptè, modo abrupto, Brut. *Abruptè non incipiendum.*

Inabruptus, Stat. q. non abruptus, ſeu qui abrumpi non poteſt, wbrydelig. *Inabrupta concordia.*

Corrumpo, is, totum rumpo, & ex adjuncto, vitio, deſtruo, contamino, Skender / Krencker / forderſſuer / giør til intet. *Aurum igni non corrumpitur. corrumpitur vivum ingenium, mores, literæ, animus, judicium &c.*

Corruptè, adverb. corrumpendi modo, male, pravè, nequiter, Skendeligen / Ilde.

Corruptela, æ, f. pr. vim corrumpendi habens, Forføring / forderſſuelſe. *Liberorum corruptela.*

Corruptio, onis, actus quò quid corrumpitur, Forførelſe / forderſſuelſe. *Vini corruptio.*

Corruptor, oris, m. t. qui corrumpit, Forderſſuere / forførere. *Corruptor juventutis.*

Corruptrix, idem in genere fœmineo.

Corruptus, a, um, part. quod corrupimus, Forderſſuit / krenckit / forført. *Judicium corruptum.* Eſt & nomen cum comparat. corruptior, corruptiſſimus.

Incorruptus, tior, tiſſimus, non corruptus vel quod corrumpi non poteſt. Ut, *ſpina incorrupta*, wraadenlig / ſom icke raadner / wforderſſuelig. Et translatè *incorruptus animus*, Retſkaffen ſind oc hiertelag ſom icke lader ſig krencke. Sic *incorruptus judex. Incorrupta conſvetudo. Cuſtos incorruptus.*

Incorruptè, adverb. modo incorrupto, wraadenligen / wkrenckeligen / retſkaffenlig. *Incorruptè judicat.*

Præcorrumpo, ante corrumpo. Ut, *præcorrumpere me donis cupit.*

Præcorruptus, a, um, quem præcorrupimus.

Derumpo, idem quod abrumpo.

Deruptus, idem quod abruptus. Ut, *collis arduus & deruptus. rupes derupta.*

Dirumpo, variè rumpo. Ut *medius dirumpitur.* Et translatè, *dolore dirumpitur*, Sprecker aff ſorrig oc harm.

Diruptus, a, um, quod dirupimus, Offuerbrut mit i thu. *Tabellæ diruptæ.* Et translatè, *homo diruptus, diruptuq;*, Bryſtfeldig.

Erumpo, is, n. t. q. rumpendo egredior, Bryder vd/ ſpringer her for. *Ex urbe milites erumpunt*, Falder vd. *Erumpunt portis apes, erumpunt vi magna*, Velder tyct vd. Et translatè, *omnis ſcelerum maturitas in noſtra erupit tempora. hoc mihi erumpit gaudium.* Item activè *erumpit ſe*, Bryder ſig vd.

Eruptio, onis, erumpendi actus, Vdfald/vdbrydelſe: *Præſidiariis ab eruptione cavendum.*

Interrumpo, totum vel partes rumpo, Bryder offuer tuert oc ſtycke. *Pontem interrupit.* Et translatè *interrumpere ordinem* eſt confundere, Spilde. Et *interrumpere alicui ſomnum*, i. e. interturbare, Tage en ſin ſøffn aff/ komme en aff ſøffne/ eller oc ſpilde hans ſøffn.

Interruptus, a, um, quod interrupimus. Ut *amnis interruptus aquis. interrupta conſvetudo*, i. e. intermiſſa, Let nogen ſtund/ tagen offuer tuert.

Interruptè, modo interrupto, Afflaffue. *Narrantur ab ipſo multa interruptè*, Brøden.

Introrumpo, quaſi rumpendo & cum impetu intro, Bryder ind/ ſpringer ind med mact. *Cerba emiſſa in cubiculum Sertorii introrupit. introrumpam rectà in ædes.*

Irrumpo, is, quaſi rumpendo, violenter & cum impetu ingredior, Bryder ind/ falder ind med mact. *Irrumpunt portas. irrupit Carthaginem, urbem, oppidum, domum.* Item irrumpo, quaſi totum & omnino rumpo, Bryder ſlet i ſønder. *Vinculum humanitatis irrupit.*

Irruptio, onis, irrumpendi actus, Indbrydelſe/veldig indtrengelſe. *Irruptio armatorum in Tribonii domum.*

Obrumpo, is, Varr. idem quod rumpo.

Perrumpo, per medium rumpo, Bryder igiennem. *Perrupit hoſtium agmen.* Et translatè *perrupit leges.* Item vi quadam intro & irrumpo. Ut *in veſtibulum templi perrupit. per caſtra perrupit ad Capuam.*

Prærumpo ante alios vel priore ex parte rumpo.

Præruptus, a, um, quod prærupimus. Et ſpecialiter, quod arduum eſt ex quadam præruptione. Ut, *locus præruptus*, Bringtſted. *Prærupta ſaxa.* Et abſolutè, *prærupta, orum*, pro loco prærupto, Høje brinck.

Prorumpo, foras erumpo, Bryder vd. *Catilina prorumpet, quà minatur.* Item porro rumpo & impetu ingredior. Ut *in obliquum verſo prorumpit aratro. Eò prorumpit audacia hominum.* Item activè, idem quod perrumpo, Bryder igiennem. *Prorumpit urbem ad æthera.*

Proruptus, a, um, quod perrupimus. Ut *proruptæ munitiones.* Item quod prorumpit, Frembrut fremſtrydende. *Mare proruptum.* Et translatè, *audacia proruptæ.*

RUNA, æ, f. pr. Feſt. teli genus erat latiorem habens cuſpidem à ϱαίω profligo, vel à ϱύω traho.

Runatus, a, um, Enn. quod runâ armatum eſt & pilatum.

Rulla, æ, f. pr. fuſtis aratoris in modum runæ præpilatus ad detergendum vomerem quaſi parva runa, Plougſtaff. Verum Turnebus hoc loco legit ralla vel rallum à rado, quia ralla exponitur ϱυσὴρ in antiquo lexico. Aliter etiam rulla à ruere, quaſi ruella.

RUNCO, cas, act. pr. herbas inutiles fruticesq; noxios ex agris evello, à ϱύω traho & à noxiis libero & tueor, Rydder Agger oc Engge. *Runcare ſpinas.* Et *runcare ſegetem* eſt herbis noxiis purgare.

Runcatio, onis, runcandi actus, Ryding/ Agger oc Enge Rydning.

Runcator, oris, m. t. qui runcat, Eng oc Agger Rydere.

Compoſita.

Diruncio, cis, act. q. Feſt. pro depurgo, Rydder. Aliter legitur deruncinant.

Erunco, as, act. pr. runcando evello.

Verrunco, as, n. pr. antiquis pro verto à ve & runco q. bene verto. Ut, *te invoco ut portenta populo patriaq; verruncent benè. Precor ut quæ egi, verruncent bene.*

Averrunco, cas, act. pr. antiquis idem quod averto vel depello, quaſi abverrunco ex ab & verrunco. Ut *averruntare Deorum iram, amentiam alicujus.* Legitur & *averruncaſſint* pro averruncaverint. Aliter Varroni ex avertendo.

Averruncus, m. ſ. Deus, qui averruncat.

Aurunco, cas, antiquè idem quod averrunco.

RUNCINA, æ, f. pr. Inſtrumentum fabrile & dolatorium majus quo levigantur & poliuntur aſſereres à ϱυκάνη ejusdem ſignificationis, Den ſtore ſlet Høffl. Exponitur & neotericis criticis, ſerra illa magna materiariorum & ductilis, Skyrt Saffue. Item, ligo excidendis dumetis, Tørm hack. Aliter, runcinæ origo, habetur ῥύγχος, roſtrum.

Compoſ.

Deruncino, as, act. pr. runcina levigo vel diſſeco. Et translatè, *lapide deruncinabit militem*, i. e. vulneravit q. runcina quadam, Riblet hannem med en ſteen/ giorde hannem ſkrammer med en ſteen/ eller høfflet hannem. Sic nova translatione apud Plaut. *Tum igitur ego deruncinatus, deartuatus ſum miſer hujus ſceleſti technis.*

RUO, is, ui, utum & tuitum n. t. more fluentis aquæ cum impetu feror, à ῥέω fluo, Fuß/ falder frem ſom it vand faß oc farer haſtig frem. Quò ruis? *Ruebat curru in bella. ruere incipit. ruit & turbatus ferè inſtar. Ipſe ruit, denteſq; Sabellicus exacuit ſus. ruit arduus æther*, i. e. tonitru percrepat. *Ruit alto è culmine Troja. ruit ad voluntarium interitum. Ego bonos viros ſequor etiam ſi ruent.* Inde deorſum & præceps feror & intereo. Ut, *ruit per medios hoſtes. ruit æquore turbo creber agens hyemem. ruit nuncia fama per urbem.* Item feſtino, advolo, ut, *illum ruere nunciant jamjamq; adeſſe.* Sic, *ver ruit, dies ruit*, i. e. præcipitatur & ad finem properat. Item decipior. Ut, *emptor ruit*, Falder oc ſkuffis. Item effundor. Ut, *unde ruunt totidem voces reſponſa Sibyllæ.* Item activè præceps aliquid facio, i. e. everto diſjicio. Ut *agricola ruit cumulos pinguis aenræ.* Sic *nautæ ſpumas ſalis ære ruebant*, i. e. dividebant vel corruebant, Oprogede. *Cæteros ruerem agerem, raperem, ſunderem proſternerem*, i. e. impellerem. *Confuſa ruebant oſſa focis*, i. e. exprimebant. *Ignis ruit nubem*

altam

atram ad cælum, i. e. fundit, emittit. *Ruere arenam exercitationis causa*, eſt fodere, & pala vel rutro ruere, i. e. niti ad impellendum: tranſlatâ ſignificatione à ſuibus, qui terram ruunt, Roder / huiſter oc kaſter Jord op. Item ruere, eſt æquare. Inde rutrum q. quo æquatur terra.

Ruina, æ, f. pr. qua quid præceps ruit deorſum & ad interitum fertur, nec non ipſe caſus, Fald. *Ruina parietis.* Et translatè, *ruina fortunarum. Magna ruina impedit*, i. e. periculum. Item *ruina hominis* pro morte. *Ruina cæli* pro tonitru.

Ruinus, a, um, ad ruendum idoneus vel factus. Ut, *Pilum ruinum*, i. e. palus in mola olearia, qui in ſublimè evectus mox decidens ſubjecta ruendo comminuit, Faldende ſtøde / ſtøder i Stampemølle oc andre ſaadan / Muſt ſtøder.

Ruinolus, a, um, ruinam minitans, Vil til at falde / Bryſt feldig. *Ædes ruinoſæ.*

Ruta, orum, n. ſ. plur. dicta quaſi erutâ, ſed nondum in opus converſa, ut arena, creta, & his ſimilia. Sic cæſa quæ nondum in opus converſa ſunt ut arbores cæſæ, carbones & his ſimilia. *Ruta cæſa*, quæ ſunt cujusvis generis ſuppellex, lapides etiam ac ligna quæ ſtructili opere, tectorióve non tenentur, Løßør / huad ſom løſt er / oc ey nogle feſt vdi huß / ſaa oc vforbygt ſteen oc tømmer.

Rutabulum, n. ſ. Inſtrumentum, quo ignem promunt panis coquendi gratia, Offuenrage.

Rutrum, n. ſ. Inſtrumentum, quo eruitur aliquid, arena vel ſimilia, aut ſolum complanatur, Hacke eller Skoel. Item quo ſubigunt cœmentarii intritum, Kalckefylle / Kalckeſkoel / Jernſkoel.

Rutellum, n. ſ. parvum rutrum. Et ſpecialiter inſtrumentum quo frumentum corruitur congeriturq; in culleum ac modium, Kornſkoffl. Exponitur & hoſtorium, Strygholt.

Compoſita.

Adruo, is, act. t. Colum. ruendo operio. Ut, *inarari & adrui hoc convenit.*

Corruo, n. t. ſimul ruo, Falder om tillige. *Ille timore, ego riſu corrui.* Et translatè erro, ſeu de propoſito cado, Farer vild / ſlaar feiel. *Hiſtriones inexercitati, extremo actu corruunt.*

Deruo, is, act. t. idem quod diruo. Ut *de laudibus Dolobellæ deruam cumulum*, Bryder neder / Bryder toppen aff. Et *diruere cumulum*, eſt hoſtorio ſive rutro adæquare, Striger top aff oc jæffner.

Diruo, is, act. t. variis omnibusve partibus ruo, mutata ſignificatione neutra in activam, ſeu quod idem eſt, ruere facio, Bryder neder i grund: *Diruere urbem, maceriem.*

Dirutus, a, um, quod diruimus, Nederbrut: *Urbs diruta.* Et translatè, *ære dirutus miles* cui propter ignaviam ſtipendium detrahebatur & denegabatur, Som haffuer forbrut ſin beſolding. Sive abſentia ſive alio ſcelere.

Eruo, is, act. t. obruta effodio vel extra ruo & à loco & fundamentis quaſi ruo ſeu ruere facio, Opgraffuer / vdgraffuer / vdrydder / vddryffuer: *Oculos ipſe ſibi eruit.* Et *eruere regnum, regni opes*, eſt funditus delere & deſtruere, ødelegge i grund. Item translatè perſcrutando invenio, & quaſi ex abditiſſimis latebris in lucem profero, Vdrage / vdleder oc befinder: *Id omne cura & cogitatione erui.* Et *ex his locis optima eruimus argumenta.*

Erutus, a, um, quod eruimus, Opgraffuet / opryddit: *Eruta radicibus primis*, Oprydt med rod. Sic *mortuus erutus*: & *eruta Pergama*, i. e. deſtructa.

Irruo, is, n. t. quaſi in aliquem ruo & impetum facio, Falder ind paa en / Griber haſteligen oc veldeligen an. Ut *equo admiſſo in mediam aciem irruebat: irruit in poſſeſſiones alicujus: in ædes irruebat alienas.*

Obruo, is, act. t. in terram condo, terrâ tego, Hyller Jorden paa nogit / ſkiuler i Jorden / demper: *Semina terra obruit. theſaurum obruit.* Inde translatè ad alia, pro quocunq; modo, aliqua copia, & vi aliquid peto & defatigo, ut *obruere armis, lapidibus, telis, aqua*, aliisq; id genus, pro lapidare; & armis, telis lapidibusq; ad necem operire: Sic *obruere nivibus; obruere sevino: obruere itinera strage*, Sprenge / offuerile oc forfylde. Item translatè ad animum & ſimilia, ut *obruit me nugis; obruit riſu, teſtimoniis, copia ſententiarum, magnitudine negotii*, Forfylder oc doffuer. *Voluptas obruit dolorem: obruit ſitu vetuſtatis; obruit oblivione*, Hyller til / ſkiuler ſlet.

Obrutus, a, um, quod obruimus, Sprengt / offuerilet / forfylt. *Obrutus aqua*, Druckner.

Adobruo, Colum. idem quod obruo & in terra defodio, ut *ſemina ſarculis adobruunt.*

Circumobruo, Plin. circum aliquid, aliud obruo vel antiquis obruo.

Inobrutus, non obrutus, ut *undis inobrutus*, Som icke er druckner / vdruckner / vſkand.

Superobruo, aggregatim & cumulatim obruo, Offuerdycker. *Dixit & ingeſtis comitum ſuperobruit armis.*

Proruo, n. t. porro ruo, Falder frem ad: *Proruit in caput.* Et activè foras ruendo & cum impetu & celeritate egredior, Falder vd / ſkynder mig vd. *Foras ſe proruunt omnes.* Item *proruere vallum*, eſt cum impetu deſtruere. Sic *proruere montes*, Bryder neder med en haſt.

Prorutus, a, um, quod proruimus, Haſteligen nedbrut: *Prorutum vallum.*

Subruo, is, act. t. ſubfodio vel ſubfoſſo fundamento diruo, Vndergraffuer oc riſſuer neder. *Murum ſubruunt.* Item effodio, Opgraffuer: *Subruunt terram theſauros quæritantes.*

Subrutus, a, um, quod ſubruimus. Ut *mœnia cuniculis ſubruta*, Vndergraffne / Nederreffne.

Semirutus, Liv. quaſi ſemidirutus, dimidiata ſui parte dirutus. Ut *ſemiruti muri: patria ſemiruta.*

RUS, ruris, n. t. quicquid locorum extra oppida & urbes eſt. Veteribus autem comprehendebat tantùm ſylvas & paſcua. Inde etiam agros qui arando coluntur, à rude propter inculta loca & morum ruditatem, Landsbye / vden Byes jord / Bygden Landit. *Rus it, rure habitat*, Vd paa Lander. Aliter ab ἄρουρα, arvum ager, cujus ſunt veſtigia manifeſtiora in plurali, rura, dempto nimirum capite.

Ruralis, le, om. t. quod ad rus pertinet. Ut *Dii rurales* qui ruri præſidebant.

Rureſtris, e, om. t. Apul. idem quod ruralis vel ruſticus. Ut, *rureſtre vocabulum.*

Ruro,

Ruro, as, n. pr. Plaut. ruri opus facio, rus colo', Leffuer eller arbeider vd paa Landet. *Ruri rurant homines.*

Ruratio, onis, rurandi actus: Unde Dii rurationis qui operi ruſtico faciundo præſunt.

Ruror, aris, depo. pr. Varr. idem quod ruro. Ut *in agro ſtudioſius ruror.*

Ruſticus, a, um, quod eſt ruris, vel ad rus pertinet. Ut *domus ruſtica*, Bonde huß. *Res ruſtica*, Landzby handel oc godz. *Villa ruſtica*, pars eſt villici & familiæ & ubi ſunt bubilia, equilia, ovilia, caprilia, omne deniq; ruſticum inſtrumentum, Ladegaard. *Vicus ruſticus*, vel pro eodem abſolute vicus, idem quod pagus, Landzbye. *Ruſtica perdix*, Snaphøne. *Proverbium ruſticum*, Landzbye Sprog/Bonde Sprog. *Vita ruſtica*, Bonde leffnit/ Landzbye leffnit. *Ruſticalia*, dies feſtus, quo primum vinum in urbem deferebant ruſtici. Item translatè rudis & incultus, Groffue/ tylperſk/ plumper. *Homo es ruſticus. ruſticæ manus atq; indoctæ.* Et abſolute ruſticus, qui ruri habitat, Bonde/ Landzbymand. *Urbani fiunt ruſtici.*

Subruſticus, a, um, aliquantulum ruſticus. Ut *ſonus ſubruſticius*, Groffue oc Bondactig.

Ruſticè, modo ruſtico rudi & inculto, Bonde actigen/ groffligen/ tylperſk.

Ruſticulus, a, um, aliquantum ruſticus, Plomp/ plompſk. *Ruſticulus libellus.* Et *ruſticula*, nomen avis perdici ſimilis, Snaphøne. Exponitur & Danicè avis alia, Flæ.

Ruſticitas, atis, f. t. ruſtici hominis & inculti vitium, Groffhed. Item inepta & ruſtica verecundia, Bondactig/ Bluferdighed.

Ruſticanus, a, um, Cic. idem quod ruſticus.

Ruſticarius, a, um, idem Varr. Ut, *falces ruſticariæ* quæ ad rus pertinent. Legit autem Turnebus ruſtarias falces, q. quibus ruri ſecantur rubi, qui per agros ſerpant, à voce quadam Ruſtum in Feſt. quod legitur his verbis: ruſtum ex rubus.

Ruſticor, aris, dep. pr. ruri degè, Leffuer vde paa Landet/vdi Landzbye. *Sæpius ruſticor. Liceat modò ruſticari.*

Ruſticatio, onis, ruſticandi actus.

Ruſticatim, adverb. Pompon. pro ruſticè. Ut *ruſticatim tangam, urbanatim neſcio.*

RUSCUS, ſci, m. ſ. frutex eſt myrto nondum ſimilis (unde & Myrtus ſylveſtris dicitur) Virgultis horridioribus ad uſum ſepium & ſcoparum, & rubeſcentibus per maturitatem baccis, cujus (dum mulieres imprimis expetebant, à rubore ſic dicta) Tropicè ponitur pro ſordido propter uſum purgandarum ſordium.

Ruſceus, a, um, quod ruſci colorem refert, vel ruſci colore infectum. Ut *facies ruſcea*, i.e. ruſcei coloris.

RUSPOR, aris, dep. pr. de gallinis dicitur, cùm eſcam quærentes terram ſcalpunt & fodiunt ab ὀρύω fodio, dempto capite: vel à ῥίπω projicio, jacio, quod projiciat terram inter ſcalpendum quaſi riſpor. Ut, *ruſpantur gallinæ*, Skraber effter føde. Inde antiquis pro ſcrutor & diligenter inquiro. Ut, *vagant ruſpantes ſylvas. ruſpantur latebras.* Et translatè *animo ruſpor.* Legitur & ruſpinat χειρίζεται, i. e. manufricat, Gnier eller ſkraber. Aliter à ruo disjicio fundo, fodio, quaſi ruens pede terram, i. e. disjiciens, fundens &c.

Corruſpor, Plaut. pro conquino.

RUTA, æ, f. pr. pr. prod. herba amara & contra venena valens, à ῥύομαι tueor, ut ῥύσιμον & ῥύτη apud græcos ejusdem originis & ſignificationis, quod adverſus venena & alios peſtiferos morbos nos tueatur & conſervet, Rude.

Rutaceus, a, um, quod ex ruta confectum eſt. Ut, *aqua rutacea*, Rude vand.

Rutatus, a, um, rutâ conditum. Ut *rutatum muſtum. Rutati lacerti.*

RUTUBA, æ, f. pr. veteribus idem quod turba, tumultus, à ruo, quaſi ubi in ſe invicem ruunt. Ut, *ergo tum Romæ parce pureq; putantes vivere cum patria, nunc ſumus in rutula*, i. e. perturbatione. Aliter à ῥόθος fremitus, ſtrepitus, tumultus. Legitur & Retuba à retundo; vel q. adverſa tuba, adverſi ſoni.

S.

SABBATUM, n. ſ. σάββατον, Hebrea Origine; ſeptimus quisq; dies ex mandato divino Hebræis feſtus in memoriam creationis, quod ſex diebus creaverat Deus omnia & ſeptimo ceſſaverat: incidebatq; in diem, quem more Ethnicorum à Saturno diem Saturni vocamus, Løffuerdag/ Jødernis Søndag. Accipitur & Hebræis, pro ipſa ſeptimana, Vge.

Sabbatarii, Mar. ſic dicti ſunt Judæi à Romanis, quod Sabbata ſuperſtitiosè colere ipſis videbantur.

SABULUM, li, n. ſ. pr. corr. arena craſſior, ponderoſiorq; vulgo à ſero ſatum, quaſi arena hinc inde ſparſa, & ſeminata, Stoer groff Sand. Aliter à σαγήνη onero, ut à πάγη Tabula.

Sabulo, onis, m. t. Colum. idem.

Sabuletum, n. ſ. locus in quo ſabulum abundat.

Sabuloſus, a, um, Sabulo plenum. Ut *terra ſabuloſa*,

Saburra, æ, f. pr. Sabulum, quo navis oneratur, ut ſtabilius naviget. dicta quaſi ſabulerna ut tabula, taberna, Baglaſt.

Saburro, as, act. pr. Saburrâ onero, Baglaſter. *Saburrare navem, ſaburrant ſe grues devoratis arenis & lapillis ſublatis.*

Saburatus, a, um, ſaburra oneratus, Baglaſtet. Et translatè quovis modo expletus. Ut *mulier ſaburrata*, i. e. ſatura.

SACCHARUM, n. ſ. σάκχαρ, aroma quoddam dulciſſimi omnium ſaporis, Arabibus Zuccara, Indis autem Jagara, à quibus & rei nomen & res ipſa, Zucker. Advehitur præſtantiſſimum ejus generis ex Inſulis fortunatis (quas canarias vocant) in metæ formam redactum, canarie, Zucker.

SACCUS, m. ſ. σάκκος, conceptaculum in quo aliquid continetur, & in unum colligitur, Sæck. Unde *ſaccus frumentarius, ſaccus nivarius, ſaccus vinarius.* Dicitur & ſaccus, Senecæ, de corpore humano.

Sacculus, m. ſ. parvus ſaccus, Poſe/ Lumme. Item marſupium, Pung.

Sacellus, m. ſ. idem.

Saccularius, m. ſ. Jurisconſ. qui ſacculos, crumenas, & marſupia furabatur, aut rimabatur, Pungſnider/ Pungetyff/ Lummetyff.

Sacca-

Saccarius, m. ſ. Jurisconſult. qui ſaccis geſtandis victum quæritat.

Saccaria, æ, f. pr. Apulejo ſaccorum mercatura. Ut *ſaccariam facit.*

Saccatus, a, um, Lucre. ſacco percolatus. Ut *ſaccatus humor corporis*, i. e. urina.

SACER, cra, crum, cerrimus, pen. corr. propriè quicquid Deorum eſt, ideoq; venerabile, ab ἄγω, quod rem ſacram ſignificat, & veneratione dignam q. ſager, Helligt/Helliget. *Sacræ ceremoniæ, locus ſacer, corona ſacra, arces ſacræ, ædes ſacra.* Et *cœna ſacra* vel cœna Domini, græco nomine Euchariſtia, à gratiarum actione, quàm Dominus moriturus in ſui memoriam Chriſtianis inſtituit, Hellig Nadere/Alterens Sacramente. *Ver ſacrum*, vovendi mos fuit Italis. Magnis enim periculis adducti vovebant, quæcunq; proximo vere nata eſſent apud ſe animalia immolaturos. Sed cum crudele videretur pueros ac puellas interficere perductos in adultam ætatem velabant: atq; ita extra ſuos fines exigebant. Item execrandus & piacularis quemadmodum Græcorum illud per antiphraſin, Forbandt/fordømmelig. *Auri ſacra fames. Homo ſacer*, quem populus judicavit ob maleficium, neq; fas erat eum immolari. Sed qui occidit parricidii non damnatur, Fredløß. Inde ſceleſtus omnis, Ugudelig/forbandet oc fordømmelig Skalck oc Menniſke. Item *ſacer ſerpens*, ſerpentis quoddam genus peſtilentiſſimum, veneno ſuo etiam ipſis maximis anguibus formidabile. Item morbis quibusdam additum notat magnitudinem. Ut *ſacer ignis*, morbus ex genere ulceroſorum. *Sacer morbus*, i. e. magnus, ingens, dirus & formidabilis (qui aliàs comitialis dicitur, Fallende Siuge) Quomodo Græcis dicitur ἱερὸν μῦρον, ἱερὸς βοῦς, ingens robur, bos ſummè utilis. Sic Medicis, *ſacra fiſtula* in corpore, i. e. magna. Et populari ſermone, *ſacra anchora*, i. e. extremum perfugium, Liff Ancker. Item *ſacri porci* & antiquis *ſacres porci*, i. e. puri & integerrimi, atq; ad ſacrificium idonei. Hos enim die circiter decimo à partu immolabant ii Laribus, qui aliquod piaculum admiſerant, aut qui inſani fuerant: imo etiam quibus aucta erat familia liberorum prole. *Sacra via*, quod in ea fœdus ictum ſit inter Romulum & Tacitum: vel quod eo itinere utebantur ſacerdotes Idulium ſactorum conficiendorum cauſa. *Sacer mons*, trans Anenem fluvium, qui Jovi fuerat conſecratus. Et abſolutè *ſacrum*, n. ſ. pro ſacrificio. Ut *ſacra Jovis*, *ſacra Plutonis*: *ſacra piacularia*, Kircketieniſte/høymeſſe. *Miſcentur ſacra profanis.* Item Jurisconſ. ſacra pro templo, ut ſacrelegi, qui ſacra publica compilant. Sacra dicuntur abſolutè, etiam, privata ſacra, ſingulis familiis peculiaria: Unde *ſine ſacris hæreditas*, i. e. ſine ſumptu, qualis ſacris privatis, etiam adhiberi ſolebat. Aliter ſacrum, dictio habetur Tuſca, ejusdem originis cum ſaga.

Sacellum, n. ſ. locus parvus Deo ſacratus cum ara, Capel.

Sacro, cras, act. pr. Deo dedico & ſacrum facio, Helliger oc giffuer til Guds ære oc tieniſte. *Statuam Jovi ſacrabit.* Et *ſacrare Dis votum*, eſt voto ſe aſtringere. Item ſacro, pro devoveo, deteſtabile decerno, & ita morti addico, ut impunè occidi & violari poſſit, Forbander til døde/gaar fredløs. *Sacrabant eum. ſacrabant ejus caput cum bonis, qui regni occupandi cauſa conſilia inierat.*

Sacror, paſ. ut ſacrabor in aris.

Sacratus, a, um, quod ſacravimus. Ut *caput ſacratum. Sacratum alicui opus*, i. e. conſecratum & dedicatum, Skenck til ære. *Sacratæ leges*, quibus ſancitum erat, ut ſi quid adverſus eas feciſſet, ſacer alicui Deorum cum familia pecuniaq; eſſet. Et amiſſo tempore ſacratior, ſacratius, ſacratiſs. Ut *ſacratiſſimum numen*, i. e. omnium maxima veneratione dignum.

Sacrarium, n. ſ. locus in templo, in quo ſacra reponuntur & aſſervantur, Sacriſti. Item privatus & domeſticus locus in quo privata ſacra & privati Dii colebantur & aſſecrabantur. Ut, *habitat in tuo ſacrario*, Bedekammer/Læſekammer. Et novâ translatione: *Fecit ei ſacrarium ſcelerum domi tuæ*: Et *domi tuæ conſtitutum eſt ſacrarium ſcelerum.*

Sacramentum, n. ſ. veteribus, æs ſive pecunia erat à duobus contendentibus apud pontificem, ea lege depoſita, ut qui ſponſione viciſſet ſuam integram auferret: Victi autem ærario vindicaretur, Underpant paa it vedde eller trætte. *Sacramento contendam mea eſſe. Injuſtis vindiciis & ſacramentis fundos alienos petit.* Item ſacramentum, quod jurisjurandi ſacratione interpoſita geritur, Soren Ed ved alle Helgen at bliffue ved noget men der er Liff paa færde. Unde *ſacramentum militare*, quo milites in verba Imperatoris ſui jurabant ſe non deceſſuros, niſi poſt completa juſta ſtipendia quæ 25 annorum erant. quod niſi præſtitiſſent juſti milites non videbantur, eoq; abſoluti in hoſtem legitimè pugnare non poterant. Et rurſus inde ſacramenta pro ipſis militibus. Ut *pramia atq; emolumenta notentus ſacramentorum.* Hinc *ſacramentum dicere*, vel *ſacramento dicere*, Suære en ſin Tieniſte. Et *ſacramento rogari*, eſt jurejurando adigi. Item ſacramentum Eccleſ. gratiæ ſymbolum, quo mutua fit obligatio Dei & hominis, Sacrament.

Sacrimum, Sacrificii genus, quo muſtum Libero patri ſacrificabant pro vineis & vaſis in ipſo vino conſervandis.

Compoſita.

Conſecro, idem quod ſacro, i. e. Deo dico vel ſacrum facio, Helliger / indvier til Guds ære eller tieniſte. *Conſecrare ſpolia.*

Conſecratio, onis, Indvielſe. Conſecrandi actus, quo aliquid conſecratur.

Conſecratus, a, um, ſacris devotus & initiatus. Item celebris. Ut, *tua virtutes in urbibus ſunt conſecratæ.*

Conſecraneus, a, um, Capit. qui conſecratur vel conſecratus eſt, Helliget. quiq; ſactis rebus, ſtudiis mancipatus, vel cum aliis mancipatus eſt, Stalbroder i Helligdom eller Bogelig konſter.

Deſacro, as, act. t. Stat. idem quod conſecro.

Exſecror, aris, dep. pr. q. à ſacris ejicio, cuiq; ſacrum interdico diraſq; imprecor, Forbander/ſætter i Band. *Patriam Ulyſſis exſecrantur.* Sed & ſignificat privatim diras imprecor, Forbander. Et per conſequens, abhorreo, Skyer for/haffuer vederſtyggelighed til noget. *Factum hoc exſecror.*

Exſecrabilis, le, om. t. exſecratione dignum. Ut *odium exſecrabile*, Forbandelig/fordømmelig.

Exſecratio, onis, exſecrandi actus, Forbandelſe. Et ſpecialiter obteſtatio ſolennis per ſacra, quæ ſcilicet fiebat per ſacrificia.

Exſecratus, a, um, quod exſecrati ſumus, Forbandet. *Civitas exſecrata: augurium exſecratiſſimum omni tempore.*

Exſecrandus, a, um, idem quod exſecrabilis. Ut, *homo eſt exſecrandus.*

Obſecro,

Obſecro, as, n. pr. quaſi per ſacra rogo, ſupplico, aut ſollicite, anxiè, ſtudiosè oro, Mindeligen beder / beder for Guds ſkyld / formaaner paa det aller høyeſte: *Obſecro te, quam primum me libera metu. precibus me obſecrat.* Et diviſim *ob bos ſacro.* Item *obſecro abs te,* Beder dig nogit aff. Ponitur interdum adverbialiter pro quæſo, aut amabo te, Kære: *Obſecro, an is eſt,* i. e. dic quæſo.

Obſecratio, onis, obſecrandi actus, Bøn oc formaaning. *Obſecratio alicujus,* quâ obſecrat.

Reſecro, as, act. pr. obſecratum religione ſolvo & q. primum facta obſecratione, inde in contrariam ſententiam obſecro, & ita ut prior illa obſecratio ſit irrita, formaaner tilbage igien det jeg tilforne bad om. *Rei obſecrantes populum juſſi ſunt à magiſtratu reſecrare. Reſecro mater, quod dudum obſecraveram.*

SACERDOS, otis, com. t. qui ſacris præeſt eaq; operatur & adminiſtrat, à ſacris ſic dictus, Præſt oc Guds ords Tienere. Eſtq; com. gen. quia non tantum ſexus maſculus Ethnicis ad hoc miniſterium adhibebatur, ſed & muliebris. Unde *ſacerdos primaria,* Abbediß / Prioxinde. Habetur autem compoſita vox quaſi ſacradans.

Sacerdotiſſa, æ, f. pr. Gel. idem quod ſacerdos in ſexu fœmineo.

Sacerdotalis, le, om. t. quod ad ſacerdotem pertinet. Ut *munus ſacerdotale,* Præſte Embede.

Sacerdotium, n. ſ. Sacerdotis munus & dignitas, Præſtedom / Præſte Embede. Item ſacerdotis jus & proventus, Præſte gild. Unde ſacerdotium gentile, quod quis ab avorum Origine habet, ejusq;, ut dicitur, conferendi jus.

SÆPE, piùs, iſſimè, adverb. temporis, ſignificans crebram ejus iterationem, à ſepes propter denſitatem, Tit oc offte. *Sæpe ac multum: ſæpe ac diu mecum cogitavi, in ea re verſatus ſum: ſemel ac ſæpius: minus ſæpè; nimirum ſæpè: ſæpe ſæpius.*

Sæpiculè & ſæpiuſcule, aliquantum ſæpe. Ut *ſæpiuſcule peccas.*

Compoſitum.

Perſæpe, valdè ſæpè, Saare tit. *Perſæpe hoc fit. Perſæpe teſtudine amorem flet.*

SÆVUS, a, um, ior, ſſimus, veteribus qui durus erat immitis & vehemens, à σεύω, perſequor inceſſo, fugo, Streng / haard oc haſtig. *Sævus ſenex. ſæva ira. ſævum bellum. ſæva tempeſtas.* Item Iratus. Ut, *Sævus ambobus Achilles.* Item fortis & animoſus. Ut *Sævus Hector.* Item potens. Ut, ſævus tridens mihi dabitur. Item durus. Ut, *ſævus ſcopulus. ſæva dicta.*

Sæviter, Plauto, modo ſævo, Haardeligen / ſtrengeligen. *Sæviter me alloquitur,* Taler mig hart til.

Sævitia, æ, f. pr. ſævi affectus & animus, Strenghed / haardhed. *Sævitia in famulos.* Item ira. Ut, *da ſævitiæ ſpatium.*

Sævio, vis, vivi & vii, vitum, n. q. ſævitiam exerceo, Tager hart affſted / forhaſter mig / er megit ſtreng. *Quid in me ſævis pater? Acerbè ſævit in illum. ſævet animis,* i. e. vehementer iraſcitur. *Sic ne ſævi,* i. e. nimium excandeſce, Ver icke for haſtig. Item fortiter & ſtrenuè me gero. Ut *invictus mors tibi ſævit in armis,* Holder ſig vel / Mandig oc modig.

Compoſita.

Deſævio, valde ſævio. Ut *patere unum diem noctemque deſæviant,* Raſer / er gram. Item ſævire deſino, Sactis / Mildis. *Nec dum deſævit ira. dum pelago deſævit hyems.*

Exſævio, ſævire deſino, Liv. Sactis / Mildis. *Tempeſtas exſævit.*

Obſævio, is, idem quod ſævio vel in alium ſævio, Far grumt aff ſted mod ander.

SAGA, æ, f. pr. pr. product. mulier ſacrorum perita, à ſagan, quod Orientalium linguâ ſignificat ſacerdotem & vatem: vel immediatè ab ἅγω, ejusdem ſcilicet originis cum ſacer, quod mentiatur ſibi id genus hominum divinam ſecretamq; divinorum ſcientiam & religionem. Inde ſub hoc nomine ſuperſtitioſa quæq; & venefica mulier, quæ malis artibus cuiquam boni aliquid vel mali conciliare vult, Spaaquinde / Segnekone / Troldkone: Item anus quæ multa ſcire vult.

Sagana, æ, f. pr. pen. corr. Horat. nomen eſt mulieris veneficæ à ſaga vel ſagacitate. Sed & aliter à σάγος deducitur, i. e. integumentum & amictus quo tegebatur. Exponitur item ſagana, vas in quo aliquid teritur, ut Græcorum σαργάνη pro σαγήνη ſporta, crates, ciſta.

Sagio, is, n. q. antiquis acutè ſentio, ut præ ſe fert ſaga, Ved alving / ved alt vden ad.

Sagax, acis, om. t. pr. corr. qui ſagit & acutè ſentit. Ut *homo ſagax. animus ſagax & acutus,* Var / klog. *Canis ſagax,* Cice. quem Ovid. vocat Gallicum, Steffner / Snøfftere. Item cum caſu, *ſagax rerum.*

Sagacitas, atis, f. t. ſagacis habitus, Klogſkab. *Homo magna ſagacitate in his rebus. ſagacitas canum.*

Sagaciter, cius, ciſſimè, aſtutè, prudenter & callidè. Ut *illi duo duces ſagaciter moti ſunt,* Klogeligen / Snildeligen / Snaadigen.

Compoſita.

Præſagio, gis, givi, gitum, n. q. ante ſagio quàm res fiat, Mercker / fornemmer / forſtaar / ved noget tilforn førend det ſkeer. *Præſagiebat animus hoc ita fore,* Det kom mig i ſinde / ſkød mig i tancker. *Præſagiebat navita melius noctem venturam.*

Præſagior, iris, dep. q. Plaut. idem. Ut *plus præſagitur mihi.*

Præſagitio, præſagiendi actus.

Præſagus, a, um, qui aliquid mente percipit & ſapit antequam fiat. Ut *mens præſaga futuri. præſaga mali.*

Præſagium, n. ſ. præſagientis affectus & divinatio, Forſage. Præſagium futuræ tempeſtatis quo de tempeſtate præſagitur. Et *præſagium mentis,* quo præſagit illa.

SAGENA, æ, f. pr. prim. corr. σαγήνη, retis genus, quo piſces è naſſa auferuntur: aut retis ſinus, unde exire nequeunt, Kalff i Fiſkegarn.

SAGINA, æ, f. pr. prim. corr. cibus quo animal pingue efficitur & quaſi farcitur, à σάττω farcio, Fylding oc Medſken til at fæde med. *Stomachum ſaginis laxat, cædere ſaginam,* eſt cædere frondem. quia fronde ſaginabatur pecus, ut glandib. ſues, Olden. Item ipſa pinguedo ex ſagina. Ut *contraxit ſaginam corporis ex nimia luxuria.* Item ipſa ſaginata animaliâ. Exponitur & ſagina, ipſum vivarium, in quo animalia ſaginantur,

Oldens

Oldenſkow/Suinegle. Unde translatum illud: *Apud Regem Herus ſe conjecit in ſaginam.* Item translatè *ſaginа dicendi*, i. e. ubertas.

Saginarium, rii, n. ſ. locus ubi ſaginantur altilia, Saa-ſom Suin Eggei/ Gaaſeſtie/ Oldenſkow.

Sagino, as, act. pr. pingue facio, Fædmer/ Mædſker/ giør fæd. *Herba viridis ſaginat jumenta. offis ſaginantur aves: hordeo ſaginandus equus.*

Saginatio, onis, ſaginandi actus. Ut, *tridui inediâ ſaginationem ordiuntur.*

Saginatus, a, um, quod ſaginavimus. Ut *porcus ſaginatus*, Fæd Suin.

SAGITTA, æ, f. pr. pr. cor. genus teli, & ſpiculum, quod arcu emittitur à σάγη, i. e. arma: quia præcipuum armorum priſcis erat ſagitta, ut & σάγμα ipſis theca etiam aliorum armorum, Pil/ Flitzpil/ Kul. Item ferramentum, quo veterinis jumentisve ſanguis detrahitur, Lade Jern til Quæg. Item noviſſima ſurculi pars, ſic dicta, ſive quòd longius receſſerit à matre, ſive ſagittæ ſpeciem habeat. Item nomen herbæ ex ulvæ generibus. Item ſignum cœleſte.

Sagittarius, m. ſ. qui ſagittas ex arcu emittit, Skytte. Item ſignum cœleſte. Item piſcis quidam in mari rubro, ſpecie ac ſimilitudine echini.

Sagittatus, a, um, ſagitta armatus. Unde *ſagittata ſubia*, quod ſagittarum inſtar animum feriant, vel quia amor ſagittatus fingitur & pingitur.

SAGMA, tis, n. t. σάγμα græca voce, ſed latinis in hac ſignificatione uſurpata: ſtratum eſt jumenti cui onera imponuntur, Klofft Saddel.

Sagmarius, a, um, ut *mulus ſagmarius: equus ſagmarius*, qui onera ferunt.

SAGMINA, neut. plu. vox priſcà ejusdem originis cum ſaga & ſacro, ab ἅγος res ſacra: quâ ſignificantur herbæ puræ, verbenæ, & gramen cum ſua terra evulſum, ex ſacro loco, arce vel ara manu Conſulis aut Prætoris deſumptæ, & legatis fecialibus & Patri patrato datæ, ad indicendum bellum, aut fœdus faciendum proficiſcenti, ſanciendi, & confirmandi omine. Unde & Feſto, à Sancio.

SAGUM, n. ſ. pr. cor. genus veſtis brevioris, quo tempore belli Romani utebantur depoſitis togis, ut eò eſſent expeditiores: ideoq; ſignum belli erat, à σάγος ejusdem ſignificationis, nec non ejusdem originis cum ſagitta, quippe quod in bello uſurpatum, & armis induendis, ferendis tractandisq; idoneũ, armisq; ſuperinducebatur. Krigßkiortel/ offuer Ryſtningen/ Kaſack. *Ad ſagа ire. In ſagis eſt civitas. ſaga ſumere.* Inde ponitur pro ipſo bello. Exponitur & veſtis ſtragulæ genus, non diſſimile cilicio. Aliter ſcraboni, Gallica habetur vox.

Sagulum, n. ſ. idem quod ſagum.

Sagarius, a, um, qui ex ſagorum negotiaciatione quæſtum facit.

Sagaria, æ, f. pr. exercitium vendendi ſaga.

Sagatus, a, um, ſago indutus.

SAL, lis, m. & n. t. ſed plural. m. tantum, condimentum quoddam ciborum mordaciſſimum & ut omnium vulgatiſſimum; ita princeps & nobiliſſimum, ab ἅλς ejuſdem ſignificationis, Salt. Inde translatè ſignificat jocum & urbanitatem, quaſi dictum optime & ſapore jucundiſſime condi quodq; conciliat gratiam quadam cum mordacitate, Kiſſſalig ydi ord oc tale/ it lyſtig oc ſkemps ord der høſſ. *Nulla eſt in toto corpore mica ſalis. Scipio omnes ſale & facetiis ſuperabat. literæ ſparſæ ſale humanitatis. ſales in dicendo multum valent.* Et *ſale urbem defricare*, eſt dicto faceto aut mordaci perſtringere. Ponitur & pro ſapientia idq; genere tantum maſculino, ut *ſalem habet qui in te eſt.* Item ſal & antiquè ſale pro mari, ut & Græcorum ἅλς quia ſalſum eſt & ex ipſius aqua ſal elicitur. Ut, *ſpumas ſalis ære ruebant.*

Salarius, a, um, quod ad ſal pertinet. Ut, *via ſalaria Romæ* quia per eam ſabini ſal à mari deferebant. *Annona ſalaria.* Et abſolutè *ſalarius*, qui ſal & ſalſamenta conficit vel vendit, Saltſyder/ Saltvelder/ Saltkremer. Et *ſalarium* n. ſ. ſtipendium militum & annona Tribunorum: ſic dictum quòd apud antiquos ſal eſſet in ſummo honore & pretio, nec non concordiæ ſymbolum, Sold/ Koſtpeng.

Salſus, a, um, quod ſalis ſaporem habet, Sylt. *Salſum æquor. ſalſa aqua. lachrymæ ſalſæ. ſudor ſalſus.* Et *mola ſalſa*, i. e. frumentum molitum & ſale miſtum in uſum ſacrificiorum. Item translatè *ſalſum dictum*, in quo jocus eſt cum quadam mordacitate, Tierlig eller ſkemtefuld dog ſkarp oc bidſk tale. *Salſus homo*, i. e. facetus.

Salsè, ius, iſſimè, modo ſalſo faceto & urbano. Ut *multa ſalsè dicuntur.*

Salſamentum, n. ſ. quicquid ex ſale compoſitum eſt, vel ſale conditum ad diuturnum uſum ciborum, Saaſom ſyltet fleſk/ ſalt kiød/ ſalt mad/ ſalt fiſk.

Salſamentarius, a, um, quod ad ſalſamenta pertinet. Ut *cadi ſalſamentarii, vas ſalſamentarium*, Salttrov/ tønder oc fade. Et abſolutè *ſalſamentarius*, qui ſalſamenta vel facit, vel vendit, Saaſom fiſk ſaltere/ eller ſom ſtycker ſalt mad vd/ Sutler/ Hycker.

Salinæ, arum. f. pr. locus in quo ſal aut effoditur, aut ex aqua marina paratur, Sylt Aare/ Sylt Grube. Et translatè, *profeſſio ſalinarum*, i. e. ſalis & joci.

Salinum, ni, n. ſ. vaſculum in quo ſal reponitur ad menſæ uſum. Item patella, in qua Diis primitiæ cum ſale offerebantur, Saltkar. Ponitur & pro quocunq; vaſe pauperis menſæ.

Salillum, n. ſ. parvum ſalinum. Et translatè, *homo ſalillum animæ*, i. e. perquam tenuis, ut ſalillum pauperum: aut cui anima eſt, ut ſal, i. e. condimentum & conſervatrix corporis.

Salio, is, ivi, itum, act. q. pr. corr. ſalecondio, Salter: *Saliti ſaliuntur piſces.* Et *ſaliens mica*, pro grano ſalis.

Salitura, æ, f. pr. Saliendi actus. Colum.

Sallo, is, Luciil. & Col. act. t. ſale condio. Ut *ſallere murenas. pecora ferro necauda & ſallendа.*

Salſilago, inis, f. t. Plin. quivis humor ſalſus, Sylts lage.

Salſitudo, Plin. humor ſalis ſaporem referens. Ut *ſalſitudines corporis.*

Salſugo, Plin. idem quod ſalſilago.

Salſura, æ, f. pr. Colum. idem quod ſalſamentum.

Saliva, æ, f. pr. excrementitius oris humor, ſic dicta à ſalſo ſapore, Spyt/ Sægel. Ponitur & pro ſapore, ut *ſaliva turdorum. ſaliva vini. ſaliva meri.* Et *ſalivam movere*, i. e. guſtum. *Saliva mercurialis*, i. e, cupiditas lucri. Aliter à σίαλον; ſaliva.

Salivarius, a, um, quod ad ſalivam pertinet. Ut *ſaliváris lentor*, i. e. vitioſitas ſalivæ, Sagel.

Salivatus, a, um, Colum. quic quid guſtum reficit.

Salivoſus, a, um, quod ſalivæ ſimilitudinem habet. Ut, *humor ulmis ſaliváſus.*

Salivo, as, act. pr. Salivam emitto, Sagler. *Mutuo attritu ſalivant purpuræ lentorem cujusdam ceræ.* Item perungo, quaſi ſaliva quadam. Ut, *Salivandum ægrotum pecus.*

Salivium, alicui facere, eſt oſculum dare. Antiquitus enim oſculantes invicem ſalivas oris miſcebant, præcipuè cœco amori impliciti.

Compoſita.

Inſulſus, a, um, quod ſalſum non eſt, non ſalſus, Wſaltet/ haffuer ingen ſmag. Et translatè, qui nihil ſalis & gratiæ in ſe habet, ineptus, Plump / tylperſk/ groffue. *Fatuus eſt, inſulſus, tardus. Inſulſa gula. inſulſa dicta, & illiterata.*

Inſulsè, adverb. modo inſulſo. Ut, *inſulsè loquitur.*

Inſulſitas, atis, f. t. Cic. Inſulſi vitium & affectus, Groffhed/ plumphed.

Subinſulſus, aliquantulùm inſulſus.

Perſalſus, valde ſalſus. Ut. *dictum perſalſum*, Tierlig.

Perſalsè, modo perſalſo. Ut, *perſalsè & humaniter etiam mihi gratias agit.*

Præſalſus, a, um, Colum. valde ſalſus. Ut *præſalſa adeps.*

Subſalſus, nonnihil ſalſus. Ut *herba guſtanti ſubſalſa.*

SALAMANDRA, æ, f. pr. σαλαμάνδρα, animal lacerti figura etiam afflatu & repratu venenoſiſſimum: à colorum varietate ſic dicta.

SALAR, aris, m. t. Auſon. nomen piſcis qui & Trutta dicitur, aut parvulus quidam ſalmo: adeoq; ejusdem originis cum ſalmo. Ex ſalare autem fit ſalmo.

SALGAMA, n. plur. fructus omnis muriâ conditus ad uſum, ut ſunt olivæ, capparis, pyra, fici, uvæ: à ſale ſic dicta, Syltet eller indſyltet Vaare/ Oliver/ Cappere oc andet ſaadant.

Salgamarius, m. ſ. qui ſalgama vendit.

SALIO, lis, ivi, ii, vel lui, diviſis ſyllabis ſaltum n. q. pr. corr. ſurſum violenta ſeu acri motu proruo: nec non ſurſum deorſum motu reciproco ruo ab ἅλλομαι ejusdem ſignificationis, Springer / Danzer. *Saliendo ſe exercet homo, in pratis unctos ſaliere per utres*, i. e. ſaltavere. Item *ſaliens aqua*, quam tubuli fiſtulæve reddunt, Springende vand. Sic *fons ſaliens. ſupercilium mihi ſalit*, i. e. palpitat: quod omen alicujus eſſe credebat veterum ſuperſtitio. Item *ſaliens mica*, pro mica ſalis ſaliente in ignem conjecta. Item abſolutè *ſalientes*, fontes tubis aut fiſtulis aquam fundentes, Poſt. Inde transfertur ad alia. Ut, *ſaliunt arbuſta* quæ repente è terra exoriuntur, Løber op / ſpringer op. *In tectis crepitans ſalit horrida grando. ſalit mihi cor præ gaudio*, Det ſpringer i mig. Item ſalire dicuntur, bruta fœminas ineuntia, quia fit cum ſaltu quodam. Ut, *læta ſalitur ovis, equus matrem non ſalit*, Heſt ſpringer/ hopper. *Anſeres ſaliunt fere in aqua.*

Salto, as, n. pr. ſaltus cum ſaltitulis ad modulos facio, & numero me moveo, Danzer/ Hopper/ Springer.

Nemo ferè ſaltat ſobrius. Carmina ſaltantur theatro. Et *ſaltare laudes alicujus*, eſt ſaltationibus immiſcere laudes. Item *aſinus ſaltat equulam*, i. e. ſalit, init.

Saltatio, onis, ſaltandi actus, Dantzen. *Multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio.*

Saltator, oris, m. t. qui ſaltat, Dantzer.

Saltatrix, icis, f. t. idem in genere fœmineo.

Saltatricula, æ, f. pr. idem quod ſaltatrix, ſed modò per contemptum, modò ad blandiendum.

Saltatorius, a, um, quod ad ſaltatorem pertinet. Ut *ludus ſaltatorius*, in quo ſaltare docetur, Dantze Skole. *Orbis ſaltatorius*, cum qui ſaltant, in orbem ſe circumagunt, Suinge Dantz / Naar mand ſuinger eller vender ſig i Dantz.

Saltus, us, m. q. ſaliendi actus, Loppen / Springen/ Spring. *Saltu ſeſe præceps in flumen dedit.* Item ſylva in via nec tranſeuntibus pervia, & in quo paſci arq; æſtivare ſolent pecora: Et ſi locus aëriq; patiatur, etiam hyemare, quod ejuſmodi loca ſaltu magis quam inceſſu tranſmittenda ſint: ſive quòd in eo pecudes & feræ ſaliant. Erat a. antiquè etiam ſecundæ declinationis, ut *trajectus nemorum in ſalti faucibus*, Vildſkow/ Siur ſkow/ Siur haffue/ offuer drifft. Dicitur & de montibus vaſtis & incultis, ut *ſaltus Pyrenæi.* Plaut. etiam pro natura muliebri dicitur. Ut *ſaltum ſcabius pandit.* Aliter, ſaltus, quod in eo arbores ſponte & denſe ſaliant, i. e. creſcant.

Saltuarius, m. ſ. Jurisconſ. ſaltus cuſtos, Skowrider/ Skowfoget.

Saltuoſus, a, um, ſaltibus paſſim obſitus & impeditus, Ut, *loca ſaltuoſa.*

Saltuatim, adverb. per ſaltus, Springeviiß. *Quidam homines ſingulis cruribus ſaltuatim currentes.* Et translatè, *ſaltuatim ſcribere*, non ſuo ordine, ſed ut ſeſe offert.

Salax, acis, om. t. propriè eſt brutorum marium libidine prurientium ſalientium & ineuntium fœminas, Vrinſk/ Faad til at ſpringe/ gnegende oc ſteddende. *Salax equus, ſalax ovis, aries ſalax. mares ſalaciſſimi. cauda ſalax*, membrum virile. Et *ſalaces cibi*, qui venerem excitant.

Salacitas, atis, f. t. ſalacis affectus, & in venerem propenſio, Vrinſthed. *Equi ſalacitas. paſſeri ſumma ſalacitas.*

Salebræ, arum, f. pr. loca aſpera, quæ ſaltibus magis quàm inceſſu ſunt ſuperanda, à ſalio, Wjeffne ſted/ med tuer oc andet ſaadant i vejen. Et translatè quævis aſperitas & difficultas. Ut *Oratio eſt ſine ſalebris. ſi definire & dividere didiciſſet, in tantas ſalebras non incidiſſet.* Et numero ſingulari: *Hæret in ſalebra. triſtitiæ ſalebra.*

Salebroſus, a, um, quod ſalebris plenum eſt & ſcatet. Ut, *iter ſalebroſum*, quod crebris ſalebris interruptum eſt. Et translatè *ſalebroſa oratio, ſalebroſus ſcriptor*, i. e. in quorum lectione ſæpe hærendum eſt.

Saliſatores, quidam ipſis membrorum quæcunq; partes ſalierint. Ut palpitatio ſuperciliorum eſt aliquid ſibi exinde proſperum aut triſte ſignificare prædicunt.

Saliſatio, onis, f. t. ſaliſatoris ſuperſtitio ut palpitatio ſuperciliorum.

Salix, icis, f. t. arbor eſt lenta vitibus vinciendis habilis à à ſalio, quòd celeriter ſaliat, i. e. velociter creſcat, Pil/ Pilетræ.

Salicetum & per ſyncopen ſalictum, n. ſ. locus ſalicibus conſitus, Pileſkow / Pilelund.

Saligneus.

Saligneus, a, um, & salignus, quod ex salice constat. Ut *falx salignæ. perticæ salignæ*, Pilestager / Pilestenger. Sic *salignus fustis. salignea clava. liber saligneus*, i. e. salicis arboris liber.

Salicastrum, n. s. genus labruscæ in salictis nascens.

Salii, Martis sacerdotes à Numa instituti, Herculi etiam assignati: à saltando sic dicti: vel ab autore quodam Salio.

Saliaris cœna, i. e. opima & opipara, Herlige oc kostelig tilred Maaltid oc Gestebud: qualis scilicet initiatio saliorum.

Composita.

Absilio, is, n. q. Stat. saltu alicundè aliquo concedo, Springer fra hen. *Nidos tepentes metu absiliunt apes*, Huipper fra.

Assilio, lui, livi, ultum, saltu ad rem aliquàm me confero, Springer til noget. *Non assiliendum est statim ad illud genus assilit mœnibus defensæ urbis*, i. e. oppugnando aggreditur. Dicitur & admissarius assilire cum fœminam init. Ut de equo, ariete, Springer: de tauro, verre, Løber.

Assultus, us, m. q. assiliendi actus. Ut *variis assultibus locum urget.*

Assultim, Plin. per saltus vel more salientium, Hoppende. *Quædam animalcula assultim ingrediuntur.*

Assulto, as, sæpe vel multum assilio aut assilire gestio.

Consilio, lui, & livi, ultum, simul salio, Springer eller Dantzer med. Unde in re fullonia, *consiliare vestes*, est insultu pedem condensare, Valke.

Desilio, lui, ultum, saltu descendo, Springer neder/ stiger aff. *A templo Dianæ disiluit. desilit ab equo, de navi, de Rheda.*

Desultor, oris, m. t. qui ex equo in eqvum facile desilit, relicto scil. priore, in alterum transiens, Springrytter/Dragone.

Desultorius, a, um. Ut *eqvus desultorius*, in quem ad manum desultor desilit altero de via fesso, Liffhest/ Skydhest. Item de quo facilis est desultus, non ephippiatus, Best uden Sadel/ leddig Best. Et translatè *homo desultorius*, qui instabilis est, & ab uno loco vel officio in aliud desilit, Wrolig / wstadig Menniske. Unde & *levitas desultoria*: *scientia desultoria* in quam ex alia derepente desilimus.

Desulturæ, æ, f. pr. desiliendi actus vel ratio.

Dissilio, is, quasi in varias partes salio, Springer hen/ her oc der i mange stycker / smelder i synder / i stycker. *Silex igni dissilit. Vertibulo ossa dissiliebant.* Et translatè cum crepitu frangor. Ut, *æra dissiliunt. Incudes dissiliunt*, Springer i stycker.

Exsilio, is, saliendo egredior erumpóve, Udspringer. *Relictis exsiluit stratis. de sella exsiluit, ad te exsilui.* Et translatè gaudeo, seu præ gaudio salio, Frydis/ springer aff glæde. *Gaudio exsiluit.*

Exsulto, as, n. pr. q. extra salto, Springer ud. *Quò libet exsultant è loco in locum transire cupientes.* Et translatè *exsultant vada*, pro commoventur. *Exsultant æstu latices*, Bruser/ Bølgerne dantze / Vandit danzer/ Vandit gaar i Bølger. Item præ summa lætitia exsilio, Dantzer / springer om aff fryd oc glæde/ hierteligen frydis. Item glorior & jacto, Er modig / hoffuerer. *Hannibal juveniliter exsultat. exsultant Græci, quod judicibus peregrinis utantur ut suis. Exsultat eqvus*, Hoffuerer. *Exsultat oratio*, Hoffuer/er modig. *Sanguine, cædibusq; exsultat*, Haffuer Lyst aff.

Exsultanter, exsultandi modo, Frydeligen/ med glæde/ eller modeligen. *Scripsi exsultantius.*

Exsultatio, onis, exsultandi actus, Spryng/ fryd/ dantz.

Exsultantia, æ, f. pr. Gel. idem.

Exsultim, modo exsultandi, Springviis / med spryng oc dantz. *Ludit exsultim.*

Exsultabundus, a, um, valde exsultans seu exsultatione gaudens & abundans, Frydefuld.

Insilia, orum, cujus singulare insile, n. t. lignamenta pedibus textorum subjecta, quibus telæ contrahuntur, & quasi invicem sibi insiliant, Fodspor paa Væffuelden.

Insilio, lis, n. q. in aliud vel super aliud salio, Springer ind. *Insilire in eqvum, in navem.* Et *insiluit solo*, Sprang paa Jorden.

Insulto, as, n. pr. multum & cum impetu in vel super rem aliquam salio, Med all mact springer paa. *Eos calcibus insultat frustrà, insultat solo eqvus*, Tramper/ dantzer. Item translatè, superbè in aliquem facio, Trodzeligen handler mig mod en / hofferdeligen foracter/handler ilde oc fortrædeligen/med foract. *Ab adolescentia bonos insultavit. Clodius tot annos in hanc Rempublicam insultavit, Insultare in omnes, in miseriàs alicujus*, Hofferdeligen bræger en sin Elendighed.

Insultatio, onis, insultandi actus. Et specialiter, superba irrisio, & contumelia in calamitate alterius, Stolt oc hofferdig / spot oc foractelse i en andens wlycke.

Insultura, æ, f. pr. Plaut. idem quod insultatio. Ut *ego istam insulturam & desulturam nihil hic moror.*

Præsilio, is, ante salio. Ut, *præ lætitia lacrymæ præsiliunt mihi.*

Præsultor, oris, m. t. qui saltantium choream ducit, Fordantzer. Item in saliis, peculiariter idem quod præsul.

Præsulto, as, præ aliis sive priore loco salto & trepùdio, Springer oc dantzer for.

Prosilio, is, n. q. saltu foràs erumpo, Springer vd. *Finibus & à sede prosilit.* Et translatè, *Ennius potus ad arma prosiluit*, i. e. ad describenda bella excitatior factus est.

Persulto, as, n. pr. per aliquid salto, vel admodum salto. Ut *persultant pecudes pabula cæta.* Et translatè, *hostis in agro impune persultat*, Hoffuerer: quasi cum insultatione peragro, Offuerfarer: Sic *campos exercitu persultat. persultat equis.*

Resilio, is, n. q. quasi retro seu retrorsum salio, Springer tilbage/ til side. *Hostem sauciabit atq; resiluit. pila terræ illisa resilit.* Et translatè, *mamma resilire* dicitur cum sterilescit lactis materiâ deorsum revocata, Naar diet forgaar / bliffuer gold. Item *crimen ab eo resilit*, i. e. refugit, Det er langt fra hannem.

Resulto, tas, n. pr. idem quod resilio, vel resilire cupio & gestio. Ut translatè, *pulsati colles clamore resultant. resultant strepitu.* Et *sonus resultans*, qui reflectitur & repercutitur.

Resilio, as, antiquis idem quod resilio, is.

Subsilio, sursum salio, aut subinde salio, seu non plane salio, Hopper/ springer op. *Subsiliunt ignes. subsilite obsecro, & mittite istam sotas.*

Subsultim, Svet. Springviis/Hoppende. *Subsultim decurrit.*

Subsulto, as, crebro subsilio.

Supersilio, super re aliqua salio. Ut *pertica dolata in quadrum supersilientem volucrem non recipit.*

Transilio, is, ultra salio seu trans aliquid salio, Springer offuer. *Fossam sine cunctatione transilit.* Et translatè, silentio prætereo, Gaar stille oc tiende forbi. *Multa transiliebat, rem pulcherrimam transiliebat oratio.*

Transilis palmes, qui inter traduces alios transilit.

Transulto, as, n. pr. identidem transilio. Ut *ex fessis equis transultabant armati in recentes,* Huipper aff en paa en anden.

Composita quædam peculiaria translatæ significationis.

Consul, is, m. t. quasi qui præsuli in sacris consiliebat. Inde postea vox translata est ad curiam, ut sit qui rebus profanis præsit & primus in civitate omnia dirigens, Borgemester.

Consularis, m. t. qui consulis munere defunctus est, Gammel Borgemester. Et adjectivè consularis, re, om. t. ut *consularis ætas,* in quâ consulem esse licebat. *Consularis cognitio,* summa causæ cognitio erat apud Romanos.

Consulariter, modo consulari, Borgemesterligen/ Borgemesterlig viis.

Consulatus, us, m. q. officium & dignitas consulis, Borgemesterdom.

Consilium, lio, n. s. propriè consulis vox de salute Reipublicæ. Inde cujusvis vox seu responsum de futuro negotio, Raad. *Vestrum jam consilium quid faciendum sit nobis.*

Consiliosus, apud Cat. pro sapiente, & qui consiliis abundat.

Consilio, as, apud Tacit. consilium ineo, delibero, consulto. Aliam significationem vide supra in consilio & in concilio.

Consiliator, ris, m. t. qui alicui dat consilium, Raad giffuere.

Consiliarius, m. s. qui ab aliquo in consilium adhibetur. Ut, *Consiliarius principis,* Førstelig Raad.

Consiliarius, a, um, apud Plaut. Ut *jam Senatum convocabo in corde consiliarium.*

Exconsul, lis, m. t. Jurisconsultis, idem quod consularis: nimirum qui fuit consul. Et *exconsularis,* quod ad exconsulem pertinet.

Proconsul, lis, m. t. qui ad provinciam gubernandam cum potestate consulari mittebatur, q. loco consulis ejusque vicem gerebat. I Borgemester sted / Borgemesterens Statholder.

Proconsularis, re, om. t. ad proconsulem pertinens. Ut *imperium proconsulare.*

Proconsulatus, us, m. q. munus & dignitas proconsulis.

Inconsultus, a, um, non consultus, Vtilspurt om noget/som mand icke haffuer raad med. *Inconsulto domino abiit.* Et amisso tempore, *inconsultus,* qui nullius est consilii, nullove consilio utitur in agendis, Som icke raad før sig om noget / vberaad oc som giør sig ingen tancke/ skødis løß. *Homo inconsultus. mulieris amentia inconsulta.* Et translatè incertus, Vviß/vankundig paa nogit. *Inconsulti abeunt sedemq; odere sibyllæ.*

Inconsultè & inconsultò, adverb. sine habito seu facto consilio, Vden raadføring / vden raadførsel/ vden raad/ leifærdeligen/ daarligen.

Inconsultu meo, pro inconsulto me, Plaut. Mig vden tilspurt der om.

Jurisconsultus & Jureconsultus m. s. quasi consultus juris, qui consulitur & respondet de jure, Jurist / Lowkiøn.

Senatusconsultum, n. s. sententia & decretum Senatus, Besluttet raad/Menige raad/ Beslutning.

Exsul, lis, om. t. propriè qui ex collegio saliorum ejectus. Inde qui pœnam subterfugiens, sedibus suis exsilit, & ita relegatur, ut ejus bona fisco vendicentur, Rymnings Mand. Item, qui expellitur patria, sive justa de causa sive injusta, Landflyctig/ Fredløß.

Exsilicus, a, um, quod ad exules pertinet. Ut *causa exsilica,* quæ adversus exsulem instituitur & agitur.

Exsilium, lii, n. s. exsulis fuga & calamitas, Landflyctighed/Vdlendighed/Fredløßmaal.

Exsulo, as, n. pr. exsul sum, seu in exsilio ago, Er Landflyctig / Vdlendig. *Domo exsulo. exsulo à Patria. Profugus per externas exsulat oras. In externis exsulat locis.*

Præsul, lis, m. t. antiquis Princeps erat Saliorum, quiq; in eorum sacris & tripudiis præsiliebat. Hodie etiam significat sacrorum, antistitem, Prælat.

Præsultor, oris, m. t. Cic. idem quod præsul.

Consulo, is, lui, sultum, act. t. consilium do, Giffuer raad. *Consulo tibi.* Item consilium peto, Spørger til raad/Raadfører/begerer raad. *Consulo te.* Item præsentibus prospicio, Forsyner. *Consulo honori tuo, rebus tuis, saluti tuæ.* Dato scilicet consilio. Item, in meliorem partem interpretor. Ut *boni consuluit,* Hand toge det for got/til tacke. Item absolutè positum, delibero, Raadslaar. *Consulunt Senatores.* Dicitur etiam, *consulo tibi commodum.* Et *consulo istuc in te,* i. e. contra te. Sic *de se grabiter consulit,* Hand raader sig selff ont eller verst.

Consulor, passivè. Ut *consulor de hac re,* Spørges til raad.

Consulto, as, consilium ineo, delibero, Raadfører. Item consilium do, seu prospicio. Ut *Reipublicæ consulunt optimi.*

Consultatio, onis, consultandi actus vel ratio, Raadførsel.

Consultus, a, um, quem consulimus. Ut *populus de ejus morte consultus,* Tilspurt. *Res consulta & explorata,* Raadslagit oc forfarit. Et amisso tempore, qui prudens est & sapiens, Viß oc forstandig. *Vir consultus, consultissimus: consulta verba,* i. e. consiliis sapientiâ & prudentia plena, Forstandige ord. *Consulta opera* pro consulto, Aff beraad hue. Et cum casu *consultus juris,* i. e. peritus, Som haffuer forstand i Retten. Item conjunctim *Juris consultus, & Jureconsultus* qui profitetur scientiam juris, Jurist.

Consultum, ti, n. s. quod consulendo statutum est sive decretum. Ut *Senatusconsultum,* quod decrevit Senatus. Item *consultum,* i. e. res consulta. Ut *opus est consulto.*

Consultor, oris, m. t. qui alium consulit, Som raadfører sig hoss anden. Item qui aliis consulit, Som giffuer raad/Raadfører. *Consilium malum consultori pessimum.*

Consultrix, idem in genere fœmineo.

Consultoria hostia, qua divina voluntas per exta disquirebatur.

Consul-

Conſultè, adverb. prudenter, Forſynligen / forſicteligen / velberaad / med beraad hue.

SALMO, onis, m. t. piſcis quidam marinus, ſed qui fluvios ſubit: ſic dictus quod adverſus cataractas in fluminibus ſaltet, Lax. Volunt autem qiudam ſalmonem & eſocem, eundem eſſe piſcem: niſi quòd ſalmo recens ſit. Eſox muriâ conditus. Item aliis ſalmo dicitur à ſale, quod ſalmones magna copia ſaliri, vel ſale muriaq; inveterari ſoleant.

SALVIA, æ, f. pr. herba ſic dicta, quod multis incommodis medeatur ægroſ; ſalvos præſtet, Salvie.

Salviaticum, ci, n. ſ. genus medicamenti, veterenariis in uſu. Sed ſuſpecta eſt lectio, pro ſalivatum.

Salvio, as, act. pr. Columel. Salviato medeor, ſed itidem ſuſpectè pro ſalivo.

SALUM, n. ſ. pr. cor. idem quod mare, & propriè fluctuans à σὰλος ejusdem ſignificationis, Haff / Søe.

Salacia, æ, f. pr. Dea erat aquarum & Neptuni uxor q. quæ ſalum ciebat. Ut *Pacuv. ſævitiam ſalaciæ fugimus.*

Compoſita.

Inſula, æ, f. pr. terra in ſalo ſita aliiſve aquis, & iisdem undiq; cincta & circumfuſa, Øe i Haff eller holm i liidit vand. Et translatè domus undiq; viis cincta, Huuſſ ſom ſtaar for ſig ſelff oc haffuer gaader paa alle ſider / at mand kand fœris oc gaa runden om / ſom om en Øe med Skib / enſte Gaard. Item, non una domus tantum, ſed & plures conjunctæ, attamen ab aliis disjunctæ vicis & plateis quibus circumcinguntur, en Holm eller Raadhuſſ med gaader rund om.

Inſularis, re, om. t. quod eſt inſulæ & ad inſulam pertinet. Ut *pœna inſularis*, quâ quis in inſulam deportatur. *Morbus inſularis*, qui ex inſulis invehitur.

Inſularius, Juriſconſ. qui inſulas, h. e. ædes potentionum ab aliis ædificiis diſcretas cuſtodiæ cauſa inhabitat.

Peninſula, æ, f. pr. Terra undiq; aquis circumdata, niſi unâ & anguſtâ ſui parte, quâ continenti adhæret, q. d. pæne inſula, halff Øe / odde.

SAMBUCA, æ, f. pr. σαμβύκη, inſtrumenium Muſicum triquetrum, imparibus longitudine fidibus, &, ut deſcribunt, argutum & acuti ſoni & tetrachordum, Harpe eller Backebret. Item inſtrumentum, oppugnandis urbibus idoneum: ſic dictum à funibus intentis ad modum chordarum.

Sambucina, æ, f. pr. quæ ſambucâ canit.

Sambuciſtria, idem.

SAMBUCUS, f. ſ. nomen arboris à Sambyce quodam inventore, Byld. Quibusdam legitur Sabucus à Sabuca inſtrumento Muſico.

SANCIO, cis, ivi, itum vel xi, ctum, act. q. propriè, publico conſenſu intervenientibus ſacris & ſanguine mactatæ hoſtiæ aliquid ſtatuo, nec non ſub mortis pœna, vel dira devotione ejus, qui contra facit, firmo & ratum facio: unde & à ſanguine deducitur, Beſlutter oc ſtadfeſter noget oc tager Sacrament der paa. *Sancire fœdus cum populo aliquo, ſancire leges, Cæſarem augurem. & dicto ſanxit Prætor de fure, ſupplicium ſancit. obſervantiâ & pœna ſanxit. bis capite ſancitur. ſancire pactiones alicujus capite.* Inde inviolabiliter & ſanctè

aliquid conſtituo, Faſt oc wrygeligen beſlutter oc ſtadfeſter noget. *Lex in amicitia ſanciatur, ut neq; rogemus res turpes, nec faciamus rogati. temerè in noſmet legem ſancimus iniquam.* Aliter ejusdem habetur Originis cum ſacer ab ἅγος ἁγνὸς, ſacer ſanctus.

Sanctio, onis, ſanciendi actus, Evig oc wryggelig beſlutning oc ſtadfeſtning. *Sanctio fœderis.* Sic *ſanctio & latio legis, cum terrore pœnæ.*

Sanctor, oris, m. t. qui ſancit. Ut, *ſanctor legum præcipuus Servius Tullius.*

Sanctus, a, um, quod ſanximus, ut *de provocatione lex diligentius ſancta.* Et amiſſo tempore ſanctus, de quo lex ſancita eſt, ne violetur, Helligt. *Homo ſanctus, loca ſancta. Deus ſanctiſſimus. Sanctus murus*, qui ſit circum oppidum. Et inde qui vitæ innocentia ad Deorum immortalium virtutem quàm proxime accedat. Ut *ſanctiſſimus Achilles, ſancta anima. ſanctiſſima conjux*, quæ pura & impolluta eſt, & caſtiſſima.

Sanctè, modo ſancto. Ut *ſanctè jurat*, i. e. religiosè. Item firmiter & conſtanter. Ut, *ſanctiſſimè hoc ſum obſervaturus.*

Sanctulus, a, um, aliquantum ſanctus & ferè cum contemtu.

Sanctitas, atis, f. t. ſancti hominis & religioſi affectus & ratio, Helligheed oc wſkyldighed / Renhed. *Sanctitate ſua ſe tuetur. ſanctitas eſt ſcientia colendorum Deorum.*

Sanctitudo, f. t. idem.

Sanctimonia, æ, idem.

Sanctimoniales, Auguſt. dicuntur monachæ. Et *ſanctimonium*, ſanctimonialium profeſſio.

Sanctuarium, n. ſ. idem quod templi ſacrarium. Item privatum ſacrarium, ut *ſanctuaria Mithridatis.*

Compoſita.

Amſanctus, ſive anſanctus, Virg. ab omni parte ſanctus. Ut *Anſancti valles.*

Perſanctè, valdè ſanctè. Ut *perſanctè dejerat. Perſanctè jurabit ſe facturum.*

Perenniſanctum, quaſi perenne ſanctum.

Sacroſanctus, a, um, quod ſolenniter à populo ſacrum ſancitum eſt, jurejurando interpoſito, ut qui violaſſet morte pœnas lueret & penderet. Ut, *ſacroſancti erant tribuni plebes. Sacroſanctæ alicujus poſſeſſiones invaſtationibus.* Et *ſacroſanctum nihil eſt, niſi quod per populum plebemve ſancitum eſt.* Sic *ſacroſanctum templum. Sacroſancta domus, locus*, ex quo confugientes extrahere nefas erat, Fri ſkerm / huor ingen maa røre nogen.

SANDALIA, orum, n. ſ. σανδάλιον, calciamentum muliebre altius & elegantius, interdum etiam aureum, Quindetøffel.

SANDAPILA, æ, f. pr. med. duab. corr. Mart. tabula ſeu feretrum, quo plebei vilesq; efferebantur, q. σανὶς τάφιος, tabula ſepulchralis, quâ ſc. impoſitus mortuus ad ſepulchrum ferebatur, Ligbaare.

Sandapilarii, dicti ſunt veſpillones, qui pauperum cadavera in ſandapila efferebant, Liigdragere.

SANGVIS, inis, m. t. & antiquè ſanguen, vitalis in animante humor & ſuccus, animæq; ſedes vehiculum & conſervatrix à σάω ſoſpito ſervo incolumem, vitâ do & conſervo, quod ex eo corpus vegetetur, ſuſtentetur & vivat, blod. Inde tropicè vires, nervi, vis, vigor, & quaſi vita cujuſcunq; rei. Ut *ſanguis imperii, ſanguis ærarii: amiſimus omnem ſangui-*

ſanguinem, Safft/ Krafft oc mact. *Oratio plurimum ſanguinis & ſuccum habens* Ponitur & pro progenie ſive germine, Slect oc affkom. *Sanguis Trojanus, ſanguis paternus, maternus.* Et *ſanguis Deorum*, i. e. progenies. Item ſanguis pro pudore, quia pudentibus in faciem penetrat quaſi abſconditurus eos, qui turpe aliquid commiſerunt. Ut, *in facie non hæret ſanguinis gutta.* Aliter dictio habetur ſacrificantium à ſancio q. quo mactationem hoſtiæ ſanciebant. Aliter à σάτω, onero, impleo q. quo oppletum eſt corpus.

Sanguiculus, m. ſ. ſanguis hædi, ſive ſuis, in cibum formatus.

Sanguineus, a, um, quod ſanguine conſtat, aut ſanguinem refert. Ut *imber ſanguineus. guttæ ſanguineæ. ſanguineus color*, Blod farffue *Frutex ſanguineus*, qui eſt ſanguineo colore. Et *virgæ ſanguineæ*, ex frutice ſanguineo. Item ſanguine plenus. Ut *ſanguineum caput. ſanguinea cædes*, i. e. crudelis. *Sanguineæ rixæ* pro crudelibus. Item Medicis *ſanguineus* dicitur, cui plurimum ineſt boni ſanguinis.

Sanguinarius, a, um, quod ſanguinem ſpirat, & ſitit, Blodgierig/Blodtyrſtig: Homo ſanguinarius. *Vox ſanguinaria. Herba ſanguinaria* cujus ſuccus ſupprimit ſanguinem.

Sanguino, as, n. pr. ſanguinem mano, Flyder eller drypper Blod. *Sanguinantes lacerti. ſanguinans mulier.* Et translatè *ſanguinans eloquentia*, quæ crudelis eſt, vel de cædibus & rapinis.

Compoſita.

Conſanguineus, m. ſ. ſanguine conjunctus, Slect/ Samfrende/ Frende. Et adjectivè us, a, um. Ut *arma conſangninea, turba conſanguinea.*

Conſanguinitas, atis, f. t. conſanguineorum ratio, ſeu ipſa ſanguinis conjunctio, Slectning/ Frendſkab. *Conſanguinitate alicui propinqvus.*

Exſanguis, ve, om. t. quod ſine ſanguine eſt. Ut *corpus exſangue.* Et *homo exſanguis*, i. e. mortuus. Item pallidus. Ut *Charta exſangui pallit, colore.* Et *exſangue cuminum*, quod potum pallidos facit homines & q. exſangues.

SANIES, ei, pr. corr. f. q. ſanguis eſt putrefactus à ſanguine, unde naſcitur ſic dicta. Eſt autem pure dilutior & q. medium inter ſanguinem & pus. Nam *ſanguis* eſt ex vulnere recenti, *pus* ex ulcereſe neſcente, *ſanies* inter utrumq; tempus eſt, Voer oc Blod ſammen. In. de translatè, *ſanies oleæ*, pro amurca & fæce olei: *ſanies auri*, Græca voce chryſocollà, Borraß/ ſom Guldſmeder lodder Guld med. Item ſanies pro infectuna lanæ. Ut, *carminata mergitur, donec omnem ebibat ſaniem.*

Sanioſus, a, um, ſanie & impuro ſanguine conſperſus. Ut *portus ſanioſi.*

Compoſ.

Exſanio, as, Columel. act. pr. q. ſaniem extraho, diciturq; tum de ſanie ſeu pure, tum de quovis inutili palore. Ut, *amaritudinem & pallorem exſaniat. baccam quaſi exſaniat.*

SANNA, æ, f. pr. irriſionis genus, cum quis irridendi gratia à tergo aliquem irridet, aut digitis in ciconiam formatis aut appoſita ad tempora pollice denotante aures aſininas, aut linguâ exertâ imitatione ſitientis canis aut labris diſtortis à σαίνω quatio, concutio, commoveo, turbo & σαίνων fatuus, ſtultus, Beſpottelſe/

ſom naar en giøre Narr aff en anden med nogen ſkalcke lader. *Occipiti cæco poſticæ occurrite ſannæ.*

Sannio, onis, m. t. qui ſannâ utitur, & alium irridet. Et ſcurra qui omnibus modis riſum movere nititur, Som giør Narre oc ſpot aff anden oc giør ſig ſelff til Narr med det ſamme. *Quid poteſt eſſe tam ridiculum, quam ſannio eſt.*

Compoſita.

Subſanno, as, act. pr. ſanna excipio, ὑπολοιδορῶ.

Subſannatio, ſubſannandi actus. Item idem quod ſanna.

SANUS, a, um, cui corpore & membris benè eſt, ſeu qui eſt recta & integra corporis valetudine à σάος ſalvus, Sund/ Karſk oc til paß. *Medicus te ſanum fecit. Sanus fiebat ex eo morbo. ex illo vulnere ſanus abit. medicamentis ſanus factus eſt.* Et translatè ad animam, *ſana mens, ſanam conſilium*, nimirum quibus in ſuo genere rectè eſt. Et *homo ſana mente*, Som haffuer ſit fulde vid. Dicitur etiam cum caſu. *Sanus corporis, & ſanus mentis ſive animi.*

Sanitas, atis, f. t. ſani conditio, Karſkhed oc ſundhed. *Sanitas corporis.* Et translatè, *ſanitas animi*: unde *ad ſanitatem redit animi*, i. e. reſipiſcit, Kommer til ſit fulde vid oc ſanſ/ Betencker ſig ræt om.

Saniter, adverb. antiquis pro ſano modo. Ut *aſſentio te amare, me adorare ſaniter.*

Sano, as, act. pr. ſanum facio, Læger oc giør karſk/ ſund oc tilpaß. *Sanare oculorum tumorem. ſanat carmine, ſanat herbis.* Et translatè, *ſanare vulnera reipub. ſanare curas*, pro incolumitati reſtituere, Hielpe oc føre i laſſue/ læge.

Sanabilis, le, om. t. quod ſanari poteſt, Lægelig. *Sanabile vulnus.* Et translatè, ſanabilis, qui ad ſanitatem mentis reduci poteſt.

Sanatio, onis, f. t. ſanandi actus quo ſcilicet aliquid ſanatur ut ſanatio corporum. Et translatè *ſanatio malorum.*

Saneſco, Columel. ſanus fio. Ut, *ſaneſcunt vulnera.*

Sanè, adverb. Plauto pro ſano modo, & ut homines ſani ſolent, Med forſtand. *Bonum eſt pauxillum amare ſanè.* Item pro integrè, ut *ſanè ſarteq;*, Heel oc holden. Hoc ad corpus; illud ad animam refertur. Eſt etiam adverb. intendendi, pro valdè, multùm. Item affirmandi, pro certe, q. d. ſanis & integris viribus, integrè & ſine vitio, Jalle maade/ megit/ fuldkommeligen/ ſandeligen/ viſſeligen. *Res ſanè difficilis. Oratio ſanè longa. Sanè moleſtè Pompejus id tulit. Sanè etiam vellem obſequi voluntati tuæ. Sanè quam eos ſermones repreſſit. Sanè quam pro eo ac debui graviter tulit: ſanè quàm illum puduit. Sanè quidem Hercule eſt ita.* Sic, *ita ſane*, Jo vel. *Sane benè*, Megit vel. Et in principio ſententiæ: *Sanè reſtat ut id conſideremus.*

Salvus, a, um, cui in rebus omnibus bene eſt, non corpore tantum. Sed & fortunæ bonis, à voce ſanus, Som ſkader intet/ er Lyckſalig/ er ved mact. *Salvus ſum, ſi hæc vera ſunt.* Sic, *ſalva res eſt, omnia mihi ſalva*, Alting er ved mact oc ved lige. Et *ſalvus ſis*, formâ bene precandi advenientibus, Velkommen.

Salve, ſalvebis & ſalvere, n. ſ. verbum eſt, quo adeuntes, item diſcedentes ſalutem precamur pro ſis ſalvus, Gid det gaar dig vel/ dig til lycke oc ſalighed. *Salve here. jubeo te ſalvere.* Sic *Salve & Vale. Vale atq; ſalve.* Virgil. *Salve ſancte parens, iterum ſalvete recepti.* Plautus etiam in prima perſona dixit, ſalveo. Ut *ſatis eſt mihi*

tuæ salutis. nihil moror. non salveo, Jeg vil intet være helset aff dig. Sternutantibus item salve dicebatur, Christ signe/ hielp Gud.

Salvo, as, act. pr. Cic. salvum facio servo. Ut *salvare Rempublicam.* Sed suspecta est lectio, quia non alibi apud Ciceronem legitur, nec apud alios latinitatis auctores. Quicquid est Ecclesiasticis frequentissima dictio de Deo qui salvare homines dicitur, incolumes eos præstans & æterna salute donans, Gior salig / til Evig tid salig.

Salvator, oris, m. t. Ecclesiasticis, qui salvat. Ut *Christus Jesus hominum Salvator.*

Salus, utis, f. t. Salvi conditio, Velfærd oc Saligheð. *In te omnis nostra salus posita. multis saluti fui. salutem boriæ*, i. e. salva boria, Heel oc holden. Ponitur & pro sanitate. Ut *ægrorum salus ab Hippocrate data.* Sic pro vita. Ut, *Medicis non ad salutem, sed ad necem utitur.* Item salus, salutandi ratione, Helsen. *Multam salutem dico, nuncio, adscribo.* Item Dea salutis, cujus templum erat in Quirinali.

Salutaris, e, om. t. Salutem afferens, Hielpelig/ heelsom/ lægelig / saligt. *Salutare consilium. Litera salutaris.* A quæ in judiciis nota erat absolutionis. *Salutares literæ* quæ consolationem afferunt. Inde *salutaris herba,* quæ alias Rosmarinus. Et *salutaris digitus*, qui aliàs index. *Porta salutaris*, quæ proxima fuit ædi salutis.

Salutariter, modo salutari, Lyckeligen / saligen. *Salutariter huc me recepi. salutariter utitur armis.*

Saluto, as, act. pr. salutem pretor, Helser / ynsker lycke oc saligheð. Atq; hoc dicebantur facere, tum in congressu, tum in discessu. Ut *ad me salutandi causa venit. Stant tamen & nota puppim de rupe salutant.* Sic *salutare limina* dicebantur, qui egredientes domum in perpetuum erant deserturi. Item saluto pro veneror & adoro. Ut, *salutare Deos, Jovem, Solem, Orientem.* Et *salutare vulgum*, i. e. venerari.

Salutatio, onis, f. t. salutandi actus, Helsen.

Salutator, oris, m. t. qui salutat.

Salutatorius, a, um, quod salutatorum est. Ut *officium salutatorium.* Et *salutatoria cubilia*, in quibus se salutari patiebantur potentiores.

Saltem quasi salutem adverb. significans extremum præteritis omnibus aliis, voce nimirum nata à captivis ad extremum confugientibus, & nihil præter salutem petentibus, Idet ringeste. *Meam mihi reddet, saltem quanti empta est. Eripe mihi hunc dolorem, aut minue saltem.* Aliter à salio, saltum: scribiturq; saltim.

Salubris, e, brior, berrimus, om. t. sanitatem afferens, vim sanandi habens, Sund. *Salubris aër, locus, salubres aquæ, partes agrorum, aliæ pestilentes, aliæ salubres.* Et translatè, utilis, Nyttig oc gaffnlig. *Sententia Reipub. salubris, saluberrima.* Ponitur & pro sano. Ut, *genus hominum salubri corpore.*

Salubriter, brius, berrimè, modo salubri. Ut, *bellum salubriter trahitur,* Med gaffn oc gode. *Aquis salubrius refrigeramur.*

Salubritas, f. t. salubris rei ratio, Sundhed. *Salubritas loci, ex ejus habitu & colore, tum salubritatis, tum pestilentiæ signa percepti.* Et translatè *à Jurisconsul. salubritas*, i. e. consilia salubria. *Ab oratoribus salubritas*, i. e. victoria & incolumitas.

Composita.

Consano, apud Colum. idem quod sano, curo.

Consanesco, is, Columel. sanus fio, Kommer til mig igien/ vorder heel/ tilpaß. Dicitur non tantum de morbis animatorum, sed & in animatorum, ut arborum &c.

Consaluto, as, Cic. invicem saluto, Helser igien. *Inter se amicissimè consalutarunt.*

Consalutatio, consalutandi actus, Helsen.

Insanus, a, um, non sanus, quiq; non est sani consilii, Gallend/ gall. *Hic ex stultis homines facit insanos.* Et translate, *insani fluctus*, q. qui furenter volvuntur furenti & insano similes, Brusende Bylger. *Insanum equorum, armorum studium*, pro immodico, & quod q. hominem abripit à sanitate mentis, Alt formegen flid / lyst oc idret paa saadant. *Insanus Magister*, qui nimis & immodicè intentus est ad curam discipulorum, ne notam negligentiæ incurrat. *Insana substructio*, moles structuræ, quæ est supra modum, Grum/stor Bygning / forfærdelig stor. Ponitur & adverb. *Insanum magnum*, i. e. valdè magnum. Sic *insanum amare. insanum bona porticus.*

Insanè, insano modo, Gallende. Et ex adjuncto, supra modum seu vehementer, Alt formegit.

Insania, æ, insani vitium & affectus, Gallskab. Item insania pro sumptu immoderato, Stor / offuermaadelig bekostning.

Insanio, is, ivi, itum, n. q. Insanus sum, Er gallend. *Insanit ex injuria.* Item spiritu poëtico afflatuq; divino furor, Gior Poet aff mig *Insanire libet.* Item insanio vehementer cupio, vel alicujus rei amore supra modum flagito. Ut *nostros insanit amores.* Quod & per græcissimum explicatur pro ægrotat amore.

Insanitas, Cic. idem quod insania. Sed suspecta est lectio.

Insalubris, bre, om. t. non salubris. Ut, *insalubris ager. insalubris fundus,* Wsund Egn oc grund: Cui sc. nulla aëris salubritas.

Insalutatus, a, um, non salutatus, Whelset. *Insalutato hospite discessit,* Hand drog bort oc sagde icke Verten gode nat.

Insanabilis, le, om. t. non sanabilis, Som icke kand lægis/ wlægelig. *Plaga insanabilis.*

Malesanus, non sanus, Ilde tilpaß.

Obsaluto, tas, antiquis pro salutandi gratia sese offerre alicui.

Persano, Plin. omnino sano.

Persaluto, as, valde vel omnes ad unum saluto. Ut *omnes vos, nosq; persalutant.*

Præsanesco, nui, Plin. ante sanus fio, ut *cortex interior cicatrices, quæ præsanuere aperit.*

Resaluto, tas, salutantem saluto, vicissim saluto. Ut *securus nullum resalutas, despicis omnes.*

Resalutatus, a, um, quem resalutavimus. Ut, *nemo resalutatus est.*

Vesanus, a, um, qui non est sana mente, Gallin / Rasend. *Vesanus tribunus. vesana libido. vesana flamma meas torret medullas.*

Vesania, Plin. vesani affectio, Galenskab/ Raseri.

Vesanio, is, n. q. idem quod insanio. Unde Catul. translatè, *mare vento vesaniens.* Rasende.

SAPINUS, ni, f. s. voce Gallicè abies est, vel inferior pars abietis & enodis, Fyr eller Fyrrebull. Plinius inquit eam partem abietis tùm demum sapinum, vocari, ubi fluviata decorticata fuerit.

Sapinium, ini, n. s. Plin. nux pinea è picea sativa.

Sapineus, a, um, quod ex sapina est. Ut, *nuces sapineæ.*

SAPIO, pis, pivi vel ii & ſapui, pitum, n. t. Intelligendi vi præditus ſum, nec ſine manifeſtis ejus indiciis à σόφος, i. e. ſapiens, peritus, vel à σαφὴς, verus, certus, apertus & manifeſtus, Er ved mit vid / ſkiønner / haffuer forſtand paa noget. Si *ſapis abſtine*: *Hic nihil ſapit. Puer quum primum ſapit. qui aliquid ſapit beatus eſſe poteſt. ſapit cor, ſapit pectus, ſapit pleno pectore.* Et cum caſu. *Tibi ſemitam non ſapis, & alteri monſtras viam.* Sic *hic ſapit rem ſuam*, i. e. ſcit quid ſibi agendum. *Sapit ad genium*, i. e. novit curare cuticulam, vel indulgere genio, Haffuer forſtand paa ſaadant. Inde transfertur ad alia ſingulari & manifeſta vi prædita. Ut *ſapit piſcis, ſapit jucundiſſimè caſeus*, Smager. *Meliora unguenta ſunt, quæ terram, quam quæ cœnum ſapiunt*, Lucter aff. Sic *ſapimus patruos*, i. e. redolemus & repræſentamus patruos. Aliter prima ſignificatio habetur guſtus, à σαφὴς.

Sapiens, tior, tiſſimus, om. t. qui ſapit & intelligendi vi præditus eſt, Viiß. *Vir bonus & ſapiens.*

Sapienter, tius, tiſſimè, modo ſapienti, Viißligen. *Sapienter vitam inſtituit.*

Sapientia, æ, f. pr. ſapientis habitus & affectus, Viißdom. Ponitur & pro ſapore in ænigmate quodam de pernarum ſalſura. Ut, *de fumo facies, ſapientia de mare nata eſt.*

Sapidus, a, um, quod ſuaviter ſapit, Smagende. *Caſeus ſapidus*, ἄδηλον.

Sapor, oris, m. t. vis ſapidi, quæ guſtu percipitur, Smag. *Aſper in ore ſapor: quædam voluptas ſapore percipitur.* Et translatè, ſermonis jucunditas, ſales, urbanitas. Ut *homo eſt ſine ſapore, elinguis, tardus.*

Saporatus, a, um. Ut offa melle ſaporata. Virg. ſapore infecta. Aliàs vulgò & quidem corruptè legitur, ſopo rata.

Sapa, æ, f. pr. pr. corr, vinum eſt muſto ad tertias. (Nonio etiam ad mediam partem) decocto factum: ſic dicta à ſaporis ſuavitate.

Saperda, æ, m. pr. Var. pro ſapiente & elegante, ut, exponit Nonius. Unde illud: *Omnes videmur nobis eſſe belluli, & feſtivi ſaperdæ, cum ſimus* σαπρόδες putidi; vel ut aliàs legitur κόπρολοι, i. e. ſtercora, viles, ſtercorei. Sed & ſaperda σαπέρδης exponitur nomen piſcis, qui optimus in Mæotide capiebatur. Feſtus autem ait ſaperdam eſſe genus viliſſimi piſcis.

Compoſita.

Adſipio, pis, antiquè ſaporem habeo. Et activè, ſaporem emitto. Ut; *adſipit fermentum totam conſperſionem.* Tertul. Giffuer ſmag.

Deſipio, pui, ivi & ii, non ſapio, Er fra vidder / veed icke hvad jeg ſiger. *Si quis hoc aggrediendum & ſtudendum putat, non dicò deſipit, ſed inſanit.* Et cum caſu *deſipio animi. Deſipiebant mentis cum illa ſcripta mitterem.*

Deſipiens, qui deſipis. Ut *homo deſipiens*, Som er fra vidder.

Inſipidus, a, um, ſaporis expers, vel quod injucundum habet ſaporem, Vden ſmag eller ilde ſmagende / trengt. Et translatè, ſtultus. Ut, *nihil inſipidius qui opinamur bona eſſe potuiſſe, ſi non eſſent itidem mala.*

Inſipiens, om. t. non ſapiens, Vviiß / gallend.

Inſipienter, modo inſipienti, Vviißeligen / daarligen. *Inſipienter hoc factum.*

Inſipientia, æ, f. pr. Inſipientis habitus & affectus, Daarſkab / Galſkab.

Perſipiens, valde ſapiens.

Perſapienter, modo perſapienti. Ut, *perſapienter dat lex poteſtatem defendendi.*

Reſipio, is, ui, ivi, n. t. saporem alicujus refero, Smager aff eller effter noget. *Vinum reſipit picem.*

Reſipiſco, rurſus ſapio, & ad me redeo, Vorder viiß igien / kommer til mig. *Expertus reſipiſcit. Vix aliquando te auctore reſipui.*

Subſipio, antiquè non planè ſapio.

SAPO, onis, m. t. pr. prod. Plin. ſinegmatis genus in pilas confectum, inventione & nomine Gallicum, Sæbe giort til i Bolde.

SAPPHIRUS, ri, m. ſ. σάπφειρος, nomen pretioſi lapidis, Sapphir.

Sapphiratus, a, um, Sapphiri intertextis varigatus.

SARCIO, is, ſi, ſartum vel ſarctum, act. q. propriè veſtes conſuo, veſtiumq; lacunas ſuendo expleo à σειρεύω conſtringo, necto, connecto, Syer / eller bøſder klæder / kluder. Inde translatè cujuſcunq; rei lacunas expleo & integras facio, Bøder. *Sarcire damna, detrimentum, infamiam. Et ſarcire ruinas lapſi generis*, i. e. reſtituere, reficere. Sic *noſtram longi temporis, quæ caruimus, crebritate & magnitudine officiorum ſarciam.*

Sartor vel ſarctor, oris, m. t. qui veſtes ſarcit, Skredder. Et translatè ſarctor ſcelerum.

Sartus, a, um, quod ſarcimus, Sammenſyde. Unde translatè, *gratia malè ſarta*, Ilde ſat ſammen / Ilde kluder ſammen.

Sartustectus, a, um, quod ex omni parte integrum eſt, Heel oc holden / vbryſtfalden. *Sartatecta opera publica, quæ locantur ut integrè præſtentur.* Et *homo ſartuſtectus*, qui ab omni incommodo, detrimento & moleſtia, ſincerus & integer conſervatus eſt.

Sarcimen, inis, n. t. Apul. pro ſartura. Ut *tenui ſarcimine ſummas oras ejus adæquavimus.*

Sarcina, æ, f. pr. faſciculus utenſilium, quo homo oneratur, à ſarcio dicta q. conſtricta & colligata, Bylt. *Sarcinam imponebat ſeni.* Item ſarcinæ quidquid militis utenſilium eſt. Item res etiam domi ciſtis capſiſq; compoſitæ, Pickpack. Et translatè, ſarcina pro inutili onere. Aliter ſarcina q. σαργάνη, i. e. ſporta, ciſta & vas cui onera imponuntur.

Sarcinula, æ, f. pr. parva ſarcina. Item vilis. Item per contemptum, Klude / pickpack / palter.

Sarcinarius, a, um, quod ad ſarcinas pertinet. Ut *jumentum ſarcinarium quod ſarcinas portat.*

Sarcinator, oris, m. t. qui farcit veſtes, Klude Skredder. Vel qui ſarcinas compingit, Klædpacker / ſom packer oc binder ind.

Sarcinatrix, mulier quæ veſtes ſuit & reficit; vel quæ ſarcinas ſervat.

Compoſita.

Conſarcino, ſimul ſarcino, ſarcinam colligo. Item nullo habito delecta conjungo, Sammenkluder / flicker. Et dicitur non tantum de veſtibus, ſed etiam tranalatè de verbis ſeu oratione incondita hominis. Ut *conſarcinare verba*, Klude orden ſammen.

Exſarcio, is, ire, idem quod ſarcio, ἄδηλον.

Roſar-

Resarcio, cis, si, rtum, act. q. denuo & iterum sarcio, Syer atter/ syerigien / bøder. *Resarcire vestes.* Et translate, *resarcire damnum* pro compensare, Bøde oc vedderlegge. *Pollicebatur se resarturum damnum suâ liberalitate.*

Subsarcinatus, a, um, occulta sarcina onustus.

SARISSA, æ, f. pr. pr. cor. hasta est prælonga, seu venabulum re & nomine Macedonicum, Lang spidz eller Jact spiud.

SARRIO, ris, ivi, rītum, n. q. segetes à noxiis herbis rastello purgo à σαίρω purgo: vel ab αἱρέω corripio, everto, destruo: quemadmodum ἄρπη falx ab eodem. Varroni à serrare, i. e. claudere & operire. Ut *qui sarriet, caveat ne frumenti radices effodiat.*

Sarritor, oris, m. t. qui sarrit.

Sarritura, æ, f. pr. sarriendi actus. Ut *sarritura frumentorum.*

Sartor, Plaut. idem quod sarritor. Et translatè *sartor scelerum*, q. qui colit sarrienda scelera. Aliter à sarcio, q. qui consuit scelera.

Sartura, æ, f. pr. idem quod sarritura. Ut *sartura nocet vineæ & segeti.*

Sarculum, li, n. s. & sarculus, li, m. s. Cic. Crates dentata quâ segetes herbis sarriuntur & purgantur, Jern riffve eller harffve. Isidoro etiam ferrum fossorium duobus dentibus a sarriendo, i. e. fodiendo dictum. Ut, *findit agros sarculo. sine bobus montani sarculis arant*, Rydde hack/ Jernklov/ Spaade eller Humle hack.

Sarculo, as, act. pr. Colum. sarculo abscindo. Ut *plantæ sarculari debent.*

Sarculatio, Plin. sarculandi actus. Ut *sarculatione laxat indurātum solum.*

Sarmentum, n. s. virga vitis luxurians & quæ sarriendo abscinditur, Quaß/ Smid/ offuerflødige/ vnyttis ge qæber oc rancker. *Sarmenta demito.* Ponitur & pro palmite frugifero, ut numerus uvarum, qui plærumq; conspicitur in productissimo sarmento. Aliter Festo ab antiquo sarpo, purgo, q. quæ sarpuntur.

Sarmenticius, a, um, quod ex sarmentis fit. Ut *cinis sarmenticius.*

Sarmentosus, a, um, sarmentis abundans. Ut *sarmentosa vitis.*

Composita.

Consarrio, idem, quod sarrio.

Resarrio, Plin. rursus sario. Ut *resarrire campos*, est rursus & altera vice sartire & purgare.

SARPO, is, act. t. antiquè pro puto, purgo, ab ἄρπη falx, quâ inter alia purgamus putamusq;. Unde *vineta sarpta*, i. e. purgata.

SARRANUS, a, um, quod à Sarra, i. e. Tyro, oriundum est. Ut, *Sarranum ostrum, Sarranæ tibiæ.*

SARTAGO, ginis, f, t. patella, in qua caro frigitur quasi σαρκὸς τήγανον, carnis frictorium, Bradpande. Et translatè, sartago loquendi, pro confusione quadam & mixtura ex obsoletis, & inusitatis verbis, ut *in sartagine variorum animalium carnes commixtæ friguntur*: vel

pro strepera & inepta oratione, seu phrasibus aures offendentibus. Ut, *sibilus iste, strepitus & crepitus sartaginis.*

SATELLES, itis, m. t. pr. corr. qui principem stipat custodiæ; nec non exsequendorum mandatorum gratia, à satago vel quasi qui pro incolumitate & jussis Principis satagit, Dravantere/ Liffskyt. Inde tropicè quodcunq; causa est administra & propugnatrix, Tiener til Haand eller Fod. Et in genere fœminino, *pennatis Jovis satelles*, i. e. aquila. Sic *administri & satellites cupiditatum, audaciæ, scelerum, voluptatum, &c.* Aliter à σιτέω stipo, onero, quod stipent principem: vel quòd quotidiano armorum onere circum principem versentur. Item à σῖτος frumentum, cibus, annona, commeatus, ut stipendiarii à stipe.

Satellitium, ii, n. s. satellitum manus, & munus.

SATIO, ias, act. pr. pr. corr. propriè de cibis dicitur explentibus animantem à σιτέω, farcio, impleo, Mætter *Turtures satiabat cibi semodius, aquis satiatur.* Inde translatè de aliis explentibus, Fylder oc Mætter. *Nunquam satiatur cupidinis sitis. satior delectatione. satiat animo quieto desideria naturæ.*

Satiabilis, le, om. t. quod satiari potest, Mættelig.

Satias, atis, f. t. Terent. & Salust. idem quod satietas.

Satiatus, a, um, quod satiavimus; Mættet. *Satiatus somno. lassata viris nondum satiata recessit.*

Saties, ei, f. q. Silio, idem quod satietas.

Satietas, atis, f. t. satiati conditio, Mættelse / mættelighed. *Satietas ex cibis.* Et translatè ad animum: *Satietas studiorum*, i. e. fastidium: *& ad satietatem trucidastis*, Til i bleffue mætte oc kæde der aff.

Satis, adverb. quantitatis, significans satiato modo & tantùm, ut satiaverit, Nock. *Dixi ultra quam satis est. satis eum laudare non possum: homo satis literatus animo satis est, non auribus: satis testium, à me dictum est. non satis habeo præcipere de artificio. plus satis ad hanc rem. satis superq; habeo, quod mihi dederis. satis superq; dixi. satis habeo à te. sum gloriæ avidus, plusquam satis est: libri satis multi satis magnus. satis aliundè*, Offuerflødeligen nock. *Satis accipere ab aliquo*, est accepto fidejussore cavere, Fornøyes oc fylleſt gioris. *Postes satis boni sunt, si pice sunt inducti*, Er gode nock. *Satis do tibi*, Giør dig fylleſt. *Satis tibi sum* Plaut. i. e. par tibi: & propriè in certamine, Er dig god nock/ voxen nock. *Satis mihi otium, satis consilium tempus*, i. e. multum & abundans. Sic *satis uxor es*, i. e. jam satis impleviſti morem & munus uxorium. *Sic satis leno.* Satiùs adverb. compar. significans idem quid melius seu potius, Beder. *Satius est iras tuas pati.*

Sat, adverb. per Apocopen à satis. Ut, *tantum hîc, quantum sat est*, i. e. verborum. Quidvis mihi sat est, Tager til tacke hoff min ven / tager en liden ting til tacke.

Satur, a, um. Cibo supra modum, plenus & satiatus, Fuldmæt. *Anus satura atq; ebria. satur puer. satur sum omnium rerum.* Et translatè veteribus, fœcundus, abundans, plenus, & cui nihil deest. Unde *color satur*, i. e. plenus, vehemens, Fuldfarffue / høifarffue. Sic *rus saturum. saltus saturi.* Et *lanx satura*, quæ referta erat variarum rerum copia, Saa som it Fad gammelmad. Item, *Satura jejunè; grandia minutè dicere*, i. e. magna atq; gravia, Fuldsom.

Satura & Satira, æ, f. pr. cibi genus ex variis rebus conditum, à similitudine lancis istius, saturæ. Unde *satura salsamentaria* dici potest quod nos indigitamus, Jt Fad gammel mad. Item *satura lex*, quæ miscella continet, & multa & diversa capita. Ut, *satura lex est, multis aliis legibus conferta.* Et *per saturam legem ferre dicebatur*, cum raptim neq; viritim dictis sententiis aliquid senatores decernebant. Sic: *libros historiarum per saturam edidit*, i. e. variarum rerum. Item *satura omnigeni argumenti poësis, ut Saturæ Lucilii & Horatii.* Vide infra in voce Satyra.

Saturitas, atis, f. t. saturi conditio, Fuldmettelighed. *Hominem saturitate facis tibi tranquillum.* Et translatè *cultura agrorum delectatione & saturitate homini salutaris*, i. e. fœcunditate & abundantia.

Saturo, as, act. pr. saturum reddo, Giør mæt / mætter. *Nuper nati mammarum ubertate saturantur: cythiso saturantur apes.* Et translatè *saturare odium, scelus, perniciem civium: saturare se sanguine*, i e. expleri ad fastidium usq; , Mætter indtil en nøyes oc er fæde aff. Sic *saturare solum pingui fimo.*

Saturatus, a, um, quid saturavimus. Ut, *armenta saturata.* Et translatè, *mens saturata epulis bonarum cogitationum: homines saturati honoribus.*

Composita.

Exsatio, as, act. pr. idem quod satio, Mætter.

Exsaturo, as, act. pr. idem quod saturo. Ut, *belluæ meis exsaturantur visceribus.* Et translatè *exsaturare animum*, Mætte sit sind.

Exsaturatus, a, um, quod exsaturavimus, Mæt/mætit. *Libido exsaturata.*

Insatiabilis, le, om. t. non satiabilis, Wmættelig. *Insatiabilis animus, cupido, voluptas.*

Insatiabiliter, modo insatiabili, Wmætteligen. *Insatiabiliter desidet in seminario.*

Inexsaturabilis, le, om. t. Virgil. idem quod insatiabilis, Wmættelig. *Inexsaturabile pectus*, quod irâ æstuat, nec exsatiari potest.

Insatietas, atis, f. t. Plaut. i. e. nulla satietas.

Insaturabilis, non saturabilis, quodq; saturari non potest, Wmættelig/wfyldelig: *Abdomen insaturabile.*

Insaturabiliter, modo insaturabili, Wmætteligen. *Annis insaturabiliter expletur.*

Obsaturo, as, act. pr. sive ut Nonius citat, *obsatulio* idem quod saturo.

SATYRA, æ, f. pr. pr. cor. genus carminum maledicum sive justa de causa, sive injuria, nec sine rebus pudendis & lascivis à Satyris hominum monstris, lascivis & petulantibus: vel quod Satyri initiò in eo introducebantur, Skandskrifft / huad eller det er med ræt eller wræt / eller oc it wtuctigt skrifft / som taler om wtuct / eller er wtuctig i sig sielff. Satyra etiam, epitheton corvi est, vel à proclivi libidine, vel à pallude quodam nomine Satyre in agro Pontino ubi pugnanti Valerio cum Gallo advolavit corvus in subsidium. Item cibi genus ex variis rebus conditum. Item, lex multis aliis legibus conferta, in qua significatione, aliter legitur satura. Vide supra in Satur, satura.

Satyricus, a, um, quod ad satyram pertinet. Ut, *Satyricus poëta*, qui satyras scribit. Item pro dicax, maledicus, satyrorum more.

Satyricè, acriter & cum convitiis.

Satureja, æ, f. pr. oomen herbæ, sic dicta à stimulatione quadam ad Satyricam venerem, Saar. Unde Satureja venerem emortuam suscitat in cibis sumpta, à Satyrorum nimirum salacitate & profusa libidine.

SAVCIUS, a, um, cui inflicta sunt vulnera à σύχω, fetio, tundo, petcutio, Saaret. *Nemo occisus est, neq; saucius.* Et translatè, *amore saucius est. saucius fatigationis externæ*, i. e. fessus seu fatigatus. *Saucius hesterno vino*, Ølsiug. Sic *janua rixis potorum saucia.* Item *saucius vento*, Haffuer ont aff veyrit. *Saucius rixis*, haffuer ont aff flammer. Aliter à σεύω concutio. Item vulgò à seco.

Saucio, as, act. pr. vulnus infligo saucium facio, Saaret. *Brutus eum sauciabit: Rubrius in turba sauciatur; sauciat ungue genas. Ferro sauciare palatum opus est, ut sanguis profluat.* Et *saucianda est vitis ferra, quâ pampinum studemus elicere. Sauciare famam alicujus*, Giør en skade paa sit ryct oc Neffn / giør en it skaar der vdi.

Sauciatio, onis, sauciandi actus, Saargiørelse.

Sauciatus, a, um, quod sauciavimus, Saargiort.

Compos.

Consaucio, Cic. idem quod saucio.

SAXUM, n. s. propriè lapis durior in sacrificiis adhiberi solitus, ut silex: habeturq; Tusca vox ejusdem originis cum sacer, Kampesteen / flint. Inde lapis quicunq; , Steen. Item scopulus. Ut, *ad unum saxum me fluctus efferunt.*

Saxatilis, le, om. t. quod saxa incolit. Ut, *piscis saxatilis aves saxatiles: Piscatus saxatilis*, qui fit inter saxa. *Saxatiles columbi*, agrestes, & qui in turribus nidificant.

Saxulum, n. s. parvum saxum.

Saxetum, n. s. locus saxis plenus & abundans.

Saxeus, a, um, quod è saxo est. Ut *saxeus pons*, Steenbro. *Saxea moles*, Steenbygning / eller byrde.

SCABO, bis, bi, itum, act. t. pr. prod. unguibus summum cutis percurro & quasi leviter fodio ad discutiendum pruritum, à σκάπτω fodio, Riffuer / piller / klaar. *Scabit caput. spinis se scabit. scabere caput* etiam Horat. pro esse intentum rei alicui sive in attentissima rei cogitatione defixum: nimirum à gestu altius cogitantis.

Scaber, bra, brum, pr. corr. cui cutis & superficies summa aspera est & horrens, ut est scabiosa cutis; vel q. quòd scabendo talis existit, Huas oc wjeffn / knudervorn / knatvorn / knarvorn. *Pectus illuvie scabrum: scabri ungues: scabræ ungulæ, scabrum pecus, scabra ovis. scabra rubigo. scaber, tophus.* Et absolutè, *scabrum* idem quod scabrities.

Scabratus, a, um, Colum. scaber factus. Ut, *vitis scabrata.*

Scabredo, Hieron. pro scabrities.

Scabritia, æ, f. pr. Plin. scabri affectio, Huashed / knatvornhed / knartvornhed. *Unguium scabritia.*

Scabrities, ei, f. q. Colum. idem. Item idem quod scabies. Ut *scabritiem tollit succus viridis cicutæ.*

Scabrosus, a, um, plenus scabritia, Huas / knatvorn oc wjæffn. *Scabrosi ungues.*

Scabreo, bres, antiquè pro scaber sum.

Scabies, ei, f. q. asperitas cutis cum pruritu, natura noxios humores foràs expellente, Skab oc klaae. *Scabies hominum. scabies ovium.* Et translatè scabies, pro voluptatis illecebris & pruritu. Ut, *quæ natura bona sunt, dulcedine & scabie carent.*

Scabio-

Scabioſus, a, um, ſcabie laborans, Fuld aff ſkab oc klæ. *Scabioſus homo. ſcabioſus bos.*

SCÆVUS, a, um, quod cum omine quodam ſit ſive bono, ſive malo, à σκαιός, ſiniſter, lævus, Lyckeligt eller wlyckeligt. Nam ſiniſter, ut & σκαιός, idem quod infauſtus. Et auſpicia, quæ à ſiniſtris fiebant, & à ſiniſtra ave erant bona. Inde *ſcæva comitia*, i. e. auſpicata, quæ ave ſiniſtra fiebant. Et abſolutè, *ſcæva æ*, f. pr. pro omine. Ut *bonæ ſcævæ cauſa*, i. e. boni ominis. *Eſt mihi bona ſcæva*, i. e. bonum auſpicium. *Scæva mala*, i. e. omen malum, Got eller ont behag.

Compoſitum.

Obſcævo, as, Plaut. n. pr. malam ſcævam & malum omen affero, adhibeo, objicio, For om eller bær wlycke med ſig. *Metuo ne quid obſcævet mihi, meæve fallaciæ.* Exponitur & avidius veſcor.

SCALMUS, m. ſ. σκάλμος, lignum, cui remum alligant, ſive lignum quo nituntur remi dum aguntur, Aareſted. *Navicula duorum ſcalmorum.*

Compoſita.

Decemſcalmus, apud Cic. ut, hæc ego conſcendens è Pompejano tribui actuariolis decemſcalmis ſeu diviſim decem ſcalmis. Eſt itaq; vel adjectivum actuarioli, vel deſcriptio per caſum ſubſtantivi. Videtur tamen accipi pro adjectivo actuarioli q. actuariolum decem ſcalmorum. Sed & à quibusdam ſcribitur & legitur, decem ſcalmis.

Interſcalmium, n. ſ. locus ſeu ſpatium remi inter duos ſcalmos, Roerſted/ imellom tu Roertolde.

SCALPO, is, pſi, ptum, act. t. ſummum rei alicujus, & ſuperficiem, leviter rado & fodio à σκάλλω ejusdem ſignificationis, Riffuer offuer vdi/ kradzer / ſkraber. *Caput digito ſcalpit, vitioſum locum ſcalpunt morſu pecudes Gallina humum ſcalpit eſcam quærens, & pedibus diſſipans quisquilias.* Item ſcalpo, quod vulgò ſculpo dicitur, incido. Ut *ſcalpere gemmam, ſcalpere marmor*, Graffuer ind vdi nogit/ ſticker vd. Vide infra in Sculpo.

Scalper, pri, m. ſ. Celſ. idem quod ſcalprum.

Scalprum, pri, n. ſ. ferramentum, quo quid ſcalpitur & inciditur, ut ſcalprum chirurgicum, quo chirurgi carnem putrefactam vel oſſa vitioſa excidunt. Item, quo venas incidunt, Aarejern. *Scalprum librarium*, quo lituræ ſcripturarum eraduntur, Pennekniff/ Skrabekniff. *Scalprum ſutorium*, quo ſutores coria & pelles poliunt, Skomager Skavjern: aut quo corium concidunt, Skomagerkniff eller Pindkniff. Item ſcalprum, pars falcis vinitoriæ, quæ à flexu procurrit.

Scalpellum, n. ſ. parvum ſcalprum, Aarejern/ Ragkniff/ krum Ragekniff.

Scalptor, aliàs ſculptor, m. t. qui ſcalpit. Ut, *ſcalptor gemmarum*, Vdſticker/ Billedeſnider.

Scalptura & ſculptura, æ, f. pr. ſcalpendi actus, Vdſtickning/ Vdgraffning.

Scalpturio, Plaut. pro ſcalpo. Ut, *ſcalpturire unguibus.* Aliter ſculpturio.

Scalpturatus, a, um, quod ſcalpturis variorum lapidum, ſive teſſulis uſi nutius diverſi coloribus compoſitum eſt, & adornatum. Ut *ſcalpturatum pavimentum*, Gulff med indlagt arbed.

Scalpus, antiquè idem quod ſcalprum.

Compoſita.

Auriſcalpium, n. ſ. Inſtrumentum, quo aures purgantur, Oreſkee.

Circumſcalpo, pis, Plin. act. t. circum aliquid vel omni ex parte ſcalpo, Gnier her oc der.

Dentiſcalprum, n. ſ. Inſtrumentum, quo ſcalpuntur dentes, Tandſticker/ Tandſkurer.

Exſcalpo, is, act. t. Cato. quaſi ſcalpendo vel ſcalpro ex cavo.

Exſcalptus, a, um, quod exſcalpſimus, Vdgraffuit/ Vdſtuckit. *Fœmina exſcalpta.* Scribuntur autem hæc etiam per quintam vocalem, exſculpto, exſculptus.

SCANDO, is, di, ſum, n. t. in altum magno cum nixu, ſeu alicui nitens eo, à σκήπτω, σκήμπτω, nitor, innitor, incumbo, Klyffuer/ klaffuer. *Scandere muros, equum, ſcandere in aggerem. tectum ſcalis ſcanditur. ſcandere in ſubjectum*, eſt felium more aſcendere.

Scanſilis, le, om. t. ad quod facilè ſcanditur. Ut *arbor ſcanſilis. ſcanſilis annorum, lex*, per quam ad ætatem veluti quibusdam annorum gradibus aſcendimus.

Scanſoria machina, qua ſcandimus ad ſpeculandum.

Scabile, lis, n. t. Cat. idem quod ſcabellum lecti.

Scamnum, n. ſ. propriè lignamentum duplici gradu, quo in lectum aſcendimus, Senge ſkammel. Inde quod pedibus ſedentium ſubjicitur, Fodſkammel. Item ipſum ſedile, Skammel/ Benck. Et translatè terra altior, quæ inter duos ſulcos cruda relinquitur, Jord Bylcke. Scamnum etiam in arboribus dicuntur, rami & brachia ſedilium uſum præbentia.

Scabellum, n. ſ. exiguum ſcamnum, & proprie quod ſimplici gradu conſtat, Fodſkammel.

Scalæ, arum, f. pr. pr. product. cujus ſingul. ſcala ſed rariore uſu, machina eſt, vel ex ligno vel ex funibus, quâ altiora ſcandimus, Stie/ Trappe.

Scandulæ, arum, f. pr. tabellæ ex ligno in atenues laminas ſciſſæ, quæ vice tegularum tectis inſternuntur: ſic dictæ à ſcanſilibus locis domus, tecto ſcil. quò ſcandendo penetramus, vel quod in tecto ſe invicem ſuper impoſitæ ſcandant, Tag Spone. Aliter à ſcindo, quod ſciſſiles ſint, quaſi ſcindulæ.

Scandulare tectum quod è ligneis ſcandulis aut ſectilibus è ſaxo laminis concinnatum eſt: ſic dictum quod laminarum ordines mutuo ſe ſcandunt, Spone tag / tag med ſkæffuer ſteen.

Scandulaca, æ, f. pr. nomen herbæ, ſic dictæ quod ſcandat herbas, easq; necet.

Compoſita.

Aſcendo, dis, n. t. ad aliquid ſcando, Opſtiiger/ Opklyffuer. Aſcendere in concionem, in caſtellum, in cœlum. *Aſcendere navim, & ad naviculam, aſcendere in equum.* Et *aſcendere in crucem* dicebantur crucifigendi: quia pede in ſubpedaneum poſito, crucem aſcendebant. Item translatè *aſcendere ad honores.* Et *aſcendere*, i. e. creſcere & virtute aliquò pervenire, Voxe oc ſtiige.

Aſcenſio, onis, aſcendendi actus, Klyffuer.

Aſcenſus, m. q. idem. Ut *aditu & aſcenſu templi pellere aliquem. Oppidum arduo aſcenſu: primus hic gradus & aſcenſus ad honores.*

Conſcendo, ſimul ſcando. Ut *conſcendere navem*, Klyffue oc ſtiige i Skibet. Sic *ſcandere ſcopulum, currum, equum.* Dicitur & *conſcendere in equum.*

Conſcenſio, onis, conſcendendi actus. Ut *conſcenſio in naves.*

Deſcendo, dis, deorſum ſcando vel eo, Trener neder/ gaar eller ſtaar neder / ſtiger neder. *Ex equis deſcendit. deſcendo in inferiorem ambulationem.* Item translate, *deſcendo in prælium vel certamen, in forum, ad accuſandum, ad accuſationem*, i.e. conjicio & committo, Begiffuer/ giffuer mig vd. Et *deſcendere in ſeſe*, eſt in firmitatem ſuam agnoſcere, Kommer til ſig ſielff oc kiender ſig ſielff.

Deſcenſio, onis, actus deſcendendi, Nederſtigelſe. *deſcenſio Regis*, quâ Rex deſcendit.

Deſcenſus, us, m. q. actus deſcendendi. Ut *deſcenſus Averni*, quo ſcilicet in Avernum tenditur, Nederfarelſe.

Inſcendo, in aliquid ſcando vel aſcendo, ſeu ſcando, Jſtiger. Currum inſcendit: *Equus à nullo ſe inſcendi paſſus niſi à rege. inſcendere quadrigas, in navem, in arborem.* Inſcenſor miles. Lampr. pro claſſiario, quaſi qui navem inſcendit & inſcenſa vehitur.

Superſcando, ſurſum aſcendo. Ut, *ſuperſcandunt dentes utriusq; ſulci.*

Tranſcendo, trans aliquid ſcando, Offuerſtiger / offuerklyffuer/ offuergaar. *Tranſcendere, montem, vallum.*

SCAPHA, æ, f. pr. pr. corr. σκαφὴ, à σκάπτω, excavo navigii genus, initio ex cavato arboreo caudice, Knubſtib/ Æger eller Fiſkerkaane. Inde etiam ex tabulis ſectilibus majorem navem ſequi ſolita, Boed. *Dominus navis in ſcapham confugit.* Sic *ſcapha piſcatoria trajecit*, Fiſkerboed.

Scaphium, n. ſ. poculum oblongioris figuræ, laterumq; in ſcaphæ ſimilitudinem flexorum, Anffvidlang ſkaale / eller koffiſken. Item vas patentiori ore, quod mulieribus ad requiſita naturæ inſerviebat. Græcis præterea ſignificabat, vas æneum in quo ſtili in medio ſiti proceritas horarum ductus deſcriminebat, Compaß.

SCAPUS, m. ſ. pr. product columna ſive ejus pars perpendiculariter baſi inſiſtens, & cui onus ipſum incumbit & innititur, à σκήπτω incumbo σκήπω, Scipio, baculus, Piller i ſig ſielff vden Foed oc Hoffuit / Pillisbul. Item caulis rectus inter brachia & radicem in modum columnæ, Stilcke / Stock. Item truncus ſcanſoriarum cochlidum à ſumma coaſſatione ad imum libramentum, Trappe / Spindel. Item *ſcapus vitis*, ramulus, unde acini dependent, Stilcke. Item translatè membrum virile. Exponitur & liciatorium, quod inter texendum ſonat: Addit & Perottus: ſcapus appellatur, ſiliqua, in qua ſemina continentur ut fabæ, papaveris & ſimilium, à σκάφη ſcapha, alveus.

SCAPULÆ, arum, f. pr. pr. corr. oſſa duo lata humeris poſticum injecta, ſive tota regio, quæ pone pectus ſita eſt, in quo ſunt duo illa lata oſſa in cervicem utrinq; tendentia ejusdem originis cum ſcapo, à σκήπτω incumbo, innitor, quod his onera innitantur, vel quòd ipſa incumbant humeris, Skulder/ eller Skulderblad. Iſid. à ſcando ab eminentia vel q. quo ſcandendo pervenitur. Dicuntur & apud Celſum, *ſcoptulæ operta*, eadem ut videtur origine, à σκήπτω.

Scapularis, re, om. t. quod ad ſcapulas pertinet. Ut, *ſcapularis veſtis*, quâ ſcapulæ teguntur. *Scapularis ſervus*, cujus ſcapulæ ad flagra denudantur quiq; tergum habet aſſiduis verberibus lividum, En med en klappet bag.

Scapilium, n. ſ. veteribus pro ſcapula. Item pro tergo.

Compoſ.

Interſcapilium, n. ſ. Interſtitium ſeu ſpatium inter ſcapulas, Bærde.

SCARABÆUS, m. ſ. inſecti genus quod in ſtercoribus naſcitur, eoq; potiſſimum ſe alit q. ἐν σκώρῳ βαίνων in ſtercore ambulans & ſe volutans, Skarnbaße. Sunt a. hujus generis alii *cornuti ut Scarabæus taurus, ſive Scarabæus lucanicus*, Egehiort: Alii volant cum magno murmure & mugitu, Oldenborre/ Tordebiſt. Quiq; focos & prata crebris foraminibus ex cavant nocturno ſtridore vocales.

SCARIFICO, cas, act. pr. ſcalpro aperio, & ſanguinem educo à σκαριφάομαι, ſcarifico, per ſuperficiem ſcindo, Aarlader/ Koppeſætter. *Scarificare linguam, gingivas.* Et translatè *ſcarificare dolorem* pro expellere. Dicitur & de arboribus, cum cortex eorum leviter vulneratur & inciditur.

Scarificatio, onis, ſcarificandi actus, Aareladende/ Kopſættelſe. *Scarificatione ſanguis diſcutitur.* Et *ſcarificatio arboris.*

SCARUS, m. ſ. σκάρος, nomen piſcis nobiliſſimi, qui ſolus piſcium ruminare dicitur: herbisq; non aliis piſcibus veſcitur.

SCATEO, n. ſ. pr. cor. propriè de aquis dicitur è venis ſuis erumpentibus, à σκάπτομαι, fodion & σκαπὸς foſſus, foſſilis, foſſitius, quaſi quæ de foſſis erumpunt, Velder/ vdſpringer/ quælder. *Fontes ſcatent. fontes vino non ſcatent.* Inde translatè abundo, ita ut exſiliat, quod continetur, Løber offuer/ er offuen fuld. *Piſcibus ſcatet mare. ulcera ſcatent vermibus. Irarum & moleſtiarum mulierum ſcatet.* Et cum accuſativo, *id tuus animus ſcatet.*

Scato, tis, n. t. antiquè idem.

Scatebra, æ, f. pr. ſcatentis ratio & conditio, Vdſpring/ Vandſpring/ Quæl. *Scatebra fontis. ſcatebris temperat arentia arva.*

Scaturigo, inis, f. t. idem, quod ſcatebra. Ut *paluſtres ſcaturigines.*

Scaturiginoſus, a, um, in quo abundant ſcaturigines.

Scaturio, ris, n. q idem quod ſcateo, Quælder. Item ſcatere deſidero. Et translatè emano, fluo.

SCAVRUS, m. ſ. σκαῦρος, qui talos tumentes & porrectos habet? cui pedes inflexo talo tardigradi ſunt, Som haffuer ſtore Anckelfoder.

SCELUS, eris, n. t. pr. corr. grave aliquod peccatum ex malitia aut libidine proveniens, continetq; ſub ſe & facinus & flagitium à σκέτλιος injuſtus, nefarius, ſceleſtus. Unde ἔργα σκέτλια, Skendig gierning/ wgierning / ſtore laſter/ ſkalckſtycke / ſkelmſtycke/ ſtor ſynd. Ponitur interdum pro ſceleſto. Ut, *iſtam tibi ſceleſtam, ſcelus, linguam abſcindam.* Item *ſcelus viri, pueri*, i. e. vir ſceleſtus. Aliter à σκελετὸς, larva, cadaver ſiccum, quaſi dignum tali forma.

Sceleratus, a, um, tior, tiſſimus. Sceleribus inquinatus & pollutus. Ut, *ſceleratus homo, ſcelerata cauſa.* Et translatè *ſceleratum frigus*, quod penetrando cuncta enecat, adurit iisq; noceat. *Sceleratus vicus*, in quo ſcelus quoddam erat commiſſum, nimirum filiam per cadaver interfecti Patris currum egiſſe. *Scelerata terra*, in qua Polydorus per ſcelus erat obtruncatus. Et *ſceleratus campus*, in

quo

quo virgines vestales, quæ incestum fecerant vivæ defossæ sunt.

Sceleroſus, a, um, ſcelere abundans. Ut, *ſceleroſa facta, homo ſceleroſus.*

Scelero, as, act pr ſcelere inquino & polluo. *Scelerat ſuas manus*, Beſmitter med nogen wgierning.

Sceleſtus, a, um, ſceleris plenum, wgudelig / wdediſk oc ſkelmſk. *Sceleſta vox. ſceleſtus homo. ſceleſtum facinus.*

Sceleſtè modo ſceleſto. Ut *ſceleſtè agit, facit. ſceleſtè ſuſpicaris.*

Compoſita.

Conſcelero, as, act. pr. ſcelere offendo ſeu conſpurco, Fortørner/ ſtøder/ forarger/ eller ſkamflicker/ ſætter en klud oc vanære paa. *Conſcelerare aures paternas.* Et *conſcelerare oculos*, For arg.

Conſceleratus, a, um, idem quod ſceleratus, ſcelere conſpurcatus. Ut, *mens conſcelerata, vultus conſceleratus.* Conſceleratiſſimus, a, um, ſuperlat.

SCENA, æ, f. pr. σκήνη, cavea, ſeu locus in fronte theatri, peripetaſmatis obſtructus, è quò prodibant acturi hiſtriones, Telt oc Paulon paa ſpill for dem ſom læge/ ſaaſom Gyglebure oc Bytte. Ponitur & tropicè pro ipſo theatro. Item pro actione rei præſente. Ut *ſcena totius rei hæc eſt. ſcenæ ſerviendum*, i. e. tempori & præſentibus rebus. Item pro apparatu, qualis in theatris & ſcenis adhiberi ſolebat. Ut *minore ſcena agam*, i. e. minore apparatu, Med mindre braſk. Item pro quocunq; loco umbroſo.

Scenalis, le, om. t. Lucret. idem quod ſcenicus. Ut, *ſpecies ſpectantium ſcenalis.*

Scenicus, a, um, quod ad ſcenam pertinet. Ut, *ludi ſcenici.* Et abſolutè, *ſcenicus, hiſtrio qui in ſcena agit.*

Scenicè, modo ſcenico. Ut *ſcenicè facit.*

Compoſ.

Proſcenium, n. ſ. locus ante ſcenam porrectus, in quo erat pulpitum, agentium & loquentium locus, Spille-platz eller Bane.

SCEPTRUM, n. ſ. σκῆπτρον baculus, regni inſigne, quo reges majeſtatis gratia utebantur, Kongelig Spir.

SCHEDA, æ, f pr. χεδὴ, tabella vel charta, in qua tumultuariè ſcribimus, Klackſeddel / eller Papir/ klackbog/ Skriffuebret ſom hengis paa veggen.

Schedium, n. ſ. parva ſcheda. Ut, *ſchedium affixit baſi ad ſignificandum pretium & ætatem.* Item genus navigii inconditum q extemporale, trabibus nimirum tantum inter ſe nexis factum, Flode.

Schedula, æ, f. pr. idem. Aliter etiam hæc leguntur ſcida nimirum & ſcidula à ſcindendo quaſi ſciſſum chartæ fruſtum, & ſchidula à χίζειν, ſcindere.

SCHOLA, æ, f. pr. exercitium literarium, & locus ipſe exercitii à σχολὴ, ejusdem ſignificationis, Skole. *Scholam explicat. ſcholas habemus*, i. e. præcepta doctrinæ diſputationes & controverſias, holder Skole. *In ſcholis diſputatur*, i. e. loco ſcholaſtico. Item ſchola, in balneis dicebatur, porticus circum labrum, in quo poſteriores verſabantur, labro à prioribus occupato, Forſtuffue vdi Bad.

Scholaſticus, a, um, quod ad ſcholam pertinet. Ut, *diſciplina ſcholaſtica*, Skole tuct oc affue. *Studium ſcholaſticum*, Skolegang. Et abſolutè *Scholaſticus*, qui diſcendi gratia ſcholas frequentat. Item Scholaſticus, qui

in fictis cauſis & otioſis verſatur & ſe exercet non in veris litibus, alias dictus declamator.

SCHEMA, atis, n. t. σχῆμα græca voce latinis ſignificat ornatum, habitum & veſtitum, Klædedract/ſtickelſe/ ſkabelon. *Bacchico ſchemate pergunt.* Et translatè, Schemata dicuntur, quædam verborum & ſententiarum lumina, quibus tanquam inſigniori ornatu tota oratio deſtinguitur.

Schema, æ, f. pr. pro penula ſervili, ſive habitu & ornatu.

SCILLA, ſive ſquilla, æ, f. pr. σκίλλα, herba eſt ex genere bulborum radicem habens cæparum modo multipliciter tunicatam.

Scillinus, a, um, Plin. quod ex ſcilla factum eſt. Ut, *acetum ſcillinum.*

Scilliticus, a, um, idem. Ut *acetum ſilliticum.*

Scillites, tis, m. t. acetum, in quo ſcillarum bulbi ad medicamentum macerati ſunt.

SCINDO, dis, ſcidi, & antiquè ſcindidi & ſciſcidi, ſciſſum, act. t. in partes findo, & per longitudinem disjungo à σχίζω ejusdèm ſignificationis, Splitter ad / ſkiller langs ad/ ſplinderer. *Cuneis fiſſile robur ſcinditur.* Hinc *remus ſcindit aquam, ſcindit navibus æquor.* Et *ſcindit comam*, i. e. laniat, vellit. Item translatè *ſcindere dolorem*, eſt patefacere commemorando. *Scindere penulam*, eſt impenſius hoſpitem retinere, Holde for haart paa en: translata ſignificatione à more quo manus injicitur veſti retractura abiturientem. *Scindere ſententiam* eſt mutare, quaſi ſciſſa charta, in qua erat excepta *vulgus ſcinditur in contraria ſtudia*, pro it & diſſidet.

Sciſſilis, le, om. t. quod ſcindi poteſt. Ut *alumen ſciſſile.*

Sciſſura, æ, f. pr. ſciſſæ rei ratio. Ut *pennæ inſectorum ſive ſciſſura*, Kløfft eller Fløffning.

Sciſſores, Petromo, qui ſingulari manus geſtu cibos diſcerpunt, Forſnider.

Sciſſus, a, um, quod ſcidimus, Kæffven i ſønder/ ſplit ad/ adſkilt. *Sciſſa veſtis. ſciſſa coma*, vocis genus fractum & ſciſſum.

Sciſſus, us, m. q. Var. ſcindendi actus, vel ſciſſi ratio. Ut *ſciſſu materiæ fatigatus quieſcebat lectulo.*

Compoſita.

Abſcindo, dis, act. t. partem à re aliqua ſcindo, Affſkærer. *Abſcinde cultro carnem ſupervacuam, linguam.* Et translatè, *omnium rerum reſpectum, præter quam victoriæ, nobis abſcindamus.*

Abſciſsio, onis, Figura Rhetorica, quæ & Præciſio dicitur.

Abſciſſus, a, um, quod abſcidimus, Affſkaaret. *Linguæ abſciſſa.* Et amiſſo tempore, juſtitia ei præfractior & abſciſſior ad vim, & cruorem usq;, q. d. Knap affſkaarn/er ſtacket paa traaed.

Circumſcindo, Liv. ex omni parte ſcindo, Slider oc hugger om oc om / her oc der.

Conſcindo, in multas partes ſcindo, Slider/ Riffuer. *Capillo aliquem conſcindere.* Et translatè exſibilo & explodo. Ut *conſcindere ſibilis*, Huidzle en vd/ pibe en vd. Item abſolutè *conſcinderr aliquem* pro criminari & alicui convitiari, Laſter oc foracter/ eller beleer.

Conſciſſura, æ, f. pr. ruptura, Reffle oc ſtrible/ treffle. *Conſciſſura operis*, ex quo aliquid detractum eſt, exſtantibus cicatricibus & rupturis.

Diſcindo, is, in partes ſeu membra ſcindo, Kløffuer i ſtycke / ſkær i ſønder. *Diſcidit veſtem.* Et translatè, *diſcidit amicitias*, Skiller eller bryder venſkab offuer tuerr.

Diſciſſus,

Diſciſſus, a, um, quod diſcidimus, Skaret i ſtyck ræffuen / eller ſlet i ſønder. *Artus nudis dentibus diſciſſi*, Brut / nederſlagen i ſtycke. Et *cos novaculâ diſciſſa*.

Exſcindo, dis, q. totum ſcindo, Slet affſkær. Et translatè, *urbem exſcindere*, eſt penitus & à fundamentis delere.

Interſcindo, paſſim ſcindo, Skær eller hugger i ſtycke / i mange ſtycker / hugger offuer: *Interſcindebant pontem.* Et translatè, *urbs freto interſcinditur*, Giennem ſkæris med haffuet.

Perſcindo, dis, per medium ſcindo, Skær igiennem. *Perſcindit nubem, perſcinditur vento.*

Perſciſſus, a, um, quod perſcidimus, Giennem ſkaaret. *Auris perſciſſa fuit.*

Proſcindo, dis, porrò & ulterius ſcindo, in longum ſcindo, Skær langs ad / ſkær i Remmer. *Ferro proſcindere quercum.* Inde *proſcindere terram aratro* dicitur cum primum arâtur, Riſter eller legger Plogland. Et translatè *proſcindere aliquem conviciis, criminibus*, pro infamare lacerare & laceſſere contumeliis, Taler ilde paa en.

Proſciſsio, onis, proſcindendi actus. Ut, *terræ proſciſſio*, Leggen eller Riſten.

Proſciſſus, a, um, quod proſcidimus. Ut, *terra proſciſſa*, Riſtit eller lagt Jord. Et abſolutè *proſciſſum*, pro terra proſciſſa.

Reſcindo, dis, ſcindendo tollo, aufero, Skær noget hen aff veyen. *Pontem reſcindi jubet. reſcindebat os vulneris.* Sic *reſcindere cœlum*, translatè pro oppugnare, & expugnare, Item *reſcindere decreta, acta, conſtituta*, pro tollere & deſtruere, Gior til inted.

Reſciſſus, a, um, quod reſcidimus, Henſkaaret. *Palatum reſciſſum.*

SCINTILLA, æ, f. pr. igniculus ſive mica ignis, propriè è percuſſo ſilice proſiliens, à ſcindendo ſic dicta q. ex ſciſſu ſilicis. Et inde, quæ in ipſis flammis exſilit, easq; q. ſcindens, Gniſt. Item translatè, minima lucis alteriusve rei portiuncula, Glimp / regniſt. *Scintilla nulla nobis relicta ad aſpiciendum.* Et *ſcintilla belli* pro reliquiis ſeu fomite & parvis initiis.

Scintillula, æ, f. pr. parva ſcintilla. Ut *virtutum ſcintillulæ.*

Scintillo, as, n. pr. ſcintillas emitto, Gniſterer. *Scintillat ignis, ſcintillat lumen.* Et translatè *ſcintillant oculi*, ſcilicet hominis irati aut inſani, aut etiam ægrotantis, Oe gniſterer / glinter.

Scintillatio, onis, ſcintillandi actus, Gniſterer / glinten. *Oculorum ſcintillatio.*

SCIO, ſcis, ſcivi, ſcitum, & in futuro ſciam, ſcibo, h. q. propriè rem per cauſam ſuam, vel rem certò mente habeo, cerno & cognoſco ab ἴσκω ejusdem ſignificationis, vel à σχέω pro ἔχω habeo, poſſideo, teneo, Veed viſt. *Hanc qui ſiet neq; ſcio, neq; novi. nihil certè ſciri, nihil plane recognoſci & perſpici poteſt. ſcire certum volo. de hac re non ſcio.* Et *ſcire linguam* eſt callere, Kand Tungemaal Scit fidibus, Kand lægge paa Strenge. Scit latinè vel græcè, Kand Latin / kand tale Latin / Græd ſk. Et paſſivè, *res ſciuntur: id ex literis tuis ſciri poteſt. Nondum lucebat cum hoc Ameriæ ſcitum eſt.* Aliter ſcio à σκέπτομαι. Video, perſpicio, pereunte λήξει Græca, ut in cio, ſereo & aliis.

Sciens, ntis, om. t. qui ſcit, Vidende. *Renuncio here, ut ſis ſciens: ſciens non faciam*, Vidende eller med mit vid. *Sciens prætermiſi*, med vidſkab / vid oc villie. Et amiſſo tempore, peritus, Forfaren / vittig. *Latinæ linguæ ſciens, ſcientiſſimus. nemo eo eſt ſcientior, ſciens pugnæ, ſciens cytharæ, ſciens flectere equum.*

Scienter, modo ſciendi prudenter & datâ operâ. Ut *ſcienter fallit*, Med vid / oc frii villie. Item ſcitè & peritè. Ut *multâ perite & ſcienter dixit. nemo ſcientius in eo genere verſatus eſt.* Et *ſcientiſſimè animadvertit quæ ſunt*, Forſtandigen.

Scientia, æ, f. pr. ſcientis habitus, Vidſkab.

Sciolus, qui leviter literis tinctus, falſa eruditionis opinione ſuperbit.

Sciſco, is, ſcivi, ſcitum, n. t. cognitionem rei adipiſcor, & q. ſcire pergo, Faar at vide. *Accurro ocyus, ut ſciſcam quid velis.* Item activè, rogatus, ſciens & volens communi conſilio & conſenſu comprobo, ſtatuo & edico, Samtycker / vedtager / ſtadfeſter / vider / paalegger. *Plebs, populus ſcibit rogationes plurimas: Plancus hanc legem ſcibit. ſciverunt Athenienſes, ut pollices præciderentur victis.*

Sciſcitus, a, um, quod ſcivimus, Samtyct oc paalagt: *Non omnia juſta ſunt, quæ ſcita ſunt in populorum inſtitutis atq; legibus.* Et abſolutè ſcitum, quod ſcitum eſt, Vide / vedtect oc paaleg. Eratq; propriè ſcitum, quod plebs ſuo ſuffragio ſine patribus ſcivit, tantum rogante plebejo magiſtratu, Tribuno. Ut *ſcitum fecit Cteſiphon: ſcita & juſſa comprobat.* Item ſcitus, a, um, amiſſo tempore, idem quod lepidus, elegans, Smuck / ſkickelig / q. quod ſciſci ab omnibus meritum eſt & dignum fuit quod ad orationem, dicta, mores, & formam corporis, Lofflig / teckelig. *Sermo ſcitus. ſcitum dictum.* Et *ſcitum eſt, cauſam conferre in tempus.* Sic *ſcitus homo* pro arguto, venuſto & eleganti, Artig. Et *ſcitus puer* pro formoſo.

Scitulus, a, um, Plaut. aliquantum ſcitus & elegans. Ut *forma ſcitula.*

Scitè, modo ſcito, eleganter & argutè, Smuct / artelig gen oc vel. *Satis ſcitè & commodè tempus ad te cæpit adeundi. ſcitè ſubtiliterq; ratiocinatus eſt Pythagoras.*

Scitamenta, orum, n. t. edulia quæ ſcitum habent ſaporem, Lecker oc beſynderlig vel ſmagende Mad. Et translatè ſcitamenta in oratione, quæ ſunt ornamenta arguta & ſcita.

Sciſcito, tas, Feſto, pro ſententiam dico, ſed fortaſſe corruptè pro ſciſco.

Sciſcitor, aris, dep. pr. ſcrutor & inveſtigo quæ occultiora ſunt & ſecretiora, q. ſcire cupio, deſidero, Flittelig gen vdſpører / vdfritter. *Ibo adverſum, ut ſi quid habent ſciſciter ex eo: ſciſcitabor ſententiam & de ſententia.*

Scitor, aris, depo. pr. idem. Ut *ſcitatus eſt oracula. ſcitatus ſum ab ea cujus vellet eſſe mariti.*

Compoſita.

Conſcio, ſcis apud Horat. pro conſcius ſum. Ut, *nil conſcire ſibi nulla palleſcere culpa.*

Conſciſco, ivi, conſcius aliquid facio, Giør noget med villie oc vidſkab *Conſciſcere ſibi mortem*, Tage ſig ſielffvilligen aff dage. *Conſciſceſcere facinus*, Giøre en ond gierning med villie oc vidſkab. *Conſciſcere bellum*, Kommer Krig affſted med villie.

Con-

Conſcius, a, um, qui rem ſcit cum alio vel ſecum, Ved noget enten med ſig ſielff eller anden. *Conſcius ſceleris, conſcius ipſe ſibi culpæ.*

Conſcientia, æ, f. pr. conſcii affectus & ſcientia, quâ quis rei ſive bonæ ſive malæ conſcius eſt, Samvittighed/ Egen ſand vidſkab om ſin gierning.

Inconſcius, a, um, non conſcius.

Deſcio, Plaut. pro non ſcio. Ut, *Athenæ deſciverunt.*

Inſciens, non ſciens, vvidende / vaffvidende. *Inſciens feci, me inſciente factum eſt.*

Inſcienter, modo inſcienti, vvidende. *Inſcienter, hoc fecit.*

Inſcientia, æ, f. pr. Inſcientis vitium & habitus, vvidſkab / vankundighed. *Homines in magno errore & inſcientia verſantur.*

Inſcius, a, um, idem quod inſciens. Sed utplurimum, habitu quodam, Vanvittig/ vforfaren. *Artifex ab inſcio multum diſtat. Socrates ſe rerum omnium inſcium fingebat. Sic homo inſcius, turba inſcia.*

Inſcitia, æ, f. pr. inſcii habitus, Vanvittighed / vforfarenhed / vforſtandighed / vſkødſomhed. *Magna eſt homini huic inſcitia: Per inſcitiam & negligentiam periit. per inſcitiam vaſtantur vineæ.*

Neſcio, ſcis, n. q. non ſcio, Vider icke. *Nemo ex eo, quod neſciat diſertus eſſe poteſt.* Et Impersonaliter. *Neſcitur ubi ſit locorum.*

Neſcientia, Juriſcon. pro ignorantia & errore.

Neſcius, a, um, qui aliquid neſcit, Vaffvidende. *Homo fati ſui neſcius.* Item neſcius paſſivè pro ignoto & incognito, Vkiend oc vviſt. *In locis ſumus neſciis. neſcia ſpe.*

Perſcienter, admodum ſcienter. Ut *perſcienter contentionem remiſit.*

Præſcio, ante ſcio, Vider tilforne. *Nonne oportuit præſciſſe me antea.*

Præſcitum, n. ſ. præſcientis vis & intellectus, Forvid. *Præſcita animi.*

Præſcius, a, um, qui præſcit, Forvidende *Præſcius homo venturi cœli. præſcia venturi mens, Deus futurorum præſcius.*

Suſcio, antiquis idem quod ſcio. Ut, *ſuſciri quid eo opus eſt.*

Inſcitus, non ſcitus, inelegans, Icke artig / plomſk/ tylperſk. *Mulier inſcita & ſtulta: inſcitum ſomnium.* comparat. tior, tiſſimus.

Inſcitè, modo inſcito, Icke vel/ icke ſmuct/ groffue ligen/plumpactigen/ilde/tylperſk. *Inſcitè fecit.*

Plebiſcitum, n. ſ. ſcitum plebis, quod nimirum plebs ſcivit ſuo ſuffragio ſine patribus, rogante magiſtratu Plebejo, rogantibus tribunis plebis.

Compoſita à Sciſco.

Adſciſco, is, quaſi ſciſcendo admitto, approbo, accipio & recipio. Feſto autem adjungo & adſumo, Antager. *Adſciſcere leges. Id populus adſcivit. alienum ſibi adſciſcere,* Tage ſig til.

Adſcitus, a, um, quod adſcivimus, Tiltagen. *Sacra adſcita atq; accerſita ab exteris nationibus.*

Aſciſco, is, ivi, itum, act. t. ſciſcendo aliquid aliundè mihi aſſumo, adjungo; vel quaſi ſciſcendo meum facio ratione patrocinii & defenſionis, uſus & poſſeſſionis, Tager til mig / med mig / tageri Ledtoff med mig. *Similitudinis gratia id aſcivimus.* Inde arrogo. Ut *aſciſcit ſibi ſapientiam, & nomen ſapientiæ,* i. e. arrogat. *aſciſcere bonos in civitatem, ad fœdus,* i. e. adjungere. *natura bonum aſciſcit,* i. e. appetit, malum reprobat. *Hoſtes aſciſcunt oppidum,* i. e. comparant retinent. *boni bonos aſciſcunt ſibi,* i. e. adjungunt. *Aſciſcitur id, ut ſalutare, aſciſcitur à civitate,* i. e. cooptatur.

Aſcitus, a, um, quod aſcivimus, Tiltagit. *Sacra aſcita ex Græcia amiſit Romam aſcita Alba, non nativus, ſed aſcitus candor.*

Aſciſcendus, a, um, ut *in civitatem aſciſcendus, in numerum civium,* i. e. aſcribendus. *Nihil de me dixi, aſciſcendæ laudis cauſa,* i. e. comparandæ.

Aſcititius, a, um, ut coma aſcititia, Fremmet haar/ flætter.

Deſciſco, is, ivi, itum, ſciſcendo vel ſcitu deficio, Vil icke være med/bliffuer affſpendig. *Deſciſcit à Republica, à patribus, à Senatu.* Sic, quaſi ſciſcendo me ab alicujus ductu ſubtraho. Ut milites à duce, populus à domino, diſcipulus à magiſtro: & ad alterius ductum me confero, Falder fra / aff. Et translate *deſciſcit à fortuna, à ſua inſtitutione, à ſeipſo, à vita.*

Præſciſco, idem quod præſcio vel præſentiſco, Fornemmer oc mercker tilforne. *Licet longè præſciſcere animum alicujus.*

Reſciſco, is, clanculum ſciſco, Faar noget hemmeligen at vide/ aut q. retro & poſt ſciſco, Faar at vide bag efter. *Rem omnem reſcibi.*

SCIPIO, onis, m. t. baculus, cui innitimur inter eundum à σκήπτω ejusdem ſignificationis, Staff mand ſtøtter ſig med. Item Scipio in vineis, pro ſcapo, unde uvæ dependent.

SCIURUS, m. ſ. σκίουρος, animal, caudam habens pro tecto, Eggern.

SCLOPPUS, ſive Sclopus, pi, m. ſ. ſonus qui erumpit ex inflatione buccarum, & ſubito diſploſarum: ſic dictus per onomatopœjam, Slop/ ſlup/ pluff. Item, qualis ſonus editur ſambucina fiſtula, dum ex ea jaculata erumpit ſtupea glandis. Hinc transferri poteſt, ad ipſum inſtrumentum ſambucinum, Hylde byß. Item ad minus illud bombardæ genus, quod diſploſum ſimilem edit ſonum, Haandbyße / Buffert. Aliter legitur ſtlopus.

Sclopetum, ti, n. ſ. Friſch. ficta voce pro bombarda.

SCOBS, ſcobis, com. t. pri. gen. corr. ramentum minutiſſimum, quod decidit ex materia aliqua, dum vel ſerra ſecatur, vel terebra perforatur, vel lima politur à σκάπτω excavo, quaſi quod inter excavandum decidit, neq; de ligno tantum, ſed & de metallis dicitur, Saffſpon/ Borſpon/ Fileſpon. Exponitur & ferreum inſtrumentum ad eradendas & extergendas ſorde è pavimento marmoreo. Item omne genus ſordium quæ everruntur. Aliter à κόπτω cædo.

Scobina, æ, f. pr. idem quod ſcobs, ut *caſei ſcobina,* i. e. caſeus diſcobinatus, Kæffuen Oſt. Exponitur & inſtrumentum fabrile, quo aſpredines lævigant, & deraditur ſcobs, Fil eller Raſp.

Compoſ.

Deſcobinatus, a, um, Varr. quaſi ſcobina opertus. Et translate *deſcobinata crura,* h. e. ſaucia & abraſa.

SCOM-

SCOMBRUS, m. ſ. σκόμβρος, nomen piſcis ex quo præſtantiſſimum conficiebatur garum, Mackrel.

SCOPÆ, arum, f. pr. Inſtrumentum, quo pavimenta verruntur: ſic dicta à Scobæ q. quam everrunt ſcopæ, Koſt/ lime / fei koſt. *Scopa regia* nomen herbæ, *Scopa terræ* apud Auguſt. pro aquilone, quod eam vehementia ſua quaſi everrat.

Scopulæ, arum, Colum. parvæ ſcopæ.

Scoparius, m. ſ. miniſter, qui ſcopis diverrit pavimenta. Unde dici poteſt ſcoparia, Struepiige.

SCOPUS, m. ſ. σκοπός, meta ad quam collineant tela ſagittarii, Maal. Et translatè propoſitum, quò ſpectamus, Forſet oc mening. Aberrat à ſcopo.

Scopulus, m. ſ. parvus ſcopus, h. e. illud, ad quod ſagittas dirigimus. Item ſcopulus ejusdem originis, σκόπελος Græcè ſed diverſæ ſignificationis. Saxum vel rupes, ad mare aut in mari eminens, qualia diligenter obſervant nautæ, tum & ipſi vel alii aliquando conſcendunt ſpeculaturi, Klippe.

Scopuloſus, a, um, ſcopulis plenum. Ut *mare ſcopuloſum, loca ſcopuloſa.* Et translatè, difficile. Ut *verſor in difficili & ſcopuloſo loco.*

SCORIA, æ, f. pr. σκωρία, ſordes metalli quæ coquendo expuitur, Sinder/ Guldſinder/ Sølffſinder. *Ferri ſcoria*, Hammerſlag. Inde translatè ponitur pro nimis anxiis curis, quæ hominem reddunt ſordentem, & negligentem omnis cultus.

SCORPIUS, pii, m. ſ. σκορπίος, animal venenatum cauda feriens, Scorpion. Item ſignum cœleſte. Item, tormenti genus aculeis horrens, quo cædebantur ſontes, virga nodoſa & aculeata, Huas ruß. Item tormenti bellici genus aculeo quodam erecto, & ſpiculum, quod è tormento emittitur. Item nomen herbæ Item piſcis. Sic dictus non à Scorpii terreni formæ ſimilitudine; ſed quod ſit σκληκός, i. e. quòd pungat & feriat, venenumq; effundat Scorpii terreni ritu. Pro ſcorpio animali & herba utuntur & latini voce Nepa, æ, f. pr. pr. corr. quo Afrorum lingua ſcorpium ſignificat.

Scorpio, onis, m. t. idem.

Scorpionarii, m. ſ. qui ſcorpiis utuntur bellicis, & ſagittis feriunt.

Scorpis, vel ſcorpæna, ſcorpius eſt minor, de piſce.

Scorpioides, is, piſcis Scorpioni marino ſimilis, ſed dentibus differt. Eſt autem piſcis littoralis, muco veſcens & aqua.

SCORTUM, ti, n. ſ. propriè corium durius atq; craſſius quale illud ex quo fiunt calceorum ſoleæ, à σκύτος corium, Solle leir. Inde translatè quicunq; corpus ſuum libidini aliorum proſtituit, per ſummam ignominiam quaſi qui corpus ſuum, ceu durius quoddam corium ſubagitari patitur, ſive ſexu ſit fœmineus, ſive maſculus, Hore hud / gammel Hore/ en Sæck. Et Plauto ſcortorum nomine veniunt ipſi paraſiti. Aliter ſcortum pro corio à cortex, vel quod corticem verius referat duritie ſua quàm pellem; vel quod maceratum cortice eam induit duritiem.

Scortillum, n. ſ. parvum ſcortum deminuens modo ætatem, modo ſubſtantiam ſcorti.

Scorteus, a, um, quod ex ſcorto pelliceo eſt. Ut *ſcortei nummi*, Ledrpenge.

Scortes, teſtium arietinorum pelles, Vederpunge.

Scortor, aris, dep. pr. ſcorta aſſector, Jager effter Horer.

Scortator, qui ſcortatur, Skørleffnet.

Scrotum, ti, n. ſ. ſacculus teſticulorum q. ſcorteum per Metatheſin.

SCREO, as, n. pr. cum crepitu ſputum ejicio, appellatione ſumpta à ſono per onomatopœjam & Græcorum πτέμπτομαι ejusdem ſignificationis, Spytter hart/ harcker oc ſkraader / eller rymmer ſig. Habebaturq; antiquitus etiam ſignum eminentiæ & faſtus.

Screatio, onis, ſcreandi actus & vitium, Harcken oc ſkraden.

Scrancia vel ſcrantia, Plauto, mulier, quæ tuſſiendo & ex ſcreando exhauſta eſt. Legitur & pro eodem ſcracia, q. ſcreacia. Item ſcrapta & exponitur nugatoria & deſpicienda mulier.

Compoſita.

Conſcreor, aris, idem quod ſcreo. Ut, *magnificè conſcreabor.*

Exſcreo, as, Plaut. vi quadam exſpuo, & longius ulteriusq; ſcreo, Vdſpytter / vdharcker. *Cum dentibus linguam exſcreat.*

Exſcreabilis, le, Plin. quod exſcreari poteſt.

SCRIBO, bis, pſi, ptum, act. t. pr. product. propriè literas incido in lapidem & ſimilia: vel literas ſive literarum lineas notasq; duco à γράφω, ejusdem ſignificationis q. ſcrabo, Skriffuer. *In libro literæ calamo ſcribebantur. Scribere lineam.* Inde ponitur pro pingo, Maler. *Scripſit Apollinem & Dianam, Deumq; Martem in leone ſedentem.* Item ſcribo, aliquid concipio & literis mando, Skriffuer / Beſkriffuer. *Scripſi de optimo genere dicendi. ſcripſi verſibus tres libros de temporibus meis.* Item *ſcribere leges*, i. e. condere leges, facere, dicere. *Scribere hæredem*, eſt facere hæredem. *Scribere numos*, eſt numos non præſentes ſolvere, ſed pro his in certum diem ſolvendis apud trapezitam ſe obligare, & per argentarium in certam diem cavere redditum iri numos qui debeantur. *Scribere dicam*, eſt litem intendere. *Scribere notis*, eſt quibusdam fictis ſignis aliquid comprehendere, aut etiam compendio quodam literarum verba complecti ad celeritatem. Unde illa: verba notis brevibus comprehendere cuncta peritus: Raptimq; punctis dicta præpetibus ſequi. Quiq; notis linguam caperet, curſumq; loquentis. *Scribere ſermonibus*, eſt integris literis, verbisq; ſcribere, aliter quam fit, cùm notis ſcribitur.

Scriba, æ, m. pr. qui ex officio ſcribit literas, vel acta, aliudve Principis, civitatis, Domini mandato, Skriffuere eller Secreterer/ pro conditione Dominorum. Ut *ſcriba Regis, Principis, civitatis, Domini.*

Scriptio, onis, f. t. ſcribendi actus, Skriffuelſe/ ſkriffuen. *Scriptiones philoſophicæ. ſcriptione hæc res digna non eſt. Lippitudo impedit ſcriptionem meam.*

Scriptor, oris, m. t. qui opus aliquod conſcribit, Skriffuenter. *In tanta ſcriptorum turba mea fama obſcura eſt. ſcriptor legis.*

Scripto-

Scriptorius, à, um, quod ad scriptorem pertinet. Ut, *atramentum scriptorium*, Skriffuer Bleck. *Calamus scriptorius*, Skriffuer Pen.

Scriptura, æ, f. pr scripti ratio vel ipsum scriptum, Skriffueri / Skrifft. *Scriptura imitatur voces. quâ scripturâ es prosecutus sine summa amore cogitare non potueris.* Item scriptura pro vectigali, quod percipitur è pascuis, sive ratio ipsa mancipum, h. e. eorum qui pascua publica redimebant. Ut, *neq; ex portu, neq; ex decumis, neq; ex scriptura vectigal conservari potest.* Ponitur & pro vectigali etiam ex portoriis & decumis, Aff gifft.

Scripturarii, m. s. olim dicti, qui postea tabellarii, quod scripturis & commentariis omnes aut civitatum, aut provinciarum res complecterentur. Et *scripturarius ager*, i. e. publicus, in quo ut pecora pascantur, necesse est pastor certum æs pendat publicano: sic dictus, quia publicanus scribendo conficit rationem cum pastore.

Scriptus, a, um, quod scripsimus. Ut *Homeri carmen in membrana scriptum.* Et absolutè, *scriptum*, quod literis mandatum, Jt Skrifft. *Scriptis illustrari debet.*

Scriptus, us, m. q. idem quod scriptura. Ut *scriptu sese abdicavit.*

Scriptito, tas, frequenter & crebro scribo. Ut *ad me scribas velim, vel potius scriptites.*

Scriblita, æ, f. pr genus placentæ: sic dicta, quòd qui eam fingit, tanquam scribit: aut quod esset notis quibusdam signata, & tanquam scripta videretur, Kleinet/ Bagen ting med Bogstaffue. Aliter legitur streblita à στρεβλὸς tortuosus: quòd varie tortuosa sit, Kromkager.

Composita.

Ascribo, is, act. t. ad aliquid, vel juxta scribo, Bosskriffuer/ Tilskriffuer. *Ascribito utriq; salutem: ascribito me, meamq; sententiam tuæ.* Sic *ascribere aliquem civitati, in civitatem, & in civitate, in numerum tuorum, ad numerum tuorum; vobis omnibus ascribor in amicitiam.* Et *ascribere alicui negligentiam*, i. e. imputare, Legge hannem til. *Exitus bonos bonorum ascribimus*, i. e. imputamus & acceptos ferimus, Legger til. *Ad judicium tuum meam sententiam ascribe. Ascribe me tibi socium.*

Ascriptor, oris, m. t. qui in exemplum ducit scripta, & rei alicui nomen suum ascribit, alteriusve acta approbat: aut idem quod subscriptor, qui causidicus est, causam adjuvans. Ut, *defensor & ascriptor tuæ dignitatis. Venalis ascriptor tuus, & subscriptor.*

Ascriptivus, Plaut. idem quod ascripticius.

Ascriptus, a, um, quod ascripsimus. Ut *ascriptus est civis. ascriptus civitatibus fœderatis.*

Ascripticius, à, um, quod per ascriptionem constat, ut *ascripticii cives in cœlum. Dii ascripticii*, qui Diis majorum gentium opponuntur. *Cives ascripticii*, qui natis civibus adjuncti se in alterius imperium dediderunt.

Circumscribo, is, circum vel omni ex parte scribo, Omskriffuer / Befatter. *Virgula stantem circumscripsit.* Et translatè, circumvenio, decipio, & quasi circumscribendo circumvenio, & in eum locum redigo, ut liberè se suaq; extricare non possit, Besniger/oc vnderfunden ligen klemmer. *Fallacibus interrogatiunculis circumscripti. vana mortalitas in circumscribendam seipsam ingeniosa.*

Circumscriptè, adverb. modo circumscripto, Jnden et visse maal. *Res circumscripte complectitur.*

Circumscriptio, onis, circumscribendi actus, Fattelse / visse beskriffuelse. *Circumscriptio verborum.*

Item *circumscriptiones adolescentum*, i. e. deceptiones quibus decipiuntur.

Circumscriptor, oris, m. t. qui circumscriptione & per fraudem privat & emungit aliquem rebus suis, Penge snyder.

Circumscriptus, à, um, quem circumscripsimus. Ut *circumscriptus dolo*, Vdsnyt/ klemt.

Conscribo, idem quod scribo, seu simul scribo, Skriffuer nogit sammen. *Conscribere syngraphum. conscribere milites*, i. e. cogere, & scribendo in certum numerum redigere, Skriffuer Krigsfolck.

Conscripti, qui propter inopiam senatorum ex equestri ordine in senatorum numerum conscribebantur. Unde postea, omnes senatores, patres conscripti, dicti sunt.

Conscriptio, onis, conscribendi actus, Beskriffuelse. *Falsa quæstionum conscriptio.*

Describo, scribendo exhibeo, vel conficio, Omskriffuer/Beskriffuer. *Librum & libri capita descripsit.* Et translatè depingo, Bemaler eller vdkaster. *Pictor non potuit rectius ejus describere formam. Archimedes in pulvere mathematicas descripsit figuras.* Item divido & destribuo, Skiffter lige. *Civitatibus pro numero militum pecuniarum summas descripsit. dena descripsit in singulos jugera.*

Descriptio, onis, actus, quo aliquid describimus, Beskriffuelse/Vdkastelse/Bemaling. *Descriptio libri, urbis, equitum, peditum.* Et apud Rhetores, exornatio & sententiarum lumen.

Descriptus, a, um, quod descripsimus. Ut *descripta orationis materia. munus cuiq; descriptum. exercitus descripti.* Et absolutè, *descriptum est.*

Exscribo, ex alio scribo, Vdskriffuer. *Tabulas exscripsit. multa ex isto libro exscripsit.*

Inscribo, in aliquo scribo, Jskriffuer/ skriffuer paa. *Nomen libris inscribit suum. verba hæc statibæ inscripsit.* Item *liber inscribitur Octavius.* Et translatè, *corpus tuum virgis ulmeis inscribam*, pro flagellabo & dilacerabo, ut sanguine & vibicibus ceu literis quibusdam depictum sit, Skriffue paa enis Ryg oc bag/paa hans krop.

Inscriptio, onis, inscribendi actus. Ut, *libri inscriptio. monumenti inscriptio*, offuerskrifft/titel paa en Bog. *Inscriptio sepulchri*, græca voce Epitaphium, Grafskrifft/ quod in laudem defuncti sepulchro inscribitur.

Inscriptus, a, um, quod inscripsimus. Ut *liber Curio inscriptus*, Tilskreffuen. *Liber de moribus inscriptus. Inscriptum in frontem uniuscujusq;, quod de Republica sentiat*, Skreffuen i hans pande/paa skreffuen. *Versus in monumento inscripti*, Skreffne paa. Item inscriptus, cui nota est injusta, Mærckit/brend med it Jern for skælmeri. Item aliquando idem quod vespillo. Item inscriptus aliquando, quasi non scriptus, Vdskreffuen. Sic *inscripta merx.* Ut *alia sunt scripta: alia inscripta: si inscriptum pecus paverit lege censoria committit mulctam*, Jcke indskreffuen. Et absolutè *inscriptum*, quod professum non est, nec à publicano scriptum, som icke er indskreffuen/ vfortoldit/ wangiffuet.

Interscribo, q. inter alia scribo, Skriffuer ind imellom/ skriffuer iblant.

Perscribo, perfectè & ad finem usq; scribo, Beskriffuer fuldkommeligen. *Perscribere res gestas. omnia ad me perscribe.* Item in tabulas publicas, actaq; refero, Jndskriffuer/skriffuer ind i Byes Bog. *Constituit Senatores, qui omnia dicta judicum perscriberent. falsum perscribit nomen. in tabulas perscribit.* Item *perscribere pecuniam*, est scripto obligare se & creditori cavere, Giffue Haandskrifft paa nogen Gield.

Perſcriptio, onis, perſcribendi actus: & ſpecialiter quæ fit in tabulas publicas, Indſkriffuelſe. *De tabulis & perſcriptionibus controverſia eſt.* Item perſcriptio, quæ fit debiti nomine, Forvaring oc Haandſkrifft paa nogen Gield.

Perſcriptor, oris, m. t. qui perſcriptiones pecuniarias accepti & expenſi conficit, Som ſkriffuer oc ſtiller vdi Gieldſager.

Perſcriptus, a, um, quod perſcripſimus. Ut, *perſcriptum juris conſultum, perſcriptæ rationes.*

Præſcribo, is, ante ſive prius ſcribo, Skriffuer tilforn. *Natura homini præſcripſit, ut nihil pulchrius, quam hominem putaret.* Inde quocùnq; modo, etiam dicto. Ut *præſcribo ſenatui, quæ ſunt facienda*, i. e. propono. Et inde: præſcribendo aliquid injungo, & quadam cum auctoritate, ut ſolent præceptores ſuis diſcipulis, Forſkriffuer. *Præſtitit, quæ præſcripſit ratio & doctrina.* Sic *præſcribo tibi ne permiſceas.* Et *præſcribere rebus finem*, eſt limites ponere, Sætte maal oc ende. Item *ignominioſo patri filius præſcribit*, i. e. excipit & quaſi paternitatis limites objicit & præſcribit.

Præſcriptio, onis, præſcribendi actus, & ſpecialiter quæ fit injunctione, Forſkriffuelſe. *Præſcriptio rationis*, quam recta ratio præſcribit & dictat. *Præſcriprio ſemihoræ*, quæ ſemihoram præſcribit alicui.

Præſcriptus, a, um, quod præſcripſimus, Forſkreffuen/ſkreffuen tilforne. Et abſolutè, præſcriptum pro certa quadam & definitæ lege, formâ, normâ, regula. Ut *pueri ad præſcriptum diſcunt. Ex communi præſcripto civitatis unamquamq; rem adminiſtrat. Omnia præſcripta & imperata defendere non poſſumus. Plum judicant homines odio & amore, quam veritate aut præſcripto, aut juris normâ aliquâ.*

Proſcribo, is, ſcripto propono, & ſcripto palam facio, Slaar op. *Proſcribere ædes, domos*, i. e. ſcripto publicè dato & affixo oſtendere, eas eſſe venales, aut locabiles. Inde *proſcribere hominem*, eſt ſcripto in publicum miſſo, vel affixo ejicere in exilium, Giøre Landflyctig / giøre Fredløß / tage eller hugge Freden aff en.

Proſcriptio, onis, proſcribendi actus. Ut *proſcriptio domus, prædii, ædium*, Oplyßning til at ſelge eller leje bort. *Proſcriptio locupletum bonorum*, Opſlag om nogens fordærffuelſe/ Fredløßmaal.

Proſcriptor, oris, m. t. qui proſcribit.

Proſcriptus, a, um, quem proſcripſimus. Ut *domus proſcripta*, Oplyſt/Lyſt fal. *Homo proſcriptus*, Fredløß giort.

Proſcripturio, deſidero, cupio proſcribere.

Reſcribo, bis, viciſſim ſcribo, Skriffuer igien/tilbage. *Nil mihi reſcribas: attamen ipſe veni.* Item contra ſcribo. Ut, *reſcribere veteribus oratoribus.* Item, ſcribendo in tabulas refero. Ut *centum in præſentia ſolvam, reliqua reſcribam*, Skriffuer op. Item *ſcribere argentum vel nummos dicebatur debitor*, qui mutuum ſumebat, cum vel ipſe, vel argentarius ejus nomine ferebat acceptum creditori, Giffuer Haandſkrifft paa Penge. *Reſcribere autem dicebatur debitor*, cum æs alienum diſſolvebat, & pecuniam mutuam reddebat, vel per ſe vel argentarii ſcripturam, qui in codicem ſuum referebat æs alienum à debitore creditori eſſe diſſolutum, Betale oc løſe ſin Haandſkrifft.

Reſcriptus, a, um, quod reſcripſimus. Et *reſcripti cantus, reſcripti ſoni*, pro deſcripti, Beſkreffuen / Opſkreffuen. Et abſolutè *reſcriptum* Ulpiano, genus epiſtolæ, quâ Imperatores aut ſummi pontifices conſulentibus ſeſe reſpondent, cujuſmodi ſunt, quas decretales vocant.

Subſcribo, is, ſub literas teſtandi gratia ſcribo, Underſkriffuer. *Cæſar mihi literas miſit, quarum exemplum ſubſcripſit: ſubſcripſit ſtatuæ Reges à ſe eſſe in gratiam reductos. Numerus Oratorum quotannis apud Magiſtratus ſubſcribitur.* Inde ſignificat approbo, Samtycker vdi. *Voto ſubſcripſit fortuna. ſubſcribite Cæſaris iræ.* Item & peculiariter accuſationem alicujus comprobo, Holder med. *Mecum non ſubſcripſit, cauſam ſubſcripſit.* Et *in Popilium ſubſcripſit Gellius, quòd is pecuniam accepiſſet.*

Subſcriptio, onis, ſubſcribendi actus, Underſkriffuelſe / ſamtyck / med hold oc biſtand. *Subſcriptio ſtatuæ. ſubſcriptio cenſorum.* Et *ſubſcriptionem ſibi poſtulavit accuſator.*

Subſcriptor, oris, m. t. qui ſubſcribit, approbat & accuſatori ſubſcribit, h. e. qui accuſatori dabatur cuſtos, ne ei liceret fortè corruptè prævaricari, Anklagerens tilſiunis Mand oc medholder. *Venit paratus cum ſubſcriptoribus exercitatis.*

Transſcribo, de uno loco in alium ſcribo, Skriffuer om. *Publicas tabulas transſcripſit.* Item per ſcripturam aut inſtrumentum, rem noſtram in alterius dominium transfero, Skrifftetigen affhænder / frahænder. *Fundo eo pretio transſcripſit mulier viro*, Forſkreff hannem. Sic *transſcripſit ſceptra colonis. Transſcribere autorem aliquem*, eſt ex eo deſumere, quod ad noſtrum opus facere videtur, & ſcripto ejus tanquam noſtro uti, Vdſkriffuer.

SCRINIUM, n. ſ. prim. prod. Horat. arca, in quâ ſervantur pretioſa ac ſecreta à ſecernendo, ſeu ſecretum q. ſecrinium, vel ſecretinium, Skrin.

Scriniolum, parvum ſcrinium.

Scriniarius, rii, m. ſ. ſcriniorum opifex, Skrinmager.

SCROBS, bis, m. t. pri. gen. corr. foſſulæ pangendæ plantæ facta q. ſcyrobs ſcrobs à σκῶς ejusdem ſignificationis, Det hull mand graffuer at ſætte nogen plante vdi / plante hull. Aliter à γράω. vel γράφω ſculpo, incido ut græcorum γρώνη caverna ab eodem γράω. Invenitur etiam in gener. fœm.

Scrobiculus, m. ſ. parvus ſcrobs.

SCROFA, æ, f. pr. pr. prod. ſus fœmina, quæ fœtus cauſa alitur, à ſono quem edit, ut græcorum γρύζω, grunnio, Foſter So. Aliter à ſcrobs, quod ſcrobes crebros roſtro ruat, quale noſtrum illud, Grav So.

Scrofulæ, arum. f. pr. ſtrumæ ſunt in collo præcipuè, tum in alis, ac inguinibus conſiſtentes: ita dictæ à ſcrophis & ſuibus. quæ peculiariter hoc morbo infeſtantur.

SCRUPUS, m. ſ. product. lapillus aſperior, qui ambulantibus faceſſit negotium in calceis deliteſcens. Et ſcrupi, lapilli, quibus pro teſſaris in quodam ludo utebantur à σκύρος ejusdem ſignificationis. Unde & σκυραφένω teſſaris ludo, Smaa ſteen vdi Skoe. Item Bricker paa Bretſpill / oc Folck paa Skacktaffel eller Drage taffel / Springtaffel. Aliter ſcrupus, lapillus, à ψῆφος, res minima.

Item

Item à κρύπτω occulto, quod deliteſcat in calceis. Scrupi etiam dicuntur Feſto, ſaxa aſpera, & difficilia attrectatu. Item in Gellio ex conjectura, ſcrupus legitur pro ænigma, griphus. Quanquam alii malunt ſirpus.

Scrupuloſus, a, um. m. ſ. idem quod ſcrupus. Et translatè, res quæ [illegible] dubitationem ac ſolicitudinem affert, vel ipſa [illegible] dubitatio, ſolicitudo. Ut, *hunc mihi ex animo ſcrupulum evelle, qui me dies, noctesq; ſtimulat & pungit*, Vrag. Item ſcrupulus, menſura in metiendis terris continens pedes quadratos centum.

Scrupulum, n. ſ. exigua quædam pars alicujus ponderis, & viceſima quarta pars unciæ ſex conſtans ſiliquis, Trie die part aff it quintin / eller 24. gran. Item. Aſtronomis, ſcrupulum eſt ſexageſima pars gradus. Item Gæodæticis ſcrupulum jugeri continet decem pedes longitudine & latitudine. Item general. minimum quidvis. Ut, *ſcrupulum auri, ſcrupulum argenti.*

Scrupoſus, a, um. Plaut. quod ſcrupis abundat. Ut, *via ſcrupoſa*, Et translatè difficilis, ut *ſcrupoſa cura.*

Scrupuloſus, a, um, idem.

Scrupularis, re, om. t. quod ad ſcrupulum pertinet. Ut *æris ſcrupularis differentia*, quâ æs differt pondere.

Scrupuloſitas, Colum. pro anxietas & nimia cura. Ut *non requiritur iſta ſcrupuloſitas.*

Scrupulatim, per ſcrupula. Ut *ſcrupulatim colligit ac miſcet bires.*

Scrupedæ, arum, f. pr. Plaut. mulieres, quæ ægrè incedunt, quaſi per ſcrupos. Aliter à κρωπέζειας, i. e. ſculponeis quaſi difficulter ingredientes, ut ii ſolent qui ſculponeis utuntur. Unde & κρωπέζωμοι, qui ſunt induratis pedibus.

SCRUTA, orum, pr. prod. n. ſ. vetera trita, & facta ſuppellectilia ut ſunt veſtes uſu attritæ, dimidiatæ ſtrigiles, jumentorum ſoleæ, refixi clavi &c. quæ venalia proſtant, à χεύζη ejuſdem ſignificationis, Palter oc Lumper / gammel Jern fang / gammel Beſte ſkoe / Fraaber oc andet ſaadant ſom holdis fal. Aliter à χεῦ, res minima vel vilis.

Scrutarius, m. ſ. qui ſcruta vendit, Palte Kremmer.

Scrutaria, æ, f. pr. quæ ſcruta vendit, Paltekone. Item ipſa ſcrutorum venditio, Palte Kremmerj. Unde dicit, *ſcrutariam facit*, Holder ſaadant Kremmerj.

Scrutor, aris, dep pr. quaſi inter ſcruta quæro, & minutiſſimâ quæq; excutio, ut inveniam, Leder ſmaaligen. *Non excutio te, ſi fortè quid ferre habuiſti: non ſcrutor, nihil ad me pertinere arbitror.* Sic *ſcrutari regionem, veſtigia ferarum.*

Scruto, as, antiquè, idem.

Scrutator, oris, m. t. qui ſcrutatur. Ut *ſcrutator auri.*

Scrutinium, n. ſ. Apul. ſcrutandi actus, Smaalig Leeden.

Scrutarium, n. ſ. locus, ubi ſcruta venduntur, Luſe Torffue.

Compoſ.

Perſcrutor, aris, depon. pr. diligenter ſcrutor, Flitelig gen offuerleder oc randſager. *Perſcrutabor arbum ſi inveniam aurum. perſcrutabantur arculas.* Et translatè, *perſcrutari voluntatem alicujus, naturam, rationemq; criminum.*

SCULPO, is, pſi, ptum, pro ſcalpo a in u. Ita n. obtinuit uſus, in ea ſignificatione qua lapides ſcalpuntur, & inciduntur in iis imagines, Graffuer i ſteen / ſticker vd. Aliter q. ſclupo à γλύφω, ejuſdem ſignificationis.

Sculptor, oris, m. t. qui ſculpit.

Sculptura, æ, f. pr. ſculpendi actus, vel ſculpti ratio, Vdſtickning / vd eller indgraffning.

Sculptilis, le, om. t. quod ſculptum eſt. Ut *ſculptile opus.*

Sculponeæ, arum, f. pr. Calceamenti genus rude & ulyſticum ex ligno exſculpto & excavato, Træſkoe / træ klamper. Exponuntur & cæſtus plumbo ligati. Unde *ſculponeis batuenda ſunt latem. ſculponeis batuatur tibi os.*

Compoſita

Exſculpo, is, act. ſculpendo conficio, vel excavo, Vd graffuer / vdſticker. *Neſcio quid è quercu exſculpſi.* Et translatè, *oculum ipſi exſculpſit*, Stack hannem it øye vd / vdgroff. Et *exſculpere alicui, ſeu ex aliquo verum*, eſt extorquere, Vnde en ſanden aff.

Inſculpo, is, in aliquo ſculpo & incido, Ingraffuer / indgraffuer / indſticker. *Imaginem ſuam auro inſculpſit.* Et translatè *in animo inſculpere*, pro inprimere. Ut *natura inſculpſit mentibus noſtris.*

Inſculptus, a, um, quod inſculpſimus, Indgraffet / indſtuckit. *Literæ in robore inſculptæ. Inſculpta ſunt publicis monumentis.* Et translatè *animo inſculptum eſt*, pro infixum, Feſt.

SCURRA, æ, m. pr. qui riſum captat ab audientibus, non habita ratione verecundiæ aut dignitatis, tum etiam præcipuè, qui cum aliorum contumelia jocos affectet, ſed ſine ratione perſonarum, temporum vel locorum: ſic dictus à corvus, quia imitatur naturam corvi vociferando & rodendo famam alterius, ut Græcorum σκορακίζω, contumeliosè rejicio aut repello, à κόραξ corvus, Skalckenar / der giffuer gloſer oc guffer vd paa andens Kyg til at lee aff. Olim erat etiam honeſtum nomen, pro urbano, eleganti, & faceto, Kortvillige raad: qui alias Plauto aſſiduus civis, qui pone ſeſe homines locat, Som holder ſig nær til. Hinc aliter deducitur à συγκύρειν, coincidere, occurrere, quod dictionibus occurrere ſtudeat. Item à ſequor quaſi ſecurra, quod ſequatur.

Scurrilis, le, om. t. quod eſt ſcurræ vel ſcurram refert. Ut *ſcurrilis jocus*, Groff / vtidig oc vœrlig ſkæmpt.

Scurriliter, ſcurrili modo. Ut, *ſcurriliter laudat*, i. e. adulatoriè.

Scurrilitas, atis, f. t. ſcurrile vitium & turpitudo, Slem oc vtidig ſkæmpt oc tale / groff ſkæmpt.

Scurror, aris, dep. pr. ſcurram ago, Kommer til at lee / gior Skalckenar aff mig. *Scurror ego ipſe mihi, tu populo.* Ubi ſcurror mihi, i. e. in meum commodum. Sic ſcurraris populo, i. e. in gratiam populi.

Compoſitum.

Triſcurria, orum, n. ſ. Juvenali, ficta voce dicuntur ludi admodum ſcurriles, liberoq; homine indigni.

SCUTRA, æ, f. pr. pr. corr. vaſis eſcarii genus, à χυτρὰ, olla, teſta, cacabus.

Scutula & ſcutella, æ, f. pr. q. parva ſcutra, & vaſis rotundi genus, quo minutal ex carne aut oleribus in menſam exhibetur, Kaalfad. *Implet lebes ſcutulas, cabasq; lances.* Exponitur & vas potorium: deduciturq; à ſcuto propter figuram, Skole. *Scutella dulciculæ potionis.*

Scutriſcum, n. ſ. quaſi parva ſcutra, Græca diminutione.

SCUTICA, æ, pr. cor. f pr. flagrum coreum ſeu coriaceum à σκύτος corium, ut græcorum σκυτάλη ejusdem ſignificationis a σκύτος, Læder ſvøbe.

Scutale, n. t. corium fundæ, cui lapis excutiendus imponitur, ejusdem originis à σκύτος, Slyng ledr.

SCUTUM, n. ſ. genus armorum, quo ſe pugnans miles protegebat & ictus excipiebat: eratq; forma quadrata oblonga & majori, quam eſſet clypeus, ita ut loricæ & clypei loco eſſet totumq; corpus protegeret à σκύτος, corium, lorum, è quo fiebat, Skiold. Antiquis etiam maſcul. gen. dicebatur ſcutus.

Scutulum, li, n. ſ. parvum ſcutum.

Scutarius, a, um, quod ad ſcuta pertinet. Ut *Fabrica ſcutaria*. Et abſolutè *ſcutarius*, qui ſcuta facit, Skiolds mager.

Scutatus, a, um, ſcuto armatus.

Scutulatus, a, um, quod quibusdam maculis ad formam ſcuti conſtat. Ut *ſcutulata aranea tela, ſcutula tum rete, ſcutulata veſtis, ſcutulatis maculis variegata*, Blommet Klædr / ſaaſom Kammelot oc Damaſk. *Color ſcutulatus*, qui ſcutulatis maculis conſtat, qualis potiſſimum cernitur in equis, quos à pomorum rotunditate vocamus, Abildgraa.

Scutilus, a, um, antiquis, homo ſignificabatur tenuis & macer in quo tantùm exilis pellicula cernitur oſſa & pellis, quale ſcutum videtur. Vel ſaltim eadem cum ſcuto origine à σκύτος, corium, pellis, Hud oc Been / Skind oc Been.

SCYPHUS, σκύφος, m. ſ. capax poculum Herculi propriè ſacrum in memoriam navigii factum, quo Hercules in Hiſpaniæ inſulam Egeterem trajecit. Inde etiam conviviis ſolenne, Stoor Drickſkaale / Koffſken / ſkaale / tove.

SE, præpoſitio inſeparabilis, & productæ menſurationis: denotatq; remotionem rei è via è conſpectu, ad alteram partem ſuo loco ab aliis deſtincto, i. e. ſeorſim: nimirum à pronomine accuſativo ſe, Seer for ſig / fraa / for ſig ſielff / til ſide. *Separo, ſeduco, ſeligo, ſemoveo, ſeboco*. Inde aliquando privationem ſignificat. Ut, *ſecurus*, quaſi ſine cura *ſecors*, i. e. ſine corde. Nam & ſe antiquis interdum ponebatur pro ſine. Ut, *ſe fraude eſto*, i. e. ſine.

SEBUM, ſevum & ſepum, n ſ. pr. prod. ſubſtantia quædam oleoſa & pinguis in ruminantium muſculis extremis, adipe ſiccior & fragilior à στέβομαι ſpiſſor, denſor, & στιβὸν, στιπὸν ſpiſſum, denſum, ſolidum: ob ſpiſſitatem, & ſoliditatem: ut græcorum στέαρ ejusdem ſignificationis ab ἵστημι ſimili de cauſa, Tælle / talge. Aliter Iſidor. ſebum dicitur q. ſuebum à ſue quod plus pinguedinis habeat id animal.

Sebaceus, a, um, quod ex ſebo fit. Ut *candela ſebacea*, Tælle Lius.

Sebo, as, act. pr. Colum. ſebo obduco. Ut *ſebare candelas*, Støbe Lius.

Sevoſus, a, um, quod ſevi inſtar unctuoſum eſt. Ut, *ſevoſa cornigeris medulla*, Tælle von.

SECO, as, ui, ctum, pr. cor. act. pr. pr. corr. propriè ferramento aliquid divido, à ξέω, rado, ſcalpo, cædo, Skære. *Pars in fruſtra ſecant, cape cultrum, ſeca digitum, vel aurem, ſecare herbas*. Inde ſimpliciter divido. Ut *ſecare viam*, i. e. proficiſci quaſi itinere & eundo divido. *Volucris ſecat aëra pernis. amnis ſecat pinguia culta. ſecat æquora remis, navibus, velis. ſecat agmen volucri curru. Æneas ſecat ventos, fluctus, freta, campos*. Item, liberè iter facio per aliquid, nullo obſiſtente: translatâ ſignificatione ab avium, ſlum num, & navium [illegible], quo quaſi ſubjecta ſibi ſecant, Færis frigi[illegible] *ſecare viam. Spem quisq; ſuam ſecat*, i. e. ſequitur quaſi in ea teneat iter, Farer frem vdi ſit forhaabning. Aliter Scal. ab ἐκὰς, quod notat remotionem.

Secamentum, n. ſ. lignum ſectile. ſeu quidpiam ex ligno ſectili confectum, Saaſom Tagſpone / tynde ſtaffve oc andet ſaadant.

Sectio, onis, f. t. ſecandi actus, Skæren / ſkærelſe: *Sectio venæ*, Aarſlaaen / Aarladen. Et peculiariter, actio publicatorum bonorum quâ ementibus diſtrabuntur, dividuntur & ſecantur, Vdſtyckelſe / naar mand ſtycker forfalden eller noget arffvegodz vd / til huo der vil kiøbe. Item ſectiones dicuntur principalia membra Narrationis & Orationis.

Secale, lis, n. t. genus frumenti pondere vincens ſiliginem, ſed colore nigriore: à ſectione ſic dictum, Et ſlags Rug. Exponitur & farrago, quòd faraginis vice pecori detur. Item frugis genus tantùm ad arcendam famem tenuiorum utile, fœcunda ſed gracili ſtipula.

Sectilis, le, om. t quod ſectum eſt, aut ſecari ſolet vel poteſt. Ut *ebur ſectile. porrum ſectile*, cujus folia ſolo tenus identidem ſecantur, Puurløg.

Sectivus, a, um, idem Ut, *porrum ſectivum*, quod & à regione, Tarentinum appellatur.

Sector, oris, m. t. qui aliquid ſecat. Ut, *ſector zonarius*, qui alterius zonam vel marſupium ſecat & incidit, Pungſnider. Item, qui vendendo & auctionando ſecat & dividit bona publicata, Vdſtycker. Item eodem nomine venit, qui bona proſcriptorum emit. Item quadruplator, qui quoq; jure quaq; injuria nomina de aliquo crimine defert, ut partem mulctæ vel bonorum auferat.

Sectrix, icis, f. t. idem in ſexu fœmineo. Ut, *Metella proſcriptionum ſectrix*.

Sectura, æ, f. pr. idem quod ſectio. Et peculiariter, ſecturæ ſunt fodinæ, in quibus metalla exciduntur.

Seceſpita, æ, f. pr. Culter erat ferreus oblongus manubrio eburneo, rotundo, ſolido, juncto ad capulum argento, auroq; fixo clavis æneis, ære Cyprino, quo Flammines Flaminis virgines, pontifices q; ad ſacrificia utebantur: à ſecando ſic dicta.

Secium, n. ſ. libum, quod ſeceſpita ſecabatur.

Secula, æ, f. pr. falcis genus, quo prata ſecantur, Jt ſlags Segel eller Lee / Høylee.

Sicilicula, æ, f. pr. parva ſecula, q. ſeculicula.

Sicilices, q. ſeculices cultri ſunt tonſorii, Rageknif. Item lata ſpicula haſtarum.

Sicilio, lis, ivi, itum, act. q. ſeculâ cædo prata, & propriè eas partes quæ à fœniſecis præteritæ ſunt. Ut *prata quoties ſecta ſunt ſicilire oportet*. Et *ſiciliendæ ſunt prata*, Slaa ſkaarkam.

Sicilimentum, n. ſ. quod ſicilitione reſectum eſt, Skaarkam.

Sicilicum, n. ſ. pars aſſis quadrageſima octava, duas continens drachmas, Feſto ſic dictum à ſecando, quod ſemunciam per medium ſecet. diciturq; tum de ponderibus, tum menſuris, Et halff Lod Ait autem Feſti Scholiaſtes ineptum eſſe etymon: immittitq; eſſe Syræ Originis, à Sicel.

Segmen,

Segmen, inis, n. t. Et segmentum, n. s. particula à re aliqua secta. Unde *segmina unguium & capilli*, Negle oc Haar snitter/affskaarne Negle oc Haar. *Segmen è cibis*, Skrellinge. *Segmina ligni*, Splinde oc spaane. *Segmentum piscis*, Ribbel aff fisk/saasom ræckel. *Segmentum lapidum*, Flinter. *Segmenta mundi* partes sunt de[illegible] quas universa terra digeritur: Græcis dicta climata [illegible] Parallelli. Ut, quod super est terrarum tribus assignatur segmentis. Item segmenta pro vestibus segmentatis. Ut, *datum est multeribus, ut segmenta aurea gestarent.* Item monilia, ex auro & gemmis confecta & dextincta, Halsbaand eller Smycke Aliis fasciolæ, limbi & insticæ, quæ assutæ extremis vestium oris ornamento sunt indumentis muliebribus, Frandzer oc Border.

Segmentarius, m. s. qui segmentis aureis sericisve additis vestes exornat: sive qui vestes ex auro elaborat, Guldsticker/Silckesticker/Perlesticker.

Segmentatus, a, um, segmentis variegatus. Ut *vestes segmentatæ*, quæ limbis, insticis, & fasciolis constant, Bordet/Bremmet oc Frandzet Klæder. *Pabimentum segmentatum*, Indlagt gulff med allehaande Arbed/Blommet gulff. *Segmentatæ cunæ*, quæ varigatæ sunt, vel ex segmentata materia, Med Indlagt Arbed: Vel vestibus segmentatis stratæ.

Compositа.

Axicia, Plaut. forfex, quo secantur capilli, q. exicia ab exsecando. Aliter legitur excutia, & exponitur, scopæ parvæ, quibus excutitur pulvis è vestibus, Klædekost.

Fœnisex, icis, m. t. qui fœnum secat, Leemand/Sletmand.

Fœniseca, æ. m. pr. idem.

Fœnisecium, fœnisectio seu fœni messis, Høbiering/Høhøst.

Fœnisecia, æ, f. pr. idem.

Fœnisecus, a, um. Ut *falx fœniseca*, Hølee.

Compositа cum Præpositione.

Absegmen carnis cum coda, offa erat porcina cum cauda.

Axicia, apud Plaut. pro forfice, qua secantur capilli quasi abscicia ab abscicò.

Circumseco, Colum. ex omni parte seco, Skær rundden om. *Ferro tuberculum circumsecari debet.*

Consecorias, idem quod seco, vel in multa seco, Skær i synder/i stycker. *Consecare membra alicujus. consecare in tenues membranas.*

Consectio, onis, consecandi actus. Ut, *arborum consectio.*

Deseco, as, secando tollo, affskærer. *Serrula nodum deseca.*

Disseco, cas, in varias partes seco, Skær i synder/i stycker/kløffuer i tu. *Pectus hominis dissecabant videndi causa.* Sic *dissecare hominem. serra dissecabat arborem.*

Dissectus, a, um, quod dissecuimus, Opskaarn/skaarn i stycke.

Dissectio, onis, actus quo dissecamus, Opskærelse.

Disico, cis, in tertia conjugat. idem quod disseco. Ut *dissice compositam pacem.* Ita legendam copiosè probat Manutius in Orthographicis.

Exseco, as, q. secando aufero, Affskærer. *Linguam exsecat* Et *testes exsecat*, Gielder/vdskær.

Exsectus, a, um, quod exsecuimus, Affskaaret. *Testes exsecti.* Et exsectus, cui testes sunt exsecti, Vdskaaren/gilding. Item qui ex matris mortuæ utero exsecatur, Skaaren aff Moders liff.

Interseco, as, totum seu multifariam seco. *Ne eas res inserere atq; intersecare videamur in animis auditorum.*

Insecо, as, idem quòd seco vel in aliquo seco, I skær/skær ind. *Acuta arundine olivam insecant.*

Insecabilis, le, om. t. non secabilis, quodq; secari & dividi non potest. Ut *atomi insecabiles.*

Insecta, orum, cujus singul. insectum, n. s. animalcula sunt exsanguia, ita ab incisuris dicta, quæ nunc cervicum loco, nunc pectorum atq; alvi præcinctu membra separant tenui quadam fistula cohærentia, Allehaande smaa wting/saasom Bier/Fluer/Græßhopper oc andet saadant.

Insicium, n. s. genus farciminis carne minutim insecta & immista arvina constans, Medister/Bratwurst. Legitur & pro eodem Isicium. Et apud Scaligerum bysicium à sue.

Persecо, as, per medium seco, Skær igiennem. Unde translatâ significatione: *Rerum naturas persecare*, i. e. aperire, dividere. *Persecat id Prætor, ne latius serpat. Dæte in sermonem & perseca & confice.*

Præseco, as, ante vel prius seco. Ut, *præsecat falce radicem arboris.* Item anteriore parte seco, Skæter for paa. *Prosecare unguem.*

Præsectus, a, um, anteriore parte sectus. Ut, *præsectus unguis*, Skaarn Negl/for til affskaaren.

Præsecus, a, um, quod prius secatur. Ut, *præseca exta hostiæ.*

Præsegmen, inis, n. t. particula unguis eminens, quæ præsecatur, Lang Negel. *Præsegmina corii*, Ledrsnitter/som Skomagere oc Sadelmagere skære aff.

Prosecо, cas, idem quod seco. Ut, *prosecare exta.* Vide infra in prosecta. Sic enim prosecare legit Turnebus ex Plauto, Virgilio, Tacito, & Ovidio. Item prosecare solum. Plin. porro secare & scindere, Pløje langs ad.

Prosecta, orum, n. pl. s. exta sunt, quæ in sacrificiis prosecabantur. Prosecabant n. exta cocta, eorumq; partem adolebant; partem consecrabant, sacerdotibusq; dabant; partem sibi apponebant.

Prosecta, æ, f. pr. idem quod exta prosecta.

Prosicium, n. s. quod prosectum porricitur. Idem quod prosecta.

Resecо, cas, secando tollo, Skær aff oc kaster hen. *Resecare capillos, palpebras, linguam, ungues.* Et translatè *resecare libidinem, audaciam*, pro coërcere vel tollere. Item Figura proverbiali; *Resecare ad vivum*, est nimis strictè rem pertractare: sumptâ translatione ab unguibus qui ad vivum resecantur, Skær for nær aff/giør/taler eller seer for nøy til/til punct oc til pricke.

Resegmen, inis, n. t. quod à re aliqua resecatur. Ut *resegmen unguium*, Affskaarne Negle.

Resectio, onis, f. t. resecandi actus, Affskærelse. *Arborum resectio.*

Resectus, a, um, quod resecuimus, Affskaaren. *Barba resectæ.*

Irresectus, Horat. non resectus. Ut, *pollex dente irresectus.*

Resex, cris, m. t. sarmentum annotinum, quod putatur ad fructificandum, Aarig Viinquist til at plante.

Subseco, subtus seco & abscindo, Skær aff neden til/vnder til. *Subsecat comas, ungues ferro subsecat.* Et *fœnum subsecare*, Slaa Græß eller Høe.

SECULUM sive sæculum, n. s. pr. prod. ætas est unius hominis naturalis, vel spatium centum annorum, à sequor quod sequatur se, atq; in se revolvatur, En Mands alder/hundrit Aars tid. Ponitur & indefinite pro multo tempore & ætate, Lang tid/Aar oc tid. *Secula Reipublicæ propagat. aurea secula: aspera secula illa.* Item seculum in genere futuro.

Us,

Ut *ſerere arbores, quæ alteri ſeculo proſint.* Item ſeculum pro genere & agmine. Ut *ſerpentina ſecla ferarum*, i. e. ſerpentum genus. Aliter à ſeco, quod tractus ille, certis temporum momentis ſecabatur in partes.

Secularis, re, om. t. quod ad ſeculum pertinet. Ut *ſeculares ludi*, qui centeſimo quoq; anno fiebant. *Carmen ſeculare*, quod deſcribit ſacrificia quæ centeſimo quoq; anno fiebant.

SECUNDUS, a, um, pr. corr. Quod primum immediatè ſequitur, eſtq; ordinis, numeri, & dignitatis, à ſequor, Anden/ Neſte. *Secundum de tribus. ſecundus eſt à rege. ſecundus auctoritate, potentiâ: ſecunda dies*, i. e. altera. *Secundum lumen* pro die ſecunda. *Secundus hæres*, qui hæredi inſtituto ſubſtituitur. *Menſæ ſecundæ*, quæ conſtabant fructibus, primis remotis. Et ſingulariter, *menſa ſecunda.* Item *ſecunda claſſis*, in cenſu Servii Tullii Romanorum. Regis, dicebatur ea pars populi, qui æris ſeptuaginta quinq; millia, aut eo amplius, intra tamen centum millia, in cenſum deferebat iisdem armis utebatur, quibus prima claſſis, præter loricam & clypeum, cujus loco utebantur ſcuto Item *ſecundus panis*, pro ſecundario. *Secunda fortuna*, quæ proſpera eſt, quod vel ſequatur noſtros conatus, vel quod nobis obſequatur. Sic, *res ſecundæ*, quæ pro noſtro deſiderio ſeqvuntur, Lyckeligt oc effter ens villie. *Ventus ſecundus*, qui à puppi ſequitur, Medbør. *Secundæ animæ*, i. e. venti ſecundi. *Secundo flumine navigare*, h e. in eam partem, in quam flumen decurrit, Med ſtrømmen. Sic *ſecundis auribus accipere*, i. e. benevolis. *Secundo populo Philoſophiam bituperat*, i. e. favente. Item abſolutè ſecunda, vel ſecundæ, ſubintellecta voce, partes. Ut *agis mihi ſecundas* ſc. partes, i. e. mihi aſſentaris, cedendo mihi primas: neq; contra rendis, aut primas mihi eripias, ſed contentus ſis ſecundis: translatâ phraſi à comœdis, quorum alii aliis aſſentando primas agendi partes cedebant. Item abſolutè ſecundæ, arum, f. pr. membrana, quâ partus obvolutus ex utero prodit: ſic dictæ, quòd naſcentem infantem ſequantur, Byrer/ Byrd.

Secundanus, a, um, qui eſt ſecundæ claſſis. Unde *ſecundani milites* dicebantur ſecundæ legionis. Ut, *ſecundani terga hoſtium cædunt.*

Secundarius, a, um, quod ſecundo loco fit vel agit. Ut, *panis ſecundarius*, qui fit ex farina excuſſo polline & prima farrinæ parte, Groff Brød. *Caſeus ſecundarius*, qui fit ex ſero prioris iterum fervefacto, Vald Oſt. Sic *butyrum ſecundarium, homo ſecundarius*, qui ſecundo loco dicit, vel ſecundo loco agit cauſam. Et *ſecundarius Craſſi eſt*, pro ſecundum à Craſſo eloquentiæ locum obtinet. Item ſecundarii in ſcenica actione dicebantur, qui aliàs monitores.

Secundò, adverb. ſecundo loco, ſecunda vice, Neſt effter/ anden gang. *Secundò me alloquitur.*

Secundum, Præpoſitio ſignificans proximam quandam vicinitatem, ſeu juxta, Nær ved/ nær hoſſ. *Secundum tuum arbitrium teſtes dabo*, Effter ſom du vilt. *Secundum naturam eſt, ſenibus emori. Vulnus ei ſecundum aurem*, Bag ved *Secundum Deum, ſecundum parentes te amo*, Neſt effter. Ponitur & pro: *Pro.* Ut *ſecundum me decrebit Prætor*, i. e. pro me. Sic *ſecundum nos judicari volumus.* Paa vor ſide. Item pro in. Ut, *ſecundum quietem*, i. e in quiete. Item pro ſuper. Ut, *ſecundum ea deliberat.* Item ſecundum adverb. Plaut. pro ſecundo loco & poſt alium. Ut *ſecundum it ſervus*, Gaar bag effter. *Secundum fert dona*, Bær bag effter.

Secundo, as, act. pr. Virg. ſecundum, faventem & proſperum facio, Giør lyckelig / laſſuer oc lemper. *Aura ventis ſecundat iter. ſecundat aqua. Dii noſtra incepta ſecundent. ſecundat rei tempus*, i. e. accommodat.

Compoſita.

Obſecundo, as, n. pr. quaſi ſecundus ſum alteri, ſed alterius nutum omnia facio, & in melius convertere. Er til lycke / nytte oc gaffn / lemper mig effter andens gaffn oc beſte. *In loco obſecundare.* Sic de ventis: *Venti & tempeſtates vobis obſecundarunt.*

Obſecundor, aris, depon. pr. idem, ſed uſu rariore.

Obſecundanter, antique pro obſequenter.

Subſecundarius, a, um, Gell. quod ſecundo loco & proximè ſequitur agendum, Neſt effter oc til haanden. *Tempus ſucciſſivum & ſecundarium hæc omnia præſtabit.* Sic *ſucciſſivis & ſecundariis temporibus opus perficiam*, Med tiden/effter leilighed.

SECURIS, is, f. t. pr. corr. Inſtrumentum cædendis arboribus ſecandisq; lignis à ſeco: vel à voce Sabina, curis ſeu Quiris; i. e. haſta, quaſi ſe micuris, øxe. Inde translatè, impedimentum & ruina. Ut, *petitioni tuæ injicit ſecurim.* Sic *infligere Reipub. ſecurim* pro graviter efficere, eamq; vehementer lædere & erant etiam ſecures virgis illigatæ, Magiſtratuum Romanorum inſignia. Unde *ſecuris Romana*, quali cuſtodes Principum à latere utuntur, Hellebaard.

Securicula, æ, f. pr. parva ſecuris, Liden øxe/ haands øxe.

Securicla, clæ, f. pr. lignamentum, quo duo aſſes inter ſe tenaciſſimè vinciuntur & compinguntur: à ſecure ſic dicta, quod ſit ſecuriculæ figura, Dimling/ſlaa/reffle. Aliter à ſecuritate, quam præſtat.

Securiclatus, a, um, ſecuricla compactum. Ut *cardines ſecuriclati.*

Securiclata, æ, f. pr. nomen herbæ, ſecuriculæ ancipitis figuræ, à ſecuri ſic dicta, ut Græcorum πελεκινη.

Secura, prò prætura, conſolatu & magiſtratu q. cui ſecures erant inſignia.

SECUS, pr. corr. præpoſitio ſignificans idem quod juxta q. modo proximè ſequenti & vicino, & ubi quid immediate ſequitur à ſequor, Hoſſ/ ved / langs ad/ vd med. *Secus viam. ſecus decurſus aquarum ſeruntur ſalices.* Item adver. ſignum eſt comparationis q. non eodem ſed alio modo, Anderledis. *Rectè ne an ſecus nihil ad not. Hoc nonnullis ſecus videtur. longe ſecus dixi ac ſentiebam. paulo ſecus à me atq; ab illo partita ſunt. Tecum agam non ſecus, ac ſi frater meus eſſes. tuam ſalutem non ſecus ac meam tueor.* Et compa. prima prod. ſecius vel ſequius, vel ſectius recentioribus, pro aliter. Item deterius, ut eſt id quod ſequi ſolet, Anderledis/verre. *Non ſecius in unguem hoc quadrat. nunc ego ſecius ago. ſecius me tractat. Nihilo ſecius facit*, i. e. aliter. Aliter ſecus ab ἕξις habitus, ubi diverſitas eſt ex habitu & natura ſua peculiari. Item à ſeco quod notat deſtinctionem. Ubi notandum ſecus rètinere ſignificationem originis à ſequor: ſecius, a, ab ἕξις vel ſeco.

Compoſita.

Altrinſecus, adverb. quaſi ſecus & juxta alteram partem, vel ab altera parte, Hoſſ den enne ſide / paa den enne ſide. *Aſſiſte altrinſecus, atq; onera hunc maledictis. Altrinſecus venientes voces colliguntur. tectum altrinſecus nudatum.*

Circum-

Circumsecus, Apul. Runden om til en side.

Extrinsecus, adverb. significans q. secus extrà, Uden til / uden fra. *Ars extrinsecus adhibita. Imber extrinsecus nocet.*

Forinsecus, adverb Plin. q. secus foris, seu simpliciter idem quod foris, Uden ved / uden til.

Intrinsecus, Colum. adverb. quasi secus intra, Inden ad / inden til.

SED, & antique sedum, conjunctio orationes discernens, à se & tu, ut cum dico: *tu curris, sed ego sedeo.* Separata est enim actio mea ab opere tuo, Men. *Non de præstanti; sed de vulgari prudentia disputo.* Interdum est nota transitionis: cum scil. fit transitus ad aliam rem, ab ea, quæ agebatur, Men / Mens. *Et pol ego scio, quid metuo: sed quid ais?* Sic Terent. *sed Pamphilum video.* Jungitur & cum autem. Ut, *sed autem quid si hanc hinc abstulerit?* Item cum vero. Ut, *ô præclarum Imperatorem nec jam cum M. Aquilio fortissimo viro, sed vero cum Paulis, Scipionibus &c.* Cum tamen. Ut, *sed tamen iste Deus qui sit, da Tityre nobis.* Hujusq; usus præcipuus est, cum inchoatum sensum & longo tractu productum aut interpellatum interjectione, & distractum revocare & continuare volumus. Ponitur & pro sed etiam. Ut, *obliti estis non modò inimicorum Milonis sermones, sed nullorum Imperatorum.* Item jungitur cum enim vel conjunctim vel disjunctè, idq; non sine vi quadam probationis. Ut *hoc regnum Dea gentibus esse, si qua fata sinant jam tum tendit q; fovet q;. Progeniem sed enim Trojano à sanguine duci audierat. Tyrias olim quæ verteret arces.* Ponitur & pro autem sive vero. Ut, *Luculli eum prætextatum domum suam receperunt: sed enim hoc non solum ingenii ac literarum: verum etiam naturæ atq; virtutis erat &c.* Item pro etenim sive certè. Ut, *sed enim, nequeo durare, quin heram accusem mens.* Aliter sed, per Apocopen ab antiquo sedum: sedum autem à se separatum & enclitica dum.

SEDEO, des, di, sessum, n. s. pr. corr. clunibus innitor, ab ἕζομαι ejusdem significationis, ut & ἕδος sedes, Sidder. *Domi in solio, in sella sedet.* Et *sedet sellâ, sedeo super equum, sedeo equo, & sedeo in equo.* Dicitur & de avibus, cum arboribus aliiq; rei insistunt. Ut, *avis in arbore, bustis, culminibus sedens, sedere in ovis*, i. e. incubare, Sidde paa Æg / legge Æg vd. Item translatè ad inanimata. Ut *sedet hoc animo fixum & immotum. sedet in animo Æneæ.* Et *sedet certa patribus sententiæ pugnæ.* Ponitur & pro moror, cesso, otiosus quiesco, Er ørckeløß / tager sig intet til. *Totâ die domi sedet.* Sic *meliora Deos sedet omnia poscens*, i. e. quiescit otiosus, feriatur. *Ferias sedere*, est otiosè feriari, holde Helligt. Item in re militari, *hostium magnæ copiæ contra me sedebant*, Laa mod mig. Sic *apud mœnia armato sedendum fuit sedet circum castella*, i. e. obsidet & obsidione cingit. Item sedere judicum est, senatorum, augurum, supplicum, ignavorum, prostituentium, exonerantium. Ut, *sedebant judices in Gabinium, de causa istâ sedebant Fabricius & Pompejus.* Unde sedeo pro consilium capio, considero, quia sedendo consilia captabant. Ut *celsa sedet Æolus arcet juxta aram sedeam & dabo meliora consilia. nimio plus sapio sedens. Romanus sedendo vicit: sedendo prudentiores efficimur.* Item supplicum erat *sedere ad aras.* Sic in re augurali sedere erat consilium capere. Nam post designatas cœli, partes à sedentibus captabantur auspicia. Item *vestus sedere* dicitur, quæ apta est. Ut bene sedet toga, Den sidder vel. Et translatè *humeris tuis benè sedet imperium.* Item *in secretis sedeo*, pro nitor exonerare, Sidder oc gior behoff. Item Theologis, in re meretricia *sedet quæstui mulier.* Solent n. meretrices non stando tantum se prostituere, sed & sedendo.

Sedens, nomen Martiali. Ut *sedens lactuca*, i. e. sessilis.

Sedes, dis, f. t. pr. prod. machina in qua sedemus, Sæde / Stoel / Skammel / Benck. In sedibus considebant. Sic *sedes honoris*, erat sella currulis. Et translatè habitatio & domicilium, Bolig oc vœrelse. *Roma imperio summo domicilium & sedem præbuit. Sceleratorum sedes atq; regio, hîc sedes suam, locavit, sedes suas mutabat.* Sic *sedes placidæ.* Virg. pro sepulchro. *Sedes luxuriæ, pro loco*, in quo maximè viget luxuria. Item *verba sedem habere non possunt, si rem subtraxeris.* Ponitur & sedes pro podice & ani circulo, utpote quo in secreto sedemus.

Sedecula, sive sedicula, æ, Fœ. pr. parva sedes.

Sedentarius, a, um, quod sedendo fit. Ut *opera sedentaria*, quæ fit à sedentibus. *Ars sedentaria*, quæ sedendo exercetur, ut est sartoria & sutoria. Et absolutè *sedentarii*, qui sedendo opus faciunt, ut sunt sartores, sutores &c.

Sedile, is, n. t. pr. corr. Virg. idem, quod sedes, & locus sedendo aptus. Ut *sedilia è ex vivo saxo.*

Sedimentum, n. s. quod subsidit in re aliqua. Ut, *sedimentum urinæ*, est crassior urinæ pars, in fundo matulæ subsidens. Et *sedimentum unguentorum*, pro fece & crassamento, Grumser. Item *sedimentum in ædificiis* dicitur, ipsa subsessio, qvum scil. ob fundamenti infirmitatem ædificium subsidit, Naar noget er suncken i Bygning.

Seliquastrum, antiquis genus sedis quasi sediquastrum.

Sella, æ, f. pr. quasi sedula, vel sedda, à sedeo machina, in qua sedemus, Stoel.

Sellana, orum, n. pl. loca, in quibus sedes disponi solebant.

Sellariola, orum, Mart. idem.

Sellanæ, f. pr. meretrices, sic dictæ, quòd sedendo se prostituant.

Sellularii, opifices qui sedendo opus faciunt.

Sessibulum, n. s. Plaut. in quo sedemus & quiescimus.

Sessio, onis, f. t. sedendi actus, Sidden. *Accubitio, inclinatio, sessio.* Item ipsum sedile. Ut *locis hîc multa sessiones.*

Sessilis, le, om. c. quod sedet vel sedere videtur. Unde *sessiles lactucæ*, quæ ita humi projectæ sunt, Ut sedere videantur. *Tergum sessilæ*, in quo quis potest sedere. Veruca sessilis, quæ altioribus radicibus infra lata est, supra tenuis quæq; dum stringitur sensum inducit formicarum morsibus assimilem. *Obba sessilis*, i. e. ampla, q. in qua sedere per amplitudinem possunt convivæ.

Sessimonium, n. s. Vitruv. sedes & templum. Ut, *suspectus est in Deorum sessimonio s. statuendo ædificandoq;.*

Sessito, as, n. pr. Cic. sæpe sedeo, Sidder gierne.

Composita.

Assideo, es, juxta sedeo, Sidder hoss. *In schola assidebat mihi. Assidet super aspidem in Tiburti, in Bibliotheca, quæ est in Lycæo.* Et translatè auxilium fero, seu adjunctus sum, Staar bi. *Hujus repentino periculo commoti huic assident*, i. e. assistunt, pro eo laborant. Item similis sum. Ut *assidet insano.* Item *assidet mœnibus hostis*, i. e, animo hostili, & ut obsideat. Et *assidet arces*, i. e. obsidet. Dicitur & passivè, *assidetur oppidum.*

Assessio, onis, assidendi actus, Hoss sidden.

Assess-

Aſſeſſor, oris, m. t. qui juris dicendi cauſa, Principi Judici aſſidet, Biſidder.

Aſſeſtrix, icis, f. t. quæ aſſidet.

Aſſeſſura, æ, f. pr. Ulp. aſſeſſorum munus.

Aſſiduus, a, um, qui in ea re quam frequenter agit, q. conſediſſe videtur, Idelig / henger altid ved / henger hart ved. *Ruri eſt aſſiduus*, Jeffnlig. *Aſſiduus mecum facit in prædiis. Flagitator eſt non moleſtus, ſed aſſiduus tantum. ſuis eſt aſſiduus. aſſidua febris, fletus, furiæ. Illis aſſiduæ feriæ*, i. e. infeſtæ ſemper. Ponitur & pro diligenti, flittig. *Aſſidua & diligens ſcriptum.* Aſſidui etiam dicebantur locupletes, quiq; facile, cum id tempus poſtulabat, munera populo præſtabant. Ut *lex alia probet vindicem aſſiduum eſſe.* Item aſſiduus, qui aſſe ſuo, i. e. ſua pecunia & ſine ſtipendio, militabat: voce ipſa, quaſi ab aſſe, ducta.

Aſſiduè & iſſimè, modo aſſiduo, Idelig / ſtedze / ſaa jeffnlig.

Aſſiduo, Plaut. idem.

Aſſiduitas, atis, f. t. aſſidui affectus, Idelighed. *Quotidiana amicorum aſſiduitas, & frequentia. aſſiduitas bellorum & malorum*, i. e. frequentia.

Adſidelæ, menſæ, ad quas ſedentes flamines ſacra faciunt.

Biſellium, Var. ſubſellium duorum capax.

Circumſedeo & circumſideo, ex omni parte ſedeo, urgeo & obſideo, Beligger runden om. *Circumſidebant Pompejum.* Item circumſidere dicuntur, qui aſſident alicui, Sidder hoff eller omkring.

Circumſeſſio, onis, circumſidendi actus & ratio.

Conſideo, ſimul ſedeo, Sidder tilhobe / ſidder hoff anden. *In pratulo conſedimus propter Platonis ſtatuam.* Et de re inanimata: *In monte conſedit juſtitia.* Item ſedem figo, nec ultra moveo. Ut, *nomen eorum in quæſtura conſedit*, Kom icke lenger / bleff ſiddendis Inde & pro quieſcere accipitur. Ut, *conſidere in otio*, Sidder i ro oc huile. Item remittor. Ut *conſidit ira*, Sactede ſig.

Conſeſſor, oris, m. t. qui una cum alio ſedet, Biſidder / hoff ſidder.

Conſeſſus, us, m. q. cœtus conſidentium, Sat forſamling / forſamling vdi ſæde.

Deſideo, deſedi, quaſi multum ſedeo, & in ſede aliqua immoror, Sueler / doffuer / er ørckeløß. *Fruſtra totum deſidet diem.*

Deſes, idis, om. t. qui deſidet, Doffuen / ørckeløß. *Sedemus deſides domi mulierum ritu.*

Deſidia, æ, f. pr. vitium deſidis & habitus, Duelen / ørckeløßhed / doffuenhed.

Indeſes, Gell. non deſes, Duelig / flittig.

Deſidioſus, a, um, qui deſidiam amat, ſeu deſidia abundat. Ut *deſidioſus Ægyſtus. deſidioſiſſimum otium.*

Deſidioſè, adverb. modo deſidioſo, cum deſidia. Ut *ætatem deſidioſè agit*, Leffuer ørckeløß.

Diſſideo, es, quaſi diverſim, ſeu diverſo loco ab alio ſedeo. Eſtq; dictio curiæ & ſenatus. Qui n. in ſenatu diſſentiebat à contraria parte diſſidebat. Inde ſignificat diſſentio, Er wens / kommer icke offuer ens eller ſidder hoff i raad oc daad. *Tribunus à Pompejo diſſidebat.* Sic *diſſideo à te & diſſideo tibi.* Item alia translatione ad inanimata: *adamas diſſidet cum magnete*, De kand icke liges ſammen / den ene kand icke fordrage den anden.

Diſſidium, dii, n. ſ. quo diſſidemus, Wenighed / Tuedract.

Diſſidentia, æ, f. pr. Plin. idem. Ut *rerum diſſidentia.*

Equiſeſſor, oris, m. t. ſeſſor equi, ἔφηλον.

Inſideo, des, in aliquo & ſuper aliquid ſedeo, Sidder i / eller paa. *Inſidet equo.* Et translatè inhæreo, Sidder faſt i. *Inſidet hoc animo meo.* Interdum etiam inſidere, eſt locum aliquem occupatum tenere ad intercipiendos prætereuntes, Sidder paa luur / Beſidder en ſted at tage vaare paa nogen. *Milites arcem inſidebant. Itinera inſidebant, vias, ſylvas.* Et paſſivè, *viæ omnes hoſtium præſidiis inſidentur* Vel inſidiuntur ab inſido.

Inſidiæ, arum, f. pr. Inſidentium exſpectatio & machinatio ad aggrediendum aliquem, Luur. Et translatè quæcunq; machinatio contra alium, Forrederi. *Inſidiæ multæ ſunt bonis. Ex inſidiis verba dat*, pro inſidioſè.

Inſidior, aris, dep. pr. inſidias tendo, Lurer paa nogen / eller effter hans ſkade / gaar / ſtaar / ſidder paa luur. *Tibi inſidiatur, lupus inſidiatur ovibus.*

Inſidiator, oris, m. t. qui inſidiatur, Lurere / ſom vil forrade oc forraſke anden.

Inſidioſus, a, um, Inſidiis gaudens, ut *inſidioſus latro. Inſidioſa oratio. Inſidioſum factum*, Som er ſtillet til at forraſke anden.

Inſidioſè, modo inſidioſo, Forrædeligen. *Inſidioſè agit.*

Obſideo, des, circumſedeo expugnandi gratia, Ligger eller ſidder runden om / Beligger. *Turrim, urbem armati obſidebant.* Sic translatè: *varia & incerta pericula humanam vitam obſident.* Item *tempus obſidet*, i. e. coarctat, & aliquem anguſto temporis ſpatio concludit, Giører en tiden trang. Item obſideo pro ſimpliciter ſedeo, Ut *certum eſt domi obſidere, uſq; donec redierit.*

Obſeſſus, a, um, quod obſedimus, Belegret. *Obſeſſi pane & aqua durabant in oppido.*

Obſeſſio, onis, obſidendi actus, Belegring. *Obſeſſio templorum.*

Obſeſſor, oris, m. t. qui obſidet. Ut *obſeſſor aquarum, curiæ, fori.*

Obſidium, n. ſ. Colum. idem quod obſeſſio. Ut, *evadere peſtis obſidia.*

Obſidio, onis, f. t. Cic. idem quod obſeſſio, Belegring. Unde *cingere urbem obſidione. ſolvere obſidionem.*

Obſidionalis, le, om. t. quod ad obſidionem pertinet. Ut *corona obſidionalis*, quæ graminea dabatur ei, qui obſeſſos ab hoſtibus liberaſſet.

Obſes, idis, com. t. qui victori à victo in obſidione datur, & fidei tuendæ gratia ejus poteſtati traditur, Giſſel. Sic dictus quod obſidionis ſolvendæ cauſa dabatur. Aliter etiam quod ob fidem dabatur, q. offides.

Obſidiæ, arum, Colum. idem quod inſidiæ.

Obſidior, aris, dep. pr. idem quod inſidior, Holder paa luur til at forraſke oc giøre ſkade. *Crabrones opibus prodeuntibus obſideantur.*

Perſideo, es, q. ſedendo permaneo, Beſidder / ſidder ved. *Pruina lapſa perſidet, gelatq;*

Perſedeo, ad finem ſedeo, Sidder varende. *In equo dies noctesq; perſedet.*

Poſſideo, es, n. ſ. q. pos & potens ſedeo, & ſedendo potior: ſignificatq; in poteſtate habeo, Beſidder oc ejer / haffuer i haand oc hæffd *Poſſidet agrum, poſſidet bona. poſſidet regnum. Palmam poſſidere*, i. e. principatum ſeu victoriam obtinere Sic *poſſidet magnam vim, neceſſitatem religionem, paternus maternusq; ſanguis.*

ſanguis. Et *poſſidet plus fidei, quàm artis; plus veritatis, quam diſciplinæ in ſe.*

Poſſeſsio, onis, poſſidendi actus, Beſeddelſe/ Ejendom/ haand oc hæffd. *Poſſeſsio horti, bonorum.* Et *poſſeſsiones quinquaginta annorum non movendæ,* Hæffd. Item poſſeſsiones pro rebus, quæ poſſidentur, ut agro, fundo, prædiis, agris, bonis, aliave re immobili. Ut, *magna eſt ei poſſeſsio, magno ære alieno majores habet poſſeſsiones.*

Poſſeſsiuncula, æ, f. p. parva poſſeſsio, vel in re ipſa vel in tempore, Liden eller ſtacket beſeddelſe oc eydom / liden hæffd / lidet godz.

Poſſeſſor, oris, m. t. qui poſſidet, Ejermand. *Poſſeſſor agelli. poſſeſſor bonæ fidei,* Som haffuer hiemmel paa en ting: ut qui aliquid emit ab eo qui non abſolutum vendendi poteſtatem habuit, etiamſi videatur habere, puta, tutore, procuratore. *Malæ* vero *fidei poſſeſſor,* Som haffuer ingen hiemmel.

Poſſeſtrix, icis, f. t. antiquis idem quod poſſeſſor in ſexu fœmineo.

Poſſeſsivus, a, um, Grammaticis, quo res poſſeſſa ſignificatur.

Poſſeſſus, a, um, quod poſſidemus, vel qui poſſidetur, ut *poſſeſſus amore alienæ conjugis.*

Poſſeſſus, ûs, m. q. Apulej. idem, quod poſſeſſio.

Poſſeſſorius, a, um, Juriſconſ. ut *poſſeſſoria actio,* quæ eſt de poſſeſſionibus.

Præſideo, des, ſingulari quadam autoritate præſum, Forſtaar. *Præſident dii huic imperio. præſidet ludis, arbis, orbi terrarum.* Et cum Accuſativo: *is proximum exercitum præſidebat.* Sic *præſidet littora Oceani.* Item *præſidere in vicem alicujus,* Svet. Sidde i andens ſted.

Præſes, idis, m. t. qui præſidet & quidem ſummis rerum proxime poſt principem, Landzherre / Statholder. *Præſes regionis. Præſes rerum. Præſes juventutis Mercurius. Tribunus plebis præſes libertatis.* Et *locus præſes,* pro principe loco, Førſte ſæde/ øffuerſte ſæde.

Præſidalis, le, om. t. Spart. quod ad præſidem pertinet. Ut *jus præſidale.*

Præſidatus, us, m. q. Arn. & Spart. præſidis dignitas & officium.

Præſidium, n. ſ. manus militum, arci aut oppido impoſita ad ejus defenſionem, Beſætning. *Ex oppido præſidia deducturi ſunt.* Item ſtatio militum. Ut *armati in præſidiis collocabantur.* Et translatè ſpes, ſecuritas, auxilium, Forſuar oc hielp/ beſkermelſe. *Præſidio amicorum tectus ſum.* Sic *præſidium pudoris virtutis, pudoris, vitæ.* Et Plauto Translatè pro commeatu ſive viatico quod fami arcendæ ſit, En ſortrig fordriffuer. *Trecentos nummos portat præſidii.*

Præſidiarius, a, um, quod ad præſidium pertinet. Ut *milites præſidiarii. Navis præſidiaria,* Orloffs Skib eller Konfoien. *Palmes præſidiarius,* Sarmentum annotivum quod putatur ad fructificandum.

Proſedæ, arum, f. pr. Plaut. meretrices ſunt, ſic dictæ quod ante ſtabula ſedeant.

Reſideo, es, quieſco, otioſus ſedeo, & quaſi retro ſedeo & moror, Bliffuer ſiddende tilbage/ ſidder ſtille. *Cur non ante occurrit? ne in villa reſideret.* Inde perduro, permaneo. Ut *lex in populo reſidebat: inimicitiæ in familiis.* Sic *reſidet periculum,* pro imminet. Et *reſidet ſpes* pro viget & eſt. *Culpa in te reſidet,* i. e. hæret. Item *timor animo reſidet* pro ſedatur, Sactis/ Sættis. *Im-*

petus Marcelli reſiderunt. Sic *omnis repente reſedit flatus.* In quibus ſignificationibus à ſido potius, deducitur. Item *reſidere eſuriales ferias* pro otiari & agere ferias *eſurientione plenas.* Item reſideo pro ſimplici ſedeo. Ut *reſidebimus inde ſpatiabimur.* Item *reſidentur mortui,* cum ferias mortuorum agimus.

Reſes, idis, m. t. qui reſidet otioſus, Lad / ørckeløſs. *Reſes homo. reſes animus.* Et *reſes aqua,* quæ non fluit, Stilſtandende Vand.

Reſidia, æ, f. pr. reſidis vitium, Doffuenhed/ørckeløſhed.

Reſiduus, a, um, quod reſidet & reliqvum eſt, Som er eller ſidder tilbage / til offuers. *Nihil hic reſidui ex tantis bonis. reſidui lecti ex omni ſuppellectili. reſidua ſolicitudo, ſimultas, reſidua pecunia,* Til offuers.

Subſideo, des, n. ſ. q. ſubtus ſedeo, Sidder neder. *Subſedi in via dum hæc ſummatim tibi perſcriberem. Calones in caſtris ſubſidebant.* Et peculiariter inſidiando inſideo, Sidder neder paa luur at giøre ſkaade. *In eo loco ſubſedit, quo noctu venturus eſt.* Item in aquis cæterisq; liquoribus ſubſidere dicuntur, quæ imum petierunt fundum, ibiq; ſubſistunt. Ut *fæces & amurcæ in fundis ſubſident,* Syncker til bunde. Sic, *extremus galeaq; ima ſubſedit Aceſtes,* i. e. ſortes Aceſtis in fundo galeæ ſubſidebant ſortientibus ducibus, quis cum Hectore pugnaturus eſſet, Bleffneden paa bunden.

Subſellium, n. ſ. Varr. quod non plane ſit ſella. Subſellia, orum, n. ſ. ſellæ erant in curia & theatris & quaſi humiliores, & ſub curulibus & tribunalibus, in quibus ſedebant & exercebant judicia inferiores Magiſtratus, nempe Tribuni, Triumviri, Quæſtores & hujuſmodi, ſellas altiores habentibus Senatoribus, Laffue ſtole / Skole bencke / Ting ſtocke: reſpectu pulpitorum & cathedrarum. Inde tropice ſignificat ipſum judicium, & forenſes exercitationes. Ut, *à ſubſelliis in otium ſe contulit. ſubſellii judicatio & mora. alienus à ſubſelliis.* Item ipſos judices. Ut *Sextiliane bibis quantum ſubſellia quinq.*

Subſes, Iſidoro, qui ſubtus ſedet.

Subſeſſæ, Veget. copiæ ſunt inſidiando ſubſidentes & opprimentes hoſtes, nihil tale ſuſpicantes, Baghold.

Subſeſsi, qui hoſtilibus inſidiis circumventi ſunt, Forraſede.

Subſeſſor alieni matrimonii Valerio, qui pudicitiæ alienæ conjugis inſidiatur. Et ſubſeſſor, qui in inſidiis delitescit, ut incautos trucidet, Mørdere.

Subſidium, n. ſ. auxilium in eum comparatum uſum, ut laborantibus opem ferat. Et præcipuè ſubſidium dicebatur, quando milites ſubſidebant in extrema acie, labentiq; aciei ſuccurrebant. Eratq; tertia acies triariorum. Unde illud: ſubſidite, ut ſolent triarii, Vndſetning/ Trangbod. *Seſtius multis vulneribus acceptis, ſubſidio beſtiæ ſervatus eſt.* Inde ſubſidium, tributi genus, aliàs oblatio, quod principi fertur, Stød/oc hielp. Et translatè, *ſubſidium ſenectutis,* quidquid ſenectutem ſublevat. Item Tacito, ſubſidia erant loca, in quibus navigia ſubſidere poſſunt & ſtare & ſuffugia habere; adeoq; ſubſidium ſimile quiddam portui & ſtationi, etſi minus.

Subſidiarius, a, um, quod in ſubſidium paratur. Ut *ſubſidiarii milites, ſubſidiaria cohors,* Vndſerning. Et translatè *ſubſidiarius palmes,* ſarmentum annotivum, quod putatur ad fructificandum, aliàs reſex, palmes præſidiarius, palmes vinarius & cuſtos.

Superſedeo, rem inſtitutam omitto, q. ultra quàm par eſt ſedeo, Offuer ſidder/ſidder offuer/holder op. *Prælio ſuper ſedebat. verborum multitudine ſuperſedendum eſt. ſuperſedeo labore.* Item apud Gellium cum Accuſativo *ſuperſedebat operam, quam dare rogatus erat.* Item cum infinitivo. *Superſedeo facere quodvis.* Et paſſivè, *hæc res non eſt ſuperſedenda*, i. e. retinenda.

SEDO, as, pr. prod. act. pr. motum prohibeo q. ſedere & quieſcere facio à ſedeo, Sacter / ſtiller / ſætter. *Sedare animum alicujus*, Stille. Sedare ſitim, Slucke tørſt. *Sedare arrogantiam, bellum, controverſiam, diſcordias, infamiam, iram, laſſitudinem, lites, mentes commotas, motus animi, miſerias, paborem, tempeſtatem, tumultum.* Aliter ab ὕδωρ aqua, ut ſit propriè de aqua extinguente & minuente calorem.

Sedatio, onis, ſedandi actus, Sactelſe / ſtillelſe. *Sedatio perturbationum animi.*

Sedatus, a, um, tius, tiſſimum, quòd ex ſe ſedatum eſt. Ut *animus ei ſedatior*, Stille / ſacte.

Sedatè, modo ſedato. Ut, *ſedatè & placidè loquitur. ſedatè fert dolores*, Stille.

Compoſita.

Inſedatus, a, um. Non ſedatus, Wroelig/buldrendè. *Inſedatum genus.*

Inſedabilis, le, om. t. non ſedabilis, quodq; ſedari non poteſt. Ut *ſitis inſedabilis.* Unde Lucret. *Inſedabiliter ſitis arida corpora merſans.*

Reſeda, æ, f. pr. nomen herbæ ad Ariminum creſcentis, ſedandis doloribus ac inflammationibus.

SEDUM, n. ſ. nomen herbæ, à ſedendo dictæ ut innuit Varro. Eſtq; ſedum majus, Huußløg. Et ſedum minus, S. Hans Løg / Blad løß.

SEGES, etis, f. t. pr. corr. früges cereales nondum demeſſæ, quæ ſecari debent à ſecando ſic dicta, Korn ſom ſtaar oc groer. Columella abuſivè tranſtulit ad legumina. Inde tropicè ſeges pro terra ſubacta & ſata, Saad Agger oc Jord. Item translatè, ſeges pro copia & multitudine. Ut, *ſeges telorum ferrea. Clypeata ſeges virorum.* Et *ſeges ac materia gloriæ*, pro eo quod gloriam ſeu fructum aliquem dat. Sic *ſeges ſcelerum*, i. e. materia vel copia in quo ſcelera copioſè proveniunt. *Seges ſtimulorum*, ſervus & nequam homo, in cujus corpore ſtimuli perpetuò ſati & defixi ſtant, ut in ſegete ſpicæ: vel in cujus tergo ſerere oportet ſtimulos.

Compoſ.

Amſegetes, quorum ager viam tangit, Gnes Jord oc Korn er ved vejen.

SEGNIS, ne, gnior, om. t. tardus ad agendum, à ſe & ago; ſe ſignificante actionis privationem, Lad/ Seen. *Homo ſegnis.* Et translatè *ſegnis herba*, pro in fœcunda & inutili. Aliter deducitur à ſe & ignis quaſi ſine igni, & ardore ad agendum. Item à ſe & nitor, quaſi qui non nititur.

Segniter, modo ſegni. Ut *ſegniter omnia agit. Segnius inſtat, it.*

Segnitia, æ, f. pr. ſegnis affectus & vitium, Ladhed/ doffnhed/ ſeenhed.

Segnities, ei, f. q. idem. Unde *ſegnities agrorum*, i. e. infœcunditas.

Segnitas, atis, f. t. Cic. idem. Sed ſuſpecta eſt lectio.

Compoſitum.

Perſegnis, valdè ſegnis. Ut *prælium perſegne fuit*, Sød/ doffuen/ løß.

SEGESTRIA, æ, f. pr. ſive ſegeſtrum n. ſ. lectus ſtramineus: à ſegete ſic dicta, Straa Seng. Aliter græcè originis habetur à στόρνυμι, quo tegere & operire aliquid poſſumus. Segeſtria etiam Feſto dicuntur pelles, nauticæ, quibus indormiunt, Skindtæck.

SEMEL, Adverb. temporis ſignificans unica vice & tempore, quaſi unà, non diviſim, nec ullo regreſſu, quia quod ſemel fit nullam recipit diviſionem, ab ἅμα ſimul, En ſinde/en gang/paa en tid. *Satis ſum ſemel deceptus. ſemel dicam. ſemel omnia complectar.* Inde ponitur pro cito. Ut, *procubuit moriens, & humum ſemel ore momordit.* Item pro omnino, Aldelis. *Pudicitia ſemel deperit.*

SEMEN, inis, n. t. pr. prod. propriè quod ſeritur, ut fructum ferat, q. ſerimen, Saad / Sæd/ frøe. *Semina ſulcis committit*, dicitur & de virgultis & ſurculis. Ut *ſeminibus poſitis ſuper eſt deducere terram ſæpius.* Item de animantium ſanguine ex quo fit generatio, Sæd. *Semen canis.* Inde tropicè principium & origo alicujus. Ut *Antonius fuit ſemen belli civilis. ſemen malorum ſemen ſcelerum.* Item ſanguis & natio. Ut *ſemine cœleſti omnes nati ſumus. ſemine regio, ſemine generoſo oriundus: Virtus quæ propria eſt Romani generis atq; ſeminis. Ejusdem ſeminis ſumus*, i. e. generis & materiæ Vi ere aff en Malm. Semen etiam, frumenti genus eſt, ſimile farri, quod græca voce zea dicitur.

Seminalis, le, om. t. quod ſemini faciendo aptum eſt, deſtinaturvè. Ut, *ſeminale frumentum*, Sæ Korn.

Seminarius, a, um, quod ſemina refert. Ut, naſcentibus ſingulis ineſt aut ſemen, aut virtus aliqua ſeminaria. *Pila ſeminaria*, in qua ſeminum nuclei cernebantur. Et abſolutè ſeminarium n. ſ. locus ex quo transferuntur plantæ in alium. Ut ſartoris officium eſt de ſeminario transferre plantam, Plante bed/ Plante haffue. Et translatè origo & principium rei alicujus. Ut *ſeminarium belli. ſeminarium Reipublicæ. ſeminarium triumphorum.*

Seminium, n. ſ. idem quod ſemen vel planta aliudvè quidvis, quod de ſe aliquid producère poteſt. Item Plaut. accipitur pro ſeminis lucro. Ut, *venundantur merces non hoc ſuo ſeminio.* Ponitur & pro prole, ut apud Lucret. *cum ſuo ſemine ſeminioq;.*

Sementis, tis, f. t. ſerendi actus, Såaenn. *Peracta ſemente da requiem terræ. feſtinata ſementis ſæpe decipit.* Item ſeminandi tempus. Ut *ſeminari debet poſt æquinoxium media fere ſementi, læto ſolo.* Ponitur & pro ſegete. Ut, *in ſementes forte conceſſerat tempeſtiviores.*

Sementicus, a, um, Plin. quod ſeminari poteſt. Ut *ſementica ſunt, triticum, hordeum, faba.*

Sementinus, a, um. Ut *ſementina pyra*, quæ uſq; ad ſementis tempus durant. *Sementinæ feriæ*, quæ pro ſemente celebrantur. Et *ſementina dies*, quæ ab agricolis celebratur, peracta ſemente.

Semento, as, Plin. ſemen produco. Unde *herbæ ſementaturæ*, i. e. ſemen productura.

Semino, as, act. pr. ſemen terræ mando, Saaer. Seminat hordeum. *Seminat agrum hordeo.* Dicitur & de arboribus. Item animantibus. Ut *arbor brumali tempore*

viſcum

viscum non seminabat. admissarius marem, fœminam, seminavit. decimo post mense nascetur puer, quam seminatus. Item translatè spargo, divulgo. Ut, *cultum Dei per totam terram seminabat.*

Seminatio, onis, Varr. seminandi actus. Ut, *ad seminationem idoneus onagrus.*

Seminator, oris, m. t. qui seminat. Ut *seminator rerum omnium mundus.*

Seminatus, a, um, qui in utero conceptus est.

Composita.

Consemineus, a, um, in quo varia semina commista sunt. Ut, *conseminea vites*, in quibus diversa vitium semina acervatim confusa sunt, nec propriis generibus destincta. *Sylva conseminea*, quæ ex variis arborum generibus consita est.

Conseminalis, le, om. t. apud Colum. pro conseminеus.

Dissemino, as, act. pr. in varias partes semino. Et translatè, *disseminare sermonem, malum*, Vdsprede.

Disseminatus, a, um, quod disseminavimus, Vdspred. *Disseminati sermones, disseminatum malum.*

Exseminatio, Jurisconsult. pro stirpitus.

Insemino, act. pr. in aliquo semino, Saaer vdi. *Visceribus morbus inseminat.*

Prosemino, as, act. pr. porrò, ulterius, & in longius tempus semino. Ut *proseminare ostreas in tegulis.* Et translatè *proseminare familiam*, i. e. procreare, propagare. Sic *proseminare alios ex aliis usus.*

Proseminatus, a, um, quod proseminavimus. Ut *proseminatæ familiæ.*

SEMI, pr. prod. dictio est indeclinabilis nec extra compositionem in usu: significatq; dimidium à Græco ἥμισυ ejusdem significationis. Inde & in compositione significat, modo non integrè, modo dimidiata sui parte. Ut *semidoctus, semianimus, semimortuus &c.*

Semper, adverb. significans durationem actionis à semi, quasi semi opere, i. e. nondum absoluto, ideoq; adhuc in actu, Altid. *Quod semper movetur id æternum est.* Componitur & cum aliis dictionibus. Ut, *semperlenitas, semperdens, semperpauper*: idq; vel unitè vel per hyphen.

SENA, æ, f. pr. σένα voce Mauritanicâ, arbor fructum ferens in siliquis, Græcè dicta κολουτέα, κολύτια κολύτα, colutea, colutia, ut quibusdam herbariis placet, Senetræ. Inde *folia sennæ*, Senesblade.

SENEO, es, senui, Catul. si pr. corr. annosus sum, vetus vel annos acquiro, ab ἔνος annus. Item vetus. Ut, *placida senet quiete.*

Senesco, is, n. t. annosus fio, ældis / vorder til alders. *Fœmina celerius senescit, quàm mas.* Et translatè *civitas senescit otio*, i. e. torpescit & decrescit. *Senescunt consilia*, cum nimia diuturnitate & mora vana fiunt. *Senescit hyems*, i. e. declinat. *Senescit morbus*, i. e. remittitur. *Senescunt vitia*, i. e. abolentur.

Senex, nis, & antiquè genit. senicis, om. t. qui senuit, annisq; & ætate gravis est, ab ἔνος, quod & annum & vetus significat, Gammel. Unde & pro veteri legitur. Ut *senex vir, senex cygnus, senex cadus, senex phaselus. senex mulier, senex fama; tua amica senex est. senex dies*, quæ jam decrescit. *Senex ingenio es.* Est etiam comparativus *senior* pro valde senex. Item pro magis sene.

Ut *senior ex vita decessit. senior virtute quam ætate.* Et plural. & absolutè, *seniores* pro senatu, quoniam ex provectioris ætatis hominibus legi solet senatus. Aliterq. seminex morti propinqvus. Item à sensus, q. ex diminutione sensus. Item à numero senario propter sextam ætatem. Item à segnis.

Senica, Pomponio, pro fœmina sene.

Senecio, onis, nomen herbæ, cujus flores in pappos vanescunt capillorum more canescentes; unde à senibus canis nomen habet.

Senectus, utis, f. t. senum ætas, quæ & sexta hominum est, Alderdom. Item senectus, pro exuviis serpentis, Snoge skind / Snoge hinde.

Senectus, a, um, senio gravis, Gammel / Aldrende. *Membra senecta, ætas senecta. senectum corpus.* Et absolutè senecta in gener. fœminino, idem quod senectus & ætas senecta.

Senium, n. s. Idem quod senectus & senis ætas. Ut, *senio confectus, mens senio fluxa.* Et *senium Lunæ* pro decursu. Item tristitia, tædium, molestia, quæ comitari solent senium & senes. Ut, *civitas senio confecta est. odio & senio sunt mihi nuptiæ. Res hæ mihi senio sunt.* Ponitur & pro ipso sene. Ut, *Dii senium perdunt.*

Senilis, le, om. t. quod ad senem pertinet. Ut *senilis prudentia. ruga senilit. senile judicium. senilis hyems.* Et *senile facinus* pro anu.

Seniliter, modo senili. Ut, *tremet seniliter.*

Senator, oris, m. t. sententiarum & consiliorum auctor, moderator & arbiter in Republica, & ejus quasi pater: sic dictus à sene, propter ætatem, quia initiò majores eligebantur senatores: vel propter honorem, qui senis appellatione summus erat, Raadmand.

Senatus, us, m. q. senatorum ordo & dignitas, Raad / Raadmandsskab. Ponitur & pro ipsis senatoribus. Unde *cogere, vocare, convocare senatum.* Item pro ipso in quem senatores loco, conveniunt. Unde *in senatum venit, senatum habuit.* Dicitur & translatè, *senatum consilii in cor convocat*, i. e. consulit apud sese quid sit agendum. Legitur & in secunda declinatione, senati.

Senaculum, li, n. s. locus ubi senatores consultandi gratia consistebant, Raadstue.

Senatorius, a, um, quod est senatoris. Ut senatoria dignitas. *Senatorius ordo. census senatorius*, constabat millibus ducentis sestertiis.

Composita.

Insenesco, n. t. quasi in aliquo senex seu senior fio & simpliciter diutius immoror, Bliffuer lenge ved / vorder gammel vdi noget. *Negotiis insenescimus.*

Persenex, nis, om. t. valde senex.

Semisenex, Plaut. quasi dimidia ex parte senex, Halff gammel.

Sesquisenex, i. e. senex & plus, quasi adhuc dimidio plus, Meere end gammel / haffuer halffanden Mands alder.

SENTINA, æ, f. pr. ima navis alvus & fundum sordes ejus confluentes continens, & tetrum reddens odorem, à sentio q. cujus fœtor maximè sentitur, Tørck / oc sted som Pomp vandit staar i Skib. Unde *sentinam exhaurire.* Et translatè *sentina Reipublicæ, sentina urbis, hominum*, pro pestiferis & sceleratis hominibus.

SENTIO, tis, si, sum, n. q. vim rei alicujus experior & percipio mente vel corporis viribus; vel latenter seu latens

latens aliquid mente, auribus, aliisve sensibus percipio experientia vel indicio aliquo, à sene vel senatore, quorum est sentire, Fornemmer/ fanger it Nyß aff/ forfarer. *Sentimus varios rerum odores. animus hoc sentiebat*, i. e. intelligebat. Inde ponitur pro judico, censeo & opinor, Meener / Sømmer. *Cupio abs te intelligere, quid sentias, sentire cum aliquo*, est esse ejusdem opinionis. Sic, *sentire pro aliquo* est sententia sua alicui favere. Et *sentire graviter de aliquo*, est malam de eo opinionem habere. Item sentio, pro adverto. Ut, *nec nostrum quisquam sensimus cum peperit*, Fornam. Sic *sentire medicinam. sentire cibum*, i. e. gustum & fructum percipere, Føle til/ fornemme oc haffue gor aff. *Sentire cariem, sentire vetustatem*, Føle til. *Senties lorum tergo tuo. Senties me virum*, i. e. animadvertes cum experientia quadam. Aliter sentio à sentis.

Sentisco, is, Lucret. idem ferè quod sentio.

Sensibilis, le, om. t. quod sentiri potest. Ut, *res sensibilis.*

Sensilis, le, om. t. idem. Item quod sensu præditum est. Ut, *anima sensilis.*

Sensim, adverb. significans paulatim, pedetentim, leniter, latenter; ut in sentiendi fit modo, Sacteligen. *Sensim dissuebat amicitiam. sensim obrepsit in ejus amicitiam. Sensim active*, Skraat.

Sensum, n. s. sentiendi actus, & mentis cogitatio, Sandz. *Sensa dicendo exprimere potest homo.*

Sensus, us, m q. idem quod sensum. Ut, *latet hoc in animo & sensu meo. hæc ex meo sensu sunt deprompta. Valdè mihi placebat sensus ejus de Republica. Vultus sensum animi plerumq; indicat.* Item notitia ad judicium. Ut *hæc longo absunt à nostro sensu Oratio ad populärem sensum accommodata.* Item ingenium, studium & natura. Ut, *nativo sensu Italos ipsos ac latinos superabimus.* Et *omnes illius sensus, cognitos habeo.* Item affectus gravitas. Ut, *hæc cum sensu tractabit. Sensus & ratio dicendi.* Item sentiendi actus, Fornemmelse/ følelse. *Mortui sensu carent. moriendi sensum celeritas aufert. nullus ei in morte sensus.* Item sensus dicuntur instrumenta, quibus sentimus, Sind. Ut sunt, visus, auditus, gustus, olfactus, & tactus. Unde *sensus sunt nuncii & interpretes rerum.* Sic sensus videndi, audiendi. Et *sensus interiores* sunt, sensus communis, imaginatrix, & memoria.

Sensiculus, m. s. parvus sensus mentis, indicium & cogitatio.

Sententia, æ, f. pr. sentientis & judicantis conceptus, animi sensum & quicquid animo sentimus, Dom oc mening. *Hæc mea sententia, ut hinc porrò, quid agas, consulas. sapiunt illi mea quidem sententia*, i. e. prout ego opinor & sentio. Item dictum & oratio brevis ac præclara, Sentents oc smuck ord. *Acutæ & crebræ in oratione sententiæ. sententiæ Philosophorum. sententia sapientissima*, i. e. argumentum.

Sententiola, æ, f. pr. parva sententia.

Sententiosus, a, um, sententiis & dictis præclaris breviter concinnatis plenum. Ut, *Oratio sententiosa.*

Sententiosè, modo sententioso, & per sententias. Ut *sæpe sententiosè ridicula dicuntur.*

Composita.

Absentio, tis, si, sum, idem quo dissentio, ἀδηλῶ.

Assentio, tis, si, sum, ad sententiam alicujus accedo, sämtycker. *Assentio tibi. cavendum, ne his rebus temerè assentiamur.*

Assentior, iris, depo. q. Idem, ut *assentior tibi de hac re. Assentitur omnia.*

Assentio, onis, f. t. assentiendi actus. Ut, *assensio animi*, quâ assentit.

Assensor, oris, m. t. qui alicui assentit, Samtycker.

Assensus, a, um, pass. quod assensimus. Ut *sapiens sequitur multa probabilia, non comprehensa, neq; assensa, sed similia veri.*

Assensus, us, m. q. assentientis sententia. Ut, *assensu suo hoc comprobavit.*

Assentor, aris, depon. pr. ad nutum alicui assentio conciliandæ gratiæ potius causa quam studio veritatis, Siger ja til nogit for vild oc venskab / samtycker. *Assentatur tibi. assentor omnia.*

Assentatio, onis, assentiendi actus, Samtyckelse aff vild / Hyckleri.

Assentatiuncula, æ, f. pr. parva assentatio.

Assentator, oris, m. t. qui assentatur, Samtyckere/ Jabroder. *Assentator populi*, qui assentatur populo.

Assentatoriè, assentatorum more. Ut, *non assentatoriè, sed fraternè veto.*

Assentatus, a, um, part. Ut *non nobis assentati videmur.*

Consentia sacra, quæ ex multorum consensu sunt statuta.

Consentio, is, n. q. idem cum aliis sentio, Stemmer offuer ens/ siger det samme/ samtycker. *Consentit ratio: pugnat oratio.*

Consensus, a, um, Gell. in quo consensimus, Samtyct/ det som mand stemmer offuer ens om. Unde absolutè, *in syllogismo consensa esse debent & confessa.*

Consensio, onis, consentiendi actus, Samtyckelse.

Consensus, us, idem quod consensio.

Consentaneus, a, um, conveniens, Det som kommer offuer ens oc bequemmer. *Hoc virtuti consentaneum est.* Et absolutè, *consentaneum est*, pro communi consensu receptum est, Efterlad / efftergiffuen/ vitterligt / samtyct. *Quia in æthere astra signuntur, consentaneum est in his sensum inesse & intelligentiam.*

Dissentio, tis, n. q. diversum ab aliis sentio, Gaffuer en anden mening/ meen et andet. *Ab ipso longissimè dissentio.*

Dissentio, onis, actus, quod dissentimus, Wenighed/ Modsigelse.

Dissentaneus, a, um, Logicis quod dissentit. Ut *argumenta dissentanea* Et absolutè *dissentaneum, & dissentanea.*

Insensibilis, le, om. t. Gell. quod sub sensum cadere non potest, Det mand icke kand med noget sind fornemme/ vfindelig/ vfornemmelig.

Insensilis, le, om. t. idem. Ut *insensilia rerum principia.*

Persentio, idem quod sentio. Ut, *persentit pectore curas.*

Persentisco, is, percipio aliquid fieri, Fornemmer/ faar et Nyes aff. *Ea persentiscere non possum.*

Præsentio, tis, ante vel prius sentio, Fornemmer til/ förne. *Præsentit hoc canis. animo præsentio. Præsentiri sermones absentium de se aurium tinnitu.*

Præsensio, onis, præsentiendi actus. Ut, *præsensio rerum futurarum*, quæ præsentiuntur futura.

Præsensus, a, um, quod præsensimus, Fornummet tilforne. *Multa divinè præsensa reperiuntur.*

Præsentisco, is, idem quod præsentio. Ut, *adduxi, ut id præsentiscerem.*

Prosentio, Plaut. idem quod præsentio.

SENTIS, tis, m. t. arbuscula aculeis horrens à σινομαι lædo, noceo & σίντης, nocuus, noxius, quia tangentem lædit, Torn/ tiørne. Vulgò à sentio, quod à tangentibus quam primum sentiatur: Unde & jocus Plauti: *Non sentit,*

sentit, quia non est in senticeto. Item aliter Hebræa habetur originis à Seneh spina, sentis.

Senticetum, n. s. locus sentibus consitus, Tiørne lund.

Senticosus, a, um, sentibus abundans. Ut *locus senticosus.* Et translatè *senticosa verba*, i. e. horrida.

Sentus, a, um, quod in modum sentis horret. Et translatè, quocunq; modo horridus. Ut *sentus homo, squalidus annis pannisq; obsitus.* Et, *loca situ senta.*

SEPELIO, lis, ivi, itum, pr. corr. pietate in mortuum utor & ab injuria condo sine injecta humo sine alio modo: à σέβομαι veneror, religiosè aliquid facio. Sepultura enim summus & ultimus honor, cui nos & religio & pietas astringit, Begraffuer. *Sepeliebant suos mortuos.* Et translatè *sepelire dolorem*, est deponere vel tegere. Item *sepelire se epulis*, i. e. obruere. Sic *sepelire se potionibus. Potu sepelibit ad somnum.* Aliter à sepio mutata quantitate initialis syllabæ, quia quasi sepimus mortuum ab omni injuria. Item à ψέφος tenebræ, quia quasi in tenebris absconditur mortuus.

Sepelibilis, le, om. t. Plaut. quod sepeliri debet aut potest. Ut, *facias tuam stultitiam sepelibilem*, i. e. abscondas in latebras pectore penitissimò.

Sepulcrum, & antiquè cum aspiratione sepulchrum, n. s. locus in quo mortuus sepelitur & conditur, Dødis Graff / Begraffuelse. *Hominem sepulchro condebat.* Exponitur & locus ubi ossa corporum prius sepultorum absumptis carnibus congesta sunt, Beenhuß.

Sepulcralis, le, om t. quod ad sepulcrum pertinet. Ut *fax sepulcralis. ceremoniæ sepulcrales, ara sepulcralis.*

Sepulcretum, n. s. sepulcrorum locus, Græcâ voce cœmiterium q. dormitorium, Kirckegaard.

Sepultura, æ, f. pr. sepeliendi actus, Begraffuelse. *Post sepulturam aliæ manium ambages sunt.* Item idem quod sepulchrum. Ut, *locum sepulturæ dedit.*

Sepultus, a, um, quem sepelivimus, Begraffuet. *Homo jam dudum sepultus.* Et translatè abditus, Skiult. *Hæc in gremio tuo sepulta sunt.* Item exstinctus. Ut, *bellum adventu Pompei sepultum.* Item sepultus, qui periit. Ut *sepultus sum*, Jeg er om en hals. Item sopitus. Ut, *vino somnoq; sepultus.*

Composita.

Insepultus, non sepultus, Wbegraffuen.

Semisepultus, a, um, non integrè sed q. ex parte tantum sepultus. Ut *ossa semisepulta.*

SEPES, pis, f. t. pr. long. munimentum agrorum & hortorum q. sapes ab ἅπτομαι, nector, quia perpetuo nexu, plexuq; virgultorum & spinorum constabant sepes, Giærde. *Hortum sepibus clausit, ne sit pervius pecori aut furibus.* Et translatè, *sepes dentium*, Tandgiærd: vel ipsa series dentium. Aliter à σπύκος densus, vel à σύφος spissus, propter densitatem.

Sepio, is, pivi, pitum vel sepsi, ptum, act. q. sepem facio, vel sepe munio, Giærder / giør giærde om / Heisner. Et translatè munio, circumdo, circumvallo. Ut, *acribus custodibus domum & viam sepsit. Vallo & fossa circum dedi & castellis sepsi. Venus eos obscuro aëre sepsit.*

Sepimentum, n. s. quo aliquid sepitur, Giærde / Heisne. *Sepimentum spineum*, Torn giærde

Septus, a, um, quod sepsimus, Giærdet / Heinet. *Aëre septus. armis septus*, Beveffuet.

Septum, n. s. idem quod sepes & sepimentum: diciturq; non tantum de agris & hortis. Sed & de pecorum stabulis. Ut, *septum ovium, boum, caprarum &c.* Gamme. Item septum, locus in campo Martio tabulatis inclusus in quo populus Romanus stans suffragia ferebat. Item septum, obex & claustrum ad impetum fluvii coërcendum, Demning. Medicis etiam *septum transversum* in homine, membrana est discludens cor & pulmonem à naturalibus, Græca voce Diaphragma, Mellemø gulff.

Septuosè, Liv. pro obscurè. Ut, *septuosè hoc à te dicitur.*

Composita

Circumsepio, is, septo includo, ex omni parte sepio, Omkring giærder / stier nogit inde / Beleggere. *Armis & armatis corpus circumsepsit.*

Circumseptus, a, um, quod circumsepsimus.

Consepio, idem quod sepio.

Conseptus & veteribus consiptus, a, um, sepe obductus, Omgiærdit / Indelukt. Ager conseptus. Et absolutè conseptum, Lycke / verge. Et apud Quintilianum, *conseptum feri*, pro ipsis cancellis.

Dissepio, psi, ptum, q. septum dissolvo & dejicio, Affgiærder / bryder / tager giærde eller lycke op.

Disseptus, a, um, quod desepsimus. Ut *ager dissepturus.* Et absolutè dissepturn Isidoro, quod alias græco nomine Diaphragma dicitur, Mellom gulff.

Dissipimentum, Festo translatè, significat membranulam nucis intermediam, Den tycke hinde eller skillerom vdi Vaalnødder.

Intersepio, inter aliquid sepio, Giærder imellom / Befester. *Operibus intersepsit quædam ne exitus ad fugam esset.* Sic *intersepire urbem vallo*, est munire, Befeste med Skantze.

Intersептus, a, um, quod intersepivimus vel circumsepivimus, Omgiærdet. Et translatè obstructus, intercluſus, Tilstoppet / tillukt. *His iter erat interseptum.* Et absolutè, *interseptum*, quod quasi septum est inter nares, Det skielrom som er imellom Næseborene. Item quod est in corpore inter vitalia & naturalia, Græcè Diaphragma, Mellom gulff.

Obsepio, circumsepio & contra sepio, Giærder om / giærder imod / lucker for. Unde translatè, *obsepire iter.* Item *viam ad honores.*

Præsepio, ante sepio, circumquaq; sepio, & septo includo. Ut, *præsepire aditus & itinera*, Indlucker.

Præsepe, is, n. t. locus septus, in quo stabulantur equi, muli &c. Stald / hørsebod. Et translatè alveus apum, Bikube. *Ignavum fucos pecus à præsepibus arcent.* Item alveus seu præsepimentum ex quo edunt, Krybbe / gamme. Item translatè, ganea & lupanar. Ut, *audis in præsepibus, audis in stupris, audis in cibo & vino.* Legitur & præsepis, pis, f. t. in Plaut. si vera est lectio. Item pluraliter, præsepia, ossa sunt, quæ dentes continent, Tandgiærde. Item in cœlo nubecula quædam inter asellos, eò quòd in ea stabulari videntur.

Præsepium, Apul. idem quod præsepe animalium.

Præsepia, æ, f. pr. antiquè idem quod præsepe: & omnis locus clausus & tutus.

SEPIA, æ, f. pr. σηπία, nomen piscis pedati & testa operti, atrumq; cruorem seu putredinem quandam in timore emittentis, à σήπομαι, putresco. Ponitur & pro atramento scriptorio, cujus scilicet colorem refert & usum præbet.

Sepiola, æ, f. pr. parva sepia.

Sepium,

Sepium, n. ſ. teſtum in dorſo ſepiæ quo aurifices utuntur in exprimendis rerum fundendarum formis.

SEPS, pis, m. t. σήψ ſerpentis genus, cujus ictu membra putreſcunt adeoq; ejusdem originis cum ſepia à σήπω.

SEPTEM, nomen numeri ab ἑπτὰ, ejusdem ſignificationis, Stuff/ Syff.

Septenarius, a, um, quod ſeptem in ſe continet. Ut *numerus ſeptenarius*, *verſus ſeptenarius*. *ſeptenarius dies*, græca voce hebdomas, Vge.

Septenus, a, um, numerale diſtributivum, Huer Syff vende. Item idem quod ſeptem, numero cardinali. Ut, *puer ſeptenum annorum.*

Septuaginta, decies ſeptem, Halffierdeſindztyffue.

Septuagenus, a, um, numerus deſtributivus, ſed pro cardinali uſurpatus. Ut, *coitus ſeptuagenus.*

Septies, adverb. ſignificans ſeptem vicibus, Stuff gang. *Septies reſtitutum templum.*

Septimus, a, um, ultimus ſive unus ex ſeptem. Ut, *ſeptimæ ædes à porta.*

Septimùm, adverb. ſignificans ſexies ante. Ut *conſul ſeptimùm mortuus.*

Compoſ.

Semiſeptenaria diviſio, cum poſt tres pedes relinquitur ſyllaba, partem orationis terminans. Ut, *arma virumq; cano Trojæ.* Sic dicta quod conſtat tribus pedibus & ſemiſſe, hoc eſt, dimidio ſeptem pedum.

SEQVOR, eris, dep. t. pr. corr. aliquò euntis veſtigia premo, & quò ille tendit, pergo, ab ἕπομαι ejusdem ſignificationis: vel ut Priſciano & aliis placet à ſeco. Nam ſeco in ea quoq; ſignificatione legitur, Følger effter. *Hac me ſequere: hos armenta ſeqvuntur. ſequor Panetium in his libris, hunc autorem. ſequor conſilium tuum, auctoritatem, judicium, legem, amœnitates, Præceptorem, ſectam, naturam ducem. pœna ſequitur ſcelus. Oratio ita flexilis, ut ſequatur, quocunq; torqueas.* Sic *ſequi amicum*, eſt facere quid amico placet. *Sequi conſvetudinem*, eſt facere ſecundum conſvetudinem. *Sequi fidem alicujus eſt*, illi fidelem eſſe, fidem ſervare, nec ab ea diſcedere, Holde med en/ eller holde en med loffue. *Sequi ſuam fortunam* eſt ſucceſſu & occaſione fortunæ uti. *Sequi cum aliquo*, eſt ſermonem cædere. Inde ſequor ſæpe pro obtempero, Lyder ad.

Seqvutor, oris, m. t. qui ſequitur & ſeqvutores inter gladiatores dicuntur, qui adverſus retiarios pugnabant, alio nomine Mirmilliones dicti.

Sequax, acis, om. t. facilis & aptus ad ſequendum quocunq; trahatur, Følgactig. *Lanæ ſequaces* quæ nentis manum ſeqvuntur. *Cornuum natura ſequax*, i. e. flexilis. *Sequaces hederæ*, quæ ſpargendo ſe dilatant. *Sequax materia*, i. e. tractabilis & facilis. *Bitumen ſequax*, i. e. lentum. *Sequaces capræ*, aliæ aliam ſequentes. *Homo Ariſtippi ſequax*, i. e. ſectator. *Unda ſequax*, ubi unda undam ſupervenit, & veluti proſequitur, Kort oc ſtacket Søe.

Sequela, æ, f. pr. ſequendi actus, Efterfølgen. ἀδηλον.

Sequior, com. & ſequius, oris, n. t. Apul. propejus & deterius. Meliora enim præcedunt, deteriora ſeqvuntur. Ut, *ſexus muliebris ſequior.*

Sector, aris, dep. pr. multum & continue ſequor, forfølger. Avum ſectatus ſum, clamore per vias. Inde *ſectari belluas, apros, cervos*, eſt venando perſequi & perquirere, Jage effter. Peculiariter etiam dicitur de diſcipulis ſectantibus magiſtros ſuos.

Sectarius, a, um. Ut *verbex ſectarius*, qui gregem ovium præcedens, ducem ſe illis præbet.

Sectator, oris, m. t. qui aſſiduè aliquem ſectatur, Efterfølger. *Quid opus eſt ſectatoribus.* Et *ſectatores philoſophorum*, i. e. diſcipuli.

Secta, æ, f. pr. ratio vitæ, diſciplinæ & doctrinæ, quam quisq; ſectatur, Sect. *Secta philoſophorum: ſecta Stoicorum.* Aliter à ſeco deducitur, q. vitæ ratio ab aliis ſecta & ſeparata.

Sequeſter, ſtris, ſtre, & ſequeſtris, ſtre, om. t. Juriſconſult. exponitur is, apud quem plures rem aliquam, de qua controverſia eſt deponunt, à ſequendo dictus, quod ejus qui electus ſit, utraq; pars fidem ſequatur, Vvildig Dingsmand. Ciceroni autem dicitur ſequeſter, apud quem pecunia corrumpendi judicis aut tribuum deponebatur, ut ſuffragia obtinerentur. Item Quintilia. ſequeſter qui à litigatore doctus patronum docet.

Sequeſter, a, um, quod ad ſequeſtri modum fit. Ut *pax ſequeſtra*, pro induciis.

Sequeſtrò, adverb. ſequeſtri nomine. Ut *pecuniæ ſequeſtrò deponit*, Til at forvedde. Et translatè *ſequeſtrò ſe ponit*, pro ſeparat ſeſe ab eo, cum quo antea fuit conjunctus.

Sequeſtro, as, apud ſequeſtrem pono, Faar hen/ legger hen til troer hende/ betroer. Unde *res ſequeſtrata.* Et *corpora noſtra ſepulcro ſequeſtrantur*, i. e. ſeponuntur ad futuram reſurrectionem.

Compoſita cum Nominibus.

Bubſequa, æ, com. pr. Sid. bubulcus, qui boves ſequitur, Fæhyrde.

Pediſſeqvus, m. ſ. qui dominum ſequitur, Følgeſuend/ Suend eller Dreng ſom altid følger ſin Boſſbond.

Pediſſequa, æ, f. pr. ancilla dominam ſequens, Pige ſom følger ſin Frue oc Huſtrue/ Fruer Pige/ Veteribus, Tærne. Hinc adjectivè, *Pediſſeqvus ſum tibi.* Et translatè *virtuti pediſſequæ ſunt divitiæ.*

Compoſita cum Præpoſitionibus.

Aſſequor, eris, dep. t. ſequendo ad aliquem pervenio, Naaer. *Si Romæ es, me aſſequi non potes: Sin minus, in via qvum me fueris aſſeqvutus coràm agemus.* Et translatè exæquo, Naaer det Mon. *Quem imitaris non aſſequeris: nullam partem tuorum erga me meritorum video aſſeqvutus.* Item acquiro. Ut *honores gradatim ſingulos ſumus aſſeqvuti.* Item intelligo. Ut, *non aſſequor quod ſcribis. Conjectura hoc aſſequor.* Item teneo. Ut, *ſenectus me inopinanter aſſecuta eſt.* Item obtineo. Ut, *nihil ſequere quod aſſequi nequeas.*

Aſſector, aris, dep. pr. honoris gratia aſſiduè aliquem ſequor & comitor. Ut, *Craſſum ædilitatem petentem aſſectatur Galba.*

Aſſectatio, onis, aſſectandi actus.

Aſſector, oris, m. t. qui aſſectatur.

Aſſecla, æ, com. pr. qui aliquem ſpe commodi aſſectatur, eiq; ad nutum, præſtò eſt, Medfølger. Inde *aſſecla menſarum*, Snyltegæſt.

Aſſecta-

Assectata fœmina. Festo vel in bonam partem dicitur, ut honorata: vel in malam, quasi ad extremum periculum adducta.

Consequor, immediatè sequor, Følger neest/strax effter/i hælene. *Consequitur ipsum celeritate, itinere, ætate.* Item adipiscor, obtineo, Naaer/faaer oc bekommer / nyder. *Hoc vigiliis & labore consequutus sum. Hoc per te consequuta sum*, Nyd dig gaat ad / fick for din skyld. Item *verbis consequi non possum*, i. e. exprimere.

Consequens, argumenti conclusio apud Dialecticos.

Consequentia, æ, f. pr. consequendi ratio. Item apud Dialecticos sic dicitur necessitas conclusionis.

Consequenter, Juriconsl. consequenti ordine, Effter hin anden.

Consequiæ, apud Apul. pro sequelis.

Consequutio, vel consecutio, onis, consequendi ratio seu actus: nempè quo aliquid ex alio sequitur. Ut, *consecutio voluptatis.* Item *verborum consequutio*, est apta eorum compositio, Att ordene oc tale henger tilsammen. Item qualitatis quæstio, cum quid quamq; rem sequatur, inquiritur.

Consector, frequenter sequor, Løber eller søger effter. *Tardi ingenii vibulos consectari, fontes rerum non videre.* Item prosequor. Ut *consectatur hostes convicijs, sibilis.* Item aucupor affecto, Stunder effter nogit/ Jager effter. *Consectari benevolentiam alicujus.* Legitur & passivè apud Nonium ex Laberio. Ut *lapidibus consectatur*, Fortølgis med Steene.

Consectatio, onis, consectandi actus, captatio & aucupium.

Consectator, oris, m. t. qui consectatur, Medfølger.

Consectatrix, idem in genere fœminino.

Consectarius, a, um, quod ex facto vel dicto consectatur. Unde consectarium de argumento brevi dicitur, in quo conclusio necessariò sequitur antecedens.

Consectaneus, a, um. Ut *turba consectanea*, qua consectatur. Et consentanei qui aliorum opinionem vel sententiam sequuntur, Følgeactige.

Inconsequentia, æ, f. pr. Quintil. orationis vitium, quo prætermittitur, quod ad superiora pertinebat.

Perinconsequens, Gell. valde inconveniens & absurdum.

Exsequor, q. ad finem sequor seu sequendo perficio, Forfølger/ fuldkommer / giør til ende. *Jussa domini exsequitur. Injurias exsequitur* illatas, ulciscendo *verbis exsequitur* (laudando scilicet, vel vituperando) *quod viribus non potest.* Sic *exsequi sententiam*, Fuldkomme. *Mandatum exsequitur.*

Exsequens, tis, om. t. Gellio qui exsequitur. Ut *memoriarum veterum est exsequentissimus*, Staar effter at vide ælding aff gammel tid.

Exsecutio, onis, exsequendi actus, Forfølgning. *Exsecutio rei, sententiæ negotii*, qua exsequitur & perficitur, Fuldkommis.

Exsecutor, oris, m. t. qui exsequitur. Ut, *injuriarum exsecutor*, Hefftnere.

Exsequiæ, arum, f. pr. officium funebre, quo quis fumus exsequitur, honestandi gratia, Jordfærd / Begengelse med Liigit til graffue at følge.

Exsequialis, le, om. t. quod ad exsequias pertinet. Ut, *carmen exsequiale*, Ligsang.

Exsequior, aris. Varr. exsequias facio vel celebro, Giør begraffuelse/ følger Liig til Jord.

Insequor, dep. t. idem quod sequor, seu studiosè sequor vel propè sequor, Følger effter / flux effter / strax effter. *Insequitur Vibullium cæsar. Pergam & insequar longius. Hunc proximo seculo Themistocles est insecutus. Suspicio insequitur facta improborum.* Item insequor pro persequor, Forfølger. *Insequitur ipsum stricto gladio, contumeliâ, clamore &c.*

Insequenter, Gell. pro inconsequenter. Ut, *obscurè & insequenter particula illa posita.*

Insector, aris, d. pr. idem quod persequor, & quadam cum continuatione, sive id verbis fiat, sive factis aut rebus, Øyligen forfølger. *Furiæ insectantur impios. Servius legionem insectatur*, Hand taal alle vegne ilde om. *Insectatus sum lebitatem senum. maledictis insectatur hominem. Hastis insectatur matrem*, Er effter hende med spiud. *Insector terram rastris*, Forfølger hende. Legitur & apud antiquos activè. Ut *insectat nos lapidibus.*

Insectatio, onis, insectandi actus, Forfølgelse/naar mand taler alle vegne ilde om en.

Obsequor, eris, dep. t. q. sequendo morem gero, Er følgactig/giør andens villie/ lemper mig effter. *Cupio obsequi gnato. senes senibus obsequuntur.* Sic *obsequi animo suo*, Giøre oc see sig sielff til gode/ tiene sig sielff. Et cum Accusativo: *Ea obsequi num oportet.*

Obsequens, tior, tissimus, qui alteri obsequitur, Følgactig/ Tienistactig/ Tienistvillig. *Obsequentior est patri quàm matri. Homo voluptati obsequens.*

Obsequenter, tius, tissimè, modo obsequenti, Følgactigen / Tienistactigen. *Vixit in contubernio obsequentissimè.*

Obsequela, æ, f. pr. Plaut. idem quod obsequium.

Obsequium, n. s. obsequentis affectus, Følgactighed/ tienistactighed/ tienistvillighed. *Obsequium amicos, veritas odium parit. Obsequio tranantur aquæ*, Med List.

Obsequiosus, â, um. Plaut. idem quod obsequens, & *ad obsequia præstanda facilis*, Gandske tienstvillig.

Obsequibilis, le, om. t. Gel. idem quod obsequens.

Inobsequens, Sen. non obsequens, Gienstridig/ wlidig. *Equi frenis inobsequentes currum rapiunt.*

Persequor, eris, dep. t. idem quod sequor: vel diligenter sequor, innitor & volo, Efterfølger / flitteligen efterfølger. *Persequimur sectam Stoicorum. persequimur Academiam veterem.* Item sequendo pervenio, Naaer. *Triginta diebus persequi non possum, quo discessisti.* Item persequor pro exto, appareo, Lader mig til siune. *Superstitio quocunq; te verteris, persequitur.* Item pergo in te aliqua, Farer fort frem i noget. *Institutas ceremonias persequitur.* Item tueor, Forsvarer. *Persequitur jus suum: bona sua repetit, & lite atq; judicio persequitur*, Staar paa sit / følger sin ræt. Item, Giør/fuldkommer. *Persequor factis, quæ dico.* Item venor, affecto, Staar effter: *Legatione hæreditates aut syngraphas suas persequitur.* Item ago. Ut *vitam persequitur inopem & vagam*, Leffuer. Item Ulciscor. Ut *persequitur injurias, inimicitias.* Item sumo. Ut *persequitur pœnas ejus. persequitur pœnas à seditioso cive*, Straff. Item vexo. Ut *Cæsar Pompejum persecutus est. persequitur ipsum bello*, Forfølger. Item complector, comprehendo. Ut, *persequor oratorum ætates & gradus. Philosophiam Latinis literis persequitur. Versibus illud persecutus est.* Item *persequi tenebras*, pro mortem oppetere, At Døe.

Persequendus, a, um, quod persequi debemus. Ut *res est persequenda. suavitas persequenda.*

Perse-

Perſequens, ôm. t. tior, tiſſimus, qui perſequitur ut perſequentiſſimus injuriarum, Stoor / grum forfølgere.

Perſecutio, onis, perſequendi actus. Et ſpecialiter extraordinaria juris actio, ut fidei commiſſorum & aliorum, quæ non habent juris ordinarii exſeqvutionem, Forfølgning/ enten ved rætte eller vden rætten i andre maader.

Perſector, aris, Lucret. depon. pr. diligenter ſector, perſerutor. Ut *perſectari primordia ſingula.*

Proſequor, eris, depo. t. præeuntem ſequor & porrò honoris & officii gratia ſequor, Følger ſtedze / eller følger alt effter. *Ad fores, portam, viam proſequor,* Følger til dørren. *Domum decedentem cum furore & laudibus proſeqvuti ſunt,* De fulde / forfulde hannem med ſtoor ære. *Domitium cum equis proſequitur, proficiſcentem proſecutus eſt.* Et translatè, affectu aliquo animi proſequor. Ut, *proſequitur ipſum amore, benevolentia, lacrymis,* Gaffuer hannem megit kier/græder for en. *Proſequi odio,* Hade oc forfølge. *Proſequi aliquem officiis,* Være hannem altid tieniſtactig: Giøre hannem til villie oc tieniſte. *Proſequi honore,* ære. *Proſequi plauſu,* Samtycke. *Proſequi gloriam alicujus immortalitatis memoriâ. Proſequi virtutem alicujus gratâ memoriâ. Proſequi aliquem verbis vehementioribus,* Tale en ſkarp oc hart til. Item interdum idem eſt quod tracto rem, vel pergo in re propoſita, quaſi porrò ſequor, Forfølger til ende. *Hæc officiorum genera proſequar, longius non proſequar.* Interdum idem quod comitor, ut *ſpes nos proficiſcentes proſequebatur.*

Subſequor, proximè vel ſtatim poſt ſequor, Følger ſtrax effter / oc i hælene. *Raptim cum equitatu profectus juſſit peditibus ſe ſubſequi. cedo manum. ſubſequere me propius ad forum.* Et translatè, imitor mores & ſtudia alicujus. Ut, *omnes te ſubſequi ſtudent.*

SERA, æ, f. pr. Ovid. pr. corr. Silio autem prod. obex ſeu vectis, vel inſtrumentum, quo clauditur oſtium & remoto aperitur à σειρὰ funis, nec non ejusdem ſignificationis, eò quod antiquitus fune communire januas ſolerent, Skaade/ Huirrel/ Slaa/ Laaß/ Sørpind/ Kæb. Oc huad mand binder Sør til med. Exemptiles fuiſſe olim ſeras docet Turnebus, & ex catena pendentes. Unde illud: *Dum loquitur ſera jam ſua ſponte delapſa cecidit.* Aliter à ſero quaſi quæ poſti inſeritur & depangitur.

Sero, as, act. pr. ſeram obdo & claudo. Unde, Col. *fœmina mulæ ſerari & interdum inuri ſolent.*

Compoſita.

Obſero, as, act. pr. ſeram obduco, ſerâ impoſitâ occludo, Lucker i Laaß / lucker for med Laaß. Abi & obſera intus.

Reſero, as, act. pr. remota ſera aperio. Ut, *reſerare januam,* Lucker Laaß op. Inde quocuuq; modo aperio, & aliquid patere facio, Aabner. *Reſerare urbem, reſerare alicui ſecreta, reſerare pelagus, & ſpargere per æquora bellum.*

Reſeratus, a, um. Ut *reſerata janua,* Oplat/ opluct.

SERENUS, a, um, pr. cor proprie de tempore, aëre & cœlo dicitur, quod ſerendo idoneum eſt à ſero: ſignificatq; ſudum, ſiccum, placidum & clarum, quale tempus illud commodiſſimum habetur, Tørt / ſtille oc klarr.

Serenæ nubes. ſerenum cœlum, ſerenus aër. ſerena æſtas. ſerena hyems, i. e. clara ſine nubibus, pluviis & ventis, Blid Veir. Et translatè *ſerena frons,* i. e. læta, tranquilla, placida, Mild oc blid Anſict. Unde & bono omine, ſuperlativus, *ſereniſſimus,* titulus eſt hodie Regum & Auguſtiorum Principum. Item *ſerenus color,* i. e. lucidus. Ponitur etiam ſereno ablat. abſolutè, pro ſereno tempore. Ut *aranei ſereno non texunt.* Item ſerenum, ſubſtantivè, n. ſ. pro ſerenitas. Aliter ſerenum Turnebo deductum videtur à ſero caſei, quaſi ſerenum, purum, exſucta aqua, ſive tenue & purum, ut eſt ſerum lactis.

Serenitas, atis, f. t. ſereni affectus & qualitas, Blidhed. *Serenitas cœli.*

Sereno, as, act. pr. ſerenum facio, Milder/Blider. *Serenat tempeſtates Deus.* Et translatè *ſpem fronte ſerenat. nubila humani animi ſerenat.*

Serenatus, a, um, filio idem quod ſerenus. Ut, *ſerenatus Phœbus.*

Sereſco, is, n. t. ſiccus fio q. ſereneſco. Ut, *fluctivago ſuſpenſæ littore veſtes ubeſcunt. Veſtes candenti ſole ſereſcunt.* Vide infra ſereſco in ſerum.

Compoſitum.

Diſſereno, as, n. pr. Liv. undiq; ſerenus fio, Vorder klar / lyſs allevegne. *Cœlum diſſerenat, dies diſſerenat.*

SERIA, æ, f. pr. pr. prod. Vas vinarium fictile & oblongum, quod ſub terras ferè defodi ſolebat aſſervandis vinis: apud Syriam primum excogitatum. Unde & appellationem traxit, ut innuit Iſidorus: vel ab ἔρα terra, quaſi vas terreum vel terrenum, quod eſſet ex terra, & ſub terra condi ſolitum. Adhibebatur etiam ad oleam. Unde differentiæ gratia, ſeriæ oleariæ. Item ad theſauros condendos. Unde illud Perſii: ſub traſtro crepat argenti mihi ſeria, dextra Hercule.

Seriola, æ, f. pr. parva ſeria. Exponitur & olearum ordo directus.

SERICUM, n. ſ. pr. prod. lanæ pretioſiſſimæ genus, ex tela bombycum colligi ſolita, non tantum in officinis domeſticis, ſed & aliquando ex arboribus, & frondibus opera incondita à vermibus ibi laborata: ſic dictum à Seribus populis Aſiæ Scythicæ, vel ab ipſis vermiculis eodem nomine dictis, Silcke.

Sericus, a, um, quod ex ſerico confectum eſt. Ut *ſericus pannus,* Silcke tøy. *Veſtis ſerica,* Silcke klæde. *Pallium ſericum.* Et abſolutè, ſeriea, orum, plural. pro veſtibus ſericis.

Sericarius, textor, qui ſerica texit, Silcke Væffuer.

Sericatus, a, um, ſerico indutus, ut *Caligula ſericatus in publicum proceſſit.*

Compoſita.

Holoſerica veſtis, quæ tota ex ſerico conſtabat, Fløyel/ idel Silcke klæder.

Subſerica veſtis, quæ non tota eſt ex ſerico, halff Silcke tøy.

Tremoſerica veſtis, idem, Halffvldet oc halff Silcke/ ſaa ſom Trip/Groffgrøn etc.

SERIUS, a, um, pr. prod. modeſtus & gravis quaſi ſine riſu & joco, Alvorlig. *Frons ſeria. res ſeriæ.* Et abſolutè, *amoto quæramus ſeria ludo.*

Seriò, adverb. modo ſerio, Alvorligen. *Joco ne an ſeriò dicis. ſeriò orat, decernit.*

SERMO,

SERMO, onis, m. t. oratio remissa & finitima quotidianæ locutioni q. verborum dictionumve contextus, à sero vel à serie & contextu eorum sic dictus: vel immediatè à Græco εἱρμὸς, nexus, series, seu ab εἴρω & ἔρω dico loquor: quòd sermo sit oratio, quæ inter duos vel plures sive privatim sive publicè seratur, Tale/ Snack. *Suis dictis medium sermonem abrumpit: cum eo mihi multus sermo fuit. sermo literarum*, qui in literis & epistolis habetur.

Sermunculus, m. s. parvus & brevis sermo.

Sermocinor, aris, dep. pr. sermonem facio, Snacker/ holder snack oc tale. *Sermocinatus sum cum eo.*

Sermocinator, oris, m. t. qui sermocinatur.

Sermocinatrix, f. t. idem in sexu fœmineo.

SERO, rui, rtum, act. t. pr. corr. proprie alterum alteri admoveo & necto, à σειρεύω connecto vel ab εἴρω, necto. Item in pugnam lacesso. Item verba facio. quæ tamen significationes apud latinos non nisi in derivatis & compositis usitatæ sunt, ut in sertum, sermo, assero, dissero, consero, ut & in præterito & supino. Nam sero, sevi, satum, mutatis scil. his temporibus, & facta quadam significationis translatione, frequentioris usus est. Hinc *serere bellum, dissidia, sermones, rumores*, i. e. movere, nectere, yppe/ komme affsted/ spinde oc flette. *Serere vulnera* est infligere, Giffue hug eller tyct hug vd. *Serebat sermone multa*, i. e. dixit & locutus est. Et translatè cum mutatione præteriti & supini in sevi, satum, dicimus: *Serere frumenta*, Saar Korn. *Serere arbores*, i. e. plantare & terræ depangere & inserere, Plante. Et rursus nova translatione: *Serere prolem*, i. e. generare. Unde *satus Hercule pulchro*. Aliter sero, sevi, satum, de terrâ renascendis culturâ hominum, primaria habetur significatio: unde altera efflueret: ab ἔρα, terra.

Satus, a, um, quod sevimus, Saaed. *Frumenta sata: sata messes, terra sata*. Et translatè, natus & genitus. Ut *Hercule satus: non sanguine humano, sed stirpe divinâ satus est.*

Satus, us, m. q. serendi & plantandi actus. Ut, *talearum, & vitium satus*, i, e. plantatio. *Hæc hominum pecudumq; conceptu, & satu fiunt*, i. e. generatione. Sic *Deorum satu*. Item satus, semen. Ut translata significatione: *Animum parat Philosophia ad satus accipiendos.*

Satio, onis, f. t. serendi actus, Saaen / plantelse. *Vitium satio. tempus sationis*, Sæde tid.

Sativus, a, um, quod aptum est ut seratur. Ut *res sativa. Herba sativa*, quæ seritur, Saaed Vrte.

Sator, oris, m. t. qui serit aut plantat, Sædemand/ Podemester. *Sator frugum oleæ, vitium.* Et *sator cœlestium*, i. e. creator & genitor.

Satorius, a, um, quod ad satorem pertinet. Ut *satoria trimodia*, ex qua satores jaciunt semina, Sæde løb.

Situs, a, um, quod loco aliquo singulari cura posuimus condidimusq; & quasi sevimus, à satus, ut ritus à ratus, Lagt/Satt. *In eo loco sita urbs est. urbs à Philippo sita*, i. e. condita. Et translatè, *omnis spes mea in te sita est* Et absolutè, *hoc in nobis situm est*, Det staar til oss / oc vi kand komme aff sted. Item *hic siti sunt majores mei*, i. e. sepulti. Sic, situs pro defunctus, qui ad tempus in aliquo loco conditus est, donec aliò transferatur, vel justum ei fiat sepulcrum, Veder sær.

Situs, us, m. q. corruptio, sordes, & vitium ex humore & diuturnitate rei diutius sitæ & conditæ, contracta, quâ deteriores fiunt species, uno in loco prolixo tempore constitutæ, Skarn/skimmel/mulenhed/mul. *Loca situ sentа & horrida. Domus vitiа situ corrupta.* Inde tropicè odor, qui ex situ fit Ut *crocum pessimum, quod situm redolet.* Item squalor, ut *macies situ fœda.* Item translatè torpor & inertia ex diutino otio. Ut, *senectus victa situ.* Et *situ durescit campus*, i. e. quiete & intermissione arationis. Item situs qualitas & positio loci, sive sitæ rei ratio & conditio, Skickelse oc leie / eller skickelse noget aff steden hafver huor paa det ligger. *Situs urbis. situs castrorum.* Aliter situs à sino q. otium, & ex otio squalor.

Series, ei, f. q. connexio quædam rerum continuata & ordinata, ut cùm aliæ aliis ordine insertis sibi invicem cohærent, sertorum & catenarum more. Unde & à sero deducitur: vel à σειρὰ catena, funis, Kad. *Series orationis, disputationum. series facti, series rerum fatalium, causarum, &c.*

Serilia, lium, sive serilla, n. t. funes sunt ex sparto contexti, sic dicti à serendo, qua forma spartum à σπείρω, vel simpliciter a serie & contextu, Saasom Bast/Kæb.

Sertus, a, um, Lucano quod servimus & neximus, Flettet/fat sammen. *Coronâ nardo serta.* Et absolute, sertum, n. s. corolla ex frondibus, herbisve serta & nexa, Vrte Krantz.

Serta, æ, f. pr. Exponitur restis, funiculus, q. d. serta linea, i. e. connexa. Unde *sertam ducere cum aliquo*, pro contendere: Sumpta translatione ab iis, qui reste trahendo distrahendoq; se exercent.

Sertula, æ, f. pr. & cum adjectione *sertula campana & campanica*: nomen herbæ ad serta expetitæ.

Servia, æ, f. pr. Plin. sertum ex floribus.

Composita.

Assero, rui, rtum, act. t. affirmanter ajo, Siger fast. *Proscribunt villam bonam, ut ipsi asserunt, benèq; ædificatam.* Item confirmo causis, cur ita sentiam, expositis, Bevijs. *Nihil asserunt, qui in regerenda senectute versari negant* Sic *assero de hac re*, i. e. affirmo. Item vendico, Eigner mig til. *Asserere in libertatem*, i. e vendicare. Item absolutè pro eodem, *asserere se.* Item *asserere se ab injuria mortalitatis aut oblivionis*, i. e. vendicare.

Assero, is, evi, itum. Cat. juxta sero, semino, & planto. Ut *asseruntur multæ vites.*

Assertio, asserendi actus. Ut *assertione approbat*, Stadfestelse / Jasigelse/ Bevisning. Item ipsæ vindiciæ. Ut, *liber est, qui in assertione est.*

Assertor, oris, m. t. qui aliquem in libertatem aut servitutem asserit, Frelser.

Circumsero, evi, ex omni parte sero & planto, Saaer runden om/ planter om oc om.

Consero, rui, rtum, idem quod sero, moveo, necto. Ut *conserere prælium, pugnam*, h. e. pugnare. Item *conserere manus manibus*, cum cominus pugnatur, Slaais for haand. Item *conserere manum*, pro cum adversario in judicio contendere. Item *sol lumine conserit arva*, i. e. complet.

Consertus, a, um. Ut, *manu consertum* dicitur, quod manu in judicio vindicatum est, Det mand haffuer vunden sig til / haffuer i haand oc hæfft. Sic *manu consertus*, idem quod connexus seu contextus. Ut, *lorica conserta hamis*, Malle kraffue.

Consertè, adverb. conjunctè, Saa det enne hender ved eller vdi det andet. *Ea omnia consertè fiunt.*

Conſertor, oris, m. t. qui manu conſerit, Som ſlaais for haand.

Conſero, evi, conſitum, ſero, planto, ſemino, Saaer eller planter.

Conſitus, a, um, quod conſevimus, Saaed. Et translatè, *ſenectute, caligine conſitus homo*, Beſaat/ omſaat/ beragen/ beladen.

Conſitio, onis, conſerendi & plantandi actus, Saaer oc planter.

Conſitor, oris, qui conſerit & plantat, SaaMand.

Conſitura, æ, f. pr. idem quod conſitio.

Deſero, ui, rtum, act. t. q. non ſero. Et per conſequens inde translatâ ſignificatione, derelinquo, Gaar forbi/ forlader. *Mulier telam deſerit continuo. ſigna deſerunt milites*, Forløber/ forlader.

Deſertor, oris, m. t. qui deſerit vel deſerere ſolet. Ut *deſertor militiæ* qui ſtationem ſuam in militia deſerit, Forløben Landzknect. *Deſertor conjugii*, Forløben Mand.

Deſertus, a, um, quod deſeruimus, Forlat / øde. *Ager deſertus. urbs deſerta.* Et abſolutè, deſertum, locus deſertus, ørcken / ødeſted/ vild marck eller ſkow.

Indeſertus, a, um, Ovid. non deſertus, quiq; nunquam deſeritur, Det mand icke forlader. Regna meo pectore indeſerta, Altid i mit ſind/ wforglemmelig.

Indiſertus, a, um, non diſertus, Tungmalet / icke talende. *Interpres indiſertus.*

Indiſertè, modo indiſerto. Ut, *indiſertè dicit*, Talet tungt/ icke vel.

Deſerto, as, act. pr. apud Actium. Ut, *cum me ſolum uterq; parens deſertaſſet.*

Deſero, evi, itum, act. t. idem quod ſero. Ut *ſemina deſita*, quæ ſata ſunt.

Diſſero, ſevi, itum, in varias partes ſero, Saaer/ſtrøer.

Diſſitus, a, um, q. diverſim & procul ſitus, vel locis diverſis ſatus, Langt fra hin anden. *Diſſita loca.*

Diſſero, rui, rtum, dicendo rem dijudico, ſeu multis adductis in utramq; partem diſcutio & examino, Forhandler/ belegger/ offuerſlaar noget/ forretter. *De amicitia ſæpe vel multis diſſerunt. diſſerere malo, quàm judicare.*

Diſertus, a, um, abjecto altero ſ. & abbreviata ſyllaba prima: qui probè diſſerit, vel ornatiſſimis verbis abundat, Veltalende.

Diſertè, modo diſerto. Ut *diſertè dicit*, Prydeligen/ vidløfftigen. Item diſtinctè & expreſsè, Klarligen/ vdtryckeligen. *In fœdere diſertè aſcriptus eſt.*

Diſſerto, as, n. pr. frequenter vel multum diſſero. Ut *de antiquitate verborum diſſertavit.* Hæc & multa talia diſſertavimus.

Diſſertatio, onis, diſſertandi actus, Forrettelſe/ forhaling.

Diſſertabundus, a, um, Gel. diſſertationi intentus.

Ediſſero, perfectè diſſero, vel diſſerendo perficio & abſolvo, Forklaarer fra førſte til ſidſte. *Fabulam hanc ediſſere.*

Ediſſerto, as, Plaut. idem, vel multis & copiosè ediſſero.

Exſero, ris, rui, rtum, q. extrà ſero: ſignificatq; extendo, Recker vd / recker her for vd / ſtrecker for vd/ ſticker for vd. *Linguam exſerit. exſerit enſem.* Drager her vd for.

Exſertus, a, um, quod exſeruimus, Ract for vd/ ſtuckit for vd. *Dentes exſerti*, Bugge tænder paa Orne eller Vildbaße/ langtænder.

Exſerto, tas. Idem quod exſero. Ut *exſertare ora*, Vide de Munden vd. *Exſertare humeros*, Reiſe vd med ſkulderne.

Inſero, evi, itum, q. ſerendo immitto, I ſaar/ i poder. *Inſerere frumentum, inſerere pyros. inſerere ſurculos, gemmas ſeu oculos arborum.* Et translatè *inſevit homini odium, invidiam, dolum.*

Inſero, is, rui, rtum, in rem quaſi ſero, impono & immitto, I ſticker/ ilegger. *Nutrices infantibus cibum in os inſerunt. Manum meretrici in ſinum inſerere vidi.*

Inſertus, a, um, quod inſeruimus, I ſtucken / i ſat/ mellom ſat. *Nihil à me inſertum, temporis cauſa. pennæ per transverſas inſerta nares. Inſertæ feneſtræ*, quæ ædibus interpoſitæ ſunt & inſertæ. *Inſerti ſolis radii*, qui per domos inſeruntur, ſoliſq; lumina ſpargunt.

Inſitio, onis, inſerendi & plantandi actus, Indpodelſe/ympen.

Inſitor, oris, qui inſerit, Podemeſter.

Inſitus, us, m. q. idem quod inſitio.

Inſitus, a, um, quod inſerimus, I ſaaed / i poder. *Surculus inſitus.* Et pro eodem abſolute, inſitum. Item translatè, *inſita populo libertas*, Indſæt. *Malum in natura inſitum.*

Inſitivus, a, um, quod inſitum eſt. Ut *ſurculus inſitivus*, I poder pode. *Dies inſitivus*, qui quarto quolibet anno interſeritur, SkudAars Dag. Et translatè, *ſermo inſitivus*, qui non eſt proprius & nativus, ſed aliundè aſcitus.

Inſitivus, a, um, quod aliunde inſeritur. Ut *lac inſitivum, alimentum inſitivum*, quod non à matribus propriis, ſed nutricibus haurimus, Fremmet Melck / ſom er icke aff Moderen. Item inſitivus, qui aut propter effigiem ſimilem, aut alia fraude adjutus alienæ familiæ ſe inſerit, aut aliorum nomen invadere audet, ut *Gracchus inſitivus*, i. e. Quintius quidam, qui ſe Gracchi filium, mentiebatur, Som lyffuer ſig i Slect med nogen.

Inſativus, a, um, Plin. non ſatus, quod vè non ſeritur, ſed ſponte provenit, Som voxer op aff ſig ſielff/ ſielff voxende.

Inſerto, as, frequentativum pro inſero. Ut *inſertare dextras catenis, clypeoq; ſiniſtram inſertabam aptans.* Et *inſertare mentem cælo.*

Interſero, evi, inter alia ſero, Saaer imellom eller iblant. Et translatè, immiſceo. Ut *mediis interſeris oſcula verbis.*

Interſertus, a, um, quod interſerimus, vel interſeruimus, Planter eller ſat iblant/ eller imellom. *Interſitis buxeis myrteisq; fruticibus contegantur. prædia meis agris vicina atq; interſerta, venalia ſunt.*

Obſero, is, evi, idem quod conſero & planto, vel ex omni parte ſero, Saaer oc planter. *Obſerere agrum vineis. ſepimentum obſerere virgultis aut ſpinis.* Et translatè *obſerere mores*, Vdſprede. *Obſerere voluptatem ſuam in puellam; ærumnam obſebit gravem*, i. e. compreſſit puellam. Et *obſevisti me in gravem ærumnam*, pro fœtu oneraſti.

Obſitus, a, um, quod obſervimus, Saaed. *Collis virgultis obſitus.* Et translatè, tectus, opertus, Beklæd/ ſkiult. *Obſitus pannis & annis*, Beſat med klæde oc mange Aar/ kludit oc gammel. Sic *ſetis obſitus. obſita frondibus: aër obſitus pallore: loca tenebris obſita: Iter nivibus obſitum*, Skiult oc beklæd.

Perſe-

Perſero, is. Plaut. pro divulgo, Vdſpræder blant Folck. *Eum inde veniſſe perſerit.*

Præſertim, adverb. ſignificans præ aliis maximè, & imprimis: qualia ſunt, quæ oportunè & prius ſeruntur, Beſynderligen. *Admiror tantam fuiſſe oblivionem, in ſcripto præſertim.*

Reſero, evi, itum, rurſus ſero vel planto, Saaer om igien. *Reſerere agrum.*

Subſero, ſubtus ſero, ſemino vel planto. Ut, *vineam ſubſero; vineâ ſubſeritur.*

Tranſero, evi, vel rui, de loco uno in alium ferendo ſero & planto, Forſætter / forfører. Unde *rami tranſerti in aliena arbore,* Forſaat / flyt oc podt.

Vitiſator, oris, m. t. Virg. qui vites ſerit. Epitheton eſt Saturni.

SERPO, is, pſi, ptum, n. t. propriè animalium eſt pedibus carentium, ſoloq; ventris nixu ſe promoventium; ab ἕρπω ejusdem ſignificationis, Kryber / ſlæber ſig fræm paa Kroppen. *Serpunt anguiculi. Vipera ſerpit humo.* Inde transfertur ad alia. Ut, *caules quarundam herbarum per terram ſerpunt,* i. e. ſpargunt ſe & dilatant. *Per omnium vitas ſerpit amicitia,* i. e. ſpargitur, creſcit & dilatatur. Item, *humi ſerpere dicuntur ſcriptores,* qui nimis humili utuntur genere dicendi.

Serpens, tis, com. t. animal quodvis pedibus carens, & ſolo corporis nixu ſe promovens. Et peculiariter ferum illud genus veneno infeſtum, Hugorm / Slange. Inde dicitur de quibusdam pedes habentibus, quibus tamen repere potius, videntur, quàm incedere, ut ſunt lacertæ, rubetæ, bufones.

Serpentinus, a, um, quod eſt ſerpentis. Ut *vox ſerpentina,* Orme huidzel. Et translatè, *verſus ſerpentinus,* quòd in ſe recurrat initio conſentiente fini. translatâ ſignificatione à ſerpente, quæ cauda ori inſerta circularem facit figuram.

Serpula, æ, f. pr. antiquis idem, quod ſerpens.

Serpillum, n. ſ. nomen herbæ humi ſerpentis quæ & græcè ἕρπυλλον, Vild Timian / vor Fruis Senge halm.

Serperaſtrum, n. ſ. curriculum puerile, quo ſc. puer diſcit ambulare à ſerpendo ſic dictum, Gange vogn. Exponitur & inſtrumentum, quod geniculis cruribusq; pueri alligatur dum ambulare diſcit, ne varus fiat aut competnis.

Serperaſter, ſtri, m. ſ. Cicer. eſt homo avariſſimus & ſordidiſſimus, quales erant prætorum & proconſulum comites, alludente joco ad aliam vocis originem ex ſono, ut ſit quaſi omnia radens, raſtro aſſimilis per humum ſerpenti & radenti, Rage ad ſig / plage fogit. Aliter à ſerpente, ut ſit dictum de homine viliſſimo & perniciosiſſimo, quaſi ſerpentis proles. Item aliter legitur ex conjectura, cerberaſter, quaſi homo famelicus, & ad pecuniam tanquam cerberus ad offam latrans.

Compoſita.

Inſerpo, is, Stat. in aliquod ſerpo, Kryber ind paa noget. *Jam ſomnus avaris inſerpit curis.*

Proſerpo, is, n. t. portò ulterius vel foràs ſerpo, Kryber vd / frem. *Beſtia proſerpens.*

SERRA, æ, f. pr. Inſtrumentum dentatum quo ligna & tabulæ vel tenuiſſimæ ſecantur à ſeco: vel à ſtridore & ſono quem edit, Saffue. Inde, ſerrâ præliari dicitur, cum aſſidue acceditur & receditur, neq; ullo conſiſtitur tempore. Item ſerra, genus piſcis marini, qui & Priſtis & phyſeter.

Serrula, æ, f. pr. parva ſerra.

Serrarius, m. ſ. qui ſerra ſecat, Saffſkærer.

Serratus, a, um, in modum ſerræ denticulatum. Ut *ſerrati dentes,* qui ad ſimilitudinem dentium ſerræ pectinatim ſunt ſtipati. Item *nummus ſerratus,* cui erat ſerræ nota impreſſa.

Serrata, æ, f. pr. nomen herbæ.

Serratula, æ, f. pr. herbæ nomen.

Compoſ.

Conſerratus, a, um, ſerræ in modum denticulatum. Ut *Criſta galli conſerrata.*

SERVO, as, act. pr. proprie in periculis & ab interitu aſſero, libero, incolumem præſto: ab ἐρύω conſervo, incolumem præſto: vel à voce ſervus, q. ſervum facio, & ex belli faucibus ereptum, incolumem præſto, Beſholder i liffue / frelſer / redder / bevarer / beſkytter oc beſkærmer. *Dii patrii, ſervate domum, ſervate nepotem.* Inde caveo, abſoluta quadam ſignificatione, & oculos ſolicite adhibeo ad cavendum aliquid, Tager vaare paa. *Tuus ſervus ſervet, veneri ne eas det. volumen literarum tuarum ſervo diligentiſſimè,* Giemmer. Item teneo, Holder eller haffuer. *Servat ſub imagine falcem.* Item inhabito, poſſideo, Beſidder. *Nymphæ ſylvas & flumina ſervant.* Item recupero. Ut, *empta aqua & ſervitute fundo impoſita, pretium ſervare poſſumus,* Faa vor omkoſt igien. Item teneo & tueor, Holder ved / haffuer vd i act. *Servat modum, ordinem officium, inſtitutum, promiſſum, æquitatem, verecundiam, decorem.* Et *ſervare amicitiam ſumma fide,* i. e. tueri, Holde venſkab. Sic *ſervare pacem cum aliquo.* Item *ſervare de cœlo,* verbum augurale fuit, & auſpicia de cœlo obſervantis. Significat enim augurem aliquid obſervaſſe, vidiſſeq; in cœlo, h. e. in aëre, quo ſervato cum populo non licebat agere: ut ſi fulſiſſet, ſi tonuiſſet, ſi tactum aliquid de cœlo fuiſſet.

Servans, tis, tior, tiſs. amiſſo tempore, qui ſervat. Ut, *ſervantiſſimus æqui,* Holder ved.

Servabilis, le, om. t. quod ſervari poteſt. Ut *caput nulli ſervabile.*

Servator, oris, m. t. qui ſervat & liberat. *Servator meæ ſalutis,* Frelſere.

Servatrix, icis, f. t. idem in ſexu fœmineo. Ut *ô mea ſervatrix Bacchis. natum ſervatrix ſui,* i. e. cuſtos.

Servatus, a, um, quem ſervavimus, Frelſt / bevart / holt i liffue.

Compoſita.

Aſſervo, arctè & apud me ſervo, Giemmer / bevarer / forvarer vel oc faſt. *Aſſervare tabulas. aſſervare hominem domi. aſſervatur privatis cuſtodiis.*

Aſſervatus, a, um, quod aſſervavimus, Bevart / forvaret. *Appii tabula negligentius aſſervatæ.*

Conſervo, as, idem quod ſervo, Redder / forvarer / beſkermer. *Te ab omni periculo conſervabit.* Item cuſtodio, Holder / beholder. *Conſervare ordinem, benevolentiam &c.* Sic *conſervare majeſtatem,* Holder ſin Reputatz / ſin Stat.

Conſervatus, a, um, quod conſervavimus.

Conſervator, oris, m. t. qui conſervat.

Conſervatrix, idem in genere fœmineo.

Conſervatio, onis, conſervandi actus, Bevarelſe / Beſkærmelſe.

Obſervo, as, quaſi oculis mentis & corporis ſervo, circumſervo ob oculos habeo, ne quid noceat, ne quid præ-ſereat, Tager vare paa/ ſeer til. *Obſerves filium quid agat. obſervabit abeuntes & redeuntes.* Item, obſervo virtutis aut dignitatis gratia, oculis ſervo, colo, veneror, Tager vare paa til tieniſte / acter oc ærer. *Arianus ab adoleſcentia me obſervabit ſemperq; dilexit,* Vaar ret paa mig / haffde mig i act / haffde act paa mig.

Obſervans, tior, tiſs. qui obſervat honoris gratia. Ut, *homo eſt mei obſervantiſſimus,* ærbydig / ſom vocter paa anden med ald ære oc tieniſte.

Obſervantia, æ, f. pr. obſervantis ſtudium & officium, Paavarelſe / æris beviſning / æractig tieniſte / ære tieniſte.

Obſervabilis, le, om. t. Quint. dignus ut obſervetur & honoretur.

Inobſervabilis, le. Plin. quod obſervari non poteſt. Ut *curſus inobſervabilis.*

Obſervatio, onis, obſervandi actus, Paa actelſe. *Obſervatio operis alicujus.* Item idem quod obſervantia. Ut, *Marcello ſua obſervatio reddatur,* ære oc tieniſte.

Obſervatus, a, um, quod obſervavimus, Acret / giffuet act paa: *Hæc obſervata in uſu dicendi.* Et *tribus officiis ab aliquo obſervatus,* æret oc actit.

Obſervatus, us, m. q. idem, quod obſervatio. Ut *ex obſervatu dicunt eum equum habere annos ſedecim.*

Inobſervatus, non obſervatur, Det mand icke tager vaare paa / vden vaare tect. *Puer inobſervatus. Inobſervata varietas.*

Inobſervabilis, quod obſervari non poteſt, Det mand icke kand tage vaare paa eller acte. *Curſus inobſervabilis.*

Obſervito, as, Cic. ſtudioſè obſervo, Giffuer nøy act paa.

Reſervo, as, in aliud tempus ſervo, Holder tilbage til en anden tid. *Præſenti ſermone cætera reſervantur. ad pœnam ipſum reſervavit.*

SERVUS, vi, m. ſ. qui ſui juris non eſt, ſed alieno dominio ſubjectus, à ſervo, quaſi qui in bello ſervatus in mancipium, cum jure occidi poterat: vel potius ab antiquo erus & ἔρῳ ejusdem ſignificationis, interpoſito digamma. Unde & eritudo dicebatur, antiquis pro ſervitute, Tienere / Liffttienere. Vide adjectivum infra.

Servulus, m. ſ. parvus vel ignobilique ſervus, Smaadreng.

Serva, æ, f. pr. idem in ſexu fœmineo, Tienerinde / tieniſte Pige.

Servula, æ, f. pr. parva vel ignobilior ſerva.

Servilis, le, om. t. quod ſervorum eſt, vel ad ſervos pertinet. Ut *ſervilis conditio, ſervile officium. ſervilis indoles. ſervile jugum.*

Serviliter, more ſervorum, abjectè & timidè. Ut, *ne quid ſerviliter muliebriterve faciamus.*

Servio, vis, ivi, itum, n. q. ſervi miniſterio fungor, Tiener. *Servio domino meo ſedulo.* Indè *ſervire rei,* eſt rei augendæ incumbere. *Servire poſteritati, valetudini, honori, dignitati, vel commodis,* eſt eorum rationem habere. *Servire tempori,* eſt tempori ſe accommodare, Lempe ſig. Et *ſervire ſcenæ* pro eodem. Item *prædia ſervire* dicuntur, in quibus venditor ſibi aliquam ſervitutem reſervavit, Naar aff noget godz gaar tieniſte / ſaa ſom oc godz der gaar Jordſkyld aff. Dicimus etiam: *Servire ſervitium, ſervitutem & ſervitute.* Item

ſervior pro miniſtror. Ut *ſervis paucioribus ſerviri.* Item impersonaliter: *Communi utilitati ſervitur.* Legitur & in Plauto futurum ſervibo.

Servitium, n. ſ. ſerviendi actus, vel ſervi conditio, Tieniſte. *Pro hoc ſervitio multum tibi debeo. ſervitio exire non licet.* Item, ſervitium pro ipſis ſervis, ſed frequentius numero plurali. Ut *ad evertendam Rempublicam concitabit ſervitia.*

Servitus, pen. corr. utis, f. t. idem quod ſervitium, pro ſerviendi actu, & ſervi conditione, Tieniſte.

Servitritius, a, um, Plauto ficta voce, q. d. ſervitio tritus. Ut, *ſtabulum ſervitritium,* pro ipſo ſervo. Aliter *ſervitricium ſtabulum,* q. ſervitricum ſtabulum à ſervitricibus.

Servus, a, um, quod ſervilem conditionem refert. Ut *ſervum prædium,* Wfri godz / gaard oc grund ſom giffuer Jordſkyld. Sic *ſervum pecus,* Som gaar lei aff. *Homo ſervus* qui ſervili eſt ingenio & conditione. Sic *ſervum pectus.* Item *ſerva aqua,* quæ vel qualis, à ſervis bibitur.

Compoſita.

Conſervus, qui cum alio eidem domino ſervit, Medtiener.

Conſerva, f. pr. idem in ſexu fœmineo.

Conſervitium, commune ſervitium, Medtieniſt.

Perrenniſervus, Plaut. ficta vox pro ſervo, qui perpetuò ſervit uni domino, Gaar bunden / gammel i gaarde.

Compoſita alia.

Aſſervio, is, ad nutum alicujus non tam amore quam mei commodo ſervio, Tiener for øyne. *Toto corpore contentioni vocis aſſerviunt.*

Deſervio, is, humiliter & obnixè ſervio, Tien til haand oc foed. *Cum mihi deſervis, non ſatis tuæ valetudini ſervis.*

Inſervio, is, ſerviendo officium præſto, Tien en til vilie. *Huic tu inſervies.* Sic *inſervire honori, commodo alicujus,* Vere om hans ære / vere paa hans gaffn. Et cum Accuſativo apud Plautum. *Inſervire unum amantem.*

Præſervio, is. Plaut. idem quod inſervio, præminiſtro, Tiener til haand oc foed. *Amanti patri præſervit.*

Subſervio, diligenter & ad nutum alicujus ſervio, Tiener med vnderdannighed. *Dote feroces mulieres ſibi ſubſervire viros volunt.* Et translatè *ſubſervire orationi alicujus,* eſt ea dicere, quæ pertinent ad confirmandam ejus orationem, Sige det ſamme en anden / ſam tycke oc tale efter andens tale.

SERUM, ri, pr. prod. n. ſ. tempus eſt veſperaſcentis diei, ſeu diei pars poſterior & extrema ab ἔρῳ, terminus, finis, quaſi diei & lucis finis, ut Græcorum ἔρφνη, tenebræ, ſimili ratione q. ἔρῳ φαεινῆς, i.e. finis lucis, Silde dags / ſilde. *Inſerum usq; patebat cubiculum. inſerum protrahebatur dimicatio.* Et cum adjectione. *Serum diei eſt. pugna extrahebatur in ſerum diei.*

Serus, a, um, quod ſerum diei refert, & ſit ſub exitu temporis, & quaſi poſt tempus, Silde. *Meſſis ſera, æſtas, mors, vita craſtina.* Et *ſerus convivia Tonantis,* qui ſero moritur. *Serum lumen,* eſt nocti vicinum: *Seræ frondes,* ſerò cadentes. *Homo ſerus,* qui ſenibus parentibus vel avis naſcitur. Ut *ſeri nepotes.* Et cum caſu: *ſeri ſtudiorum,* i. e. parùm docti & periti. Item ſerus translatè, triſtis, infauſtus. Ut *ſera omina. ſerum bellum.*

Sero,

Sero, adverb. modo ſero. Ut *eo die alter conſul venit ſerò*, i. e. veſpere poſt occaſum. *Medicina ſerò paratur*, i. e. poſt tempus, For ſilde. Sic *ſerò veniſti. acto negotio. hoc ſerius à me factum eſt*, i. e. tardius. *Seriſſimè Tarentina legi*, i. e. tardiſſime.

Serotinus, a, um, quod ſerò fit. Ut, *tempus ſerotinum*, Qvæld/Affrens tid. *Fructus ſerotini*, Silde moed fruct. *Pulli ſerotini*, Silde fød.

SERUM, ri, n. ſ. pr. corr. pars lactis aquoſa & tenuiſſima, quæ coagulato ſubſidet, & ex caſeo exprimitur ab ὀρός ejusdem ſignificationis, Valde.

Sereſco, is, n. t. in ſerum abeo & convertor. Ut *lac igne ſpiſſatur, frigore ſereſcit*. Item ſiccus fio. Ut *ſereſcunt veſtes ad ſolem diſpanſæ*. Verum in hac ſignificatione alii dictum volunt pro ſereneſco à ſerenus.

Seroſus, a, um. Ut *lac ſeroſum*, quod in ſero ex nova agitatione exiſtit, Saaſom Faare vaalde eller Kierne melck.

SESQVI, adverbium ſignificans tantundem & ejus dimidium q. ſemis æqvum, halffanden gang. *Senarius numerus ſeſqui major eſt quaternario pes metricus aut alteri æqualis, aut altero tanto, aut ſeſqui eſt major.*

SETÆ, arum, cujus ſingular. ſeta f. pr. pr. prod. propriè pili ſunt ſuilli: & peculiariter in dorſo exſtantes, quaſi ſuetæ à ſue, Suin haar/Suin byrſte. Inde aliorum animalium pili duriores, rigidiores, Strii haar. *Setæ equinæ, ſetæ leonis*. Item ſeta pro barba rigidiore, Stifft oc ſtruſſæg. *Setis labra mihi compungit barbæ*. Item tropicè ſeta, funiculus ſetaceus, quo capiuntur piſces, Mædeſnore/Mædeſime.

Setaceus, a, um, quod ex ſetis conſtat. Ut *funis ſetaceus*, Giort aff Suinne haar/ eller andit ſaadant/ ſaaſom Tyr mand turer med/ eller Tømme ſtreng. *Cribum ſetaceum*, Haar ſold eller Sicte.

Setoſus, a, um, ſetis plenum. Ut *ſetoſæ aures. ſetoſus aper*. Et *ſetoſa barba*, quæ rigidioribus pilis eſt, inſtar ſetæ.

Compoſitum.

Biſeta, Feſt. porca à cujus vertice ſetæ bifariam dividuntur, qvum jam incipit eſſe major ætate ſex menſium.

SEV, Particula disjunctiva, quâ jungimus ea, quorum alterum, non utrumq; affirmamus, quaſi ſeve, ſe ſignificante privationem & negationem, & ve alterius conditionem: ubi quidem eſt conjectura ſed ita ut alterum tantum affirmetur, quanquam & pro ſive ſub æquali conditione ponitur, Enten/huad heller/eller och. *Hæc ſeu rectè, ſeu perversè facta ſunt, egomet feciſſe confiteor. O fortunatum hominem, qui ejusmodi nuncios, ſeu potius Pegaſos habet*, Eller och.

SEVERUS, a, um, rior, riſſimus, pr. corr. qui animo eſt in aliquem durus, aſper & ſævus, ſed cum aliqua ſpecie juſtitiæ, à ſævus: vel quaſi ſemper verus non mutabilis, Haar oc ſtreng. *Pater ſeverus in filium. judex ſeverus in facinoroſos*. Item gravis, Alvorligen oc ſtreng. *Severus vitâ. ſeverus vultu*. Et *vita ſevera, vultus ſeverus*. Item, quod horrorem aſpectu incutit. Ut, *amnis Cocyti ſeverus*. Sed & hoc loco exponitur ſævum, implacitum, vitabile. Sic *Neptunus ſeverus*.

Severè, rius, riſſi: modo ſevero, Alvorligen / ſtreng geligen. *Graviter & ſeverè voluptatem ſecernit à bono. Hoc tibi ſeveriſſimè tribuo.*

Severiter, antiq. idem.

Severitas, atis, f. t. ſeveri affectus & animus, Strenghed/haardhed. *Imperii ſeveritas.*

Severitudo, Plaut. idem. Ut *ſeveritudo frontis, vultus.*

Compoſita.

Aſſevero, as, n. pr. ſeverè affirmo, & in affirmatione perſto, Staar faſt paa noget med min tale / ſtadefeſter. *Aſſeverant ex atomis mundum eſſe perfectum, aſſevero de his rebus.* Et paſſivè, *aſſeveratur in hoc*, i. e. affirmatur.

Aſſeveratio, onis, aſſeverandi actus. Ut, *aſſeveratio auctorum*, quâ aſſeverant illi.

Aſſeveranter, Cic. modo aſſeverante. Ut, *aſſeveranter loquitur*, Faſteligen / med alvorlighed.

Aſſeveratè, Gell. idem. Ut, *tragœdias aſſeveratè actitavit*, i. e. verbis aſſeverantibus.

Perſevero, as, quaſi ſeveritate quadam animi & conſtantiâ perſto, Er oc bliffuer hart ved/ſtadig oc turende i ſin mening. *In eo facto perſeverat.* Et imperson. *perſeveratum eſt ab initio.*

Perſeverans, om. t. quod cum perſeveratione fit. Ut, *perſeverantiſſimum colendorum agrorum ſtudium*, Frem turende.

Perſeveranter, modo perſeveranti, vel cum perſeverantia, Stadeligen/varende/ turende. *Rem cœptam perſeveranter tuetur. perſeveranter ſævit.*

Perſeverantia, æ, f. pr. perſeverantis ratio & affectus, Stadig oc frem turende ſind/ ſtadighed.

Perſeverus, a, um, Tac. valdè ſeverum. Ut, *perſeverum imperium*, Megit ſtreng.

SEX, nomen numeri à Græco ἕξ, ejusdem ſignificationis, Sex.

Sexaginta, decies ſex, Treſindz tyffue. *Sexaginta decreta. ſexaginta libri.*

Undeſexaginta, uno dempto de ſexaginta, Nij oc halffe trediſindz tyffue.

Sexagenus, a, um, numerale diſtributivum, ſed frequenter pro cardinali uſurpari ſolitum. Ut, *ſexageni milites*, i. e. ſexaginta. *Sexagena millia modiorum*, i. e. ſexaginta.

Sexagies, i. e. decies ſexies, Treſindztyffue gange. *Sexagies hoc à te petii.*

Sexies, ſex vicibus, Sex gang. *Sexies conſlixit.*

Sextus, a, um. Ultimus vel unus ex ſex, Den Siette. *Sexta ætas.*

Sextarius, ii, m. ſ. nomen menſuræ continens ſextam partem congii, h. e. minas duas ſeu cyathos duodecim, Saaſom en Potte. Eratq; menſura tam ſiccorum quam liquidorum.

Sextilis, m. t. menſis qui ab Auguſto Cæſare nunc Auguſtus dicitur, ſic dictus, quod ſextus ſit à Martio, Høſtmaanit.

Seni, æ, a, numerus diſtributivus à ſex, ſed pro cardinali uſurpari ſolitus. Ut, *puer ſenum annorum.*

Sena-

Senarius, a, um, quod sex in se continet. Ut *numerus senarius. versus senarii*, qui constant sex pedibus.

Senariolus, versus est senarius. Et senarioli, pauci quidem versus senarii.

Senio, onis, m. t. latus tali, sex puncta continens, ejusq; jactus antiquis interdum erat perutilis; interdum damnosus, Sex øyne paa Terningen.

Sextans, tis, om. t. sexta pars assis, i. e. unciæ duæ, Fire lod/ thu vnce. Item mensura continens sextam partem jugeri. Item sextans, duo chalci, quem sicula lingua ἕξτων & dictum ajunt. Item sextans, numulus æreus, tertiâ parte minor quadrante.

Sextans, tis, m. t. pondus decem constans unciis, q. cui deest sextans, Tj vnce / tyffue lod.

Sextantarius, a, um, quod mensuram habet sextantis. Ut, *pondus sextantarium.*

Sextula, æ, f. pr. Cic. idem quod sextans.

Composita.

Bisextus vel Bissextus m. s. dies intercalaris, qui quarto quoq; anno interseritur, ut anni ratio cum cursu solis conveniat: dictus quod bis, h e. duobus diebus continuis numerarent sexto Calendas Martias duos scilicet dies pro uno computantes, Skudaars Dag. Erat autem huic intercalationi constitutus certus dies in mense Februario, nempe 24. cum 25. biduum scilicet pro uno die.

Bissextilis, ut annus Bissextilis, Skudaar.

SEXUS, us, m. q. natura & habitus, quo mas & fœmina discernuntur, à græco ἕξις, habitus & natura, Kiøn *Sexus virilis*, Mandkiøn. *Sexus muliebris*, Qunkiøn. Erat & olim gen. neut. ut *virile sexum.*

SI, Conjunctio, conditionalis ab *et*, ejusdem significationis, Dersom *Morior si id mihi accidat si illum relinquo, ejus vitæ timeo.* Item interdum addubitando suspendit sententiam, Om. Visam, *si domi est: dicito, si pascuntur apes.* Ponitur & interdum pro post quam, simulatq;. Ut *Herus, si redierit, molendum usq; in pristrino. jam ego revertor intrò, si ex his quæ volo, exquisivero.* Item pro quia, seu siquidem. Ut, *si qua cœlo est pietas. si benè quid de te merui, miserere domus labentis.* Item pro etsi. Ut, *nam si ego digna hac contumelia sum maximè, at tu indignus qui faceres tamen.* Item pro utinam. Ut, *si nunc se nobis ille aureus arbore ramus ostendat. ô mihi præteritos referat si Juppiter annos.* Item pro sive. Ut, *sinito ambulare, si foris, si intus volent. si media nox est, sive est prima vespera. Here, si ego taceam seu loquar.* Subauditur etiam interdum. Ut, *roges me quid sentiam, nihil respondeam*, i. e. si roges. Sic, *assensero, rogavero*, i. e. si assensero si rogavero.

Sive, Conjunctio, plures in oratione partes statuens sub æquali electione, ut quæq; æque vera sit, à si et ve, Huad eller. *Sive sic est, sive illo modo, nihil moror.* Ponitur & pro vel. Ut, *nil perturbatus hoc discessu, sive potius turpissima fuga.*

Etiamsi, Conjunctio quasi dicas: si etiam, Dersom end oc/ Enddog. *Etiamsi id assequi nequeas tamen &c.* Gaudet etiam verbo Indicativi modi. Item sæpe divisim legitur, etiamsi.

Etsi, Conjunctio notans unius partis orationis adversationem in alteram, Enddog. *Ibo, quò mihi imperatum est, etsi domum hanc odi. Etsi sæpius me mones; tamen non faciam.* Gaudet autem imprimis verbo indicativi modi

quamvis aliquando cum subjunctivo inveniatur. Ut *etsi illis plane orbatus essem.*

Tametsi & per extritionem tametsi: Conjunctio adversativa, idem valens, quod quanquam vel etsi, Endog. *Tametsi vicisse debeo, tamen de meo jure decedam. Non mehercule quæ loquor crederem judices, tametsi vulgo audirem.* Et in principio epistolæ: *Tametsi nihil mihi optatius fuit, quam &c. tamen afficior summo dolore, ejusmodi tempora consecuta esse.*

SIBILUS, & antiquè sisilus, m. i. pr. prod. sonus exilis, qui fit ore compressis dentibus & parum diductis labris: sic dictus per onomatopœjam, ut & Græcorum σίζω de stridore & sibilo, quem emittit ferrum candens cum in aqua exstinguitur, Huidsel. *Sibilo equum allectat, quo libentius bibat. sibilis è scena explodituv.* Dicitur & de aliis. Ut, *sibilus rudentum. sibilus venti*, Hvinen.

Sibilus, a, um, quod sibilat. Ut, *om sibila*, Huidslende. *Sibila serpentum colla*, i. e. sibilantes serpentes.

Sibilo, as, & antiquè sisilo, n. pr. sibilum edo, Huidsler. *Homo modestus non sibilat*, i. e. sibilo explodit.

Sibilator, & antiquè sisilator, oris, m. t. qui sibilat, vel autem sibilandi callet.

Composita.

Exsibilo, as, act. pr. sibilando explodo, Huisler en vd. *Histrio sibilatur atq; explodituv.*

Insibilo, as, n. pr. idem quod sibilo. Ut *trux insibilat Eurus. membra insibilat ignis.*

SIBINA, æ, f. pr. correpț. prioribus. Illyricis appellabatur genus telæ venabulo simile. Estq; conjectura, esse id genus, quod Gell. Scibones nuncupat. Scribitur & Sybina. Item Sabinum.

SIBUS, Fest. antiquè pro calido & acuto q. sobus, à σοφὸς sapiens.

SIC, Adverb. comparationis, pro eadem ratione & modo, quasi sice seu sique à si & syllabica ce vel que: ut nec à neq;, Saa/lige saa. *Sive sic est, sive illo modo. Sic apud illum fui, tanquam domi meæ. loqvutus est Cæsar sic, ut nullus unquam. Græcas literas sic avidè arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens.* Item interdum est adverbium optandi. Ut, *sic pater illum Deum faciat, sic magnus Apollo.* Item affirmativè respondendo. Ut *itane res se habet? sic est.* Item intendendi pro valdè. Ut, *nec ego rebor sic multorum id opus dierum esse.* Item duplicatur majoris expressionis causa. Ut, *sic sic juvat ire sub umbras.* Item interdum adverbialiter, pro nomine talis. Ut, *sic mihi usus est*, i. e. talis. *Sic ego sum*, i. e. talis. *Sic ingenium meum est*, i. e. tale. Ponitur & pro ideo. Ut, *sic frangor sæpe misericordia.* Item pro itaq;. Ut, *visne dicam? sic opinor. Hic apud nos hodie cœnes? Resp. Sic tales Dii te ament*, i. e. itaq; sicce apud Plaut. Ut *sicce placidè mulierem tangit*, i. e. sic.

Siccine, adverb. interrogantis, pro an sic. Ut, *siccine tu illam? siccine nos habes ludibrio omnes.*

SICA, æ, f. pr. pr. prod. gladius brevis, latus, levissimè falcatus, facilisq; sub veste occultat. Ad insidiandum, à seco quasi seca, Tesack eller Sabbel. Aliter etiam exponitur, culter ferreus pungendo magis quam cædendo, Pundert/ Daggert/ Dolck.

Sicula, æ, f. pr, parva sica.

Sicarius

Sicarius, m. ſ. qui ſica hominem proditoriè, & ex inſidiis interficit, vel ſicam maleficii alicujus gratia gerit, Morder.

SICCUS, a, um, propriè qui vitam tenuiore victu colit à σικχὸς, i. e. μικρὸς σῖτος exiguus cibus, exigua annona: vel μικρόσιτος, qui eſt exigui victus & cibus. Ut, *ſiccus ſenex*, i. e. avidus, avarus, tenax, ſordidus, qui tenuius vivit & agit, quàm res ſua eſt: quod & nos exprimimus, Sed/tør. Inde ſignificat ſobrium, Affholden/ædruelig/ædru. *Homo ſiccus, frugi, continens, amans uxoris. Vos vino pantices madefacitis, ego etiam ſiccus ſum.* Sic *ſicca mens*, i. e. ſobria, firma. Item *ſicca ſuccida puella* quæ corpore quidem ſuccido eſt: ſed aliàs non ſputatrix, vel etiam quæ ſobria eſt. Item ſiccus, idem quod proprie aridus: quodq; eſt ſine humore, unde & à ſucco per antiphraſin deducitur, Tør. *Sicca rupes ſicca arena. ſicca hyems.* Ponitur & abſolutè *in ſicco*, pro in ſicco loco. ſicca terra, Paa det tørre. *Non reverſus in maria in ſicco exſpirabit. fulicæ in ſicco ludunt.*

Siccè, modo ſiccio, Tørt. *Sicce ſtabulantur.* Et, *ſicce dicit*, i. e. preſsè & ſubtiliter.

Siccitas, atis, f. t. ſicci ratio, Tørhed/tyrcke. *Siccitas aëris. ſiccitas regionis. ſiccitas paludum. ſiccitas orationis.* Et *ſiccitas corporis*, i. e. firmitas & gracilitas.

Siccesco, is, n. t. ſiccus fio, Tørris/vorder tør. *Aquilonem prænunciat terra ſiccescens repente.*

Sicco, as, act. pr. ſiccum facio, reddo, Tørrer/giører tør. *Mergit limo ſiccatq; ſole. ſiccat atros veſte cruores. ſiccat vulnera lymphis. lacrymas ſiccaverit ardor.* Item *ſiccare calices*, eſt exhaurire. *Siccare ubera*, eſt mulgere, q. d. Tømmer.

Siccaneus, a, um, quod naturaliter ſiccum eſt; vel nullo humore irriguum aſperſumve. Ut, *prati ejus duo genera: alterum ſiccaneum; alterum irriguum.*

Compoſita.

Aſsicco, Colum. valdè & diligenter ſicco. Ut *herbas aſſiccato, in ſole aſſiccabit.*

Aſsicceſco, is, Colum. totus fio ſiccus, Slæt tørris. *Grana aſſiccescunt ſoli expoſita.*

Abſicco, as, ſiccando aufero. Ut, *abſiccare ſuccum.* Exſicco, deſicco, ſubſiccò, ejusdem ſignificationis, inquit Perottus.

SICERA, æ, f. pr. Hebræa origine, omnis potio, quæ inebriare poteſt; ſive vinum ſit, ſive ex ſucco pomorum palmarum aut frugum.

SICLUS, m. ſ. numus Hebræus, qui & Græcis & Latinis ſtater dicitur, valens quatuor drachmas Atticas ſeu viginti obolos ab Hebraico Secel, ejusdem ſignificationis, en halff Daler. Iſidorus, vero docet ſiclum apud Hebræos fuiſſe unciæ pondus. Apud Græcos autem & Latinos, quartam partem unciæ & ſtateris medietatem drachmas appendentem duas: Undè, inquit idem, cum in literis divinis legitur ſiclus uncia eſt, Tu lod eller en Daler. Cum vero in gentilium libris quarta pars unciæ eſt.

SIDUS, deris, m. t. pr. prod. ſignum cœleſte pluribus ſtellis conſtans, ut aries, taurus &c. ſic dictum, quòd occidens in mare ſubſidere videatur, vel quod inſideat cœlo, Himmel tegen. Inde tropicè ponitur, pro ſtella.

Sideralis, le, om. t. quod ad ſidus pertinet. Ut, *ſcientia ſideralis.*

Sidereus, a, um, quod ſideribus conſtat. Ut *ſiderea ſedes, cœlum ſidereum.* Et translatè fulgens & lucidum. Ut, *ignes ſiderei.* Item altum. Ut, *Coloſſus ſidereus* quaſi qui ad ipſa ſidera pertingit.

Sideror, aris, paſſiv. pr. ſidere peſtifero afflor: propriè q; de arboribus dicitur, cùm per ſideris cujuſpiam, & præcipuè caniculæ exortum, æſtu vehementer invaleſcente, aut alia quavis ratione, humor conſumitur, totæq;, vel aliqua ſui parte, ſubitò inareſcunt, Viſner/forner. Inde transfertur ad animalia, tum ſimili ſideris afflatu aliqua ſui parte cariem oſſium patiuntur, ita ut ſubito ea pars cum ipſis etiam oſſibus inareſcat, omnemq; prorſus ſenſum amittat.

Sideratio, onis, f. t. ipſe morbus, quo quid ſideratum eſt. Ut *ſideratio arborum*, Viſenhed/hallenhed. *Sideratio animalis*, Naar nogit led eller lem haffuer miſt all ſantz oc følelſe. Exponitur & apoplexia, cum homo repente concidit, motu, ſenſuq; privatus, reſpiratione etiam læſa, Popelſie ſlag.

Sideratus, a, um, quod ſiderationem patitur. Ut, *arbor ſiderata*, Hallend/viſnet træ. *Membrum ſideratum*, Forviſen.

Compoſita.

Conſidero, as, act. pr. quaſi ſidera mente luſtro: & inde rem quamcunq; contemplor, Giffuer act paa. *Conſiderare vitam alicujus.* Et abſolute reputo ſeu cogito, Betæncker/offuervejer. *Conſidera quid facto opus ſit.*

Conſideratus, a, um, quod conſideravimus, Betænckt/offuervejet.

Conſideratè, modo conſiderato, Med betænckt hu oc raad/betænckeligen. *Conſideratiſſimè fecit.*

Conſideratio, onis, conſiderandi actus, Betænckelſe.

Conſideratus, a, um, nomen. Ut, *homo conſideratus*, Acteſom Betænckende.

Inconſiderans, tis, om. t. non conſiderans & qui agenda vel facta non conſiderat, Wactſom/ſkødeløſ.

Inconſiderantia, æ, f. pr. Inconſiderantis vitium, Skødisløſhed/wactſomhed.

Inconſideratus, a, um, tior, tiſſimus. Idem quod inconſiderans. Ut, *homo inconſideratus. fama popularis inconſiderata. cupiditas inconſiderata.*

Inconſideratè, adverb. modo inconſiderato.

Deſidero, as, pr. act. q. ſidera affecto. Unde translatè, rem gratiſſimam opto, affectoq;, Attraer/lengis effter. *Deſiderant te oculi mei. deſidero parentem, filiam &c.* Et quia ſic abeſt, quod deſideramus, ponitur pro fruſtrà quæro, Søger/læder til forgeffs/mangler/fattis. *Deſidero in te eloquentiam, diligentiam &c. multi deſiderabantur milites*: ſcilicet qui in acie cæſi poſt in recenſione non comparuerunt.

Deſideratio, onis, actus quo aliquid deſideramus. Ut *deſideratio tui*, quâ te deſidero, Attraa/Lengſel.

Deſiderabilis, om. t. quod deſideratur, Begerligt/det ſom mand lengis effter. *Nihil deſiderabile concupiſcunt.*

Deſideratus, a, um, quod deſideravimus, vel deſideramus, ynſkeligt/attraalig.

Deſiderativum, verbum Grammaticis quod ſignificat actionem cum deſiderio. Ut, *Eſurio.*

Deſiderium, n. ſ. deſiderantis affectus, i. e. intenſus appetitus placitæ rei, Attraa/Lengſel. *Deſiderium*

Scipionis

Scipionis, urbis: quo nimirum Scipionem & urbem desidero. *Poculum desiderii*, i. e. amatorium.

Præsideratio, est cum maturius tempestas hyberna movetur, quasi ante sideris tempus.

SIDO, is, sedi, sessum, pr. prod. n. t. ad sedendum me demitto, ab ἵζομαι, ejusdem significationis, Sætter mig ned. *Aves super arbore sidunt, mare adeo profundum, ut nullæ ibi anchoræ sidant.*

Composita.

Assido, is, di, ad aliam sido, Sætter mig neder hoss. *Simul assidamus, inquam, si videtur.*

Circumsido, Liv. ex omni parte sido. Accipitur in re militari, Belegger/omkring legger.

Consido, sedi, sessum. Una cum alio sido, Sætter mig ned med andre. Accipitur & pro consideo, Sidder. Item pro dehisco. Ut, *terra ingentibus cavernis consedit.* Et impersonalit. *considitur*, Mand sætter sig neder.

Desido, is, quasi deorsum vel multum sido. Unde translatè *desidit terra*, i. e. dehiscit, Syncker / falder ind eller vd: Quod fit in terra motu. *Desidunt maria ripis*, scilicet coercita, Haffvet sætter sig eller sættis. Item *nares desidunt*, Falder ind. Cum difficulter spiritus trahitur.

Insido, sedi, sessum, in aliquo sido, Sætter mig ned paa noget. *Apes insidunt herbis.* Et translatè, *vitia pectoribus insidunt*, pro sensim ingrediuntur & inhærent. Item passivè apud Stat. *insiditur astris.*

Obsido, is, quasi circum sido tutandi & expugnandi gratia, Omkring sætter mig / omkring legger mig / Belegger med Krigsfolck. *Occultè pontem obsidunt.*

Persido, is, n. t. idem quod persideo, Besidder/Betager. *Frigidus imber altius ad vinum persedit.*

Resido, is, n. t. Iterum ad sidendum & quiescendum me compono, Sætter mig ned igien at huile. Inde translatè, *tumida corda ex ira residunt*, Sactis/ Sættis.

Subsido, is, ad sedendum descendo, quasi subtus sido, Sætter mig ned vnder. *Subsidunt Hispani adversus tela emissa.* Inde *in Sicilia subsidet*, i. e. commoratur. Item *subsidunt flumina, mare, aqua, valles*, i. e. demittuntur seu demissa sunt, Syncker ind. Item activè, *subsidit regnum mundi*, i. e. invadit.

SIGNUM, n. s. nota & vestigium rei alicujus in oculos incurrens ad significandum aliquid, à seco, ut tignum à tego, lignum à lego: quasi sectum, quòd in re secabatur, Tegen oc Kiendemerck. *Signum pudoris, salutis, mortis.* Et in re bellica, signum, quod datur militi ad agendum sive id mutum, ut indicium aliquod; sive vocale per tubam, aut præconis vocem. Ut, *signo dato concurritur ad arma. signum pecori impressum*, Brende oc Merck paa Quæg. Item in re cœlesti, signa dicuntur sidera, quia terrestribus hic significant & portendunt. Ut *signum cœleste*, Himmel tegen. Item in re militari, Vexillum dicitur ab effigie animalium, quæ in vexillis fieri consueverunt. Ut *signa militaria quinq*, Faner/ Fennicker. Item, signa dicuntur, imagines ac statuæ sive fusæ, sive effictæ, Billeder. *Ex templo sustulit signa. signum æreum, marmoreum, eburneum. pocula decorata & ornata signis.* Item, signum, nota impressa literis, aliiq; rei ad custodiam & claustrum, Mercke/ Signet paa Breff oc ander. Item signum, quod tabernis suspendi solet, Saa som Skræder bret for døren. Item, signum, miraculum insolitum, prodigium, ostentum & augurium. Ut, *equus ejus repente concidit: quo objecto signo destitit à prælio.* Aliter à σήζω, pungo q. punctum seu punctis constans.

Sigillum, n, s. parvum signum pro imaguncula. Item pro nota literis aliiq; rei impressa.

Sigillo, as, act. pr. sigillum alicui rei imprimo. Unde Varroni quadam translatione; *Sigillare morienti oculos*, pro claudere.

Sigillaris, re, om. t. quod est sigilli, vel ad sigilla pertinet. Ut *cera sigillaris*, Vox / som mand beseglet med. *Ars sigillaris, opus sigillare*, quod imagunculis confectum est.

Sigillatus, a, um, quod sigillavimus & cui signum impressimus. Ut, *sigillatæ literæ*, Beseglede Breffue. Item sigillis & imagunculis ornatus. Ut, *scyphi sigillati.*

Signo, as, act. pr. signo imprimo, Tegner/ Mercker. *Vestigia pulvere signat.* Et *signare epistolam*, est annulo signum imprimere, Besegle Breff. Item signo indico & ostendo, Mercker / Tegner/ Viiser. *Locum signat, ubi cistella excidit.* Item *signare numeris*, est versibus aliquid scribere. Ponitur & pro designo. Ut *cœli regionem in cortice designat.*

Signaculum, n. s. Jurisconf. signum impressum, Indsegel.

Signator, oris, m. t. qui testamentis aut causis sese obsignabat.

Signatorius, a, um, quo ad signandum utimur. Ut, *annulus signatorius*, Signet Ring.

Signatus, a, um, quod signavimus, & signum impressum habet. Ut *pecunia signata, argentum signatum*, Slagen Mynt med moed paa. *Signatum sanguine pectus.* Et translatè, *virgo signata*, pro illæsa inviolata.

Composita.

Antesignanus, m. s. miles, qui ante signum militare in acie colloceatur, For i spitzen/føren. Inde translatè, *antesignanus judex.*

Assigno, as, act. pr. quasi signo sive signando alicui aliquid affirmo aut do, Tilsiger / tillegger. *Inferiorem ædium partem assignavit genti suæ.* Item imputo, tribuo, Tillegger. *Si tardius venero, assignabis id occupationibus, tempori, pertinaciæ, sceleri.*

Assignatio, onis, assignandi actus. Ut, *assignatio agrorum.*

Assignatus, a, um, quod assignavimus, Tilsagt/ tilsagt. *Agri assignati.*

Circumsigno, as. Col. ex omni parte signo, Mercker/ tegner runden om / vden om.

Consigno, idem quod signo, h. e. signo noto. Ut *consignare literas*, Besegle Breffue. *Consignare tabulas, epistolam.* Item *consignare pecunias inter aliquos*, est deponere.

Consignatus, a, um, quod consignavimus.

Consignatio, onis, sigilli impressio, Besegling.

Designo, as, quasi per signa demonstro, Tegner for/ fortegner. *Designat oculis ad cædem unumquemq; nostrum.* Et translatè, *designare Consulem, Senatorem*, h. e. decernere, deligere, & electum renunciare, Keiser/ vdvelger/ vdforer / vdrober oc forkynder. Sic *designare regem*, est electum renunciare, Hylde. Item *agrum seminario designavit*, i. e. destinavit, Vdlagde der til. Item, *omitto modò, quod designavit*, i. e. perpetravit,

travit, Quad merckeligen hand haffuer giort: *Locum ſepulchro deſignat*, Affmaler/ affſticker.

Deſignatio, onis, actus, quo deſignamus. Ut *deſignatio perſonarum, locorum, temporum*, Betegnelſe/ vdvißning/ vdkaſtning.

Deſignator, oris, qui ludis funebribus præeſt: quiq; locum, tempus omnemq; ordinem perſonis deſignabat, Skaffer eller Kogemeſter vdi nogen Begraffuelſe. Item, qui præmia certantibus deſignat & attribuit, Torneremeſter/ Pladzmeſter. Et deſignator diverſoriorum, Fuorere/ Fuorer.

Exſigno, idem quod ſigno. Unde *ſacra exſignata*, Optegnet.

Inſignis, e, om. t. quod certis ſignis ab alio diſcernitur, Merckelig/ kendelig. *Maculis inſignis, veſte, auro, pietate, virtute, eruditione inſignis.* Item *vitiis, flagitiis, turpitudine inſignis.* Item *facinus inſigne*, Merckelig ſtycke: Sive id bonum, ſive malum. Sic *inſignis Dei vis. Inſigne perjurium. res inſignis ad laudem. Epiſtola inſignis amoris notis. Inſignes boves*, qui in femine & in pede album habent q. inſigniti. Item quandoq; accipitur ſimpliciter pro magno, Stor. *Cocus non curat caudam inſignem eſſe, modo ſit pinguis.* Item abſolutè, inſigne, pro ſingulari quodam ſigno & ornamento, quo aliud ab alio ſolenniter diſcernitur. Ut *inſigne regni*, quale eſt diadema, ſceptrum. Et *inſigne regis*, pro veſte, qualis eſt trabea & hujuſmodi, quibus ab aliis diſcernitur, Kongelig klædemon. Sic *inſignia conſulis, Quæſtoris &c. Toga pacis inſigne. Inſignia militaria*, qualia ſunt vexilla, quibus acies ab acie diſcernitur, Fennicke. *Inſignia dignitatis, faſces & ſecures.* Sic *inſignia virtutis, laudis, nobilitatis. Inſignia mœroris*, ſunt veſtes atræ. *Munditiæ, ornatus & cultus mulierum inſignia, orationem variare quibusdam, quaſi verborum, ſententiarumq; inſignibus.*

Inſigniter, modò inſigni, Merckeligen/ Kendeligen. *Inſigniter diligendus eſt. Inſigniter impudens.*

Inſignio, ivi, itum, act. q. ſignis noto & diſtinguo, vel inſigne facio, Mercker/ paa tegner/ giør merckelig. *Creta inſignivit: Clypeum auro inſignivit*, pro inſignem fecit. *Cladibus inſignivit annum*, Giorde det merckeligt oc naffnkundigt.

Inſignitus, a, um, quod inſignivimus, Paa mercket/ paa tegnit. Et amiſſo tempore: *Inſignitius flagitium* pro inſigniori, Merckeligere.

Inſignitè, adverb. idem quod inſigniter. Ut, *inſignitè improbus eſt.*

Perinſignis, e, om. t. i. e. valde inſignis.

Obſigno, as, ſigno obduco occludoq;, Beſegler/ ſætter mercke eller ſeigl for. *Literas obſignavit.* Sic *obſignare teſtamenta, pecuniam*, Vnderſkriffue/ mercke/ beſeigle.

Obſignator, oris, m. t. teſtis, qui teſtamentum ſuis ſignis obſignabat.

Perſigno, as. Idem quod obſigno, vel ſignum imprimo. Ut *perſignare dona.*

Præſignis, e, om. t. valdè & quaſi præ aliis inſigne. Ut, *haſta præſignis. Facie præſignis.*

Præſigno, as, prius ſigno vel anteriori parte ſigno, Mercker eller tegner førſt / eller tegner for paa/ for til. *Furunculos ter ſaliva jejuna præſignat.*

Reſigno, as, ſignatum ſolvo, remotis ſigillis aperio, explico, Bryder ſeigl op. *Reſignat literas, teſtamenta.* Item diligenter ſigno. Ut, *priusquam arbuſculas transferas rubricâ reſignato.* Item antiquè, reſcribo, reddo, reſtituo. Ut *reſigno quæ fortuna dedit*, Skriffuer aff igien/ giffuer tilbage igien. Et translatè, *reſignare fidem*, i. e. frangere, Giøre til intet.

Reſignatio, onis, reſignandi actus. Ut, *reſignatio teſtamentorum.*

Reſignatus, a, um, quod reſignavimus. Ut *literæ reſignatæ*, Opbrut/ opløſt. *Reſignatum æs*, quod militi ob delictum detrahebatur, & in tabulas referebatur.

Subſignani, Tacit. milites, qui ſub ſignis habebantur, ſed à Legionariis diſtincti: ita dicti, quia non erant ſub aquila.

Subſigno, as. Signum teſtificandi gratia ſubtus pono. Unde, *ſubſignantur prædia ad ærariam.*

SIL, lis, n. t. peregrinâ voce, terra lutea ſeu limus quidam in argenti & auri fodinis inventus, coloris pallidi, ex qua combuſta fit rubrica, Ockergel/ Berggel.

Silaceus, a, um, ſilis colore imbutum.

SILE, is, n. t. vel ſilis, is, f. t. nomen herbæ, cujus radice vel ſemine vinum condiebant, à σέσελι, & σέσελις, ejusdem ſignificationis.

Silatus, a, um, ſili conditum. Ut, *ſilatum vinum*, quod ſilis herba vel ſemine conditum eſt. Et abſolutè, ſilatum antiquis, pro jentaculo, eò quod jejuni, vinum ſili herbâ conditum hauriebant.

SILEO, les, lui, n. ſ. pr. cor. nihil omnino ſoni aut ſtrepitus edo, ſive ore ſive geſtibus: à ſibilo comprimentis vocem, ſeu ab S, nota ſilentii ficta voce per onomatopœjam, Tier ſtille/ er taugs / tier / er quær. *Silete & tacete: ſilet arduus æther.* Et cum caſu: *hæc tu ſilebis. De monumentis ſilere oportet.* Et paſſivè, *nullum ſileatur rerum naturæ opus.* Inde nihil rerum ago, aut moveo, Er ſlet ſtille / tager mig inter til. *Silent muſæ Varronis*, i. e. Varro nihil ſcribit. Aliter à σιγάω taceo.

Silens, om. t. quod ſilet. Unde translatè, *ſilens cœlum*, pro tempore ſereno. *Silens luna*, i. e. non lucens, ſive conjunctionis tempore ſive aliò. *Silens flos*, qui non amplius creſcit & quodammodo declinat. *Silentes ſurculi*: *ſilentes vineæ*, i. e. nondum germinantes. Item ſilentes pro mortuis. Ut *ſilentum conſilium vocat*, i. e. mortuorum.

Silentium, n. ſ. ſilentis affectus, Stilhed / taugshed/ quærtiien / ſtilhed. Unde *ſilentium eſt de re aliqua*, i. e. de ea nihil dicitur. Item *ſilentium noctis*, i. e. concubium & nox intempeſta, quando omnia ſolent. Item *ſilentium lunæ*, i. e. novilunium, quandò ſcilicet non lucet, vel quandocunq; etiam extra conjunctionem non lucet.

Silentiarius, a, um, in jure, qui ſilentio utitur. Ut *ſilentiarii principum*, quos vulgò ſecretarios appellamus. Et *miniſter ſilentiarius*, qui curabat, quæ ad Palatii Imperatorii quietem pertinebant.

Sileſco, is, ſilens fio. Ut *loquente Jove ſilebant Dii.* Et translatè, *ſileſcit furor cœli.* Et *ſileſcunt turbæ*, De ſactis oc ſtillis.

Compoſita.

Conſileo, apud Ennium pro conticeo, Tier ſtille.

Conſileſco, apud Geſlium, pro conticeſco.

SILER, n. t. pr. cor. frutex nonnunquam arboreſcens & q. pumila ſalix, à voce ſalix, Vic træ.

SILEX, icis, com. t. pr. cor. omne genus lapidis quod legitur & ſecatur, ut petra, marmor, q. ſicilet, à ſectus & lectus: ut Varro Lunenſem ſilicem ſerrâ ſecari tradit, Stenmalm. Inde peculiariter, lapis durus ſilentem intra ſe ignis laticem fovens: Unde & à ſileo deducitur, Flinteſteen. Aliter à Salio, quòd facilè diſſiliat.

Siliceus, a, um, quod eſt ex ſilice. Ut *lapides ſilicei.*

SILIGO, inis, f. t. pr. corr. frumenti genus ex degeneratione tritici proveniens & pondere deficiens: ſed ex quo laudatiſſimus conficitur panis: dicta ſic à ſelectu propter præſtantiam ad panis uſum,, Rug. Legitur & græcè σίλιγνις ejusdem ſignificationis.

Siligneus, a, um, quod eſt ex ſiligine. Ut *panis ſiligineus*, Rug Brød. *Siligineum triticum*, idem quod ſiligo.

Conſiligo, nomen herbæ in ſiligine naſcentis.

SILIQVA, æ, f. pr. corr. folliculus & integumentum, cui grana leguminum includuntur, ab εἴλις vel ἕλις & ἕλυμα, involutum integumentum, Frøehueß/eller belge om erter/ bøner oc andet ſaadant. Item, fructus arboris ſiliquis tectus falcatis, humani digiti longitudine, iisq; prædulcibus, & ob id in cibis appetitis, qvum ſemen propter amaritudinem negligatur. Item, nomen arboris in Syria naſcentis. Item nomen ponderis minimi apud Romanos, continens ſextam partem ſcrupuli, decimam vero octavam drachmæ ſive vigeſimam quartam partem ſolidi: ſic dicta à ſemine arboris, Et Græn.

Siliquaſtrum, nomen herbæ, Piilunte/ Lopunte.

Siliquor, aris, d. pr. ſiliquas facio, h. e. ſiliquis tegor, Faar Belge. *Siliquantur legumina.*

SILO, onis, m. t. qui eſt naſo ſurſum verſus repando, Kent Næſet. Item qui eſt ſtantibus & prominentibus ſuperciliis, En med høye øyebryn/eller høypande: à Sileno Bacchi pædagogo, qui utriusq; formæ hujus fuiſſe legitur & pingitur, nec non pando aſino inſidens.

Silus, m. ſ. qui naſum benè exſtantem & repandum habet, Kort Næſet. Unde galeæ quoq; à ſimilitudine, ſileæ ſive ſilæ dicebantur.

SILURUS, m. ſ. σίλυρος nomen piſcis ſic dictus quia σείει τὴν ὀρχὴν, i. e. quatit caudam, Malle.

SIMILA, æ, f. pr. pe. cor. farina furfure expurgata &, ut volunt, propriè, quæ media eſt inter pollinem & ſecundarium; dicta q. ſimyla à σείω quatio, agito & μύλη mola, ipſaq; farina cribro agitata & concuſſa, cribro agitata expurgata à furfure, quale illud noſtrum, Sictet eller ſældet Mæl. Dicitur & græcè σεμίδαλις ſimili de cauſa.

Similago, inis, f. t. idem.

SIMILIS, le, om. t. pr. corr. lior, llimus quod in qualitate & forma cum re alia convenit, ab ὅμοιος ejusdem ſignificationis, Liig. *Patri filius ſimilis. Homo Deo ſimilis. Voluntate inter ſe ſua ſimiles. eorum in dicendo ſimiles ſumus, ſimilem ſui formam incluſit in clypeo. Vita beata par ac ſimilis Deorum. Quid ſimile habet homo ſerpentis & ſerpenti, ſimiles apes apum, & ova ovorum.* Et ſine caſu, *ſimilis pavor, ſimilis ratio.*

Similè, adverb. pro ſimiliter.

Similitèr, lius, llimè, modo ſimili, I lige maade/liigdan. *Similiter hæc definunt. ſimiliter facis ac ſi me roges. ſimiliter facis ac ſi quis, & cæt.* Liigeſom/ I ſaa maade.

Similares partes, medicis dicuntur in corpore, quæ in ſimiles ſibi partes dividi poſſunt, ut caro, ſanguis & ſim.

Similitas, atis, f. t. antiquis pro ſimilitudo.

Similitudo, dinis, f. t. affectus, ratio & conditio rerum ſimilium, Liighed / liigdanhed. *Similitudo morum, quædam vobis cum illis ſimilitudo. ſimilitudine aliqua adductus maxima minima confert. Venatio eſt ad ſimilitudinem belli. Dicitur hoc aliqua veri ſimilitudine.* Item Rhetoricis ſimilitudo, ornatus quidam orationis, Lignelſe.

Similo, as, Mart. ſimilitudinem alicujus rei repræſento. Ut *crura tua ſimilant cornua Lunæ*, & apud Horat. *æra Alexandri vultum ſimilantia.*

Simulo, as, n. pr. rei alicujus ſimilitudinem fingo, & aliquid præ me tantùm fero, Skrympter / lader ſom. *Simulabat ſe Romam rediturum. ſpem vultu ſimulat, præmit altum corde dolorem. ſimulo non ſentire*, i. e. diſſimulo.

Simulatè, adverb. pro fictè, Aff ſkrympteri. *Non ex animo ſed ſimulatè diſputat.*

Simulatio, onis, f. t. ſimulandi actus, ſive ſimulantis affectus, Skrympten / ſkrympteri. *Simulatio officii*, quâ quis ſimulat officium.

Simulator, oris, m. t. qui ſimulat, Skrømpter. *Simulator virtutis*, qui præ ſe fert probitatem revera nequitiæ & improbitatis plenus, Græca voce Theologis uſitatiſſima, Hypocrita, øyentrycker / øyenſkalck: Unde & *ſimulatio virtutis*, quæ hypocriſis dicitur, øyenſkackeri/ falſk tieniſte/ falſk Guds tieniſte.

Simultas, atis, f. t. propriè obliqua quædam amicitia, ſub quæ tegitur inimicitia, Nag imellom nogen. Inde etiam aperta inimicitia inter eos qui eſſe deberent amici, Huor den ene ſticker effter den anden. Feſto exponitur odium per antiphraſin q. minimè ſimul.

Simulacrum, ſive ſimulachrum, n. ſ. Imago ad ſimilitudinem rei alicujus efficta, Billede. *Simulacrum Deorum* græca voce Idolum. *Simulacrum mulieris è marmore.* Et translatè, *ſimulacrum civitatis*, pro ſigno & nota, ſive aliqua civitatis ſimilitudine.

Simulamen, inis, Ovid. n. t. Idem quod ſimulacrum, vel rei alicujus ſimilitudo & repræſentatio. Ut *ſimulamina ſunt hæc noſtri doloris.*

Simulatrices, mulieres olim dictæ, quæ poſtmodum ſagæ.

Simulatus, a, um, quod ſimulavimus. Ut *ſimulata amicitia, triſtitia, verba, mens, &c.*

Simulter, antiquè pro ſimiliter à ſimul, ut à facul faculter.

Simulus, antiquè idem quod ſimulatus. Ut *ſimula ſpecies*, i. e. perſonata. Aliter hoc à ſimus, q. facies aliquantum ſima.

Simul, adverbium ſignificans eodem in loco, tempore, eademve opera, ita à ſimilis, ut Græcum ὁμοῦ ejusdem

ejusdem significationis ab ὅμ@, Tillige / tilhobe. *Arbores cum Luna simul senescentes, tempestive cæduntur. Res has tecum simul didici. Quæris ex me, & simul scire vis &c. simul & illa cogitabat. sumus simul,* Vi ere tilhaabe. Ponitur & pro præterea. Ut *vir fortis simul & prudens sordidum simul & sumptuosum.* Item pro postquam. Ut *simul & sinsit me indigere.* In qua significatione frequenter dicitur simulac & simulatq; vel conjunctim vel divisis syllabis. Ut, *jam primùm inventus, simulac belli patiens erat. Gratum mihi feceris, si ad me simul atq; adeptus eris miseris.* Sic cum voce primùm. Ut *simulac primum occasio visa est, provinciam deseruitur.*

Simitu, antiquè pro simul.

Composita.

Absimilis, le, om. t. multum dissimile, Megit vliig. Unde cum denegatione: *Filius patri haut absimilis*, i. e. valde similis.

Assimilis, le, om. t. Valde similis, omnino similis, Megit liig *Me sui assimilem facio longa consvetudine. Pulmonib. inest, raritas quædam & assimilis spongiis mollitudo: assimile factum.*

Assimiliter, Plaut. pro similiter.

Assimilo, as, act. pr. comparo, vel similem facio, Ligner ved. *Grandia parvis assimilat.*

Assimilatus, a, um, quod assimilavimus. Ut *literæ literæq; omnes assimilatæ & expressæ de tabulis in libros transferantur. Assimilatæ virtutis species, assimilata familiaritas.*

Assimulo, las, idem quod simulo, vel valdè simulo, Lader som. *Has benè assimulat nuptias: Ulyssis assimulabit furorem.* Et passivè, *sum verè, qui assimilabar.*

Assimulatio, onis, assimulandi actus.

Consimilis, le, om. t. Idem quod similis.

Dissimilis, le, lior, limus, om. t quasi non similis, vliig. *Dissimilis natura. Dissimilis oratio.*

Dissimiliter, modo dissimili, vliigeligen. *Morbi dissimiliter nascuntur.* Dissimilares partes, medicis quæ in partes dissimiles plures dividi possunt, ut, *manus.*

Dissimilitudo, dissimilis ratio, Vliighed. *Dissimilitudo temporum.*

Dissimulo, as, q. non simulo, & quidem celo, quod est, Fordøl / fortier / slaar vnder / lader sig icke være det mand er / lader som inter er / lader icke ved gaa. *Amorem dissimulat, & sapientiam.* Et absolutè, *dissimulabo, quasi hos non videam.*

Dissimulatio, onis, dissimulandi actus, Søl oc skrømpteri.

Dissimulantia, æ, f. pr. Cic. idem.

Dissimulanter & dissimulatim, modo dissimulato. Ut *dissimulanter agit, dissimulanter loquitur,* Hand ved bedre end hand giør eller taler.

Dissimulator, oris, m. t. qui dissimulat, Som døl sandhed.

Indissimulabilis, Veritas apud Gellium, q. non dissimulabilis, Vden skrømpteri / sandferdig oc enfoldig.

Insimul, Stat. pro unà. Ut *gentes aliæ insimul togatæ,* Til med / til haabe / til liige.

Insimulo, as, quasi per simulationem crimen obtendo, Beskylder. *Me avaritiæ insimulat. Verres magnæ pecuniæ insimulabatur* Skyldis for en stor sum penge. Item simpliciter, idem quod simulo, Lader kun saa. *Furere insimulavit.* Et divisim: *in eas similem*, i. e. insimilem, Plaut.

Insimulatio, onis, insimulandi actus, Beskylding.

Insimulatus, a, um, quid insimulavimus, Beskylt.

Persimilis, le, om. t. Valde similis.

Verisimilis, le, om. t. quod licet non sit verum, veri tamen similitudinem habet, Troligt. *Verisimilimum hoc mihi videtur*, dicimus & verosimile.

Verisimiliter. Ut *verisimiliter mentitur, qui falsum, perinde quasi verum sit, narrat.*

SIMPULUM, n. s. Vas fictile erat in sacrificiis cyatho non dissimile, sed collo angusto, vel tenui fistula, liquorem minutatim fundens, vel ex quo minutatim libabant & pitissabant à σίφων, fistula, tubulus, canalis q. siphulum, sipulum, Pibekande / Tudekande / eller som haffuer en sneffuer hlaß. Legitur & pro eodem simpullum & sympuvium. Verum aliter simpuvius deducitur quasi simbuvium, à bua quod significat, omne potionis genus. quia omnes sacerdotes simul bibebant.

Simpulatrices, mulieres, quæ simpulo potissimùm libabant in sacrificiis.

SIMUS, a, um, pr. prod. qui pressis naribus est, à σίμ@ ejusdem significationis, Bracknæsit. *Simæ capellæ. simum pecus Nerei*, pro piscibus, eo quod naso careant: vel simpliciter pro delphinis, qui & simi sunt. Inde absolutè sima, gen. fœm. pars obtusior in summis structuræ coronis, nasi caprarum instar. Item piscis quidam in Nilo.

Simulus, a, um, aliquantum simus: unde *virgo simula.*

Simia, æ, f. pr. animal homini figurâ proximum: sic dicta à simis naribus, Abe. Et translatè, homo qui more simiæ alium affectatè & stultè imitatur, ejusq; mores effingere gestat. Item homo sceleratus, ut simia habetur nequam bestia. Item simia, nomen piscis, os simum habentis.

Simius, m. s. idem.

Simiolus, m. s. qui utcunq; alium imitatur.

Simo, mas, Lucil. pro deprimo. Ut *simabit taxim ad nares, delphinus ut olim nam & delphini sunt simi.* Legit autem Nonius sunat, sed & sinuavit legi potest, pro flexit.

Simo, onis, m. t. qui nares habet simas. Simonis appellatione gaudere delphinos docet Plinius.

Composita.

Resimus, a, um, Idem quod simus, h. e. qui nares habet depressas, extremitate sursum reflexa. Ut *capellæ resimæ. nares resimæ.*

Subsimus, aliquantulum simus.

SINAPI, n. indeclin. nomen herbæ ejusq; fructus, à σίνηπι, ejusdem significationis, Senop.

Sinapis, pis, f. t. Plaut. idem.

SINDON, onis, m. t. & pen. gen. corr. σινδών, linteum tenue & amictus ex lino, Saasom Skeuerdug.

SINGULI, æ, adject. plurale significans, unusquisq; seu quisq; per se ab ἑνιχὸς ad unum pertinens q. singuli, extrita litera I sumtaq; latina terminatione pro Græca, En hver / hver for sig. *Bini milites in singulas domus. singulis militibus certa data pecunia. crescit in singulos dies numerus hostium*, i. e. quotidiè. Legitur & apud anti-

quos in singulari numero. Ut, *singulum videō vestigium.* Sed suspectus hic est numerus, cum singulum pro singulorum accipi possit.

Singularis, re, om. t. quod est singulorum, Serdelis/ seer. *Verbis singularibus gratias agit,* h. e. quæ singulos non plures complectitur. Sic *mentes singulares,* i. e. singulorum. Inde proprius & peculiaris. Ut, *sunt quædam in me singularia, quæ in nullum alium convenire possunt.* Item unus & unicus. Ut, *singularem Deus hunc mundum atq; unigenam procreabit.* Item solus. Ut, *singularis homo privatus nisi magna sapientia præditus, vix facilè sese continet.* Item translatè maximè rarus, non vulgaris. Ut, *non vulgare sed singulare maleficium.* Sic, *singularis pœna, singulare ingenium amor, animus.* Et *ago tibi gratias singulares,* Besynderlige.

Singulariter, adverb. unicè & singulari modo, Besynderligen. *Singulariter eum diligo.*

Singularius, a, um, antiquis idem quod singularis. Ut, *catenas singularias his indito,* i. e. singulis unam Catenam. Cic. *Homini natura est unica & singularia.*

Singulatim, adverb. per singula. Ut *singulatim iis ad pedes supplex jacui,* i. e. per singulos. *Singulatim de unoquoq; diximus,* Stycke vis/for sig sielff.

Singillatim, adverb. Cic. & Cæsar. Idem. Ut *civitas non singillatim, sed provincius totis dabatur,* Huer for sig serdelis/ eller styc evis.

SINGULTUS, us, m. q. convulsio est ventriculi conantis excutere quæ tunicis suis, impacta sunt q. στέτμος gulæ, i. e. concussio: quod στέιει γαλὴν seu gulam, i. e. concutit, Gispen/ hicken/hicke. Dicitur autem non de homine tantum; sed & de equo, gallina. Item singultus pro gemitu. Ut, *fletum cum singultu videre potuisti.*

Singultim, adverb. Horat. quasi per singultus quosdam. Ut, *singultim loquitur,* i. e. interrupte & verbis interruptis.

Singultio, is, n. q. singultus emitto, Hicker/ gisper.

Singulto, as, n. pr. frequenter singultio. Ut, *truncus corporis sanguine singultans,* i. e. cum singultu animam efflans.

SINISTER, tra, trum, comp. sinisterior & erius, sup. sinistimus, pr. corr. Voce augurali, quod fiebat ad partem cœli orientalem, bono omine & auspicio, utpote ex cœli cœlitumq; dextra & ortu, rerum principio, & vitæ datore. Unde & à sino deducitur, q. quod sinebat eos aliquid agere, adeoq; & prosperum significat. Ut, *sinistrum auspicium, sinistræ aves.* Inde significat partem situs hominis, aliusve rei quæ facie ad meridiem versa, altero latere orientem respectat, Venster. Sinistra manus. Et absolutè pro eadem sinistra, Vrange haand/ venster haand. Sic *sinistrum latus, sinister pes, sinistrum cornu, sinistra pars.* Sic, *sinistra facies rei alicujus,* ut lini, panni, vestis, quæ aversa est, den vrange side. Et *à sinistra,* absolutè pro sinistra parte. *Tibia sinistra,* quæ sinistra oris parte & manu itidem sinistra tenebatur, & in ludis dicebatur quæ sinistra histriones, dextra a. spectatores spectabat: Eratq; gravioris soni, constans nimirum ex parte arundinis quæ radici proxima erat, adeoq; capaciori. Item *sinistra liberalitas* dicebatur quæ ex furtis constat. Nam sinistra manu potissimum furta faciunt fures. Sinistra etiam manu utentes nequam habebantur. Sinistrum quoq; accipitur pro infausto, averso & ominoso, idq; Græcorum & Barbarorum more: quibus modo contrario, sinistra habebantur infausta, respectantibus magis ad hominis ipsius partes quàm cœli, wlyckeligt. *Arboribus, satis, pecori sinister:* in qua significatione deducitur à σίνομαι noxa, damnum. Sic *sermonibus sinistris me carpit. omen sinistrum. avis sinistra cornix.*

Sinistrà, adverb. & antiquè sinistera, pro parte sinistra, Til den venstre side.

Sinistrè, adverb. modo sinistro. Ut, *sinistrè exceptus est,* i. e. male, Ilde.

Sinisteritas, Plin. pro perversitas, improbitas. Ut, *famam sinisteritatis consequutus est.*

Sinistimus, a, um, antiquè, idem quod sinister. Ut, *sinistimum auspicium.*

SINO, is, sivi, itum, n. t. pr. corr. Voto alicujus annuo & permitto quod velit, ab ἔω, ἴεω, mitto; vel ab ἀνύω efficio, perago, expedio, Lader/ tilsteder. *Sine meo me vivere modo: sine te hoc exorem.* Item sine imperat. minantis est ut nos dicimus, Holt kun/ vil kun/ tøff kun. Aliter à præpositione, Sine.

Siturus, a, um, part. fut Cic. ut, *non siturus est comitia habere.*

Situs, a, um, Cic. quod sivimus. Ut, *per authoritatem senatus non situs est accusare ipsum,* Hand er icke til sted.

Sinè, præpositio significans exclusionem & separationem q. per se nullo obstante, à verbo sino, ut pone à pono, Vden/ for vden. *Sine Cerere & Baccho friget Venus. Imperium sine fine, sine mandatis legatus,* ærindeløs budskab. *Sine patre filius,* Faderløs. Dicitur & antiquè *se fraude esto,* i. e. sine: Unde & se particula separativa deducitur. Aliter sine ab ἄνευ ejusdem significationis.

Composita.

Desino, is, n. t. quasi omninò sino, Lader være/ lader aff. *Desine maledicere.* Et per consequens finio. Ut *incipimus inde, desinimus ibi, desinit tibi triclinium.* Et Jurisconsult. *Desinit esse solvendo,* Kand icke lenger betale/ kommer til bage vdi sin handel. Item impersonal. Desinitur & desitum est, Mand holder op/ lader aff. *Desitus est disputari.*

Desitus, a, um. Ut, *Papirius primum papisius est vocari desitus. Ab eo in quo desitum est, rursus incipe.*

Indesinenter, Var. sine intermissione, Vden afladelse/ stedse. *Indesinenter æger est.*

SINUS, us, m. q. pr. corr. recessus maris anfractuoso plerumq; & longiore tractu in continentem devolutus, à σείω, quatio, agito, turbo, commoveo, propter ejus scil. commotionem & fluctuum quassationes ad littora, Vig/ fiord som løber ind aff haffuit. Et translatè recessus pectoris & curvitas illa, quæ est inter pectoris brachiorumq; complexum, Barm. Sic *sinus mammarum,* Barm. *Sinus oculi,* i. e. cavum oculi, øyehul. Item sinus, venter & latens capacitas, quæ expurgato abscessu remanet, dum pus exitu negato subsidens, proximà quæq; erodit & sana corripiendo latè se fundit, Bullet vdi saar eller bylde / huor mand sticker velen ind. Item sinus, quicquid vestis ante pectus natat brachioq; vel humero innatat, Opslag. Nam & tanta erat laxitas, ut dextra pars in sinistrum vel humerum vel brachium rejiceretur. Item laxitas illa, quæ est supra cinctura, Kiltning. Item sinus, pars vestis gremium & verenda contegens, Skiørt oc skiød. Item ipsum gremium, Skiød. Item sinus, vestium laxitas inter plicas intermedia, Folde eller suøb / imellom folderne. Item sinus quæcunq; vestis laxitas. Sic sinus ex toga factus, Naar mand tager eller holder Kaabe eller Kappe op ved enden/ at tage eller samle nogit vdi skiød. Item sinus, idem quod curvatio & anfractus, Bugter. Sinus serpentis. Item in herbis, sinus cavus, anfractus caulis, unde ramuli exsilunt, exoriunturq;. Item sinus pro cassibus venatoriis, Jegergarn/ eller pander. Item pro velo, quod ventis sinuosum redditur,

Skibs

Skibs ſeyel naar det ſtaar fuld. Item tropice ſinus, pro intima familiaritate. Ut *calumniatores ex ſinu ſuo expoſuit.* Et *in ſinu habeo*, pro in poteſtate habeo. Item ſinus pro tutela. Ut *in ſinum Cæſaris confugit. In ſinu pacis poſita regio, ſic in ſinu eſſe* eſt eſſe cariſſimum. Item ſinus pro copia. Ut *ſoluto ſinu veniendum ad amicam*, i. e. plena & effuſa liberalitate.

Sinuoſus, a, um, multos habens ſinus. Ut *mare ſinuoſum. vela ſinuoſa*, quæ vento inflata in ſinus turgeſcunt, vdſlagen ſeil. *Sinuoſa membra draconis*, med bugter. *Veſtis ſinuoſa*, viid/foldit eller opfiltit klæder.

Sinuo, as, act. pr. in ſinus flecto & curvo, giør i bugter. *Volumine ſinuat terga. ſinuantur flumine veſtes.*

Compoſita.

Inſinuo, as, act. pr. quaſi in ſinum adduco. Et translatè in notitiam gratiam, vel familiaritatem alicujus adduco, Kommer en i gunſt eller fundſkab hoſſ anden. *Callidè inſinuabat ſe principi.* Et *inſinuatus eſt principi*, Er kommen i fundſkab. Et cum adjectione, *inſinuare ſe in cauſam, vel ad cauſam; in philoſophiam, in amicitiam, in ſermonem. inſinuat ſe miles ad amicam heri*, Band legger ſig effter hende. *Inſinuat cunctis novus paſtor*, i. e. inſinuatur, act. pro paſſivo. Item inſinuo, planè me dedo quaſi variis uſus, verborum & actionum ſinubus. Item occultè & q. per ſinus aliquo pervenio, Sniger mig hen til.

Inſinuatio, onis, inſinuandi actus. Et Rhetoribus, oratio quadam diſſimulatione & circuitione obſcurè ſubiens auditoris animum.

Inſinuatus, a, um, in ſinum immiſſus. Ut, *manibus inſinuatis ambulat*, Med hænderne i Barmen.

SINUS, us, m. ſ. ſive ſinum neut. pr. prod. Vaſis genus ſinuoſum: à ſinu, mutata quantitate initialis ſyllabæ vas ventris tumidioris & rotundioris formæ, quod Græci δίνον appellant: Unde & ſinus nuncupatus litera ſicca in ſibilum transformata. Hinc *ſinus vini*, vas quod vini ſtillicidio excipiendo ſiphunculis ſubjicitur, Tappetru eller Balle mand ſætter vnder tønder at dryppe vdi. *Sinus lactis*, in quo lac, vel mulgetur, vel multum aſſervatur, Melckeſpand/ Melkebøtte eller Sikar/ Stebytte.

SIPHON, onis, m. t. σίφων, tubulus & fiſtula, ſive tubuli caput, ubi liquor exprimitur è dolio, aut aqua è fonte, Bane vdi øllrynde / rør vdi brynderck ſom ſpuder eller ſpruder vand. Item inſtrumentũ, ex quo exſpuitur aqua in incendiis, Vandſprude eller ſprude. Item inſtrumentum, quo utuntur in implendis doliis & transvaſandis, Tracter. Scribitur & latinius, ſipo.

Siphunculus, m ſ. parvus ſiphon, Jt lidet vandrør/ vandſpude/tap eller hane i tynde/ liden tracter.

SIPO, as, pr. cor. antiquis in uſu, pro ſpargo, jacio q. ſipho, ſiphas, à ſiphone inſtrumento, quo aqua ſpargitur & jacitur, Spruder.

Compoſita.

Diſſipo, as, act. pr. q. in diverſas partes ſipo, i. e. jacio, Kaſter vd her oc der/ ſtrøer. *Stercora in agros diſſipare*, ſtrøe møg. *In via diſſipavit membra fratris ſui.* Inde translatè *diſſipare famam, rumorem, ſermones*, eſt divulgare, Vdſprede/ vdføre tycte/ raab oc tale. Et *diſſipare bona ſua*, eſt diſſipando conſumere, Klacke ſit gods hen eller fordoje her oc der. Sic *ignis omnia diſſipat*, Giør til inter.

Diſſipatio, onis, actus, quo aliquid diſſipatur, Bortſtrøelſe/ſpredelſe. *Diſſipatio prædæ, pecuniæ, corporum.*

Diſſipabilis, le, om. t. quod facile diſſipatur, Adſpredelig/ lætt til at bortſpredis. *Aër natura diſſipabilis.*

Diſſipatus, a, um, quod diſſipavimus, Adſpred/ bortſpred. *Milites partim occiſi, partim diſſipati. homo ſeu animus diſſipatus*, i. e. ærumnis fractus, Kommen aff laſſue.

Inſipo, as, act. pr. veteribus pro inſpergo, injicio, ut apud Catonem: *Omnia benè permiſceto & in ollam novam inſipato.* Sic *inſipere vel inſpare aquam in patinam*, Spede vandi.

Obſipo, as, act. pr. antiquis pro objicio. Ut, *obſipa pullis eſcam. obſipare aqvulam*, pro aqua aſpergere, Slaa/ ſtenke eller ſpude vand paa noget. Et translatè reficere, refocillare, ut ſit cum aqua aſpergimus eos qui animi deliquium patiuntur.

SIRPE, nomen herbæ ad cibos expetitæ, à Græco σίλφη ejusdem ſignificationis.

Compoſitum.

Laſerpitium, n. ſ. q. lac ſerpitium, ſuccus eſt ex radice ſirpis & ſilphii expreſſus Laſer, idem quod Laſerpitium à quo & decurtatum eſt.

SIRPICES, & detracta S irpices, cujus ſingul. ſirpex & irpex, regula plures habens dentes ad extirpandas herbas in agris, trahebatur à bobus. Vulgo à ſerpendo, quod per terram ſerpat, En ſkarp Jernharffue. Aliter à σύρω traho. Item irpices ab irpo quod Samnitibus lupum ſignificabat, à dentibus lupinis: vel ab ἅρπη falx, propter aſperitatem herbas rapientem. Legitur & urpia, inſtrumentum ruſticum. Item harpix.

Sirpicula, æ, f. pr. falx vineatoria, qua tanquam ſirpice vites & ſuperflua ſarmenta purgantur & amputantur. Aliter hoc à ſirpo, pro ligo, i. e. q. qua ligamenta exſcinduntur.

Sirparia falx, idem.

SIRPUS, pi, m. ſ. antiquis idem quod juncus, à σύρω traho, quòd inde vaſa capiendis piſcibus parabantur. Inde ſirpi pro quæſtionibus obſcuris & ænigmatibus, quibus irretiuntur & capiuntur homines. Ita enim legendum putat. Joſeph Scaliger in Gellio, ubi aliàs legitur, ſcrupi.

Sirpea, æ, f. pr. Varr. quæ virgeis ſirpatur, i. e. colligendo implicatur, in qua ſtercus aliudve quid evehitur, Vogn ſurffue.

Sirpo, as, i. e. alligo, colligo. *Sirpata dolia*, quæ ſirpis colligantur. Aliter legitur, ſirpicia.

SITIS, tis, f. t. pr. cor. bibendi appetitus, à σιτέομαι cibum capio, veſcor: quam actionem ſequitur ſitis: abuſa ſcil. præcedente actione adſequentem, Tyrſt. Indè translatè, nimia quæcunq; rei appetitus, Begærlighed. *Sitis argenti. ſitis cupiditatis nunquam ſatiatur.*

Sitibundus, a, um, ad ſitim proclivis, Tyrſtactig/ tyrſtig. Et translatè, ſiccus & humoris omnis expers.

Siticuloſus, a, um, ſiti laborans, Tyrſtig. Unde translatè, *ſiticuloſa loca*, quæ ſicca ſunt, arida & ſitientia. Item quod ſitim affert augetvè. Ut *melimela ſiticuloſa & æſtuoſa*, Som giør tørſt.

Sitio, is, n. q. ſiti laboro, Tyrſter. *Ad potum ſitiens perveni.* Et translatè dicuntur *plantæ & agri horti ſitire*, cum æquo ſicciores ſunt, humoremq; deſiderant. Item translatè, ſitio, vehementer aliquid cupio. Ut *ſitit ſanguinem, ſitit honores.* Et paſſivè, *quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ*, i. e. expetuntur.

Sitiens,

Sitiens, tis, om. t. amisso tempore nomen ex participio. Ut, *sitiens, gloriæ, honoris, virtutis.*

Sitienter, adverb. pro cupidissime & ardenter. Ut, *sitienter hoc appetit.*

Situla, æ, f. pr. Vas quo hauritur aqua, à siti, quod ex eo sedatur sitis, Vandspand / Vandiunge. Isiodorus innuit Græcæ originis à quodam sicile, quod ejus enarratori corruptum videtur à σίσυβος. Item situla vas, in quo colligebantur suffragia, & sortes ducebantur, Saasom Lycke potte.

Sitella, æ, f. pr. Idem quod situla.

SISER, is, n. t. nomen oleris, cujus radix vesca est, à σίσαρον ejusdem significationis. Exponiturq; variè ab herbariis & quidem diversis specibus, Saa som Pestinack eller Moerrøder/Gulerøder/ Rapundzel.

SISTO, is, stiti, act. t. stare facio, inhibeo & reprimo, ab ἵστημι ejusdem significationis, Kommer til at staa/ stiller. *Sistere lachrymas. sistere profluvium sanguinis. sistere alvum, fugam.* Ponitur & pro statuo, Sætter. *Sistere aliquem capite, sistere ore,* Sætte en paa hoffvedet oc paa munden. Item præsentem statuo & exhibeo, Fører oc kommer til stede / stille sig ind eller til. *Siste te hîc ante Calendas Januarias: Ipse tibi sistitur. nisi cum stiteris, capite multaberis.* Ponitur & pro consisto & sto, Staar ved magt. *Sistere Rempublicam negant, in judicia referantur ad ordinem equestrem.* Item constituo. Ut *sistere fana*: significabat loca in oppido futurorum fanorum constituere; seu lectisternia certis locis & Diis componere.

Composita.

Absisto, stiti, n. t. q. à loco vel re negotiove aliquo sto, Staar fra/ holder op fra. *Obsidione absistunt. rogari absistunt.* Item alicunde discedo, Viger fra. *Toto absistite luco. non custos absistit limine Janus.* Et sine casu: *non prius absistit, quam septem ingentia victor corpora fundat humi.* Dicitur & impersonaliter, *absistitur bello.*

Assisto, is, n. t. ad aliquem me sisto, aut simpliciter adsto. Ut *hîc propter hunc assiste,* Staa hoess. *Imperat servis, ut ad fores assistant. Alexander in Sigæo assistit ad Achillis tumulum. In ponto unus assisistebat contra hostium copias.* Et translatè, patrocinor, Staar bii med.

Circumsisto, is, ex omni parte sto, Staar runden omkring. *Regem circumsistunt.*

Consisto, is, n. t. pedem figo, constanter sto, Staar stille/ bliffuer staende / staar fast. *Consistere in anchoris, vel ad anchoram. vinum consistens,* quod ætatem benè fert. Et translatè *consisto in sententia,* Staar fast ved/ eller ved sin mening. *Consistit spes vel salus in illo: consistit alvus,* i.e. desinit fluere. Dicitur & absolutè consisto, cum recuperatis viribus firmior esse incipio & validior, Kommer til mig igien / staar paa been igien.

Desisto, is, n. t. de re aliqua sto, Affstaar / begiffuer. *Desiste dictis, desiste facere, desiste litigare vel litibus.* Item in loco sto, Bliffuer staaendis / dueler. *Quid illic destitisti obsecro tam diu?*

Exsisto, is, n. t. q. extra sto, ut appaream vel sim, Er til/ sees. *Repentè è terra, è spelunca exstitit,* Lod sig see/ log sig til syne. Item *existit homo anima & corpore,*

i. e. constat. Item *existunt in me tua beneficia. existit hoc loco quæstio difficilis.*

Insisto, is, n. t. in re aliqua gressum sisto & q. immotum, Staar stille / staar fast. *Alternis pedibus insistit. cadaveribus insistit,* Staar paa døde kroppe. *Insistit hastæ,* Stytter sig paa spiud. Sic, *insistere vestigia & vestigiis, insistere viam & in via,* Gaa fast i de Fodspord/paa den veye. *Insistere iter & itinera,* Er paa reisen. Idq; & propriè & translatè. Et *insistere rationem,* Holde ved det anslag. Item *insistebat, ut id ageret,* Hand holt paa/ i. e urgebat, sollicitabat. Et *importunè suis testibus insistit,* Holder hart ved/staar hart paa.

Institio, onis, insistendi actus, Stil stand. *Stellarum institiones,* cum scil. ad tempus insistunt.

Obsisto, is, n. t. contra sto, Staar imod. *Libidini ejus obstitit. jura viribus obsistunt.*

Persisto, is, n. t. q. stando permaneo, Staar ved/ bliffuer vaarfftig/ staar fast paa. *In eo persistit, & in impudentia persistit.*

Resisto, is, n. t. contra alium gradum sisto, Staar stiffe imod/ fast. *In acie alacriter restitêre Romani.* Item q. retrò sto, Staar tilbage. *Ad fores nostras restitit.* Sic *in media voce resistit,* Bliffuer staaende oc kand icke tale. Inde repugno, Staar imod. *Resistimus ei, quam aluimus contra nos. restitit libidini, restitit tribunis, consuli.* Item persto. Ut, *in hoc ego resisto.* Item insisto, Staar fast. *Nihil est jam unde nos resciamus, aut ubi lapsi resistamus.* Item *restitit Roma ad accipiendum Catilinam. Restitit hic fallendi gratia,* i. e. substitit.

Restrix, Plauto, si vera est lectio, quæ resistit.

Subsisto, n. t. immotum me sisto & oppono q. ante sisto, Bliffuer stilstaende mod enden. *Pulsis aliis alii subsistere in prælio. juvenis clypeo subsistit, & subsistit ad murot.* Et *subsisto feras,* i. e. excipio & contra sisto me, non irruentibus cedens, Tage imod. Item subsisto, commoror aliquamdiu, otiosus ago. Ut *Pergami subsisti,* Bliffuer stille/ bliffuer nogen stund. *Sic lingua subsistit timore. subsistit unda,* Staar stille.

SISTRUM, n. s. σεῖστρον, crepitaculum æneum, quo Ægyptii sacerdotes in Isidis sacris uti solebant.

Sistratus, a, um, sistrum tenens. Ut, *sistrata turba.*

SITANIUS, m. & Sitanium, n. s. genus tritici, quod & trimestre dicitur à σιτάνιος & σιτανίκα ejusdem significationis, Vaarhunde. Inde Sitanius, pro pane ex Sitanio. Exponitur & genus mespili in Italia frequens.

Sitania, æ, f. pr. Cæpæ genus minimum sed sapidissimum.

SITTYBA, æ, f. pr. σιττύβη sive syttybos, Cic. m. s. involucrum & membranula, cujus integumento, liber à pulveris temporisq; injuria diutiùs integer conservatur, Suøb eller opslag paa Bøger.

SMARAGDUS, m. s. σμάραγδος, gemma viridis & translucida, tertiam in ordine nobilitatem obtinens, Smaragd. Legitur & in genere fœm.

SMEGMA, atis, n. t. σμῆγμα, quicquid emaculat & abstergit sordes, Allehande slags Sæbe / Pulver/Olie/oc andet til at toe med.

Smegma-

Smegmaticus, a, um, quod abſtergendi vi pollet. Ut, *medicamentum ſmegmaticum.*

Smegticus, a, um, idem.

SOCCUS, m. ſ. Græcorum erat calceamentum, ut calceus Romanorum: quo tamen Romanæ mulieres utebantur: nec non & Comici actores: unde & ſocci ſæpè pro comœdia. Eratq; Thracum inventum quod non ligabant, ſed tantum ei pedem intromittebant: à ſaccus inquit Iſiodorus, quod tanquam ſacculo quodam induebatur pes, Socke.

Soccutus, m. ſ. parvus ſoccus.

Soccellus, Iſid. idem.

Soccatus, a, um, ſocco indutus.

SOCER, eri, m. ſ. uxoris meæ pater, ſic dictus à ſocius, quod me ſibi generum aſſociavit, Huſtruis Fader. Aliter ab ἑκυρός ejusdem ſignificationis.

Socerus, m. ſ. Pla. idem.

Socrus, us, f. q. uxoris, aut mariti mater, Huſtruis Moder. Erat & antiquis maſc. g.

Compoſita.

Conſoceri ſunt, quorum liberi inter ſe conjugio juncti ſunt, Hues Børn haffue hin anden.

Proſocer, m. ſ. uxoris meæ avus, & ſocer magnus, q. qui procul à ſocero, ſocer eſt.

SOCIUS, a, um, pr. cor. qui in re ſeria & laborioſa cum aliquo par eſt: vel à ſequor, quod communi periculo ſequatur; vel à ſeco, quod ſecet & dividat laborem, Staldbroder. *Hic meus ſocius eſt.* Et addita expoſitione, *ſocius periculi, conſilii, regni, culpæ, lucri, damni.* Et *ſocia tori*, i. e. uxor. Item adjectivè ſocius, a, um, quod eſt ſocii vel ſocium refert. Ut *lingua ſocia.* Et *nox ſocia*, quæ facinoris alicujus perpetrationem juvat.

Socialis, le, m. t. quod eſt ſociorum. Ut, *amor ſocialis*, qualis eſſe ſolet inter ſocios. *Sociale bellum*, quod cum ſociis geſtum eſt. Sic *ſociale fœdus. ſociales anni.*

Socialiter, Horat. ſociorum more. Ut, *de ſede ſecunda, aut quarta ſocialiter ſurgit.*

Socialitas, Plin. pro ſocietas.

Societas, atis, f. t. ſociorum communio, Staldbroderſkab.

Socio, as, act. pr. jungo, q. ſocium ſocio appono, Sammenføyer / legger Staldbroder laug. *Cum ſcientia diligentiam ſociabit. exhauſtos & omnium egenos urbe & domo ſocias. cum ipſo ſociare cubilia volo. ſociabat carmina nervis fidibusq;.* Sic, *verba ſocianda chordis.*

Sociabilis, le, om. t. quod facile ſociari & conjungi poteſt. Ut, *Regum ſociabilis conſortio utilis patriæ fuit.*

Sociatrix, quæ ſociat aliquos. Ut, *gratia ſociatrix.*

Sociatus, a, um, quod ſociavimus. Ut, *mulier perpetuo fœdere lecti mihi ſociata eſt.*

Socienus, vel ſociennus, m. ſ. Plauto, pro ſocius: eâ formâ, qua alienus ab alius. Ut, *Amphitruonis me ſocienum dicere volui.*

Compoſita.

Aſſocio, as, ſocium me adjungo, Slaar mig i laug / holder mig til. *Bonis aut malis ſe aſſociat.* Et translatè, adapto. Ut, *cornua ſummis aſſociant malis.*

Conſocio, as. act. pr. ſocium me facio, ſocietate jungo, Giør Staldbroder laug / fører vdi Staldbroder laug. *Conſociare ſibi aliquem*, Giør ſig en til

Staldbroder. *Conſociare arma illorum*, Legge vdi laug / tage deris mact i laug med ſig / Slaa ſig til deris Vaben.

Conſociatus, a, um, quod conſociavimus. Ut *grex conſociatus*, Som er it laug ſammen. *Conſociata arma.*

Conſociatio, onis, conſociandi actus. Item ſocietas, communio, Staldbroder laug / laug / tilhaabeſ bindelſe vdi Natur / venſkab eller forbund.

Diſſocio, as, act. per ſocios vel ſociatos disjungo, Løſer / Skilbroderſkab. *Diſſociat amicitias. diſſociat genus, familiam.*

Diſſociatio, onis, actus diſſociandi. Ut, *diſſociatio amicorum.*

Diſſociabilis, le, om. t. quod facilè diſſociatur, vel quod minimè ſociari poteſt, Wforligelig / læt atſkilleſ lis oc løſbnis. *Res ſunt diſſociabiles, principatus & libertas.*

Inſociabilis, le, om. t. non ſociabilis, quodq; conjungi non poteſt, Som er wforenelig / ſom ey kand foreſ enis eller bebindis ſammen. *Gens inſociabilis, regnum inſociabile.*

SODALIS, lis, m. t. pr. cor. rerum lætiorum leviorumq; cum altero particeps: à ſedeo, quaſi qui ad epulandum, ludendumq;, cum alio ſedet, Selſkabs Broder. Juriſconſ. etiam ſodales dicuntur, qui ſunt ejusdem collegii, Laugsbrødere.

Sodalitas, atis, f. t. ſodalium communio, Selſkab / Laug / Broderlaug. *Sodalitates, me Quæſtore, conſtitutæ ſunt.*

Sodalitium, n. ſ. idem.

SOL, lis, m. t. pr. gen. prod. Planeta eſt lumine & virtute cæterorum quaſi Rex, & moderator, nec non dux temporis: ſic dictus à ſolo, quod ſolus appareat obſcuratis fulgore ejus cunctis ſideribus, vel à Græco ἥλιος ejusdem ſignificationis, Soel. Et pluraliter ſoles, pro radiis & ſplendoribus ſolis, ut *ſpecularia admittunt ſoles.* Item pro æſtu & ardore. Ut, *ſolibus aptum.* Item pro die. Ut, *tres adeo incertos cæca caligine ſoles, Erramus pelago.* Item, *dies ſolis*, qui primus mundi dies fuit, Søndag.

Solaris, re, om. t. quod eſt ſolis. Ut, *radii ſolares, Lumen ſolare. annus ſolaris*, qui conficitur ſolis curſu, & diebus 365. & 6. horis cum aliquot minutiis. Item ſolaris, herbæ nomen, Soelſicke.

Solarium, n. ſ. inſtrumentum in quo ex radii umbra hora diei dignoſcitur, Soelſkiffue / Compaße. Item, ſolarium, locus ſoli expoſitus, ad excipiendum ſolis calorem, & aprications idoneum, Græca voce, Aeliocaminus.

Solatus, a, um, qui ſole correptus eſt. Et abſolutè, ſolatum, genus ipſum morbi.

Solanum, n. ſ. nomen herbæ, Natſkade.

Compoſita.

Inſolo, as, Colum. act. pr. ad ſolem ſicco, Tørrer i Solen / Soelbager. *Quas per triduum inſolaveris. ſic facilè inſolatur humus.* Et *inſolare crines*, Blæge ſit haar / Soelbage. Ut cum puellæ ſuos expandunt ad ſolem ſiccandi gratia.

Inſolatio, onis. Plin. inſolandi actus, Soelbagen / tørrelſe mod Solen.

Inſolatus, a, um, quod inſolavimus, Tørret mod Solen. *Uvæ inſolatæ. Inſolati crines*, Soelbaget / blægit haar.

Subſola-

Subſolanus, m. ſ. Ventus ab ortu æquinoctiali ſpirans: ita dictus, quod ſub ſole naſci videatur, Øſten vind.

SOLEO, les, ſolitus ſum, n. ſ. pr. corr. uſus mihi eſt ab ἔλω, totus, quaſi ſic ſemper totus in re, Plejer. *Solitus eſt hæc maximè repræhendere.* Et *ſolere cum viro aut muliere*, eſt rem ſive conſvetudinem habere. Ponitur & Impersonaliter. Ut, *qvum quædam in collibus, ut ſolet, controverſia paſtorum eſſet orta.* Sic *ſolens abſceſſi, ſolens facio*, i. e. ut ſoleo. Antiquis etiam erat præt. *ſolvi* pro ſolitus ſum.

Solitus, a, um, quod fieri ſolet, Sedvanligt. *Hoc cuiq; ſolitum eſt accidere.* Et amiſſo tempore: *Solito labori impoſuit finem.* Item *ſolito*, ablativus comparativis addi ſolitus: *Solito blandior eſt*, Mere end ellers. Item ſolitus in obſcœnis, quod nos dicimus, Baffuer ſin vaane oc omgengelſe.

Solito, as, avi, bell. pro ſæpe ſoleo. Ut, *Africanum ſolitaſſe, in capitolium ventilare.*

Compoſita.

Aſſoleo, es, idem quod ſoleo. Ut, *cum in hortos, ut aſſolet, veniſſemus. Deinde qui aſſolent. ſenatus, ad quos aſſoleret, referendum cenſuit.*

Inſolens, om. t. quod eſſe non ſolet, vſedvanlig. *Ludus inſolens. Verbum inſolens.* Item imperitus, Vforfaren paa/Ericke vaant med. *Eorum ſum ignarus & inſolens*, i. e. hoc mihi inſolens eſt, Det kommer mig nyt for. Sic, *inſolens ſum infantiæ*, inſvetus contumeliæ. Item ſuperbus, qui præter legem agit humanam & naturalem, Offuerdadig / hoffærdig / offuermodig. *Inſolens victoria. honores inſolentem te fecêre.* Item cupidus plus juſto. Ut, *inſolens in aliena.* Et *inſolens in pecunia.* Item, moleſtus. Ut, *in re nota multus ſum & inſolens.* Item *inſolens locus*, qui aſper eſt & inæqualis, Jt ont ſted at ſtaa eller gaa paa: Sive propter aſperitatem, ſive ſalebras.

Inſolenter, adverb. modo inſolenti. Ut, *inſolenter hoc evenit*, Sielden. Et *inſolenter facit & ſe effert*, Hoffærdeligen/ offuerdadigen. Sic *inſolentius ſe jactat.*

Inſolentia, æ, f. pr. inſolentis rei affectus & ratio. Ut, *inſolentia loci, fori, judiciorum, verborum*, vſedvanlighed. *Inſolentia rerum ſecundarum. Inſolentia hominis* pro ſuperbia, Offuerdadighed / naar en fiender ſig icke ſelff/ eller huad hand vaar tilforne.

Inſolitus, non ſolitus, Jcke tilvant/ vvant. *Exercitus ad laborem inſolitus.* Sic *inſolita gloria, inſolita verba, inſolita lux*, Det mand icke er vant med.

Inſolum, antiquis pro inſolitum.

SOLIDUS, a, um, dior, diſſimus, pr. brevi, quod eſt ſui plenum, totum, non alieni: ab oſca voce ſolon, ſeu immediatè à Græca ὅλον totum, Helt aff it ſtags. *Columna ex ſolido marmore, ſolido ebore. Columna ſolida*, quæ uno & ſolido lapide conſtat. Sic ſolidum quod omnibus ſuis partibus conſtat, cuiq; nihil eſt detractum, Gandſke. *Solida hæreditas*, i. e. tota. *Solidus annus*, i. e. integer. Ut, *decem annos ſolidos errabi puer. ſolidum beneficium*, i e. plenum & perfectum. Sic *ſolida facilitas, lætitia gaudium. ſolidum ſuum cuiq; ſolvatur*, i.e. integrum. *Solidus dies*, qui nondum ſenſibiliter proclinat in veſperam: continetq; horas rebus agendis deſtinatas. Unde *demere aliquid de ſolido die*, eſt ſubtrahere aliquid juſtis occupationibus, Fuld liuß dag: ſeu quo nihil tibi potusve guſtat quiſpiam, En hel faſte dag. *Solidum carmen*, nulla ægritudine contaminatum, nullis ſupervenientibus curis interpellatum. Sic *ſolidum infortunium. ſolida malefacta. ſolida nequitia.* Item *hoc ſolidum eſt*, i. e. ſtat ſententia, decretum eſt. Item Mathematicis ſolidum, quod tres habet dimenſiones, longitudinis, latitudinis & profunditatis. Item abſolutè, ſolidus, numus erat aureus, ſic dictus, quòd juſto pondere erat percuſſus, non dimidiato aut trientali, ut ſemiſſes aut tremiſſes, Saaſom en Daler/en Gylden.

Soldum, Martiali pro ſolidum. Ut, *ex inſulis fundiq; tricies ſoldum. Non vult reddere ſoldum*, i. e. integrum.

Solidè, adverb. modo ſolido & integre, Fuldkommelligen/Aldelis. *Solidè gaudet. hic homo ſolidè ſycophanta eſt. ſolide paveo & formido.*

Soliditas, atis, f. t. ſolidi affectus & ratio, Fuldkommenhed/ faſthed.

Solideſco, is, n. t. Plin. ſolidus fio, conſolidor, Faſtis/ løber faſt ſammen.

Solido, as, act. pr. ſolidum & firmum facio, Giør faſt. *Area ſolidanda eſt tenaci creta.* Item ruptum fractumq; conglutino. Ut *nervi boum ſolidari poſſunt, rurſusq; jungi axungia*, Løbe eller gro ſammen.

Soliſtimus, a, um, voce augurali, quod ſolidum & integrum cadebat, ruebatve. Ut, *tripudium ſoliſtimum*, quod ſolidum ex ore pulli cadebat & terram paviebat. Sic, ſoliſtimum dicebat, quando ſatum ſolidum, & arbosve vivi radix, nec vitiata humi cadebat, cædebatur, jaciebatur, pellebaturve. Aliter etiam hoc à ſolo, i.e. terra, deducitur, quaſi quod in ſolum & terram cadebat.

Compoſita.

Conſolida, æ, f. pr. nomen herbæ. Unde *conſolida regalis*, Rider Spore. Et *conſolida major*, quæ mirum in modum vulnera conſolidat.

Conſolido, as, ſolidum facio id quod ruptum erat, vel diuiſum, Giør heelt. Unde translatè, *conſolidandæ ſunt civitatis nationes*, Giøris faſt.

Conſolidatus, a, um, Jurisconſ. Ut, *uſusfructus conſolidatus*, i. e. confirmatus, Nytte oc brug/ faſt/heel oc holden.

Conſolidatio, onis, conſolidandi actus.

Inſolidùm, ſeu inſolidè adverb. Senecæ & Jurisconſ. pro integrè, Gandſke. *Inſolidum debet pecuniam.*

Perſolido, as, idem quod ſolido. Ut *imbres perſolidat Boreas*, i. e. congelat.

SOLIUM, ii, n. ſ. pr. corr. ſella regia, in qua jus dicentes ſedebant; ſic dictum quod ex ſolido ligno fiebat initio: vel immediatè à ſollo, quod antiquis ſedile ſolidum ſignificabat, Kongelig ſtoel oc ſæde/ Kongelig trone. *Præfatus Divos ſolio Rex inſit ab alto.* Item ſolium, vas ligneum, in quo ſedentes lavabantur, Badekar. Item vas ligneum, quo utimur ad transferendos liquores & ad pannos hneos cum lixivio calido & cinere emaculandos, Tuillde Tønde eller Balle / Byggetynde. Item ſolium, loculamentum ſepulcrale, in quo corpus defuncti conditum eſt vel depoſitum, Ligkiſte eller Ligbare. Ut, *ſeptimus erat dies, ex quo corpus regis jacebat inſolio*; Aliter ſimpliciter à ſedes q. ſolium.

Solla, antiquis ſedilia dicebantur, in quibus tantum unus ſedere poterat, quæ inſternebantur ſtragulis Babylonicis, dicta à ſollo, voce oſca, ſignificante integrum, q quæ ex integro & ſolido ligno erant facta, Ecte ſtoel / Rygſtoel/et ſæde.

SOLOX,

SOLOX vel Sollox, ocis, om. t. antiquis idem quod hirtum, crassum & solidum ab antiquo sollum, i. e. solidum, integrum, Som er fast at tage paa. Unde *lana sollox*, i. e. crassa, Stritoc stryg Vld. *Pecus sollox*, sive ovis sollox, quæ est hirta & sollicite tecta. Significabat autem sollox, & ovem, hirtam & lanam hirtam. Aliter sollox ovis q. non tonsa, sed quæ est cum sua lana quæq; talis ad sacrificia requirebatur.

SOLUM, n. s. pr. corr. quicquid alteri rei substernitur fundamenti vicem habens: dictum q. solidum, Bund/ pladz oc grundvold vnder nogit. Unde *solum fossæ* pro ejus fundo. Et *solum vel solea mensæ*, Skiffuc foed. Item tropicè, solum pro ipsa terra, quæ cuncta sustinet, Jorden. *In solo fœcundo plus cultor, quam ipsa per se bonitas soli efficiet.* Sic solum pro regione. Ut, *solum natale*, Fœderne Land. Et plural. *sola terrarum*, i. e. regiones. Item solum de aqua quia navium fundamentum est, Ut, *subtrahitur solum*, i. e. mare. Item de cœlo. Unde *cœleste solum*, quia astra tenet. Item solum, planta pedis, seu ejus pars inferior cui insistimus, Fodsolle. Unde & pro solea calceamenti ponitur. Ut, *sutor sordidus mordens luto putre vetusq; solum*, Skoesole.

Solarium, n. s. Jurisconsl. vectigal, quod pro solo, in quo domus extructa est, dependitur, Jordskyld.

Solea, æ, f. p. calceamenti genus, solo & plantæ pedum subjectum & ansulis quibusdam in superiore parte coeuntibus revinctum, Skoe forvden offuericder/ Aabne Skoe. Item in equis solea dicitur, ferramentum pedi subjectum, Heste Skoe. Item solea, instrumentum, quo oleum ex olivis exprimebatur. Item, genus piscis plani, à similitudine soleæ, Flynder/ Skulde. Item materia roborea super quam paries craticius exstruitur, Syld.

Solearius, m. s. qui soleas hominum consuit & vendit.

Soleatus, a, um, solea indutus.

SOLVO, is, vi, lutum, act. t. integrum & ligatum à se invicem disjungo, quasi ὅλον λύω, i. e. integrum solvo, Løser. *Solvite vittas crinales. solvite hominem*, scilicet ligatum. Sic *solvere navem*, est funem, quo navis retinetur, solvere. Unde & pro navigando discedere ponitur, Seile fra Land/giffue løß. *Mercatores Alexandriâ solvebant.* Item *solvere anchoras. solvit portu.* Item *solvere venam*, i. e. aperire. Item *solvere debitum*, est reddere debitum, quo quis quasi ante erat obstrictus & ligatus. Sic *solvere ab aliquo*, est ab eo acceptam pecuniam creditori numerare. Et *solvere verbis aut facto* pro satisfacere, Betale. *Solvere justa funeri*, i. e. reddere. Item solvo pro dimitto, Slipper løß. *Solve mares & mitte in venerem. solvere ebrietatem*, i. e. discutere. *Solvere aliquem legibus*, est eum legum vinculis eximere; quod Theologi & Jurisconsulti, minus latinè, dispensare vocant. *Solvere corda metu*, i. e. liberare. Sic *solvere religione*, est liberare & efficere, ne quis religionis scrupulus relinquatur. *Solvere ceram ignis*, est liquefacere. *Solvitur hyems*, i. e. mitescit, mollescit & laxatur. *Solvere fidem*, est rumpere vel non servare fidem. *Solvere zonam puellæ*, est comprimere puellam. *Solvere epistolam*, i. e. resignare, Løse it Breff op/ skære op. *Solvere reum*, est absolvere, Giffue løß/ domme quit. Diciturq; de Prætore, & de actore dimittente reum. *Solvere à se*, est non aliunde pecuniam accipere aut per alium solvere. *Solvere captiosa argumenta*, i. e. explicare, enodare. Sic *omne colligatum solvi potest.*

Solutilis, le, om. t. quod ita compactum est, ut solvi possit, quoties opus sit. Ut, *navis solutilis.*

Solutio, onis, solvendi actus, Løsen/ betalen/ betalning/ fylliſt giørelſe. *Solutio debiti. solutio stomachi*, cùm naturales ejus facultates, aut amissæ sunt aut vitiatæ, aut certè imbecilliores redditæ.

Solutus, a, um, quod solvimus. Unde *solutus mero & libidine*, i. e. fractus, Forderffuit i ſaadant. Et amisso tempore, *animus solutus*, qui cura & solicitudine liber est, Som ſkøtter intet. *Risus solutus*, i. e. immoderatus. Item *terra soluta*, i. e. rara & laxa, Løß Jord. Item *accipere in solutum*, Jurisconsl. est pro solutione aliquid accipere in satisfactionem, aut certè deductionem rei debitæ, Faa noget paa betalning.

Solutè, modo soluto, sine cura & solicitudine. Ut *solutè agit, vivit*, Friligen/ ſickerligen/ vden ſorg oc omhu.

Compoſita.

Abſolvo, vis, act. t. aliquid ab eo, cui ligatum sive nexum est, solvo, Giør løß/ fra løſer. *Navem cupimus absolvere.* Et ratione nexus pecuniarii, Løſe for penge. *Ego ibo ad forum, ut hunc absolvam*, i. e. reddito, prætio dimittam. Item ratione nexus juris, Affløſer/ dømmer quit/ frii. *Absolvere reum. absolvere aliquem injuriarum: à Fannio se absolvebat judicio*, i. e. per judicium. *Servus innocens sententiis absolvitur.* Sic *hominem veneri absolvit*, i. e. à nexu veneris. *Sacramento absolvit milites*, i. e. dimittit. Item perficio & ad exitum perduco: quia res antequam ad exitum deducatur, q. nexa est & impedita, Fuldkommen/giør fuld ende paa/ før til ende. *Dialogos confeci & absolvi. absolvit eam partem Veneris, quam Apelles inchoatam reliquit. Historia exiguo tempore absolvitur.*

Abſolutio, onis, absolvendi actus. Ut, *absolutio Gabinii, virginum*, Quitſigelſe. *Absolutio operis, cœli*, i. e. perfectio. Est & oratoria figura, per quam omnia quæ incidunt in causam, genera complectimur partitione.

Abſolutus, a, um, quod absolvimus, Dømpt frii. *Absolutus est improbitatis. absolutus est atramento sutorio.* Item perfectum. Ut *vita confecta & absoluta.* Et plural. neut. gen. absoluta dicuntur Jurisconsl. quæ lecta sunt & à partibus approbata & subscripta.

Abſolutè, quod perfectè. Item sine conditione. Ut *brevitèr & absolutè. subjungitur absolutè*, Vden nogen vilkor.

Abſolutorius, a, um, quod ad absolutionem judiciariam pertinet. Ut, *tabula absolutaria.* Et absolutorium Plin. quod remedium est liberans & absolvens. Ut *hoc mali hujus absolutorium.*

Redabſolvo, Plaut. pro solvo vel absolvo. Ut, *sequere hac, te redabsolvam, quâ advenisti gratiâ.*

Diſſolvo, is, quasi omnibus modis variisq; partibus solvo, Løſer ſlet aff. *Dissolvet vinctum. dissolvit opus suum.* Inde *dissolvo amicitias, captiones.* Item expedio, Vdreder mig. *Dissolvi me ocyus. dissolve me, obsecro. nimis n diu pendeo*, Kiere holt mig icke lenger op/ ſlip mig. *Dissolvere æs alienum*, Betale gielden/ klare aff.

Diſſolutio, onis, actus dissolvendi, Opløſning.

Diſſolubilis, le, om. t. quod facile diſſolvitur, Løßlig. *Coagmentatio diſſolubilis.*

Indiſſolubilis, le, non diſſolubilis, quodq; diſſolvi ſeu rumpi non poteſt, vløſelig.

Diſſolutus, a, um, quod diſſolvimus, Løſt/ opløſt. Inde, *veſtes diſſolutæ*, Løſe klæder. Et translatè, *homo diſſolutus*, qui nullam rei curam habet, menteq; eſt ſoluta, Røgløß / ſkødißløß / hiaſkende i klæder / i liff oc leſſnit.

Indiſſolutus, idem quod indiſſolubilis. Ut, *hæc ſunt indiſſoluta me invito.*

Diſſolutè, modo diſſoluto. Ut, *diſſolutè vivit*, Røgeløß. *Diſſolutè veſtitus*, Sludvon oc hiaſkende i ſine klæder.

Exſolvo, vis, ligatum ſolvo, Opløſer. Inde *ciſtam exſolvo*, i. e. aperio. Et translatè purgo, libero & q. ſolvendo libero. Ut, *ſuſpitione ſe exſolvit, & occupationibus.* Et *exſolvit populum religione*, Giør dem fri for den troe.

Inſolubilis, le, om. t. non ſolubile, quodq; ſolvi non poteſt, woploſelig. *Signum eſt inſolubile. Indicium inſolubile*, quod hominem urget, Huor mand kand icke løſe ſig vd.

Perſolvo, is, totum vel perfectè ſolvo, & propriè in re debitoria, Betaler ſlet aff. *Plus debeo, quam perſolvere poſſum, militibus promiſſa perſolvo: Perſolvit grates, dignas, vota, gratiam & rationem officii ſui.* Sic *perſolvere pœnas*, eſt luere, Lide ſtraff / betale med liden/ det mand haffuer giort. Item *perſolvo literas tuis*, i. e. reſpondeo. *Perſolvo quæſtionem*, i. e. explico, aperio.

Reſolvo, is, rurſus ſolvo, ſeu ligatum ſolvo, Løſer op igien. *Cinctas reſolvere veſtes. Reſolvere humum*, i. e. ſolutam facere, Løſe. *Reſolvere dicta*, eſt refellere. *Reſolvere argentum, nummos*, i. e. numerare creditoribus, Betale/ løſe gielden.

Reſolutus, a, um, quod reſolvimus. Ut *reſoluta tellus*, Løs Jord. *Reſoluta coma. puella comas reſoluta*, Opløſt. *Reſoluta corpora*, i. e. tenuia & fluxa.

Irreſolutus, Ovid. quod non reſolvitur & remittitur. Ut, *vincula irreſoluta.*

SOLUS, a, um, pr. prod. & genit. ſolius, vulgò quaſi ſine alio, à ſine & alius, For ſig ſielff. *Gracchus ſolus ex toto illo Collegio. ſolus diſſentiebat. Solus omnium hoc voluit.* Sic *ſoli ei dixit*, i. e. nemine præſente, vel audiente. Et plural. *ſola loca, ſola arva*, i. e. ſolitaria, quæ ſunt deſerta & ſine ædificiis, øde plads oc ſteder. *Terræ ſolæ*, i. e. ſolitariæ regiones, Som ligger ene for ſig ſielff. Sic *ſolos novem menſes Aſiæ præfuit*, Alene nj maaneder. Aliter oſca habetur vox ab ἕλος totus, quia, qui unus eſt, totus eſt. Genitivus etiam olim erat ſoli, læ, li. Ut, *mihi ſoli ridiculo fuit.*

Solum, adverb. modo ſolo, Alleniſte. *De re una ſolum diſſident.*

Solitarius, a, um, qui ſolitudinem amat, Enlige. *Homo ſolitarius. vita ſolitaria. ſolitarius vagatur*, Gaar ſaa ene hen for ſig ſelff/ roggerer hen for ſig ſielff. *Locus ſolitarius*, qui in ſolitudine eſt, Enlig oc øde ſted.

Solitudo, dinis, f. t. ſolitarii loci conditio & ratio, øde oc ørck. *Civitas vaſtatis finibus magnas habet circa ſe ſolitudines.*

Solo, as, act. pr. Stat. ſolum reddo, Giør øde. *Solare domum.*

Solor, aris, dep. pr. verbis miſerum & q. ſolum erigo & ſublevo, Troſter. *Antonius meam ſolatur miſeriam. me dictis amicis ſolatur. ſolatur lachrymas, laborem ſemem. amorem, mæſtum.*

Solamen, inis, n. t. quo ſolamur, Troſt. *Solamen mali.*

Solatium, n. ſ. idem quod ſolamen. Ut, *vacare culpæ magnum eſt ſolatium. abſenti magna ſolatia dediſti.*

Solatiolum, n. ſ. parvum & exiguum ſolatium.

Compoſita.

Conſolor, aris, dep. pr. idem quod ſolor. Legitur & paſſivè, pro conſolationem admitto, Troſtis.

Conſolo, as, act. pr. apud Varronem.

Conſolabilis, le, om. t. quod conſolationem admittit ſeu conſolari poteſt.

Conſolatorius, a, um, quod conſolatur, vel conſolationem continet, Troſte fuld.

Conſolator, oris, m. t. qui conſolatur, Troſter.

Conſolatio, onis, conſolandi actus, vel ratio, Troſt/ troſtelſe.

Conſolabundus, conſolatorem agens, conſolatoris officio fungens.

Inconſolabilis, le, om. t. Ovid. quod conſolationem non admittit, Sorgeſlagen/ ſorgegiffuen/ harmgiffuen. *Inconſolabile vulnus mente gerit tacitâ.*

Deſolo, as, ſolum facio, h. e. deſertum, Giør øde. *Deſolare urbes, agros.*

Deſolatorius, a, um, quod deſolatur, vel quo ad deſolandum utimur.

Inſolabiliter, Horat. adverb. ſine conſolatione, Uden troſt oc huſualelſe.

Perſolus, a, um, Plaut. plane & omnino ſolus. Ut, *perſolus ei oculus eſt*, i. e. luſcus eſt. Et *perſola nugæ*, i. e. meræ nugæ, ſed poſteriore loco lectio eſt ſuſpecta: Legiturq; aliàs perſolla de quo vide perſona.

SOMNUS, m. ſ. concors ſenſuum totiusq; corporis quies, ſeu animantis quies ab omnium ſenſuum miniſterio & operatione, ad reficiendas vires: ab ὕπνος ejuſdem ſignificationis q. ſumpnus, Søffn. *Animus per ſomnum curis vacuus. in ſomnis hoc videbat*, I drøme mig/ i ſøffne. *Somnus inſititius*, qui interruptis actionibus fit diurno tempore, & meridiano, Dage ſøffn.

Somniculoſus, a, um, qui ſomno plenus eſt, vel ſomnum amat, Søffnfuld / ſøffnactig. *Homo ſomniculoſus, ætas ſomniculoſa.* Et translatè ignavus. Item quod ſomnum inducit. Ut, *ſomniculoſa aſſis*, non quod ipſa dormiat, ſed quod vi ſomnifica homines percuſſos oneret.

Somniculosè, pro negligenter. Ut *ſomniculoſè agit.*

Somnolentus, a, um. Idem quod ſomniculoſus.

Somnorinus, a, um, Non. ex Varrone, quod in ſomnis videtur. Ut, *ſomnorinæ imagines.*

Somnium, n. ſ. quod alicui in ſomnis videtur cum alicujus rei ſignificatione, ſed obſcura, & quæ interpretatione indiget, Drøm.

Somnioſus, a, um, qui crebris ſomniis vexatur, Drømmere.

Somnio, as, n. p. ſomnium habeo, & in ſomnis aliquid video, Drømmer. *Somniavit ſe ovum pendere ex faſcia lecti ſui. ſomnium ſomniat*, Drømmer en Drøm. Item translatè, ſomnio pro deliro, nugor, blatero & quaſi ſomnians loquor. Ut, *quas tabellas ſomnias?* qua forma nos dicimus, Drømmer du / vedſtu hvad du ſiger? Dicitur & impersonalit. *Plurimum ſomniari circa hæc videntur.*

Compo-

Compoſita.

Inſomnis, ne, om. t. quaſi qui ſine ſomno agit, pervigil, Vaagen. *Inſomnis domum cuſtodit dies q; noctes q;.* Sic *oculi inſomnes.* Et *inſomnes noctes*, quibus ſomnum non capimus, Vaagne Nætter.

Inſomnia, æ, f. pr. inſomnis hominis affectus, Vaagenhed / naar mand kand icke ſoffue. *Inſomnia me terret, ad inſaniam adigit.*

Inſomnia, orum, neut. plur. dicuntur viſa per ſomnum, Drømme. *Caret vinolentia, cruditate, inſomniis.*

Inſomnioſus, Cat. qui inſomniis infeſtatur, Som drømmer megit.

Leviſomnus, Lucret. quod eſt levi ſomno, Let ſøffnet. *Canis leviſomnus. corda canum leviſomnia.*

Semiſomnus, a, um, qui nondum planè ſomnum excuſſit, ſed quaſi dimidia tantum parte, Halff ſøffne / elle ler ſoffuende / ſlummende. *Cuſtodes ſemiſomni fugiebant.*

SONUS, ni, m. ſ. p. cor. impetuoſi motus affectus quidam in aere formatus aures feriens: à σό Ω, impetus: vel à σείω, σύω & σαίνω, quatio concutio, Lyd / huimen / ſuſen. *Sonus hic aures meas implet.*

Sonabilis, le, om. t. quod ſonum dat. Ut, *ſonabile ſiſtrum.*

Sonitus, us, m. q. gravior & major quidam ſonus & crepitus, Høy liud / ſterck liud / ſkraal. *Sonitum cœli imitatur. ſonitu quadrupedante quatit ungula campum.*

Sonor, oris, m. t. Virg. idem quod ſonitus.

Sonorus, a, um, quod grave ſonat. Ut *ſonoræ tempeſtates. ſonora flumina. Verſus ſonorus*, qui velut exultante dictione crepitat.

Sono, as, nui, itum, n. pr. ſonum edo, Liuder. *Æs ſonans, turba ſonans. ſonat ore*, Synger. *Sonat fiſtula*, Piber. *Sonat fidibus*, Leger paa ſpil. Item ſono aliquid refero, Liuder effter / giffuer liud effter nogit. *Vox hominem ſonat.* Sic ponitur pro ſignifico. Ut, *non hoc hæc verba ſonant. Diſcrepant inter ſe, ſed re unum ſonant.*

Sonandus, a, um, Ovid. futurum paſſivum. Ut, *magno nobis ore ſonandus es*, i. e. gravi carminis genere celebrandus.

Sonaturus, a, um, Horat. futur. tanquam à ſupino ſonatum. Ut, *honor ſonaturus.*

Sono, is, ere, Luc. n. t. idem quod ſono, as.

Compoſita.

Abſonus, a, um, malè ſonans, quod non rectè ſonat, Ilde ſtemmende oc liudende. *Lingua haſitans voce abſonus. abſonus clamor.* Et translatè, alienum non conveniens, wrimeſomt. *Hoc fidei abſonum. motus erant à voce abſoni*, i. e. alieni.

Aſſono, as, ſonando reſpondeo, Liuder mod igien / ſnurrer imod. *Planxerunt Dryades, plangentibus aſſonat Echo.*

Circumſono, Liv. undiq; vel omni ex parte ſono.

Conſono, as, ſimul ſono, Stemmer i med anden / giffuer liud lige med. *Apes conſonant. terra, cœlum, nemus conſonat.* Et translatè, conſentio, Kommer offuer ens / ſtemmer offuer ens.

Conſonans, tis, om. t. quod conſonat, Medliudende. *Conſonans litera* apud Grammaticos, quæ non per ſe, ſed cum vocali ſonat. Item conveniens. Ut, *conſonantior hæc res tibi.*

Conſonus, a, um, idem. Ut, *vox conſona. oratio conſona.* Item, quod conſentit, Bequemmer / kommer offuer ens. *Hoc ſtudiis tuis conſonum.*

Conſonantia, æ, g. f. pr. vocum ſonorum moderatio, & concordantia, God ſtemme / Harmonie.

Diſſonus, a, um, diversè ſonans, Skurrende / ond liud / ilde liudende. *Diſſoni clamores.*

Diſſono, as, n. pr. diversè ſono, Haffuer icke ens liud / liuder ilde Et translatè, diſſentio, Stemmer imod / kommer icke offuer ens.

Diſſonantia, æ, f. g. duorum ſonorum aſperà, aures quaſi radens percuſſio, Skrol / wliud / modſtemme.

Inſono, as, idem quod ſono, vel in aliquo ſono. Ut *inſonat tuba, inſonat calamis agreſtibus*, Liuder vdi / blæs vdi / giffuer liud.

Inſonus, a, um, Apul. ſine ſono, Vden liud. *Inſono veſtigio me perducit.*

Perſono, as, valdè ſeu perfectè ſono, Liuder eller tale høyt / giffuer liud aff mig / lader mig høyt høre / ſkrepper. *Mulier non loquitur, ſed perſonat. Perſonat citharam*, Slaar paa Ziter. *Cerberus latratu perſonat. domus canibus moloſſis perſonat.* Item ſonitum reddo, Gien liuder / liuder igien. *Cantu vocum perſonat vicinitas. Saxa perſonant cantu. Perſonant aures vocibus. Eſt mihi qui perſonet aurem*, i. e. per aurem ſonet, & crebrò me moneat.

Reſono, as, ſonum refero, & reddo, viciſſim ſono, Gien liuder / liuder igien. *Reſonat clamoribus æther, reſonant arbuſta cicadis. ſonus in fidibus. in teſtudine reſonatur, aut cornu*, i. e. redditur. *Gloria virtuti reſonat, tanquam imago*, i. e. reſpondet. Item ſimpliciter ſono ſive ſonum edo, Skrepper. *Venenum è poculo ejectu reſonabat.*

Reſonus, a, um, quod reſonat, Gien liudende / liudende. *Vox reſona. ictus reſoni.*

Compoſita cum aliis dictionibus.

Altiſonus, a, um, quod ex alto ſonat. Ut *altiſonus Jupiter. altiſonum carmen.*

Armiſonus, a, um, quaſi armis ſonans. Ut *Pallas armiſona*, ſ. à ſtrepitu armorum.

Clariſonus, a, um, clarè ſonans. Ut *clariſonæ voces, clariſonæ auræ.*

Dulciſonus, dulcè ſonans, ἀδηλον.

Fluentiſonus, inſtar fluentis ſonans. Ut, *fluentiſonum litus?* Skrydende / liudende.

Horriſonus, a, um, quod horridum habet ſonum. Ut, *horriſonus fremitus*, Forferdelig. *Horriſonum fretum*, Skrydende.

Luctiſonus, a, um, luctum ſonans, Sørgelig. *Ululatus luctiſonus.*

Multiſonus, a, um, Mart. multum & variè ſonans. Ut, *luſcinia multiſona.*

Multiſonorus, a, um, Claud. multum ſonorus. Ut *mula multiſonora*, Meget ſkrydende.

Rauciſonus, a, um, quod raucè ſonat. Ut *cantus rauciſonus.*

Rhonchiſonus, a, um, quod ſonum rhonchum refert, & edit. Ut, *animal rhonchiſonum.*

Undiſonus, a, um, unda ſonans, Skrydende. *Mare undiſonum.*

SONS, tis, m. t. qui nocuit & læſit à σίνω, σινόω, i. e. noceo, lædo, σίντης & σίνεργ Ω, nocuus, noxius,

Skadelig / skyldig vdi nogen skade. *Viri magnanimi est, punire sontes, animam sontem reddidit.*

Sonticus, a, um, propter quod justè fit aliquid. Ut, *causa sontica*, propter quam quis justè damnatur, Nødvendig sag. *Morbus sonticus*, propter quem quis absons justè excusatur in judicio, & actio suspenditur, Nødvendig sygdomme. Item Plinio, *sonticus morbus*, qui Græcè Epilepsia, & aliàs latinè morbus caducus, Fallende siuge / fældz plage.

Compositum.

Insons, tis, m. t. non sons, qui extra culpam est, Vden skyld oc brøde. *Regni crimine insons est. insontes miseros cruciat.*

SOPHISTA, æ, m. pr. σοφίστης, olim honesta vox idem significans quod philosophus & sapientiæ studiosus, atq; professor; inde & Rhetor. Tandem abiens in invidiam significat, qui fictam quandam sapientiæ speciem jactitat, Sophist / en Træring / Lowfiøn.

Sophisma, atis, n. t. argumentum sophistæ fallax & fallax quædam conclusiuncula, Bedragelig oc finandske tale / Lowkrog.

Sophisticus, a, um, quod à sophistis fit. Ut, *argumenta sophistica*. Et absolutè, Sophistica, æ, f. pr. pars Dialectices, quæ de sophisticis argumentis agit. Item plur. Sophistica, orum, pro eodem.

SOPIO, pis, pivi, pitum, pr. longa, sed in compositis indiff. act. q. somnio corripio, ab ὕπνος somnus, Kommer noget i søffne. *Alii alios sopiunt. sopivit magnam partem hominum. custodem rudem somno sopivit Herbis sopivit draconem. Sopire sensus medicamentis*, Komme i duale / giffue duale drick.

Sopitus, a, um, quem sopivimus, quiq; jam dormire cœpit, Kommen i søffue. *Sopiti vigiles. somno sopitus. sopitæ manus. brachia sopita. ignis sopitus*, qui propemodum extinctus est, aut cineribus occultatus. *Tollebant sopitum vulnere ac nihil sentientem.* Sic *sopitus ritu*, i. e stupefactus, Dualet.

Sopor, oris, pr. cor. m. t. sopiti affectio, & conditio, sive ipsa vis somni, Søffn oc Duale. *Sopore placat artus languidos. sopor, lethi est consanguineus. cura removet soporem.*

Soporus, a, um, Virg. soporem inducens, ut *nox sopora*.

Soporo, as, act. pr. Plin. soporem induco, stupefacio, Kommer i duale / giffuer duale drick. *Hâc herba, radice, admota soporantur homines, serpentes &c.*

Soporatus, a, um, quem soporavimus, quiq; sopore obrutus est. Ut, *artus soporati.* Et translatè, *soporatus dolor*, qui interquiescit. Item soporatus, soporandi vim habens, ut *ramus bistygia soporatus.* Sic *offa melle soporata.* Sed in hoc exemplo aliàs legitur, saporata. Vide sapio, sapor.

Composita.

Consopio, is, act. q. somnum induco, somno offundo, Komme en vdi søffn / giør saa hand soffuer. Unde *consopiri somno. consopitus luna*, Falden i søffn.

Insopitus, non sopitus, pervigil, Vaagen. *Draco insopitus.*

Semisopitus, a, um, quasi dimidia sui parte sopitus, Halff soffuende. *Oppressit hostes semisopitos.*

SORACUM, n. s. sive soracus, m. s. Plaut. & Fest. genus vehiculi, quo ornamenta scenicorum portant? vel vas, in quo histriones sua vestimenta reponunt, à σώρακος ejusdem significationis.

Sarracum & Serracum, n. s. idem. Ita enim legitur in Juvenale & Cicerone, sed ut Criticorum est judicium corruptè pro soraco. Aliter etiam sarracum vulgò exponitur, genus vehiculi robustissimum ad vehenda ligna & lapides, Steenvogn / Blockvogn / Steensluffe / Block eller Tømmersluffe.

SORBEO, bes, bui, itum, & psi, ptum, act. s. liquidum aliquid sonorè & q. trahente oris spiritu haurio. Voce per onomatopœjam facta à sono quem edunt sorbentes, ut Græcorum ῥοψέω, ejusdem significationis, Søber. *Sorbet pulmenta. sorbet oba.* Et translate ad alia: *borago sorbet fluctus, terra arida sorbet aquas cœlestes.* Item *sorbit dormiens* pro stertit. Et *sorbere odio alicujus*, pro ferre, Dricke i sig / taale oc lide / tage sig til. Et *sorbere animo*, est spe præpropera devorare, Slugter effter noget / med stor begierlighed stunder oc attraar effter. Sic *sanguinem hominum sorbent meretrices*, i. e. opes & facultates inhiant.

Sorbitio, onis, sorbendi actus. Ut, *sorbitio cicutæ, ptisanæ*, quâ sorbetur cicuta, ptisana, Søbben. Item res ipsa quæ sorbetur.

Sorbitiuncula, æ, f. pr. potiuncula vel cibus liquidus, qui facilè sorbetur.

Sorbillum, & sorbilum unico l, n. s. potiuncula vel cibus sorbitioni aptus, Sup / Slabberadz. *Sorbilo dictitandum mihi propter te*, i. e. suspiriis & gemitu, quibus scilicet refertur spiritus sorbentium.

Sorbillo, las, & Sorbilo, unico l, act. pr. minutim & paulatim sorbeo, Lipper / Slicker / Smaa Sybber. *Cyathos sorbillans paulatim hunc producam diem.*

Sorbilis, le, om. t. quod facilè sorbetur. Ut, *ovum sorbile*, Blødsøden Eg. Et translatè *sorbilis sopor*, in quo maximus stertor efficitur.

Composita.

Assorbeo, es, bui, itum, & psi, ptum, act. s. sorbendo absumo. Ut, *araneus omnem absorbet humorem*, i. e. exsugit, Vdsuger. *Lens absorbet aquam*, i. e. imbibit, Dricker i sig. Et translatè, *absorbuit navem aqua*, Sluger i sig. *Ingenia adolescentulorum absorbentur illecebris voluptatum*, i. e. absumuntur, perduntur. Sic, *æstus consvetudinis nos absorbet, & ad sermonis usitati morem trahit. absorbuit hunc æstus quidam insolitæ gloriæ.*

Exsorbeo, bui, itum, & psi, ptum, sorbendo exhaurio, Vdsøbber. *Horum ego exsorbeo sanguinem: lactymas labellis exsorbet*, Søbber i sig / Slicker i sig. Et translatè, *exsorbere sanguinem civilem* pro exhaurire, & effundere, Vdstørte. Sic in re Lenonia: *Scortum exsorpsit viros*, i. e. exhausit.

Persorbeo, totum sorbeo.

Resorbeo, bes, bui, itum, & psi, ptum, iterum sorbeo, quod evomui. Ut, *hamo devorato, omnia interanea evomunt*,

vomunt, donec hamum egerant: deinde resorbent. Mare fluctus vomit & resorbet.

Sanguisorba, f. pr. musca, quæ sanguinem exsorbet.

SORBUS, bi, f. s. nomen arboris pomiferæ à σύρω traho, quod fructus ejus comestus admodum constringit & contrahit linguam, nec non alvum constringendo sistit.

Sorbum, bi, n. s. fructus sorbi arboris pyro similis, Sporeble. Unde *malum sorbum* pro eodem.

SORDES, dis, f. t. purgamentum & quicquid everritur, à σύρω σαίρω, scopis purgo, verro, Skarnryd-ning/ Feining. Et σύρωμα sordes quisquiliæ. Inde translatè, *sordes aurium*, øre skarn. *Sordes oculorum* øyne skarn. Et translatè *sordes urbis*, pro fæce plebis. Item immoderata parsimoniâ & avaritia, ex minimis rebus etiam lucrum captans, Surfittighed/ Skinderi. Hinc *luxuriæ sordes*, i. e. summa prodigalitas, cum insigni avaritia conjuncta. Item, dolor magnus q. qui omnem cultum corporis exuit. Ut, *jacet in lacrymis & sordibus.* Aliter sordes q. σωρὸς δόμος, cumulus domus, cumulantur n. sordes, ut tejiciantur.

Sordidus, a, um, sordibus obsitus, & intectus, Skiden/ Skarnvorn. *Sordidum pallium, sordidus amictus, sordida lana. sordidus panis*, est secundarius, vel qui canibus datur. Et translatè *homo sordidus*, qui avarus est & tenax & ex rebus vilissimis quæstum captans: à sordido cultu, quo delectantur avari, Karrig / nidsk oc surfittig / der nender icke at haffue gaat aff sit egit. *Lingua sordida*, i. e. impura & mendax.

Sordidè, modo sordido & avarè, Nidskeligen. *Convulatum sordidè gessit. sordidè hoc à te dictum est.*

Sordidulus, a, um, aliquantum sordidus. Ut, *togæ sordidula.*

Sorditudo, Plaut. pro sordes.

Sordidatus, a, um, Plauto. Sordidis vestibus vestitus, indutus.

Sordeo, es, dui, n. s. sordidus sum, Er skiden. *Sordens lanugine vultus. sordet Antonio Macedonia*, i. e. putet & sordida videtur.

Sordesco, is, sordidus fio. Ut, *manibus vulgi sordescis.*

Composita.

Exsordesco, is, idem quod sordesco, seu valdè sordesco. Ut, *nomen Philosophi in hominibus deterrimis exsordescit*, i. e. vilescit & valdè sordidum fit, Kommer vdi for-act/ Besmittis/ hør ilde.

Obsordeo, es, n. s. antiquè pro obsolesco, seu sordes contraho.

SOREX, icis, m. t. pr. prod. animal est domesticum mure majus & clarius strepens: à sono sic dictus quod strepitu se prodat: quodq; rodat & in modum serræ præcidat, Rotte. Ut *sorex suo indicio perit.* Aliter scribitur saurex, à σαῦρος lacerta. Item sorex à σύρω σις, sordes, quisquiliæ, in quibus scilicet nascitur.

Soricinus, a, um, quod est soricum. Ut, *dentes soricini, næniæ soricinæ*, de qua, vide in Nænia.

SORICULATA vestis, Plin. quasi sericulata, quæ variis confecta erat coloribus. Aliter à suro vel sura, & rica seu ricula vel regula: legiturq; non tantùm soriculata sed & sororiculata. quasi quæ perpetuis quibusdam suris & latioribus virgis regulata vel riculata erat.

SOROR, oris, f. t. pr. corr. fœmina mari sorte nascendi, nimirum iisdem parentibus, & familiæ jure cognata: à sorte sic dicta Isiodoro, Syster. Inde translatè Plin. *sorores palmulæ*, i. e. similimæ & gemellæ. Item omnia paria vocabantur sorores. Ut, *lodices sorores, soror manus*, Et par. Aliter soror, quasi quæ seorsum oritur, & à familia separata in aliam transit familiam.

Sororio, as, n. pr. Ut *sororiare dicuntur mammæ puellarum*, cùm jam intumescunt, quòd non singulæ, sed veluti geminæ sorores simul nascantur.

Sororius, a, um, quod ad sororem pertinet. Ut, *stuprum sororium*, quod fit cum sorore. *Cœna sororia*, quæ fit ob repertam sororem. Item *sororium tigillum*, locus erat sacer in honorem Junonis, quem Horatius ille, unus ex fratribus trigeminis, statuerat causâ sororis à se interfectæ, ob suam expiationem.

Sobrini, duarum plurium vè sororum liberi, quasi sororini, Sydsken Børn: vel potius sobrinorum liberi, Nest Sydskende Børn.

Composita.

Consobrini, cujus singul. consobrinus, q. consorini, qui ex sorore & fratre, aut ex duabus sororibus nati sunt, Systre Børn. Item vulgò sic dicuntur, qui aliàs amitini & patrueles, Sydskende Børn.

Consobrina, æ, f. pr. materteræ meæ filia, Moders Syster Saatter.

SORS, tis, f. t. eventuum causa, quod mutabiliter fiunt: seu ipsa Dei voluntas delectum habens & agens conditionum humanarum à sero, quasi, quâ hominibus seruntur conditiones, & vitæ genera, Lycke der bestiller oc beskicker Menniskens vilkaar. *Quæstorem habes, quem sors dedit. sorte hoc tibi obtigit. Ita fert sors divina.* Ità *sors bona.* Inde significat oraculum ipsum. Ut *sors Crœso edita.* Item ipsum vitæ genus & conditio, idq; sive fortuitò oblatum, sive consultò susceptum, Lycke oc lod. *Hæc meæ sors est*, Det er fallen i min deel. *Hoc non est negotium meæ sortis*, i. e. muneris. Item sortes dictæ sunt, tessaræ, quibus experiebantur voluntatem Deorum & delectum credebant, Lodder. *Sortes in urnam sunt conjectæ.* Item sors, summa seu caput, & prima pecunia, quæ confertur in societatem, ut inde lucrum fiat, Hoffuet sum/ hoffuet lod. Item, sors pro progenie, ut *Saturni sors ego prima fui.* Aliter sors per antistœthon à Fors.

Sorti, adverb. pro ex sorte vel in sortem. Ut, *sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti.*

Sorticula, æ, f. pr. deminutivum, pro tessera sortis. Ut, *sorticula in urnam demissa.*

Sortior, tiris, titus, sum, d. q. sortes duco, sortibus ago, Kaster lod / lodder. *Sortes in sitellam conjiciam. sortiar tibi & Chalino.* Inde, *sortiri laborem*, pro dividere inter se laboris officium, *sortiri remos*, i. e. per sortem partiri remigandi officium. *Sortiri judices*, est per sortem eligere. *Sortiri provinciam*, est sorti committere, cujus provincia futura est, Kaste lod om.

Et sor-

Et *ſortiri provinciæ*, eſt eas ſorte dividere. Item ſortior, ſorte conſequor, & ſortitò capio, Faar til lodtz/ ſom naar noget mig tilfalder. *Magiſtratum ſortitus es.* Item ſortior pro diſpono, ut cùm Dii ſortes diſponuntur. Ut, *ſic fata Deûm Rex ſortitur, volvitq; vices; ſic vertitur ordo.* Item ſubſtituo, Skicker i ſteden. *Sobolem armento ſortire quotannis.*

Sortio, tis, antiquis pro ſortior. Ut, *inter ſe ſortiunt urbes.*

Sortitio, onis, ſortiendi actus, Laadkaſt/ lodden. *Sortitio provinciarum. ſortitio prærogativæ;* quâ de iis ſortimur.

Sortitò, adverb. per ſortem, vel ex ſorte. Ut, *ſacerdos Jovis ſortito capiebatur*, Der kaſtedis lod om huo/ ved lod. *Sortitò illis ſum*, i. e. ſorte de me agunt, De kaſter lod om mig. *Diſcordia lupis & agnis ſortitò obtigit*, i. e. occulta quadam naturæ vel fati ratione.

Sortitus, us, m. q. idem quod ſortitio. Ut *de pluribus uno ſortitu retulit, ſortitus nullos pertuli.*

Compoſita.

Conſors, tis, om. t. ejusdem ſortis, i. e. conditionis, fortunæ, qualitatisq; in omni re & negotio, Som er vdi ens lycke/ ſtat oc vilkaar med anden. Item ſimpliciter quocunq; modo particeps, Deelactig. *Conſors conſilii. conſors laboris. conſors thalami.* Item *conſortes generis*, qui ſunt conſanguinei & propinqui. Propertius etiam uſus eſt pro ſimili. Ut, *conſortem properas evadere caſum.*

Conſortio, onis, f. t. Cic. & Liv. conſortium, vinculum & ſocietas, Ens vilkaar med anden / Stalds broderſkab.

Conſortium, tii, n. ſ. Juriſconſ. idem.

Exſors, tis, om. t. q. extra ſortem, Vden lod / haffuer ingen lod eller deel vdi. *Exſors culpæ*, vſkyldig. *Exſors amicitior*, Haffuer intet med at beſtille. *Exſors honor*, qui extraordinarius & extra ſortem alicujus datur: vel qui uni non aliis contingit, cujusq; alius non conſors, diciturq; hoc ſummo generis honore.

Subſortior, tiris, d. q. ſorte aliquem in rejectorum judicum locum ſubſtituo. Ut, *ſubſortiemur in locum Metelli*, Lodder om en i andens ſted.

Subſortitio, onis, ſubſortiendi actus, & ſuffectio, quæ ſorte fieri ſolet, à Prætore ad ſupplendum numerum judicum, qui ab accuſatore aut reo erant rejecti.

SOSPES, pitis, com. t. ſalvus & incolumis, à σῶς ejusdem ſignificationis, vſkad/ i liffue / heel oc holden. *Captos remiſit domum ſoſpites.* Et de inanimatis: *Navis ſoſpes ab ignibus.* Item antiquis ſoſpes, idem qui ſervator. Ut, *Juppiter ſoſpes.* Aliter ſoſpes q. ſervatus hoſpes.

Soſpita, æ, f. pr. idem quod ſervatrix. Ut *Juno ſoſpita.*

Soſpitalis, le, om. t. incolumitatem afferens. Ut, *is mihi ſoſpitalis fuit.*

Soſpito, as, act. pr. ſoſpitem ſervo. Ut *ſoſpitat progeniem eorum*, Holder ved mact oc i liffue.

SPADIX, icis, m. t. σπάδιξ, ramus palmæ, una cum fructibus avulſus. Item nomen coloris, quem refert termes hic palmaceus, qui aliùs puniceus dicitur, Kaſtanie brun. Eſt & genus inſtrumenti muſici.

Spadiceus, a, um, quod ſpadicis colorem habet. Ut *color ſpadiceus.*

SPADO, onis, m. t. σπάδων, propriè is, cui teſtes, aut ipſi nervi, unde teſtes dependent, evulſi ſunt, Gilding. Et translatè, *ſpadones ſurculi*, ſunt infrugiferi, Gaalde.

SPARGO, gis, ſi, ſum, act. t. plùra diffuſim projicio, ut facit ſator ſemina projiciens, & diſſeminans à σπείρω ſemino, Huiſter vd/ ſpræder/ ſtencker / ſtenter. *Spargit arenam. ſpargere aquam*, i. e. diffundere, Spryte oc ſtente vand. *Spargere ſtercus per agros*, Spræde møg. *Spargere humum foliis*, Strøe Jorden med løff. *Spargere ſe in ariſtas vel in brachia*, *dicuntur herbæ*, cùm in hujuſmodi diffunduntur & dilatantur, Skiuder vdi Ax/ eller Græne/ ſkiuder Ax. *Spargere in vulgus voces ambiguas*, Strøe oc førre vd. *Spargere vulnera*, pro ſagittas ejaculare ad facienda vulnera.

Sparſus, a, um, quod ſparſimus, Strød/ ſpræd. Unde, *ſtellæ ſparſæ fuſæq; videntur. animi in corpora ſparſi. caput canis variis ſparſum*, i. e. conſperſum. *Literæ ſparſæ ſale humanitatis, ſparſum os*, i. e. latum & plus ſatis diffuſum, Vid mund/ Aaben mund. *Sparſum ſenatus corpus*, i. e. dejectum.

Sparſim, adverb. pro multis variisq; in locis, Her oc der/ hißit oc her. *Hæc ex Catonis libro ſparſim & conciſè commeminimus.*

Compoſita.

Aſpergo, is, quaſi ad aliquid ſpargo, Paaſprytter/ offuerſtrænter. *Aſperge aquam. pecori aſpergebat virus coluber. aquâ aſperſiſti mihi pectus.* Et translatè, officio, lædo. Ut, *Miloni aſperſit maculam*, Satte hannem en flick paa. Sic *ſplendorem vitæ aſpergit maculis.* Item attingo, miſceo. Ut, *hæc aſperſi, ut ſcires me in ſtomacho ſolere ridere. ſic aliquid aſpergit moleſtiæ ſalis orationi.* Et *alicujus comitatem ſuæ gravitati aſpergere*, Blande med. Item tribuo. Ut *Ebulo ſextulam aſpergit*, i. e. hæredem facit ex ſextula. Item abſolutè aſpergere pro vellicare. Ut, *ex eodem fonte ſe exhauſturum intelligit laudes ſuas, è quo ſit lebitèr aſperſus.*

Aſperſio, onis, aſpergendi actus. Ut *aſperſio aquæ.*

Aſperſus, a, um, quod aſperſimus, Offuerſtrød/ eller ſtent. *Aſperſa temerè pigmenta in tabula. aſperſi ſales. Senatusconſulta fuligine aſperſa.* Fœdata, notata, affecta. *Aſperſus infamiâ.*

Aſperſus, us, m. q. Plin. Ut, *aſperſus olei.*

Aſpergo, ginis, Virg. idem quod aſperſio. Ut *ſalsâ ſpumant aſpergine cautes.*

Aſpergillum, n. ſ. inſtrumentum, quo aqua nos aſpergere ſolemus, Stenckekoſt.

Circumſpergo, ex omni parte aſpergo. Ut, *circumſpergere ſtercora arboribus.*

Conſpergo, is, ſpargendo operio, Offuerſtrøer. *Conſpergere fores vino, conſpergere caput floribus.*

Conſperſus, a, um, quod conſperſimus. Ut, *conſperſum caput ſtellis. Oratio floribus ſententiarum conſperſa.*

Diſpergo, is, in diverſas partes ſpargo, Strøe vd her oc der / allevegne. *Per agros paſſim diſpergit corpus particulatim diviſum.* Et translatè, *exornationes in cauſa diſpergit.*

Diſperſio, onis, diſpergendi actus, Vdſtrøelſe.

Diſperſus, a, um, quod diſperſimus, Vdſtrøde her oc der/ allevegne. *Prædones diſperſi toto mari bellum longè lateq; diſperſum. dum hæc quæ diſperſa ſunt, cogantur.*

Diſperſè,

Diſperſè, modo diſpersò, Strøviiß. *Diſpersè multa dixi.*

Diſperſim, Varr. idem.

Diſperſus, us, m. q. idem quod diſperſio.

Exſpergo, quaſi multum vel totum ſpargo, Offuerſtencker/øffuerſtænter. *Exſperſit limina ſanguine.*

Exſperſus, a, um, quod exſperſimus, Offuerſtenckit oc beſtenckt. *Limina ſanguine exſperſa.*

Inſpergo, in aliquo ſpargo, & ſpargendo infundo, ſtrøer vdi/ i ſtrøer/ beſtencker. *Molam & vinum inſpergit. linguâ me inſperſit.*

Inſperſus, a, um, quod inſperſimus, Beſtenckt. *Nævi inſperſi egregio corpori.*

Perſpergo, is, idem quod aſpergo. Ut, *ligna amurcâ perſpergito.* Et translatè, *perſpergitur ſale oratio.*

Præſpargo, is, anteſpargo. Ut, *præſpargit flores.*

Proſpergo, idem quod aſpergo. Ut *proſpergere aqua templum.*

Proſperſus, a, um. Ut, *proſperſum aqua templum.*

Reſpergo, ſparſo humore madefacio & conſpurco, ſtencker paa/ beſtencker. *Aſpergere aliquem aquâ, cruore.*

Reſperſio, onis, reſpergendi actus. Ut, *reſperſio pigmentorum.*

Reſperſus, us, m. q. idem. Ut *reſperſu pennorum hoſtem obcæcant.*

Reſperſus, a, um, quod reſperſimus, Beſtenckt. *Manus ſanguine reſperſæ.*

Superſpergo, lat. Ut, *ſtramenta herboſiſſima quæ ſunt, in tecto condito, & ſale ſuperſpergito*, Offuerſtrøer.

SPARTUM, ti, σπάρτον, n. ſ. genus virilium ſeu junci, ex quo fiebant funiculi, & lina piſcatoria, aliaq; ſutilia, Gyel.

Spartarium, n. ſ. locus ſparto abundans.

Sparteus, a, um, quod ex ſparto fit. Ut, *funes ſpartei.* Et abſolutè, *ſpartea*, utenſilia ſunt ad majores pecuniæ ſummas capiendas.

SPARUS, ri, m. ſ. pr. corr. telum agreſte & minimi generis à ſpargendo dictus, quòd pugnando paſſim ſpargantur tela hujuſmodi. Item nomen piſcis, à teli hujus ſimilitudine. Aliter à σκῦος, palus, ligneus acutus & erectus.

Sparum, n. ſ. Feſto idem.

SPATHA, thæ, f. pr. σπάθη, gladius, enſis, &, ut ajunt, major, Saaſom en Deggen / Korde/ eller Slags Suerd. Item rudicula quâ utimur in verſandis rebus, quæ coquuntur. Item, inſtrumentum culinarium, quo ſpumam detrahimus, Skumſkee. Item in palmis ſpathæ dicuntur ramuli, ex quibus palmulæ dependent.

Spathalium, n. ſ. pro ramulo palmæ, cum dactylis inde pendentibus.

Spathula ſive ſpatula, æ, f. pr. inſtrumentum chirurgicum ad humeri luxati accommodatum. Dicuntur & ſpatulæ oſſa, quæ in tergo incumbunt, Skulderblad.

Compoſitum.

Semiſpathium, n. ſ. gladius brevis, quaſi non integrum ſpathium, ſed dimidii ſpathii longitudine.

SPATIUM, n. ſ. pr. corr. propriè idem eſt quod ſtadium à voce æolica σπάδιον, pro στάδιον, ejusdem ſignificationis. Unde *decurrere ſpatium, & decurſum ſpatium*, i. e. ſtadium. Hinc quævis capedo & intervallum locorum, vel quantum alicujus loci patet magnitudo, Rum. *Sidus ſpatiis immutabilibus ab ortu ad occaſum commeans.* Sic *ſpatia campi.* Item intervallum temporis, Tidz rum. *Spatium temporis.* Et translatè, *ſpatium iræ ſuæ*, i. dilatio. Sic *in medio ſpacio fractæ ſpes*, i. e. decurſu. Aliter à σπατίω ambulo, præpoſito ſibilo.

Spatior, aris, dep. pr. propriè in ſpatio & ſtadio curro. Inde quovis loco deambulo, Vancker / ſpadzerer. *Cornix in ſiccâ ſecum ſpatiatur arenâ.* Sic, *paſſim ſpatiantia brachia compeſcit.*

Spatiator, m. t. antiquè pro errator.

Spatiatus, a, um, qui ſpatiabatur. Ut, *ſpatiata conjunx flebat.*

Spatioſus, a, um, ſpatio amplum & inſigne, Rumt oc vidt. *Stabulum ſpatioſum. ſpatioſum tempus.*

Spatiosè, adverb. prolatè, diffusè, Vidt. *Herba ſpatiosè fructificat. ſpatioſius & uberius volumine hæc complectitur.*

Compoſita.

Exſpatior, aris, dep. pr. q. extra ſeu latius ſpatior, exeoq;, Spadzerer hen vd/ gaar vidt vd. *Longè equis expatiatur. flubii, amnes, flumina exſpatiantur*, cum longius decurrunt, Løber / flyder langt hen / eller løber langt hen til ſide.

Exſpatiatus, a, um, quod exſpatiatur. Ut *exſpatiata flumina ruunt.*

SPECIO, is, xi, ctum, act. t. pr. corr. antiquè pro oculis capio & video, & quidem cum quadam conſideratione: voce quidem militari, à σκέπω, ſpecus, ex quo vel in quo obſervabant hoſtes, Seer oc beſkuer. *Vos epulo poſtquam ſpexit. Rex ſpexit de montibus celſis. quo ſpicit ſupercilio*, i. e. aſpicit. Et paſs. *ſpecimen ſpecitur.*

Specito, as, Plaut. frequent. Ut, *mater pompam me ſpecitatum duxit.*

Specium, ii, n. ſ. inſtrumentum, quo Medici vulnerum ac hukerum altitudinem tentant, & quaſi ſpeciunt, Spøttel.

Specillum, n. ſ. idem. Item, vitrum oculis admotum, quo res ſpecimus, Glar øyen/ Brille Item inſtrumentum, quo ſordes aurium everrimus, øreſkee. Sed hæc ferè cum adjectione. Ut *ſpecillum ocularium*, *ſpecillum auricularium.*

Specula, æ, f. pr. locus editus quicunq; unde deſpicere & obſervare quid poſſumus, Saa ſom en Vare torn/ høy berg/ eller andet ſaadant. Item locus, unde indicium fit accenſo rogo.

Specularis, re, om. t. quod eſt ſpeculæ. Ut *ſpecularis ſignificatio*, quæ fit igne è ſpecula oſtenſo. *Specularis lapis*, lapidis pellucidi genus, in tenuiſſimas cruſtas ſectile, ex quo olim ſpecularia confitere ſolebant. Et abſolutè, *Speculare*, n. t. genus feneſtræ, admittendæ in ædificium lucis, & excludendæ pluviæ, ventiq; gratia excogitatum, Vindue/ Glar vindue.

Specularius, m. f. qui ſpecularia facit, Glarmeſter.

Specimen, inis, n. t. propriè exigua quædam rerum vendendarum ſpecies & exemplar, ſpectando exhibita. Indè translatè quodvis documentum & exemplum, ex quo rei totius capimus conjecturam, Jt lidit ſkin eller prøffue.

prøffue. *Homo hic maximum ſtultitiæ ſpecimen.* Et *dare ſui ſpecimen*, eſt re aliqua inſigni declarare, quid de ſe ſit ſperandum. Sic *ſpecimen innocentiæ, virtutis, prudentiæ.*

Spectile, ſive ſpetile, caro, quædam proprii cujusdam habitus infra umbilicum ſuis exos, quâ etiam antiqui per ſe utebantur, Seld.

Spectio, onis, in auguralibus ponitur pro aſpectione. Augurium autem alii ſpectionem & nunciationem habebant: alii ſpectionem tantum. Magiſtratus verò auſpicia, ſpectionem, & obnunciationem.

Spectus, antiquè pro aſpectus.

Spectrum, n. ſ. ſimulacrum ſeu imago oculis ſe repræſentans, vel verè vel corrupta imaginatione, Siun for ens øyne/ Spøgelſe/ ſelſam oc vndertig ſiun.

Species, ei, f. q. externus rei habitus, & imago, quâ ſpecitur, & oculis percipitur, Vdvortis ſtickelſe oc dan ligheð / ſyn. *Tages puerili ſpecie viſus eſt. ſpecies hominis trucidati miſera & flebilis. ſpecies virearum. viri tales, qui non ſolum conſiliis ſuis, ſed etiam ſpecie ipſa dignitatem Reipublicæ ſuſtinent. ſpecies dignitasq; populi Romani. Præclara claſſis in ſpecie ſed infirma tamen & inops.* Sic *ſpecies pulcritudinis & dignitatis. & ſpecies Deorum non ſolum in mentibus, ſed & oculis quadam opinione eſt.* Inde rei ſive animatæ ſive inanimatæ habitus, quâ animo ſpecitur, & concipitur ſpecies dicitur, ſive ea vera, ſive ficta, & falſa, Skin. *Species pietatis, gloriæ, honeſtatis, utilitatis, auſpiciorum.* Et *præ ſe fert ſpeciem boni viri.* Item ſæpè ponitur pro imagine. Ut *ſpecies ex ære. ſancta Jobis ſpecies. hanc ſpeciem cælabit argento Praxiteles.* Item pro pulcritudine. Ut, *mulier eſt bella ſpecie. quod propriam habet ſpeciem, appetendum eſt. Honeſtum naturâ & ſpecie ſuâ animos omnium commovet.* Item ſpecies Dialecticis, notio quædam communis colligens & continens in ſe individua, Et ſlags. Species etiam pluraliter Macrob. & Juriſconſ. pro aromatibus, Spedzeri.

Specialis, le, om. t. Julio Capitol. quod proprium eſt & peculiare quidquid non generis, ſed ſpeciei eſt, Eigentlig oc ſeerdelis. *Hoc mihi ſpeciale ſemper fuit.*

Specialiter, adverb. Columel. idem quod ſpeciatim.

Speciatim, adverb. Cic. per ſpeciem, Seerdelis. *Legem ſpeciatim de mea ſalute promulgavit.*

Specioſus, a, um, cior, ciſſimus, ſpecie bona & pulcritudine inſigne, Smuck oc deilig. *Specioſa mulier.* Et translatè, *fabula ſpecioſa jocis. ſpecioſa nomina culpæ ſunt,* quæ referunt ſpeciem quandam, pulcritudinemq; & prætextum habent.

Speciosè, ius, iſſime, modo ſpecioſo & ornatè. Ut, *eqbus ſpeciosè inſtructus. ſpeciosè ingreditur*, i. e. cum ornatu.

Speculor, aris, dep. dr. propriè è ſpecula proſpecto: inde quocunq; modo aliquid contemplor & exploro, Seer oc ſpeider/ ſeer oc tager vare paa huad ſkee vil. *Speculabor, ne quis aut hinc ab læva aut ab dextera noſtro conſilio adſit venator.* Et translatè, ſcrutor & exactè conſidero, Randſager oc giffuer act paa. *Speculatur principum offenſas. multi te non ſententientem ſpeculantur & cuſtodiunt.*

Speculator, oris, m. t. qui ſpeculatur, Speider.

Speculatrix, f. t. Idem in ſexu fœmineo.

Speculatorius, a, um, quod ſpeculationi eſt accommodum. Ut, *navis ſpeculatoria,* Speide Skib.

Speculatus, us, m. q. ſpeculandi actus, Speiden. *Feles oculto ſpeculatu in mures exſiliunt.*

Speculum, li, n. ſ. inſtrumentum vitreum intuentium imaginem repræſentans, Speil.

Specto, as, act. pr. multum & fixè ſpecio & intueor, Seer nøye paa / beſeer / beſkuer. *Spectare ludos, me ne ſpectes here, non me impulſore hæc facit.* Inde ponitur pro conſidero, æſtimo, Anſeer / acter / ſkatter / giffuer act paa. *Quemq; ex ſuo cenſu ſpectat. aurum ſpectatur in igne.* Item caveo. Ut, *ſpectandum ne tibi æmulum det, neq; roget,* Faar at ſee til / oc tage vare. Item refero ſeu pertineo, Henhører / henfører. *Res ad perniciem patris ſpectat.* Item *ſpectare domum*, i. e. cogitare domum, concedere domum, Seer hiem ad.

Spectatio, onis, ſpectandi actus, Paaſeelſe / Beſeelſe. *Apparatus ſpectatio tollebat omnem hilaritatem*, Paaſeelſe. *Spectatio pecuniæ*, quâ probatur & æſtimatur.

Spectator, oris, m. t. qui ſpectat, contemplatur & æſtimat. Ut, *ſpectator ludi, ſpectator cœli, rerumq; cœleſtium, formarum, pulcritudinis.* Et *ſpectator pecuniæ*, Mynt prøffuere. Item, *ſpectator pugnæ*, qui ſe pugnæ non immiſcet.

Spectatrix, f. t. idem in ſexu fœmineo. Ut, *turba ſceleſtum ſpectatrix. Fortunæ Dium atq; hominum ſpectatrix.*

Spectabilis, le, om. t. ſpectatu dignus & inſignis, Anſeens verd / merckeligt / kendeligt / herligt / anſeelig / ſkinbarlig. *Fabi cerâ ſpectabiles. homo ore ſpectabilis. ſpectabilis heros. ſpectabilis victoria.*

Spectaculum, n. ſ. quod ſpectandum exhibetur, Skue ſpil / Spectackel. *Aliquot ſpectacula populo exhibuit.* Item, quicquid præter opinionem ſpectatur. Ut, *ô miſerum ſpectaculum, ludibrio eſſe urbis gloriam.* Item theatrum ſive locus, unde aliquid ſpectatur. Ut, *de ſpectaculo excitatus deſcendit.*

Spectamen, n. t. Plaut. quo aliquid ſpectatur. Ut, *ſpectamen boni ſervi*, i. e. probatio, ſpecimen, & experimentum.

Spectativus, a, um, Quint. quod ſpeculatur. Ut, *pars Philoſophiæ ſpectativa.*

Spectatus, a, um, quod ſpectavimus. Et amiſſo tempore idem quod ſpectabilis, vel cujus virtus perſpecta eſt, Anſeelig / kendelig / merckelig / ſkinbarlig. *Dicta mea tibi ſpectata, & mores mei,* Bekient. Sic *ſpectatæ integritatis vir. fœminæ ſpectatiſſima.*

Spectatè, modo ſpectato, & feliciter, Skinbarligen. *Herbæ ſpectatiſſimè florentes, celerrimè marceſcunt.*

Compoſita.

Aſpicio, ad aliquid ſpecio & video, Seer til. *Aſpicit me iratus, hoc cernes, ſi modò aſpexeris. illi inter ſe furtim nonnunquam aſpiciebant. aſpexit ad eum.* Item ſimpliciter video. Ut, *aſpicere hanc lucem veſtigia. fortè ibi adoleſcentulam aſpexi,* Saa oc bleff vard.

Aſpectus, us, m. q. aſpiciendi & videndi actus, Syn oc Seen. *Aſpectum amiſit, cœlum ſub aſpectum cadit.* Et *aſpectus noſter*, quo aliquid aſpicimus. *In aſpectum aliquid proferre*, i. e. publicè. Item aſpectus pro ipſa acie. Ut, *oculi aſpectu facilè conterquent, quo volunt.* Item præſentia. Ut, *adduxit corpus in aſpectum hoſtium.*

Aſpecto, tas, ſæpè aut fixè aliquem aſpicio. Ut *cælum aſpectat. adverſas aſpectat deſuper arces* Item aſpectare pro deſpicere, aut à longinquo aſpicere.

Aſpectabilis, le, om. t. dignum quod aſpiciatur. Ut, *homo, animal aſpectabile.* Item quod in ſenſum oculorum cadit. Ut, *omne quod natum eſt, corporeum eſt, aſpectabile & tractabile.*

Inaſpectus, a, um, Stat. q. non aſpectus, non conſpectus, non viſus, wſeet.

Circumaſpicio, Plin. ex omni parte aſpicio.

Circum-

Circumſpicio, is, oculos huc atq; illuc vertò, Seer allevegne om / her oc der. *Latebras circumſpicit.* Inde ſignificat diligenter animadverto & conſidero. Ut, *omnia circumſpicit*, Giffuer nøje act paa. Item quia actio circumſpicientis ſæpè, eſt ſuperbientis & jactantis, ponitur pro jacto, ſuperbio, Hofferdiger mig / handler mig ſtolteligen. *Uſquè tò te diligis & magnificè circumſpicis.*

Circumſpicientia, Gell. idem quod circumſpectio.

Circumſpectio, onis, circumſpiciendi actus, Omskring ſeelſe / naar mand ſeer ſig om eller vel for / forſictighed.

Circumſpectè, modo circumſpecto, Varligen / fornumſteligen / forſiunligen. *Circumſpectiùs facit.*

Circumſpectator, oris, qui circumſpectat, Som haffuer ſit øye vdi huer krog. Unde *mulier circumſpectatrix.*

Circumſpicuus, a, um, quod circumquaq; circumſpici poteſt, Allevegne klar oc aabenbare / ſiunligt. ἄδηλον.

Circumſpecto, as, diligentius circumſpicio, Seer ſkarp / eller ideligen om ſig.

Circumſpectus, a, um, Colum. qui circumſpicit, prudens, ſagax, Forſictig.

Circumſpectus, a, um, quod circumſpectamus. Ut, *verba non circumſpecta*, i. e. non perpenſa, & conſiderata, wactesom ord oc tale. Sic *vires circumſpectæ.*

Circumſpectus, us, Cic. m. q. circumſpiciendi ratio, Maade at ſee ſig om.

Conſpicio, is, oculis luſtro, & q. ſpeciem externam conſidero, Beſeer. *Mulierem conſpicit.* Item translatè, attendo, conſidero, Giffuer act paa / acter. Idq; vel cum adjectione, ut *mente conſpicio*; vel abſolutè. Ut *conſpexi quibus ſit affectus vitiis.*

Conſpectus, a, um, quod conſpeximus, Synlig / til ſyne. Et amiſſo tempore. *Conſul eſt turbâ quam dignitate conſpectior*, Synligere.

Conſpiciendus, a, um, conſpectu dignus. Ut *conſpicienda venuſtas.*

Conſpectus, us, m. q. conſpiciendi actus vel conſpectatio, Siun / Aſiun. *E conſpectu abit. in conſpectu ſenatus.*

Conſpicuus, a, um, quod conſpicitur, ut magnificum & honoratum, Skinbarlig / herlig. *Conſpicuum amphitearum. vir conſpicuus.*

Conſpicor, aris, Terent. idem quod conſpicio. Ut, *in his terris te conſpicor.* Et paſs. apud Plaut. *non vult ſe conſpicari.*

Conſpicillum, ſeu conſpicilium, n. ſ. inſtrumentum vitreum & orbiculare, viſui inſerviens, Brille. Nonius interpretatur conſpicilium, locum unde conſpicere poſſis. Ut ex Plauto: *In conſpicillo aſſervabam: pallium obſervabam.* Sic in ciſtellaria: *conſpicillo conſequutus eſt clanculum me usq; ad fores.*

Conſpicio, onis, antiquè, conſpiciendi actus.

Deſpicio, is, deorſum ſpecio & video, Seer ned ad. *Arca à domino vel procuratore deſpici debet.* Et translatè, parvi facio, contemno, vel quaſi non aſpicio, Foracter / forſmaar / verdis icke at ſee til. *Deſpiciunt eos & contemnunt, in quibus nihil virtutis aut nervorum putant.* Item animadverto, Acter. *Solicitudinem tuam communemq; calamitatem nemo deſpicit.*

Deſpectus, a, um, quod deſpeximus, Foract / forſmaad. *Homo deſpectus ab omnibus.*

Deſpectus, us, m. q. deſpiciendi actus vel ratio, Vdſeen / vdſeen. *Ex oppido deſpectus erat in campum.* Item contemptus. Ut, *filius paternis amicis erat deſpectui.*

Deſpectio, onis, actus, quo aliquid deſpicimus & contemnimus, Foractelſe. *Opinionum deſpectio qua videlicet deſpiciuntur.*

Deſpicientia, æ, f. pr. Cic. deſpiciendi actus. Ut *rerum humanarum deſpicientia*, Foractelſe.

Deſpecto, as, act. pr. ſæpè deſpicio. Ut *deſpectant vertice lucum.*

Deſpicatus, a, um, quod deſpicamur, Foract / forſmaad. *Adoleſcentiam noſtram habent deſpicatam.* Et amiſſo tempore, *homo deſpicatiſſimus*, videlicet, qui eſt deſpectus, Aller foracteligſt oc meſt forſmaad.

Deſpicabilis, le, om. t. & compar. lior, liſſimus, deſpicatu dignum, vel quod deſpicatur, ἄδηλον.

Deſpicatio, onis, Cic. deſpicandi actus, Foractelſe / forſmedelſe. *Odia, invidiæ, deſpicationes adverſantur voluptatibus.*

Deſpicatus, us, m. q. idem quod deſpicatio. Ut *eſt vel ducitur deſpicatui*, Er til foract / foractis.

Diſpicio, is, quaſi in varias omnesq; partes ſpecio, Seer alle vegne hen / her oc der / ſeer mig om. Indè translatè, *animus verum diſpicit*, Giffuer act paa / ſeer vel til. Sic *acie mentis diſpicio.* Item, Seer mig vel for.

Diſpectus, us, Senec. m. q. diſpiciendi actus. Ut, *puerorum diſpectus*, quo diſpiciunt, quæ ſua ſunt officia, Vartect / Vøjactig til ſiun.

Diſpicientia, idem quod deſpectus. ἄδηλον.

Exſpicio, veteribus pro exſpecto.

Exſpecto, as, q. multum ſeu diutius ſpecto, & ſpectando quaſi moror, Fortoffuer / Bier effter. *Senem exſpectat. non exſpectemus dum rogamur.* Et addito caſu, cum deſidero, quaſi expecto, Forventer / forlengis effter / Bier effter med lengſel oc attraa. *Hoc avidiſſimè expectat civitas.* Diciturq; promiſcuè. *Expectat bona & mala*, Formoder / forventer. *Non libet augurari quod expectem. Diem ex die expectat*, Bier effter / forventer dag fra dag.

Exſpectatio, onis, exſpectandi actus, Forventelſe / lengſel / forlengelſe. *Exſpectatione animi pendeo. Exſpectatio rerum, mali, boni.*

Exſpectatus, a, um, quod exſpectavimus, Forvent / eller attraed. *Seges exſpectata. exſpectatus parens: exſpectatus ſenex*, cujus mors exſpectatur, Ilde lid / den mand affuendis oc kørdis ved. Item amiſſo tempore, *Exſpectatiſſimæ literæ. Exſpectatiſſimus adventus*, ynſkelig oc kierkommen. Sic *exſpectatus venit.* Item *exſpectatus ad ampliſſimam dignitatem*: nimirum de quo ſpes eſt eum fore clariſſimum.

Inexſpectatus, a, um, non exſpectatus, wvent / wforſaabt. *Inexſpectatus in armis hoſtis adeſt.*

Inſpicio, cis, in rem aliquam ſpecio & tueor: & quidem quadam cum diligentia, quaſi in intima ſpecio, Seer ind eller til / ſeer nøje paa. *Inſpicere cupio has ædes. inſpicere in ſpeculum*, See i ſpill. *Inſpicere in patinas.* Et translatè, *inſpicere tanquam in ſpeculum, in vitas hominum*, Giffue nøje act paa.

Inſpectio, onis, inſpiciendi actus, Tilſiun. *Magiſtratus inſpectionem in Rempublicam habent.*

Inſpecto, as, continuè & attentè inſpicio, Seer vel/ nøje / megit flitteligen paa eller til. *Inſpectante populo, animam efflavit.* Et apud Sveton. dicuntur *Satellites inſpectare eum, quem præſidii & corporis cuſtodiæ cauſa obſtipant.*

Introſpicio, cis, quaſi intro inſpicio, Seer ind i. *Ædes tuas introſpexi.* Et translatè, *introſpicere cauſam,* See ind i en ſag Et *in cauſam,* Giffuer nøje act paa/ forſtaar til fulde. Sic *introſpicere mentem, & in mentem alicujus, in omnes reipub. partes,* Giffuer nøje act paa.

Perſpicio, is, quaſi perfectè & exactè ſpecio & video, Seer oc kiender til fulde *Perſpicere fidem, animum alicujus, cor, & ſapientiam cordis.* Sic *in parva pecunia multi perſpiciuntur leves eſſe.*

Perſpectus, a, um, quod perſpeximus, Seet oc kient til fulde. *Perſpecta conſvetudo alicujus.* Et amiſſo tempore, *perſpectiſſimus actus.*

Perſpectè, modo perſpecto, pro prudenter. Ut, *doctè & perſpectè ſapit.*

Perſpicientia, æ, f. pr. perſpicientis actus, ſeu perfecta cognitio & affectus, Nøje acteſſe / kiendelſe/ fuld oc viß kundſkab. *Perſpicientia Dei.*

Perſpicuus, a, um, per quod ſpicere poſſumus, & quod per ſe ipſum lucem tranſmittit, Giennomſictig/klar/ ſaa at mand kand ſee igiennem. *Perſpicuum vitrum. perſpicuus calix prodit vina.* Et translatè, *ſententia perſpicua,* Klar oc Aabenbare. *Perſpicua veritas, perſpicua oratio.* Item *perſpicua mors, pro ſalute patriæ,* i. e. conſpicua, Herlig.

Perſpicuè, modo perſpicuo, Klarligen. *Perſpicuè palam eſt.*

Perſpicuitas, atis, f. t. rei perſpicuæ ratio & conditio, Klarhed. *Perſpicuitas orationis, virtus eloquentiæ perſpicuitas.*

Perſpicax, acis, om. t. qui perſpicere ſatagit, ſeu perſpectè rem cognoſcit, Skarpſindig. *Homo ad multa perſpicax.*

Perſpicacia, æ, f. pr. perſpicacis affectus, Skarpſindighed.

Perſpicacitas, idem.

Perſpicacè, modo perſpicaci.

Perſpicacitèr, adverb. idem.

Perſpecto, as, multum & accuratius perſpicio.

Perſpeculor, aris, dep. pr. diligenter ſpeculor. Ut, *de vallo perſpeculatus eſt.* Et *perſpeculari cæſuras arundinum,* i. e. perſpicue cognoſcere.

Præſpeculor, antè ſpeculor, vel præmiſſis ſpeculatoribus exploro. Ut, *ſitus locorum præſpeculatus eſt.*

Proſpicio, is, quæ foris & procul abſunt ſpecio, video, & cerno, Seer noget langt borte/ eller langt fra/ Seer vd til *Vaſtos ab rupe Cyclopas proſpicio.* Et translatè, animo proſpicio, etiam quæ futura ſunt, Seer huad ſkeeſkal / ſeer langt borte. *Proſpicit futuros caſus. futura. proſpicit aliquid conjecturâ. longè in poſterum proſpicit.* Item proſpiciendo conſulo, Forſuner. *Proſpicit patriæ, liberis, rationibus meis, vectigalibus.*

Proſpectus, us, m. q. proſpiciendi actus, Vdſeen/ henſeen. *Proſpectus paſcit animum.* Item locus editus & apertus proſpectui idoneus, Vdſeen. *Porticus in palatio pulcherrimo proſpectu, proſpectus maris.* Item idem quod conſpectus. Ut, *producere aurem in proſpectum populi.* Item idem quod reſpectus & conſideratio, Acteſſe. *Ejus rationem proſpectumq; Bias non habuit.*

Proſpecto, as, frequentèr, multum vel attentè propicio. Ut, *proſpectant ex tectis feneſtriſq; tuis.*

Proſpicientia, æ, f. pr. proſpicientis in futurum virtus & affectus, Forſiunlighed.

Proſpicientèr, modo proſpiciente, Forſiunligen. *Res proſpicienter animadverſa.*

Proſpicus, a, um, antiquè, qui proſpicit futura, & proſpiciendo conſulit.

Reſpicio, is, retro aſpicio, Seer tilbage. *Noli ex iſto loco reſpicere.* Et translatè, præterita mente revolvo, & quaſi aſpicio. Ut, *mens mea reſpicit ſpatium præteriti temporis,* Seer tilbage Item tropice opem fero, adjuvo, miſereor. Ut *Dî nos reſpiciunt. Reſpice me in ſecundis tuis,* See til mig oc hielp eller forbarme dig offuer mig. Sic *reſpicere ſeipſum, reſpicere ætatem ſuam* pro rationem ejus habere, eiq; parcere. *Et reſpicere patriam,* eſt rationem habere patriæ, haffue act paa/ haffue god act paa. *Fortuna reſpiciens,* quæ favet & opitulatur. Nam invocatus homo & imploratus, ſi retrò aſpexerit ſignum eſt favoris & commiſerationis, Verdis at ſee til en.

Reſpectus, us, m. q. reſpiciendi actus, Tilbage ſeen. *Reſpectu me terruit:* ſcilicet quo me reſpicit. Et paſs. *Reſpectus incendii* quo reſpicitur incendium. Item ratio, qua ad aliquid agendum movemur. Ut, *eo reſpectu commotus abceſſit. nullum reſpectum ad ſenatum aut bonos cives habet,* i. e eorum rationem non habet, Beſkeden/ act/ forſkiel paa noget.

Reſpecto, as, ſæpè vel frequenter reſpicio, tùm propriè, tùm translatè. Ut, *ſi quâ pios reſpectant Numina.* Et *reſpectare munus* pro rationem ejus habere.

Suſpicio, is, ſurſum aſpicio, Seer op. *Suſpicit faſtigia urbis, aſtra. ſuſpexit in cœlum & cœlum ſuſpicit. ſuſpicere virtutem, in cœlum,* i. e. ſupra modum ſuſpicere & admirari. Item *ſuſpicere aliquem,* i. e. venerari quaſi ſupra nos collocatum, Anſeer/ acter. Sic *ſuſpicere virtutem in cœlum.* Item Saluſt. *ſuſpicere aliquem,* eſt opinionem cum metu & errore implicatum ſæpe de aliquo habere, ſeu præpoſteram opinionem fovere, q. non rectè, ſed ſuprà aut infrà, ſuſpiciendo & cognoſcendo, errare, Miſtænckе/ haffue tancke om.

Suſpectus, a, um, quem ſuſpeximus, h. e. de quo mali opinionem incertam habemus, Miſtænckt. *Civibus ſuis ſuſpectus eſt. quò quis callidior, eò ſuſpectior.*

Suſpectus, us, m. q. ſuſpiciendi actus. Ut *ſuſpectu refulget,* Opſeen. *Suſpectus cæli* pro altitudine, Høyhed. *Nimius eſt ejus ſuſpectus,* i. e. admiratio, veneratio, Høy anſeelſe.

Suſpecto, as, ſæpè ſuſpicio. Ut, *oculis ſuſpectans ſicâra.* Item *ſuſpectat ſcelus uxoris,* Haffuer miſtancke. Sic *uxori ſuſpectatur.*

Suſpi-

Suſpicio ſive ſuſpitio, antepen. producta, onis, f. t. ſuſpectæ rei conditio, ſive actus quo aliquem ſuſpicimus, præpoſterâ aliqua opinione: Eſtq; de re incognita tenuis dubitatio, quæ ſubitò incidit, levis, & ad plurimum falſa, Miſtancke/ miſtænckelſe. *Oblinitur minimæ, ſi qua eſt ſuſpicio, rimæ*, i. e. ſuſpitio de rima. *Gratiam noſtram exſtinguit hominum ſuſpicio*: quam ſcilicet de nobis habent & fovent homines.

Suſpectio, onis, f. t. idem.

Suſpicax, acis, m. t. qui ſuſpicit & opinionem mali de aliquo habet, Miſtænckelig. *Homo ſuſpicax.*

Suſpicioſus, a, um, qui ad ſuſpicionem pronus eſt, Miſtænckelſe/ miſtænckelig. *Conſcientia tua te ſuſpicioſum facit.* Item paſſivè, qui ſuſpectus eſt. Ut, *negotium ſuſpicioſiſſimum.*

Suſpicioſè, modo ſuſpicioſo, Miſtænckeligen. *Suſpicioſius dicit.*

Suſpicor, aris, dep. pr. idem quod ſuſpicio præpoſtera quadam opinione, Fortæncker mig / miſtæncker/ haffuer en liden tancke om. *Multa ſuſpicatus ſum, prodeo in ſunus, nihil ſuſpicans mali.* Ponitur & pro ſpero. Ut, *ſuſpicor fore, ut infringatur hominum improbitas.*

Tranſpicio, Lucr. trans aliquid ſpecio & video, Seer igiennem. *Hàc foris tranſpiciuntur illa. per has membranas tranſpicit. mens quæ ſunt foris.*

Tranſpectus, us, m. q. Lucr. tranſpiciendi actus. Ut *janua tranſpectum habet apertum*, Giennomſeen.

Cõpoſita cum aliis dictionibus.

Auſpex, icis, com. t. qui ex avium volatu cantu & paſtu futura divinat, Spaamand effter fugle ſkrig/ ſom acter paa fugle ſkrig. Item, qui nuptiis contrahendis præerat: ſic dictus, quòd de nuptiarum ſucceſſu auſpicia ſumeret, Ut *dos inter auſpices conſignata fuit.* Item cujus ductu & auctoritate aliquid facimus. Ut, *nihil deſperandum eſt, Teucro duce & auſpice Teucro.*

Auſpicalis, le, om. t. quod ad auſpicium pertinet. Ut *auſpicalis piſciculus, ex quo ſumitur auſpicium.*

Auſpicium, ii, n. ſ. ſcientia & res auſpicis, & ipſa divinatio. Ut, *nihil publicè ſine auſpiciis, neq; domi, neq; militiæ gerebatur.* Indè tropicè, quodvis aliud divinandi genus. Ut *fulmen optimum auſpicium habetur, ſi ſiniſtrum fuerit.* Ponitur & pro ductu, fortuna & auctoritate, Lyckelig/ Aaviſning/ paaviſning. *Hujus auſpiciis Roma imperium terris, animos æquavit olympo.* Item pro imperio & poteſtate. Ut, *communem hunc populum paribus regamus auſpiciis.*

Auſpicor, aris, dep. pr. quaſi aves, earumq; geſtus ſpiciendo obſervandoq;, divino, Spaaer aff Fugle ſkrig. *Gracchus cum pomærium tranſiret auſpicari oblitus eſt.* Et translatè feliciter aliquid aggredior & incipio, Begynder noget lyckeligen / i en lyckſalig tid. *Auſpicatur militiam, culturarum officia.*

Auſpicatus, a, um, ex auſpicio ſumptus. Et translatè fælix. Ut, *auſpicatus locus, auſpicatus animus.*

Auſpico, as, antiquè idem quod auſpicor. Ut, *non hodiè iſti auſpicabi rei.*

Auſpicatò, adverb. ſignificans bono ex auſpicio, Effter ſpaadom. *Auſpicatò urbem condiderunt.* Item feliciter, Jen lyckſalig ſtund. *Auſpicatò huc appuli.*

Ex auſpico, as, quaſi bono cum auſpicio libero, Lyckeligen vdfrier. *Eum ex vinculis ex auſpicavit.*

Inauſpicatò, adverb. non auſpicatò, ſeu ſine auſpiciis. Et translatè, infeliciter, wlyckeligen/ oc i en ond ſtund oc tid. *Athenas inauſpicatò venit.*

Redauſpico, cas, denuò auſpicio, & ex auſpicatum rurſus auſpicio, quaſi ago, traho, mancipo, obſtringo, contra quàm prius factum, tractum à ducibus, qui cum publicè malè quid ceſſiſſet, domi repetebant auſpicia, Mercker om igien / giør om igien / Læſer om igien. *Ego hunc in catenas redauſpicandum cenſeo. In vincula eum redauſpicavit*, Fengſlede igien.

Exſtiſpices, cujus ſingulare, exſtiſpex, m. t. qui exta divinandi gratia inſpicit.

Exſtiſpicium, extorum inſpectio, ſeu divinatio ex extis.

Exſtiſpicina, æ, f. pr. ars exſtiſpicii.

Haruſpex, icis, m. t. qui ex harugæ inſpectione, vel Haræ, dum hoſtiam eligit, futura divinat, Spaamand. Legitur & ſine aſpiratione Aruſpex.

Haruſpica, æ, f. pr. idem in ſexu fœmineo, Spaas quinde.

Haruſpicinus, a, um, quod ad Haruſpicem pertinet. Ut *libri haruſpicini. ars haruſpicina.* Et pro eodem abſolutè, Haruſpicina.

Haruſpicium, idem quod Haruſpicina, ſeu ars divinandi.

Igniſpicium, cii, n. ſ. divinatio ex ignis inſpectione.

Veſtiſpicus, ci, m. ſ. Plaut. ſervus veſtes cuſtodiens: quod frequenti diligentia veſtes inſpiciat, Klædergiems mere.

Veſtiſpica, æ, f. pr. idem in ſexu fœmineo, Fadburs pige eller Quinde.

SPECUS, com. q. pr. corr. caverna latebroſa, ſive in terra, ſive in monte ſive in rupe, in qua quis delitescere poteſt, & obſervare tranſeuntes, à σπέω ejusdem ſignificationis, Hul vdi Jorden for at ſkiule ſig vdi. *In ſpecum ſe abdidit, fugit.* Indè translatè, *ſpecus atri vulneris*, i. e. altiſſimum pectus, in quod reconditus eſt enſis. Legitur & in neutro ſpecus oris. Ut *ſpecus horrendum.*

SPELÆUM, n. ſ. σπήλαιον, idem quod ſpecus & ſpelunca, & caverna quædam artificio facta, Hule i Jorden eller Berg at ſkiule ſig vdi. *Spelea ferarum*, in quibus ferè agunt & delitescunt.

Spelunca, æ, f. pr. Cic. idem ſed magis latinè & uſu frequentiore. Ut, *ſpelunca eſt, infinitâ quadam altitudine.*

SPERNO, is, ſprevi, etum, act. t. aliquem, vel alicujus vota faſtuosè prætereo & rejicio, à πέρνω, πέρνω, περνίζω, calce peto, ferio, recalcitro, Forſkiuder/ forſmaar/ acter intet. *Munera tua ſperno. mulierem mihi moleſtam ſperno: nos ſpernit, & pro nihilo putat. comitem ſororem ſprevit moriens.* Sic *ſpernere voluptates, numina*, i. e. contemnere. Item veteribus ſegrego, ut, *à malis ſpernitur*, i. e. ſegregatur. *Spernunt ſe à me auxilia*, i. e. ſegregant. Aliter vulgò à ſpero, q. ſpem alicujus, vel ſperantis animum factumvé rejicio.

Spernax, acis, Silio, om. t. qui ſpernere ſolet, contemptor, foracter. *Vir mortis ſpernax.*

Spretor, oris, m. t. idem. Ut, *Deorum ſpretor.*

Spretus, a, um, quod ſprevimus, Forſmaad/ foract/ forſkut.

Compoſita.

Aſpernor, aris, dep. pr. ſpernendo fugio abhorreo & rejicio, Forſkiuder. *Aſpernatur virtutem, ſermonem alicujus, querimoniam miſerorum. Aſpernatur quod dulce nimis eſt guſtui. Deus hujus furorem aſpernatur à ſuis aris.*

Aſpernabilis, le, om. t. dignum aſpernatione. Ut, *res multæ hominibus non eruditis aſpernabiles*, Foracteligе.

Aſpernatio, onis, aſpernandi actus. Ut, *ex aſpernatione rationis eveniunt perturbationes.*

SPERO, as, n. pr. prod. aliquid ex voto ſucceſſurum exſpecto, & confido, à σπεύδω, σπερχίω, tento, conor, nitor: vel à σπαίρω, palpito, quia in actione motus eſt cordis non ſine aliqua palpitatione, orta ex rei deſiderio & exſpectatione, Haaber/ forhaaber. *Sperat nihil boni. ſperat amicitiam ſempiternam fore jubeo te ſperare, & bono animo eſſe.* Inde pro gaudeo ponitur. Ut, *ſperabam jam deferbuiſſe adoleſcentiam.* Item pertimeo. Ut, *ſperare Deos memores fandi atq; nefandi.* Item confido, & exiſtimo, Meen / oc er viß paa: idq; non tantum in præteritis: Ut, *innocentiam puellæ ſatis, ut ſpero, defendimus.* Sed & præſentibus: Ut, *facilis eſt defenſionis meæ curſus, ut animadvertere vos ſpero.*

Sperabilis, le, om. t. Plaut. quod ſperari poteſt. Ut, *vitæ ſalus nulla ſperabilis eſt mecum.*

Speratus, a, um, quod ſperavimus, forhaabt. Hinc *ſpes ſperata.* Et ſperatus, qui uxorem petit. *Sperata virgo*, quæ petitur, Som er paa gode veje eller er i gode veje at giffris.

Spes, & antiquè ſperes, Genit. ſpei, plural. nominat. accuſ. & vocat. ſpes, Dativus ſpebus, & antiquè ſperibus, f. quint. ſperantis affectus, & boni alicujus exſpectatio, Haab/ forhaabning / forttrøſtning. *Plenus bonæ ſpei ad vos proficiſcor. ſpes ratæ. has ſpes cogitationes ſecum portant. In triſtitia oritur ſpes.* Ponitur & abuſivè pro lætitia, antecedens ſcilicet pro conſequente. Ut, *ſpem vultu ſimulat.*

Specula, æ, f. pr. Cic. parva ſpes. Plautus etiam utitur in caſina dicens: *Specula in ſortita eſt mihi.*

Compoſita.

Deſpero, as, n. pr. ſperare deſino, Mißtuiffler/ mißtrøſter. *Deſperat ſaluti, vel ſalutem, vel de ſalute.* Et *deſperat fugam, honores &c.*

Deſperor, aris, paſs. de me nulla ſpes eſt, vel ſperatio. Ut, *ſive reſtituimur, ſive deſperamur, nihil opus eſt.*

Deſperandus, a, um, cui nulla ſpes adhibenda eſt. Ut *deſperanda ſalus. homo eſt deſperandus.*

Deſperatio, onis, actus, quo deſperamus, Fortuiffelſe/ mißtrøſtelſe. *Deſperatio vitæ, fugæ*, de quibus deſperamus.

Deſperatus, a, um, de quo deſperamus, Huor om ingen forhaabning er. *Morbus deſperatus*, Singe til døden. Unde, *deſperatis non adhibenda remedia.* Item activè, qui nullam habet ſpem, Fortuifflet/ſom haffuer intet at haabis til. *Exercitus comparatus, ex ſenibus deſperatis. cum deſperatis non eſt certandum.*

Exſpes, ei, om. t. ſine ſpe, nullamq; ſpem habens, Vden ald haab/ eller haabning/ fortuifflet. *Exſpes erat naufragus* Et *exſpes vitæ*, qui ſpem vitæ habet nullam, Fortuifflet.

Inſperans, tis, om. t. qui non ſperat, wforhaabendis. *Inſperanti mihi cecidit.*

Inſperatus, a, um, non ſperatus, wforhaabt. *Malum inſperatum.*

Ex inſperatò, adverb. pro præter ſpem & opinionem, wforvarendis.

SPHÆRA, æ, f. pr. σφαῖρα, corpus eſt ſolidum, ex omni parte unica ſuperficie rotundum quod latinè globus vertitur, Klode/ huad ſom er rund oc trind ſaa ſom en bold. Unde *ſphæra mundi* pro ipſo mundi ſyſtemate quod globoſum eſt. Item *ſphæra mundi, cæli, terræ*, quæ circulis confingitur. *Sphæra ſtellæ*, pro corpore ſtellæ, quod rotundum eſt.

Sphærula, læ, f. pr. parva ſphæra.

Sphæralis, le, om. t. quod ad ſphæram pertinet. Ut *motus ſphæralis*, qui fit in ſingulis ſphæris, & circulis.

Sphæricus, a, um, quod ſpheræ figuram habet. Ut *figura ſphærica. doctrina ſphærica*, quæ agit de ſphæræ figura, aut de ſphæra mundi, cœli, terræ. Et abſolutè ſphærica, cæ, f. pr. placentæ genus quod ex multis globulis in ſphæram & rotundam formam coactis, ac deinde ſimul compactis fiebat.

Sphæriſtenum, rii, n. ſ. locus balnei rotunda ſpecie, & pluribus circulis, cùm aliis exercitationum generibus, tàm pilæ ludo præcipuè deſtinatus. Item peculiariter, locus exercitio pilæ potiſſimum deſignatus, Bold huus/ Bold bane.

Compoſitum.

Hemiſphæriam, n. ſ. dimidiata ſphæra, h. e. cœli dimidium, Den halffue Himmel.

SPICA, cæ, fœm. pri. pri. prod. propriè ariſtæ adhuc tenues, per culmi folliculum proruentes prominentesq; ; inde tota illa culmi pars, quæ ariſtis, glumis, & granis erupit q. ſtica à σπάχυς ejusdem ſignificationis, Slag oc Ax. *Spica hordei*, Bygax. *Spica ſiliginis*, Rugax. *Spica tritici*, Hvedeax. Et tropicè de aliis, *Spica alii* pro ipſo nucleo. Sic *Spicanardi*, Spicke Nardus. Et *ſpica* pro Lavendula, Lavendel/ aut nardo. *Spica croci*, quæ & *ſpica ciliſſa* dicitur, Saffran. Item ſpica, ſignum cœleſte oriens in virginis parte decima. Aliter ſpica à ſpecio q. quæ tenerior è folliculo erumpens ſpicit, quod nos efferimus, Kiiger vd. Item à σπάω extendo quia ariſtas extendit atq; pandit erumpens.

Spicus, ci, n. ſ & ſpicum, ci, n. ſ. antiquis idem quod ſpica.

Spiceus, a, um, quod ex ſpicis eſt. Ut, *meſſis ſpicea. corona ſpicea. herba ſpicea.*

Spico, as, act. p. Spicas emitto, vel in modum ſpicæ efformo. Ut, *grana ſpicantur in ſtipula crinito textu.* Et translatè *ſpicabat haſtilia*, i. e. acuebat, Huetrede/ ſpidſ grede. Quanquam hoc explicari poteſt, ſpiculo & ferro aſperabat haſtilia, Satte Spidſ Jern paa.

Spicatus, a, um, quod ſpicas habet. Ut *frumentum ſpicatum*, Axet Korn. *Herba ſpicata.* Et *pabimentum ſpicatum*, quod laterculis in latus proclinatis ad modum ſpicarum conſtat. Item abſolutè ſpicatum, nobile unguentum Romæ dici ſolitum ex ſpicanardi confectum, Spick Olie.

Spiculum, li, n. ſ. pilum erat, & telum miſſile, ferro triangulo novem unciarum & haſtili quinq; pedum & ſemiſſis: ſic dictum à ſpicarum ſpecie, Jern ſlagen ſpiud/ Jernbunden ſpiud oc glaſſuen. Accipitur & pro ſagitta, Piil. Item pro cuſpide ſagittæ, gladii, haſtæve, Spidſ oc Aad.

Spiculo, as, act. pr. ſpiculo & cuſpide armo ſeu cuſpidem & ſpiculum acuo, Spidſer. *Spiculavit telum.*

Spicu-

Spiculatores dicti sunt satellites Principum, à spiculatis quæ gestant.

Compos.

Inspico, Virg. act. pri. in modum spicæ incido, Huetter eller Spidser. *Ferro faces inspicat*, i. e. incîdit in longum minutis virgulis, ut facilius flammam concipiant. Sic *inspicare surculum.*

SPINA, næ, f. p pri. prod. aculeus plantarum, quarundam punctim vulnerans, à σπίζω pungo, vel à spica seu spiculo, quod ad spiculi modum sit acuta, Torn. *Spinæ rubi, sentis, cardui &c. Lilium inter spinas*, Skowlilie. Et translatè *spinæ animi*, i. e. curæ & angores. Item aculeus qualis serpentibus, histricibus & plerisq; piscibus inest, Stag. Item in animalibus vertebrarum textus inter se à collo usq; ad os sacrum: sic dicta, quòd ipsæ vertebræ in suo contextu processus utrinq; ostendant spinis haud absimiles, Rygbeen. Item translatè, spina pro subtili & presså ratione, atq; omni difficultate. Ut, *Philosophis spinæ partiendi, definiendi, differendi.*

Spineus, a, um, quod ex spinis factum est. Ut *corona spinea. Vincula spinea.*

Spinetum, ti, n. s. locus spinis consitus. Tornelund/ Tiørnet.

Spinosus, a, um, spinis abundans, Tiørnefuld. *Loca spinosa.* Et translatè, *Oratio spinosa*, pro dura & aspera.

Spinus, ni, m. s. arbor prunorum agrestium, quod spinis referta sit, Vild Kragetræ.

SPINTHER, ris, n. tert. fibulæ aut armillæ genus, quo mulieres utebantur in summo humero ad astringendam stolam à σπινθὴρ scintilla propter splendorem, vel à spinus, qualem fibula in circulo repræsentat, Spæng vdi Quindekobe.

Spintria, æ, m. p. masculus, qui muliebria patitur, seq; aliis abutendum præbet: sic dictus quod in eo spinter effœminatur. Exponitur & monstrosæ libidinis noviq; concubitus repertor.

Spinturnix, f. t. avis fœdæ figuræ, & inauspicata, quæ & incendiaria dicitur à σπινθὴρ ejusdem significationis: vel immediate à σπινθὴρ scintilla & strictura ignis, quòd de busto seu rogo aliquid carbonis in tecta deferebat, & incendium portendebat.

Spinturnicium, n. s. parva spinturnix.

SPIRA, ræ, f. p. σπεῖρα linea flexuosa orbes faciens in se se non redeuntes, ut sunt serpentum sinuosa volumina & funium convolutorum, Huad som er kringslet om oc om effter hin anden/ saa som Snogge eller Reeb der ligger i Kringler. *Serpens in spiram se colligebat. spiris ligabat puerum & his medium amplectebatur. funis nauticus in spiram collectus.* Item spira, genus pistorii operis, Saa som Kringling. Item spira, hominum multitudo & turba. Item basis columnæ unius tori aut duorum.

Spirillum, li, n. s. antiquis, barba capræ, Giedeskeg.

Compositum.

Conspiro, as, act. p. Plin. in spiram convolvo. Ut, *anguis in Volumnii tabernaculo se conspiravit.*

SPIRO, as, n. p. pr. prod. animam duco & cor cæteraq; vitalia ventilo per pulmones reciprocando refocillo à

σπαίρω palpito, propter motum & palpitationem cordis corporisq; manifestum, Aander. *Animalia alia pulmonibus, alia fistulis spirant.* Inde simpliciter palpito. Ut *consulit spirantia exta.* Item flo & ventum facio, Blæs. *Spirat Eurus.* Item consequenter, vivo, Hafft uer liffi sig/ rører sig. *Adhuc spirat*, i. e. vivit. Et translatè, *excudunt spirantia æra*, i. e. fundunt imagines tanto artificio, ut vivæ videantur. Sic *spirantia signa, statuæ, imagines*, quæ tam artificiosè facta sunt ut vivere atq; spirare videantur. Item exhalo & odorem emitto, Giffuer luct aff mig/ lucter aff nogit. *Comæ spirant divinum odorem, tetrum odorem.* Item translatè, *spirat minas*, i. e. efflat, Fnyss/ giffuer aff sig. *Spirat amores, spirat tragicam, spirat magnum.*

Spirabilis, le, om. t. quo spiramus. Ut *cæli spirabile lumen. animus spirabilis.*

Spiraculum, li, n. s. per quod odor, aêrve exspiratur aut exhalatur, Aande gab / suicke hull. *Spiraculum ditis. spiraculum terræ*, ex quo spiritus & odor teter exhalatur.

Spiramen, inis, n. t. per quod exit spiritus. Ut, *spiramen narium*, per quod nares spirant. Sic *spiramina ignis.*

Spiramentum, ti, n. s. Idem. Ut *spiramenta tenuia alvearium cerâ linunt apes.* Sic, *spiramentum cavernæ. spiramentum ignis*, Roghul/ Tude i Kackeloffn/ Log paa Kackeloffns dør. *Spiramentum follis*, fistula per quam spirat follis, Puster pibe. *Spiramentum animæ*, pro pulmonibus. Et spiramenta pro poris, Suedehuler: quia per eos exit & exhalatur sudor.

Spiritus, us, m. q. halitus & anima, quâ spiramus, seu ventulus quem spirando reciprocamus, Aande/ Aand. *Cibo, potione & spiritu continetur vita. Abstulit spiritum sine sensu doloris.* Item translatè animi elatio. Ut, *res gestæ magnos et spiritus attulerunt*, Stoer moed. Item abusivè, spiritus pro vento. Ut, *spiritus alto insonat mari.* Item peculiariter, spiritus substantia est aereæ naturæ, & quæ sensibus exterioribus non percipitur, Aand/ Geist.

Spiritualis, le, om. t. Ecclesiasticis, quod spiritu constat. Ut *homo spiritualis*, qui Dei spiritu ducitur, non carne. Et per syncopen *spiritalis aura*, i. e. vitalis. Et *spiritalis fistula*, i. e. aspera arteria, per quam spiramus, Strube.

Composita.

Aspiro, as, n. p. idem quod spiro, vel ad aliquid spiro. Ut *aspirant auræ in noctem*, Blæs/ eller blæs til. *Aspirat fortuna labori*, i. e. favet. Item aspiro pro nitor. Ut, *aspirare ad causam, pecuniam, in curiam. Scipio aspirat ad consulatum*, i. e. intentus est, Stunder oc staaer effter. Item accedo. Ut, *ad me aspirare non potes.* Et *ad horum verborum sinceritatem veritatemq; aspirabit*, i. e. pervenit & propriùs accessit.

Aspiratio, onis, f. t aspirandi actus. Ut, *aspiratio cœli, aëris*, quâ aspirant. *Aspiratio terrarum*, i. e. exhalatio. Item Grammaticis, spiritus asper, quo literas quasdam fortiore sono pronunciamus.

Conspiro, as, n. p. simul spiro. Et translatè consentio, seu communi animo aliquid aggredior, Legger offuer med andre at giøre noget / samtycker oc med hin anden indguar. *Conspirat cum bonis.* Et in malam partem, conjuro. Ut, *conspirant mali inter se.*

Conspiratio, onis, f. t. conspirandi actus. Accipiturq; tum in bonam partem: ut, bonorum hominum conspiratio: tum in malam: Ut, *conspiratio malorum contra bonos & innocentes*, Offuerleggelse / offuerlagt anslag.

Conspi-

Conſpiratus, a, um, quod conſpiravit, Sammenſblæſt. *Conſpiratæ res*, quæ velut in unum corpus ſunt conflatæ. Item, *conſpirati*, qui conſpirârunt in aliquem.

Exſpiro, as, act. p. q. extra ſpiro, Aander vd/vdblæſ eller vdpuſter. *Animam exſpirat*, i. e. mortuus eſt, Slugnes. Et abſolutè *exſpirat*, pro eodem. *Exſpirare ſanguinem*, eſt effluente ſanguine exſpirare, Naar Blod løber en ihiel/døer aff Blodløb. Item translatè, *exſpirare libertatem*, pro amittere.

Exſpiratio, onis, f. t. exſpirandi actus, tum propriè, tum translatè.

Inſpiro, as, act. p. in aliquid ſpiro, Blæſ ind i. *Granaria feneſtellis Aquilonibus inſpirentur.* Sic, *occultum inſpirat ignem.* Et translatè, *inſpirant morſibus venenum apes*, i. e. ſpiculo immittunt, Giffuer Forgifft i.

Interſpiro, as, Cato. q. inter aliquid ſpiro, Aander vd imellom. *Ubi dolium impleveris, operculo operito, relinquito quà interſpiret.*

Interſpiratio, onis, f. t. interſpirandi actus. Ut, *interſpirationibus æqualibus utebantur.*

Perſpiro, as, n. p. per aliquid ſpiro, Giennem blæſ eller Aander.

Perſpiratio, onis, perſpirandi actus, Giennem blæſen eller Aanden. Et Medicis, *perſpiratio*, quâ animal ſpirat per Syſtolen & Diaſtolen, Aandelſe.

Proſpiro, as, n. p. Caton. porrò & ulterius ſpiro, Faar Aanden frem. *Venæ ex cibo ſufflatæ non poſſunt proſpirare in toto pectore.*

Reſpiro, ras, n. p. quaſi retro ſpiro & ſpiritum reddo, Giffuer Aande. *Aſpera arteria excipit animam eam, quæ ducta eſt ſpiritu, eandemq; à pulmonibus reſpirat ac reddit.* Item ſpiritum duco, Faar Aande / Aander. *Qui in aqua demerſi ſunt reſpirare non poſſunt.* Et translatè, recreor, quieſco, animum erigo, Faar til liſſue/ vederquægis. *Reſpirabo ſi te videro. injuriæ te reſpirare non ſinunt.* Item, intermitto, ceſſo, Holder op. *Ne punctum temporis oppugnatio reſpirabit.*

Reſpiramen, inis, n. t. ſpiritus meatus. Ut, *vitales vires & reſpiramina clauſit.*

Reſpiratio, onis, f. t. reſpirandi actus, Aanden / Aandelſe. Item exhalatio. Ut, *aër oritur ex reſpiratione aquarum.* Item, intermiſſio. Ut, *moræ & reſpirationes me delectabant.*

Reſpiratus, us, m. q. Idem. Ut, *pulmones reſpiratu ſe dilatant.*

Suſpiro, as, n. p. ex imo pectore ſpiro, quod ſolicitudinis aut doloris argumentum eſt, Sucker. *Reperire ex magna turba neminem poſſumus, quicum aut jocari liberè aut ſuſpirare poſſimus.* Et translatè, deſidero, Stunder efter/ hiiger oc attraaer. *Suſpirat alios amores. ſuſpirat in aliquem.* Item, ſignificat aliquando, difficulter ſpiro.

Suſpiratus, tus, m. q. Ovid. ſuſpirandi actus, Sucken.

Suſpiritus, us, m. q. Plaut. Idem. Si vera eſt lectio.

Suſpirium, rii, n. ſ. ſuſpirantis affectus, Suck, *Suſpiria duxit ab imo pectore.* Item ſpirandi difficultas græcâ voce aſthma, Trang bryſtighed.

Suſpirioſus, a, um, ſuſpirio & difficultate ſpirandi laborans, Trangbryſtet. *Equus ſuſpirioſus*, Ambryſtet Heſt/Trang Aander.

SPISSUS, a, um, ſſior, ſſiſſimus, quod partibus conſtat denſè compactis à στιπὸς caleatus, Tæt / tyck. *Spiſſus ager, ſpiſſus aër, ſpiſſa nubes, ſpiſſiſſima ebeni materia. corona ſpiſſa*, i. e. frequens & crebra. Et translatè tardum, productum, operoſum & difficile, q. quod tardè movetur, Seent/ oc tungferdigt / ſeenferdig/ huor nogit gaar langſomt til. *Spiſſum eſt, amanti dicere, veniet. hoc timidè ſcribo, ita omnia adhuc tarda & ſpiſſa. principia tarda ſunt, & exitus tamen ſpiſſi & producti eſſe debent. Opus ſpiſſum & operoſum. nihil ego ſpei credo, omnes res ſpiſſas facit. Arioli ſi quid boni promittunt, pro ſpiſſo venit; id quod mali promittunt, præſentaneum eſt.* Aliter à πύκνομαι complicor, ut de denſis & complicatis dictum ſit.

Spiſsè, modo ſpiſſo. Ut, *Carbones ſpiſsè calcati. ſpiſsè ad Antonium venimus*, i. e. tardè, ægrè, vix, difficulter, Sacteligen/ Vandſkeligen. *Naſcimur ſpiſſius, quam emorimur*, i. e. tardius. Nam generationi unius decem vix ſufficiunt menſes, at ſtragi multorum una hora.

Spiſsitas, atis, f. t. Plin. & ſpiſſitudo, rei ſpiſſæ ratio & qualitas, Tyckhed / tæthed.

Spiſſeſco, is, n. t. ſpiſſus fio, Tyckner / tæthed. *Spiſſeſcit nubes, ſpiſſeſſit ſanguis in corpore.*

Spiſſo, as, act. pr. ſpiſſum facio, Giør tyck / tyckner/ tætter. *Omne lac igne ſpiſſatur in panem, farinæ modò.*

Spiſſatus, a, um, quod ſpiſſavimus, Tyck ſat / tæt ſat. *Dentes pectinatim ſpiſſati. ignis densùm ſpiſſatus in aërem tranſit.* Sic, *nubes ſpiſſatæ.*

Spiſſamenta, orum, n. ſ. dicuntur, quæ in unguentorum confectionibus & olivarum, aliorumq; id genus fructuum condituris extrema adduntur, ne fluitet quod conditum fuerit.

Compoſita.

Conſpiſſo, idem quod ſpiſſo, denſo.

Exſpiſſo, as, act. p. Plin. ſpiſſum facio, Tætter/tycker. *Sanguinem exſpiſſat.*

Exſpiſſatus, a, um, quod exſpiſſavimus, Tyck giort/ tyckner. *Exſpiſſatum lac.*

SPLEN, nis, m. t. σπλὴν, græca voce, quod Latinis lien, Milt.

Spleneticus, a, um, qui ſplene laborat, Milt ſiug.

Splenium, nii, n. ſ. Emplaſtri genus oblongum, à figura ſplenis oblonga ſic dictum: vel quod ejuſmodi emplaſtrum ſpleni indurato admoveatur.

Spleniatus, a, um, ſplenio obvolutus. Ut *mentum ſpleniatum*.

SPLENDEO, des, dui, n. ſ. ſingulare quoddam lumen ſpiro & emitto à πλύνω lavo q. plendeo, ut χαίνω candeo: ut propriè dictum ſit de veſte emaculata, mundius habita & ornatius exculta, Skinner / Gliſer. Indeq; translatum ad alia. Ut *facies alba ſplendet multo pilo. ſplendet tremulo ſub lumine Pontus. ſplendet aurum, uva, marmor. ſplendet in menſâ tenui ſalinum*, i. e. quòd tam gratum ſit pauperi quàm quod regibus maximè ſplendet. Et translatè, *Virtus per ſe ſplendet ſemper.* Item *ſuccus ſplendens*, erat ſputum craſſius, & fuci quoddam genus ex madido pane, ut, jus collyricum, cujus illitu genis ſplendorem conciliabant. Unde illud Juvenalis: *Et preſſum in faciem digitis extendere panem.* Item *coctæq; ſiliginis offas accipit, & madidæ facies dicetur annulcus?* Aliter à σπλήδος cinis: ſumptâ translatione à cineris vivi ſcintillatione, q. d. Glimrer/Tinderer. Item à πλήσσω ferio, quod feriat & perſtringat oculos.

Splen-

Splendeſco, ſcis, n.t. ſplendere incipio vel ſplendidus fio. Ut, *ſplendeſcit aurora. ſulco attritus ſplendeſcit vomer.* Et translatè: *nihil tam horridum, quod non ſplendeſcat oratione.*

Splendidus, a, um, quod ſplendet, Skinnende/ klar gliſende. *Splendida veſtis,* Herlig oc prectig. *Domus ſplendida regali luxu. fons ſplendidior vitro* Et translatè, *equus ſplendidus: ingenium ſplendidum,* Anſeelig/ herlig/ prectig/ i. e. præſtans & magnificum. *Splendida bilis,* quæ ſplendore ſe prodit, Som lader ſig til ſiune. Sic, *ſplendidus humor.*

Splendidè, modo ſplendido. Ut, *ſplendidè exacta ætas,* Herligen.

Splendor, oris, m.t. ſplendidi qualitas & affectus, Skin/ Glantz/ Klarhed. *Cælum ſplendore clarum. argenti ſplendor.* Et translatè, *ſplendor, equitis, ſplendor nominis, familiæ, virtutum,* i. e. decor & gloria, ære oc herlighed.

Compoſita.

Exſplendeſco, q. extra ſplendeo, Vdſkinner. *Animi dotes exſplendeſcunt.*

Reſplendeo, des, n. ſ. idem quod ſplendeo, vel retrò ſplendeo vel ſplendorem reddo. Ut, *his veſtis reſplendet.* Legitur & hoc loco aliter reſpondet.

SPOLIUM, lii, n. ſ. pri. corr. quicquid hoſti victo in pugna detrahitur, ut ſunt, arma, veſtes & ornamenta, q. ſpodium à σπάω traho, detrahо, eximo, eripio, convello, Roff/ Bytte. Aliter à σκύλον ejuſdem ſignificationis.

Spoliarium, rii, n. ſ. locus in quo quis ſpoliatur, Røffuerbane/ Røffuerkule. *Spoliarium civium,* in quo ſpoliantur cives. Item, locus ante balneum, in quo loturi ſe ſpoliant & veſtes detrahunt.

Spolio, as, act. p. ſpolia detraho, Berøffuer/ tager Roff eller Bytte/ plynderer. *Regem impratio obtruncat & ſpoliat. Spoliat me argento, ſpoliat æras, templa.* Et translatè, *ſpoliat ſocium famâ & fortunis.*

Spoliatio, onis, ſpoliandi actus, Røffuen oc plyndеren. *Templi ſpoliatio,* quâ ſpoliatur.

Spoliator, m. t. qui ſpoliat, Plynderer.

Spoliatrix, idem in ſexu fœmineo.

Spolior, aris, dep. p. antiquè pro ſpolio.

Compoſita.

Deſpolio, as, act. p. ſpolia detraho, vel ſimpliciter ſpolio, vel totum ſpolio, Røffuer/ giør ſlet bar. *Virum deſpoliat.*

Diſpolio, as, act. p. omnibus modis ſpolio, Slet berøffuer oc plynder.

Diſpoliabulum, Plaut. pro diſpoliatione, Berøffning/ Plyndering.

Exſpolio, idem quod ſpolio ſeu modis omnibus ſpolis, Røffuer/ aldelis berøffuer.

Exſpoliatus, a, um, quem exſpoliavimus. Ut, *bonis omnibus exſpoliatus.*

Inſpoliatus, Quint. non ſpoliatus, vberøffuit.

SPONDA, æ, f. p. latus lecti, & quidem proprie genialis, à σπονδή libatio, q. ſuper quam libabant Diis genitalibus, Sengeſtel/ Brudſeng/ Seng. Inde ponitur pro toto lecto, Sengeſted/ Træſeng. Iſidoro dicitur exterior pars lecti, ut pluteus interior.

Spondæus, m. ſ. pes metricus duabus ſyllabis conſtans, in ſacrificiis & libamentis potiſſimum uſurpari ſolitus, eâdem ſc. origine, à σπονδὴ libamentum, fœdus & ſponſio.

Spondalia, orum, n. ſ. plur. Genus carminis ſeu cantus, à ſpondæo ut videtur appellatur. Aliter legitur ſpondialia.

Spondiales, Iſidoro, qui tibiis canebant in ſacris gentilium.

Spondulæ, Mario Victorino. Idem. Sed ſuſpecta eſt lectio & cujus loco quibusdam legitur ſpondi, & ſpondiales.

SPONDEO, des, ſpopondi, ſponſum act. ſ. ſanctius promitto, à σπένδω libo, fœdus ineo, q. ſpondere propriè ſit promittere intervenientibus ſacris, Vdloffuer/ loffuer aff en frii haand/ eller viſſeligen loffuer/ Saa ſom naar mand dricker en til paa nogit at holde/ eller vedder om nogit. Aliquando etiam cum imprecatione. Ut, *ſpopondit ſe ſatisfacturum Reipublicæ; ſpopondit mihi pro illo. De me tibi ſpondeo. Dependam quod pro illo ſpopondi. Fortuna ſpondet mihi ſalutem* Sic, *ſidera ſpondent.* Et peculiariter dicitur *Paver ſpondere,* cùm filiam alicui in uxorem daturus eſt, Tilſiger / giffuer ja paa ſin Saatter. Sic *promitto & ſpondeo. ſpondeo, in meq; recipio. ſpondeo id confirmoq;.* Item antiquis ſpondere pro dicere: Unde *reſpondere re.*

Sponſio, onis, ſpondendi actus, Vdloffuen. *Sponſio voti,* quâ Deo obligamur. Item, ſponſio Jurisconſ. genus actionis, quod fiebat interpoſita ſtipulatione certæ pecuniæ, quam perderet is qui ſponſione vinceretur & coram recuperatoribus aut alio judice diſceptabatur. Unde *vincitur grandi ſponſione. pecuniæ tertia parte facta ſponſio,* Vedden.

Sponſus, us, m. q. idem quod ſponſio.

Sponſus, a, um, quod ſpopondimus, & peculiariter in re nubentium. Ut, *ſponſa eſt mihi virgo,* Troloffuet. Unde, *pacta & ſponſæ* dicitur *puella,* ubi bona in dotem promiſſa ſunt. Et abſolutè, *ſponſa* pro puella quæ ſpondetur, Feſtemøe/ Brud. Et abſolutè, *ſponſus* cui ſpondetur puella, Feſtemand/ Brudgom.

Sponſor, oris, m. t. qui pro alio ſpondet, Forloffningsmand/ forloffuer. Item ſponſor, qui puellam viro ſpopondit. Dicitur & ſponſor Dea apud Ovid.

Sponſalis, le, om. t. quod ad ſponſionem pertinet. Unde, *ſponſalis dies,* quo puella ſperato promittitur, Feſtensøls dag/ eller Jagilde. Et abſolutè, *ſponſalia, orum,* n. ſ. plur. contractus qui inter ſpondentes & nubentes fit de futuris nuptiis, Feſtensøl.

Sponſo, as, act. p. Jurisconſ. ſtipulor uxorem.

Compoſita.

Conſpondeo, cum aliquo ſpondeo, Loffuer med anden/ forloffuer med anden.

Conſponſores, dicuntur duo vel plures ejusdem rei ſponſores, Med forloffuere.

Deſpondeo, des, omnino ſpondeo, Slet forloffuer oc tilſiger. *Deſpondere filiam viro: filium mulieri,* Giffue Daatter eller Søn hen til at giftis. Et *deſpondere hortos, deſpondere ſpem,* eſt promittere, Loffue viſt oc faſt. Item deſpondeo, re deſperata cuicunq; eventui me ſpondeo, Giffuer mig ſlet hen / Slaar mig til hvad ende det tager / lader modet falde. Et cum adjectione, *animum deſpondeo, ſapientiam deſpondeo,* Tænckeric ke videre der paa / men ſlaer loſ

løß med mod oc ſind/ ſlaar løß med viſdom. *Turdus cavea incluſus deſpondet*, (ſubintellige animum) Lengis ihiel. Item deſpondebitur Impersonal. ut Ter. ne expectetis dum exeant huc, intus deſpondebitur, Der ſkal ſtaa eller ſkee Troloffuelſe.

Deſponſo, as, act. p. idem quod deſpondeo. Ut apud Sveton. *Coſſutia deſponſata erat Cæſari.*

Deſponſus, a, um, quod deſpondimus, Troloffuet/ viſt loffuet oc tilſagt. *Virgo deſponſa*, Forſagt Møe/ Feſtemøe. *Puella thalamo deſponſa. Deſponſa connubia. deſponſa laus. deſponſa provincia.*

Reſpondeo, des, di, ſum, n. ſ. interroganti verba reddo, & quaſi viciſſim ſpondeo & promitto, Suarer til noget. *Reſpondebo tibi. reſpondebo ad interrogata. de jure reſpondit.* Et translatè, congruo, par ſum, Kommer offuerens med / ſuarer til/ er lige med eller efter. *Dictis reſpondent cætera matris. ſtructura ad normam & libellam reſpondet. Gloriæ græcorum hoc reſpondet. Illa ſeges non reſpondet avaritiæ agricolarum*, i. e. non ſatis eſt, Det klecker inted. *Amore reſpondebo tuis officiis*, i. e. ſatisfaciam. *Reſpondent extrema primis. optatis meis fortuna reſpondet. inter eos mutuis officiis reſpondetur.* Item *elata mari reſpondet Gnoſia tellus*: pro objecta eſt, ſeu contra oppoſita, Suarer imod.

Reſponſio, onis, reſpondendi actus, Suar. *Accuſatio reſponſione indigna.*

Reſponſor, oris, m. t. Horat. qui pro aliquo ſpondet & q. promiſſis reſpondet & ſatisfacit.

Reſponſus, us, m. q. idem reſponſio. Ut, *hæc reſponſu brevia ſunt.* Item ſpecialiter, congruentia & convenientia. Ut, *reſponſus partium ad figuræ univerſæ ſpeciem convenientiſſimus.*

Reſponſum, ſi, n. ſ. quod reſpondimus, Suar. *Hoc ego reſponſum tuli. de tantis rebus nullum dediſti reſponſum.* Item oraculum. Ut, *ex reſponſo oſculatus eſt terram.* Sic *reſponſa Deorum, reſponſa Aruſpicum, Vatum.*

Reſponſo, as, Plaut. idem quod reſpondeo vel ſæpe aut multum vel fortiter reſpondeo, ſ. verbis laceſſitus, Suarer igien / tager igien / giffuer ſtycke for ſtycke. Et translatè, *Cibus palato reſponſat*, i. e. reſiſtit, repugnat, q. ſpondendo contrarius ſum. ſic *reſponſare fortunæ.*

Reſponſito, as, n. p. Cic. de re dubia conſultus reſponſum do, vel frequenter reſpondeo. Ut, *conſulentibus de jure reſponſitavit.*

SPONGIA, æ, f. p. corpus quoddam fiſtuloſum, ambiguæ naturæ, inter animalia & frutices, in petris aquatilibus naſcens, & veſcens conchis, piſce & limo, ex quo & penicilli fiunt, ad detergendas ſordes, & emundanda corpora à σπόγγος ejusdem ſignificationis, Jomfru Suomp / Badſkier Suomp. Item Iſiodoro piſces, q. ſfungiæ à fingere, i. e. nitida re & extergere: Unde Cic. *fingebatur ſpongiis ſanguis*, i. e. extergebatur. Ponitur & pro pumice, quod pumex ſpongiæ modo ſit fiſtuloſus. Item pro radice aſparagi ſativi. Eſt autem ſpongia duplex. Marina, & quæ humore pratorum nutritur diſtinguitur ſexu. Alia enim mas; alia fœmina. Item affectionibus. Alia enim rara, alia denſa, alia mollis, alia molliſſima, alia dura & aſpera. Item alia continet nucleos, alia lapides.

Spongiola, æ, f. parva ſpongia. Item quiddam ſquammatim compactum è Cynorodi ramis parvæ ſpongiæ modo dependens. Item radicula aſparagi ſativi.

Spongiator, oris, m. t. qui ſpongias captat & piſcatur.

Spongio, as, Apitio, pro ſpongia extergo.

Spongioſus, a, um, quod ſpongiæ ſimilitudinem habet, Suompvorn. *Spongioſus pulmo.*

Spongites, tis, m. t. lapis qui in ſpongiis invenitur.

SPONTE, nomen abl. caſus, & gen. fœm. ſignificans, libera & ex ſe mota voluntate, à σπονδὴ libatio, in qua nimirum requiritur libera illa & ex ſe mota voluntas, Selffvilligheð/ ſelffvillingen / frivilligen. *Mea ſponte hoc feci*, i. e. per me & meis viribus. *Sua ſponte & per ſe, aut ſuo judicio hoc fecit.* Legitur & apud Varronem & Celſum Genit. ſpontis. Ut, *homo ſuæ ſpontis nullis obligabit ſe legibus. ſpontis ſuæ ſtatuit finem.*

Spontalis, le, om. t. Apul. quod ſponte fit. Ut, *ſpontale parricidium.*

Spontaneus, a, um, idem, ἄδηλον.

SPORTA, æ, f. p. vaſis genus ex vimine, juncis aut ſparto, aut ſimili materia contextum: ſic dicta vel à ſparto herba, vel à σπυρὶς corbis panarius, Viiekurff / Piis lekurff. *Sporta cibaria*, in qua cibus aut donarium quod in clientes aut ſalutatores erogabatur, deferri ſolebat. *Sporta pecuniaria*, in qua pecunia ab actore & reo communiter deponebatur conſtituendi judicii gratia.

Sportula, æ, f. p. parva ſporta. Unde *ſportula pecuniaria.* Et, *ſportulam dare.*

Sportella, læ, f. p. bellariorum quoddam genus & ſecundis menſis annumerari ſolitum: ſeu ſportula vitilis, in qua artilagani & bellaria feruntur, Confect Fad/ Fad med Æble/ Pærer/ Sucker eller anden Confect. Sed & ſportulis obſonia cœnarum ferebantur, cum ad aliquem cœnatum ibant & in cœnationem domeſticam portabant, Madkurffue/ Føringskurffue/ Bæreskurffue/ Bryllupskurffue.

SPUMA, æ, f. p. pri. prod. innatans quidam & ſpongioſus humor, qualis ex ebullitione, motu & æſtu cernitur in aquis, ſanguine, vino, ſaliva, & in ore præ æſtu & ira ſputantis. Unde & à ſpuo deducitur, Fraae/ ſkum. *Spuma maris.* Inde *ſpuma cauſtica & ſpuma Batava*, Jt ſlags Sebe / ſkarp Sebe. Item *ſpuma metalli*, Malm ſkum. *Argenti ſpuma*, Græcè lithargyrium, Sølffglid. *Auri ſpuma*, Guldglid. *Plumbi ſpuma*, Blyglid.

Spumeus, a, um, ſpumâ abundans. Ut, *aqua ſpumea.*

Spumoſus, a, um, idem ut *unda ſpumoſa.*

Spumo, as, n. p. ſpumam emitto, Fraaer / giffuer ſkum aff mig. *Spumat mare, ſpumant freta, cautes, æquor, ſpumat vindemia.* Sic *ſpumat equus, ſpumantia frena, ſpumantes apri, uvæ, patera.* Et *ſpumat enſis cruore. pocula ſpumant lacte. ſpumant mella. ſpumans in herbas luna*, fingitur à veneficis, qui ad lunæ lumen herbas ad ſua veneficia legunt q. illa veneficiis præeſſet & herbas ſpuma & ſaliva quadam inficeret: Unde dicitur, *luna ſpumat veneno.*

Spumatus, us, m. q. Statio. ſpumandi actus. Ut, *anguis abundat ſpumatu*, Fraaen/ ſkummen.

Spumatus, a, um, ſpuma aſperſus, vel ſpumans. Ut *ſaxa ſpumata ſalis niveo liquore.*

Spumeſco, is, n. t. ſpumoſus fio. Ut, *ſpumeſcunt aquora remis.*

SPUO, is, ui, utum, n. t. Excrementicium oris humorem impetu linguæ ac ſpiritus ejicio, à πτύω, πύω ejuſdem ſignificationis, Spytter. *Hic ſpuit.* Et cum caſu, *Terram ſicco ſpuit ore viator Aridus.*

Sputum, ti, n. ſ. pr. prod. humor excrementicius ore ejectus, Spyt. Item Tert. genus fuci & ceruſſæ tenue, ſcilicet corium aut cruſta quæ faciei inducebatur ex madido pane; aliàs dictum ſuccus ſplendens, de quo in ſplendeo.

Sputo, as, act. p. ſputo deteſtor. Ut *morbus eſt, qui ſputatur*, Spytter ad / ſiger tui til nogit. Item ſputo, frequenter ſpuo.

Sputator, oris, m. t. qui frequenter ſpuit, Spyttere.

Sputatilicus, a, um, Siſennæ, ficta voce, ſputo dignus. Ut *crimina ſputatilica.*

Compoſita.

Conſpuo, is, act. t. ſputo aliquem fœdo, Beſpytter / Offuerſpytter.

Conſputus, a, um, quod conſpuimus, Offuerſpyt. Ab omnibus deriſus, & conſputus.

Conſputo, frequenter conſpuo.

Deſpuo, is, n. t. deorſum ſpuo, Spytter ned / ſpytter vdi. Item ſpuendo exerceor, Spytter med forhaanelſe oc foractelſe / Siger tui til en. *In me deſpuit.* Et paſſivè, Deſpuor, Beſpyttis / foractis. Item Imperſ. *Deſpui, hodiè religio eſt.*

Perdeſpuo, is, act. t. Catul. valdè deſpuo. Ut, *perdeſpuit uxorem patrui.*

Deſpumo, as, act. p. ſpumam aufero, Skummer. Deſpumare carnes, undam &c. Et per conſequens excoquo, Vdſyer oc fortærer. *Somnus vinum deſpumat, Venter mero abundans, citò deſpumat libidines*, Syer offuer / q. excoquens ſpuma ſupra modum. Item, *deſpumare cotem*, i. e. levigare, abſtergere, depolire, Giøre ſlet / glat.

Exſpumo, as, n. p. Celſ. In modum ſpumæ emano, Vdfraaer. *Humor exſpumat.*

Exſpuo, is, q. extra ſpuo, Vdſpytter. *Linguam, dentes exſpuit.* Et abſolutè, *exſpuit in os ejus*, vel, *exſpuit ei in os.* Et translatè, *miſeriam ex animo exſpuit*, Kaſter fra.

Inſpuo, is, q. in aliquid ſpuo, Spytter nogit / paaſpytter. *Oculis jnmentorum inſpuitur. homo inſpuitur.*

Inſputo, as, Plaut. pro ſæpius inſpuo.

Reſpuo, is, pui, putum, cum contemptu rem rejicio & aſperno, & propriè q. cum edito ſputo, Baanligen forſkiuder oc foracter. *Reſpuere munera, conditionem.* Et translatè, *hoc reſpuunt pudicæ aures*, i. e. audire dedignantur, Gider icke høre. Sic *auribus reſpuo*, i. e. audire nolo. Item *ſilex reſpuit ferrum*, i. e. repercutit & retundit. Sic *lignum reſpuit ſecurim, cuneum*, ſcilicet nimiâ duritie, Vil icke tage øxen / veggen. Et *reſpuit imperium.* Vil icke tage eller haffue.

SPURCUS, a, um, quod viſu fœdum eſt, utpote ſtercore, carie, tabo, ſemine, & ſimilibus perfuſum & contaminatum, à porcus q. immunditiem porci referens, Slemt / vtuctigt. *Homo ſpurcus* qui libidinibus graſſatur. *Noctes ſpurcæ*, quæ libidinibus peraguntur, quæ & opponuntur noctibus puris. *Oratio ſpurca*, quæ ſpurca profert. *Vinum ſpurcum* cui aqua admixta erat, nec offerri licebat. Inde translatè naribus grave, Ilde lugtende / ſlemt luctende. *Res ſpurcæ & grabes nares infeſtant.* Item ſævus & ſanguinarius. Ut, *gladiator ſpurcus & carnifex.* Item vehemens, aſper, Streng oc grum. *Spurciſſima tempeſtas. ager ſpurcus*, Haard / ſkarp: tactu ſc. aſper.

Spurce, modo ſpurco. Ut, *ſpurcè loquitur, dicit*, vtuctigen / vblueligen.

Spurcitia, æ, f. p. Columel. ſpurci affectus, Slemhed / vreenhed / vtuctighed.

Spurcities, ei, f. quin. Idem, Lucret.

Spurco, as, act. p. Celſ ſpurcum facio & adultero. Ut, *vinum ſpurcabat.*

Spurcatus, a, um, quod ſpurcavimus, Giort ſlemt. *Senectus impuris moribus ſpurcata.*

Compoſitum.

Conſpurco, act. p. ſpurco, ſpurcitie fœdo, Giør ſkiden. *Avis proluvie ventris aquam & cibos conſpurcat.*

SPURIUS, rii, m. ſ. pr. corr. incerto patre natus; ſic dictus à notis S P. quibus ſcribebatur q. ſine patre quiq; vagatur huc & illuc: vel à σπορὰ fœtus, & fœtus ſeminarium, aut à σπόρος ſemen, quod à patre nihil præter ſemen habeat: diciturq; non tantum qui incerto patre natus eſt; ſed qui eum habeat patrem quem habere non licet, Vecte / Sleigfred / Horevnge. Atq; inde adjectivum, Spurius, a, um, pro adulterino, ſuppoſititio, & irreptitio, Vecte. Ut *verſus ſpurii. Vinum ſpurium*, cui aqua admixta eſt, defrutumve aut igne coctum, muſtumve, antequam deferveſcat.

SQVALEO, es, ui, n. ſ. pri. prod. ſquamarum in modum rigeo, & denſus ſum, à ſquamarum crebritate & aſperitate, Er tyck / ſkubbet eller ſkrubbet. *Tunica auro ſqualens*, i. e. denſa rigida, ſquamarum in modum contexta. Item *tunica auro ſqualet*, i. e. fulget, ſquamarum modo. Item horreo ſordibus & illuvie densâ q. congeſtâ altâ congerie ſordium, Seer ilde vd. *Squalet cruore barba. ſqualent arma ſitu & rubigine. ſqualet civitas veſte lugubri.* Squalent arva adductis colonis, Seer ilde vd. Aliter, ſqualeo à ſquaror.

Squalidus, a, um, quod ſqualet, Ilde vdſeende. *Homo ſqualidus, æger & pannis obſitus. ſqualidæ* & per ſyncopen *ſqualdæ veſtes. tabes ſqualida. humus humanis oſſibus ſqualida. Multa ſqualidiora ſunt in oratione.*

Squalidè, modo ſqualido. Ut, *ſqualidius definiunt diſputant, dicunt.*

Squalor, oris, m. t. ſqualidi affectus, ut *ſqualor hominis, veſtis &c.*

Squalus, li, m. ſ. piſcis marinus ex genere Cartilagineorum, ſqualore & aſperitate cutis horridus. Eſt & ſquallus piſcis quidam fluviatilis, qui & capito dicitur.

Squaror, oris, m. t. antiquis idem quod ſqualor, aliter tamen deducitur ab ἐχάρα, i. e. cruſta & tumor omnis vitioſæ partis. Item à σκαίρω ſalio, propter partium reſultantem aſperitatem.

Squaroſus, a, um, antiquis, cujus cutis exturget ob aſſiduam illuviem.

Squatina, æ, f. p. piſcis ex planorum genere cujus corio propter ſqualorem & aſperitatem cutis ligna & ebora poliuntur, Jt ſlags Rocke fiſk / Skade / eller Engel rock. Dicitur & piſcis quidam ſquatoraja, voce compoſita ex ſquato & raja, quod priore parte rajæ ſit ſimilis.

SQVAMÆ, cujus ſing. ſquama f. p. cruſtulæ in quorundam piſcium & ſerpentum coriis, perpetuo quodam tractu connexæ & plicatiles à σκάπτω fodio, propter aſperitatem & abſceſſum, qualis eſt rerum foſſarum, ſkel. Item, ſquamæ dicuntur, catenulæ in loricis ſibi invicem nexæ, quia primum non hamis vel annulis, ſed cornu ſquamarum modo contexebantur loricæ. Item *ſquamæ æris*,

1221

quæ crebro igni excutiuntur, aliàs flores dictæ: qui ſcilicet fiunt ſeu gignuntur conflationibus, reſoluto atq; liquato ære, ſuperfusâ frigidâ aquâ.

Squamatim, ad ſimilitudinem ſquamarum, Skelviis. *Nucamenta ſquamatim compacta dependent.*

Squameus, a, um, ſquamis plenum, Skelfuld. *Squameus anguis.*

Squamoſus, a, um, idem. Ut *ſquamoſum piſcium genus. ſquamoſus draco.*

Compoſitum.

Deſquamo, as, act. p ſquamis exuo, Skæller. *Piſces deſquamat.* Et translatè, *arborem aliamve rem deſquamo,* Skraber / ſkaler / affſliſer. Item *deſquamare hominem,* Slide huden aff.

SQVILLA, æ, f. p. piſcis ex genere cancrorum, caudatorum, q. ſquirra à σκαίρω ſalio, ſaltito, quia capta crebrius ſalit: vel à κάραις ejusdem ſignificationis, Kræbs / Rege Krøfe. Sunt autem plures ſpecies. Ut *ſquilla major, ſquilla minor, ſquilla lata, ſquilla gibba, ſquilla crange, ſquilla mantes.*

ST, dictio incondita ſilentium indicentis. Item timentis nota. Item, irridentis aliquem. Item, ſibilus revocantis.

STADIUM, dii, n. ſ. pri. cor. στάδιον, latinè curriculum & locus, in quo equi homines ve currunt, & certant Athletæ, à ſtatione dictum, quòd Hercules eo ſpatio, uno ſpiritu confecto conſtitiſſet, Veddeløb Plaꝛꝛ / Rendebane. *Stadium currit,* Løbber veddeløb. *Curſores in ſtadio exclamant.* Et translatè, ſtudium. Ut, *in ſtadium artis Rhetoricæ prodire non audet.* Inde ſignificat ſpatium ſexcentenum pedum, ſeu centum viginti quinq; paſſuum. Ut, *ex hoc loco proficiſcitur Puteolos triginta ſtadia.*

STALAGMIUM, ii, n. ſ. Plaut. inaurium genus oblongum ex bacca pendula, à guttæ ſimilitudine, quæ Græcis στάλαγμα dicitur, øreheng / Perle vdi ørering.

STANNUM, & veteribus, ſtagnum, ni, n. ſ. genus metalli, plumbo candido affine, & quo vaſa ærea terreave illinebantur contrà æruginem & vim ignis, à στέγω, tego, operio, ſolido, contineo atq; defendo, & tueor, ne quid effluat aut penetret, Jtſlags tin. Hoc innuit Iſidorus dicens ejus Etymologiam eſſe ſeparantem, ſecernentem & defendentem. Item ejus uſus quo metalla cætera mixta & adulterata per ignem diſſociantur. Aliter à πήσσω, liquefacio, mollio, attenuo, quod liquefactioni & ſecretioni cæterorum metallorum inſerviat; vel quod facilius liquefiat quàm cætera. Ut πάγηνον quod in πήσσω liquefit. Nam ſtannum eſt quod ex nigro plumbo cum argento natum in foraminibus prius fluit, argento poſterius fluente. Item à πήγνυμι, quod ſimilem habet naturam.

Stanneus & ſtagneus, a, um, quod ex ſtanno factum eſt. Ut, *pyxis ſtannea.*

Stagneo, as, ex conjectura Scaligeri: ſignificat ſtanno incruſto, Fortinner.

STATER, eris, m. t. pen. prod. numus valens quatuor drachmas, στατὴρ dictus ab ἱστάναι quod inter alia ſignificat ponderare, En halff Daler.

Statera, æ, f. p. Inſtrumentum, quo res ſine lancibus ponderamus, ejusdem originis cum ſtater, ab ἱστάναι ponderare, Biſmer / Vindzel / Vect vden Skaale / Skippundz Vect. Item vaſis genus in argentea ſupellectili, quod & tympanum & magida, i. e. lancem appellant.

STAVRO, as, Verbum eſt inuſitatum ſignificans, palis fulcio vel munio à σταυρός, palus, vallus.

Compoſita.

Inſtauro, as, act. p. collapſum renovo, reficioq;, q. palo reficio, ſeu ſepes immiſſis palis reficio, Fornyer det ſom gaar fald paa / reiß paa fode / reiß paa ny. *Inſtaurat bellum. inſtaurat ſacrificium. inſtaurat ſcelus priſtinum in aliquem. inſtaurat cædem, epulas, ſurius.*

Inſtauratio, onis, inſtaurandi actus, Fornyelſe / opreiſning. *Ludorum inſtauratio*

Inſtauratus, a, um, quod inſtauravimus, Fornyet / reiſt paa ny. *Inſtauratum bellum. ludi inſtaurati. ſententia inſtaurata, proſcriptio inſtaurata.*

Inſtaurativus, inſtauratione conſtans. Ut, *inſtaurativus dies,* qui ultimus erat Circenſium, Jovis propitiandi gratia additus. *Inſtaurativi ludi,* qui in locum eorum, qui aut prætermiſſi erant, aut perperam facti, inſtaurabantur.

Reſtauro, as, act. p. Tac. & Juſtino idem quod inſtauro. Ut, *reſtaurare bellum: reſtaurare theatrum.*

STEGA, æ, f. p. pri. corr. locus navis contextus, ſeu tabulatum in quo nautæ ambulant à στέγω operio, tego, Offuerlog paa Skib. Inde, tugurium in navi, Koie / Kajytte.

Compoſita.

Præſtega, æ, f. p. tecti longior prominentia ad arcendos imbres & æſtus, tantum patulâ reliquâ parte ubi otii causâ ſumus, tanquam ſub porticu, Skru / Lude ſom er oben til ſiden oc endene.

Triſtega, æ, f. p. triplex tabulatum domus, quæ tres habet contignationes, aliam ſuper aliam, Try lofft høy. Sic, Diſtega, quæ duas habet, Tu lofft høy.

STELLA, æ, f. p. corpus cœleſte, luminoſum, & opinione vulgi, aut reſpectu planetarum & errantium, fixum, ſtans & hærens: Unde & à ſtando denominationem habet, Stierne. Eſt & ſtella nomen piſcis marini, à ſtellæ effigie. Numerandus autem vel inter teſtacea, vel inter inſecta & Zoophyta. Sunt & ejus plures ſpecies. Aliæ enim magnæ, aliæ parvæ, aliæ aculeatæ, aliæ læves, aliæ ab aliis brevitate longitudineq; radiorum diſtant. Aliæ radiorum appendices & quaſi ramos multos habent, aliæ iis carent. Item aliæ rubeſcunt, aliæ flaveſcunt, aliæ nigricant, aliæ cinereæ ſunt. Item ſtella piſcis quidam de Anthiarum genere.

Stellaris, re, om. t. Ut *ardea ſtellaris,* quæ roſtro in cœnum ad foramen aliquod juxta paladem inſerto, tubam voce repræſentat, Rørdrum. Stellaris autem dicta, quod punctis tanquam ſtellis eleganter picta diſtinctaq; ſit.

Stellatus, a, um, ſtellis plenus. Ut, *Cælum ſtellatum.* Et translatè, *ſtellatum animal* Salamandra *Enſis fulvâ Jaſpide ſtellatus,* Beſat med Jaſpis.

Stello, as, n. p. luceo, & quaſi ſtellas imitor, Tinneret ſom Stierner. *Frons ſtellans. nox ſtellans.*

Stellatura, æ, f. p. idem quod ſtellionatus. Ut, *Tribunus militibus aliquid per ſtellaturam abſtulit,* Vnderſlag / Liſtig Bedregeri.

Stellio, onis, m. t. animal non diſſimile lacertæ, multo tamen minus, tergum habens lucentibus quibusdam guttis depictum, ad modū ſtellarum. Item aliud ex phalangiorum genere

genere lentiginosum & acerbi stridoris, scorpionibusq; infestum: sed cum adjectione *stellio transmarinus.*

Stellionatus, us, m. q. Jurisconsl. fraudis & impostura genus, cujus nulla est ordinaria pœna, sed extraordinarie plectitur, & ad præsidem spectat cognitio: dictus à stellionis naturâ, qui exutam cutem comitiali præsentissimum remedium, fraudulenter devorat, ne remedio homini sit contra comitialem morbum, Listig Skelmstycke oc bedregeri/ vnderslag oc listig tiuffueri.

STEMMA, atis, n. t. στέμμα Græcis coronam significat. Inde Latinis stemmata dicuntur, imagines majorum, quæ in atriis magnatum, ad nobilitatis ostentationem solent collocari, Slect oc Byrdis Billede oc Contrafey. *Atria Pisonum stabant eum stemmate toto.* Item, ipsa stirps seu generis nobilitas, Slect oc Byrd: *Nil faciunt stemmata, nihil prodest longo sanguine censeri.* Item ipsa series generis, gradusq; descendentium, qui ramis quibusdam & velut intercurrentibus lineis interstinguebatur. Ut in pompa funebri stemmate lineis discurrebant ad imagines pictas. Item stemmata, pro inscriptione saxorum. Ut, *tristia saxorum stemmata delet herus.* Item stemma facinus coronâ dignum. Ut, *Cæsaris atq; Jovis stemma conserebatur.*

STERCUS, oris, n. t. excrementum animalium, omnisq; alia sordes, quæ everritur & extergitur: sic dictum ab extergo; vel à sterno quod sternatur per agros, Lort/ mog oc skarn. Inde translatè, quod est nullius pretii. Ut, *hoc pro stercore habet.*

Stercoreus, a, um, quod est nullius pretii. Ut *miles stercoreus,* En Skarns Krigsmand.

Stercorarius, a, um, quod ad stercora pertinet. Ut, *stercoraria cratis.*

Stercorosus, a, um, stercore plenus. Ut, *herbæ stercorosæ. locus stercorosissimus.*

Stercoro, as, act. p. stercora agris, fœcunditatis gratia, adhibeo, Møger/Gøder. *Stercorabat agrum suum.* Item pinguem & fœcundum reddo. Ut, *vicia & fabæ stercorare agrum dicuntur,* Fedmer.

Stercoratio, onis, f. t. stercorandi actus.

Stercoratus, a, um, stercore infectum vel fœcundatum. Ut, *colluvies domus stercorata. locus stercoratissimus.*

Stercutius, dictus est Saturnus, quod stercoris læramine primus fœcundârit terram.

STERILIS, le, pri. cor. om. t. quod non fœtificat: à στεῖρα mulier, quæ non parit vel immediatè à στερέομαι, privor, orbor, Gold. *Sterilis mulier, vaca, steriles agri. Oba sterilia,* Vind eg/ whanet eg. Et translatè, *sterilis veri,* qui verum nescit. Et *sterilis prospectus,* qui vacuus est à spectatoribus.

Sterilitas, atis, f. t. sterilis habitus, Goldhed/ vfructbarhed. *Sterilitas fœminarum. sterilitas agrorum.*

Sterilesco, is, n. t. sterilis fio. Ut, *animalia quædam cibis certis, quædam pinguedine sterilescunt.*

STERNO, is, stravi, stratum, act. t. dejectum expando humi, seu humi dejicio, ita ut expendatur, à στορέω στορνύω, ejusdem significationis, Slager noget ned der paa Jorden at det strøis/ slaar slet til Jorden saa det Bads ved. *Corpora milites fessi somno & vigiliis passim sternunt. Ariete sternebant muros. strave-*

runt humi hostes. Inde simpliciter humi expando, Strøer/ vdbræder. *Sternere humi tapetas, vestes, frondes.* Et, *sterno humum floribus, ramis, vestibus.* Et translatè, tego, cooperio, modo ornatus, modo usus gratia, quia scilicet sternendo tegimus. Ut, *sternere equos,* est cooperire, Decke/ Offuerhenge. *Sternere mensam,* est, tum cooperire, tum adornare, instruere & apparare, Brede Dug. Et *sternere triclinia, lectos,* Laffue oc Brede. *Sternere alicui lectum,* Rede ens Seng. *Sternere aulam, atrium, domum tapetis,* Drage vdi Huse. Item *sternere se,* est ad jacendum & quiescendum collocare. *Sternere vias* s. lapidibus, Broe legge/ aut simpliciter complanare, Jeffne veje/ fylde veje/ huler op: quia sternendo etiam res complanamus.

Sternax, acis, de equo dicitur, qui sessorem excutit, ac in terram dejicit, Hest som slaar aff.

Strator, oris, m. t. qui equum Domini sellâ insternit, ipsumq; in equum sustollit, Sadelknect/ Sadeldreng.

Stratus, a, um, quod stravimus & expandimus humi. Ut, *poma sub arbore strata,* Strødt. *Strato discumbitur ostro,* Dragen. *Ad pedes ejus stratus sum,* Ligger for hans Fødder. *Strata via,* Brolagt eller jeffnet vey. Et absolutè cum casu, *strata viarum,* i. e. stratæ viæ. *Stratum mare,* i. e. complanatum & æquatum nullo scilicet urgente vento, fluctuve, Stille haff. Et absolute, stratum, amisso tempore, ipse lectus stratus, Red Seng. Item, stratum, ipsum stragulum, quo aliquid operitur. Ut, *stratum equi.* Item stratum, Gulfflagt.

Strages, gis, f. t. stratorum cadaverum multitudo, Je stor Slag paa Folck. *Ferro stragem edidit.*

Stragulum, li, n. s. Quicquid usus aut ornatus causa sternitur humo, lectis, mensis, aut de parietibus suspenditur ac circumtenditur, ut sunt, tapetes, aulæa, peristromata, lecti operimenta, &c. Skiffue tecke/ Sengeklæde/ Veggeteppe eller Tapeter/ omheng. Item stragula dicuntur, quæ equis insternuntur, Hestetecke. Et Ulpiano, stragulum, vestis exterior, quæ reliquis injicitur, qualis est Græcorum pallium.

Stragula, læ, f. p. Idem & cum adjectione: *stragula vestis* pro eodem.

Stramen, inis, n. t. culmi frumentacei, qui pecori substernuntur, Strøelse.

Stramentum, ti, n. s. Idem.

Stramenticius, a, um, quod ex stramine fit. Ut *tectum stramenticium,* Straa Tag. *Culcita stramenticia,* stramento inculcata, Straasæck.

Stramineus, a, um, quod est ex stramine. Ut, *casa straminea,* Straahytte.

Composita.

Asterno, is, juxta sterno, ut, *asternuntur sepulchro-*

Consternium, locus prope Thermas, ubi vestes deponebantur, quod Cicero græca voce Apodyterium vocat, Klædestuffue.

Consterno, as, act. p. perturbo & animum alicujus dejicio, Tager modet fra en/ forferder. *Consternare hostes. consternare equum.*

Consternatio, onis, consternandi actus, Forstyrrelse/ Modsfortagelse/ forferdelse.

Consterno, is, stravi, act. t. idem quod sterno vel sternendo operio, Offuerstrøer eller legger. *Consternere terram frondibus. consternere aream lapidibus,* Brolegge.

Conſtratus, a, um, quod conſtravimus, Offuerlagt/ offuerſtrøit. *Forum cadaveribus conſtratum. conſtrata navis*, quæ cataſtromate tecta eſt, Skib med offuerlog.

Exſterno, as, act. p. Idem quod conſterno ſeu totum ſterno.

Exſternatus, a, um, quod exſternavimus, Forfærdet/ forfærdt/ giort Bange. *Mulier curis exſternata.* Et amiſſo tempore, *Equus exſternatus*, qui aliàs pavidus, Sky heſt.

Inſterno, is, act. t. in aliquo ſterno, Beklæder / Beſtrøer. *Inſternor pelle leonis, caverna palea inſternitur.*

Inſtratus, a, um, quod inſtravimus, Beklædt / offuerlagt. *Inſtratus ornatu regio. Inſtratus lectus*, Red Seng. Et abſolutè, inſtratum & inſtrata plural. operimenta & ornamenta, quibus equi inſternuntur, Hefteteckе/ Hefteтøy oc prydelſe. Item inſtratum Juriſc. ſignificat omnem veſtem ſtragulam, inſternendi cauſa paratam.

Inſtragulum, Cat. Idem quod ſtragulum.

Interſterno, act. t. inter aliquid ſterno, Strøer imellom/ ſlaar eller fylder. Unde *murum urbi circumdedit arena, pice, bitumine interſtratum.*

Obſtragulum, li, n. ſ. operimentum & ſuperior pars calcei, Offuerlæder paa Skoe. Exponitur & corrigia calcei q. eſſet ab obſtringo. Unde Iſidoro obſtrigilli ſunt, qui per plantas conſuti ſunt, & ex ſuperiore parte corrigia trahitur ut conſtringantur, Pløſe Skoe eller øre Skoe.

Lectiſternium, n. ſ. epulum erat, quod Jovi cum Junone & Minerva ſternebatur in templis: ſic dictum à tribus lectis ſtratis.

Lectiſterniator, Plaut. qui lectum ſternit, Sug-Suend/ Rede Suend. Qui curat lectum ſive in cubiculis ſive ad menſas.

Perſterno, is, totum ſterno. Unde *via perſtrata*, Slet oc alt Broelagt.

Præſterno, is, ante ſeu prius ſterno, Laffuer oc reder tilforn/ Broer tilforn. *Præſternere folia. Phœnix præſternit ſibi altaria. Illud peto præſternas ad quod hortaris*, i. e. præpares.

Proſterno, is, act. t. vi ſterno, Slaar veldeligen neder til Jorden. *Proſtrabit puellam reluctantem. proſternere aciem, milites, corpora.* Et translatè, abjicere atq; proſternere, eſt animum deſpondere, & ſeſe nimis humiliter demittere.

Proſtratus, a, um, quod proſtravimus, Nederſlagen. *Proſtrati milites. proſtratæ regiones. proſtratus ad pedes. Proſtrata virtus*, i. e. dejecta.

Solliſternium, n. ſ. ſollum & ſedile fuit ſtragulis Babylonicis ſtratum. Nam & *ſolla ſternere* dicebant, i. e. ſedilia ſtragulis exornare.

Subſterno, is, act. t. ſubtus ſterno, Strøer vnder. *Herbas ſubſterno. Gallinæ cubilia molliſſimè ſubſternunt.* Et translatè, *multa animo ſubſternebat*, i.e. ſubjiciebat, Forſetter i ſinde/ oc der offuerſlaar oc beraader nogit.

Subſtramen, inis, n. t. quod animalibus ſubſternitur, Strøelſe.

Subſtratus, a, um, quod ſubſtravimus.

Subſtratus, us, m. q. Plin. ſubſternendi actus. Ut, *ſuffitu aut ſubſtratu fugant venena.*

Superſterno, is, aliquid ſuper alio ſterno. Unde *corpus conſulis, Gallorum cumulis ſuperſtratis, inveniri non potuit.*

STERNUO, is, ui, utum, n. t. ſpiritum cum ex pulmone, tum ex cerebro vehementer & cum impetu emitto,

nec ſine concuſſione capitis, pectoris & totius corporis, à ſono qui literis STR ineſt ficta voce, ut Græcorum πταίρω ejusdem ſignificationis, vel à στέρνον pectus, Nyſer. *Senes laborioſius ſternuunt. ſternuiſſe à coitu abortionem facit. ſternuit obis.* Et cum caſu: *Aridus argutum ſternuit Omen amor.* Sternuere etiam antiquis erat ominoſum quare (quid & hodiè ſit) ſolebant ſternutantibus dicere: Salve. Aliter à ſterno, extendo, dejicio, concutio quia corpus ea concuſſione inſigniter extenditur.

Sternuto, as, ſæpius ſternuo.

Sternutamentum, n. ſ. Idem quod ſternutatio. Ut, *herba illa naribus ſternutamentum movet.*

Sternutatio, ſ. t. ſternutandi actus, Nyſer.

STERTO, is, tui, n. t. dormiendo gravem & creperum ſonitum naribus emitto, à ſono graviore ficta voce, Snurcker oc ſkryder i ſøffne. Item ſimpliciter dormio ſeu altius dormio, arctè & graviter dormio, à ſterno quod inter alia, ſignificat ad capiendum ſomnum humi me expando & compono.

Stertinium, nii, n. ſ. ſtertendi actus, Snurcken.

Compoſita.

Deſterto, tis, n. t. Perſ. pro evigilo ſeu expergiſcor, Vdſoffuer / vdſnurcker. *Deſtertuit eſſe Mæonides quintus ex Pytagoræo pavone.*

Inſterto, is, gravius ſeu altius ſterto.

STIBIUM, ii, n. ſ. lapis metallicus colore nonnihil ſimilis plumbagini, quem & mulieres ad tingenda cilia & genas expetunt, à στέμμη ejusdem ſignificationis, Spidzglaß/ Antimonie. Nam & vulgo Antimonium dicitur.

Stibinus, a, um, quod ſtibii colorem habet.

STIGMA, atis, n. t. nota ſeu ſignum quod alicui inuritur, Brandtegn paa nogit, *Frons ſtigmate notata.* Et translatè ſuggillatio & infamia, Vanrycte. *Verſiculis erant perpetua ſtigmata impoſita.*

Stigmaticus, m. ſ. cui ſtigma ob maleficium inuſtum eſt, Brendt oc merckt Tyff.

Stigmatias, æ, m. pr. Græca voce idem quod ſtigmaticus.

Stigmoſus, a, um, ſtigmate notatus. Ut, *Cicatrice ſtigmoſus.*

STIMULUS, m. ſ. pr. corr. fuſtis acutæ cuſpidis, quo agaſones punctim agunt jumenta, à στίζω pungo, Gad oc Staff med Piig vdi. *Utinam nunc ſtimulus in manu mihi ſit.* Inde translatè ſignificat incitamentum & omne id, quo impellimur & vexamur. Ut, *ſtimulus doloris, carnis, vitiorum*, Tillegger oc Nagger. Et *tibi ſum ſtimulus.*

Stimulum, li, n. ſ. veteribus idem.

Stimuleus, a, um, quod ſtimulis conſtat. Ut, *ſtimuleum ſupplicium* quod ſtimulis infligitur.

Stimulo, as, act. p. ſtimulis fodio, ſtimulum adhibeo, vexo, crucio, incito q. ſtimulis ago, Nagger. *Hoc me dies noctesq; ſtimulat. te conſcientiæ ſtimulant maleficiorum tuorum. Crucior, agitor, ſtimulor, verſor in amoris rota.*

Stimulatio, onis, ſtimulandi actus, Naggen.

Stimulator, oris, m. t. qui ſtimulat.

Stimulatrix, f. t. Idem in ſexu fœmineo.

Stimulatus, a, um, quod ſtimulavimus, Opegget/ tilegget eller nagget. *Vino ſtimulata jurgia. animus rabie ſtimulatus.*

Compo

Compoſita.

Exſtimulo, as, idem quod ſtimulo vel valde ſtimulo, Operrer/ tilſkynder / nagger / tilnagger / tilegger.

Exſtimulator, qui exſtimulat, Tilſkyndere / tilegere.

Exſtimulatus, a. um, quod exſtimulavimus, Tilegget. *Tigris fame exſtimulata.*

Perſtimulo, as, idem quod ſtimulo.

STINGUO, is, xi, ctum, act. t. Verbum eſt inuſitatum, in compoſitis ſignificans vim igneam obtundo, per Onomatopœjan à ſono ſibilante, quem reddit ferrum candens in aquam immiſſum. Item pungo ſeu punctis noto à στίζω ejusdem ſignificationis, Slycker eller ſticker oc pricker. Ponitur tamen poeticè pro exſtinguo. Ut *ſtinguuntur radii cœca caligine tecti*, i. e. obtunduntur & extinguuntur. Sic *interimet ſtinguens præclara inſignia cœli.*

Compoſita.

Diſtinguo, is, xi, ctum, diſcrete ſeu in varias partes ſtinguo, & interpoſitis q. punctis unum ab altero diſcerno, Giør ſkillerum eller ſkilmiſſe imellom / fraſkiller fra hin andre. *Granaria lateribus diſtinguuntur*, *diſtinguit bonos à malis. diſtinguit rem ambiguam poculum gemmis diſtinguit*, i. e. gemmis ſeu punctis, quibuſdam inſertis ornat, Beſticker/ beſætter / bepryder.

Diſtinctio, onis, diſtinguendi actus, Fraſkillelſe/ ſkilſmiſſe.

Diſtinctus, a, um, quod diſtinximus & partibus diſpoſuimus, Skildt ad fra hin anden. *Oratio articulis, membrisque diſtincta. Cœlum ſtellis, poculum gemmis diſtinctum*, Beſat.

Diſtinctè & diſtinctius, modo diſtincto. Ut, *diſtinctè dicit*, Tal merckeligen/ oc icke hacker det ene ord i det andet / Men huer ord vd for ſig.

Diſtinctus, us, m. q. Idem quod diſtinctio. Ut, *ore ac diſtinctu pennarum à cæteris avibus diverſum.*

Indiſtinctus, a, um, non diſtinctus, Wſkilt / blandet. *Oratio eſt indiſtincta & confuſa.*

Indiſtinctè, modo indiſtincto. Ut *indiſtinctè omnia annotabam*, Jſleng/ vden nogen Orden.

Exſtinguo, vis, act. t. q. ſtinguendo perimo & vim alicujus obtundo, Vdſlucker. *Ignem exſtingue.* Inde *exſtinguere amicitiam. exſtinguere aliquem*, pro memoriam alicujus tollere. *Exſtinguere animam*, i. e perimere, Jhielſlaa. Item, *nomen alicujus exſtinguere*, eſt, delere & ex memoriâ tollere. Item exſtinguo, idem quod diſtinguo. Ut, *artificem ab inſcio extinguere*, Skille fra/ giøre ſkilſmiſſe imellom. Aliter à tingo q. extingo.

Exſtinctio, onis, exſtinguendi actus, Vdſluckelſe.

Exſtinctor, oris, m. t. qui extinguit, Vdſluckere. *Belli domeſtici exſtinctor. Exſtinctor incendii. Exſtinctor patriæ.*

Exſtinctus, a, um, quod exſtinximus, Vdſlet. *Exſtincto calore exſtinguimur & occidimur. Carbo eſt exſtincta pruna.*

Inexſtinctus, a, um, non exſtinctus, ſeu quod non extinguitur, Wſluct/eller wſluckelig. *Ignis Veſtæ inexſtinctus.*

Inſtinctus, us, m. q. actio quâ divinitus menti aliquid quaſi inſtinguitur, h. e. immittitur, Jndgiffuelſe. *Cœleſti inſtinctu mentis hoc ſit.* Et generaliter : *Alicujus inſtinctu facere*, ſive Dei ſit, ſive hominis, ſive alius rei ſvadentis & impellentis.

Inſtinctor, oris, m. t. qui inſtingit, h. e. immittit, inſpirat, ut ſvaſor, impulſor, Angiffuere / Tilritzere. *Sceleris inſtinctor.*

Inſtinctus, a, um, cui aliquid inſtinximus, Jndgiffuen. *Divinitus inſtinctus furore.*

Interſtinguo, act. t. Idem quod diſtinguo. Interdum etiam idem quod exſtinguo. Ut, *eliſis faucibus eam interſtinxit.*

Interſtinctus, a, um, quod interſtinximus. Ut, *ſpatia interſtincta columnis*, i. e. diſtincta. *Interſtinctus ignis*, i. e. extinctus.

Præſtigiæ, arum, f. p. pl. Deluſiones quibus oculi falluntur, eorumq; acies quaſi ſtinguitur, hebetatur & obnubitur, Gygleri/ Kogelſpil. Inde translatè, fraus omnis & impoſtura, Suig / forblommelſe / bedrægeri. *Præſtigiis me circumvenit.* Aliter deducitur à præſtringo q. quod præſtringant aciem oculorum : legiturq; quibuſdam eam ob cauſam præſtigiæ. Item præſtigiæ q. præſtegiæ à prætego, aſſumpto ſibilo græco.

Præſtigium, gii, n. ſ. Idem quod præſtigiæ.

Præſtigiator, oris, m. t. qui præſtigias exercet, Gygler.

Præſtigiatrix, icis, f. t. quæ præſtigias exercet. Ut *mulier præſtigiatrix.*

Præſtigioſus, Gell. qui præſtigiis eludit. Ut, *præſtigioſus Grammaticus.*

Reſtinguo, vis, xi, ctum, act. t. iterum atq; iterum ſtinguo, & in aquam immitto, ut calor obtundatur & remittatur, Slucker eller Svaler. *Ignem aquâ reſtinguit.* Et translatè, *lachryma ejus hunc dolorem reſtinguet. Reſtinguitur morte animus. Ardor voluptatum reſtinguitur.*

Reſtinctio, onis, f. t. reſtinguendi actus.

Reſtinctus, a, um, quod reſtinximus. Ut, *bellum reſtinctum*, Vdſluct/ Svalet.

STIPES, itis, pr. prod. m. t. validior pars arboris à radice, ramos & frondens ſuſtinens à στύπη ejusdem ſignificationis, Bull paa træ. *Conſtitit ipſe ſuper ramoſo ſtipite nixus.* Et translatè, ſuſtis terræ de fixus, cui aliquid religatum eſt aut innititur. Ut *ibi ſudes ſtipites q; præacutos defigit*, Pæl. Item, *ſtipes ligneus* pro idolo. Item translatè ſtultus, inſulſus, & fatuus quaſi qui craſſo & hebeti eſt ingenio, aut à craſſiore ſtatura, quam plerunq; ſequitur iſta ſtupiditas, En vbehoffuen knub / tølper/ dorſk.

STIPO, as, act. p. pri. prod. arctè compono & in unum q. calcando cogo, denſo & ſolido, à στείβω, στίβω ejuſdem ſignificationis, Traader / legger / ſætter tæt ſammen/ oc i hin anden/ packer. *Apes liquentia ſtipant melka. nautæ argentum navibus ſtipant.* Sic, *ſtipare fruges*, Gyſne korn/ legge tæt i laſſue. Et translatè, *denſè & arctè circumſto cingoq;*, Staar tyck om/ ſtimler. *Milites Principem ſtipabant. Eum magna juvenum caterva ſtipat. turba ſtipat ſe*, Stimler/ trengis. *Stipare aliquem armis*, Omkring Ringe. Unde *Senatus armis ſtipatus. Antonius ſtipavit Senatum armis* ſc. non ad tuendum, ſed ad minandum & terrendum.

Stipatio, onis, ſtipandi actus. Ut, *Principis ſtipatio*, quâ ſtipatur comitantibus.

Stipator, oris, m. t. qui ſtipat. Ut *ſtipatores* qui onera in navibus componunt, Skibs lader. *Stipatores Principum*, qui Principem corporis ejus cuſtodiendi gratia circumſtant & comitantur, Svaanvrere. Aliter hi ſtipatores Principum dicti ſunt à ſtipe quam mercedis loco accipiebant.

Stipa-

Stipatus, a, um, quod ſtipavimus. Item quod ſtipat. Ut, *turba ſtipata eum tegebat*: niſi hîc ſtipata ſit nominaliter poſitum, pro denſa & frequens.

Stips, ipis, f. t. pecunia ſignata modici ſed gravis æris, qualis illa, quæ per capita colligi ſolebat & in ærarium reponi, mendicis porrigi ad ſuſtentationem, & Diis offerri: ſic dicta, quod collecta in cella ſtipabatur & componebatur. Nam etiam exigua gravis æris ſumma majorem faciebat cumulum, quam ut crumenis vel loculis poſſet includi, Smaa Penge. Hinc, ſtips pro mercede, quæ datur, Sold. Item pro tributo & vectigali, Krigsſkat. Et pro Eleemoſyna, Almiſſe. Item translatè, fructus & emolumentum rei alicujus. Ut, *magnam ſtipem confert hæc res.*

Stipes, pis, m. t. veteribus. Idem.

Stipendium, dii, n. ſ. æs quod militi pro opera mercenaria ſolvitur: eratq; Romanis Denarius in ſingulos dies: ſic dictum Varroni & Ulpiano à ſtipe, quo nomine veniebat pecunia modico ære collecta, quamvis & quondam ſtipendium conſtaret ex annona menſtrua vel annua, i. e. re frumentaria & aliis ad victum neceſſariis: Vel ut Iſidoro placet, quod pendebatur, non numerabatur, Krigsløn oc Sold/Beſoldning. Item ſtipendia pro annis ipſis, quibus milites merent, Aarlig Krigs eller Krigsmands tieniſte. Et translatè, *ſtipendia libidinis, ambitionis, inimicitiarum, cupiditatum facere*, pro ſervire libidini &c. Item ſtipendium dicebatur tributi genus & gravius vectigal, nimirum non certum & inæquale ſed pro arbitrio populi Romani pendebatur & ſolvebatur Principi & Reip. ad ſuſtentationem militum, Krigsſkat/ Sold. Unde *ſtipendiarii ſocii* erant, conditione omni deterrimâ.

Stipendialis, le, om. t. Sidon. Idem quod ſtipendiarius. Unde *ſtipendiale fœdus.*

Stipendiarius, a, um, quod ad ſtipendium pertinet. Ut *civitates ſtipendiariæ*, quæ ſtipendia & tributa dant, Skatſkyldige til Krig. Et abſolutè, *ſtipendiarius*, qui civitatis ſtipendiariæ incola eſt, Skatſkyldig. Item *ſtipendiarius*, qui ſtipendia meret, ut refert Turnebus ex Liuio. Item abſolutè, *ſtipendiarium*, n. ſ. vectigal, quod à ſtipendiariis confertur.

Stipendior, aris, d. p. Plin. ſtipendia facio, Tiener for Beſoldning.

Compoſita.

Circumſtipo, as, act. p. ex omni parte ſtipo. Ut, *amores murum circumſtipant.*

Conſtipo, as, act. p. in unum cogo, Trenger eller trycker tæt ſammen. *Conſtipant ſe milites ſub vallo.*

Obſtipo, as, act. p. Plaut. q. contra ſtipo, rimas obturo, Stopper imod/ ſtopper til. *Obſtipare aqualem;* ubi tamen ab aliis legitur, obſipare, de quo in ſipo. Item *obſtipare verticem*, exponitur contorquere, ab obſtipus q. obſtipum facere, ſed & alibi legitur obſtipere.

Obſtipus, a, um, cui collum riget, caputq; obliqvum eſt & in humerum inclinans, q. qui eſt ſtipato collo, Stiffhalſet/ Kraaghalſet. *Homo obſtipus. Obſtipum caput. obſtipæ ſues.* Alites obſtipus à ſtipes, q. inſtar ſtipitis rigidus.

STIPULA, læ, f. p. pri. corr. calamus frugum à ſto propter rectitudinem, vel à στύπη ſtipes, q. tenerior ſtipes, Straa *In viridi ſtipula turgent frumenta.* Sic de exciſo calamo, Halm/ vel trunco in agro relicto, ſive truncato calamo ad fœcundationem agri incendi & cauſi ſolito, Stub eller Halm. *Acervi ardentes crepitantis ſtipulæ. captivam ſtipula fœnog; involvit, & ignes admovit. ſteriles incendere profuit agros, atq; levem ſtipulam crepitantibus urere flammis.* Ponitur & abuſivè pro ſpica, quæ poſt meſſorum terga à tenuioribus legi ſolet, At ſom ſanckis paa Agger. *Meridie ipſa faciam, ut ſtipulam colligat.* Aliter à σύφελος, durus, aſper. Item Iſidoro ab Uro q. Uſtipula.

Stipularius, a, um, quod ſtipulis conſtat. Ut *ſimus ſtipularius*, Halmmøg.

Stipulor, aris, dep. p. poſtulo mihi aliquid promitti ſolenni formula reſpondendi & inſtipulandi, veluti cum dico, ſpondes? Reſp. Spondeo. Dabis? Reſp. Dabo. à ſtipula interveniente ſtipulationibus, ut feſtuca vindiciis, Tager Ord/Mund oc Haand aff en. Ruſtici enim ſtipulis in morem nodi contortis aſtringere & obligare ſolebant, ut & Germanorum forma innuit, Mit Mundt vnd mit Halm. Hinc, *nemo ſtipulatus eſt, Ergo nemo ſpopondit. Is cui legatum eſt, ſtipulatus eſt idipſum, quod legatum eſt. quod tibi ſtipulanti ſpopondi, percipe.* Item ſtipulor, aris, paſs. pro ſtipulatione rogor, Tagis Mund oc Ord eller Haand aff. *Lex Lætoria vetat minorem viginti quinq; annis ſtipulari*, i. e. ſive ſtipulanti reſpondere, aut ſpondendo obligari. Sic, *ſcorta ſtipulari ſolent.* Aliter vulgo à ſtipe deducitur, mutatâ quantitate initialis ſyllabæ, quaſi proprie eſſet de pecunia. Inde transferretur ad omnes rogationes, quæ de quavis re interponuntur. Item ab antiquo ſtipulum, quod firmum ſignificat: idq; à σύφελος durus, ſeu à σύπη ſtipes.

Stipulatio, onis, ſtipulandi actus, & verborum conceptio. quibus is qui interrogatur, reſpondet, Fororð/ Haand oc Mund fra en. *Stipulatione ipſum obligabat. pecunia ex ſtipulatione debetur.*

Stipalatiuncula, f. p. parva vel parvi momenti ſtipulatio.

Stipulator, oris, m. t. qui ſtipulatur ab aliquo. Nam ſtipulator & promiſſor opponuntur.

Stipulatus, a, um, paſs. quod ſtipulati ſumus. Ut, *hæc pecunia ſtipulata eſt. ſe ſtipulatum dicit*, Tagen Ord oc Haand aff.

Stipulatus, us, m. q. Idem quod ſtipulatio.

Compoſita.

Aſtipulor, aris, dep. p. quaſi porrecta ſtipula aſſentio, Samtycker med. *Tribunus aſtipulatur conſuli.*

Aſtipulatio, onis, aſtipulandi actus. Ut, *aſtipulatio Senecæ*, quâ Seneca aſtipulatur.

Aſtipulator, oris, qui aſtipulatur. Ut, *Stoicorum aſtipulator Antiochus.*

Aſtipulatus, us, m. q. Idem quod aſtipulatio. Ut, *aſtipulatu Jovis hoc factum eſt.*

Inſtipulor, aris, dep. pr. Idem quod ſtipulor. Ut, *viginti minas abs te inſtipulatus eſt Pſeudodus.*

Reſtipulor, aris, dep. pr. ſtipulanti viciſſim ſtipulor, viciſſim ſponſionem ab aliquo rogo & peto, Tager Haand oc Mund/ tager Løffte oc Bed aff en igien. *Hoc ego à te reſtipulor.*

Reſtipulatio, onis, reſtipulandi actus.

STIRIA, æ, f. p. pr. prod. gutta gelu concreta, de tecto pendula, ac guttatim augeſcens, q. στερεά, rigida, dura,

dura, ſolida, quia aquâ eſt concreta, rigida & ſoliditatâ, Benſegel. Aliter à στερεός quod ſignificat tenue.

Stilla, læ, f. p. gutta de ſtiria cadens, Draabe ſom dryp-per aff Huusegle / Jisdraabe. Inde tropice quævis gutta. Ut *ſtilla olei, aquæ*, Taar.

Stillo, as, n. p. ſtillas emitto, Drypper. *Arbor ſtillabit ſanguineis roribus. ſtillat ex oculis rorem. ſtillans pugio. ſanguine ſtillantia ſidera. ſtillat lachrymas*, i. e. copiosè effundit. *ſtillantur lachrymæ*, i. e. copiosè effunduntur.

Stillaticius, a, um, quod ſtillanti modo fit. Ut, *ſtillaticia reſina*, quæ rufo colore lentescit: dicta quod guttatim ſtillaret.

Stillatus, a, um, quod ſtillavit. Ut, *ſolo ſtillata electra.*

Compoſita.

Diſtillo, las, n. p. variè vel multum ſtillo, Drypper megit / her oc der. *Diſtillat ab inguine virus.*

Diſtillatio, onis, Medicis fluxum capitis ſignificat, cum ad os & fauces è capite humor diſtillat, Hoffuet flod / flod aff hoffuedet. Item Chymicis diſtillatio dicitur actus, quo materiis ſuccos vitales beneficio ignis extrahunt guttatim ſcilicet ſtillantes.

Diſtillarius, rii, m. ſ. Sen. Concinnator ſive venditor diſtillationum.

Exſtillo, avi, n. p. Idem quod ſtillo, Drypper. Lachrymis exſtillat, Drypper aff graad oc grædet taare. Sic *exſtillare humorem. exſtillare amaritiam.*

Inſtillo, as, act p. ſtillando infundo, J drypper. *Aurium gravitati ſuccum raphani inſtillant. inſtillat oleum lumini. guttæ ſaxa inſtillant*, De drypper paa. Et translatè, ſenſum aliquid immitto. Ut, *hoc tuæ mihi literæ inſtillarunt*, Gaff mig ſaa ſacteligen tilkiende / gaff mig ind. Aliter à στέλλω mitto q. ἐνστέλλω, inſtillo.

Subſtillum, li, n. ſ. tempus quod ante pluviam vel poſt pluviam eſt, non ſiccum, ſed humidum, quaſi ſtillans, Ruugen / Rug vær. Item ægritudo quâ ſtillatim emittitur urina, Græca voce ſtranguria, Kolde p. ß.

STIRPS, pis, f. t. plantæ pars terræ inhærens, ſtabilitatem dans iis, quæ ſuſtinet & ex terra ſuccum trahens à στερεὸς & στερίφης firmus, atq; ſolidus: vel q. στιππόπους, i. e. firmo pede, Stamme / Bull oc Stilck paa træ eller vrte. *In ſeminibus cauſa eſt arborum & ſtirpium. quarundam ſtirpium utilitates longo uſu percepimus. Arbores per ſtirpes alunter. altitudo arborum delectat, radices ſtirpesq; non item.* Inde tranſlatè familia & genus, Slectoc Affkom / Stamme. *Multi propter ignobilitatem ſtirpis & generis in famulatu fuerunt ſtirps Claudii. ſtirps Scipionum.* Sic *genus Cæſaris ex ſapientiæ ſtirpe generatum.* Item Pacuvio, pro ſobole. Ut, *qui ſtirpem occidit meum.* Item ſtirps origo, caput & initium rei, Opkom oc begyndelſe. *Stirps juris, ſuperſtitionis, quæſtionis.* Accipitur & pro omni planta firmitate prædita præter arborem, Stind / ſtaaende plante eller Vrt. Legitur quoq; in maſculino genere, pro trunco arboris.

Stirpitus, adverb. à ſtirpe, Med roed op. *Hunc errorem ſtirpitus extraxit.*

Stirpeſco, is, n. t. in ſtirpem converter.

Compoſita.

Exſtirpo, as, act. p. cum ſtirpe evello, Rycker op med rode. *Radices exſtirpat. exſtirpat pilos corporis*, Oprycker i bond / med roed. Et translatè *exſtirpare vitutem, humanitatem, vitia, perturbationes*, eſt in universum tollere, Oprycke oc ødelegge.

Exſtirpatio, onis, exſtirpandi actus, Oprydkelſe. *Exſtirpatio ſilicis.*

Inexſtirpabilis, non exſtirpabilis. Ut, *radices inexſtirpabiles*, Vrydelig / vforgengelig / vødeleggelig.

Unistirpis, pe, om. t. Plin. Unius ſtirpis.

STIVA, æ, prio. lon. f. p. aratri manica, à ſtando ſic dicta, Plougſtert *Stivæ, quæ currus à tergo torqueat imos.* Sed ex Varrone videtur ea eſſe pars, quæ dentale connectit cum temone, à ſtando, Plougſiule.

STO, ſteti, ſtatum, n. p. pedibus erectus & immotus innitor, a στάω eiusdem ſignificationis, Staar. *Hi ſtant hîc ambo, non ſedent.* Inde transfertur ad alia quæ pedes non habent, ſive ea ſint animata ſive inanimata, corporea ſive incorporea, quæ tamen immota morantur, Staar ſtille. *Stant in templis aræ. ſtat navis, currus, flumen.* Item ponitur & pro plenus ſum. Ut, *ſtat ager lentibus*, quâ formâ nos dicimus, Staar fuld med / offuerſtaar med korn *Stat pulvere cœlum*, i. e. plenum eſt. Item pro permaneo, duro, Bliffuer ved / ſtaar ved / ſtaar paa. *Marius dedit ſidem, ſed in fide non ſtetit*, i. e. permanſit, perduravit. Sic *ſtat promiſſis, conventis. veteris ſtat gratia facti. ſtat ſententia.* Item promineo, Staar vd offuer, *Stant pectore marmoreo papillæ.* Item conſtitutus ſum, præfinitus, immobilis, Er beſticket oc forſat. *Stat ſua cuiq; dies.* Item pro in animo eſt, & conſtitutum habeo, Haffuer faſti ſinde. *Stat conferre manum Æneæ. ſtat quicquid acerbi eſt morte pati.* Item, poſitus ſum. Ut, *omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis.* Item, quieſco. Ut, *ſtant ludentes in taberna.* Item vigeo, Staar ved macr. *Conſiliis bonus ſtat reſp. urbs: Trojaq; nunc ſtares, Priame, & arx alta maneres. ſtamus animis. parum apud te ſtat fides*, i. e viget & valet. Item conſto, Kaaſtet / ſtaar ſaa megit. *Multo ſanguine & vulneribus hoſti ea ſtat victoria. magno ei ſtetit, eâ nocte abſentem fuiſſe. Quanti mihi ſtetit, neſcis*, Det ſtod mig. Item conſentio, ſum contentus, Staar med / nøyes med. *Gallii judicio non ſtetit Lentulus. Utrq; cenſor cenſoris opinione ſtandum non putavit. meo judicio ſtare malo, quam omnium reliquorum.* Item ſtare dicitur qui ſuperior eſt in cauſa, metaphora ſumpta à victore hoſte qui adverſarium proſtravit ſuperſtans. Dicitur & impersonaliter ſtatur, Mand ſtaaer / eller der ſtaais. *Quid agitur? ſtatur hic, ad hunc modum.* Item antiquis, *Stano*, pro ſto, nude deſtino.

Statio, onis, locus in quo naves ac milites tutò ad tempus ſtare poſſunt, Rid eller Rei / Skiborei / Krigsfolckis hold. Item locus vigilibus ad agendas excubias aſſignatus, Skarvact. Item locus, in quem multi conveniunt, ut de re aliqua decernatur, & jus dicatur, Mode oc Steffne. Item manſio & habitatio, Vel-relſe / Bolig. *Athenis nunc mea ſtatio placet.* Dicuntur & *ſtationes ſtellarum*, matutinæ & veſpertinæ ſtationes, cum ſpectantibus ſtare videantur in Oriente & Occidente. Item tranſlatè, *ſtatio vitæ*, à ſtatione militum ſumptâ ſignificatione.

Statiuncula, æ, f p. parva ſtatio.

Stationalis, le, om. t. quod in ſtationibus verſatur. Ut, *ſtationales ſtellæ*, quæ matutino tempore omni noviſſimæ & veſpertino omnium primæ in cœlo apparentes, quasdam q. excubias facere videntur.

Stationarius, a, um, Idem. Unde *milites ſtationarii*, quibus cuſtodiæ aut præſidii gratiâ ſtatio aſſignata eſt, Vact/ Landsknect.

Stator, oris, m. t. apparitor & miniſter, qui magiſtratui præſto eſt, & abſentes arceſſit, vel ipſis quid nunciat, literaſve defert, à ſtando ſic dictus, quòd jugiter aſtare deberet magiſtratui, Fogitſuend / Byſuend. Sic *ſtator Jupiter*, qui aſtabat auxilio Romanis contra Sabinos.

Status, a, um, quod certum eſt & ſtatutum, Viſt oc faſt/ Beſticket/ Stadigt. *Statæ ſolennesq; cæremoniæ. ſtatus dies ſit cum hoſte. ſtati ſyderum curſus. ſtata ſacra*, quæ certis ſtatisq; diebus fiebant. forma ſtata, Tarffuelig Skabning. *Mulier ſtata, virgo ſtata*, quæ modeſta & modicæ formæ, Tarffuelig oc høffuiſk.

Statarius, a, um, qui ſtat, firmusq; & ſtabilis permanet: quiq; in agendo vel dicendo geſtu moture utitur moderato. Ut *ſtataria fabula*, quæ à ſtantibus non diſcurrentibus agitur. Et abſolutè *ſtataria* pro eodem. *Statarius Orator*, cujus eſt ſimplex veritas in agendo. *Pugna ſtataria*, in qua non furtis, non excurſionibus velitationibuſve, ſed collatis utrinq; ſignis decernitur, Staaende ſtrid/ ſtaaende ſlag. *Statarii ordines*, ad ſtatariam pugnam inſtructi.

Statura, ræ, f.p. modus corporis humani quoad ejus quantitatem, quæ in Geometria, figura appellatur, Jt Menniſkis ſtoerhed. Eratq; juſta ſtatura, quæ & media & militaris dicebatur, æſtimatione Romanâ, ſenum circiter pedum, ita ut hanc quæ ſuperaret, procera, prolixa, eminens & eximia dicebatur. Qui etiam minores, dicebantur exiles, breves & brevi ſtatura.

Stativus, a, vum, idem quod ſtationalis. Unde *præſidium ſtativum*. Et abſolutè neut. plur. *ſtativa*, caſtra temporaria quæ in obſidionem muniuntur: ſic dicta, quòd ibi ſtet, maneatq; exercitus, Slagen Leyer.

Status, us, m. q. ſtandi actus, Staaen. Status erectus & celſus. Motus & ſtatus corporis. Et apud Plaut. *Videhominis ſtatum*, See huilcken maade hand ſtaar. Item ſtantis rei affectio & conditio, ordo locus & caſus, Skickelſe / Stand oc Vilkaar. *Status ejus longior productiorq; ad hos caſus magis habilis. Is eſt hodiè rerum ſtatus. ſtatus vitæ*, Leffnitz leilighed. *De ſtatu vitæ ipſum abduxit. ſtatus orbis, ſtatus Reipublicæ, civitatis. ſtatus ſermonis ac prædicationis. nihil ſemper ſuo ſtatu manet.* Ponitur & pro gradu. Ut, *agnationibus familiarium ſtatus diſtinguuntur*. Item *Status Rhetoribus*, ſumma rei conſtitutio, ad quam totius orationis argumenta referuntur, Hoffuet meningen.

Statim, adverb. quaſi uno ſtatu, continue, ſine intermiſſione, aut morâ, J det ſamme / vden forhaling eller ophold / ſtrax. *Nec recedit loco, quin ſtatim rem gerat.* Sic pro illicò, mox: quod ea quæ mox fiunt, continenter fieri videntur. Ut, *has literas ſcripſi ſtatim ut tuas legerem. ut me ſalutaſti, ſtatim abiiſti.* Plaut. *ſtatim ſtant ſigna*, De ſtaa ſtille/ i.e. ſtato modo & immobili.

Staticulum, li, n. f. Plin. Vehiculi genus penſilis.

Staticuli, orum, m. f. geſtus ſaltatorii, quibus ad ſtatos muſicos concentus ſubſiſtunt. Paß/ ſtaaen vdi dantz eller mellom dantz / ſtillſtaaende mellom førſte dantz oc ſpringe dantz. Vel ſaltationes quædam ſtatariæ, non perinde motoriæ. Unde *ſtaticulos dare*, pro ſaltare dixit Plautus.

Stabilis, le, om. t. quod firmiter ſtat & durat, Stadig/ Varlig. *Stabile imperium. Virtus ſtabili eſt pede. Mala ſtabilia*, i. e. poma non decidua, & quæ diutius in arbore ſtant, vel diu maturitatem retinent, neq; citò corrumpuntur, Giem Eble. Item, *hoc mihi ſtabile eſt facere*, pro certum eſt & ſtatutum.

Stabilitas, atis, f. t. rei ſtabilis affectio & qualitas, Faſthed / ſtadighed. *Stabilitas peditum in præliis. ſtabilitas dentium.*

Stabilio, lis, act. q. ſtabilem facio, Giør faſt oc ſtadig. *Stabilire alicui regnum, Rempublicam.* Et *ſtabilivi rem meam.*

Stabilimen, inis, n. t. quo aliquid ſtabilitur. Ut *ſtabilimen rei erat portentum illud.*

Stabilimentum, ti, n. f. idem. Ut *ſtabilimentum panis erat aſſa bubula & poculum grande.*

Stabulum, li, n. f. locus quicunq;, in quo animal quieſcendi & commorandi cauſa ſtat, Sted at bliffue paa: ut de diverſorio & hoſpitio. *Neutrobi habeo ſtabulum ſtabile*, Herberge. De ſtatione ſeu habitatione & loco, ubi quis ſtare conſvevit: *Ardua tecta petit ſtabuli, & de culmine ſummo paſtorale canit ſignum.* Et de lupanari. Ut *ſtabulum meritorium, ſive meretricium*, Horehuus/ Horeſtald. *Stabulum equorum, boum, ovium &c.* Et ſpecialiter, equile, bovile, ovile, Stald / Fæhuus/ Faarehuus. Item ſtabulum, locus ſtabuli ſingulis armentis ratus, Spiltrow/ Fæboed. *Aſinus ad equm in ſtabulum conceſſit.* Item translatè, *ſtabulum confidentiæ, nequitiæ, flagitii*, ubi ſecurè exercetur confidentia, nequitia &c.

Stabularius, rii, m. f. Caupo viatores pretio recipiens, Krumand. Item, qui ſtabuli armenticii curam gerit, Staldſuend/ Staldkreng. Et Auguſtino adjectivè, *ſtabulariæ meretrices*, quæ exercent ſtabulum meritorium, Pardelſke Horer/ Skøger.

Stabulo, las, act. p. Varr. In ſtabulum recipio, Stalder. *Alienum pecus in ſuo fundo paſcit & ſtabulat.*

Stabulor, aris, dep. p. in ſtabulo ago, Stalder. *Stabulatur pecus in loco ſicco, in antris.*

Stabulatio, onis, actus quo pecus ſtabulatur alicubi, Stalding.

Stagnum, gni, n. f. locus in quo aqua diffusè & latè ſtat, ſive è fontibus ſive ex imbribus, reſes & ſine exitu: à ſtando ſic dictum, Søe. Et translatè pars maris profundiſſima, quod ea minimè moveatur ſemperq; ſtet, i.e. quieſcat. Aliter à στηναὸς πηγὸς, quicquam aquam continet, quo minus effluere poteſt.

Stagno, as, n. p. ſtagnum efficio, ut cum mare aut flumen littora aut ripas egreſſum aliquo in loco ſtagnum facit. Ut, *Nilus effuſo flumine ſtagnans.* Item ad ſtagni modum undis cooperior & exundo. Ut *agri ſtagnantes*, Staaer i Vand oc Sump ſom en Søe / flyder i Vand. Item activè inundo. Ut, *Tyberis ſtagnavit plana urbis loca*, Offuerſkyller.

Stagnatus, a, um, aquâ ſtagnante humidus. Ut, *palus ſtagnata.* Stagnantior Comparat. Claudiano. Ut, *Nilus Ægæo ſtagnantior.*

Stamen, inis, n. t. fila in opere textorio per pectinem tranſmiſſa & ſtabilia, à ſto, ut Græcorum στήμων ejuſdem ſignificationis, Rendegarn/ Rendgarn. Inde abuſive, fila quæ è colu ducuntur, Trad/ Garn. Et translatè in herbis, quæ veluti filamenta è calycis ſinu proſiliunt, & cincinni ſtaminibus ſimiles. Item filamenta in lignis, Aon i træ. Item ſtamina dicuntur, ligna arrectaria in interiore navis alvo, quæ latera navis ſuppingunt, Jndholt.

Stamineus, a, um, quod eſt ſtaminis. Ut, *rota ſtaminea* pro colo vel fuſo, Hiulerock eller Rocketeen. Et *vena ſtaminea*, pro filamentis ligni.

Statua,

Statua, æ, f. p. simulacrum ex ære aliove metallo fusum quod in publico in rei benè gestæ memoriam statuitur & collocatur, Ære Styt oc Billede.

Statuarius, a, um, quod ad statuarum conficiendarum rationem pertinet. Ut, *ars statuaria.* Et absolutè, Statuarius, ii, m. s. qui statuas ex ære aliove metallo fundit, Billedgyder. Item abusivè, qui sculpit imagines, Billedsnider.

Statuo, is, ui, statutum, act. t. quasi aliquid stare facio, spectationis gratiâ, Sætter op til at skue oc see paa. *Thebani in finibus æneum trophæum statuerunt.* Sic *statuere columellam, statuam, documentum, exemplum. statuitur Lollius in illo convivio.* Item *statuere caput alicujus in terram,* est sistere, Sætte en paa hoffuedet. *Statuere navem,* est sistere. Item translatè dedico. Ut, *Crateraq; duos statuam tibi pinguis olivi.* Item mente aliquid fero, pono & decerno, Beslicker / sætter for oc beslutter. *Ferro eam contumeliam arcere statuunt.* Et in foro, ferendaq; sententia: *Statuit Senatus hoc illi licitum esse.* Item censeo, judico, puto, Meener / Sømmer. *Causam sibi dicendam statuerat antequam hoc usu venit.*

Statutus, a, um, quod statuimus. Unde *statuta dies,* quæ decreta est ex conventione, Forsagt oc beslicket dag. Sic *solenne & statutum sacrificium.* Item *Navis statuta,* Sat paa Staffn til Bygning. Et *statutum habeo, quod mihi agendum sit,* i. e. constitutum, deliberatum. Item statutus Plauto, qui est amplioris staturæ, Aff en stor skickelse oc skabning / aff det store Slag / et stort Folck.

Statumen, inis, n. t. pedamentum omne, quo vitis fulcitur, Stytte / oc som Humblestenger. Item fulcimentum quodvis, quo aliquid fulcitur & statuitur. Ut, *statuminibus duobus imponitur firmum jugum, ad quod juventa capistrantur,* i. e. stipitibus erectis. Statumina, Cæsari, ligna sunt arrectaria in interiore alvo, quæ latera navis suppinguut, Indholt.

Statumino, as, act. p. Plin. Stabilio fulcimentis. Ut, *terra utrinq; lapidibus statuminari debet,* Festis / Tættis. *Statuminare rudus,* Palladio est, testæ contusæ duplum cum calcis simplo committere, Menge oc sla stødt Steen oc Kalck sammen.

Statuminatio, onis, f. t. quæ fit lapidibus & cæmentis libralibus & manualibus sine calce & arena, Saa som Steengierder. Ruderatio v. statumini superinducitur cum calce aut arenâ aut rudere novo aut redivivo. Nucleus, qui è testa contusa constat, & tertio loco inducitur.

Statuminatus, a, um, quod palis perticisq; firmatum est. Ut, *vitis statuminata,* Stenger.

Composita.

Absto, as, longe à re sto, Staar fra. Et antiquè abstat vel abstitit.

Antesto, as, n. p. Cic. pro antecello, Offuergaar. *Omnibus corporum viribus antestat.*

Antistes, itis, m. t. primarius unius templi Sacerdos, quasi qui antestat cæteris, Sogneherre / Sognepræst.

Antistita, æ, f. p. primaria Sacerdos, Abbedis.

Antistitium, tii, n. s. antistitum dignitas. Ut, *Antistitio præeminet.*

Antistitor, oris, m. t. Col. qui rei alicubi tuendæ præest, Forstandere.

Antisto, as, Antiquis pro antecello, Offuergaar. *Brassica omnibus oleribus antistat.*

Asto, as, stiti, stitum, ad aliud sto & præsens sum, Staar hoss. *Asto advocatus cognato meo. Astat in genua, in conspectu meo.* Item simpliciter sto. Ut, *arrectis auribus astant.* Item firmiter & immotus sto. Ut, *astat terra.* Item *adstes,* qui adstat.

Circumsto, as, ex omni parte sto, Omkring staar. *Me cives circumstant: circumstantes sylvæ.*

Circumstantia, æ, f. p. quicquid rem circumstat, Sagens leilighed oc vilkaar. *Circumstantia loci, personæ.*

Circumstatio, onis, Gell. circumstandi actus, Omkring giffuelse / omkring staaen. *Circumstatio militum, corona est appellata.*

Consto, as, stiti, stitum, & constatum, una vel simul sto, Staar sammen. *Multitudo hominum constat non procul.* Item certus seu immotus sto, Er stadig / staar ved. *Constat animo, mente, constat in sententiâ.* Et *constat sibi,* i. e. similis est & in eadem opinione perseverat. Item sum. Ut, *omnia mihi constant,* i. e. sunt. *Constat mihi agendorum dicendorumbe ratio,* i. e. est mihi ratio. *Constat ex animo & corpore,* i. e. est vel compositus est. Dicitur etiam de rerum venalium pretio. Ut, *constat mihi magno, parvo dimidio,* Koster saa megit. Item convenio. Ut, *hoc mihi tecum constat,* Her vdi kommer vi offuer ens. Et impersonaliter constat, i. e. manifestum est, Det er vitterligt. *Constat certò ipsum hoc fecisse.*

Constans, tis, om. t. qui animo & sententia sibi constat, Stadig / vryggelig.

Constantia, æ, f. p. constantis habitus, Stadighed.

Constanter, Adverb. modo constanti, Stadeligen.

Inconstans, om. t. non constans, wstadig / letfærdig. *Animus inconstans. ars inconstans.*

Inconstanter, modo inconstanti, wstadeligen / letfærdeligen.

Inconstantia, æ, f. p. inconstantis vitium & habitus, wstadighed / letfærdighed.

Contrasto, apud Nævium pro resisto.

Disto, as, q. loco ab alio diversо sto, & absum, Staar fra / er fra / ligger fra. *Hi parvo spatio distant ab illis.* Et translatè, differo, Er adskilt eller fraskilt. *Hominum vita distat à victu & cultu bestiarum. Multum inter Deum & hominem distat.*

Distantia, æ, f. p. distantis ratio, Mellom skel eller rum imellom. *Distantia harum urbium non magna est.* Item differentia, Skilsmisse. *Inter eos morum studiorumq; distantia.*

Distito, as, Colum. idem quod disto. Ut, *distitent inter se aliquanto spatio.*

Exsto, as, exstiti, exstitum, q. ex re vel extra sto, Vdaf staar / staar vdaff. *Vix summis cornibus exstant. supra terram paulum exstat sarmentum.* Item, quod vi sua stat, Staar ved / staar ved magt. *Dum Senatusconsultum exstat, officium in te meum non erit obscurum.* Sic *exstat oratio.* Item sum. Ut, *consules extitere eo tempore. suâ naturâ sine doctrina: multi exstitere graves viri.*

Exstaturus, Plin. pro exstiturus. Ut, *exstatura duabus gemmis.*

Exstantia, æ, f. p. Col. exstandi actus seu vis.

Superexsto, præ cæteris exsto, ἀδηλον.

Insto, as, n. p. in re aliqua sto, staar paa. *Saxo instat fortuna volubili.* Item insto q. contra sto, staar imod. *Hostes instant hostibus.* Et absolutè, pro eodem, instant. Et translatè,

urgeo, Trenger/ ſtaar hart paa noget. *Inſtat Hortenſius, in conſilium ut eas. Inſtat de hac re. inſtat factum,* Hand ſtaar hart paa / at det er ſkeet. Item inſto pro impendo & immineo, Offuerhenger/ſtaar for. *Tibi ab iis inſtat periculum.* Et antiquè apud Plaut. *tantum eum inſtat exitii,* pro ei. *Inſtant ludi. inſtat mihi iter longum. Inſtat dies,* Staar til/er for haanden.

Inſtito, as, Cæſ. Idem quod inſto ſeu contra ſto & repugno, ſed aucta ſignificatione. Ut, *Helvetii inſtituere & prælium redintegrare cæperunt.*

Inſtans, om. t. quod inſtat. Ut, *inſtans tempus.* Et abſolutè, inſtans pro præſenti tempore, Nærværende tiid oc forhaande. Item inſtans, quod inſtat & imminet, Tilſtaar/ tilſtunder. *Inſtans periculum, inſtans bellum.*

Inſtanter, Quint. Adverb. ſedulò & perſeveranter. Ut, *inſtanter dicit, pugnat,* Bliffuer ved/ hart ved / at ſige/ at ſtride

Inſtantia, æ, f. p. Plin. quâ operi inſtanter inſiſtimus, aſſiduitas, Vindſkibelighed.

Inſtitor, oris, m. t. qui à mercatore negotiationi præpoſitus eſt, mercesq; è tabernis divendit: ſic dictus ab inſtando, quod inſtet ſive negotiationi, ſive tabernæ, ſive ementibus, Kremmer/ Hycker. Et translatè, *inſtitor Eloquentiæ* qui q. venalem habet eloquentiam, eamq; ambitioſus ſeu mercem quandem extrudit. Item *inſtitor veſtis,* pro vergiliarum ſidere, quod ex eo ſydere in menſe Novembri faciant inſtitores conjecturam hyemis, ad cujus poſtea rationem merces & veſtes divendunt.

Inſtitrix, Idem in ſexu fœmineo, Kremmerſke/ Hyckerſke/ Kremmerkone. Item Plaut. Epitheton eſt ancillæ, quæ pro domina diligenter negotiatur.

Inſtitorius, a, um, quod ad inſtitorem pertinet. Ut, *ars inſtitoria,* Kremmeri/ Hyckeri. *Inſtitoria actio,* quæ eſt inter dominum & inſtitorem de re inſtitoria, Kremmer ſag oc handel.

Inſtita, æ, f. p. faſciola imam veſtis matronalis oram ambiens, Bremme/ eller Borde paa Quinde Kiortel oc Samarie.

Obſto, as, ſtiti, ſtitum, quaſi contra ſto, Staar imod. *Gemini colles oppido obſtant. Obſtitit in media candida turba via. quid obſtat, quo minus fiant nuptiæ,* Huad ſtaar imod / huad er til forhindring. Et Impers. *ſi non obſtatur, non propterea etiam permittitur.*

Obſtaculum, li, n. ſ. quod obſtat, Modſtand. *Oppido oppoſita obſtacula. Obſtaculum itineris, viarumq;,* Saa ſom Bröder i Vejen. *Obſtaculum aquæ,* Vandſtemning.

Obſtita, orum, Cic. Oſtenta quæ obſtant. Ut *fulgura atq; obſtita pianto.* Antiquis etiam obſtitum ſignificabat violentum. Item obliqvum ſed fortaſſe in obliqui ſignificatione legendum obſtipum & in violenti obſtitum. Item *obſtita veſtimenta,* non fulgurita, de veſtitu ſacerdotis ſacrificium facturi.

Obſtetrix, cis, f. t. mulier parturienti adſtans ad excipiendum lavandumq; fœtum q. adſtetrix, Jordemoder/ Fóſtermoder.

Obſtetrico, cas, n. p. obſtetricis officium ago.

Obſtetricor, aris, dep. p. Idem.

Perſto, as, ad finem ſto, Staar ſtedſe. *Pernox perſtabat Socrates. Animus incœpto perſtat,* i. e. perſeverat. Sic *perſtat in ſententiâ, in incœpto, in ſocietate.*

Præſto, as, q. præ aliis ſto, dignitate ſupero & antecello, Er ypperlig/ er offuer andre/ er meer end andre/offuergaar. *Hortenſius inter æquales longè præſtitit. Ariſtoteles brevitate dicendi: Apelles pingendo præſtitit. homo cæteris animalibus plurimum præſtat.* Sic *præſtat honore, dignitate, ætate, vitæ gravitate &c.* Item præſto, Act. pro Exequor & perficio, Beviis oc fuldkommer/ effterkommer. *Præſtitimus ea, qua natura præſcripſit.* Sic *præſtare alicui fidem, memoriam, benevolentiam, diligentiam, virtutem.* Et *præſtare ſententiam & promiſſa ſua. Præſtare exitu,* Med gierningen beviſe. Item polliceor, in me recipio, Loffuer/ vnderſtaaer mig/ loffuer oc holder. *Prædones nullos fore, quis præſtare poteſt? Quod de te ſperare, de me præſtare poſſum, Præſtabo ſumptum nusquam melius poni poſſe.* Item inſtauro, Opretter. *Damnum præſtari oportet.* Item fidejubeo, Loffuer for. *Impetum populi quis præſtare poteſt? illum conſularem hic conſularis præſtare videtur.* Item probo, Loffuer oc ſamtycker. *Omnes boni meum factum præſtabunt.* Item obligatus luo, Vdſtaaer/ lider. *Periculum judicii præſtare debet, qui ſe nexu obligavit.* Sic *præſtare eventum, culpam, alienam noxam.* Item, Impers. præſtat pro melius eſt, Det er bedre. *Præſtat ſervire, præſtat facere.*

Præſtabilis, le, om. t. quod præſtantiam refert & habet, Verdigt. *Præſtabilis amicitia ſapientiæ. res magnitudine præſtabilis, nihil mundo præſtabilius.* Sic *præſtabilis virtus.*

Præſtandus, a, um, quod præſtari debet. Ut, *præſtandus amor.*

Præſtans, om. t. quod præſtat. Et amiſſo tempore Compar. præſtantior & Superl. præſtantiſſimus, ypperligt / gild oc gieff. *Homo ingenio doctrinâ, gravitate & prudentiâ præſtans, Plato in illis artibus præſtantiſſimus.*

Præſtantia, æ, f. p. præſtantis ratio & conditio, ypperlighed. *Præſtantia mentis, partium, dignitatis, fortunæ.*

Præſtaturus, a, um, Part. Fut. ab inuſitato ſupino præſtatum.

Præſtes, itis, m. t. qui præſtat. Item idem quod Antiſtes: dicebaturq; potiſſimum de Laribus. Ut *Lares præſtites. Pilumnus Larium præſtes.* Sic autem dicti, quod in ædibus omnia tuta præſtarent.

Præſtitor, oris, m. t. Apul. qui præſtat & præbet. Ut, *mundus præſtitor eſt & tributor omnium, quæ mortalibus videntur bona,*

Præſtò, Adverb. q. præ aliquem ſto, re & opera præſenti in promptu, Nærværendis/ tilſtæde/ tilrede. *Quadruplatores ad fretum præſto fuerunt. fuit mihi præſtò Romæ Cicero. præſtò ſum tuæ ſaluti,* i. e. auxilior. Sic *præſto amicis eſt ad conſilium, ad hoſpitium,* Med raad/ med herberge ad meddele. *Præſto eſt ad periculum, ad aciem,* Er tilrede vdi fare/ vdi Slagtning.

Præſtolor, aris, dep. p. pen. corr. præſto ſum & appareo, ubi conventum erat apparere inter me & alium adeoq; exſpecto alterum, Staar oc bier / forventer oc forrøffuer. *Præſtolor ipſum domi, præſtolor tibi domi, in Epiro, in foro, ad forum.*

Proſtibulum, li, n. ſ. genus ſcorti impudiciſſimum, quod non noctu, ſed interdiu proſtat & copiam corporis facit. Sic immediatè à proſto dictum, vel à ſtabulis & diverſoriis, pro quibus ſtabant quæſtus diurni ac nocturni gratia, Almindelig Hore oc Skiøge. Accipitur etiam pro ipſo lupanari.

Proſtibula, læ, f. p. Plaut. Idem, ſi vera eſt lectio.

Proſto,

Prosto, as, prostiti, statum, n. p. & antiqvus finit. prostire, e corpore quæstum facio, Giør Hore aff mig / er saa til vunet. Item antè sto. Ut, *prostat gladio cinctus.* Unde *anguli prostantes*, i. e. prominentes, exstantes.

Prostibilis, le, om. t. quod prostituitur. Ut *meretrix prostibilis.* Et absolutè prostibilis pro eodem. Sed suspecta est lectio.

Resto, as, n. p. quasi retrò sto, & ultra sorrem, Staar tilbage/ er til offuers. *Restant duæ noctes de mense: relictus ex nefaria cæde restat, restat, ut de motu dicamus: nihil restat.* Item antiquis idem quod disto. Ut *magnis regionibus restat.* Item idem quod resisto & repugno. Ut, *in quâ re nunc tam confidenter restas stulta?*

Resta bovis, nomen herbæ. Sic dicta, quod boves inter arandum remoretur, Krage torn.

Restito, as, sæpè vel subinde resto, Staar hart til/ bage/ stifft. *Exi foras sceleste. at etiam restitas? fugitive proci.*

Restibilis, le, quod restituitur & renovatur quotannis. Ut *ager restibilis*, Aalsæd Jord/ Jord som Aars/ ligen ployes oc saaes. Item *restibilis ager*, qui continuo biennio seritur farreo spico, i. e. aristato: quod nè fieret, solebant, qui prædia locabant, excipere. Item *restibilis seges*, ager qui regerminat, & in sequentem annum fœcunditas ejus q. restat, Agger som saaer sig selff aff det affsalden forgangne Aars korn. Sic *restibilis fœcunditas*, quæ continua est, nec intermissa. *Restibile & netum*, quod singulis annis repastinatur, Som huer Aar giøris om/ giøris op.

Substo, immotus sto, neq; pedibus tantum sed & sententia. Ut, *metuo ne hospes substet*, Staaer fast/ bliffuer ved.

Substantia, æ, f. p. quæ alias Ciceroni Natura dicitur: sic, dicta quod substet, diciturq; propriè de creatis omnibus. De Deo autem impropriè, En væreIse. Item Logicis substantia est, quæ neq; de subjecto prædicatur, neq; in subjecto est; sed sustinet accidentia. Ut, *homo, equus.* Item Theologis Græcis, Substantia significat personam. Item Quint. opes & facultates. Ut, *plus substantiæ filio reliquit.*

Substantialis, le, om t. Ecclesiasticis & Logicis, quod est substantiæ vel ad substantiam pertinet aut substantiam in se habet.

Substantivus, a, um, Ecclesiasticis quod substantiam habet. Et Grammaticis substantivum nomen quod per se subsistit & adjectionem admittit ceu accidens quoddam.

Supersto, as, supra aliquid sto, Staaer offuen offuer. *Sedente aquila superstat. statuæ restratæ columnæ superstant.* Item ratione temporis & vitæ, supersto, pro supersum, Offuerleffuer.

Superstes, stitis, om. t. qui superstat, vel qui mortuo superest, Som leffuer tilbage/ er tilsiue/ er til endnu. *Superstes ei vixit. superstes est amicus & Reipublicæ.* Sic, *Me tamen exstincto fama superstes erit.* Et consequenter superstes, qui salvus est & incolumis etiam sine morte suorum. Ut, *Deos quæso ut sit superstes*, Er ved macr. *Gloriæ suæ superstes supererit, ad crimen usq; atq; invidiam.* Item antique, superstites dicebantur advocati. Item testes. Ut, *nunc licet mihi quibus loqui, quando nemo adest superstes.* Item superstes pro præsenti. Ut, *suis utrisq; superstitibus*, i. e. præsentibus. Item superstites dicebantur litigatores stantes super fundum controversum.

Superstitio, onis, f. t. proprie anxia nimis cura parentum, quâ totos dies precabantur & immolabant, ut sui liberi sibi superstites essent. Inde omnis nimia religio, Wtidig helligheD oc helligdom/ Vantro/ vrang oc falsk Guds tieniste. *Superstitio sagarum, superstitio religioni propinqua. aliud superstitio, aliud religio.* Ut, *sublata superstitione, non tollitur religio.* Vel superstitio dicitur cum superstes defunctorum memoria colitur aut cum parentibus suis superstites celebrant imagines eorum domi tanquam Deos penates. Item Ecclesiasticis, vitium religioni oppositum secundum excessum plus exhibens in cultum divinum, quàm vera religio: quia exhibet cultum divinum, vel cui non debet, prout in cultu divino fit aliquid, quod fieri non debet. Item superstitio, quando traditioni humanæ religionis nomen applicatur.

Superstitiosus, a, um, qui superstitione imbutus est, Vranghellig/ Vantro/ Vrangchristen. Lactantio etiam superstitiosi dicti propriè, qui superstitem memoriam mortuorum colerent, aut qui parentibus suis superstites imagines eorum domi tanquam Deos venerabantur. Item superstitiosus Plaut. pro religioso qui augvria, aruspicinam aut auspicium exercebat. Ut, *superstitiosus hic quidem est, vem prædicat*, Spaamand.

Superstitiosè, modo superstitioso. Ut, *superstitiosè dicit.*

Superstito, as, n. p. superstes sum, incolumis sum, Er til endnu/ skader intet. *Mihi superstit, superet, superstitet.* Et active incolumem præsto. Ut, *regnum vestrum sospitent, superstitentq; Dii.*

Composita ab antiquo Stano pro Sto.

Destino, as, act. p. rem alicui decreta sententia statuo, ab antiquo stano, Beskicker / skicker noget til. *Destinat hominem morti. destinat arationi solum.* Inde simpliciter mitto, Tilsender. *Summo pontifici Cymbam destinavit.* Item annecto, Tilbinder eller knytter. *Abreptam ad ansulas destinavit.* Item comparo, Forskaffer. *Minis triginta puellam sibi destinat.* Dicitur & *destinare furem oculis*, pro oculorum indiciis quibusdam furem denotare, Kiøbe en med øynene.

Destinatio, onis, actus, quo aliquid destinamus. Ut, *destinatio hominis ad mortem*, Tilskickelse.

Destinatus, a, um, quod destinamus, Tilskicket/ beskicket. *Morti destinatus. laudem ipsi destinatam præripis. Destinata sententia* quæ certa est decreta, Affsagt oc besluttet Sententz oc Dom.

Prædestino, as, act. p. Theologis de Deo dicitur, qui ante jacta mundi fundamenta & ab æterno credentes æternæ saluti & incredulos æterno exitio immobili sententia destinavit, quiq; omnia & singula antequam fierent destinavit ad suos usus, & fines, Beskicket tilforn/ for end nogit skeer.

Prædestinatio, onis, prædestinandi actus, Beskickelse/ oc Guds Evige Dom om Menniskens Salighed oc Fordømmelse.

Obstino, as, act. p. pertinaciter expeto & ambio seu obstirmato animo aliquid ago facioq;, Staar endeligen oc hart effter noget/ endeligen er begierendis/ vil icke lade sig affrenge/ henger hart ved/ staar hart paa. *Assimitatem obstinat.* Sic *certum & obstinatum est*, pro certè & pertinaciter decretum est expetitumve.

Obstinatio, onis, obstinati affectus, Stiffhed.

Obstinatus, a, um, quod se obstinavit, Stiffsindet/ som ey lader sig affrenge/ vafftrengelig/ tryghaard/ tryghals. *Obstinata voluntas, obstinata pudicitia, obstinatus animus.*

Obſtinatè, modo obſtinato, Stiffſindeligen/ſtiffactigen/ waffrengeligen. *Obſtinatè operam dat.*

Perſtino, as, act. p. Apul. pro Emo. Ut, *viginti denariis id perſtinabi.*

Præſtino, as, act. p. antiquè idem quod emo. Ut, *piſces præſtinat. piſces pretio præſtinat.*

Compoſita à Statuo.

Aſtituo, is, ui, ſtitutum, act. t. juxta ſtatuo, Boſſ ſkicker/ ſætter. *Reum ad lectum ægroti aſtituemus.* Item ſuo in loco colloco. Ut, *ollas aſtitui jubet, patinasq; elui.*

Conſtituo, is, Idem quod ſtatuo, Beſticker eller ſætter i laſſue. Item decerno, Sætter ſig for. *Conſtitui facturum.* Item pactum ineo vel facio, Offuerlegger/ Indgaaer. *Conſtitui cum hoſpite.*

Conſtitutus, a, um, quod conſtituimus, Sat/beſticket/ forordnet. *Tempus conſtitutum.* Et abſolutè conſtitutum, pro conſtituto tempore. *Corpus benè conſtitutum*, i. e. bono & pulchro habitu præditum. Et *conſtitutum eſt mihi*, Jeg haffuer ſat mig for.

Conſtitutus, us, m. q. apud Feſtum, multitudo eſt hominum ſimul conſiſtentium.

Conſtitutio, onis, conſtituendi actus. Ut, *conſtitutio religionis, belli, corporis. Conſtitutio Principis* eſt ſtatutum, quod decrevit & ſanxit Princeps, Forordning. Item apud Rhetoricos idem eſt quod ſtatus. Et apud Muſicos, intervallorum certus complexus.

Conſtitutorius, a, um. Ut, *conſtitutoria actio*, Juriſconſultis.

Deſtituo, q. non ſtatuo, h. e. deſero, Forlader/ ſlaar feil. *Roſcius ſocios deſtituit. Socii à Roſcio deſtituuntur.* Item privo, Fratager/ ſtiller ved noget. *Siccitas deſtituit plantas naturali alimento.* Item omnino ſtatuo, Beſticker. *Deſtituit omnes ſervos ad menſam ſtare. ſigna cum clavis deſtituit ſenex.*

Deſtitutio, onis, actus quo deſtituitur aliquid, Forladelſe. *Hominis deſtitutio*, quâ deſtituitur.

Deſtitutus, a, um, quod deſtituimus, Forlat. *Ita ſum deſtitutus, ut nihil requietis habeam.*

Inſtituo, tui, tutum, quaſi in medium ſtatuo, Indſticker. *Ludos inſtituit anniverſarios. inſtituit officinam, textrinam, civitates, domeſticum mercatum. Inſtituere vineam, vel arborem*, eſt in aliquo loco ponere, Giøre en Viinhaffue/ giøre Abildhaffue. Et ex adjuncto hujus inſtitutionis, incipio, Begynder. *Perge, ut inſtituiſti. Orationem vel ſermonem inſtituit cum ipſo. à quibus retineri debebant, rejicere inſtituunt.* Item inſtituo q. in animo ſtatuo, Sætter mig for. *Inſtitui ad te ſcribere.* Item ſimpliciter ſtatuo, Beſticker. *Inſtituere ſibi amicos, teſtes.* Et *inſtituere pœnam in aliquem.* Sic *inſtituere tutorem filio.* Item inſtituo pro erudio, Lærer oc vnderviſer. *Inſtituere filios. inſtituit eos ad majorum inſtituta.*

Inſtitutio, onis, inſtituendi actus, Vnderviiſning. *Inſtitutio vitæ*, quâ vita moribus inſtituitur.

Inſtitutus, a, um, quod inſtituimus. Ut *Magiſtratus ante multos annos inſtitutus*, Indſat/ beſticket. *à naturâ inſtitutus eſt*, Lærd oc vnderviſt. *Ceremoniæ inſtitutæ*, Begynte oc indſatte ſkickelſer. Et abſolutè inſtitutum pro propoſito ſeu ſcopo, Forſæt oc mening. *Nihil hoc ad libri hujus inſtitutum: hoc nihil ad meum inſtitutum.* Item pluraliter inſtituta pro inſtitutionibus & conſtitutionibus, receptâ conſvetudine & more, Forordninger/ gammel viiß oc vaane/ ſkick. *Inſtituta majorum. inſtituta Peripateticorum. Inſtituta juris.* Et ſingulariter, *inſtitutum meretricium*, Horevviis/ Horeſkick/ Horeart.

Præſtituo, is, prius ſtatuo. Ut, *diem præſtituit operi faciundo. ſummum Dii præſtituere diem*, Beſtickede til forn.

Proſtituo, is, pudicitiam venalem habeo & corpus quæſtui expono q. palam ſtatuo, Haffue ſig fall til wcrucrigheds ſynd. *Proſtituere corpus, faciem, pudicitiam.* Et translatè *proſtituere vocem foro*, eſt ex cauſarum actione lucrum aucupari.

Proſtitutus, a, um, quod proſtituimus. Ut *homo proſtitutus*, Som haffuer ſin kyſkhed oc ære fal for penge/ wforſkammet.

Reſtituo, is, in priſtinum ſtatum ſtatuo & compono, Sætter til rætte igien/ i laſſue igien. *Reſtituere prælium*, ſ. quod turbatum erat. *Reſtituere alicui gratiam*, ſ. quæ amiſſa erat. *reſtituere depravata. reſtituere rem aliquam. reſtituere in priſtinum, in antiqvum ſtatum, in integrum. reſtituere aliquem*, ſ. ab exilio revocatum. *Reſtituere ædes quæ corruerunt bina reſtituuntur ſibi*, quæ mutata fuerunt, Kommer til ſig igien.

Reſtitutio, onis, reſtituendi actus. Ut *reſtitutio damnatorum*.

Reſtitutor, oris, qui reſtituit. Ut, *reſtitutor ſalutis meæ*, Gienſkaffer.

Reſtitutus, a, um, quem reſtituimus, Kommet i laſſue igien/ kommet til rætte igien. *Reſtituta dignitas. reſtituti condemnati.*

Subſtituo, is, aliquem in alterius locum ſtatuo, Sætter oc kommer i ſtæden. *Pro te Verrem ſubſtituiſti alterum civitati in eorum locum alios ſubſtituit. neceſſarios ſuos in hoc munere ſubſtituit.*

Subſtitutio, onis, ſubſtituendi actus.

Subſtitutus, a, um, quod ſubſtituimus, Sat i ſtæden igien. *Pro Reipublicæ procuratione bis ſubſtituta eſt nobis Philoſophia.*

Compoſita quædam promiſcua.

Boſtar, Feſto, locus, ubi boves ſtare conſvevere, aliàs ſtabulum, Booß.

Conſtabilio, act. q. ſtabile & firmum facio. Ut, *rem meam conſtabilivi*, Giør faſt.

Inſtabilis, le, om. t. non ſtabilis, wſtadig/ flagger vorn. *Animus inſtabilis. Cymba inſtabilis*, Haar den flagrer hid oc did.

Inſtabilitas, atis, inſtabilis ratio & affectus, wſtadighed. *Mentis inſtabilitas.*

Inſtar, Adverb. notans æquiparationem ſeu menſuram ad ſtatum alicujus, Lige ved. *Nabis inſtar urbis*, ſc. magnitudine. *Equus inſtar montis. Hoc inſtar mortis puto*, Jeg holder det lige ved døden. *Latêre inſtar mortis eſt. Hic dies, eſt inſtar immortalitatis, inſtar vitæ*, Lige ved wdødelighed/ ved liffuet. Item *pampinus inſtar quatuor digitorum*, i. e propè, Hen ved fire fingre. *Tyro habet epiſtolas inſtar ſeptuaginta*, Saa got/ eller hen ved/ ſaa mange. Interdum etiam nominaliter ponitur: ſignificatq; effigiem vel ſimilitudinem. Ut, *quantum inſtar in ipſo eſt. Cujus equi inſtar pro æde Veneris genetricis poſtea dedicavit*, i. e. cujus equi effigiem. Sic *ſecurus mundi inſtar habens teres atq; rotundus*, i. e. ſimilitudinem habens cum mundo. Eſtq; hîc Nomen, quod olim declinabatur genit. Inſtaris: Unde invenitur apud quosdam cum præpoſitione Ad. Ut, *ad inſtar amnis. ad inſtar ſolis*, i. e. ad ſimilitudinem ſeu effigiem ſolis. Item inſtar pro Pro. Ut, *Plato mihi inſtar omnium eſt*, For alle/ lige ſaa megit ſom alle.

Adinſtar

Adinstar dictio est rara. Idem quod instar.

Interstitio, onis, f. t. actus quo ad tempus quasi statur, Ophold / stilleſtand. *Animus interstitione negotiorum laxatur.*

Interstitium, n. s. quasi quod inter aliqua stat, separationis causa; quodq; inter duo est spatium, Rum imellom nogit / ſtillerum. *Elementa suis interstitiis separantur.* Item *interstitium Lunæ*, quo Luna ad tempus stare videtur, Maane ny/ ſom end da icke er tend eller ſees.

Justitium, n. s. quasi juris statio, cum scilicet à jure publicè dicundo cessatur, quod fiebat in publico luctu & Reipublicæ calamitatibus, Tinghelligt. *Justitium edicitur, jurisdictio intermittitur. Justitium indici, saga sumi dico oportere.*

Restagno, as, n. p. extra limites stagno, Løber offuer. *Restagnat palus, restagnat locus, mare.*

Restagnatio, onis, restagnandi actus. Ut, *restagnatio fluminis.*

Solstitium, tii, n. s. quasi solis statio, cum sol retrogreditur à suis tropicis, Soelhuerſſue. Unde *solstitium æstivum* incidens in Idus Junii, Soelhuerſſue om Sommeren. *Solstitium hyemale*, incidens in Idus Decembris, Soelhuerſſue om Vinteren.

Solstitialis, le, om. t. ad solstitium pertinens. Ut, *circulus Solstitialis*, i. e. tropicus Cancri. *Solstitialis dies*, Soelhuerſſue dag / lengſte eller ſtreckſte dag. *Herba solstitialis*, omnis herba quæ tempore solstitii nocte præsertim frigidiusculâ, ut solet, & rorulentâ subnascitur, & postea à calore solis diurni qui tunc maximè sævit moritur aut certè langueſcit. *Morbus solstitialis*, omnis morbus pravus & lethalis: sic dictus à morboso & periculoso tempore solstitii. Exponitur & comitialis. Item repentinus & subitaneus, ut *est herba solstitialis.*

Vestibulum, li, n. s. locus ad ædium fores, in quo stabant, qui Dominum erant compellaturi: sic dictum ab intensiva ve & stabulum q. grande stabulum. Vel à standi frequentia, Forſtuffue eller Skru. Aliter exponitur, pars januæ, quod januam vestiat, seu à vesta quòd ea pars ædificii esset Vestæ consecrata, Dorſkru. Aliter à ve minuendi particula, q. momentaneum quoddam stabulum.

STOLA, læ, f. p. στολὴ Græcis, voce & significatione corporis tegumen & amictus: sed Latinis specialius, vestis erat muliebris demissa ad imos talos, & cujus extremam partem instita assuta, quæ erat fasciola quædam, seu limbus ambibat, Lang Sid Samarie eller Kiortel. Erat a honestarum matronarum peculiaris, & plitas habuit. Unde & translatè, pro ipsa matronâ ponitur. Ut, *hinc eques, hinc juvenum cœtus stola mista laborat.* Stola etiam Apulejo accipitur pro veste Sacerdotali. Isidoro autem dicitur, quod cooperto capite & scapula à dextro latere in lævum humerum mittebatur. Item Medis re & usu, vestimentum talare tam virorum, quàm fœminarum.

Stolatus, a, um, stolâ ornatus. Ut *mulier stolata.* Et translatè, stolata mulier pro matrona & quæ est primaria, Matroon oc fin Quinde. *Stolatus pudor*, i. e. matronalis q. *qui est stolatarum mulierum.*

Stolones, num, cujus singulare, stolo, onis, m. t. pr. corr. coliculi sunt inutiles, è radicibus aut caudicis lateribus succrescentes, à στόλος, i. e. amictus, q. qui caudicem vestiunt; vel simpliciter à στέλλω, mitto, q. emissitii,

Vandgrene oc Stampe riiß eller quas. Legitur & translatè apud Ausonium pro stolido.

Stolidus, a, um, quod ingenio tardum est, & stupidum, quod proximè accedit ad naturam sensumq; pecudum, sic dictum ab inutili illa & fatua fructificatione stolonum, Taabelig. *Homo stolidus, hebes & brecors*, Taabelig. *Stolidum pecus: stolida mens. stolida fiducia.* Item stolidus, teter, molestus & illepidus, Knarvorn/ Vachſiug/ Vregvorn.

Stolidè, modo stolido. Ut, *id non promissum magis stolidè, quam stolidè creditum.*

Stultus, a, um, tior, tissimus, qui corde hebetior est, quiq; inepte & impudenter vel agit vel loquitur, per concisionem à stolidus, Daare / Daarlig. *Homo stultus. Ego stultum me existimo, fatuum esse non opinor. homines ex stultis facit insanos. stulta loquacitas. stultum consilium.*

Stultè, modo stulto, Daarligen. *Stultè dixi, feci.*

Stultitia, æ, f. p. stulti affectus, Daarlighed. *Non omnis error, stultitia dicenda est.*

STOMACHUS, chi, m. s. στόμαχος, canaliculus seu fistula ad linguæ radices, subjacens, & esculenta poculentaq; in ventrem transmittens, Moderløß. Et abusivè, ventriculus, qui cibum recipit & concoquit, Maffue. Item pro animo. Ut *nosti satis stomachi fastidium.* Et inde translatè, indignatio & fastidium. Ut, *non possum sine stomacho dicere, audire, legere.* Item, pro facilitate. Ut *argumentum mei stomachi habes*, i. e. facilitatis, mansvetudinis & benignitatis.

Stomachicus, m. s. cujus stomachus & ventriculus cibum assumptum non retinet.

Stomachosus, a, um, qui stomacho & animo fastidiente est, Vregvorn/ Knarvorn/ Knurvorn. *Literæ stomachosæ, stomachosiores.*

Stomachor, aris, dep. p. molestè fero & stomacho indignanti, Tygger oc nagger paa noget / Fædis oc vendis. *Ia quidem adventens mecum stomachabar.* Et participialiter, *Vidi hominem intrantem & stomachantem.*

STOREA, æ, f. p. teges vibor ex juncis aut stramentis, quæ humi sternitur, à στορέννυμι sterno, Matte.

STRABO, onis, m. t. στραβὼν, qui oculis est distortis & perversis, Skel eller Vindøyet.

Strabus, bi, m. s. idem.

STRANGULO, as, act. p. fauces premo seu gulam stringendo neco à στραγγαλόω, ejusdem significationis, Queller / henger. *Fabius in lactis haustu uno pilo strangulatus est. hic patrem suum strangulabit.* Et translatè, *congesta pecunia multos cura strangulat.* Item *strangulare divitias in arca*, est, conclusas servare, & perpetuis q. tenebris damnare nec quicquam aut ad suum aut aliorum usum depromere. Item, *strangulat segetes nimia terræ latitia.*

Strangulatus, us, m. q. strangulati affectio, Quellen. Unde *strangulatus bulbæ* pro compressione & angustia uteri.

STRANGURIA, riæ, f. p. στραγγουρία urinæ stillicidium, qvum urina per intervalla & guttatim defluit, Kold piß. Ciceroni dicitur vesicæ morbus.

STREBU-

STREBULA caro, antiquis hoſtiarum coxendix, à στρεβλὸς curvus & pravus nimirum propter ejus curvaturam & verſuram. Feſto autem vox eſt Umbrica.

Stribligo, inis, antiquis tortuoſæ orationis pravitas & verſura, poſtea dici ſolita, ſolœciſmus. Legitur & ſtibligo.

STRENA, æ, f. p. pr. prod munuſculum, quod religioſo die & ad Calendas Januarias datur boni ominis gratiâ, è numero quo ſignificatur alterum tertiumve venturum ſimilis commodi, quaſi trena, præpoſita S litera, Nyt Aars gaffue. Aliter à Dea Strenia nomen deducitur quod T. Tatius primus verbenas e luco Streniæ Deæ acceperit: ſignificans ſtrenuis viris iſtas deberi. Unde: ſtrenæ ſtrenuis viris argumentum fuit, eas ipſis deberi & ob virtutem largiendas.

STRENUUS, a, um, pr. prod. ſtrenuior, iſſimus, propriè qui in re militari: inde in quocunq; munere & npere ſedulam navat operam, qui manu promptus & extrema ſui muneris facit, à στρηνὴς aſper, verus, Dapper oc duelig / redelig vdi Krig / ſkreckende. *Miles ſtrenuus. ſi minus fortis ſum, attamen ſtrenuus. ſtrenuus eſt magiſter pecoris. ſtrenua adoleſcentis facies,* Mandig / modig. Hodiè nomen eſt honoris, torquatis, ſeu auguſtalibus dicatum, Strenge. *Strenuus dominus. ſtrenuus eques.*

Inſtrenuus, a, um, Plaut. non ſtrenuus & ad res gerendas minimè promptus, Blød / wduelig. *Homo inſtrenuus, animus inſtrenuus.*

STREPO, is, ui, pitum, n. t. pr. corr. ſonitum pedibus excito: voce per Onomatopœjan à ſono fictâ, Klamrer eller ſkurer med Føderne. Inde ſignificat quovis modo ſonum graviorem reddo, Snurrer. *Apes in alveo ſtrepunt. ſtrepit omnis murmure cantus. rauco ſtrepuerunt cornua cantu.* Item ſubmurmuro. Ut, *hæc ſub vallo portisq; ſtrepebant.* Sic *ſtrepunt aures clamoribus plorantium*, i. e ſtrepitu implentur vel q. ſubmurmurant, Huiſker oc tiſker i ørene / ſuſer. Item pro jurgo & rixor. Ut, *Achivi inter ſe ſtrepuerunt*, Klamrer oc trætter. Item *ſtrepere turbas*, eſt ciere, Storme / Buldre / Larme

Strepitus, us, m q. ſtrepentis ſonus, Klamren / Buldren. *Strepitus pedum, hominum, fori, fluminis.* Ponitur & pro faſtu divitum, & comitum pompa, quæ ſcilicet non eſt ſine ſtrepitu. Ut *ſtrepitus fortunæ*, Stads med ſkraben oc bulder.

Strepitum, ti, n. ſ. vel ſtrepitus, ti, m. ſ. Ennio, idem quod ſtrepitus. Ut, *quid in caſtris ſtrepiti eſt?*

Compoſita.

Circumſtrepo, ex omni parte ſtrepo, Buldrer oc Skiarmer paa alle ſider,

Conſtrepo, idem quod ſtrepo. Ut, *teſtimoniis & exemplis conſtrepit. verbis conſtrepit*, Band lader ilde.

Inſtrepo, is, in re aliqua ſtrepo ſeu ſtrepitum edo, Snurrer eller knarcker i noget Item valde ſtrepo ſeu magnum edo ſtrepitum, Knarcker / buldrer faſt / megit. *Valido ſub pondere inſtrepit faginus axis*, Axelen ſkriiger / ſkryder. Sic, *dentibus horrendum inſtrepit.*

Interſtrepo, is, inter alios ſtrepo & ſtrepitum edo. Ut, *argutos interſtrepere anſer olores.* Sed & exponi poteſt, *ſtrepere inter argutos olores.*

Obſtrepo, is, contra ſtrepo, Snurrer imod / ſtoier imod. *Alter alteri obſtrepit. laudi obſtrepit ejus. literis, clamore obſtrepit alteri.* Et imperſ. *Decemviro obſtrepitur.*

Perſtrepo, is, valde ſtrepo, Buldrer / ſtoier meget. *Abſente domino perſtrepit familia. rumor in aula perſtrepit. crebro pulſatus perſtrepit ictu.*

STRIÆ, arum, cujus ſingulare ſtria f. p. particulæ columnarum, quaſi regulæ quædam in longum deductæ, utrinq; detritæ & deraſæ, canaliculisq;, inter quos ceu ſulci quidam extant & eminent, diſtinctæ, à τρύω tero, derado, vel à τρίβω tero, deminuo, Graaende ſtriber paa nogen pille.

Striatus, a, um, ſtriis diſtinctus. Ut, *columna ſtriata. folia ſtriata. concha & conchula ſtriata.* Et translatè, *ſtriata frons*, quæ contracta eſt caperataq; & q. ſulcos faciens præ triſtitia, Rynket.

Strio, as, act. p. ſtrias facio. Ut *columnas ſtriis ſtriari oportet.*

STRIDEO, des, dui, n. ſ. pr. prod. ſonum edo ex acriori colliſione, nec ſine ſibilatione quadam à τρίζω ejusdem ſignificationis, Huiner. *Strident funes. ſtridet cardo foribus ahenis. ſtridet mare refluentibus undis. ſtridunt apes. ſtrideo dentibus*, Skær tænder. *Strident oculis ardentibus ignes*, Gniſterer. Et participialiter *ſtridentia plauſtra*, Skrydende / ſkraadende. *Stridentia æra tingunt lacu*, Snurrende. *Stridentes avium & apum alæ*, Suſende. *Stridentia roſtra. ſtridens ſtipula, ſagitta, funda, haſta fama*, Hvinende / klingende.

Strido, dis, n. t. Idem.

Stridor, oris, m. t. ſtridentis ſonus, Huinen / Skraaden / Skryden / Suſen. *Stridor rudentum, ferri, teli, aquilonis, plebis, dentium, rotarum, ſerræ.* Et *ſtridor ſuis*, Suine grynten. *Stridor pectoris*, Sucken.

Stridulus, a, um, quod ſtridet. Ut, *ſtridula cornua dat ſonitum: plauſtra ſtridula. fax ſtridula lachrymoſo fune. convitia ſtridula.*

STRINGO, is, nxi, ictum, act. t. deradendo, decidendo, legendo & ligando, aliquid tenuius & exilius facio à στραγγεύω, premo & q. per anguſtum foramen ire cogo, Knibe / klemmer / indknibe / affknibe / tynder oc ſmaller / binder ind. *Fluvius ripas ſtringit*, i. e radit. *Primordia rerum nulla vis ſtringere poteſt*, i. e. detrahere vel lædere, ſic *apprehenſam manu ſtringit*, i. e. arctat. Item decerpo. Ut, *ſtringere glandes, baccas lauri, oleam myrtum*, Affplucker. Sic *ſtringere comas, frondes*, i. e. rare facere, excidere, Steffne eller hugge aff vejen / tynde. Item leviter ferio, ſeu vulnero. Ut, *haſta ſtrinxit de corpore Turni. ſtrinxit humi levis haſta. tela ſtringunt corpus. Stringere rem*, pro luxu perdere. *Palmulæ remorum ſtringunt cautes*, i. e. percutiunt, De ſlaar paa. *Stringere remos*, eſt decidendo parare, Knibe oc tilgiøre Aarer. *Stringere hordea*, eſt fruges demetere & colligere. *Animum patriæ ſtrinxit pietatis imago*, i. e. perculſit. *Stringere enſem*, eſt, nudare, Blote / q. cui demitur & detrahitur vagina. Aliter à ϛλεγγίζω deſtringo, ſeu ſtrigili rado & derado.

Sricturæ, arum, cujus ſingulare ſtrictura, f. pr. ſcintillæ ſunt candente ferro emicantes, cum maſſa malleis cuditur: ita dictæ, quod ſtrictiùs & celeriùs emittantur:

vel

vel quòd oculos fulgore præstringant, Gniſter eller funcker ſaa ſpringer aff gloende Jern. Exponitur & maſſa ferri.

Strictus, a, um, quod ſtrinximus. Ut, *ſtrictus gladius*, Dragen Kaare. Et amiſſo tempore, ſtrictus, ctior, ctiſſimus. Ut *homo ſtrictus*, qui ſe continet & abſtrahit à multorum converſatione, Indbunden/indfrøben/ ſtille/ ſeerſindet. Unde *& mens ſtricta*. Item, *ſtricti artus*, i. e. arcti & firmi, Faſte oc ſtiffue.

Strictè, modo ſtricto. Ut *ſtrictè obſervat*, i. e. arctè, Nøje.

Strictim, adverb. ſtringendi & arctandi modo, h. e. breviter, Korteligen i en fort ſum/ ſammendragen. *Strictim refert*, quæ ſparſa ac diffuſa erant, *ſtrictim dicuntur*, quæ copioſiſſimè dici poterant. Et *ſtrictim tondere*, eſt ad cutem tondere, Klippe nær aff i Bunden/ ſkære ſtacket haar.

Strictivus, a, um, quod ſtringitur. Ut, *oleæ ſtrictivæ*, quæ manu colliguntur nudâ, non digitabilis: nec non ad differentiam caducarum.

Striculus, a, um, qui grandiuſculus eſt, & ſtricta quadam corporis ſoliditate & duritie. Ut *puſio ſtriculus*. Aliter ſtriculus dicitur pro hiſtriculus.

Strictibilæ, arum & ſtrictivellæ, (item ſtritivellæ & ſtritipellæ, ac ſi eſſet à tero tritum ſtrito & ſtribilo: aut compoſ. ex ſtringo vel ſtrito & pellis vel volſellæ) quæ ſtringunt cutem & volſellis cilia ac pilos evellunt, vel quæ nimio calamiſtrorum uſu pellem adurunt, quæ & incœtæ dicuntur, q. d. Serffueleder/ ſom glatte ſig formegit. Unde & ſtribilo & ſtribillo ex conjectura.

Strictilo, las, antiquè pro frequenter ſeu multum ſtringo.

Strictores, qui ſtringunt & manu legunt oleam.

Striga, æ, f. pr. ordo & ſeries equorum in caſtris tendentium, ſeu intervallum turmarum, in quo equi ſtringuntur, Rytter orden vdi Lid / eller ſtilleholð vdi Lid vdi Rytteri. Inde ordo rerum quarumcunq; inter ſe continuè collocatarum, à ſtringo, quòd unà ſint conſtrictæ. Item ſulcus in arando, qui uno ductu prorſus peragitur in longitudinem, En for. Aliter hoc loco legitur ſtria. Item numero plur. ſtriges.

Strigo, as, n. pr. de equis dicitur & jumentis, quoties interquieſcunt, & actum intermittunt, à ſtriga militari aut ruſtica, Som naar de ſtaa ſtille i fuldgang / at en Heſt er ſta eller ſtædig/eller oc ſtalder. Item de homine, cum caſu: *Strigare ſpiritus*, eſt ad interſpirandum requieſcere. Legitur aliter ſtrio, as, ſed corruptè, aut ſaltem ſuſpectè.

Strigatus, a, um, Ut, *ager ſtrigatus*, qui per ſtrigas creſcit à ſeptentrione in meridiem.

Fœniſtriga, ordo demeſſi fœni, ita ut ſtratus falce in paſcuis jacet, Høe paa ſkaaer / Høe eller græſes ſkaaer.

Striges, um, cujus ſingulare ſtrix, gis, f. t. canaliculi ſunt columnæ ſtriatæ, inter ſtrias ſubſidentes & excavati, artè deducti, aliàs recti, aliàs helicis in modum convoluti ſeu ſcanſiles, ut in torcularis cochlea videre licet: à ſtringendo, quòd quaſi ſtringuntur inter eminentes partes, Hul eller hulende ſtriber vdi vdgraffuen piller eller ſkruer. Item, Strix nomen avis nocturnæ & importunæ, quæ fingitur infantium labris immulgere, eorumq; ſanguinem exſurgere, in quam avem credebant mulieres ſagas magica cantione mutari, à ſtringo. Et translatè, mulier malefica, quæ noctu volare dicitur. Unde & volatica dicitur, puellulos ſuo contactu & lactis mammarumq; oblatione faſcinans. Item ſtriges, condimenta ciborum, quæ diſtorquent convivis inteſtina, ut, ſtriges quædam, Som ſkær / vrier oc bidder i liffuet. Aliter ſtrix avis, à στίγξ, ejusdem ſignificationis.

Strigilis, lis, f. t. Inſtrumentum aſperum & fiſtuloſum, quaſi, ſeu pumicoſum ex ebore, auro, argento, ferro, ligno aut pumice, quo utebantur in balneis ad ſtringenda corpora, abſtergenda & polienda, En Badſtue ſkrabeſom en raſpe. Item inſtrumentum ferreum & dentatum, quo cutis jumentorum exteritur, ſordesq; eraduntur, Heſte ſkrabe. Item ſtrigiles, velaria, quibus Athletæ poſt laborem ſtringuntur. Item aluminis genus pumicoſum & foraminoſum fiſtulis ſpongiæ ſimile, rotundumq; natura.

Strigelecula, læ, f. pr. Apulejo, parva ſtrigilis balnearia.

Strigmentum, ti, n. ſ. ſordes, quæ ex corporibus raduntur & ſtringuntur, Skrabeſkarn. Inde *ſtrigmenta olei*, i. e. ſordes olei, quæ ex unctorum Athletarum corporibus radebantur, quæ, quòd medicatam vim haberent diligenter colligebantur, magnoq; venum ibant. Dicitur & pro eodem *ſtrigmenta Gymnaſii*, in quo ſcilicet ſe exercebant Athletæ.

Strigores, denſarum virium homines q. ſtrigoſi, quòd in ſe conſtricti atq; arctati ſint, Tæt oc faſt/oc vnderſat.

Strigones, idem quod ſtrigores.

Strigoſus, a, um, quod macie ſtrictum eſt, & habitu corporis deminutum: ſive quod ſtrigarum modo ſit acertatum & quaſi deraſum & deminutum, item aſperum, Magerſlagen/ Bænvorn/ hvas oc ſkarp at tage paa. *Strigoſus equus*, *ſtrigoſus taurus*, *bos*. *ſtrigoſus habitus*. *ſtrigoſum corpus*. Et translatè, *ſtrigoſus orator*, qui jejunus eſt & ineptus, En mager oc hvas ſvatzere. Sic *ſtrigoſum dicendi genus*. Item, ſtrigoſus translatè morabundus & tergiverſator, à ſtriga jumentorum.

Compoſita.

Abſtringo, is, Liv. ſtrictum ſolvo, Løſer. *Abſtringere nodum*. *nodus abſtrictus*, Opløſt.

Aſtringo, is, aliquid ad aliud ſtringo. Ut *aſtringere aliquem ad ſtatuam*. Item valdè vel arctè ſtringo, Binder faſt ſammen. *Vimine aſtringit arborem*. *Quicquid ego aſtrinxi, ille relaxat*. *Galliam ſempiternis vinculis aſtringit*. *Aſtringere hominem beneficiis*, Bebinde. *Aſtringere orationem numeris*. *breviter aſtringunt argumenta*, i. e. colligunt. *Aſtringit venas hiantes*. Item, promitto. Ut *meam aſtringo fidem*. Item *aſtringitur furti, ſceleris*. Et *aſtringit ſe ſcelere*, i. e. reum ſe facit, arguit. Item, Medicis ſignificat denſo & poros ſive meatus contraho.

Aſtrictio, aſtringendi actus. Ut, *Guſtus amari cum aſtrictione*.

Aſtrictorius, a, um, Plin. quod aſtringit. Ut, *vis herba aſtrictoria*.

Aſtrictus, a, um, quod aſtrinximus, Faſt ſammenbunden. *Nihil tam aſtrictum, quod non relaxare poſſumus*. *homo ſcelere aſtrictus*. *aſtrictus ad ſtatuam*, i. e. alligatus, Tilbunden. Sic *diſciplina aſtricta legibus*. Et amiſſo tempore, Poeta eſt *numeris aſtrictior*. *verborum aſtricta comprehenſio*. *numerus aſtrictus* pro verſu.

Aſtrictè. Ut, *oratio non aſtrictè*, ſed remiſſiùs numeroſa eſt.

Conſtringo, unà vel in unum ſtringo, Sammenbinder. *Conſtringere ſarcinam*.

Conſtrictus, a, um, quod conſtrinximus. Ut *incolis conſtrictus*, Hefftet / bunden.

Deſtringo, is, quaſi ſtrictum nudo vel diſſolvo. Ut *deſtringere gladium in aliquem*, Drage kaare vd til nogen.

gen. Ubi autem dicitur, *ſtringere gladium, ſicam, frondes:* ſit id per aphæreſin pro deſtringere. *Deſtringo veſtes,* Løſer Klæderne op paa mig. Pro quo & abſolutè, deſtringo dicitur. Item, *deſtringere frondes, oleam,* eſt decerpere manu, Plucke eller afftage med haanden. Item *actem ejus animi non deſtringit ſplendor nominis,* h. e. diſſolvit, nudat, Bletter / barer / giører til inted.

Diſtringo, is, arctè ſtringo, Kniber hart / binder faſt. Unde, *fraus diſtringit, non diſſolvit perjurium.* Et *diſtringere aliquem negotiis,* Faa en nogit at tage vare / betage. *Diſtringere manibus poma,* Affbryde / knibe dem afftræet / plocke / nippe. Item *diſtringere ſe* dicuntur, qui in balneis ſudores & ſordes à corpore abradunt. Skraber ſig. Item *diſtringere gladium* eſt vaginâ educere.

Diſtrictus, a, um, quod diſtrinximus. Ut, *ſuffragia diſtricta tenentur à paucis,* Betagen / faſt holden. Et amiſſo tempore, diſtrictior idem quod ſtrictior.

Diſtrictè, modo diſtricto, Faſteligen / faſt. *Diſtrictè mihi minatur.*

Indiſtrictus, non diſtrictus, illæſus, wbehindret / fri oc ledig. *Indiſtrictus abiit.*

Exſtringo, is, idem quod ſtringo ſeu extra ſtringo, Vdſticker eller ſtrecker. *Digitos exſtrinxit.*

Inſtringo, Catul. ut *inſtringere ſe,* pro arctè ſe animo continere, Binde ſig ind / holde ſig faſt inde / ſlaa ſig icke løß.

Interſtringo, idem quod ſtringo ſeu arctè ſtringo. Ut *interſtringam tibi gulam,* Binde for din moderløſe / quælle dig.

Muſtricula, læ, f. pr. inſtrumentum ſtringendis & capiendis muribus, Muſefeld. Item à ſimilitudinæ hujus machinæ, forma calcei, Skoleſt.

Obſtringo, Circumſtringo, Ombinder / ſnærer oc knytter. *Laqueo collum obſtrinxit,* Snærede en ſtricke om halſen. *Obſtringit ſollem collo,* Binder puſteren om halſen. Quaſi circumſtringo vel adſtringo. Et *collum obſtringere,* Snære halſen. Sic *bimine aliquid obſtringere.* Et translatè, *obſtringere ſibi aliquem beneficiis, munere, officio,* Forbinde nogen til ſig. Sic, *obſtringere legibus, religione.* Et *obſtringere ſe parricidio, perjurio, ſcelere,* pro committere ejuſmodi, vel iis ſe contaminare.

Obſtrictus, a, um, quod obſtrinximus, Beknyt oc bebunden. *Obſtricto collo te trahàm.*

Obſtrigillo, as, n pr. Varroni, idem ferè quod perſtringo vel repugno, Slaar en paa ſiden / forhindrer hans forſæt oc begæring / ſtaar imod. *Obſtrigillabo, ne fiat conſul. Lex propter ſimultatem nemini obſtrigillat.* Exponitur & ſtrigili ſtringo. Et translatè reprehendo, Skrabe paa en / giffue en ſkrabe. Aliter legitur ſtringillo apud Nonium.

Perſtringo, gis, valde ſtringo, Binder hart. *Vitem ne nimium perſtringas.* Inde translatè, multa in pauca ſtringo & redigo, ſeu leviter multa tango, Rører ſaa lit eller ſactelig ved. *Rem omnem perſtrinxi,* Knytter i hob. Inde leviter taxo, reprehendo, verbis carpo & pungo, Sticker effter anden / ſlaar paa ſiden / giffuer en ſkrabe. *Me perſtrinxit.* Sic, *voce, verbis aſperioribus, ſuſpicione, ſibe contumelia perſtringere.* Item lædo, q. nimium perſtringendo, Skader / gior ſkade paa. *Vomere portam Capuæ perſtrinxit. Terra aratro perſtringitur,* i. e. proſcinditur, Brydis oc ploges. *Porta aratro perſtringitur,* i. e. effoditur, Ploges op / q. perſtringente aratro porta effoditur. Item translatè ad oculos, pro obcæco, Forblinder. *Perſtringere oculos, ſeu oculorum aciem,* Forblinde ens øyne. Sic *perſtringere aures,* Døffue en. *Perſtringere aciem mentis, ingenii.* Contendit autem Lambinus legendum eſſe in his, perſtinguo.

Præſtringo, is, nxi, ctum, arctè vel anteriore parte ſtringo, obvincio. Ut, *præſtringit tempora ſertis,* Binder hart for til / eller om. Et translatè, *præſtringit alicui vel alicujus oculos, vel aciem oculorum, aſpectum viſum nitore vel ſplendore auri, armorum &c.* pro conturbat, hebetat, obtundit, non ſecus ac ſi involucro quodam intercipereturBlinder / forblinder ens øyne oc ſinn. Sic *præſtringo aciem oculorum vel viſum* pro fallo deluſionibus, præſtigiis, impoſtura & fraude, Forblommer / forkogler ens øyen. Inde etiam *præſtringere aciem ferri,* pro obtundere, Døffue. Item *aciem animi, mentis.* Et, *commoditas Patris præſtrinxit omnes meos dolos.* Item, *præſtringere aciem ingenii:* in qua tamen ſignificatione aliter præſtinguo, unde & præſtigiator. Item translatè, dicendo aliquid leviter attingo & paucis percurro, Rører ſaa lidet oc ſacteligen om nogit. *Rei magnitudo non ſinit breviter præſtringere atrocitatem criminis.*

Reſtringo, is, retro ſtringo, Bagbinder. *A tergo reſtringere manus.* Inde contineo, coherceo, Holder tilbage / holder i veye: *Candidatorum ſumptus & ambitus lege reſtrinxit.* Item ſtrictum ſolvo, Oploſer. *Jumentum reſtringit, abireq; ſtabulo liberum ſinit.* Item rurſus ſtringo. Ut, *duplici nodo reſtringit, ne ſolvi facilè queat. Reſtringere alicui viam,* pro aperire, quaſi conſtrictum laxare. Sic, *reſtringere dentes,* ut faciunt canes irritati.

Reſtrictus, a, um, quod reſtrinximus. Et amiſſo tempore, idem quod parcus & preſſus, Indholdende / Beholdende / ſom holder i raade. *Ad largiendum nemo eſt reſtrictior.* Item qui verborum parcus eſt.

Reſtrictè, anguſtè, ſtrictè, pro parcè, tenaciter, Nøje. *Reſtrictè obſervat, ne plus reddat, quàm acceperit.*

Reſtrictim, antiquè. Ut, *reſtrictim cogitata.*

Subſtringo, is, ſubtus ſtringo, Binder neden ind. *Subſtringunt carbaſa nauta. auro ligatus ſubſtringit comas.* Et translatè, *ſubſtringere effuſa* pro contrahere.

Subſtrictus, a, um, quod ſubſtrinximus. Ut, *bobes cum ab opere disjunxerit, ſubſtrictos confricet, manibusq; comprimat dorſum.* Et amiſſo tempore, idem quod ſtrictus & arctus. Ut *taurus ventre paulo ſubſtrictiore eſt habilior,* Opkiltet. *Teſtes animalis ſubſtricti & parvi,* Opkiltet / indkrøben.

STROPHIUM, n. ſ. στρόφιον, faſcia pectoralis virginalem tumorem papillarum cohibens, Bryſtdug. *Me miſeram, quod inter vias epiſtola excidit mihi infælix inter tuniculam ac ſtrophium collocatam.* Item ſertum, ſic dictum ab inſigni quod imponebatur capitibus ſacerdotum, Vrtekrantz.

Strophiolum, li, n. ſ. vulgò, quod Arnobio dicitur Muccinium, Næſedug / Tørreklæde.

Strophiarius, rii, m. ſ. qui ſtrophia facit.

Stropus & ſtrupus ejusdem originis q. στρόφος corona & inſigne in capitibus ſacerdotum. Item ſtruppus in pulvinaribus, faſciculus de verbenis factus, qui pro corona Deorum capitibus imponebatur.

Struppearia, orum, n. pl. dies feſtus, in quo coronati ambulabant Faliſci.

STRUMA, æ, f. pr. pr. prod. tumor in gutture, Krop. Item in cervice & alis, in quo ſubtus concretæ quædam ex pure & ſanguine, quaſi glandulæ oriuntur: à τρύω vexa, eneco, defatigo, Keigbyld. Inde translatè, *ſtruma civitatis*, pro homine nequam aut vitio aliquo. Aliter à τρέμμα tortum & convolutum, propter tumorem. Item a Ruma, i. e. mamma, ut reſpiciatur ſtruma quorundam Alpinorum, quibus ſtruma inſtar mammæ eſt. Item eminentior colli pars in quibusdam animantibus.

Strumoſus, a, um, qui ſtrumâ laborat.

Strumea, æ, f. pr. nomen herbæ: ſic dicta quòd medeatur ſtrumis, vel quod ſtrumoſam radicem habeat.

STRUO, is, xi, ctum, act. t. propriè alia aliis accumulo, ſed ordine & decenter ad uſum aliquem à στρωννύω ſterno, quia fit ſternendi quadam perpetuatione, Rogger/ ſtæcker/ ſlacker/ topbygger. *Struere aggerem, pyras, montes.* Inde translatè *ſtruere exercitum, aciem*, Slaa orden. *Struere penum*, Kiøbe i forraad/ Proviantere. *Struere convivia epulas, fercula*, Kæde til Gæſtebud/ bære Mad paa Bord. Item *ſtruere verba*, pro componere. Item machinor & molior. Ut, *non me fefellit hoſce id ſtruere*, Sanner oc mynter paa noget. Sic *ſtruere dolos, inſidias, periculum, controverſiam, ſolicitudinem calamitatem.* Item antiquis ſtruo ſignificat adjicio & augeo. Ut *ſtruere rem*, i. e. augere. Item *ſtruere pedem*, antiquis, eſt figere. Aliter à ruo, q. corruo & in unum ruo, præpoſito ſt, ut in ſtlocus & ſtlites, pro locus & lites. Item à τρύομαι laboro, defatigor: quia moles non ſit ſine labore.

Structilis, le, om. t. quod ſtructum eſt. Ut *ſtructiles columnæ*, quæ non ſunt ex uno lapide, ſed ex multis. Sepes ſtructiles, quæ manu factæ ſunt. *Canalis ſtructilis*, Vitr. qui ex latere vel ſaxo quadrato exſtructus eſt, Muret rende.

Structor, oris, m. t. qui ſtruit. Ut, *ſtructor pro fabro*, Bygmeſter. Item ſtructor, miniſter ad cibos ſtruendos, menſamq; inſtruendam comparatus, Dugſvend. Item, qui decoro manuum geſtu cibos diſcerpit, Forſkiærer/ forbidzer. Item ſtructor pro coquo. Item *ſtructor anonæ*, qui ejus curam habet.

Structura, æ, f. pr. rei ſtructæ qualitas & ratio, Bygning. *Structum domus.* Et translatè *ſtructura verborum.*

Strues, is, f. t. cujuſcunq; rei conſtructus cumulus ſeu moles, Sancket eller ſamlet dynge. *Strues lignorum. ſtrues ſalinarum.* Item ſtrues, libi genus, quod addebatur in ſacris.

Struix, icis, f. t. antiquis, rerum omnium exſtructio, Huad ſom er oproget. *Struices patinariæ*, cùm patina patinæ exſtruitur, Fad paa Fad/ ſom naar tu eller flere Retter bæris paa Bordit aff en Sæt. *Struix malorum*, cum mala malis accumulata ſunt.

Compoſita

Aſtruo, is, juxtà ſtruo & ædificium jungo, Boſſbygger. *Veteri aſtruitur novum ædificium.* Et translatè, affirmo. Ut, *periti rerum aſtruxerunt, non tantum ferre annuo fœtu, quantum &c.*

Circumſtruo, ex omni parte ſtruo, Bygger oc laver runden om.

Conſtruo, idem quod ſtruo. Ut, *domum conſtruxit.* Item ordino, Sætter i laſſue.

Conſtructio, onis, conſtruendi actus. Ut, *conſtructio hominis. conſtructio verborum*, Tilſammenſætelſe.

Conſtructus, a, um, quod conſtruximus, Bygget. *Conſtructa domus. conſtructi in ore dentes*, Laſſuet oc ordentlig ſat. Et amiſſo tempore, conſtructior, ciſſimus, Vel vdi laſſue. *Domus eſt conſtructior, quæ ratione regitur.*

Deſtruo, is, ſtructum corrumpo, Bryder neder. *Ædificium deſtruit facilimè, qui conſtruxit.* Et translatè, *deſtruit teſtes vel teſtimonium*, Giør vindene til intet.

Deſtructilis, le, om. t. quod facilè deſtruitur, Vel derbrydeligt/ affeldigt. *Deſtructibilia ſunt omnia quæ fiunt manu.*

Diſtruo, is, ſeparatim ſtruo, Bygger hvert for ſig. *Diſtruere cellas, easq; inſtruere.*

Exſtruo, is, quaſi ſtruendo abſolvo perficioq;, Opbygger. *Ædificium exſtruxit, domum de marmore &c.* Et *exſtruere ſtramenta in acervum*, Oproger Halm/ Foder/ giører Halmhæſe/ Opſtæcker/ Oproger. *Fœnum in cumulum vel pyramidem exſtruere*, Giøre Høſtack. *Exſtruere menſas epulis & poculis*, Oproger/ forfylder/ opfylder.

Exſtructio, onis, exſtruendi actus, Opbyggelſe.

Exſtructus, a, um, quod exſtruximus, Opbygt/ oproget. *Menſa exſtructa piſcibus, carne, poculis.*

Induſtrius, a, um, & antiquis indoſtruus, q. inſtruus, qui diligenter ſtruit operisq; ſuis intentus eſt, Vindſkibelig oc flittig vdi ſit arbeide. *Homo eſt gnavus & induſtrius.* Et comparat. apud Plaut. *quo neq; induſtrior de juventute erat arte gymnaſiaſticâ.*

Induſtriè, modo induſtrio, Flitteligen/ vindſkibeligen. *Veterum autorum placita induſtriè colligebat.* Et comparatè; *de ejus dignitate induſtriùs dixit.*

Induſtria, æ, f. pr. induſtrii habitus, Vindſkibelighed. *Induſtriâ noſtrâ tuæ morem geramus voluntati. De induſtria & ex induſtria hoc facit, agit, dicit*: Idem eſt quod dedita opera, Aff eplagt hu oc raad/ aff ret forſet/ med flid.

Inſtruo, xi, idem quod ſtruo, vel ſtudiosè ſtruo, in augente ſignificationem, Bereder nogit flitteligen med all ſin tilhøring. *Inſtruit domum, agrum, ædes, convivium. inſtruit menſam, inſtruit bellum.* Item in ordinem ſtruo, Sætter i orden. *Inſtruit aciem, inſtruit exercitum, legionem.* Et translatè ad animum actionesq; humanas: *Inſtruere aliquem ad munus aliquod, ad labores. inſtruere eum qui ſit Orator. inſtruere diſcipulos*, Lære oc underviſe.

Inſtructio, onis, inſtruendi actus. Ut, *inſtructio balnei. inſtructio exercitus. inſtructio militum.*

Inſtructor, oris, m. t. qui inſtruit & parat. Ut, *convivii inſtructor*, Køgemeſter/ Skaffer vdi Gieſtebud.

Inſtructus, a, um, quod inſtruximus. Et amiſſo tempore, cui nihil deeſt ad perfectionem & ornatum. Ut, *domus omnibus rebus inſtructa. navis inſtructa. hortus inſtructus*, Bered/ fuldferdig. *Homo inſtructus in jure civili, in philoſophia, ab hiſtoria, à natura*, Lærd oc forfaren. Sic, *ingenium bonis artibus inſtructum. paratus & inſtructus in judicium venit*, Rede oc ferdig til. Comp. inſtructior, inſtructiſſimus.

Inſtructus, us, m. q. vis & ratio, quâ quid inſtructum eſt, Tilredning. *Oratio eodem inſtructu, comitatu.*

Inſtrumentum, ti, n. ſ. quo quid ſtruimus & ad operandum utimur, Redſkab. *Inſtrumenta bellica, fabrilia, nautica &c.* quibus milites, fabri, nautæ, utuntur ad expediendas operas ſuas. Sic *inſtrumenta artium, diſciplinarum.* Et ſpecialiter, omnis fundi, tabernæ domusvè apparatus, quo inſtruitur, Buſſgerad / oc all tilredning oc tilhøring. Item translatè *inoratoris inſtrumento tàm lautam ſuppellectilem nunquam vidi.* Item, inſtrumentum pro monumento ſcripturarum ad res geſtas pertinentium, Skrifftlig beræt ning vdi nogen Sag huad ſkeed er.

Interſtruo, is, Silio. inter ſeſe ſtruo, coapto & compono. Ut, *ſpina interſtruit artus,* Indbygger med hin anden.

Obſtruo, is, q. ſtrue, ſtruendoq; aliquid cohibeo, ne quid effluat, q. contra ſtruo, Imod ſtopper eller til ſtopper / tillucker. *Obſtruit aures ſuas petenti. obſtruere undas molibus. obſtruere fauces. Iter Pœnis obſtruit,* Lucker vejen igien / giør brøde i veje / formener. *Obſtruere luminibus vicini,* eſt ſtructurâ lumen vicino intercipere, Fortage anden liuſet i ſit Huuſ. Item translatè, *obſtruere luminibus alterius,* pro nominis ejus claritatem obſcurare, Forringe ens ære / rycte oc naffn.

Obſtructio, onis, obſtruendi actus, Tilluckelſe / formenelſe.

Præſtruo, is, ante vel prius ſtruo & ædifico, Bygger førend. *Præſtruenda ſunt ea, quæ poſſunt reſiſtere incumbentibus.* Et translatè præparo, Laffuer tilforn. *Fraus in parvis ſibi fidem præſtruit.* Item priore & anteriore parte obſtruo, Stopper for til. *Aditum præſtruxit obice.*

Præſtructus, a, um, quod præſtruximus, Tillaffuit / tilred tilforne. *Præſtructum venenum.* Et *præſtructæ fauces,* i. e. obſtructæ, Tilſtopper.

Subſtruo, is, ab imo exſtruo & à fundamentis erigo, Opbygger / fra grunden op. *Capitolium quadrato ſaxo ſubſtruxit. ſubſtruunt parentes liberorum fundamentum,* Legger vind paa Børn.

Subſtructio, onis, ſubſtruendi actus & ipſa ſtructura, Bygning. *Subſtructionibus partes agri ſunt occupandæ.* Exponitur etiam ſuperſtruere, aliqua ſubſternere ſuperpoſitare.

Subſtructus, a, um, quod ſubſtruximus, Opbygt. *Capitolium quadrato ſaxo ſubſtructum.*

Superſtruo, is, ſuper aliquid ſtruo, Bygger offuen paa. Unde *præcepta præceptis ſuperſtruit.*

STUDEO, des, dui, n. ſ. pr. corr. verbum eſt conatus & deſiderii, pro in rem aliquam animo & opere feror, in eaq; totus verſor, propero, urgeo, & diligenter curo, à σπεύδω, feſtino, q. ſpudeo, Baſſuer for hende / ſtreber effter til det beſte / Legger vind paa / alvorligen fortager noget / oc der med omgaaes / tager noget viſſe til / legger flid paa. *Studet medicinæ, novis rebus, Reipublicæ, prætura, viris bonis. tibi obſequi ſtudeo.* Et cum accuſativo; *nihil aliud ſtudet, niſi id quod agit.* Item cum præpoſitione: *In id ſolum ſtudet, ut deſcribere tabulas menſuris ac lineis ſciat.* Item impersonal. *ſtudebatur facere hoc.* Inde ponitur, pro faveo, ynder. *Studeo tibi. Pompejus ſtuduit Scauro.* Item curam habeo, Baſſuer omſorg for / ſkøtter. *Tui non ſtudeo.* Item opto. *Scire ſtudeo quid egeris. ſtudeo ex te audire,* ynſker eller ſtaar effter.

Studium, dii, n. ſ. ſtudentis affectus & animus ad rem cum cupiditate & favore ſeu cum opera, labore & exercitatione aſſidua, ac vehemens ad aliquam rem applicata magna cum voluntate occupatio, Sind / villie / lyſt oc ynde til nogit. Idret / flid oc arbeid. *Hoc meum ſtudium in rempublicam, in amices. ſtudium ejus erga me. ſtudium ſcribendi, dicendi, legendi. ſtudium honorum, gloriæ bellicæ. Omne ſuum ſtudium in doctrina ac ſapientia collocabant. ſtudium juris, philoſophiæ, medicinæ,* quod his impeditur. *Studium meum tibi polliceor. adoleſcentuli plerig, omnes animum ad aliquod ſtudium applicant,* Idret oc øffuelſe. *Hoc habet ſibi ſtudio,* Hand haffuer det til idret. Det er hans idret. *Contraria ſæpè vulgi ſtudia,* i. e. mens, animus, opera, labor & occupatio. Aliter à ſto, ſtudium q. in quo quis conſiſtit & moratur.

Studioſus, a, um, qui in ſtudiis aſſiduus eſt, Flittig oc vindſkibelig. *Quæſtor ſtudioſus. ſtudioſus robore belli,* antiquè pro roboris. Item, qui ſtudet & favet, idq; cum caſu. Ut *ſtudioſus ſum tui,* ynder vel / oc giør alting for dig / tienſtvillig. Et cum Dativo, *ſtudioſus ſum Reipublicæ, alicui.* Item, ſtudioſus per excellentiam, qui bonis literis operam navat, in iisq; aſſiduus eſt, Student.

Studioſè, modo ſtudioſo, Med flid oc vindſkibelighed. *Studioſè telam texit. libros ſtudioſè legit.*

STUPA & ſtuppa, æ, f. pr. pr. lon. linum aut cannabum craſſius & excrementicium, ſtipulæ quod eſt proximum à στύπη, στύππη, ejusdem ſignificationis, Hampeblar / Skettefald / Skætning / Tave / groffue Blor: Et quia eâ aliquid ſtipamus & obturamus, Stryff.

Stuparius, a, um, Plin. quod ad ſtupam pertinet. Ut, *ſtuparius malleus,* quo lini virgæ arefactæ in ſaxo tunduntur, Hør plejel / eller Skettekee.

Stupeus, a, um, ex ſtupa factum. Ut, *ſtupea vincula, verbera, retinacula.* Et *flamma ſtupea,* pro manipulis ſparteis pice & ſulphure illitis, qui inflammati de muris in hoſtes devolvuntur incendendi gratia, Fyrkrantze.

STUPEO, es, pui, prim. corr. n. ſ. officiis animæ ſentientis, moventis & intelligentis, ſubitario motu privatus ſum à στύπος ſtipes, q. inſtar ſtipitis nihil ſentio; vel à τύφομαι, *marceſco, ſtupeo & attonitus ſum,* Er ſandtzløs / huercken føll eller ſantzer / er haſtes ligen forſkrecket / forſtyrret. *Semiſomnis ſtupet. poſtquam adempta ſpes, laſſus cura confectus ſtupet.* Et partic. *Vini natura non gelaſcit, aliàs ad frigus ſtupens tantùm. ſtupet vitio,* i. e. inſanus factus eſt vitiis. Item *ſtupens admiror,* Forundrer mig ſtorligen paa. *Stupeo donum exitiale.* Aliter à στύφω, aſtringo, quaſi aſtrictis ſenſibus.

Stupeſco, is, n. t. ſtupidus fio.

Stupidus, a, um, quod ſtupet, Sandtzløs / vden følelſe. Timore ſtupidus, admiratione ſtupidus obmutuit.

Stupiditas, atis, f. t. ſtupidi affectus, Sandtzløshed. *Stupiditas hominis.*

Stupor, oris, m. t. ſtupidi affectio, & privatio officiorum animæ ſentientis, moventis & intelligentis, Sandtzløshed / haſtig forſkreckelſe. *Stupor animi, ſtupor corporis.* Item, ſtupor pro admiratione ſeu ſtupore ex admiratione orta.

Stuprum,

Stuprum, ri, n. ſ. omnis libido lege vetita, qualis illa potiſſimum, quæ fit cum virgine aut nupta vidua aut ſanguine conjuncta, aut ſacris virginibus aut puero, a ſtupeo q. ſtupendum flagitium, vel quod hujuſmodi flagitium ſæpiùs privet ſtupratores ſenſu rerum, Jomfrus Frenckelſe. *Clodius cum germana ſorore ſtuprum fecit.* Inde abuſivè ſtuprum pro probro, ignominia & dedecore. Ut *perire mâbolunt ibidem, quam cum ſtupro redire ad ſuos populares.* Aliter ſtuprum q. ſtubrum à στύω tentigine laboro, ut in genere ſignificet quamvis veneris nequitiam.

Stuprè, antiquè pro turpiter. Ut, *fœde, ſtupreq; caſtigor.*

Stupro, as, act. pr. ſtruptum infero, Krencker. *Stupravit virginem. Per vim ſtuprata eſt Lucretia à Regis filio.*

Stuprator, oris, m. t. qui ſtuprare ſolet, aut ſtuprum infert, Jomfrukrencker.

Compoſita.

Conſtupro, idem quod ſtupro. Et translatè, corrumpo. Ut, *conſtuprare judicium.*

Conſtupratus, a, um, quod ſtupravimus, Forkrencket. *Conſtupratum judicium.*

Inſtupeo, es, Plin. n. ſ. idem quod ſtupeo, ſeu multum ſtupeo.

Obſtupeo, es, pui, n. ſ. & obſtupeſco, tert. valdè ſtupeo, Forfærdis / forſtreckis ſtorligen / vorder heel vnderlig oc ſelſam. *Obſtupui ſteteruntq; comæ, vox faucibus hæſit. obſtupuit timore animus: aſpectu ejus obſtupuit bubulcus.* Et *obſtupeſcent poſteri imperia & provincias noſtras*, i. e. cum ſtupore admirentur.

Obſtupidus, Gell. aliquantum aut valde ſtupidus.

STURNUS, ni, m. ſ. genus avis quod catervatim volare ſolet, & quodam pilæ orbe circumagi omnibus in medium agmen tendentibus, à στερεὸς firmus, ſolidus, denſus, quod ſcilicet agmine ita ſe ſtipent, Star Aliter à στρέφω verſo, flecto, ob verſuram & flexum agminis.

STYLUS, li, m. ſ. inſtrumentum, & penicillus initio oſſeus, inde æneus, quo in tabulis ceratis ſcribebant, à σῦλος ejusdem ſignificationis, Skriffuernaal / Skriffuerſtick. *Scelera ſtylo conſcripſit.* Indè tropicè, ſcriptio quæcunq; & orationis ſtructura, Stil oc Strifft / huad Ordene ere anlangendis. *Styli pœnas dat.* Volunt autem peculiariter ſtylum magis reſpicere verba, quam res. Item ſtylus, ſcriptionis exercitatio. Ut, *ſtylus, optimus dicendi effector ac magiſter.* Item repræhenſio & vellicatio, quæ ſcriptis & invectivis libellis fieri ſolet. Ut, *Lucilius primus condidit ſtyli naſum.* Hinc *ſtylus cenſorius.* Item ſtylus, inſtrumentum quodcunq; ſive ferreum ſive igneum ſive alterius materiæ acuminatum ad ſimilitudinem columnæ, quæ ſtylus apud Græcos dicitur. Ut *ligneo ſtylo laxatis vel rubi vel ferulæ medullis.* Item pediculus, à quo folium aut fructus dependet, Fruckt ſtilcke. Item, radix plantarum, quæ recta eſt & oblonga ad columnæ ſimilitudinem.

SVADEO, triſyllabum eſt, es, ſi, ſum, act. ſ. verbis placidis ac accommodatis aliquem ad agendum, & proptiè quæ ſunt facilia, provoco & hortor, ab ἀδέω placeo, ἥδω delecto, q. delectamentis & delenificis verbis hortor, Raader / tilraader. *Hæc eò ſpectant, ut te horter & ſvadeam. Hoc tibi contrà illum ſvadeo. Svadeo*

pacem, legem, rogationem. Inde transfertur ad res inanimatas, pro occaſionem præbeo. Ut, *nox & amor vinumq; nihil moderabile ſvadent. Svadentq; cadentia ſydera ſomnos. ſvadet autumnus*, i. e. occaſionem præbet, aut cogit. Sic, *ſvadet, fames.*

Svada, æ, f. pr. Romanis Numen erat perſvaſionis, & gratiarum una tùm aliis, tùm contrahentibus matrimonium neceſſarium.

Svadela, læ, f. pr. idem. Item Dea Eloquentiæ. Item, ipſa ſvaſio.

Svaſibilis, le, om. t. vox perſvadere efficax.

Svaſio, onis, ſvadendi actus, Tilraadelſe.

Svaſor, oris, m. t. qui ſvadet, Raadgmand.

Svaſorius, a, um, quod ad ſvadendum pertinet. Ut, *ſvaſorium munus*, i. e. ſvadendi munus.

Compoſita.

Conſvadeo, idem quod ſvadeo.

Conſvaſor, qui ſvadet aliquid.

Diſſvadeo, n. ſ. ſvadendo à facto traho, Raader fra. *Diſſvadet amor, virtus, amicitia.*

Diſſvaſio, onis, actus, quo aliquid diſſvadetur, Fra raadelſe. *Diſſvaſio rogationis.*

Diſſvaſor, oris, m. t. qui diſſvadet, Fra raadere. *Diſſvaſor conſilii alicujus.* Et *gladius diſſvaſor eſt juſti*, cùm ſcilicet deterret homines à juſto & honeſto.

Maleſvadus, a, um, qui male ſvadet, Ond Raadgiffuere *Lena maleſvada.*

Perſvadeo, des, n. ſ. ſvadendo perficio, cieo, & induco, Offuertaler / Kommer til at giøre noget *Quemadmodum mihi perſvadeo*, Saaſom jeg troer. Formula parenthesi inclusa ad ſignificandam ſuam opinionem. Sic, *ita tibi perſvade*, Tro dette. *Ita perſvaſum eſt omnibus*, Saa troer alle mand. Item perſvadeo, perfectè & valdè ſvadeo, Storligen tilraader. *Servus perſvadet mihi, ut nuptias maturem.*

Perſvaſibilis, le, om. t. Quint. quod perſvaderi poteſt.

Perſvaſibiliter, ut, perſvaſibiliter dicit.

Perſvaſio, onis, perſvadendi actus, Offuertalelſe.

Perſvaſor, oris, m. t. qui perſvadere ſolet.

Perſvaſtrix, Plauto, quæ pervadet. Ut *mulier perſvaſtrix.*

Perſvaſorius, a, um, quod perſvadet. Ut, *aſſertio perſvaſoria.*

Perſvaſus, a, um, quod perſvaſimus, Offuertalt. *Perſvaſum malum.* Item perſvaſus, cui perſvaſimus. Et abſolutè, perſvaſum quod nobis perſvaſum eſt. Ut, *perſvaſum & perſvaſiſſimum habeo.*

SVASUS, a, um, de colore ravo dicitur, qui ſuaptè naturâ talis eſt, Scaligero dictus, quaſi ſine vaſis, b. e. tinctorum cortinis, Mørcke eller ſorte gunl / blacket / wfarffuet. Feſtus autem ſic: ſvaſum, color appellatur qui fit ex ſtillicidio fumoſo in veſtimento albo. nec deſunt qui dicunt omnem colorem, qui fiat inficiendo, ſvaſum vocari, quòd quaſi perſvadeatur in alium ex albo tranſire.

Compoſitum.

Inſvaſus, m. ſ. idem quod ſvaſus, color.

SVAVIS, ve, vior, viſſimus, om. t. quod blanda & grata quadam voluptate, linguam afficit, à ſvadeò, ſeu immediate ab ἀδέω, placeo, ἥδω delecto, & ἀδὸς lætitia, gaudium: quaſi quod delectando in ſui amorem allicit

& ſvadet: diciturq́; de iis, quæ quemcunq́; ſenſum afficiunt, ſive externus is ſit, ſive internus, Lyſtigt/ ſødt/ lifflig. *Verba ſvabia, oratio ſvabis,* Lifflig tale. *Sapor ſvabis,* Velſmagende. *Odor ſvabis,* Velluctende. *Svabis color,* Skøn/ſmuck oc deylig farffue: Ut flavus purpureus, candidus & imprimis roſeus. Item de oratione & more hominis, Sødtalende / beleven i ſin omgengelſe. *Svabis maluit videri quam gravis. ſvabis amicus,* Sød ven.

Svavè, adverb. Virg. idem quod ſvaviter.

Svaviter, ſvavi modo, Sødeligen. *Voluptas ſvabiter blanditur ſenſibus noſtris. ſvabiter ago & vivo,* Lider gandſke vel.

Svavitas, atis, f. t. ſvavis rei affectus, Liffighed oc ſødhed. *Svabitas odoris. ſvabitas coloris,* Skønhed. *Svabitas vini. ſvabitas hominis,* Belevenhed/venlighed Scilicet de oratione & moribus.

Svavitudo, dinis, Plaut. idem.

Svavium, & detrita v ſavium, n. ſ. oſculum, ex voluptate libidine & amore quod datur, Bole kyß. *Manum puellæ ſvabio opponit tuo.* Et translatè, ſvavia pro labris ipſis ſvaviantibus. Unde valga ſvavia & ſemihiulca, Halff kyſt. Item ſvavium pro ipſo ore. Et ſvaviari pro tota re veneris. Svavium etiam vox blandientium eſt. Ut, *Thais ſvabium meum.*

Svavior, aris, dep pr. ſvavio afficio, Kyſſer. *Os tuum oculosq́ ſvabior.*

Svaviatio, onis, ſvaviandi actus. Ut *ſvabiationes puerarum & puellarum,* Kyſſen.

Compoſita.

Diſſvavior, aris, dep. pr. quaſi variis modis ſeu partibus ſvavior, Kyſſer paa alle ſider. *Patrem diſſvabiantur filii.*

Inſvavis, ve, om. t. non ſvavis, non jucundus, Slemt/ wkier/ wlyſtig. *Quid inſvavius quàm clamor in exordio cauſæ. vita inſvavis eſt ſine ſtudiis.*

SUB, Præpoſitio notans ſitum rei ab aliquo opertæ & occupatæ ab ὑπὸ ejusdem ſignificationis, Vnder. *Sub quercu ſedebat. ſub ſignis ducere legiones,* Vnder fane. Et cum accuſativo: *Sub tecta refert ſarmenta & vallos.* Notandum autem cum accuſativo motum importari: cum ablativo quietem. Ponitur & pro in. Ut, *ſub perſona Gnathonis. ſub ingenti templo ſingula luſtrat. Mus ſub terris domus ponit.* Item pro paulò vel proximè ante, ratione temporis, Lider tilforn/ imod noget begyndis. *Sub lucem,* imod dagningen. *Sub mortem. ſub funera,* mod Søden. *Sub horam pugnæ. ſub dies feſtos.* Item pro ante, ratione loci, For. *Sub oculis res poſita. ſub aſpectu omnium. cœlum ſub aſpectum & tactum cadit. ſub intelligentiam cadit. vaporarium eſt ſub tectum cubiculi. conjecit ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ.* Rationè naturæ. *Quod ſub ea cauſa ſubjectum ſit.* Ratione poteſtatis & violentiæ: *Res ſub præcone ſubjectæ.* Ratione materiæ: *Res ſubjectæ ſub ſenſus. Sub judicium ſapientis & delectum cadunt.* Hîc res ſunt, materia de qua agunt ſenſus & judicium. Item, *ſub manus ſuccedit: ſub manus naſcitur conſilium, negotium,* i. e. eodem tempore & momento, ſtatim, I det ſamme / mellom hænder/ ne. *Sub crate & ſub cratim necare,* ſupplicii genus Carthaginenſibus uſitatum quo ignavos, imbelles & corpore infames cœno ac palude, injecta inſuper crate, mergebant. Item pro poſt, Effter. *Sub eas literas ſtatim recitatæ ſunt tuæ.* Sub poſteaquam ad te literas dedi. Item *vocantii ſub manu erant,* i. e. præſto, Ved haanden/ til haande. Item, *ſub nobis,* dicta eſt pars in foro ædificiorum, Et ſted ſom saa kaltis. Sic *ſub veteribus,* alia dicebatur. Sub intelligitur autem tabernis, *ſub nobis, ſub veteribus* ſcil. tabernis. Sub in compoſitione ſignificat ſitum rei ab aliquo occupatæ. Ut, *ſubjicio.* Interdum deminuit. Ut, *ſubiraſcor, ſubargutus:* quia quod tegitur & ſubeſt minus eſt, quàm operiens. Interdum ſignificat latenter. Ut, *ſuppilo.* Interdum ſenſim. Ut *ſubrepo.* Interdum ſuper, ut *corpora ſaltu ſubjiciunt in equos.* Interdum ante, ut, *ſubmoveo.* Nam removeo eſt retrò amoveo, à te moveo: *Submoveo aliquid* ante te moveo. Interdum poſt. Ut, *ſubſequor.* Interdum adhuc. Ut, *tanquam ſpes ſubeſſet.* Interdum proſperè. Ut, *ſuccedit.* Interdum vicem ſignificat. Ut, *ſubcenturio, ſuccenturio, ſubcurator.*

Subter, Præpoſitio denotans locum, qui ſub aliquo eſt, Neden til: Idq; cum accuſativo ratione motus. Ut *ſubter caudam adhæret. cupiditates ſubter præcordia locabit.* Et cum ablativo ratione quietis. Ut, *ſubter teſtudine.* Ponitur & adverbialiter ſine caſu. Ut, *mediam ferè regionem ſol ſubter occupat.*

Subtus, idem quod ſub ſed adverbialiter poſitum. Ut, *labra ſubtus pendula.*

Sus, Præpoſitio, ſed non extra compoſitionem: ſignificat motum cœlum verſus, quaſi ſubs à ſub, Opad. *Suſpicio, ſuſcipio, ſuſcito, ſuſpendo.* Ponitur & adverbialiter. Ut *ſusq́ deq́ fero, aut habeo,* i. e. æquo animo, non ſollicitus de eventu, q. d Huad heller det er op eller neder.

SUBER, eris, n. t. pr. prod. arbuſcula, ex qua validiſſimus cortex natatorius detrahitur. Sic dictum Iſid. quòd fructus ejus ſues edunt. Porcorum n. alimenta ſunt ejus glandes, non hominum, Korck. Aliter à ſuo, quia inſuitur calceamentis.

Suberies, ei, f. q. Feſt. & Iſid. idem.

Subereus, a, um, quod ſubere conſtat.

SUCCUS, hoc loco cum ſuis ponendum videatur in SUGO.

SUDES, dis, f. t. pr. brev. lignamentum præacutum ſepibus pro munimento pangi ſolitum: à σὺ & impetus, quod ſit contra impetum ventorum: aut à σώζω munio, incolumem præſto, Staffr / Gaardſtaffr. Item vallus militaris, qui figitur ad munimentum. Item, genus teli ruſtici. Ut, *ſudibus inter ſe pugnabant:* Erantq́; *ſudes ferratæ.* Item *fraxineæ,* tei militari idoneæ. Item ſudes ſive ſudis, nomen piſcis à roſtri forma, Spidſiſk. Eſt enim longo corpore, & tenui roſtro, prominente & acuto. Aliter ſudes à ſedeo, quod inſideant ſepibus.

SUDO, ás, n. p. pr. prod. humorem è corpore per cutem guttatim erumpentem excerno, & humore mano. ab ὕδωρ aqua & ὑδρόω, ejusdem ſignificationis: vel immediatè ab ὑω, Sveder. *Sudet ſtudendo, laborando.* Et cum caſu: *ſcuta ſudant ſanguine. ſudant humore lacunæ.* Item tropicè, vehementer laboro. Nam magnos labores ſolet & ſudor comitari. Ut, *ejaſudabis ſatis. ſudandum eſt his pro communibus commodis.* Item ſudando

produco. Ut, *duræ quercus sudabunt roscida mella: pinguia corticibus sudant electra myricæ.*

Sudator, oris, m. t. Plin. qui sudat.

Sudatrix, icis, f. t. Ut *toga sudatrix*, quæ quasi laboratu jactatione sui, Haffuer meget traffvelt.

Sudabundus, a, um, Ovid. quod multum sudat. Ut *turba sudabunda.*

Sudatus, a, um, sudore madens, vel quod sudat. Ut *labor sudatus: fibula sudata marito.*

Sudor, oris, m. t. ipse sudantis humor, Svæd. Et tropicè, labor. Ut, *multo sudore regnum acquisivit.*

Sudatorius, a, um, sudorem provocans. Ut, *sudatoria unctio*: vel quæ post sudorem inungitur. Item absolutè *sudatorium, rii*, n. s. Sen. cella in balneis, sudationibus destinatum, Svædstuffue/Svædebad.

Sudarium, rii, n. s. linteum, quo sudor faciei detergitur & nares purgantur, Svædedug/Næsedug.

Sudiculum, li, n. s. Festo, genus flagelli, dictum quod vapulantes sudantes, h. e. sanguinem stillantes, facit. Aliter legitur subiculum, quasi quod flagris subjectum est.

Compositа.

Circumsudo, ex omni parte sudo.

Consudo, idem quod sudo, Svæder.

Consudesco, n. t. idem apud Columel.

Desudo, as, valdè sudo. Et tropicè, laboro. Ut *desudare & laborare in re aliqua. Desudatur*, Plaut. Impersonal. Mand svædis / mand er hed.

Exsudo, as, sudando emitto, Vdsvæder. *Arbor succum exsudat. Oliva exsudat amurcam. exsudat inutilis humor.* Persudando effluit, Vdsvædis.

Insudo, as, in aliquo sudo, vel valdè sudo.

Præsudo, as, ante & prius sudo, Svæder tilforne. Et translatè, ante & prius me exerceo.

SVEO, sues, svetus, antiquis significavit, in more mihi positum est, ἑὸν σφέον suum q. de re quæ alicui usu sua est & peculiaris, Er vant til / er min viis. Inde idem quod soleo, & mihi usus est, Plejer/Jeg bruger saa/det er min brug. *Semina rerum appellare svemus. svetus sum abstinere talibus consiliis.* Aliter ab ἔω induo, ut habitum animi notet: vel ab ἔω ἱέμαι cupio, desidero.

Svesco, scis, svèvi, etum, n. t. idem, Er vant til/plejer. *Svevisti me diligere. svescunt polliceri.*

Svetus, a, um, qui svevit, Vant til. *Civitates legibus suis svetæ libertatem recuperarunt. svetus civilibus armis.*

Compositа.

Assvesco, is, q. ad aliquid faciendum svesco, Vennis til. *Assvesco vincere & vinci. Animi quotidiana assiduitate assvescunt.*

Assvetus, a, um, quod assvevit, Tilvant. *Vicinitas mendaciis assveta, assveti Romani. assveti sumus dona eò mittere.*

Assvetudo, inis, f. t. assvescentis vel assveti habitus, Vaane. *Assvetudo voluptatum*, qua quis assvevit voluptatibus.

Inassvetus, idem quod insvetus, Vtilvant/fremmet ved nogit. *Inassveta manus. inassveti equi.*

Consvesco, svetus sum, n. t. idem quod svesco, Jeg vennis eller tilvennis / haffuer vane. *Adeò à teneris consvescere multum est. Consvescere cum aliquo*, est amicè cum aliquo conversationem habere. Et *consvescere mulieri vel cum muliere*, est in re venerea misceri.

Consvetio, onis, f. t. apud Plaut. pro consvetudine.

Consvetudo, dinis, f. t. consveti ratio, Sedvane/viis oc vane. Item *familiaris consvetudo*, Daglig omgengelse.

Inconsvetus, a, um, Sil. non assvetus, vtilvant/vbevant. *Miles mensæ inconsvetus.*

Desvesco, svevi, etum, q. non svesco, Affvænnis/vænnis fra.

Desveo, evi, act. s. antiquis pro desvefacio, Affvænner/vænner fra. *Leonem desvebi ne quò ad cœnam eat extra meum consilium.*

Desvetudo, dinis, f. t. Liv. desvefaciendi habitus, Affvane. *Armorum desvetudine mitescunt feroces.*

Insvesco, is. Idem quod assvesco. Ut, *insvebi imperare. Insvescit equa partui. insvebit ille corpori duarum pellicum.*

Insvetus, a, um, cui non insvevimus, vvant. *Iter insvetum. mas insvetus. pabula insveta. cibus insvetus*, Som mand icke er vant til. Item insvetus, qui non insvevit, Som icke er tilvant: *Insvetus belli. insvetus contumeliæ*, vvant ved spot oc foractelse. *Syphax moribus Romanis insvetus*, Jcke vant veed.

Mansvetus, a, um, tior, tissimus, q. manu svetus, quodcunq; manuum permulsione mitescit, Tempt / tam/handeligt. *Mansvetum animal.* Inde accipitur pro assveto, Tilvant. *Mansvetus mensæ hereli.* Item, translatè ad animum, promti, Stille / sactmodig/handelig. *Mansvetus homo, mansvetus animus, mansvetum pectus.* Sic *ira Dei mansvetior*, pro mitior & remissior.

Mansvetè, modo mansveto, Sactmodeligen/stille. *Mansvetè hoc factum est.*

Mansvetudo, dinis, f. t. mansveti affectus & virtus, Sactmodighed / Fredsommelighed / Stillehed.

Mansves, etis, antiquè pro mansvetus. Ut *reddam te ex fera mansvetem.*

Mansvesco, n. t. mansvetus fio, Vorder tam/tæmmis. *Triduo mansvescunt hæ feræ.* Et translatè, *mansvescunt corda malis*, De tilvennis/saar vane. Sic, *terra mansvescit arando.*

Mansvetarius, rii, m. s. qui feras mansvefacit. Ut, *ferarum mansvetarii.*

Immansvetus, a, um, q. minimè mansvetus, sed qui ferus est, Vtempt / vild / vhaandelig. *Gens immansveta. ingenium immansvetum. homo immansvetissimus.*

SUGO, gis, xi, ctum, n. t. pr. prod. liquorem labris & lingua elicio & haurio, ab ὑγρὸς, humidus, Suger. *Sugunt animalia. Sugit terra.* Et translatè, mente haurio. Ut, *cum lacte nutricum sugere errores, vitia, virtutes.*

Sugeo, es, act. s. idem, antiquis.

Suctus, us, m. q. sugendi actus. Ut, *suctu pedum vivunt*, i. e. quo sugunt pedes, Sugen/Suen.

Sugillo, as, act. pr. propriè videtur significare non perfectè sugo, vel parum sugo, ut solent sæpè infantes & porculi, Dilcker. Inde translatè infamiâ noto, & famam alicujus

alicujus leviter & carptim lædo & vellico, Nilcker oc hacker paa ens ryct oc naffn. *Legati graviter ferebant se sugillatos. sugillare existimationem, pudorem*, i. e. lædere. Item, corpus aliquod ita ferio, ut livorem tantum contrahat, non autem stillet sanguinem, Slaar blaa/ gul oc grøn. Sugillo etiam Varroni pro obduco q. succillo à sub & cillo. Ut, *filii patribus luci claro ne sugillent oculos.* Scribitur & suggillo.

Sugillatio, onis, sugillandi actus. Et translatè, infamiâ, ignominiâ, contumelia. Ut, *sugillatio majestatis ejus.*

Sugillatus, a, um, quod sugillavimus, & quod ex sugillatione contraxit livorem, Blaae slagen. *Ex ictu suffusis cruore oculis suggillatisq; hoc prodest. cinis allii ex oleo & garo illitus suggillata ac liventia ad colorem reducit.* Sic *suggillatus oculo*, En med et blaa øye. Et suggillata, quibus naturalis succus exsuctus est aut corruptus. Item sugillatus, cujus famam sugillavimus, & læsimus.

Composita.

Exsugo, is, xi, ctum, sugendo elicio, Vdsuger. *Sanguinem exsugit hirudo.*

Exsugeo, act. s. Plaut. idem.

Sanguisuga, æ, m. p. vermis aquaticus lavantium sanguinem exsugens, qui aliàs hirudo dicitur, Igle. Unde, sanguisuga hirudo.

SUCCUS, ci, m. s. humor in corpore valente abundans, quasi sugus, quòd eum ex alimentis membra sugant attrahantq;, Safft oc vædske. *Ex terra succum trahunt stirpes. succus is, quo alitur, ex intestinis & alvo, secretus à reliquo cibo permanat ad jecur per quasdam vias. Uva succo terræ & calore solis augescit.* Et translatè, *succus & sanguis civitatis*, i. e. omne id, quo sustinetur & alitur civitas. Item vis quædam cujusq; rei. Ut, *succus oratoris, orationis*, Krafft oc Safft. Item succus, qui ex planta contusa exprimitur, Vdoes. Item impropriè, resina & pix ex arboribus sponte profluens. Item succus, vis, & natura, & specialiter sapor, Krafft oc Smag.

Succidus, a, um, succo & humore madens. Ut *lana succida*, quæ pinguis est, *sordida, & nondum lota*, Skiden vld/ oc laad. *Corpus succidum.* Plaut. quod Terentio dicitur succi plenum, Saffrig/ oc fuldkommen.

Succinus, a, um, quod succo constat. Ut *gutta succina*. Item succinum, ni, n. s. bituminis genus ex saxis profluens, primò liquidum, inde tempore vel frigiditate condensatum colore fulvo ceredq;, dictum à succo succinum, quia veteribus credebatur esse succus quarundam arborum, Raff.

Succinatius, a, um. Ut, *succinatium vinum* Isidoro, quod est succini colore.

Succosus, a, um, quod est succo plenum. Ut, *cortex & liber arborum succosus*, Saffrfuld. Sic *succosus locus, succosum cœlum*, natura humectum & irriguum, Vædskende.

Composita.

Exsuccus, a, um, quod sine succo est. Ut, *corpus exsuccum, homo exsuccus*, Tør/ vden vædske/ mager.

Insucco, as, Columell. succo imbuo. *Unde lana oleo & vino insuccata.*

SUDES, is, &c. sequitur ex suprà.

SUI, pronomen sine nominativo, verbo tertiæ tantùm personæ subjectum, eiq; actionem reflectens: ita scilicet,

Ut actio terminetur non in alio quam in eo qui agit, ab ὅς, ejusdem significationis, Sin/ sit/ sig. *Alieni appetens & sui profusus. nullam habet sui rationem. sibi multum indulget. Dixit se facturum. Delectatur memoria sui. commendatio sui. semper sui similis est. natura quasi sui lena est. Genio se sui alere Dionysius alterum interfici jussit, quia viam monstravisset interimendi sui*, i. e. Dionysii. *Cæsar ad se veniam, rogat. Ratio sui, memoria, copia. commendatio sui*, i. e. ejus qui commendatur. *Sui cupidus.* Ponitur & pro ejus vel illius. Ut, *id monstrum sibi ipsum est. Nihil ille de se recordatur*, i. e. de illo. Interdum etiam solius elegantiæ gratia, nulla ex necessitate dicimus: *Suo sibi victitant succo. suo sibi jure abluuntur.*

Suus, a, um, quod est sui non alterius, Sit / Sin. *Alphejus suo sanè utebatur populo. petit consulatum suo anno. suos quosq; debet tueri. Hunc sui cives è civitate ejecerunt.* Et absolutè, *multa addunt & afferunt de suo. Suus est Aristotelis modus. Suum Platonis genus. suus est illius mos. sua est istius natura. suus sibi sudor prodest. Suus vir uxorem suam salvere jubet. Suus est*, i. e. sui juris. Ut, *in disputando suus est. sua quemq; fraus & suus error maximè vexat. suum quemq; scelus agitat proprium.* Sic, *expendere oportebit quod quisq; habeat sui velle suum cuiq; est.* Item: *Quasi nihil dici posset sine præceptis suis*, i. e. ejus. *Hunc pater suus deduxit*, i. e. ejus. Ut, *spectem ludos suos*, i. e. illius. *Defensus à necessario suo*, i. e. illius. Et in vocativo: *Defendite Cæsarem ô sui amici.*

Sus, antiquè pro suus, & sam pro suam.

Suamet, pro suaipsius. Ut, *anseres suamet vi colla sua abrumpunt*, Sin egen.

Suapte, i. e. sua ipsius. Ut, *suapte sponte.*

Suopte, i. e. suo ipsius. Ut, *suopte nutu.*

SULCUS, ci, m. s. vestigium aratri ex tractu remanens, h. e. lacuna, quam aratrum vomere facit, ab ὄλκω ejusdem significationis, Fore/ fure. Inde tropicè ipsa aratio seu terræ proscissio. Ut, *sat erit terram tenui suspendere sulco.* Unde & *serere* dicimus *tertio, quarto, quinto sulco*, pro tertia, quarta, & quinta &c. aratione & satione. Item sulcus, in vitium aliarumq; arborum plantationibus, fossa est in longum ducta, in qua plantantur semina. Ut, *ausim vel vitem tenui committere sulco.* Sulcus etiam pro arvo genitali, in quo quasi seruntur liberi. Ut *sulcos oblimet inertes.* Et apud Græcos, *ne seras sulcum liberorum invitis Diis.*

Sulculus, li, m. s. parvus sulcus.

Sulco, as, act. p. sulcum duco, Forer/ furer. *In subacta jam terrâ latiores porcæ sulcantur.* Et translatè, *sulcare æquor, maria cymbâ navigio*, i. e. navigare.

Sulcatim, per sulcos. Ut, *facies sulcatim concisa.*

Sulcator, oris, m. t. qui sulcat. Ut, *Ponti sulcator.* Item, *agri sulcator Averni.*

Sulcatus, a, um, quod sulcavimus, Foret. *Tellus vomere sulcata.*

Composita.

Bisulcus, a, um. Ungulas habens non solidas, ut equi, sed scissas & bifidas, ut boves. Ut, *animal bisulcum*, Diur med kløffuer. *Pes bisulcus*, Kløff. Inde tropicè ponitur, pro omni eo, quod in duas cuspides divisum est. Ut, *bisulcus arboris surculus*, i. e. bifidus, Tvæ kløfftet/ tvægrænet.

Dissulcus, Festo dicitur porcus divisas in cervice setas habens.

Trisul-

Trisulcus, a, um, quod tres habet acies & quasi sulcos. Ut *lingua colubri trisulca. Ignes trisulci*, Ild med tre ſtraaler. *Trisulcum fulgur, à triplici vi, quia aut incendit, aut afflat, aut terebrat.*

SULPHUR, uris, n. t. terra quædam fossilis, avidissimè flammam corripiens, & ardens quasi surphur, à σύρω trabo & πῦρ ignis: aut q. ὁλόπυρ, i. e. solidus ignis, quia facilimè concipit ignem, eumq; mirificè alit, Svogl eller Svoffl. *Sulphur vivum* sive vivax, quod solidum atq; globosum effoditur. *Factitium* autem quod fit olei incoctu.

Sulphuratus, a, um, quod sulphur habet admistum. Unde *ligna sulphurata*, quibus sulphure tinctis ad accendendas lucernas utimur, Svoffuelſticke. Et absolute *sulphuratum, ti*, n. s. pro eodem.

Sulphureus, a, um, quod ex sulphure est, sive sulphuris naturam refert. Ut, *odor sulphureus. amnis sulphureus.*

Sulphuraria, æ, f. pr. locus ubi sulphur effoditur aut coquitur, Svoffuelgrube.

SUM, es, est, fui, esse, verbum, quo significatur res quà res sub tempore: quoq; suum de suo dicitur ab ἐών ἐιμὶ ejusdem significationis, Er. Usurpatur autem variè. Ut, rationi substantiæ: *ego sum homo.* Item qualitatis. Ut, *ego sum albus, mente candidus & literis doctus, sanus, insanus.* Item loci. Ut, *sum domi meæ. fui apud illud.* Item ejus, quod possidemus, vel nostrum est, pro specto & attineo. Ut, *non est nostri ingenii. Hoc est Philosophorum. honos erat eloquentiæ*, i. e. eloquentia habuit honorem. *Discessus meus desperationis est, non legationis.* Item ejus, quod habemus. Ut, *ingenio sum bono, ejus sum voluntatis.* Et cum gemino casu: *hæc res fuit mihi crimini, offensioni detrimento. Sicilia tibi prædæ & quæstui fuit.* Item ratione pretii. Ut, *ager nunc multò pluris est, quàm tunc fuit. Tanti est frumentum*, Koſter / er værd. Item ratione consvetudinis & negotii, pro consvetudine utor & negotium habeo. Ut, *quid tibi cum illo est*, Hvad haffuer du med hannem ad giøre? *Nihil erit mihi posthac cum illa.* Sic *esse cum aliquo, esse apud aliquem.* Ratione moræ, pro moror, versor. Ut, *magna in molestia sum. Diutius in hoc desiderio esse non possum.* Sic, *sum in negotio, cura, desiderio, in voluntate, in scelere, in amore, in deliciis, in magno nomine ac gloria, in libidine, in principibus, in vitio, in virtute.* Et *sum benè, pulchrè*, Lider oc leſſuer vel. *Sum in potestatem, amicitiam*, pro potestate. *Sum in ære alieno*, Jeg er i gield. *Sum in numis meis*, Haffuer ſielff penge / er vden gield. *Sum in quæstione*, i. e. quæror. Plaut. *Quid negotii est?* Hvad er paa færde? *Memoria est*, pro memini. *Opera est mihi*, Jeg haffuer at giøre oc beſtille. *Non est operæ: vel non est operæ facultas*, Haffuer icke ſtunder til at giøre noget. *Multos annos est, cùm hoc facio*, i. e. multi anni sunt. Plaut. *Facilè istuc erit*, Det ſkal være lætt at giøre. *In oculis esse, habitare*, i. e. charum esse, amari. *Esse cum imperio, esse cum potestate*, Haffue at raade oc byde. *Est in deliciis*, Det er megit fiert. *Opus est facere.* Ponitur & impersonaliter pro licet, possibile est, evenit. Ut, *est, ut viro tuo indulgeas. non tam facile iis opitulari est, qui incibo venenum vel in potione sumpserunt.* Item esto, imperat. concedentis. Ut, *esto, ægram nulli quondam flexere mariti*, Lad saa være.

Ens, tis, & plural. Entia, quod est seu existit, Som er til / oc haffuer ſin værelſe. Ciceroni ens dicitur natura. Sunt autem ens & essentia vocabula ficta à Philosophis & Theologis.

Essentia, æ, f. pr. essendi actus seu ratio, Værelſe. Describitur natura, vis, potestas rei.

Essentialis, le, om. t. quod est essentia, ad essentiamq; pertinet.

Essentialiter, aduerb. essendi modo, I ſin værelſe.

Fui, præteritum, unde & antiquis, fuat pro sit vel fuerit, & futurum esse, & particip. futurus. Est autem ab antiquo fuo, à φύω nascor.

Futavit, antiquè pro sæpius fuit.

Composita.

Absum, es, à loco aliquo aut re sum, i. e. non sum in loco isto, Er fra / er borte. *Dominus abest. abest à nobis. abest domo, à suis, à miseriis. ab re ipsa. ab oculis. Tenum abest à Larino octodecim miliaria passuum. Abemus ab Amano iter unius diei. abfui magnam partem consulatus mei. longè absum.* Item *menses tres abest. Dierum aliquot viam abfuit.* Et cum genit. *abfuit bidui, triduiEt* divisim: *ab oppido erat tria millia passuum.* Item ratione dignitatis: *multum ab his aberat Fusius*, i. e inferior erat. Sic *longè à pulcris abes.* Ponitur & pro abhorreo, Er langt fra / ſkyer. *Nihil à me longius abest crudelitate. Hoc non longè abest à scelere. absum à bello*, i. e. animum à bello alienum habeo. *Non multum abest*, Det er icke langt fra / det er icke deert ligere. Dicitur & venustè: *Tantùm abest ut nos inflammes, vix attingis. somnum hoc loco vix tenemus. tantum abest, ut mala sit mors, ut potius &c. vel, ut verear. Non Parum abfuit, quin occideretur*, q. d. Det er ſaa langt fra / vilt fra. *Abest historia nostris rebus*, i. e. deest. Item non defendo. Ut, *tibi tum temporis abfuit*, i. e. non defendit. *Culpa à nobis abest*, i. e. vacamus culpâ.

Absens, tis, om. t. qui abest. Ut, *de absente secundum præsentem judicabis.* Dicitur & Atticè *absente nobis*, pro absentibus nobis. Sic *præsentibus nobis.*

Absentia, æ, f. pr. absentis ratio, Fraværelſe. *Æquo animo fert amicitia absentiam.* Exponitur & desiderium & discessus.

Absentaneus, a, um, quod in absentia fit, ἀδήλον.

Absento, as, n. pr. Claud. absens sum, vel absentem facio.

Adsum, ad & juxta aliquid sum, Er hoeſſ. *Omnibus his pugnis adfuit Dolobella. in casu meo adfuisti. vires adsunt corporis atq; animi.* Inde ponitur pro faveo. Ut, *adest mihi contra illum. tuis ego rebus adero.* Item, *adesse animo vel animi*, pro non timere, Være ved it frit mod. Item *ad imperandum adest, ex Gallia, in causa, ad judicium, coràm, ad portam, ad mortem. Assæ mulieres*, i. e. nutrices, quæ semper adsunt neq; abscedunt à pueris. Vide alia in assum ab ardeo.

Desum, dees, q. non adsum, ubi adesse oportebat, Slaaer feil / er forſømmelig. *Deest officio suo. deest occasioni, deest amici periculo.* Item simpliciter absum, Er borte / er icke tilſtede. *Convivio puer defuit per leviter commotus. Hoc deest ad gloriam. Pœna non deerit.*

Exsum, Festo, extra sum. Ut, *virgo exesto.*

Insum, in re aliqua sum, Er i. *Sideribus inest ratio ad peragendos suos cursus. In amore multa insunt vitia. Tristis severitas inest in vultu, atq; in verbis fides.*

Intersum, quasi inter alios adsum, Er med iblant. *Amnis interest. arbores intersunt. Interfuit negotio huic. Interfui querelis.*

Inter-

Intereſt, impersonale, q. inter res eſt & ad rem, Ved-kommer. *Intereſt reipublicæ, intereſt omnium. intereſt hujus. mea intereſt. Ad rem nihil intereſt.* Et addita qualitate, *plus, aliquid, multum, magni, parvi, nihil, minimi intereſt.* Item intereſt, pro differt, diſtat & diſcrimen eſt, Skil ad. *Inter hominem & belluam hoc intereſt. inter eos multum intereſt*, Der er ſtor ſkilſmis imellem dem. *Decreta hæc nihil à falſis interſunt*, i. e. diſtant, differunt.

Obſum, q. contra aliquem ſum, Er imod/er til ſkade. *Factum id Amphitruoni obfuit. pudor dicenti ſæpè obeſt. Gloria multis obeſt, lingua auctori ſuo obeſt.*

Poſtfuit, Saluſt. pro poſthabitum eſt. Ut *invidia & ſuperbia poſtfuêre.*

Præſum, præes, præeſt, q. præ aliis ſum, h. e. præfectus ſum, Foreſtaar. *Præeſt vigiliis, præeſt provinciæ. præeſt ſacris. præeſt navibus, claſſi.*

Præſens, tior, tiſſimus, q quod præ oculis eſt, ante oculos, in manibus, Nærverendis. *Præda erit præſentium. qui hîc adfuit, ſic adfuit præſens. petivit præſens. præſens adero.* Et *præſens res. præſens locus*, de quo agitur. *In præſentem rem venire*, i. e. in locum, de qua lis & controverſia eſt: quod tunc fit cùm fundus aut alia poſſeſſio deſignanda eſt & certis finibus circumſcribenda, ut certius ad ea judicari poſſit, Aaſted. Item, *præſens ſermo*, qui coràm habetur, Mundelig tale. Item translatione quadam ex adjuncto dicitur *animus præſens*, pro parato & alacri. Ut, eſt qui præſens eſſe audet, Fer-dig/ faſt oc wforfærdet / Redebon/ frimodig. *Præſens pecunia*, Rede penge. *Præſenti pecuniæ mercari*, Kiøbe for rede pendinge: quod & dicitur mercari Græca fide, quia Græci nullius fidei, præſente ſemper pecunia mercari cogebantur. Item *Deus ei præſens*, i. e. propitius q. qui adeſſe & præeſſe noſtris rebus velit. *Præſentes vires*, i. e. efficaces, Krafftige. Sic *præſens & præſentiſſimum venenum.* Et *præſens mors*, Den viſſe Død Antiqui etiam ablat. præſente uſurpabant pro præſentibus. Ut *præſente nobis, præſente teſtibus.*

Præſentia, æ, f. pr. præſentis rei ratio, Nærverelſe. *Præſentiam Cæſaris timuit. præſentia animi*, pro vi, robore & fortitudine, Frimodighed.

Præſentaneus, a, um, Plin. quod præſentem habet efficaciam, Krafftig. *Præſentanei boleti, qui citò enecant. Præſentaneum remedium*, i. e. efficax.

Præſentarius, a, um, quod præſens eſt, & in numerato, Tilrede/ræde. *Aurum præſentarium. argentum præſentarium. præſentaria pecunia.*

Præſento, as, act. pr. Quintil. pro oſtento & q. præſens offero & exhibeo, Bær for / bær frem. *Copia præſentavit, quod orator in promptu habere debet.* Item Plin. pro refero ſeu ſpeciem alicujus præbeo, Er lig/ haffuer en ſick effter. *Herba hæc ſpeciem paſſerum foliis præſentat.*

Repræſento, as, act. pr. præſentem ſiſto, Giffuer for/ oc kommer tilſtede. *Se repræſentat villicus.* Sic *repræſentare pecuniam, mercedem, diem promiſſorum*, pro præſentem ſolvere, exhibere & præſtare. Item *repræſentare memoriam alicujus rei* pro referre & in conſpectu ponere. Et ratione temporis, *repræſentare medicinam* pro prævenire, anticipare, & ante tempus exhibere.

Repræſentatio, onis, repræſentandi actus. Ut, *ejus imago nulla repræſentatione exprimi poteſt*, Forgiffuelſe. Item repræſentatio, pro pecuniarum ſolutione.

Impræſentiarum, Caton. & Ulpian. pro eodem tempore, ſive ſit præſens, ſive futurum, ſive præteritum, I det ſamme/ i ſamme ſtund/ nu/ daa. *Impræſentiarum nihil eſt, fuit, erit, quod reſponderi poteſt.*

Proſum, des, profui, utilitati ſum q. pro te vel aliquo ſum, Er til nytte oc gaffn gaffner. *Profuit nobis, quod reliquit. profuit res iſta ad concordiam civitatis.*

Subſum, ſub te aliqua ſitus ſum, Er eller ligger vnder. *Subeunt tecto abiegnæ trabes.* Item latenter inſum. Ut, *ſi quid intra cutem ſubeſt vulneris. ſubeſt aliquid*, quod cavendum putas. Sic *ſubeſt cauſa ratio.* Item ratione temporis, inſto, ſive ſtatim ante ſum. Ut, *cum dies comitiorum ſubeſſent*, Er for haande / ſtunder til. *Subeſt propinquis locis*, i. e. adeſt. Item ſuperſum. Ut, *nulla ſpes ſaluti noſtræ ſubeſt*, Er til offuers. Item adjuvo. Ut, *aſſequitur, ſubeſt, ſubſequitur. Suffuerat* antiquè, i e. ſub eodem tecto fuerat.

Superſum, deficiente alio ſum, q. ultrà ſum, reſto, Er til offers/ er tilbage. *De exercitu pauci ſuperfuerunt. tantum cibium ſuperfuturum putabant, quantum infinitæ cædi reſtitiſſet. duæ partes mihi ſuperſunt illuſtrandæ orationis.* Sic *unus mihi ſupereſt labor*, i. e. reliqvus eſt, Staar tilbage. Item redundo, Er til offuers/ offuergiort / formegit. *In definitione neq; abſit quicquam, neq; ſuperſit. neq; deeſſe, neq; ſupereſſe reipub. bolo. urbes Italiæ auxilio ſuperſunt*, i. e. abundant. *Ego illi ſuperſum*, i. e. ſuperfluus ſum. Item excello. Ut, *doctrina Tuberonis ſuperfuit*, i e. excelluit. Sic *ſupereſt omni doctrina.* Item interſum, Er iblant tilſtede. Vobis, *ut ſpero, ſuperero.* Item pro duro, vivo. Ut, *ſi ſuperſum, faciam*, Er til. Item *ſupereſſe alicui*, i. e. patronum eſſe. Item *ſupereſſe labori*, i. e. ſuperare laborem.

Compoſitum quoddam ſingulare cum ſuis deductis.

Poſſum, potes, potui, n. q. pos & potis ſum, Rand/ formaar. *Non poſſum, quin exclamem. Multum poteſt. omnia poteſt. Per vim & ſcelus poteſt. Amicitiâ, virtute, pecuniâ poteſt. Non poteſt fieri*, Det er vmueligt. *Poteſt fieri*, Det er vmueligt. Item poſſum pro valeo & benè habeo, Lider vel. *Nihil dolet niſi pes. Poſſunt oculi. poteſt caput. Poſſunt latera, pulmones &c.*

Poteſſum, & infinit. poteſſe, antiquè pro poſſum, poſſe. Et poteſtur, pro poteſt. Item pote eſt & potis eſt pro poteſt.

Potiſſum, in ſingul. & poteſſumus in plural. q. potis ſum, & potes ſumus.

Potens, tis, om. t. qui poteſt. Ut *multa potens.* Et amiſſo tempore, *potentior potentiſſimus.* Ut, *Rex potens*, Mectig Et cum caſu: *potens armis: potens claſſe*, Kiig oc mectig paa ſaadant. *Pietate potens*, i. e. piiſſimus. Et cum genitivo: *potens imperii* qui imperium obtinet. *Potens regni. potens viri virgo*, i. e. matura, Mandvoxen. *Potens ſui*, Som er ſig ſelff mectig / er ſin egen.

Potenter, modo potenti, Mecteligen. *Quod in altercatione fit potentius.*

Potentia, æ, f. pr. potentis ratio, quæ & cum vi aliqua conjuncta eſt, Mact oc velde. *De potentia dimicant homines.* Sic *potentia ſolis*, i. e. vis.

Potentatus, us, m. q. Cæſar. & Liv. idem quod potentia & dominatus. Ut, *de potentatu contendunt.*

Poteſtas, atis, f. t. vis, quâ aliquid poſſumus, Mact oc myndighed. Ut eſt Imperium in ſubditos: auctoritas in liberos: dominium in ſervos. Hinc, *res eſt in mea poteſtate. Poteſtas eſt faciendi.* Item poteſtas pro mente & imperio rationis. Ut, *exibit de poteſtate*, i. e. de mente, & de

& de potestate mentis. Item potestas Sveton. pro iis, qui sunt in potestate, & imperio aliquo sunt constituti, Befalnings Mand.

Potesta, antiquis, pro potestas.

Possibilis, le, om. t. dictio est Latinis auribus suspecta. pro potest fieri: Ut & possibilitas dura est. Exemplum enim, quod adfert Calepinus ex Stricho Plauti, vitiosum est. Nam ubi ille legit: Possibile est tandem stantem stanti &c. In emendationibus libris habetur, prostibuli est.

Impossibilis, le, om. t. Quintil. quod non seu minimè potest fieri, vmueligt. *Non id longum tantum; sed & impossibile.*

Composita à Potens.

Armipotens, tis, om. t. Armis potens & valens. Ut, *Bellona armipotens.*

Divinipotens, tis, om. t. qui divinorum potestatem habet. Ut *saga divinipotens cælum deponere.*

Impotens, tis, om. t. qui in sua potestate non est, Som er sig icke selff mectig / vstyrlig / som icke kand styre sig selff. *Homo impotens. animus impotens.* Et comparat. Impotentior, tissimus. Item impotens, qui tenuis est & infirmus q. qui nihil potest, Ringe / som formaar lider / eller inter / affmectig. *Valeant hæc omnia ad salutem innocentium, ad opem impotentium.*

Impotentia, æ, f. pr. impotentis affectio. Ut, *propter impotentiam suam se credant semper negligi,* Ringhed / Fattigdom / Affmectighed. *Animi impotentia,* vstyrlighed.

Ignipotens, tis, om. t. Ut *Vulcanus ignipotens,* quia ignis potestatem habere fingitur.

Multipotens, tis, om. t. qui multa potest, Megit mectig / som formaar oc kand megit. *Multipotens Juppiter. Multipotens pectus.*

Omnipotens, tis, om. t. omnia potens, Almectig. *Deus omnipotens. Fortuna omnipotens.*

Omnipotentia, æ, f. pt. Eccles. omnipotentis vis, Almectighed.

Pennipotens, tis, om. t. pennis plurimùm valens. Ut *aves pennipotentes.*

Sagittipotens, tis, om. t. sagittis potens. Epitheton est Sagittarii, & signi cœlestis.

Salsipotens, tis, om. t. Plaut. qui potens est in salo, i. e. mari.

Viripotens, tis. Virgo, quæ annos pubertatis excessit, quæq; virum sust nere potest, Mandvoxen.

SUMO, is, psi, ptum, act. t. pri. prod. capiendo aufero seu, ut Grammatici volunt, proprie capio ante positum, non postrectum, à se & emo, ut demo à de & emo: q. seemo sumo & emptum, aufero vel in manus tollo, Tager til mig / eller tager bort. *Epistolam temerè positam sumpsit.* Dicitur autem non tantum de actione manus, ut *sumere Epistolam, librum,* sed & mentis: nec non cum multiplici objectorum ratione. Unde promiscua significata. *Sumere inimicitias,* Begynde trætte oc fiendskab. *Sumere arma contra aliquem,* Begynde Krig. *Sumere regionem tuendam,* Tage sig saare.

Sumere literas commendatitias, Tage forstriffuelse. *Sumere testimonium,* Tage vidne. *Sumere sibi otium,* Tage sig Roligheed til. *Sumere sibi studium,* Tage sig noget til / eller for. *Sumere ad rem aliquam tempus,* Tage tid til at bestille noget. *Sumere suspicionem ex aliqua re,* Tage nogen mistancke aff noget. *Sumere scribendi materiam & sumo scribere,* Tager mig for at skriffue. *Sumere judicem,* i. e. eligere, Tage sig en Dommere. *Sumere domum,* pro castris, Tage sig huus. *Sumere diem,* i. e. impendere, insumere. *Sumere calorem ab igne,* i. e. haurire. *Sumere supplicium de aliquo,* i. e. exigere, punire, Tage straff oc betalning aff nogen. *Sumere initium alicunde,* i. e. incipere. *Sumere legiones,* i. e. suscipere, Tage sig an. *Sumere publicas operas, & sumere navem,* i. e. conducere. *Sumere orationem,* i. e. ordiri, aggredi. *Sumere aliquem ex populo,* i. e. eligere. *Sumere diem,* i. e. consumere. *Sumere operam,* i. e. frustrà laborare. Sic *sumere omnia,* i. e. consumere. *Sumitur benustate alicujus,* i. e. consumitur. *Sumere argentum,* pro impendere. *Sumere obsequium,* i. e. obsequi. *Sumere doctrinam,* Tage Lærdom. *Sumere aquam,* est aqua se abluere post coitum. *Hoc mihi sumo. tantum mihi sumo,* i. e. asscribo, arrogo, Sumere etiam antiquè bibere. Ponitur & pro emo, comparo. Ut *sumpsisti tanti,* i. e. emisti. *Sumpsimus à tuo villico, & aliunde mutuati sumus,* Toge oc finge.

Sumptito, as, act. pr. sæpè & frequentèr sumo.

Sumptio, onis, sumendi actus. Et Dialecticis, sumptiones dicuntur, quæ Græca voce lemmata.

Sumptus, a, um, quod sumpsimus. Ut, *sumpta toga.* Et, *sumpti dies,* i. e. delecti.

Sumptus, us, m. q. quicquid rei alicui insumitur & impenditur, Bekostning. *Magno sumpta domum ædificabit. opus est sumptu ad nuptias.*

Sumptuarius, a, um, quod ad sumptum pertinet. Ut *lex sumptuaria,* quæ de sumptibus moderandis agit.

Sumptuosus, a, um, sumptu magno constans. Ut, *sumptuosa cœna,* Kosteligt. Item, sumptuosus, qui immoderatos sumptus facit. Ut, *mulier sumptuosa,* Ilt for kostfri.

Sumptuosè, modo sumptuoso, Formegit kosteligen / oc kostfri. *Sumptuosè convivia facit. sumptuosè equos & canes emit.*

Composita.

Absumo, is, act. t. quasi sumendo exhaurio, perdo, Fordoier / fortærer / vdtærer. *Tempus dicendo absumit. lacessendo levibus prælijs absumpsit diem. absumpsit opes suas in ejus impensis. pitissando absumpsit vinum. incendium absumpsit urbem, ædes.* Sic *absumitur ferro, veneno, morte.*

Assumo, is, quasi ad me sumo, Tager mig til. *Illinè aliquid assumo. assumo copiam dicendi, laudem, invidiam, artem sibi aliquam.* Item tribuo & arrogo. Ut, *nihil mihi assumo. In his causis, non auctoritati assumo, sed pudori meo.* Item, *in argumentando aliquid mihi assumo.* Ut, *cùm bis sumpsit, quod voluit, id tamen assumit, quod concedi non potest.*

Assumptio, onis, in argumentando assumendi actio, vel ipsum quod assumitur. Ut, *demus tibi duas istas sumptiones: assumptio tamen non dabitur.*

Assumptus, a, um, quod assumpsimus. Ut *assumpta verba, assumpta sacra de Græcia.*

Assumptivus, a, um, quod assumit. Ut, *status judicialis, pars una absoluta, altera assumptiva: quæ ipsa ex se nihil firmi dat ad recusationem.*

Reassumo, Plin. rursus assumo.

Consumo, is, psi, universum sumo. Et per consequens in nihil redigo, Fortærer/ forsluger. *Ætas consumit omnia.*

Consumptus, a, um, quod consumpsimus, Fortæret. *Consumptus senio, mœrore, igne, morte.*

Consumptio, onis, consumendi actus & ratio, Fortærelse/ fortæring.

Consumptor, oris, m. t. qui consumpsit & consumit. Ut, *ignis consumptor omnium.*

Inconsumptus, a, um, non consumptus, wfortæret/ wøed/ wforbrugt. *Pars aliqua thuris inconsumpta.*

Præconsumo, is, ante consumo. Ut, *præsumere vires*, i. e. ante bellum.

Præconsumptus, a, um, quod præconsumpsimus.

Insumo, is, sumptus in re vel rem aliquam facio, Paavender/ giør bekostning/ paakoster. *Insumit sumptum. insumit laborem, operam, curam, in rem aliquam, in studiis.* Et per consequens, consumo, Forbruger/ Fortær. *Nullus teruncius insumitur in illud.*

Insumptus, a, um, quod insumpsimus, Paavent/ paakost. *Insumptus labor, opera, cura. tantum in structuram istam est insumptum,* Er bekostet oc forbrugt.

Præsumo, is, Plin. antè vel priùs sumo, Tager før. *Potores in certamine bibendi præsumunt farinam ejus.* Et translatè, apud Valer. Max. *præsumere animo* pro præsagire, Fornemmer tilforne.

Præsumptio, onis, f. t. Plin. præsumendi actus, Forvdtagelse. *Præsumptione famæ integræ perfruitur.* Item, figura quædam Rhetorica. Item Dialecticis major propositio. Item Jurisconsul. Præsumptio pro conjectura, & divinatione in rebus dubiis collecta ex argumentis vel indiciis, per rerum circumstantias frequenter evenientibus, Gietzing/ tancke oc menning vdi nogen Sag/ giort tancke oc menning om noget. *Contra præsumptionem suam decem annis in obsidione urbis tenebatur.*

Præsumptus, a, um, quod præsumpsimus. Ut, *præsumpta opinio, præsumpta suspicio*, idem quod præsumptio, pro conjectura & divinatione, Giort menning tancke oc giedzing. Et absolutè præsumptum, pro eodem.

Resumo, is, rursus sumo, Tager igien. *Resumere vires positas.*

Transumo, is, ex alio in aliud sumo, Offuer anammer oc tager. *Bellipotens hastam læva transumit.*

Transumptio, onis, transumendi actus. Et peculiariter, quo quid ex tabulis primis transcribitur & transumitur. Item figura Rhetorica, Græca voce dicta Metalepsis: qvum ex eo quod præcedit, id quod sequitur, paulatim insinuatur.

Transumptus, a, um, quod transumpsimus. Unde, quæ ex primis tabulis transcripta sunt, solennitate juris adhibita, dicuntur transumpta.

SUO, is, sui, sutum, act. t. propriè, ut volunt suillæ setæ beneficio aliquid compingo, ut solent sutores calceos concinnantes, à sue deducta voce, Syer med Risp. Inde translatâ significatione: loris *suere naves*, pro compingere, connectere, colligare. Verùm in compositis imprimis significat sarcino seu quidvis suo, ut vestem & alia. Aliter à sono, quem faciunt sutores inter suendum. Item ab antiquo & desito quodam Græco σύω, cujus vestigium remansit in κραδύω, pro κραδσύω, i. e. consuo.

Sutilis, le, om. t. quod consutum est. Ut *corona sutilis*, quæ consuitur filis flores constringentibus, Bunden Krandtz. *Baltheus sutilis. cymba sutilis.*

Sutor, oris, m. t. qui suit calceos, Skomager.

Sutorius, a, um, quod ad sutorem pertinet. Unde *alimentum sutorium*, quo aquæ dissoluto corium denigratur, Skomager Suerte. *Culter sutorius*, Skomager Kniff.

Sutrina, æ, f. pr. sutoris officina, Skomager Boe.

Sutura, æ, f. pr. sutarum rerum affectio & ratio, Sammensyen/ sammen bøden. Item sutura, commissura in vestibus, Søm paa klæder/ stopning. Et *sutura Cranii*, commissura est, quâ ejus ossa conjunguntur.

Sutus, a, um, quod suimus. Ut, *tegumenta corporum vel texta vel suta.*

Subula, æ, f. pr. pr. prod. instrumentum sutorium, quo calceos suentes corium perforant, Syel. Item cornu simplex, rectum & sine ramis, Spitzknag/ Præn/ Horn vden tacker oc grene. Aliter à subeo, item à sub.

Subulo, onis, m. t. cervus, qui cornua habet simplicia recta & sine ramis, Spitzhiort. Item lingua Hetrusca, significat tibicen.

Sutela, læ, f. pr. Plaut. doli sunt consuti, & dolosa astutia, Optænckt oc sammensyed/ Skalckestycke.

Suteliosus, a, um, qui sutelas fabricat, aut quod sutelis constat. Sed dictio est sequioris ævi.

Suterna, næ, f. pr. Varr. ipsa sutura seu opus sutorium, Syen/ Flicken.

Suto, as, are, assiduè suo, Flicker/ Syer.

Composita.

Assuo, suendo annecto, Tilsyer.

Assumentum, ti, n. s. quod assuitur.

Circumsuo, ex omni parte suo, Omkring syer.

Consuo, unà, simul vel in unum suo, Sammen syer. Unde translatè, *consuere dolos.*

Consutura, æ, f. pr. Sver. consuti ratio, Syning/ sammensyening.

Consutus, a, um, quod consuimus, Sammensyed. *Consuta tunica. consuti dolo.*

Inconsutilis, le, om. t. non consutilis. Ut, *vestis inconsutilis*, quæ nullam habet suturam, Klædr aff heelt.

Inconsutus, a, um, idem.

Desubulo, las, act. pr. subula perfodio.

Dissuo, is, quasi sutum dissolvo, Sprækker op/ eller sprækker op igien. *Dissuit vestem.* Et translatè *dissuit amicitiam*, i. e. sensim dissolvit, Løser.

Dissutus, a, um. Ut, *dissuta vestis*, Opløben.

Insuo,

Insuo, is, in re aliqua seu intus suo & includo, Indsyer/ indlucker/isyer. *Parricidas in culeum insuit. insuit aurum vesti.* Et translatè, implico, Vickler i hin anden. *Privatam impensam publicæ rei insuit,* Hand mengde/ oc vicklede sin Befostning med Mennighedens / som en der bygger for sig sielff oc dog bruger Mennigheden der til.

Persuo, suendo absolvo.

Præsuo, is, totum insuo, Syer ind eller omsyer. *Præsuere corticem.*

Præsutus, a, um, quod præsuimus. Ut *basta foliis præsuta.*

Resuo, is, sutum aperio & dissolvo: vel iterum suo, Sprecker op/ eller syer om igien. *Resuere vestes.*

Subsuo, is, ad imam rei partem aliquid assuo, Syer neden til.

Subsutus, a, um, quod subsuimus, Neden til syet. *Subsuta institia. subsuta vestis*, pro limbo, qui institæ subsuebatur.

Transuo, is, Col. trans aliquid, h. e. per ejus medium suo. Ut, *media pars descripti orbiculi eadem subula transuitur. cutis acu filum ducente transuitur.*

SUPER, pr. corr. præpositio denotans situm rei imminentis vel insistentis alii ab ὑπὲρ ejusdem significationis, Offuen offuer / offuer. *Tectum est super contabia. super terræ tumulum nihil statuitur. assidebat super aspidem. Inde, servus super somnum*, i.e. cubicularius. Ponitur etiam pro de, Om. *Super hac re satis dixi: egit super legatione votiva. super hac re ad te scribam. super Hectore multa rogabat.* Item pro PRO, for. *Super sua laude molitur laborem.* Item, ultra, Paa hin side. *Super Garamantas & Indos proferet imperium. super oppidum profectus est, super nocte media*, i. e. ultra mediam noctem. Item adverbialiter. Ut, *super subterq; premor angustiis*, Offuen oc neden. Et pro vehementer, Offuer maade. *His accensa super jactatos æquore toto &c.* Sic, *satis superq;*, Meere end nock til offuers. Item desuper. Ut, *super è vallo prospectant Troës.* Item insuper & amplius. Ut, *infestus omnibus & super ipsis Dardanidis.* In compositione aut significat amplius, ultra. Estq; præpositio modò localis, modò temporis, modò ordinis. Ut, *superdico, superduco, superedo, superaddo, superbibo, supercido, superdoceo, superemineo, superfluo, superincido, supermeo, superpono, supersedeo, superbacuus, &c.*

Supra, & antiquè supera præpositio significans, quod situ superest, Offuen til. *Supra caput astitit illi imber.* Inde ponitur pro valde & plus satis seu ultra. Ut, *supra modum. supra morem. supra justum* Sic *supra quàm credibile est*, i. e. plus quàm quis facilè crediderit.

Superior, com. & superius neutr. comparat. quasi magis super. Ut *Domus superior*, i.e. altier sive sublimior. Dicitur & aliquid superius, Ratione temporis, Tilforn/ forige. *Superioribus temporibus nullas ad te literas misi. intellexi ex superiori & inferiori scriptura. literæ superiores*, i. e. superiori tempore datæ. *Vita superior*, i. e. antè acta. *Superior Dionysius*, qui superiore ætate vixit. Sic *superiores*, qui ante nos vixerunt. Item *superiores in consanguinitatis gradibus*, qui gradum quartum ascendentium excedunt. Item Ratione loci, Offuen. *Omnis odor ad superiora fertur: de superiore loco dicit concionatur.* Item ordinis. Ut, *duorum etiam, è quibus effecta conclusio est, contra superius dici solet.* Item dignitatis. Ut, *habes neminem honoris gradu superiorem. quantò superiores sumus, tantò submissius nos gemmus. superior loco, fortunâ, famâ. superior ordine, inferior fortuna.* Sic *superiores sumus*, i. e. excellentiores, potiores, majores. Item potentiæ & virium, quâ scilicet alios vincimus. Ut, *equestri prælio superiores sumus. superior est contra improbos, contra hostem.*

Supremus, a, um, superlat. Ut *supremum cœlum*, quòd supra omne est, vel altissimum. Sic *supremi montes: supremus Juppiter.* Hinc ponitur pro extremo. Item ultimo. Ut, *supremum comitantur honorem. supremis annis suis conflictatus est morbo Agrippa. Dies illa regnis suprema fuit*, i. e. ultima. *Suprema officia, quæ morienti exhibentur.* Sic *supremi honores*, pro funeralibus. *Supremum supplicium*, i. e extremum vel maximum. Et *suprema multa*, i. e. maxima. Item absolutè, num. plur. *suprema, orum*, pro supremum tempus. Ut, *supremæ Principis.* Et *solvere alicui suprema*, pro parentare.

Supremò, Plin. adverb. pro novissimè.

Summus, a, um, aliud superlativum, concisum à supremum, quasi quod supra omne est, seu quo nihil superius, de quo fit mentio vel comparatio. Ut, *Deorum summus Juppiter* (s. ratione dignitatis) *summis rebus me adjungis*, i. e. glorioſissimis. Item ratione loci: *In summo vertice*, Høieste oc øffuerste top. *In summo columnæ*, Paa der øffuerste aff. *Summum aquæ*, Offuer vandet. *à summo inflexus bacillus*, Offuen til. *Summi digiti*, Det øffuerste aff Fingrene. Item ratione ordinis, idem quod extremus, yderst oc sist. *Summa senectus; summa dies.* Ratione perfectionis. Ut *summa prudentia. summa eloquentia*, Høieste/ største oc ypperste. Sic *summum bonum*, pro ultimo, ad quod tendunt omnia, & perfectissimo. Item *summa hyems*, i. e. valentior. *Summus lictor*, qui proximè antecedebat consulem: eratq; dignissimus inter cæteros lictores.

Summùm, adverb. pro ad summum, I det meeste/ i det høieste. *Eximunt unum diem, aut summùm, biduum ex mense. scies igitur cras, summùm perendiè. sestertiis binis, summùm ternis.*

Summè, modo summo, Høyligen. *Summè mei observantissimus est. summè mihi jucundum est.*

Summitas, atis, f. t. vulgò pro eo, quod aliàs latinè vertex.

Summates, tum. Plaut. Principes in civitate, qui & optimates & primates, q. qui summum locum in civitate tenent. Ut, *viri summates, matronæ summates.*

Summatus, tus, m. q. Lucret. summatum imperium, Regering. Aliter hoc à summa, q. ubi est summa rerum, h. e. imperium.

Summatim, per summa: ratione loci, Offuen til. *Summatim ablaqueandæ arbores.*

Summa, æ, f. pr. numerus summus partes omnes de quibus fit mentio, in se continens. Inde summa de rebus numeratis & diverso numero in unum comprehensis: vel plurium partium in unum numerum collectio, Sum/oc alt tilhaabe vdi et. *Quinq; & septem summam faciunt duodecim. Triginta, quadraginta, quanta est summa? Resp. sunt septuaginta.* Inde de rebus numerabilibus dicitur, sub eadem ratione, qua sub unum caput includuntur. Ut, ratione rei pecuniariæ: *Summam reliqui, summam pecuniæ in codicem refert: in æra singula probato summam, quæ ex his confecta sit, probare debet.* Item ratione naturæ. Ut, *summam avaritiæ explicat, quæ infinitis criminibus implicata est. Summa generum & rerum. summam apud nos habet*, i. e. summam rerum. Item consilii & rationis. Ut *hæc est summa conclusionis meæ, judicii, rationis, cogitationum orationis rerum & sententiæ:*

tentiæ: quò & hæc pertinent; *in summa, ad summam dicito. forti animo esto.* Item *summa causarum ac tractationum forensium.* Item ratione potentiæ, dignitatis, utilitatis, & salutis. Ut, *hic summam rerum administrat*, i. e. imperator. Sic, *summa Reipubl. summa ordinis. summa consilii labefactatur. summa ætatis*, Fuld Aar/ all sin tid. *Summa summarum est*, cum in rationibus multa nomina & capita in unam summam rediguntur ac multis summis factis omnia tandem in unam consummantur. Aliter à sumo, sumere, quasi summa quâ sumuntur plura, ut unus fiat numerus.

Summatim, adverb. per summas, vel in summa. Et consequenter, breviter, & non per singula, Jen sum/ forteligen. *Summatim, non particulatim de corpore animoq; dixit. Summatim non particulatim narrabit.*

Summarius, rii, m. s. in Cicer. exponitur homo quæstuosus, avarus & sordidus: sic dictus à summis pecuniarum. Aliter homo seditiosus & belli civilis cupidus, q. sub Marius, i. e. parvus quidam Marius. Sed & conjectura est legendum esse, Nummarius. Ut is intelligatur quem Cic. eodem loco paulò antè emptum pacificatorem appellavit. Item summarius, pro fure.

Summarium, rii, n. s. Senecæ, quod vulgò breviarium dicitur.

Supernus, a, um, quod est supra, Offuen til. *Superna pars oris. crines à fronte superni. supernum numen.*

Supernè, de superiore loco, fra offuen. *Supernè labitur amnis.* Item quod fit superiore loco, Offuen til. *Gladium supernè jugulo defigit.* Item idem quod supra. Ut, *argentum supernè innatat, ut oleum in aquis.*

Supernas, atis, com. t. quod ex loco superiore ortum traxit, Opkommen / fød offuen til. *Abies supernas*, quæ ad superum mare nata est. Sic *infernus abies contrà.*

Superus, ra, um, quod est suprà, Offuen til. *Sedes superæ. auræ superæ*, i. e. cœlum. *Res superæ*, i. e. cœlestes. Item absolutè, numero plur. supera, orum, pro cœlo. Et superi, orum, m. s. pro cœlestibus, De Hellige i Himmelen. *Superos precati sunt. superum Rex*, i. e. Juppiter. *Superum mare* idem est cum Adriatico; ita dictum quòd Italiam supra, h. e. ab ortu alluit.

Supero, as, act. pr. supra aliquid evado, Offuergaar/ offuerkommer/ offuervinder. *Gressu superant montes, & flumina tranant. Arbor hæc sagittis superari non potest.* Et translatè, ratione potentiæ, Offuervinder. *Hostem armis superat. ferro superat. cantando ipsum supero.* Item ratione copiæ, Faar offuerhaand/ bliffuer mangfoldig. *Si superent fœtus, pariter frumenta sequentur.* Item, *hoc mihi superat*, i. e. restat, superfluit. Item vivendi ratione pro supersum, vel superstes sum. Ut, *superat Ascanius*, Leffuer / offuer leffuer/ leffuer offuer.

Superabilis, le, om. t. quod facilè superari potest, Offuervindelig. *Locus scalis superabilis. per vim non est superabilis ulli.*

Composita.

Consummo, as, ad summam duco, Fuldkommer. *Consummare bellum, consummare opus, sacrum consummare*, i. e. peragere.

Consummatio, onis, consummandi actus, perfectio, Fuldkommenhed / fuldkommelse. *Operis consummatio.*

Consummatus, a, um, quod consummavimus, Fuldkommet. *Consummata sapientia.*

Desuper, à superiore loco, Offuen fra. *Militem miles desuper devulnerat.*

Exsupero, as, idem quod supero, vel multum supero, Offuergaar / langt offuergaar / offuervinder. *Prædicatio tua meam fortunam exsuperat. me exsuperas opibus, doctrinâ.*

Exsuperatio, onis, exsuperandi actus, Offuergangs.

Exsuperantia, æ, f. pr. idem. Ut, *virtutis exsuperantia*, quâ virtus exsuperat.

Exsuperabilis, le, quod exsuperari potest, Offuervindelig. *Exsuperabile vallum.* Et translatè, *exsuperabile ingenium.*

Inexsuperabilis, le, quod superari non potest, woffuervindelig. Propriè & translatè. *Alpes inexsuperabiles. eris fati inexsuperabilis. inexsuperabile fatum.*

Insuper, idem quod ad hoc, præterea, Til med / derfornden. *Non modo id non fecit; sed etiam insuper ipse grandi sponsione victus. illud acceptum sit priùs, quod perdidi: hoc addam insuper*, Til offuers. *Insuper habet aliquid*, Baffuer til offuers. Et consequenter, frustra, inaniter. Ut, *constantiam confidentiamq; non insuper habendam intelligit.*

Deinsuper, apud Salust. adverbium significans in loco superiore, Offuen til. *Deinsuper astant.*

Insuperabilis, le, om. t. non superabilis; quodq; superari non potest, Det mand icke kand vinde offuer/ eller komme offuer. *Montes insuperabiles.* Et translatè, quod domari & superari non potest, woffuervindelig. *Bello insuperabilis, morbus insuperabilis.*

SUPINUS, a, um, pr. corr. qui dorso suo cubat, ita ut faciem ventremq; habeat cœlum versus, ab ὕπτιος, ejusdem significationis, Vindaaben. *Supinus cubat.* Et *supinæ manus*, quæ cœlum versus porrectæ sunt. *Talus supinus*, qui cavum ostendit: eratq; jactus infelix. Et translatè, *homo supinus*, pro molli, delicato, otioso & negligenti: quia supinus iste recubitus indicium est hominis soluti & otiosi, Lad oc wskotteſom. *Signa supina*, quæ milites imposita humeris gestant, rei jacentis & supinæ indicia, Nedrvend. Item supinus idem quod acclivis & montosus. Ut, *Tybur supinum.* Item supinum Grammaticis, verbum participiale, h. e. quod terminatione nomen est & resolutione fit verbum. Ut, *eo questum*, i. e. ut querar. *Horrendum aspectu*, i. e. si aspiciatur. *Dirum lectu*, i. e. ut legatur. Antiqui etiam dicebant, *supum* quod nunc supinum dicimus.

Supino, as, act. pr. Stat. supinum colloco. Ut, *juvenem in tergâ supinat*, Legger paa ryggen.

Supinor, aris, pass. supinus fio, Leggis vind Aaben. Unde *supinor nasum nidore*, i. e. nimium delector & inclinor odoribus pulmentariorum, Recker Næsen esster nogen luct. Ea autem formâ, qua dicitur loricam induor. Nisi mavis deponentaliter dictum.

Supinatus, a. um, factus supinus, Giort Vindaaben. *Supinatæ glebæ. os supinatum.*

Composita.

Resupino, as, act. pr. supinum aliquem facio, Vender en Vind Aaben. Et translatè, perverto. Ut, *aulam resupinat amici.* Item perturbo, vel rem certam revoco. Ut, *rem omnem perturbas & resupinas.*

Resupi-

Resupinus, a, um, idem quod supinus.

Semisupinus, dimidia sui parte supinus, Halff Vinds Aaben. *Semisupinus potat*, jacet in latus.

SUPPARUS, ri, m. & supparum, ri, n. pen. corr. velum est quod cæteris annectitur, & super antennas explicatur, à voce supra: vel ab σπείρα funis, quo antennarum cornua transferuntur, tenduntur, & laxantur, Topsegel / Bonetsegel / eller Mersegel. *Summis annectile suppam velis.* Item supparus, vestimentum muliebre, quo superinduunt se fœminæ, ad talos usq; demissum, Leritz Skiort / eller Kiortel. Indè tropicè omne velum lineum. Aliter à suppar, à sub, ut sit interior vestis, & inferior velum, & par quod sit æquale corpori, unde & exponitur subucula, Serck / Skiorte. Et in navi, Boned eller Blinde.

Siparum, ri, n. s. Isidoro, genus veli unum pedem habens, quo juvari solent navigia, in navigatione, quoties vis venti languescit. Ita n. ille legit ex Lucano pro suppara, velorum. Lucanus etiam & Seneca sic vocant vestem consecratam, & velamentum in signis militaribus cruci superpositum: quanquam & hîc supparum legi potest.

Siparium, rii, n. s. Cic. velum, quo scena obtendebatur, Saasom Kramboelaggen.

SURDUS, a, um, qui sensu aurium, vel audiendi caret, à sordibus aurium, sic dictus: vel q. sine auribus, Døff. *Surdus varietatem vocum, aut modos noscere non potest.* Et cum casu: *Surdus veritatis* qui veritatem non facilè admittit. Indè transfertur ad alia. Ut, *surda buccina*, quæ non auditur. Scilicet quæ sono est hebeti. Item *surdus locus* in quo non facilè auditur *Surda vota*, quæ non exaudiuntur. *Surdus color*, qui hebes est, nec oculos implet, Mørck oc dum farffue. *Surdus odor*, qui non percipitur, Ingen lucr.

Surdè, adverb. modo surdo. Unde *surdè audire* antiquis dicebatur, qui alterum loquentem parùm attenderet; sive vecordiâ animi, sive quòd alibi esset. Ut *amantes surdè audiunt*, Slaar slur øre til.

Surdaster, stri, m. s. qui aures hebetiores habet, qui malè audit, Tunghørende.

Surditas, atis, f. t. surdi vitium, Døffhed.

Composita.

Absurdus, a, um, dior, dissimus, quod auribus rationiq; absonum est, & inconveniens, & à quo abhorrent aures & ratio. seu ad quod surdescunt aures, ex ab & surdus, ab significante valdè, ut, in absimilis, wrimes somt / narsk / daarligt / vdi wride / whørlig. *Absurdus homo, res, vox, onus, factum, tempus.*

Absurdè, modo absurdo. Ut, *absurdè dicit.*

Subabsurdus, a, um, aliquantulum absurdus.

Subabsurdè, modo subâbsurdo. Ut, *multa sabsurdè dicuntur.*

Exsurdo, as, act. pr. surdum reddo, item auditum interturbo, Giør Døff *Herba hæc aures exsurdat, aures actionibus immodicis exsurdantur*, i. e. obtunduntur, De døffuis sler / q. strepitu auditum interturbantur. Item abusivè, exsurdo, interturbo, gustum, Døffuer smagen. *Ferbida exsurdant vina palatum.*

Obsurdesco, is, n. t. totus surdus fio, Vorder sleet Døff. *Aures obsurduerunt.*

SURUS, ri, m. s. antiquis sic dicebatur palus à σῦρος pro σῦραξ, ejusdem significationis. Item nomen piscis qui & lacertus dicitur.

Surculus, li, m. s. ramunculus novellus, qui resecatur ex arbore, & inseritur ad alias producendas, q. d. parvus surrus, & palus, Podequist / Podetæn.

Surculosus, a, um, surculis abundans.

Surculaceus, a, um, quod est surculo simile. Ut, *surculacea in folliculo sunt.*

Surcularis, re, om. t. quod ad surculum pertinet. Unde *surcularis terra*, quæ surculos generat.

Surcularius, a, um. Ut, *surcularia cicada*, quæ in surculis vivit, vel quæ eo tempore apparet quo arbores surculos emittunt. *Surcularius ager*, qui surculis consitus est.

Surculo, as, Colum. surculos ramis adimo, ut altiùs crescant, & uberiùs à terra nutrimentum accipiant. Ut, *plantæ surculari debent.* Aliter tamen hîc legitur sarculari.

Sura, ræ, f. pr. posterior pars cruris carnosa, & pulpa seu venter tibiæ objectus, à suri mole & carnositate, Leg / Kal paa Been. Indè tropicè ponitur pro ipso crure. Item pro ocreis, quibus muniuntur suræ & crura. *Suram* dicitur *dare* qui sphæræ ludo peccans, crus prolatum pilâ feriendum dabat colluforibus.

Compos.

Crebrisurus, Festo exponitur, vallum crebris suris, i. e. palis, munitum.

SUS, suis, com. t. animal est grunniens, ab ὗς, ejusdem significationis, Suin. Dicituṙq; tàm de feris, quam domesticis. Genitivus antiquus erat sueris, pro suis. Ut, *sumen sueris.* Et suera pro suilla. Ut *sueta offa.*

Succula, læ, sive sucula, parvà vel junior sus in sexu fœmineo, Gyllt. Et in communi sexu, Griß. Item machina tractoria tereti ligno constans duobus vectibus trajecto, circa quam ductarius funis obvolvitur, in attollendis trabibus, vino, frumento, in locà ediriora, aut torquendis & premendis fructibus: sic dicta à sue, quod haberet suos quosdàm porculos, quibus funis tenetur, dum versatur sucula, Vind / eller Kran / Korn Vind / Kielder Vind / Saffue Vind. Perse Vind eller Bommen paa saadanne Vind / saa som Vindeboin eller Spillet paa Skib. Item succulæ, stellæ quædam in cornibus tauri pluvias & largos imbres cientes, Græcè Hyades; sed quæ non tàm à suibus, quàm à pluviis dictæ, ab ὕω pluo.

Suatim, adverb. Nigid. more suum, vel ad similitudinem suis, Suinactigen / Suine vis.

Suinus, a, um, quod ex sue est. Ut, *suina caro*, Suinefiød.

Suillus, a, um, forma deminutiva, sed idem quod suinus. Ut, *suillus grex*, *suillum genus*, Suine hiord / Suine slect.

Suile, is, n. t. septum in quo nutriuntur sues, Suinestj / Suinegel.

Subulcus, ci, m. s. cui suum & porcorum cura commissa est, Suinehyrde.

Subos

Subo, as, n. pr. Plin. de ſuibus dicitur impotentius in libidinem ruentibus. Ut, *vox ſubantis verris.* Inde Horat. translatè ad hominem. Ut, *ſubando cubilia & tecta rumpit*, i. e. libidine percitus. Sic Apulejo *ſubare dicitur mulier*, quæ libidine turget, & impatienter virum appetit. Subare n. aſcribitur fœminis. ſuriare maribus. Sic Græcis σύβας, dicitur ſalax & libidinoſus, in modum ſuis.

Sumen, inis, n. t. pr. prod. Abdomen & venter ſuillus infra umbilicum cum ipſis uberibus. Sic dictus à ſue, q. ſuimen, voce per Publium Mimorum poëtam impoſita, Suinebug eller dæld. Romanis erat ſummis in deliciis, præcipuè ſi ex primipera ſue eſſet exciſum, ſive uno die poſt editum fœtum. Unde exponitur, mamma ſuilla, cum lacte ſuo jam abdito, & in aliam naturam verſo & ſiccato. Aliter à ſugo, q. ſugimen. Item q. ſuis rumen, à Ruma, mamma.

Sumanalia ſive ſumenalia, dicebantur liba farrinacea, in modum rotæ facta: à ſumine ſic dicta.

Surio, ire, n. q. de mare dicitur, qui impotentius fertur in libidinem: forma quadam deſiderativa, à ſue.

Subidus, quaſi ſui ſimilis, mutus, vel ineptus, à ſue, Sorſk/ ſom it Suin/ eller grynter oc pladrer oc ved ey huad hand ſiger.

Compoſita.

Inſubidus, idem quod ſubidus ſeu valdè ſubidus.

Inſubidè, modo inſubido, ineptè. Ut, *multa inſubidè diſſerebat*, Hand pladrede en gandſke hob vd.

SUSURRUS, ri, pr. br. m. ſ. ſubmiſſum murmur, quale eſt rivuli, venti leviter ſpirantis, & frondium, ficta voce per Onomatopœjam, Snurrer/ Suſer.

Suſurro, onis, m. t. qui occultis ſuggeſtionibus alicujus famam traducit, øretudere.

Suſurro, as, n. pr. ſuſurrum facio. Ut, *aquæ ſuſurrantes*, Snurrende. Sic *ſuſurrat amphora.* Item ſubmiſſa voce loquor, Huiſker/ tiſker. *Suſurrari audio, civem Atticam eſſe hanc. ſuſurrat ſecum, ſic ut audiam. ego cum cara de te nutrice ſuſurro.*

Suſurratio, onis, ſuſurrandi actus, Snurren/ huiſken oc tiſken. *Ad Cæſarem non rumores ſed ſuſurrationes tantum veniunt.*

Compoſ.

Inſuſurro, as, act. pr. q. ſuſurro quodam alicui aliquid in aurem dico, Huiſke en nogit i øre. *Hoc ipſi inſuſurrabit. Inſuſurrat ad aurem alicujus & in aurem. In aures tuas quæſtus cauſa inſuſurratur.* Item de ventis, *Favonius ipſe inſuſurrat*, Blæß ſaa ſacteligen/ ſuſer.

SYCOPHANTA, æ, m. pr. συκοφάντης, Plaut. Græca voce, quod aliàs Latinè delator & calumniator. Inde, qui mendaciis gaudet, iisq; aliis illudit, eoſvé figmentis circumvenit, Løgner/ Bedrager/ Bagvaſkere/ Befører.

Sycophantia, æ, f. pr. Plaut. idem quod delatio, calumnia, mendacium, fallacia.

Sycophantiosè, Plaut. pro doloſè, ſivè per calumniam.

Sycophantor, aris, dep. pr. Plaut. Sycophantias ſtruo. Ut, *pudet me hoc ætatis ſycophantari*, Føre løgn.

SYLLABA, bæ, f. pr. συλλάβη litera eſt una, aut plures ſub accentu, Staffuelſe. Latinè ſonat comprehenſio.

Syllabatim, adverb. per ſyllabas. Ut, *ſyllabatim ei dictitabat*, Siger til ſtaffuelſe viis/ ſtaffuelſe efter ſtaffuelſe.

SYLVA, væ, ſive ſilva, f. pr. copia arborum cæduarum, ligna & materiam præbentium, ab ὕλη, materia omnis, Skow/ ſom mand faar Tømmer oc Ved aff. Dicitur & abuſivè de copia herbarum.

Sylvula, læ. f. p. parva ſylva.

Sylvaticus, a, um, quod eſt ſylvæ, ſeu ad ſylvam pertinet. Ut, *laurus ſylvatica*, Skow Laurbær. *Sylvaticus mus*, Skow Muß. *Sylvaticæ falces*, Skow læ/ eller Tiørnekniff.

Sylveſco, is, n. t. in nimiam ramorum ſarmentorumvé ubertatem luxurio, quaſi in ſylvam creſco. Ut, *vitis frondibus ſuperbacuis luxurians ſylveſcit. vitis putanda eſt, ne ſylveſcat ſarmentis, & in omnes partes nimia fundatur.*

Sylveſter & ſylveſtris, ſtre, om. t. quod ſylva abundat, ſeu quod in ſylvis eſt, naſcitur, habitátve. Ut, *ſylveſtris tumulus, mons. Braſſicæ ſylveſtris. Prunus ſylveſtris*, Slaa Torn. *Pruna ſylveſtria*, Slaa. *Fructus ſylveſtres. numina ſylveſtria. homines ſylveſtres.* Ponitur & abuſivè & comparativè, *ſylveſtriora omnia tardiora*, i. e. quæ magis gaudent ſylvis.

Sylvoſus, a, um, ſylva obſitus, arborum denſitate ſylvæ imaginem referens. Ut, *ſaltus ſylvoſi, ſylvoſa multitudo.*

SYMBOLA, læ, f. pr. συμβολὴ, collecta penuaria aut pecuniaria, quæ ab iis, qui communi ſumptu erant unà cœnaturi, conferebatur & conjectabatur, Skinder ſkud. Unde & *ſymbolarum collatores*, qui ſymbolas conferebunt. *Symbolam dedit, cœnavit, de ſymbolis eſt ſeu edit.*

Symbolum, li, n. ſ. annulus aut teſſera, aliudvè quid vice arrhæ loco ſolitum dari ei ſodalium, qui jubebatur cœnam parare ex collecta & ſymbola. Item teſſeræ illæ, quarum olim in contractibus uſus erat loco præſentis pecuniæ. Item quæ publicæ dabantur à civitatibus quibusdam hominibus ſibi amicis, ut hoſpitaliter & amicè acciperentur in fœderatis oppidis. Item Plaut. ſymbolum, quo creditori debitor debitum profiteretur. Græcâ alia voce chirographum: ſeu teſſera, quæ dabatur creditori loco præſentis pecuniæ: adeoq; & ſymbolum dici poteſt collybiſtarum & argentariorum libellus ſive ſchedula, quâ peregrinantibus pecuniam permutatione quadam deſignant quò veniunt, Verel Breff. Item teſſera militaris, quæ militibus dabatur, quo indicio exploratores & hoſtes à ſociis dignoſcuntur, Løſen. Item Eccleſiaſticis ſumma fidei Chriſtianæ, quæ Apoſtolis per univerſum orbem terrarum diſperſis erat loco teſſeræ: Unde & Symbolum Apoſtolicum, Troens Artickle. Item vulgò, ſententia quædam ſingularis quam quis ſibi peculiarem uſurpat ad ſignificandum animi affectum. Item Symbolum, nota arcanioris cujusdam ſententiæ. Ut, cum dicimus *Ciconiam eſſe ſymbolum pietatis. papaver fertilitatis.*

Symbolus, li, m. ſ. idem quod Symbolum, pro teſſera, annulo & chirographo.

Compoſitum.

Aſymbolus, li, m. ſ. qui ſymbolam non dedit, & ſine collatione ad commeſſationem acceſſit.

SYRMA, atis, n. t. tractus fœmineæ veſtis humum verrens, à σύρω, traho, Klæder ſuandz. Erat & veſtimen-

vestimenti genus Tragicis familiare. Item translatè sumitur aliquando, pro longa tragicæ orationis serie, tenorem suum usq; in ultimum protrahente.

SYRTIS, tis, f. t. σύρτις salebræ in mari & loca periculosa, ubi fluctu trahente modò arenæ dehiscunt, modò in aggerem cumulantur, Farlig sted i Hauet/ formedelst flødsand.

SYRUPUS, pi, m. s. Med. succus quidam decoctus, pro medicamento à σύρω traho, & ὀπὸς, succus, vel quòd decoctione extractus, quasi sit; vel ad succi malefici extractionem valeat, Syrup. Aliter à Syris populo delicatissimo, atq; hujusmodi succo deditissimo. Item quibusdam habetur originis Arabicæ. Legitur & pro eodem serapium à sirapa, ut conjectat Hadr. junius. Usitato quodam condituræ olivarum genere. Unde, ad similes condituras translata esset vox.

T.

TABANUS, ni, m. s. pen. corr. rusticiore voce idem quod asilus, insectum scilicet volucre, habens in ore aculeum, quo armenta infestat, q. δαφοινὸς cruentus, immaniter cædens, ob immanitatem & vulnera, Bræms.

TABES, is, f. t. pr. prod. colliquatio & nimia attenuatio corporis, ex pulmorum exulceratione orta, à τήκω, liquo, consumo, tabefacio, attenuo, Suindesot. Inde translatè, quicquid singulari eum detrimento imminuit, aliquid. Ut, *tabes animi. tabes civitatis, Reipubl.* h. e. quod imminuit animum; civitatem, Rempubl. Forderffuelse/ huor aff saadant suinder. *Tabes arborum* quâ arbores alimentum non sentientes elangueſcunt & tandem arefiunt. Ponitur & pro tabo. Ut, *sagitta madet tincta mortiferâ tabe.* Legitur & in veteri lexico stabes. Aliter tabes q. dabes, à δάπτω, consumo.

Tabeo, es, n. s. Ovid. tabe consumor, Suinder hen. *Tabent corpora.* Item tabe & sanie diffluo. Ut, *sale tabentes artus in littore ponunt*, Kinder hen vdi sit Blod.

Tabesco, is, n. t. idem. Ut, *mœrore totus tabesco, miser. dolore & miseria tabescit: otio tabescimus*, Suinder oc vansmecter. Item tabescere sal dicitur, qvum in humorem diffunditur, Hensmelter/ løber i vand. *Frigoribus durescit humor, & calore tabescit*, i. e. liquescit.

Tabidus, a, um, tabe affectus, Som haffuer Suindsoet. Et translatè, *Mens tabida*, Suindende/fallende/ vansmectende. *Tabida nix*, quæ remittente frigore solvitur, Henfallende. Item qnod tabo diffluit & saniosum est; ut *pestis tabida.* Item tabidus, quod tabem facit & affert. Ut, *lues tabida: vetustas tabida.*

Tabitudo, inis, f. t. idem quod tabes.

Tabum, bi, n. s. liquor putridus, & sanè tenuior ex vulnere manans, ità dictus, à tabe, quia tabe affecti ex ulceratione pulmonis per tussim purulentum cruentumq; aliquid excreant, Flydende eller rindende Raad oc vaar/ som forløber en. *Tabo terram maculant. sanie taboq; fluentes.* Item tabi nomine, intelligitur interdum omne id, quod ex putrescentibus diffluit. Ajunt itaq; saniem esse atrum sanguinem: tabum liquorem putridum & sanie tenuiorem.

Composita.

Contabesco, is, bui, n. t. idem quod tabesco, in tabem convertor.

Distabesco, Cat. pro simplici tabesco.

Extabesco, is, idem quod tabesco, vel totus & omninò tabesco, Forsuinder/ Bortsuinder. *Corpus macie extabuit.* Et translatè *opiniones vanæ diuturnitate extabescunt.*

Intabesco, idem quod tabesco, vel valde & omninò tabesco, Forsuinder eller slet forsuinder. *Novella arbor intabescit*, Forvisner. *Cibo interminato intabescunt papulæ.* Et translatè, *glans fundâ missa in medio cœlo intabescit*, i. e. vires amittit, Den sactis.

TABULA, læ, f. pr. pr. corr. lignamentum in latitudinem sectum, dolatum & planum, & ad varios usus structiles accommodum, ab antiquo taba, quod est à τάσσω, struo, ordino, & compono: quasi propriè assis in structura fabrili, Dæle/ Planke/ Bord/ Bret *Tabula de naufragio.* Indè tropicè tabula, in qua scribimus, pingimus, rationesvé putamus, Skriffuer Bret/ Maletaffle/ Regnebret. Sic & tabulæ, dicti sunt codicilli, ex ligno cerâ obducti, in quibus olim testamenta actaq; publica. Item privata scribebantur: item rationes sive privatæ sive publicæ: item nomina creditorum aut aliorum: item auctio, Testamente/ Register paa huad giort oc vdret er/ Regnskabs Bog/ Naffnbog/ Bret oc Taffle opsatt om anslagne Vare. Unde cum adjectione dicitur, *tabulæ accepti & expensi.* Item inde hodiè, libelli similis usus, licet diversa ex materia, Skriffuertaffle.

Tabella, læ, f. pr. parva tabula. Ut, *tabellæ pictæ.* Et tabellæ, in quibus populus suffragium aut judices sententiam perscribebant. Item tabellæ pro literis, epistolis seu codicillis, Breffue. *Introductus Statilius, cognovit manum & signum suum. Recitatæ sunt tabellæ.* Nam tabellis pro chartis utebantur antiqui, quibus ultrò citroq;, sive privatim, sive publicè opus erat, certiores absentes faciebant. Unde & nomen tabellarii.

Tabellarius, a, um, quod tabellis constat. Ut, *lex tabellaria*, quæ sit de suffragiis liberè ferendis, non voce & apertè, sed tabellâ. Item absolutè, Tabellarius m. s. qui tabellas, h. e. literas portat & perfert, Breffdragere. Item, qui rationes conficit, & data & accepta in tabulas confert, Rentesskriffuere/ Regnskabs Skriffuere eller Stilere. Item Tacit. qui ad testamenti tabulas obsignandas adhibetur quiq; rationes publicas aut privatas annotat, Skriffuere/ Notarius.

Tabularis, re, om. t. ut æs tabularis, quæ accommodatissima erat conficiendis æreis tabulis.

Tabulatio, onis, f. t. tabularum, h. e. asserum compositio, Huor noget er sammensat aff Plancker/ som Lofft/ Pancel/ Pancelverck.

Tabulatum, n. s. plana in ædibus superficies tabulis aut lapidibus constratum, Saasom Tild/ Pancel/ Lofft. Tabulatum etiam ex Columel. in conditura dicitur, cum conditura aliud alii imponitur, Lag effter Lag. In arboribus item, tabulata dicuntur, rami extenti in arboribus in plana tendentes, non in altiora crescentes, Vdbrede græne som et lofft.

Tablinum, n. s. locus erat in atrio, vel illi adhærens, in quo rerum in magistratu gestarum monumenta & codices ponebantur: sic dictus à tabulis quibus constabat, Breffkammer/ Skriffuerstue/ Cantzelistue. Eratq; propriè privatarum ædium. Item, locus in atrio circâ

circa limina & fores, Græca voce pinacotheca ubi imagines gentilitiæ & tabulæ pictæ asservabantur. Item Menianum tabulis fabricatum proximè atrium, in quo veteres Romani cœnabant & tabulas rationum suarum reponebant, Fiele Kammer.

Tabularium, n. s. locus publicus, in quo instrumenta, literæ, tabulæq; publicæ, in quibus vectigalia & publicanorum rationes perscriptæ erant, continebantur, Canzeli/ Skriffuerkammer/ Breffkiste.

Taberna, æ, f. pr. ædificium quodvis humile popularis usus, præsertim è tabulis constratus, à quibus & dictum est, q. tabulerna: inde etiam ex alia materia. Unde *taberna, diversoria, libraria, carnaria, vinaria, meritoria, lanaria, olearia,* & aliæ, in quibus quæcunq; merces venduntur.

Tabernaculum, n. s. castrense tectum, quod figi & revelli alioq; transferri potest, Tælt. Inde in genere, subitaria quævis taberna frondibus aut stragulis constans, adversus solis, tempestatisq; injuriam, Tælt/ Løffhuus/ Løffstiul.

Tabernarius, a, um, ut *comœdia tabernariæ*, in quibus humiles personæ introducebantur, cujusmodi sunt institores, qui in tabernis merces venditant. Et absolutè Tabernarius, m. s. qui in taberna merces suas venales habet, Kramboemand / Karl / Dreng / Kramsuend. Item, idem quod caupo, Kromand.

Composita.

Adtubernalis. Fest. habitator continuæ tabernæ: quod genus domicilii antiquissimum Romanis fuisse testimonio sunt, exteræ gentes, quæ adhuc tabulatis habitant ædificiis. Unde etiam tecta castrensia, quamvis pellibus contegantur, tabernacula dicuntur.

Contabulo, as, act. pr. tabulis consterno, Klæder med Sæler eller Plancker/legger Lofft. *Contabulare domos. contabulare turres.* Dicitur & *contabulare murum turribus*, Besætte/beklæde.

Contabulatio, onis, contabulandi actus. Item ipsum opus contabulatione constratum, Lofft/ Klæd Verck/ Plancke.

Contubernum, n. s. taberna decem militum, ex velis tensis, Krigsmands tælt. Item ipsa militum sodalitas & convictus, en Rode Krigsfolck med 10 mand vdi: Et genericè quævis sodalitas & convictus, Staldbroderskab. Et *contubernium muliebris militiæ*, Quindelag/Quindergilde. Exponitur & connubium servile, ubi sc. hera servo nupserit, q connubium sit ubi tantum æquales copulantur.

Contubernalis, m. t. qui cum alio in eodem vivit contubernio, domesticus, familiaris, Stuegesell/ Senegenatter.

TACEO, es, cui, citum, n. s. pr. corr. linguam objectis & commissis dentibus comprimo, nec ullum verbum facio, à δάκνω, commissis dentibus constringo, mordeo, Tier / holder munden til. *Omnes omninò tacent, consentiunt. taceo de rebus nostris. multa taceo*, i.e. reticeo. Item pass. *Rullus tacet, in quibus de se taceri vult.* Item translatè, taceo de iis, quæ voce carent. Ut, *tacet ager, tacet mare* in quo nullus auditur strepitus. Ponitur & pro securus sum q. præ securitate taceo, nec quicquam loquor, Giffuer mig til fredz/ skøtter intet. *Tace, egomet conveniam Pamphilum.* Et impersonal. *ignotum est, tacitum est, creditum est*, Grammatici distingvunt. Silet, cujus loquentis sermo comprimitur. Tacet qui ne loqui quidem cœpit.

Tacendus, a, um, de quo tacere debemus. Ut, *tacenda loquitur.* Item quod laude & prædicatione indignum est, q. quod tacere debemus. Ut, *gravis est culpa, tacenda loqui.*

Tacitus, a, um, qui tacet, Tiendis. *Voluntatem taciturum perspicere non possum. tacitus notis respondebat.* Inde *tacitus amicorum congressus, tacita hominum expectatio. tacitum odium.* Item pass. Tacitus, de quo tacetur. Ut, *tacitus Cato. tacita verba. tacita mysteria. Non feres tacitum, si feceris. tacita corporis figura.* Et per auxesin, *tectum tacitum, seu tectum & tacitum*, i.e. res tecta & occulta, & de qua tacetur. Item tacitus pro arguto, & qui potest aliquando tacere, Lumsk oc som kand tie. Legitur & in Plauto, sed suspectè, comparat. *tacitius*, de quo magis tacetur.

Tacitè, modo tacito & sine voce, aut submissè vel secretè, Tiende/ hiemmeligen. *Tacitè hoc permitto fieri. tacitè rogant. tacitè rideant & spectent matronæ.* Et, *tacitè aliquid habeo*, Hafftuer forborgen/ hafftuer stille hoss mig selff.

Taciturnus, â, um, qui facilè tacet, qui tacere amat, Taus/som tier gierne. *Homo est taciturnus.* Inde *silentia taciturna.* Et *ripa taciturna*, i. e. quieta, in qua nullus auditur strepitus. Item *taciturnissimum ostium*, quod sine omni stridore aperitur, Som knarcker intet.

Taciturnulus, aliquantum taciturnus. Ut, *mulier taciturnula.*

Taciturnitas, atis, f. t. taciturni affectus, Taugehed. *Taciturnitas tua suspicionem mihi movebat. taciturnitas testium hoc convincit. Fide & taciturnitate hîc opus est.*

Composita.

Attaceo, ces, idem quòd taceo, sive tacendo prætereo, Tier eller fortier. *Licet has attacere, si non oblivisci possumus.*

Conticeo, simul cum cæteris taceo. Ut, *omnes conticuerunt*, De taug alle tillige.

Conticesco, tacitus fio, Vorder tauß.

Conticinium, nii, n. s. tempus noctis primum, quo omnia quiescendi gratiâ conticescunt, Første søffn. Accipitur & quibusdam pro parte noctis, quæ media est inter gallicinium & diluculum, quòd & galli tùm conticescunt.

Obticeo, es, n. s. totus taceo, & propriè, quorum nos pudet, q. quæ contra nos sunt, aut nobis obsunt, Tier slet stille. *Virgo lacrymans obticet. non prius obticuit, quàm guttura condidit arbos.*

Obticentia, æ, f. pr. idem quod reticentia.

Reticeo, es, nimis & contra fas taceo, vel premo intra me, quæ aliàs erumpere gestiunt, q. retrò taceo, Fortier/ holder inde/ holder tilbage at tale. *Fac ut sciam, nec quicquam retice. Dolores suos reticet.*

Reticendus, a, um, Ovid. quod reticeri debet. Ut, *multa reticenda sunt*, Fortigis/ Beholdis.

Reticentia, æ, f. pr. reticentis affectus, cum scil. reticet quod dicere debuit, Fortigelse. *Eneæ me tua reticentiâ. res est reticentiâ sepulta*, Fortaugd sag.

Subticeo, es, planè taceo, nec quicquid ad dicta respondeo. Ut, *cùm hæc audisset, subticuit.*

TÆDA, æ, f. pr. fax ardens, q. dæda, à δαὶς, δᾳὸς δαδὸς, ejusdem significationis, Tend Bluß. Et tropicè,

tropicè, arbor quædam picei generis resinam fendens liquidiorem, flammis & lumini sacrorum gratam: & ex cujus materia oleo & pice illita fiebant tædæ. Item tæda pro nuptiis seu pro ipso conjugio: quòd in nuptiis faces & tædæ præirent, cùm non nisi per nostem nubentes ducebantur à sponsis. Ut, *tædas exosa jugales. per tæsum est thalami tædæq;*.

TÆDET, dnit. & tæsum est, verbum impersonale, quo significatur, nos satietatem & ægritudinem animo capere ex rei nimietate, à τηκω quæro, tento: scilicet ex operosa molestaq; quærendi tentandiq; solicitudine, Kædis ved. *Tædet me vitæ, tædet harum quæstionum*, sub intellecto accusativo, me vel simili. Et cum infinitivo, *tædet eadem sapius audire. tædet facere*, Jeg gider icke.

Tædium, n. s. satietas cum aversatione, orta ex nimietate, animum occupans, Kædsomhed. *Tædium vitæ, lectionis. Nimius amor vertitur in tædia.*

Tædulus, a, um, Fest. qui omnibus tædio est, Kædsom/ mel-g/ kædsomt.

Composita.

Distædet, multum seu variè tædet, Slet oc aldelis ei-ler megit kædis ved.

Fastidium, n. s. contemptus & tædium, seu fastuosus contemptus, & tædium, Hofferdige foract / oc kæde/ væmelse/ willie. *Fastidium sermonis. Fastidium mei*, quo sermo vel ego fastidior. *Fastidium meum*, quo ego aliquid fastidio. Item vitium stomachi, vel simpliciter cibum repudiantis; vel certum cibum ex contemptu, alio studiosè affectato, Væmelse / wlyst/ wvillie/ madlee.

Fastidio, is, ivi, itum, act. q. cum fastu quodam rejicio, contemnoq;, Haanligen foracter / forskinder. *Hic te fastidit*, Vil icke verdis din omgengelse. Sic *fastidit mei, fastidit honorem. fastidit cibum ex vitio quodam stomachi*, Hand væmis oc vil icke haffue.

Fastidiosus, a, um, sior, sissimus, fastidio laborans. Ut de animi vitio: *homo est fastidiosus*, Traadsig oc stiff foractere. Et de stomacho; Som væmis ved ale-ting. Sic *fastidiosus literarum, in æquos & pares fastidiosus.*

Fastidiosè, & fastidiosùs, modo fastidiosò, Væmende/ med kædsommelighed oc foract / Som naar mand giør formegit aff. *Fastidiosè dicit, loquitur, agit, judicat.*

Pertædet, valdè tædet. Ut, *pertædet ipsum matrimonii.* Sic *pertæsum est thalami tædæq; jugalis. pertæsum est sæpitatis, assentationis.* Item Gell. Personaliter, *defatigati pertæduerunt.*

Pertædescit, Caton. impersonal. Ut, *noli multum dare, ne pertædescat.*

Pertæsus, a, um, qui pertædet. Ut, *pertæsus ignaviam.*

TÆNIA, & tæna, f. pr. ταινία, fascia seu vinculum quo vittæ nodantur. Ut, *tænia vittæ*, Hubenoel/ Lin-hat bendel. Item ipsa vitta, Hoffuet dug/ Linhar. Exponitur & laneum vel amentum capitis honorati. Item cingulum, quod dependet è ligno navis erecto columellæ formam habente. Et generaliter omne ex lana aut lino tenue, & oblongum textum, Bendel / eller Baand Linnet eller Uldet. Item tænia, projecturæ species in columnis: estq; veluti fascia supra metopas exserta, Bulister/ Cornisser. Item tæniæ, pro coronis sepulcralibus aut fasciis, quibus involvebant mortuos. Ut *sepulcrum plenum tæniarum.* Item Tænia, nomen piscis, qui sic dicitur à gracilitate & longitudine. Sunt autem ejus plures species. Item tænia idem quod latinis pulvinus in mari. Vel crepido cautium longo tractu excurrens, ad speciem tæniarum fasciarumve, Lang strib bel vdi Hauffuet.

TÆTER, sive teter, a, um, aspectu prodigiosè fædum & turpe crudelitatem spirans, à πτρώσκω, πτρόω, vulnero, damnum infero, vel à πέρας, monstrum, prodigium, Græselig. *Tetra belua, tæter homo, teterri mamens, tæter aspectus, tæter cruor.* Et translatè, *tætra vox. tæter odor.*

Tætrè, trius, terrimè, modo tætro, Græseligen. *Multa facit tætrè, impurissimè tæterrimeq; violasti religionem.*

Tetro, as, antiquè pro fœdo. Ut, *belluarum & ferarum adventus loca tetrat.*

Tetricus, a, um, per corr. qui moribus asperis est, severis ac tristibus q. moribus tæter, Survorn/ Suer/ sneversеende. *Tetricus rusticus, tetrica puella, rupes tetricè horrens*, i. e aspertima. Aliter tetricus à monte in Sabinia asperrimo, qui appellabatur Tetricus, Gloss. autem vetus deducit Tetricum hunc montem à Tecer propter asperitatem.

Tetricitas, atis, f. t. Ovid. tetrici affectus, vultus & mores, Snurseendehed.

TALEA, æ, f. pr. surculus utrinq; resectus, ut inseratur terræ, à θαλλὸς surculus virens, & primus germinatus arboris, Plante græn / sætte græn / sætte quist. Inde tropicè, lignum quadratum, in quo acceptæ summæ quantitas apprimitur, vel adnotatur, Tallstock. Varro, ut refert Nonius, Taleas appellat, scissiones lignetum & præsegmina, Splinder oc Spone.

Taleola, læ, f. pr. parva Talea.

Taleo, eas, antiquis. pro incido.

Compositum.

Intaleo, seu intalio, as, antiquè, idem quod taleo, vel scindendo formo, Beskær.

TALENTUM, n. s. τάλαντον, pondus erat multiplici genere & pretio. *Nam talentum Atticum minus*, quod plurimum apud scriptores celebratur, valebat sexaginta minas, seu sex drachmarum millia, Saa som halff ottende hundrede Daler. *Talentum magnum valebat minas octoginta*, Saa som ir tusende Daler. *Talentum Æginæum seu Æginet icum* pendebat decem millia drachmarum. *Syrium*, mille & quingentas minas.

TALIS, le, om. t. pr. prod. nomen correlativum, voci, Quals: referens affectus & accidentia rei, à tàm deducta voce vel à τοῖος ejusdem significationis, Saadan. *Talem te nobis præbe, qualem expectamus. Non tali me-dignor honore.*

Taliter, modo tali, Saadan/ i saadan maade. *Audiemm némini taliter licere. ante eum nemo taliter cameras adornavit.*

Talio, onis, f. t. par vindicta & retributio, quâ malum malo penditur, quale illa tum erat, Vedderleggelse/ lige for lige. *Sylla veritus est talionem, eruto C. Marii cadavere.*

Compos

Retalio, as, Gell. talionem reddo.

TALPA, æ, com. pr. animal oculis captum, muri simile, atq; arva & hortos suffodiens, à τύφλη cæca q. τύλφη, per metathesin, quòd sit damnata cæcitate perpetuâ & tenebris, ut, loquitur Isidorus.

TALUS, li, m. ſ. pr. prod. os prope calcaneum, quod extat quaſi rotundum in extremo pede, à tango, quòd propter eminentiam tactui ſit obvium, Anckel Kode. Peculiariter autem in biſulcis animalibus ſic dicitur, oſſiculum quadratum infra infimos tibiæ proceſſus, Kode. Unde tali dicti ſunt, oſſicula quædam luſoria, quadrilatera, Koder/ Krønicker. Erat autem in uno latere unitas, dicta *canis*, ſeu *canicula*, cujus jactu deponebatur nummus ſine lucro. Alterum latus dicebatur *Venus* ſeu *corus* ſeptenarium numerum ſignificans, cujus jactu ſex nummos lucrifaciebat jactator, & quicquid caniculæ jactu erat corraſum. Tertium latus, *Chius* ternarium ſignificans, cujus jactu tres numos lucrifaciebat. Et quartum, *ſenio*, quaternarium ſignificans, cujus jactu quatuor conſequebatur: Ideo dexter dictus, Et Læg at læge med / ſom en Pone / eller Firne. Habebat & talus alia ſigna, ut vulturium & baſilicum, *Vulturius* idem cum cane: *Baſilicus* idem qui &, conjectura quadam, Hercules dicitur, idem cum Venere. Aliter Talus Iſid. à tolus ſeu tholus, i. e. eminens rotunditas, in ædificiis. Item talus per conciſionem à taxillus. Item à τύλος callus, clavus ligneus: qua ratione & Græcis τύλωμα dicitur, pars pedis inferior, & calcaneus.

Talaris, e, om. t. quod ad talos pertinet. Ut, *veſtis talaris*, quæ ad talos uſq; demiſſa eſt. Sic *tunica talaris*, Sid Kiortel.

Talaria, orum, n. pl. calcei aligeri ſeu pinnati, quales Mercurio tribuunt Poëtæ.

Talarius, a, um, quod pertinet ad talos. Ut, *lex talaria*, adverſus eos, qui talis luſitant. *Talarius luſus*, i. e. ludus talorum.

Taxillus, li, m. ſ. idem quod talus, forma deminuriva in ludo aleatorio.

Talitrum, tri, n. ſ. ictus, qui puerorum fronti ungue alii digito convoluto & diſploſo inſligitur, q. talo quodam digitali, Knæp.

Compoſita.

Subtal, Sipontino, vola pedis, Fod ſuonge,

Subtalares, calcei Iſid. quòd ſub talo ſint.

TAM, adverb. correlativum voci Quam, ſignificans comparationem inter æqualia, & quandam exæquationem, à τῇ, eo modo, ea ratione, Saa vel / icke mindre el/ ler ringere. *Nihil tàm vulgare, quàm nihil ſapere: fama tàm ficti pravíq; tenax, quàm nuncia veri. Hæc puto non tàm eſſe, quam audio*; i. e. audio hæc, ſed, revera non ſunt. *Hæc res tàm hujus eſt, quàm illius*, Saa vel dennis / ſom den andens. Et cum voce ſicut: *tàm tibi credo ſicut alteri nemini.* Item cum atq;. Ut, *hic tàm conſimilis eſt, atq; ego.* Item ſine correlativo, adverbiis junctum. Ut, *non opus tàm valdè de eò affirmare tàm vehementer dicere. tàm mane, tàm veſperi*, Saa Karle / ſaa ſilde. Item, cum ne. Ut, *tamne arcula tua plena eſt araneárum*, i. e. eousq;, Saa aldelis. Item cum valde. Ut, *nihil eſt tàm valdè vulgare quàm nihil ſapere.* Item tàm pro valde. Ut, *ferocem facis, quia te herus tàm amat. Oratores quidem ambo, ſed tàm diſpari eventu.* Veteribus eriam dicebatur, tàm modo pro modo. Item tàm pro tamen. Item in carmine Saliari poſitum tamo pro tàm. Uſurpatur, & in comparativis. Ut, *homo hic non tàm in bellis, quàm in promiſſis infirmior.* Item in ſuperlativis. Ut, *quam quisq; peſſimè facit, tàm maximè tutus eſt. tàm ſum amicus Reipubl. quàm qui maximè.*

Tandem, adverb. temporis vel ordinis ſignificans ea fieri ad extremum, quæ antea non cedebant, à tàm & Enclitica Dem. q. d. Saa/daa/daa omſter. *Perficiam, ut jam tandem hoc fateatur. Jam tandem Italiæ fugientis prendimus oras.* Sic quodam cum affectu indignandi, rogandi: *Quousq; tandem abuteris, Catilina, patientiâ noſtrâ*, Hvorlenge da mißbruger du. Ponitur & pro aliquando, En gang. *Itanè tandem ſororem duxit?* Item pro vix. Ut, *tandem aliquando Quirites.* Item pro ſaltem. Ut, *perfice hoc precibus aut pretio, ut hæream parte aliqua tandem apud Thaidem.* Item pro tamen. Ut, *in qua civitate tandem te arbitrare vivere.* Legitur & geminato, reticentiâ quadam & abrupto ſermone, non nihil ornatus habens. Ut, *at, tandem tandem. Reſp. tandem & odioſus mihi.*

TAMA, æ, f. pr. antiquis, ſanguis, qui eunti in crura deſcendit, & tumorem facit ab αἷμα ſanguis.

Tames in veteri Gloſs. exponitur cruor ſanguinis.

TAMEN, pr. corr. conjunctio adverſativa, in ſententia compoſita, & bimembri, poſteriori parti inſerta, ad corrigendam priorem: ſubjuncto & poſito aliquo contra vim prioris, q. non habita ejus ratione ex particulâ Tam, vel à tango, q. quo tangitur prius membrum eiq; detrahitur, Alligvel / dog / dog alligvel. *Quanquam abeſt à culpa, ſuſpicione tamen non caret. tametſi miſerum eſt, tamen ei ignoſcam: Eum ſi non honeſtas, contumelia tamen & dedecus movet: Ego pro patria ſolus exarſi, ſic tamen ut, &c.* Et cum adjectione: *tamen, nihilominus.* Item tamen pro certè vel profectò vel ſaltem. Ut, *quod equidem non amiſi adhuc, & tamen videtis annos meos.* Item pro Quamvis. Ut, *benè, quæſo, inter vos dicatis & mihi abſenti tamen, ſciens ejus mater ei dat operam, abſenti tamen.*

Compoſita.

Attamen, conjunctio ex at, & tamen, ejusdem ferè ſignificationis cum tamen, Dog ligevel: Vel ſervatâ utriusq; particulæ integra ſignificatione, Men dog alligevel. *Attamen hæc ipſa quæ ſcribis, non ſolum rata mihi erunt, ſed etiam grata. Quod ſi imitari atq; exprimere non poſſumus, attamen qualis eſſe debeat, poterimus fortaſſe dicere.* Et diviſim: *ſi non pari, at grato tamen munere.*

Veruntamen, pro ſed tamen, Dog alligevel. *Hanc Cleon amabat, veruntamen non audebat. hoc leve eſt, veruntamen non inutile.*

TAMINIA, æ, f. pr. genus uvæ ſylveſtris & rubentis: ſic dicta Verrio, ut refert Feſtus, quod tàm mira ſit quàm minium. Aliter a tuma ſanguis, propter ſanguineum colorem.

TAMINO, às, act. pr. verbum non niſi in compoſitis uſitatum: ſignificatq; propriè lutulentis manibus attingo, tactu fædo, maculo, turpo, q. tagmen, tagmino à tango, Sylcker/ faſker.

Compoſita.

Contamino, as, act. pr. manibus lutulentis fœdo, Faſker / ſylcker / beſmitter. Et translatè, corrumpo, Forderffuer/ krencker. *Contaminare fabulas.*

Contaminatus, a, um, quod contaminavimus, Sylcket/ beſmitter / forderffuet. *Urbs contaminata. Oratio contaminata.*

Inconta-

Incontaminatus, a, um, non contaminatus, wbeſmit-tet. *Incontaminata facies. animus incontaminatus.*

Intaminatus, idem quod incontaminatus. Ut, *intaminatis fulget honoribus.*

TANGO, is, tetigi, tactum, act. t. manum rei admoneo, & ſenſu percipio, à Θίγω θιγγάνω, ejusdem ſignificationis, Rører/føler. *Tangere & tangi niſi corpus nulla poteſt res.* Et translatè ad mentis actiones: tangere aliquid dicimur, cum leviter ſive obiter id deſcribimus, ejuſve mentionem facimus, Rører om. *Ariſtoteles hæc non tetigit.* Et *tangere animum alicujus*, eſt movere, Bevege. Unde *nec benè, pro meritis, capitur, nec tangitur irâ.* Sic *modicè me tangunt hæc.* Item *tangere conſilia alicujus*, eſt intelligere. Ponitur & pro circumvenire, fallere, vel emungere. Ut, *patrem argento tetigit filius.* Sic, *tangere aliquem bolo*, Rage en/Snyde en vd/bedrage en aff/ramme en noget aff. Item pro pervenire primo aditu. Ut, *Verres ſimul ac tetigit provinciam*, Kom først til. *Simul ac tangam Italiam ad te ſcribam. A me tetigit ipſum*, i. e. pervenit ad ipſum. Item tangere pro furari. Item cum muliere rem habere. Item *tangere calicem*, eſt exhaurire.

Tactio, onis, f. t. tangendi actus, Vedrøren Unde illud Comicum: *quid tibi hanc tactio eſt?*

Tactus, us, m. q. idem. Ut, *flamma tactu molli lambebat comas.* Item tactus unus ex quinq; corporis ſenſibus, à cerebro per nervos diffuſus, in totum corpus, quo quæ tanguntur, qua tanguntur percipimus, Følelſe.

Tactus, a, um, quod tetigimus. Ut, *corpus Tribuni non ſolum tactum & violatum manu, ſed & ferro violatum*, Antaſtet/angreffuet. *Genus dicendi à Craſſo tactum*, Vedrørt/omrørt/omhandlet. Item, *te dejectum debeo intelligere etiamſi tactus non ſis.* Item *tactus eſt, q hanc urbem condidit*, i. e. fulmine jctus, Lynſlagen. Sic, *de cœlo tacta ſtatua.*

Tago, antiquis idem quod tango. Ut, *ego, ſi quis me tagit, tagam.*

Tagax, acis, om. t. pro furace q. qui aliena nimis tangit, & attingit. Ut, *homo tagax, manus tagax*, Knap paa haanden til at ſnappe/ tyffactig / ſnap liden tyff.

Tax, tagis, idem quod tagax.

Tax, *tax erit tergo meo*, apud Plautum: vox incondita ex ſtrepitu verberum: quâ tamen alluditur ad taxo quod eſt à tango, quod tangatur verberibus.

Taxim, antiquè pro ſenſim ſeu paulatim. Ut, *taxim ſolvebat uxoris cingulum.*

Taxo, as, eſt preſſius crebriusq; tango. Inde Feſt. & Sver. ſignificat convitiis tango, Laſter. *Taxabat ipſam ſuperbiæ cognomine.*

Taxatio, onis, f. t. Feſto & Plin. Æſtimatio quæ ſit certæ pecuniæ, Taxering; Skattering. In hac ſignificatione aliter deducitur à τίθω, quod inter alia ſignificat puto, æſtimo, ut, τέτταλες δεγμὸς ὤνεν, i. e. *cum taxaſſent ingenti pretio.*

Taxator, oris, m. t. qui maledictis alium tangit.

Compoſita.

Attingo, is, leviter tango, Røre lider ved. *Tetigine jam tui aliquid? Reſp attigiſſes, ferres infortunium.* Hinc, *attingere cauſam, inſulam. attingere forum, bellum, artes, ſtudia, literas. Attingere de præda*, i. e. aſſequi aliquid. *Attingere labiis primoribus*, Smage/ Lippe.

Attingere digitis. Inde leviter &, ut dici ſolet, primoribus labiis aggredior, Rører ved/ handler lidet ved. *Attingit me cura tui defendendi. attingere aliquem neceſſitudine, cognatione, affinitate*, Høre en til. *Quicquid attigi*, i. e. dixi. *Macedonia tantis barbarorum gentibus attingitur*, i. e. circumdatur.

Attactus, us, m. q. attingendi actus, Vedrøren.

Attigo, is, antiquè idem quod attingo. Ut, *tigo pro tango.*

Attiguus, a, um, Apul. quod aliud attingit. Ut, *mons attiguus.*

Contagio, onis, f. t. morbus ex contactu natus, qualis peſtis, Fengſom oc ſmitteſom ſyge. Item, qui ſeminalis dicitur, & à parentibus trahitur, Smitteſom Siuge/ Arfſiuge. Inde transfertur ad alia. Ut de moribus. *Mali contagio. contagio ſcelerum.* Item, de natura. Ut, *naturæ contagio.* Item de aliis. Ut, *contagio civilis belli, contagio conſcientiæ.*

Contagium, idem.

Contages, apud Lucret. idem.

Contagioſus, a, um, contagione plenus. Ut, *morbus contagioſus. contagioſa peſtis. contagioſa febris*, quæ ſolo contactu alios inficit.

Contingo, contigi contactum, idem quod tango, Vedrører. Et contingit impersonaliter, i. e. accidit, Bender/ vederfarer. Ponitur vel cum caſu. Ut, *hoc mihi contigit*: vel abſolutè ſine caſu. Ut, *contigit*, Det ſkeede/ hendis.

Contingens, apud Dialecticos, quod in utramq; partem accidere poteſt.

Contactus, a, um, quod contigimus, Vedrørt. *Dies religione contactus.*

Contiguus, a, um, quod contingit. Ut, *domus contiguæ*, quæ ſe invicem contingunt.

Duntaxat, adverb. ſignificans idem quod ſolùm & tantùm à dum & taxo, Alenſte. *In tuo duntaxat periculo: nec animum nobis duntaxat fidelem ac bonum præſtitit, ſed omnibus interfuit bellis, quæ geſſiſtis.*

Intactus, a, um, non tactus, vrørt / vvedrørt. *Integri, intactiq; fugerunt.* Sic *intacta virgo*: *intactum carmen* quod nemo tetigit & vitiavit. *Intactus juvencus*: *intactus grex*, qui domitus non eſt, & manibus quaſi hominum non contaminatus; ideoq; facer & ad ſacrificia idoneus. Item cum adjectione: *infamiâ intactus*; *religione intactus*: quem nec infamia, nec religio tetigit, h. e. qui liber eſt ab hujuſmodi, Fri for vanrycte / oc it ont naffn / fri for noget loſſte / eller Helligdom. Sic *intactus ſibilo*, Fri for huidzel/ ſpaat oc foractelſe.

Intactilis, le, Lucret. om. t. quod tangi non poteſt.

Intactus, us, m. q. Lucret. pro non tactus, Ingen følelſe.

Integer, gra, grum, grior, gerrimus, cui nihil deeſt, vel imminutum eſt, Heel oc helden / gandſke / vden mangel. *Integræ res meæ. integrum corpus. ætas integra, Homo integra valetudine*, Sund oc vel til paß. *Integer animus. homo integer*, Retſindig/ retſkaffen: Cujus animus integer, & mores integri, quiq; necquicquam vacillat. *Homo integer ævi*, cui ætas integra eſt, cujus ætas nihil detrimenti cæpit. *Integer vitæ*, cujus in vita nihil deſideratur. Item abſolutè integer, qui eſt integris viribus. Ut, *integri defeſſis ſuccedunt. Integer ad quietem ſe dat*: ſcil. non onuſtus vino & cibo. *Integrum me ſervo*, pro neutri parti me addico, Jeg holder mig vel/ er ſtadig / falder huercken til den ene eller anden. *Reſtitutus in integrum*, Kommer i laſſue igien,

igien/ ien fuldferdig ſtand. *Res ejus fiant integræ.* *Integrum mihi eſt hoc facere* non impedior, Det er mig frit oc holden for at giøre / Jeg maa giøre det/ det er mig let at giøre. *In integro res eſt,* Der er ingen nød / Sagen er paa dett øre. Aliter integer q. minimè æger, non æger.

Integrè, gerrimè, modo integro, Fuldkommeligen/ vden mangel. *Vita integerrimè acta.*

Integritas, atis, f. pr. integri ratio & affectus, Fuldkommenhed / Retſkaffenhed. *Integritas corporis, animi, morum. Viri hujus integritas. Integritas incorrupta latini ſermonis.*

Integraſco, is, n. t. idem quod integror, Fornyes/ begynder paa ny. *Malum integraſcit.*

Abintegro, adverb. ſignificans revolutionem ad initium rei jam ante factæ, Paa ny. *Magnus abintegro ſeclorum naſcitur ordo.* Item *motum à re integra faciendo & nova,* Aff ny. *Non minus operis eſt unam columnam efficere ab integro novam nullo lapide redivivo, quàm quatuor reponere,* Slet op aff ny.

Adtegrare, eſt vinum in ſacrificiis augere: ejusdem originis cum integrare.

Attegrare, antiquè, pro integrare ſive augere.

Deintegro, adverb. pro denuò, Paa ny / fra førſte/ paa det førſte igien. *Deintegro incidit in morbum. Deintegro fecit comœdiam. Deintegro ei gratulor Epiſtola mihi de integro ſcribenda eſt.* Dicuntur & hæc divisim, ab integro, de integro, q. d. Aff ny oc aff heelt.

Perinteger, Gell. omnino integer. Ut, *caſtitas perintegra.*

Redintegro, as, act. pr. denuò integro, integrando reſtituo, & ad priſtinam integritatem duco, Fornyer / forferſker. *Redintegrare lætitiam, orationem, bellum.* Et *redintegrare vires, animum,* pro reſumere, Tage ſind oc mod til ſig/ ſtyrcke ſig.

Redintegratio, onis, redintegrandi actus, Fornyelſe / Forferſkelſe. *Redintegratio amoris, conjunctionis*

Redintegratus, a, um, quod redintegravimus. Ut, *redintegratum bellum,* Forferſket.

Obtingit, pro obvenit, q. quod aliquem tangit, Kommer til / tilfalder. *Neſcis quid mihi obtigit. iſta mihi obtigit provincia.*

Pertingo, is, q. ad aliquid tango, Recker til. *Vena ab oculis pertingit ad cerebrum. Vis vitalis per omnem mundum pertingens.*

Pertica, æ, f. pr. baculus oblongus, ad decutiendos fructus, à pertinge do, quòd ad fructus pertingat, Lang ſtage. *Pertica dat plenis immitia vulnera ramis.* Inde, *pertica vitis,* Vinſtang. Sic *pertica lupularis,* ſeu *pertica ſalictaria,* Humble ſtang.

Perticâ etiam metiebantur agros, Maaleſtang. Unde *pertica impia.*

Perticalis, le, om. t. quod ad perticam pertinet. Ut, *ſalix perticalis,* quæ perticas ſuppeditat.

Retaxo, as, act. pr. Svet. idem quod taxo & reprehendo, Laſter oc ſtraffer. *Amicum clàm retaxavit,* Gaff en ſkrabe.

TANTUS, a, um, nomen relativum quantitatis, ſignificans tam magnus: reſponditq; voci quantus, à ποσος, ποσή, ejusdem ſignificationis, q. tontus, Saa ſtor.

Nunquam tantam vidi concionem, quanta nunc eſt veſtra. Omittitur autem interdum correlativum ſic tamen, ut ſub intelligatur. Ut, *tantæ molis erat Romanam condere gentem,* i. e. quanta ex jam dictis poteſt intelligi. *Nemo tantos curſus confecit,* ſcil. quantos hic confecit. Ponitur & pro Tot, ut, *ſexcenta tanta reddam. tanta mira facta,* i. e. tot, vel etiam tam mira. Item abſolutè, ad pretium & æſtimationem relatum, Saa meget. *Tanti non fuit Priamus. tanto conſtant nobis fœminæ.* Sic, *tantum pecuniæ, amoris, benignitatis, tantum hominum.* *Tantum eſt:* forma eſt loquendi quâ claudimus, & abrumpimus narrationem. *Tantum eſt, valete, benè rem gerite & vivite.* Aliter vulgò à Tam.

Tantulus, a, um, tàm parvus. Ut, *tantulum donum,* Saa liden.

Tantillus, a, um, idem. Ut, *puer tantillus.*

Tantulùm & tantillùm, adverb. Ut, *ſi tantulum oculos dejecerimus, ſi, herculè, tantillum peccaſſes.*

Tantò, adverb. comparativis gaudens, Saa megit. *Tantò magis. tantò minoris.* Item *tantò antè. tantò poſt. quinquies tantò amplius. Bis tantò amici ſunt,* Ere dobbelt ſaa gode venner. *Bis tantò plures ſunt,* Ere tu gang flere. *Tantò major. tantò melior. tantò anguſtior.* Formulæ erant gratulandi, acclamandi, laudandiq;.

Tantùm, adverb. Saa megit. *Nec tantum proficiebam, quantum volebam. tantum quantum ſat eſt, tantum abeſt, ut ego ex eo, quo aſtricti ſumus, laxari aliquid velim,* Saa langt. Ponitur & pro ſolùm & tantummodo, Allenifte. *Nomen tantùm virtutis uſurpas. homines ruſticani nomine tantum noti.* Item cum quòd. Ut, *tantùm quod hominem non nominat. tantum quòd oratoribus obſides non dedit.* Item pro vix, *tantùm ex urbe veneram, cum nuncius veniret &c.* Dicitur & tantùm non pro fermè, Hart ad. *Tantùm non adverſis tempeſtatibus Rhodum enavigabit.*

Tantiſper, adverb. temporis ſignificans concisè per aliquod tempus, à tantum & ſyllabica Per vel q tantis operibus à tanto opere, ut in Nuper & Semper, Saa lenge/ det ſtund / det ſtacker ſtund. *Tantiſper ibi fuit, dum culeus compararetur. Ego te meum eſſe dici tantiſper volo dum, quod te dignum eſt facere, facies. Tantiſper dum efferveſcit hæc gratulatio,* i. e. interim.

Tantundem à tantum & ſyllabica adjectione Dem, idem quod tantum, ſed aucta æquatione, Lige ſaa ſtoert eller megit. *Tantundem ei datum eſt, quantum in re erat. tantundem dolum aggreditur. tantundem periculum. tantundem pecuniæ ſummam ſolvit. tantundem ſanguinis miſcendum eſt.* Et adverbialiter: *Non intelligo quid hic narrat, opinor tu tantundem.* Item Genitiv. Tantidem ut, *ubi quadruplator quempiam injecit manum, tantidem ille illi rurſus injiciat manus,* Lige ſaa megit igien.

Compoſitum.

Intantum, idem quod eatenus, Saa vidt. *Nemo eos in tantum tollet. danti in tantum producenda eſt notitia muneris ſui.*

TAPES, etis, m. t. ſtragulum variis coloribus intextum, quo aularum parietes, menſæ, lecti, nonnunquam etiam equi inſternuntur à τάπης, ejusdem ſignificationis, Tapete/ Tapeteri/ Tæppe.

Tapete,

Tapete, n. t. idem.

Tapetum, n. ſ. idem.

TARATANTARA, vox tubæ ab Ennio ficta, à ſono per onomatopœjam, Tromete lud/ ſkald. Exponitur etiam in veteri lexico, inſtrumentum, quo farina colatur, ſeu cujus percuſſione granum deſſuit inter molas molendini, Skru/ Quærne Skru.

TARDUS, a, um, dior, diſſimus, qui in greſſu aliisvè actionibus tempus trahit, à δηὸς diuturnus, & δηὸν tempus longum q. dardus, Seen / tungferdig/ drynter / dryntevon / langſom i ſin gang eller giørning/ Seen i vending/ ſeenferdig / træffvorn. *Tardiſſimi loripedes, tardus aſellus.* Et translatè, *tardus ingenio*, pro ſtupidus, Tungnemer. Sic *homo eſt natura tardior.* Item *tardus ſapor*, qui hebes eſt, & vix ſentitur. *Tardus fumus*, pro denſo & craſſo. Dicuntur & *tardæ noctes*, quæ tardè veniunt, ut ſunt æſtivæ. *Tarda podagra*, quæ tardum greſſum facit. Alitèr à torus, quòd toroſiores ſint tardiores.

Tardè, dius, diſſimè, modo tardo, Seenferdeligen/ langſomt/ ſeent. *Tardè navigamus. tardè iter facit. tardè hoc percipit.*

Tardiuſculus, aliquantum tardus, Seenactig/ ſeenferdig.

Tarditas, atis, f. t. tardi affectus & ratio, Seenhed/ ſeenferdighed. *Tarditas in curſu. tarditas in actionibus aurium*, Tilhørenhed.

Tarditudo, antiquè, idem.

Tardeſco, is, n. t. tardus fio. Ut, *lingua tardeſcit.*

Tardo, as, act. pr. tarditatem affero, Sincker / tøffner/ eller taader. *Tardabat eorum auxilia. hiæ difficultas tardabit exercitum Cæſaris.* Item neutraliter, moram trabo, Sincker mig. *Ego hic tardabi & commoratus ſum.*

Tardans, tis, om. t. quod tardat. Ut, *tardans ſenecta.*

Tardatus, a, um, quod tardavimus. Ut, *caſu tardatus & territus reſtitit.*

Compoſita.

Retardo, as, act. pr. q. retrò tardo, & moror, Forholder/ opholder / holder oc ſincker tilbage. *In via me retardabat. ſtellarum motus retardantur, te mea fortuna retardat. retardare à ſcribendo.*

Retardatio, onis, retardandi actus, ut *bellum ex retardatione & mora*, Sinckelſe.

Retardatus, a, um, quod retardavimus. Ut, *conſvetudo ſuſpicione retardata*, Forholt / Sincket. *Retardati curſus ſtellarum.*

TATA, vox incondita puerorum Patrem appellantium. Sic Græcis τάτα vox eſt benevolentiæ & honoris, quâ junior ſeniorem compellat.

Tat & tatæ, interjectiones irridentis affectum aut admirantis ſignificantes.

TAURUS, ri, m. ſ. ταῦρος, mas in genere bubulo & vacarum admiſſarius, Tiur. Item taurus, ſignum cœleſte. Item Scarabæus Lucanicus & cornutus, Egehiort. Item avicula ex genere carduelium, ita dicta, quod taurorum mugitus imitetur, Saaſom en Rhørdrom.

Item taurus pro radice arboris. Item taurus in obſcœnis pro membro virili. Item aliquando tropicè ſignificat validum firmumq; juvenem.

Taura, f. pr. vacca ſterilis, quod nihilo magis pariat quàm taurus, Goldkoe.

Taurea, f. pr. ſcutica ex taurino corio facta.

Taurinus, a, um, quod ex tauro eſt. Ut *tergum taurinum*, Tiure hud.

Compoſ.

Solitaurilia, ſive ſollitaurilia, orum, n. ſ. pl. ſolennia apud Romanos ſacrificia, quibus cenſores quinto quoq; anno urbem luſtrabant, conſtabantq; ſue, ove, & tauro, unde ſolitaurilia, q. ſuovetaurilia, vel ſollocetaurilia, à ſolloce linguâ priſca ſignificante ovem. Sed & Feſtus deducit ſimpliciter à ſollo, i. e. toto & integro, h. e. ſolennia, quæ integris conſtabant animalibus, tauro, ariete & verre, non exectis & caſtratis, vervece, majali, aut caſtrato tauro.

TAXUS, xi, f. ſ. nomen arboris abieti ſimilis, & noxio fructu: ex qua Parthi & aliæ gentes arcus faciunt, à τόξον arcus, Ibenholt. *Taxi torquentur in arcus.*

Taxeus, a, um, quod ex taxo eſt. Unde, *arbor taxea, lignum taxeum.*

Taxea, æ, f. pr. exponitur Iſidoro, vox Gallica pro tardo. Ut, *Gallus pingui paſtus taxea.*

TE, Syllabica adjectio, in tute, tete, & iſte, à Græco τε, ejusdem uſus. Poteſt autem accuſativus tete exponi, diviſim per geminatum accuſativum. Ut, *Vos vos*, pro vòſmet.

TECHNA, æ, f. pr. τέχνη, Græcis artem ſignificat; Latinis a. dolum, aſtutiam, impoſturam, fraudem, Snid/ ſnedighed / Fund/ ſnedig paafund/ prackticke. *Tuis fallitur technis: hæc techna à Parmenone profecta eſt.*

Compoſ.

Contechnor, aris, technis ago, fallaciam compono, Giør pudz til at bedrage anden/ omgaaß med Skalcke prackticker. *Vide modò, ne illic ſit contechnatus quicquam.*

TEGO, is, xi, ctum, act. t. pr. corr. aliquid obduco, & q. velamento operio, proprie adverſus injuriam, à στέγω, ejusdem ſignificationis, Decker/ Bedecker/ Hyller. *Corpus pallio texit. Galea texit caput, tunica tegitur. ædes teguntur fronde, piſces æquore.* Et translatè, defendo, excuſo. Ut, *texit me armis ſuis. meam ſalutem & vitam ſua benevolentia præſidioq; texit*, i. e. defendit. *Vim armatam nulla juris defenſione texerunt*, i. e. excuſarunt. Item occulto, Skiuler. *Tegere ſententiam ſuam. tegere mendacio culpam. ſimulatione ſtultitiæ texit prudentiam. Tegit te pudor*, ſcil. quaſi veſtis quædam. Item *loco tegi.* eſt eſſe in loco. *Terra tegi* eſt, eſſe in terra.

Tectus, a, um, quod teximus. Ut, *antrum arboribus tectum*, Beteckt / paahyllet. *Oves tectæ*, dictæ ſunt Tarentinæ ſive Græcæ, quòd propter molliciem lanæ pellibus inſutæ, paſcebantur, ne vellera aut conſpurcarentur, aut duritiæ adhæreſcerent. Item tectus pro defenſus. Ut, *majores noſtri leges & jura tecta eſſe*

voluerunt, i. e. defensa. Et amisso tempore, idem quod obscurus, secretus, occultus, non manifestus, Mørckt/ hiemmeligt. *Verba tecta homo est in dicendo tectissimus.* Item taciturnus, fidelis, q. qui tegere & occultare potest. Ut, *nemo considerattor illo, nemo tectior, nemo prudentior.*

Tectè, modo tecto, Hiemmeligen/skiult oc forborgen *Tectè accipit. tectius appellat.*

Tectum, n. s. pars domus summa, quæ tegitur, Tag. Et tropicè domus ipsa, Huus. *In sua tecta descenderunt.* Item de apibus, Bikube.

Tectorium, n. s. calx seu crusta inducta parieti aut muro, quâ tanquam pavimento lapides teguntur, quò opus sit pulchrius, Kalckning. Et translatè fucus, quo mulieres faciem illinunt. Ut, *tandem aperit vultum & tectoria reponit.* Item *tectorium linguæ* pro sermone simulato.

Tectoriolum, n. s. parvum tectorium.

Tector, m. t. qui opus tectorium parieti inducit.

Tectorius, a, um, quod tectorio constat. Ut, *opus tectorium*, quo parietes integuntur, Kalckning. *Peniculus tectorius*, Kalckekost. *Pannicula tectoria*, pro peniculo tectorio, ex panniculis arundinum. *Nasturtium tectorium*, nomen herbæ.

Teges, etis, f. t. Straguli genus ex sirpo sparto, ut materiæ, Et slags motte/ quo tegumento viliore utuntur.

Tegeticula, læ, f. pr. parva teges.

Tegula, æ, f, pr testa tegendis domibus parata, Tagsten. Inde quicquid, quo tectum sternitur, ad arcendas pluvias & alia incommoda. Item testa lata pavimentis commoda, Astrog.

Tegularia, æ, f pr. sequiore ætate pro malefica: sic dicta quod supra tegulas sacrificaret.

Tegulum, li, n. s. idem quod tegmen. Ut, *tegulo aquaticarum arundinum domus suæ operiunt septentrionales populi*, Straatag.

Tegumen, tegimen, tegmen, inis, n. t. quo aliquid tegitur, Skiul/ tæcke. Unde tegmen pro veste. Item armis. Item *tegmen cæli, fagi*, quo scilicet aliquid tegitur.

Tegillum, n. s. parvum tegmen & corporis integumentum, seu vestis vilis & plebeja. Item tegillum dicitur cucullionculum è sirpo factum, Et slags Straahat eller Siffuehat.

Tegumentum & tegmentum, n. s. idem quod tegmen. Ut, *palpebræ tegumenta sunt oculorum. scutis detrahuntur tegumenta.* Et translatè *flagitiorum tegumenta quærit*, i. e. diverticula, Vdgang/ skiul. *Ætati meæ virtutem & sedatum animum habui tegumentum*, h. e. instar tegumenti & clypei, quibus ætatem tegerem & munirem.

Composita.

Attegiæ, arum, f. pr Juvenal. tugutia sunt: à tegendo sic dicta.

Circumtego, is, ex omni parte tego: Unde *circumtectus corio*, Omtæcct med huder.

Contego, is, idem quod tego. Item obruo, Tildæcker/ paahyller. *Corpora contexit humus.*

Contectus, a, um, quod conteximus, Skiult/ paahyllet.

Detego, is, tectum nudo & aperio, q. non tego, Aabner/ Blotter/ Barer. *Ventus illum detexit.* Et translatè manifesto, Aabenbarer. *Insidias detegit.*

Intego, & antiquis incitego, idem quod tego. Ut *vallo integebantur Romani.* C I interponitur. ut in Reciprocus pro reprocus.

Incitega, Fest. machinula erat, in qua amphora vini constituebatur, de qua subinde deferrentur vina, Saasom it Bordkrandz/ eller Bordplade. Additur & ab interpretibus intega, sic dicta quod partem mensæ integeret cujusq; loco postea gausapis usi sunt Romani, Skiffuetæcke/ Skiffuekiæde.

Integumentum, ti, n. s. quo quid integitur, Tæcke. Et translatè, *nequitia tegumentis obvoluta*, Med allehaande skiul. Sic *subdolis suis mendaciis integumentum quærit.*

Superintego, is, supernè tego. Ut, *lapidibus superintegitur.*

Obtego, & obtigo, is. Plaut. totum vel diligenter tego, Offuer skiuler/ Skiuler eller dæcker slet til/ oc hyller. *Quod durum est summus glebis obtegatur.* Et translatè, *adolescentia turpitudo obscuritate & sordibus tuis obtegitur.* Item *obtegere se corpore alicujus*, est post illum latere, Ligge oc skiule sig bag en.

Obtectus, a, um, quod obteximus, Offuerskiult/ offuerhyllit. *Domus arboribus obtecta.*

Obtegens, tis, om. t. amisso tempore qui obtegit, seu obtegere novit. Ut, *animus audax sui obtegens, in aliis enunciator*, Som tier med sig selff/ skiul sin egen breck.

Pertego, is, diligenter & ex omni parte tego, Tæcker vel/ fuldtæcker. *Pertegit villam arundinibus.* Et translatè, *benefacta benefactis pertegito, ne perpluant*, i.e. cumulato.

Prætego, is, planè tego. Ut, *vitia sua capillis, pallio & dibitiis prætegebat.*

Protego, is, valdè & totum tego, & tegendo defendo, Offuerskiuler oc skermer. *Arbor se ramis protegit. jacentem & spoliatum defendit & protegit armis, scuto.*

Protectus, us, m. q. Jurisconsl. protecti ratio. Ut, *protectus tignorum.*

Protectus, a, um, quod proteximus. Ut, *protectum in acie hostium manibus eripui.* Et amisso tempore: *Sapientia omni ratione protectior.* Item absolutè, protectum, n. s. pars domus prominens quod & projectum dicitur, Vdskud.

Improtectus, a, um, non protectus, Bar/ vbeskyttit.

Retego, as, non tectum facio & aperio, Aabner/ obenbarer. *Retegere occulta scelem, consilium. Retegere pedes*, est benè diligenterq; tegere.

Retectus, a, um, quod reteximus, Obenbaret. *Res luce retectæ. vestis retecta.*

Subtegulanea pavimenta, quæ ex tectis tusis, rudere & calce constant, aliàs dicta Barbarica, Gulff slagen aff Grud.

TELA, æ, f. pr. pr. prod. quod texendo conficitur, à texo, q. texilla, tela, Jt stycke væff/ væff. Unde *tela araneæ*, Spindel væff. Item tela, omne textoris instrumentum, quo tela texitur, Væff/ oc Væffuer Redskab. *A pulso tela sonat latere. texit indumenta nobis telis. ferro tela paratur.* Aliter à telo, propter longitudinem staminum.

Composita.

Subtilis, le, om. t. propriè quod pene aciem oculorum fugit, à tela benè texta & perstringente oculos sumptâ voce, Smaat/ Skærs. *Subtile linum*, Smaat Leerit. Inde ad alia transfertur. Ut, *subtile consilium*, i. e. acutum, & quod pene aciem ingenii fugit, Subtiligt/ Skarpsindigt. Sic *subtilis conclusio, disputatio, oratio,*

oratio, judicium. Et *ſubtilis gula, ſubtile palatum*, quod acutè percipit ſapores, Skarp ſmagende *Subtilis vox*, i. e tenuior, Klein/ſubtiligt. *Subtilis oratio*, quæ ſingulari quadam argumentorum & verborum conſtat. Sic *homo oratione ſubtilis: in dicendo ſubtilis. Apes ſubtiliſſimum ſuccum contrahunt*, ſcil. qui eſt tenuiſſimarum partium.

Subtiliter, ſubtili modo. Ut, *ſubtiliter diſſerit*, Subtiligen/ Skarpſindeligen.

Subtilitas, atis, f. t. ſubtilis rei affectus & ratio, Subtilighed/Skarpſindighed. *Subtilitas ingenii*, i.e. acumen. *Subtilitas orationis, ſcriptorum.*

Perſubtilis, le, om. t. i. e. valde ſubtilis. Ut, *perſubtilis oratio.*

TELIA, æ, f. pr. τηλία, circulus ſeu ambitus cribri, Stumling.

TELONA, æ, m. pr. τελώνης, Græca voce, qui vectigalia exigit Latinè publicanus, Toldere.

TELUM, li, n. ſ. pr. prod. omne miſſile, quo vim arcemus, à τηλόθεν, eminus, & longo jactu mittatur, Pil/Skud/Lod/ſteen. Et abuſivè, arma quæq; quibus etiam cominus pugnatur, Verge/Spiud/Baarde. Item translatè, anſa, facultas, ſtimulus. Ut, *telum hoc ad gerendas res.* Item, quo nocemus aliis. Ut, *de corpore Reipubl. revulſi telum ſceleris tui.* Item telum, lateris morbus immanis, ſubito dolore corpus gladii inſtar, transverberans, Store oc haarde hold/ ſting i ſiden. Item omne adjumentum ſeu quo aliquid movetur. Ut, *optimum telum ad res gerendas benevolentia.* Item *tela diei*, ſunt ipſius luminis radii, quos cœlum, ſol & ſtellæ huc illuc ejaculantur.

Telo, onis, m. t. ruſticis dicebatur lignamentum longum, quo è puteis aquam hauriebant: Eadem cum telo origine propter longitudinem, Brynd Krog/ Brynd Vip. Aliter legitur tolones ſeu tollones à tollo.

Compoſita.

Protelo, as, act. pr. antiquè pro abigo, & propello, q. telis porrò & procul ago, vel immediatè à Pro & τῆλε, procul, longè. Ut, *equites protelant duæ cohortes.* Et translatè, *protelare dictis*, eſt dictis ſuis quaſi telis quibusdam conficere, exagitare & perturbare, Rylle oc offuerfuſe/ offuerfalde med ord. Item protraho. Ut, *in hac cauſa protelatur admonitio.*

Protelatus, a, um, quem protelavimus. Ut, *propter puſillum peccatum indigniſſimè patriâ protelatus, injuriâ patris.*

Protelum, li, n. ſ. continuatio eſt actionis, ſive incitamentum & impulſio, & ſpecialiter Bijugum trahentium currum, à tractu teli deducta translatione, quod continuè fertur motu & impellitur longè, Jt drag/Jt kiør vden ſtalding oc ophold/ Jt driffuende. *Protelum æquorum; protelum boum.* Et *protelo ducere* eſt promovere & protrahere, etiam continuata actione. *Protelum plagarum continuatum*, i. e. continuatio.

TEMERE, pr. corr. adverb. iis addi ſolitum, quæ ſine diſcrimine, ſine judicio, & conſilio fiunt, à temno q. ubi cum contemtu & audacia ſine ratione rem aggredimur, vel à τέμνω, ſeco, puto, q. ex ludicro & inutili putamine, wbetenckende/ wactſom/i fleng/ i galſkab.

Temerè agis. temerè tela jacis. domus temerè & nullo conſilio adminiſtratur. temere eveniunt, quæ non audes optare. Pigmenta temerè aſpera. Temerè pono, mitto, Slenger. *Epiſtola temerè poſita*, Slengt. *Temerè occiſus eſt*, Aff vaade. *Non temerè inventas*, Icke vnder huer Buſk. Dicitur & non temerè, pro non facilè, vix, Icke letteligen/ neppeligen/ q. d. icke ſlumpendc/ men med wmage oc flid/ berad hu. *Præcox ingenium, non temerè pervenit ad frugem. non temerè incerta caſuum reputat, quem fortuna nunquam decepit.* Sic *fluvius hic non temerè tranſiri poteſt*, i. e. non ſine periculo aut ſingulari ratione. *Non temerè amicis iraſci ſoleo*, Icke letteligen. *Non temerè eſt, quod tu tam times*, Det er icke i veirer/ i togget/ icke wbetenckeligen/ icke forgieſts. h. e. der haſſuer viſt paa ſig/ at du frycter. Sic *non ſcribo hoc temerè*, For intir. *Non temerè fama naſcitur*, Icke aff intet/ eller for intet. Aliter vulgò à temetum, quia temulenti ita ſuas vel alienas res gerunt. Item temerè à temero. Temero autem à temno, ut lambo, lambero, geno, genero.

Temeritèr, adverb. antiquis, idem.

Temerius, antiquè idem.

Temerarius, a, um, audax ſine ratione, qui incerto eventu, & facilè, nulloq; adhibito conſilio rem aggreditur, nulla recta ratione, ſed impetu, wbetenckt/ wbetenckende/ wviß paa huad mand giør/ daare/ driſtig/ ſlumper til at giøre nogit/ giør noget i fleng/ formaſtelig/ ſaa hen i vœrit. *Homo temerarius. mulier temeraria: conſilium & factum temerarium.*

Temeritas, atis, f. t. audacia ſine ratione, & temerarii affectus, & vitium, Formaſtelſe/ wbetenckende/ wberaad hu. *Nunquam temeritatem commiſce cum ſapientia. non conſilio ſed temeritate ducitur. multa fiunt & faciunt temeritate, non judicio.*

Temeritudo, inis, antiquis, idem.

Temero, as, act. pr. temerè & impiè aliquid tracto, corrumpo polluo, & contàmino, Vanſker/ ſkemmer. *Temerare corpora nefandis dapibus. fluvios temerare venenis.* Et *temerare mulierem*, pro violare, ſtuprare.

Propriè autem Temero videtur ſignificare tractando corrumpo ſeu minuo, à τέμνω ſeco, puto.

Temerator, oris, m. t. Juriſconſ. qui temerat. Ut, *temerator aliarum nuptiarum*, Horekarl/ ſom beſmitter andens Ecte ſeng.

Compoſita.

Contemero, as, act. pr. temerè attingo, violo, Giør ſkade wforſkyldt. *Contemerare amicum*, Forſee ſig med ſin vœn.

Intemerandus, a, um, Valer. Flac. pro non contaminandus. Ut, *templa intemeranda.*

Intemeratus, a, um, non temeratus. Ut, *intemerata fides. intemerata ſacra. intemerata munera*, vota, quæ ritè perfecta ſunt, ut eorum ratio requirit, Fuldkommen/ vden falſk.

TEMETUM, n. ſ. pr. & ſec. prod. ex auctoritate Horat. priſcis grave vinum, ſic vulgò dictum, quòd teneat ſive tentet mentem, Sterck Vin. Aliter à μέθυ, ejusdem ſignificationis. Per tranſpoſitionem vel q. τέτονον μέθυ, i. e. forte & contentis viribus vinum, Calepinus ait Juvenalem corripere penult.

Temulentus, a, um, temeto & vinopotus, Druckен oc fuld. Item temulentus qui potationibus delectatur, Druckenboldt. Inde *vox preſſa & temulenta.*

Temu-

Temulenter, modo temulento, vel ex temulentia. Ut, *aëm temulenter eructat.*

Temulentia, æ, f. pr. temulenti vitium, Druckenſkab/ fuldſkab.

Compoſitum.

Abſtemius, a, um, qui temetum, h. e. vinum non bibit, q. abs temeto, Som dricker ingen Vin. *Homo abſtemius. mulier abſtemia. prandium abſtemium*, in quo nihil vini bibitur. Item abſtemius dicitur, qui pro hora diei nihil dum vini bibit, Faſtende/ ſom haffuer huercken ſmaget vaat eller tørt.

TEMNO, is, act. t. dictio in compoſitis uſitatior, ſignificatq; ſperno, rejicio, à τέμνω incido, reſeco, amputo, quoniam, quæ ſpernimus amputare & reſecare conſevevimus, Forſmaar. *Temnere Deos, temnere arma. ſtomachus vulgaria temnit.* Item rejicio, quia quæ temnimus & amputamus, rejicimus. ſed exempla hæc per aphæreſin pro contemnere explicantur.

Compoſita.

Contemno, is, pſi, ptum, act. t. idem quod temno, ſperno, dum ignominia, & q. inutile cum ſuperbia rejicio & faſtidio, Acter intet om noget/ ſkatter intet/ bortkaſter/ forſmaar. Eſtq; minus quàm deſpicio, ut ajunt Grammatici. Hinc, *contemnit vs imperium meum.*

Contemptio, onis, contemnendi actus, Foractelſe.

Contemptor, oris, m. t. qui contemnit. Ut, *Deum contemptor Medentius*, Foractere.

Contemptrix, icis, f. t. idem quod contemptor in ſexu fœmineo.

Contempto, as, act pr. frequentativum apud Plaut. Ut *mirari noli & me contemptarier.*

Contemptus, us, m. q. idem quod contemptio. Item contempti ratio, Foractning. *Omnibus es contemptui.*

Contemptus, a, um, quod contemſimus, Forſmaad/ foract/bortkaſt. Et amiſſo tempore, contemptior, contemptiſſimus, Foractelig.

Contemptim, adverb. modo contempto, Foractelis gen. *Contemptim nos conterit.*

TEMO, onis, m. t. pr. prod. lignum quod ad jugum inter equos excurrit: ſic dictum à teuendo, quod contineat jugum & plauſtrum, Vognſtang/Stiert. Item lignamentum aratri è boti ad jugum protenſum, Plogsdret/ eller Aaß oc dret aff ꝛc. Quale eſt lirantibus Selandiæ campeſtribus. Ponitur & pro ligno transverſario ſive longurio, Retke.

TEMPLUM, pli, n. ſ. priſcis, omnis locus patulus & conſpicuus, vel ex quo in omnes partes circumſpici poteſt, q. tuemplum à tueor. Indè peculiariter locus editior colendo numini ſacer. Item cœlum ipſum, quà tuimur dictum eſt templum. Ut, *contemnit templum magnum Jovis Altitonantis.* Et *templum mundi*, i. e. cœlum. Item locus in terris, augurii, aut auſpicii cauſa quibusdam conceptis verbis finitus: Undè & ædificium majus & auguſtius, divino cultui deſtinatum, Kircke. Item ſepulcrum magnificentiùs exſtructum. Ut *fuit in tectis de marmore templum conjugis.* Item aliæ quæcunq; ædes magnificæ. Ut, *ſeptum altiſono cardine templum.* Item, ſub terris inferorum ædes & habitatio. Ut *Athenuſia templa.* Item translate, *templum linguæ* pro palato &

cœlo oris, Himmel i munden/gane. Item *templum mentis*, unde q. mens tuitur & conſpicit: vel pro interioribus animi ſecretis. Item *templa turbulenta*, i. e. mare. Item templa dicta ſunt in ædificiis aſſamenta, quæ ſupra caeteros tranſverſa ponuntur, Brofiele paa tag eller lecter. Aliter templum à τέμνω, ſeco, excido, ut Græcorum τέμενος, i. e eſt locus terminis ſuis finitus & Deo conſecratus: Item fanum. Ut propriè templum ſit ædes ſacra. Et inde transferatur ad cœlum & alia.

Compoſita.

Contemplor, aris, dep. pr. diligenter intueor & res abſconditas conſidero, Skuer/ ſeer nøje til/ giffuer act. Diciturq; cùm de oculis conſpicientibus, tùm de animo conſiderante.

Contemplo, as, act. apud Plautum, idem.

Contemplatio, onis, contemplandi actus, Beſkuelſe/ Betenckelſe. *Contemplatio naturæ. res contemplatione digna.*

Contemplatus, us, m. q. idem.

Contemplativus, a, um, apud Senec. pro contemplans. Ut, *vita contemplativa. Philoſophia contemplativa.*

Extemplo, adverbium ſignificans ſtatim continuo: Vulgò quod omne templum debeat eſſe ſeptum, nec pluſquam unum introitum habeat, ſtraxen/ſtraxt/det ſamme ſtund. *Exercitum extemplo domum reduxit.* Aliter q e loco, templum ſignificante omnem locum patulum & conſpicuum, ut illico. Item in ſacris præconis habetur vox, quâ ſignificatur, ut exirent è templo: id quod citò fieri debuit: ut ilicet in curia & judiciis.

TEMPUS, oris, n. t. ſegmentum ſeu pars ævi, per menſuram motuum cœleſtium, à τέμνω ſeco, Tid/ Stunderum. *Tibi multum temporis eſt in medicina. Hæc hoc anni tempore fieri non poſſunt.* Sic *tempus ætatis.* Et *tempus Reipublicæ*, in quo verſatur Reſpubl. *Cum tempore*, h. e. cum mora & ſpacio aliquo temporis. *Tempus agendi*, Friſt. Item tempus pro iis, quæ in tempore fiunt. Ut, *ô mores! ô tempora! hoc tempus à nobis poſcit.* Item tempora in capite hominis, (cujus ſingulare tempus) utrumq; latus inter oculos & aures; ſic dicta, quòd temporum faciant indicia, canicie ut plurimum veſtita in grandævis Tindinge.

Tempore, ablat. adverbial. poſitum pro oportunè, vel in tempore: vel ad tempus, I tide/ i laſſue tide. *Ad comitia tempore ſum venturus. ad cœnam tempore venit.*

Tempori, Plaut. pro ſuo tempore, I ſin tid. *Tempori dabitur quod pertigi.* Item celerirer.

Temperiùs, adverb. Cic pro tempore oportuniori, I bedre oc bequemmeliger tid Legitur & temporiùs: Et exponitur citiùs, vel tempeſtiviùs, Snarere/ tidelig ere.

Temperies, ei, f. q. temperatus cœli ſtatus, Værlig. *Temperie cœli corpus q, animus q, juvatur.* Ponitur & pro temperantia. Ut, *temperies animi, temperies morum*, Styrlighed/ ſagtmodighed. Item temporis commoditas, ad aliquid agendum. Ut *animi temperies.*

Tempero, as, act. pr. rem ſuo ordine ac menſura adminiſtro tempore tracto, Laffuer *Temperare Rempublicam. temperari civitates legibus. temperare ſtylum, calamum.* Item moderor & intra modum & ſuam menſuram contineo, Styrer/ holder i raade med/ temmer. *Temperare victoriam. temperare ſibi à mendacio, maleficio.* Sic *temperare vino, ab injuria, in amore*, i. e. abſtine-

abſtinere. Item ad juſtam menſuram miſceo, Blander. *Temperare colores, ſonos: temperare vinum aquâ: iram ſedato animo: ferrum flammis.* Et impersonal. *temperatum eſt*, i. e. parcitum, Sparedt/ fraholt.

Temperans, tis, om. t. qui ſibi temperat, Affholden/ ſom holder maade i mad oc begærlighed.

Temperantèr, modo temperanti. Ut, *temperanter agit: temperantius vivit*, Affholdenligen/ affholdenhed.

Temperantia, æ, f. pr. temperantis affectus & virtus, Affholdenhed/ oc maadelighed i mad oc begærlighed.

Temperatio, onis, temperandi actus, quo ſcil. aliquid temperatur, Laffnen oc ret blanden. *Temperatio corporis, aëris. ſol temperatio mundi.* Et *temperatio lunæ*, i. e. moderatio ſive gubernatio.

Temperator, oris, m. t. qui temperat & moderatur. Ut, *temperator armorum.*

Temperatura, æ, f. pr. temperatæ & miſtæ rei affectio & ratio, Maadelig blanden/ maadelighed. *Temperatura aëris, ferri.* Et *temperatura cœli*, pro temperies.

Temperatus, a, um, quod temperavimus, ut, *vinum aqua temperatum.* Et amiſſo tempore. *Homo in ſumma magnitudine animi multa humanitate temperatus.* Sic *homo temperatiſſimus. Et oratio temperatior*, Maadeligt.

Temperatè, modo temperato, Maadeligen. *Aqua temperatè tepet.* Item pro temperanter. Ut, *temperatè agit.*

Temperamentum, ti, n. ſ. temperatura & rei miſtæ modus ac ratio juſta & conveniens, Ret maade oc bequemmelig blanden oc blanding. Hinc *temperamentum corporis* de certa vel juſta miſtura quatuor qualitatum in corpore, Natur oc Complex. *Temperamentum linguæ*, cum lingua modum tenet. *Temperamentum Reipubl.* ubi ordines æquabili jure quodam modo exæquantur.

Tempeſtas, atis, f. t. idem quod tempus. Ut, *ea tempeſtate venit Pœnus in Italiam: Paris rapuit Helenam: multi erant in exercitu nobi atq; ignobiles*, Paa de tide/ eller den tid. Item aëris ac temporis conſtitutio, flatuſq;, Værlig oc byr. *Nautæ tempeſtatem prætermittere nolebant.* Sic *tempeſtas cœli.* Et in malam partem turbo & procella, Storm/ wvær/ wſtorm. *Tempeſtas venit, tegulas confringit. actus eſt variis tempeſtatibus Pelagi.* Et translatè, periculum & magnus aliquis motus, Stoor fare oc ond tid. *Tempeſtans ac temporum varietates. magnis tempeſtatibus jactatus ſum.* Sic *tempeſtas invidiæ, & tempeſtas periculi* pro metu. Item *tempeſtas pacis. tempeſtas patriæ*, i. e. calamitas & tempus miſerum.

Tempeſtuoſus, a, um, tempeſtate turbatus. Ut, *mare tempeſtuoſum*, Bruſende/ ſtormende.

Tempeſtivus, a, um, quod ſuo tempore fit. Ut, *tempeſtiva pinus. tempeſtiva virgo*, qvæ viri potens eſt, *tempeſtivum tempus*, Laſſv tid. *Tempeſtivum convivium* dicebatur, quod ſtatis temporibus ac diebus ſodalitates agitabant, in quo multa erat licentia, multus ſermo ſed feſtivus, Gildislav. Exponitur & cœna convivalis quæ tempeſtivè fiebat, ſcil. ad vel ante horam nonam: non autem intempeſta nocte, nec in noctem producebatur, quo genere gulones delectantur.

Tempeſtivè, ſuo tempore, I tide. *Tempeſtivè demetit & percipit fructus.*

Tempeſtivitas, atis, f. t. tempeſtivæ rei ratio, Lafflig tid/ rette tid. *Cuiq; ætati ſua eſt tempeſtivitas.*

Temporarius, a, um, quod non eſt perpetuum, ſed ad tempus durans, Vanckelig. *Theatrum temporarium*, quod tam diu durabat, donec ſpectacula peragerentur. Sic *Temporaria vis imbrium.*

Temporalis, le, om. t. quod ad tempus durat, ſive ad tempus fit. Ut, *theatrum temporale.*

Temporaneus, a, um, quod ad tempus pertinet, ſive quod ſubitò & in tempore fit; ἄδηλον.

Compoſita.

Attemperatè, Terent. pro valde tempeſtivè, Ret i laſſe oc tid. *Attemperatè venit in ipſis nuptiis.*

Contemporaneus, a, um, ejuſdem temporis, coætaneus, I Aar oc tid med nogit. ἄδηλον.

Extemporalis, le, om. t. quod ex tempore fit, Snarligen/ haſteligen. *Extemporalis actio, extemporalis garrulitas, temeritas.* Et *extemporalis Rhetor*, qui ex tempore dicit, Bereden/ altid ferdig.

Extemporalitas, atis, f. t. Sveton. promptitudo & facultas ex tempore dicendi, Beredenhed.

Extemporaneus, a, um, idem quod extemporalis.

Intemperans, tior, tiſſimus, om. t. qui ſe non temperat à vitiis & voluptatibus, Offuerdadig. *Animus intemperans, adoleſcentiâ intemperans.*

Intemperanter, modo intemperanti, Offuerdadigen. *Intemperatiſſimè ſuis opibus utitur.*

Intemperantia, æ, f. pr. intemperantis vitium & habitus, Offuerdadighed. *Intemperantia hominis*, quâ ſe non temperat homo. Et *intemperantia libidinis, riſus*, qua libidini, riſui non temperamus.

Intemperatus, a, um, non temperatus. Et amiſſo tempore, immodeſtus, wmaadelig/ wtidig. *Intemperata amicitia & benevolentia.* Et *intemperatiſſimæ præpotationes.*

Intemperatè, modo intemperato, wſtickeligen. *Intemperatè vivit.*

Intemperiæ, f. pr. plur. Deæ fingebantur, intemperantèr hominem exagitantes, Onde Aander/ ſom plage Menniſken/ forbiſtrelſis Aander. Et tropicè ipſi intemperantes hominis affectus. Ut, *intemperiæ agitent iſtum hominem*, Galnſkab/ naar Menniſket er flet aff laſſue/ ſkøtter intet huad det giør.

Intemperies, ei, f. q. non temperies, ſeu nulla temperies. Ut, *cœli intemperies*, wvær: Cum ſcilicet cœlum ſeu aer immoderatè calidus, aut frigidus, aut humidus, aut ſiccus eſt. Sic *intemperies Solis, Intemperies Maris.*

Intempeſta nox, eſt media pars noctis; ſic dicta, quod intempeſtiva ſit rebus agendis, Midnat. Et *intempeſtæ Grabiſcæ*, oppidum, ita dictum à gravitate aëris & intemperie cœli.

Intempeſtas, atis, f. t. idem quod intemperies. Ut, *cœli intempeſtas*, Stor wvær/ Himmel hoffuet ſtorm oc wvær.

Intempeſtivus, a, um, non tempeſtivus, wtidig/ det ſom ſkeer i wtide. *Intempeſtiva amicitia. intempeſtivæ literæ.* Et *intempeſtivi anſeres*, clangore continuo qui inſoliti erant, & quaſi præter ſuum tempus, ideoq; per conſequens, ominoſi.

Intempestivè, modo intempestivo, Jwtide. *Intempestivè irascitur. intempestivè singulos prosequitur.*

Obtempero, as, n. pr. pro morem gero, Lemper mig effter/ adlyder. *Filius patri obtemperat.*

Obtemperatio, onis, obtemperandi actus, Adlydelse.

TENDO, is, tetendi, tensum & tentum, act. t. rem dilatò seu rei partes deduco, quantum fieri potest, à τείνω ejusdem significationis, Strecker/ Recker/ Vdvider/ Spænder. *Tendunt vela venti. tendere arcus. tendere sagittas. tendere spicula. tendere cornu, gravitas tendebat uterum mihi.* Et amisso casu: *intra castra tendere*: scil. tentoria, Slaa tælt. Item *tendere rete.* i. e. capiendis avibus explicare. Et translatè *tendere alicui insidias.* Item translatè ad animum & actiones sive corporis sive animi impetuosiores & quidem neutraliter. Ut, *acri tendimus animo. tendimus in Latium. animus tendit ad altiora*, i e. aspirat, Stunder/ Stræber. Sic *tendere ad eloquium. Manibus tendit divellere nodos.* Item *res tendit eò*, i. e. spectat. Item tendo pro porrigo. Ut, *Græcia tendit dextram Italiæ. vobis supplex manus tendo.* Item ostendo. Ut, *populo Romano non metum belli; sed spem triumphi tendebat.* Item fundo. Ut, *civitatibus lucem ingenii & consilii sui tetendit.*

Tendicula, æ, f. pr. laqueus, quem avibus seu feris tendimus, Fuglegarn/ Diurpande. *Tendiculæ literarum* captiones sunt ex literis & syllabis, qvum non rei æquitati sed summo juri insistimus, ipsisq; voculis adversarium irretire conamur, Som naar en staar paa Bogstaffuene til punct oc til pricke. Item tendiculæ, taleæ, quibus fullones telas distendunt, Reckepinde/ streckepinde / saa som oc paa Blegeden til Lerit / oc paa Garnvinde til Garn.

Tendo, onis, m. t. Medicis, finis musculi, quo in partem movendam inserto, motus omnis fit voluntarius, constans fibris nervorum & ligamentorum in unum coëuntibus, sic dictus ad Græcorum τένων ejusdem significationis; sumpta voce à verbo tendo, quòd præcipua ejus actio in tensione consistit seu contractione.

Tensus, a, um, quod tetendimus, Strackt/ reckit. *Tensus arcus*, Spændt.

Tentus, a, um, idem. Ut *pingui tentus omaso.* Item tentus amisso tempore idem quod rigidus, Stind.

Tentorium, n. s. tabernaculum extensis velis contra cœli injuriam, Tælt.

Tentoriolum, li, n. s. parvum tentorium.

Composita.

Attendo, is, q. aures & animum ad aliquid tendo, & quidem discendi & cognoscendi gratia, Hør til / giffuer act paa. *Si diligenter attendimus, hæc apta esse inter se intelligemus. Æquo animo attendite. Hoc attendere oportet in horum locorum expositione. In hoc genere dicendi Ciceronem attendunt. attendit juri*, i. e. operam dat. Sic *attendere animum* est intendere, & mentem in re aliqua fixam habere. Item *attendere aures.* Et *id attenditur.*

Attentio, onis, attendendi actus.

Attentus, a, um, & tissimus, qui attendit, Tilhørende/ nøje hørende / flittig. *Attentus auditor contra Stoicos. attento animo excipit. tempus meridianum in acerrima & attentissima cogitatione posuit. attentus patterfamilias*, i. e. assiduus in opere, diligens, Flittig oc forsiunlig. *Attenta vita*, i. e. diligens & curiosa.

Attentè, tissimè, attento animo, Flitteligen / nøje. *Attentè & benignè audit. attentissimè audimur.*

Perattentus, a, um, valdè attentus. Ut *perattentus animus.*

Perattentè. Ut *perattentè audit*, Gandske nøje.

Contendo, is, n. t. Idem quod tendo itineribus, Kaster. Poniturq; modo absolutè, modo activè cum casu. Ut *ad hostes contendit.* Item manu aliquid tendo, Strecker. *Contendere arcum, nervum.* Unde & dicitur, *telum contendere*, i. e. dirigere, Mede oc skiude. Item translatè *contendere nervos ingenii, corporis, industriæ vè*, pro vires omnes in re aliqua explicare. Item verbis vel armis pugno, Trætter / Strider. Item voce seu precibus aliquid peto, Beder inderligen om noget.

Contentio, onis, contendendi actus. Ut, *contentio animi, ingenii, virium*, quâ contendunt vires &c. *Contentio honoris*, quâ ad honorem quis contendit. Item oratio seu orationis, quæstio contendens & concertans de re aliqua, Klammer oc trætte. *Contentio de agris, de honore*, i. e. concertatio. Sic, *res in contentionem venit*, Kommer i trætte. Item contentio Schema Rhetoricum.

Contentiosus, a, um, contentione plenum, Trætte fuld / kiffue fuld. *Homo contentiosus. oratio contentiosa.*

Contentus, a, um, idem quod intentus. Ut, *contentus hostium cursus*, i. e. contendens, Hastende / ilende. *Contentum studium. contenta vox*, Høy stemme. *Contentus artus*, Spændt Bue. *Contenta fides seu chorda*, Stiffuet oc stempt.

Contentò, tiùs, tissimè, magna cum contentione, Streckende/ stifft. *Contentè ambulat. Antonius contentè multa dixit.*

Incontentus, a, um. Cic. non contentus, remissus, Løß/ Slatten. *Fides incontenta.*

Distendo, is, in diversas partes tendo, Strecker vd/ Spiler vd. *Hominem distendite. pellem distendit*, Vdspiler/ vdsticker. Et translatè impleo, quia uter plenus distenditur, Opfylder. *Distendunt apes nectare cellas.*

Distentus, a, um, q. abundantia distentus, Forfyldt/ vdfyldt. *Distentus solitariâ cavâ.* Et amisso tempore, distentus & distentissimus, pro occupato, Betagen/ wledig / forhindret med andet. *Valdè sum distentus.*

Distentio, onis, Medicis vitium membri neutrobi flexilis, ut colli, digiti, Stiffuelse / naar enten Hals / finger / Arm eller Been er stifft / er stind / eller stram.

Extendo, is, q. extra tendo, Vdstrecker / vdvider. *Brachium exrendit.* Et translatè, *extendere preces.* Et *extendere virtutem factis*, Vdvide/ giøre langt.

Extensus, a, um, quod extendimus, Vdstract. *Extensi digiti.*

Extentus, a, um, idem. *Extentum brachium. extenta vitis.*

Extento, as, act. pr. Plaut. idem quod ostento. Ut, *vires tuas in alieno extentas ostio*, Viser din styrcke/ eller præsfuer din styrcke paa andens dør.

Intendo, is, idem quod tendo, vel valdè aliquid aliquo tendo, strecker/ spender. *Intendere arcū, aciem, corpus, linguam, vocem.*

vocem. Et translatè *intendere animum alicui rei*, pro totum applicare, Strecke effter/ ſlet vende eller ſlaa ſit ſind til. Et *intendere animum ad patriam.* Et *intendere animos in rem aliquam*, Strebe aff all mact effter. *Intendere animum ſtudiis.* Item intendere pro innectere, & illigare. Ut, *vincula collo intendunt*, Binder Baand om Halſen. Item *intendit dextram ad ſtatuam*, Hand rackte. *Intendunt brachia velis*, quâ formâ dicimus, Recke armene/ pro incumbere & inniti. *Intendere oculos*, Stirre paa noget. *Intendit animo*, Streber effter / Sicter effter. *Intendere cupiditatem*, Strecke vd/gisre videre/forøge. *Intendere aliquem*, eſt contra aliquem agere. *Intendere alicui litem*, Føre en trætte paa. *Intendere actionem*, Giffue Sag/ giffue laſt oc klage / tage ting paa en. *Intendere periculum*, Laſſue hannem nogit ont til. Sic, *intendere controverſiam*, pro conteſtari litem.

Intentio, onis, intendendi actus. Ut, *intentio arcus*, Spenden/ ſtreckelſe. Sic *intentio corporis. intentio nervorum.* Et *intentio vocis*, pro vociferatione, Høy ſkrig/ høy ſang. Et translatè, *intentio animi*, pro ſingulari diligentia & ſtudio, Stor flid. Item pro ipſo animo hominisq; conſilio, Mening oc ſind. *Hæc eſt adverſarii intentio.* Et per conſequens apud Rhetores objectionis crimine, intentio eſt: occidiſti Ajacem. Inficiatio: non occidi.

Intentus, us, m. q. idem. Ut *intentus gladii in jugulum. Palmarum & manuum intentus*, quo ſcil. manus intendimus, Haand i vær.

Intentus, & intenſus, a, um, quod intendimus, Rackt/ Stract / Spendt. *Chordæ intentæ. intentus arcus, intenti nervi. voces intentæ*, Forhøjet. *Intentis oculis aliquid intueri*, Stirre paa noget. *Tabernacula intenta carbaſeis velis*, Vdſlagen / vdſpiledt. Sic *intenta vela in patriam*, De vaare ſtillede paa. Et amiſſo tempore, intentus, qui animo intendit in aliquid, Som haffuer ſict paa noget/ attraaer effter. *Operi agreſti intentus fuit.* Unde *cum intentiſſima*, Størſte omhu.

Intentè, modo intento. Ut, *intentè ipſum audivit*, hørde hannem med flid / alvorligen / flitteligen. *Solicitius & intentius tui me, quam mei excipiunt*, Ville re omhyggeligen oc med større flid / alvorligen. Sic *monuit ipſum intentius. In vita multa intenſius petimus.*

Oſtendo, is, ab obs & tendo q. aliquid coram aliquo tendo, Breder noget vd for en/, viſer en noget for øynene. *Signa nutrici oſtendit. hoc mihi oſtenditur. digitum oſtendo*, contumeliæ ſcilicet derisionisq; cauſa, Peger finger ad nogen. Et translatè ad animum declaro, Forklarer / beviſer. *Te plura in hac re peccare oſtendam.* Sic *oſtendere lumen animi. oſtende nunc Parmeno, qui vir ſies. De hac re nihil mihi oſtendiſti. Oſtendit ſe optimè*, i. e. gerit, Skicker / ſkaaer oc handler ſig vel.

Oſtentus, us, m. q. oſtendendi actus, & quidem quadam cum irriſione, Siun oc Spectackel / Vidvnder. *Corpora extra vallum oſtentui objecta.*

Oſtentus, a, um, quod oſtendimus, Viiſt for øynene. *Senex in ipſo tempore oſtentus.* Et abſolutè, *oſtentum*, n. ſ. res inſolita, ſtatim aliquid futurum oſtendens, ut ſunt cometæ, tonitrua die ſereno, Siun / ſom betyde noget.

Oſtentoſus, a, um, quod oſtentum facit. ἀδηλον.

Oſtento, as, act. pr. ſæpè oſtendo. Ut *panem oſtentat manu.* Et translatè *oſtentare alicui periculum capitis*, pro minari mortem. *Bellum, cædem oſtentat.* Et *oſtentare jugulum pro capite alterius*, eſt exponere ſe periculo vitæ pro altero. Sætte ſig oc ſit liff i fare / voffer ſit liff for anden. Item præ me fero, Lader ſom/giffuer for. *Aliud obſcurè molitur, aliud ſpecie ſimulationis oſtentat.* Item laudo. Ut, *agrum vobis oſtentat.* Item trado. Ut, *huic tu inſervias: huic te oſtentes, oportet.*

Siſtentare, antiquè pro oſtentare.

Oſtentatio, onis, oſtentandi actus. Et peculiariter ſignificatione translatâ, quo laudis captandæ gratia aliquid q. manu oſtentamus, Egen roeß oc berømmelſe. *Oſtentatio ſui.*

Oſtentator, oris, m. t. qui gloriosè aliquid oſtentat, ærgærig/ brammer. *Oſtentator factorum, oſtentator meri.*

Oſtentatus, a, um, quod oſtentavimus, Viiſt. *Occaſio oſtentata. pecunia oſtentata.*

Obtendo, is, q. ante vel contra tendo, Strecker oc breder vd for. *Obtendit velum ante lectum*, Sic *mons monti obtenditur.* Et translatè, *obtendere turpitudini rationem*, pro excuſationem prætexere afferreq;, Vende for. Item obtendo, circumtendo, Omkringhenger med noget/offuerdrager.

Obtendiculum, n. ſ. quod obtendimus, Forſkud/ forhæng/ eller omhæng.

Obtentus, a, um, quod obtendimus. Ut, *Nox tenebras obtenta*, pro obducta.

Obtentus, us, m. q. pro prætextu, Paaſkud. *Obtentu Philoſophiæ inutile otium ſequitur.* Item obtentus idem quod obtendiculum. Ut, *obtentu frondis obumbrant toros.*

Pertendo, is, tendendo pervenio, Naaer til / ſtrecker til. *Romam pertendit.* Item ad finem aliquid tendo & perduco, Fuldſtrecker/fuldgiør/fuldender. *Quæ cæpi pertendam.* Item contendo ſive contra confero. Ut *decretum Pompeji cum fœderibus & cum legibus pertendemus.* Item abſolutè, prò contendo, Trætter paa.

Portendo, is, n. t. vox erat aruſpicum & augurum edocentium futurum aliquod. Inde transfertur ad alia q. porrò tendo, & oſtendo quid in futurum fiet, Betyder noget huad ſkee ſkal. *Sol commutationem rerum portendit. Mors ejus portendit familiæ magnum malum.*

Portentum, n. ſ. quod portendit aliquid futurum, Vaartegn. Diciturq; non tantum in re aruſpica, ſed & translatè de aliis. Ut, *Clodius Reipublicæ portentum*, i. e. monſtrum. Et *portenta Poëtarum pictorumq;* pro commentis & figmentis. Item pro bono omine. Ut, *ne quærè profectò quem caſum portenta ferant.*

Portentoſus, a, um, portentum in ſe continens, aut portento ſimilis. Ut *portentoſa hæc ſunt ex pecudibus & hominibus.* Et translatè *portentoſa Græciæ mendacia*, pro inuſitatis & inſolentibus.

Prætendo, is, ante tendo, oppono. Ut, *Marti prætendere muros*, Sætter imod/ ſætter for. Item præfero, før for til. *Fumos manu prætendit.* Item præ re aliquid tendo, ſub quo aliquid occultatur & latet. Ut *prætendit cauſam hanc ſuis cupiditatibus*, Vender for. Item prætexto, Skiuder for. *Nomen doctiſſimi hominis immanibus tuis moribus prætendis.* Sic *prætendere legem.* Item exhibeo. Ut *efferrentem ſe prætendit*, Lader ſig ſee.

Prætentura, ræ, f. pr. Ammiano, pro caſtris quibusdam, vel ſtatione, quæ prætenditur hoſtibus.

Protendo, is, porrò & ultra tendo, Strecker for vd. *Nanti manum protende. Inter digitos medius longiſſimè* proten-

protenditur. Protendere haſtam, Bolde Spiud frem/ ſticke vd for ſig. Et translatè, *protendere comitia in aliud tempus,* eſt proferre & differre.

Protentus, a, um, quod protendimus. Ut, *temo protentus in octo pedes haſtæ protentæ,* Vdract.

Retendo, is, Ovid. tenſum non tenſum facio & laxo, Spænder aff/ ſpænder løß. *Retendit arcum.*

Retentus, a, um, quod retendimus, Spændt aff/ ſpændt løß. *Retenti arcus.*

Subtendo, is, ſubtus extendo. Ut, *lectus loris ſubtentus.*

Subtentus lectus, qui funibus ſubtenditur, eratq; ſervilis.

Suſtendo, Sall. decipiendi gratia ſubdo aliquid aut machinor. Ut, *ſuſtendit inſidias militi.*

Tranſenna, æ, f. pr. q. tranſtenna, q. d. Tuærrecke. Feneſtra cancellata per quam tranſeuntes ſtrictim aſpicimus, à trans & tendo: vel à tranſeo, quod conſtet lignis tranſverſim compoſitis & ſe invicem tranſeuntibus, Træl Vindue. Item machina ex funiculis cancellatim tentis & invicem ſibi tranſeuntibus ad capiendas aves, Fuglgarn. Iſidoro etiam pars navis eſt, & funis extentus & trajectus. Sive quod invicem trajecti ſint funes, ſive quod per eos trajiciant: quale illud reticulatum genus ſupra foros navium, ſupra quod itur, Bovenet/ i. e. ſuperius rete. Sic antenna de quo ſupra in Ante.

TENEBRÆ, arum, f. pr. plur. pr. corr. privatio lucis, quâ involvuntur & tenentur oculi, ne videant, à teneo deductâ voce, Mørcke/ Mørckhed. *Pedem in tenebris offendit.* Et translatè rei cujusq; obſcuritas. Ut, *in tenebris jacerent omnia, niſi literarum lux accederet. vitam in tenebris trahebat.*

Tenebris, ablat. adverbialiter poſitus, quemadmodum veſperi & luce. Ut, *tenebris non tundam, ſed luce,* I mørcke / eller om Natten.

Tenebricoſus, a, um, pro obſcurus. Ut *tenebricoſa popina. tenebricoſæ libidines. tenebricoſiſſimum tempus.*

Tenebricor & tenebreſco, ἀδηλέω.

Tenebricus, a, um, tenebris offuſus. Ut, *tenebricum Tartari rete,* i. e. mors vel infernus.

Tenebrio, onis, m. t. qui mendaciis & aſtutiis ſuis quaſdam q. tenebras offundit, Bedrager.

Tenebroſus, a, um, tenebris plenum. Ut, *tenebroſus locus. tenebroſa Acherontis palus,* Mørck.

Compoſita.

Contenebreſcit aër, Auguſt.

Contenebro, as, n. pr. Varron. pro adveſperaſco, Affte nis/ vorder mørck.

TENEO, es, nui, tentum, act. ſ. pr. corr. firmiter & niſu quodam apprehenſum aliquid gero, ejusdem originis cum tendo, à τείνω tendo. Vel immediatè à τένων, i. e. muſculi cujusq; fibræ & extremitas motui voluntario inſerviens, cujus beneficio hæc actio peragitur, Holder. *In manu poculum tenebat: Ille tenens baculum dextra clavumq; ſiniſtra.* Et translatè ad animum pro memini. Ut, *verba illa teneo. ſic memoria hoc teneo. teneo hoc melius, quam nomen meum.* Ponitur & pro poſſideo. Ut, *ima hujus gurgitis tenet. multa dotibus*

tenentur. Item habeo. Ut *Tulliam adhuc mecum teneo,* Haffuer eller holder hoff mig. Sic *tenere exercitum, fiduciam.* Item includo. Ut *intra ſæpes omne pecus tenendum.* Item tego. Ut, *obducto tenet omnia luto.* Item retineo. Ut, *tenere ſenatum, faſces, lictum.* Item aſtringo, obſtringo. Ut, *tenetur legibus.* Et *tenetur in manifeſto furto.* Item potior, occupo, guberno. *Tenere provinciam, civitatem, terram.* Et *tenere templum armatis hominibus,* Haffue inde. Item agnoſco, aſſequor, intelligo. Ut, *hoc animo teneo. teneo voluntatem ejus. cauſam reipublicæ non tenes,* Forſtaar/begriber oc veed. Item præbendo. Ut, *teneo occaſionem, ſpem victoriæ.* Item contineo me & abſtineo ratione moderationis Ut, *ab ea haſta agre ſe tenuit. non ſe tenuit quin contra Doctorem ſuum ſcriberet. religione tenetur,* Holdis tilbage. Item contineo ratione loci & cuſtodiæ. Ut, *oppido ſe tenet. domi aut domo ſe tenet.* Item evinco, convinco. Ut, *tenetur jam avaritia & cupiditas hominis. certis teſtibus tenetur audacia ejus. nullo argumento crimen Cruentianæ pecuniæ tenetur.* Item detineo ratione loci. Ut, *tenuit me Romæ Tullia mea partus. nos ibidem tenuit ventus.* Item obtundo ratione verborum. Ut, *non tenebo te pluribus.* Item moveo, afficio. Ut *tenet me abſditas, error & miſerabilis ignoratio veri.* Item aſſero. Ut, *illud arctè teneo.* Et *hoc interea tenebo,* i. e. diſputabo. Item ſuſtento. Ut, *homines & beſtiæ calore tenentur.* Item obtineo. Ut, *colloquium hoc non tenuit fidem.* Item alo, paſco, irretio. *Oculi picturâ tenentur. populus concionibus tenetur.* Item valeo, vigeo. Ut *terra tenetur naturâ & viget.* Item circumvallo, circumvenio, Ut, *tenemur undiq;.* Item ſervo. Ut, *tenere ordinem. tenere ſtabilem ſententiam. tenere modum.* Item dirigo. Ut, *navigare & curſum tenere.* Item faveo. Ut, *diligenter regem tenent.* Item arceo, cohibeo, fræno. Ut, *ſomnum vix teneo. riſum teneo.* Item ſubeo, intro. Ut, *tenere portum.* Item adeo. Ut, *tenere illas partes,* pro illac iter facere. Item fungor. Ut, *tenere ſuum munus.* Item confirmo, conſolor. Ut, *ſermone tuo me tenuiſti.* Item cuſtodio. Ut, *miles locum tenebat.* Item impedio. Ut, *tenuit te dolor. tenuit te impeditum. Tenere ſuavium* eſt ſuavium accipere, Holde en en fyß. Item vinco, habeo. Ut, *ſi rectè concluſerit, tenso: ſi vicit iosè Diogenes minam reddet.* Item rego. Ut, *domus ab eo Domino tenebatur.* Item certo habeo. Ut, *tenere aliquid firmum,* i. e. pro certo habere. Item præhendo vi, aſtu. *Hic te teneo.* Item ago, vexo. *Italia tota armis præſidiisq; tenetur.* Item ſector, ſequor. Ut, *nos non tenebimus judicia diutius.* Item reddo, facio. *Attentum te teneo.* Item moror, diſtineo. *Non diutius te teneam.* Item ſupprimo, comprimo. *Tenere dolorem: tenere compreſſum frumentum.* Et *tenere lachrymas.* Item obſervo. *Teneri hoc facile poteſt.* Item moveo, afficio, impello. *Magna me ſpes tenet: ſpe tenetur.* Item duro. *Tenuit incendium per duas noctes. Tenere aliquem licinia,* Holde en i Klæderne. *Tenere venas cujusq; generis, hominum, ætatis, ordinis, &c.* i. e. uniuſcujusq; naturam pernoſcere & ingenium.

Tenax, acis, cior, ciſſimus, om. t. quod facilè, cupidè aut arctè tenet. Ut, *tenax glutinum, bitumen,* Benger vel ved/ klegt / klampt. Tenax memoria, Faſt. Et cum caſu, *homo veri tenax. tenax ſententiæ,* Holder hart ved. Item *morbus tenax.* Item *homo tenax,* pro parco, Karrig/ Paaholden / Gienholden/ Nidding. Item *tenaces herbæ Circes,* ſic dictæ, quod detinerent ſecum Ulyſſis ſocios.

Tenaci-

Tenaciter, adverb. modo tenaci. Ut *fortuna triſtis tenaciter urget miſeros.*

Tenacitas, atis, f. t. rei tenacis affectus & ratio, Karrigſkab. Tenacitas unguium, quâ ungues firmiter tenent. *Tenacitas hominis*, i. e. ſordes & intempeſtiva parſimonia.

Compoſita.

Abſtineo, es, n. ſ. ab re aliquid teneo, & q. tenendo amoveo, Holder fra. *Abſtinere manum. abſtinet imperio. abſtines me impudicis factis*, i. e arces & prohibes ab impudentia. *A ſe abſtinere manus*, i. e. non ſe jugulare vel necare. *Abſtinere maledicto, cibo, injuria. ab aliquo manus abſtinere. abſtinere à ſcelere. In hoſte abſtine.* Item, *abſtine iram.* Et imperſ. *ab inermi abſtinetur.*

Abſtentus, Juriſconſ. qui ab hæreditate abſtinuit. Item Cypriano idem, qui excommunicatus.

Abſtinens, tis, om. t. qui ab alieno & injuria abſtinet, & ſuis contentus eſt, Affholden. *Homo miriſicè abſtinens. Oculi, manus abſtinentes*, Reene Hænder.

Abſtinenter. Ut, *abſtinenter ſe gerit*, Affholden.

Abſtinentia, æ, f. pr. abſtinentis affectus & virtus, Affholdenhed. *Magna ei abſtinentia in Magiſtratu.*

Attineo, es, idem quod teneo. Ut, *ſenex in tonſtrina attinet cultros. eandem ante oculos attinet, teſtes vinctos attines.* Item neutraliter, ad alium q. teneo, Henhører. *Hoc ad te attinet. Hinc attinet dicere*, i. e. oportet. *Ea nihil attinent*, i. e. nihil ad rem. Et cum caſu: *Neminem attinet*, Kommer ingen ved.

Contineo, es, idem quod teneo. Ut, *contine quæſo caput.* Et translatè *Rempublicam continet fides*, Holder Menigheden ſammen. Item concludo, complector, Holder inde/ indelucker. *Continere flubium alveo ſuo. Continere belvas ſeptis. Urbs continet homines. Continere ſe domi*, Holde ſig ſelff inde/hiemme. Et translatè, coërceo, cohibeo, Tæmmer / affholder. *Continere cupiditates.*

Continens, tis, nomen com. gen. qui ſe ab omni turpitudine continet, Affholden. Item in gen. fœm. terra, quæ non eſt inſula, Landfæſt / ubi & terra ſubintelligitur. Item in neut. apud Rhetoricos, firmamentum orationis, quod & Græca voce dicitur συνέχον. Item continens quod alicui adhæret, adjungitur, conjungitur, ſeu proximum eſt. Ut, *aër mari continens eſt. fundus hic antiquo ejus fundo continens*, Er neſt op til. Accipitur & pro continuo, i. e. ſine intermiſſione, Gandſke / jeffne. *Natio continens. Febris continens in ſanguinem diſcuſſa totum, cor ipſum, parteſq; omnes incendit*, Kaald Stuge ſpræd offuer alt Legemet. Apud Sveton. legitur *biduum continens*, pro duobus diebus continentibus, Stedze i tu Dage/ tu gandſke Dage / tu Dage effter hin anden.

Continenter, adverb. modo continenti ſeu continuo, Stedze *Continenter bellum gerunt.* Item cum continentia, Affholdeligen/ med affholdenhed. *Continenter vivit.*

Continentia, æ, f. pr. continentis affectus & modeſtia, Affholdenhed. *Continentia in victu.*

Contentus, a, um, nomen ex particip. ſignificans qui ſatis eſſe putat, q. continens, nec aliis inhians, aut quicquam ultra appetens, Er tilfreds / nøjes. *Sua ſorte contentus. parvo contentus.*

Continuus, a, um, ſine intervallo perpetuus, Gandſke/ heel / varende. *Continui anni, continuum triduum. continua oratio. continuus clamor. Febris continua & continuata*, Stedzvaarende Kaaldſiuge.

Continuò, adverb. ſine mora, ſtatim, Straxen. *Continuò accurrit ad me.*

Continuo, as, perago, continuum facio, Holder vd/ holder ved lige/ holder frem. *Continuare iter. continuare ſermonem, perpotationem.*

Continuatio, onis, quâ quid continuatur. Ut, *continuatio rerum.*

Continuitas, apud Plin. & Colum. pro continuatione.

Continuatus, a, um, quod continuavimus, Holt frem/ holt ved lige / holt vd. *Res eſt iterata & continuata. continuatum imperium. ager continuatus.*

Incontinens, om. t. non continens, Løſactig/offuerdadig/ ſom haffuer ingen hold paa ſig ſelff. *Homo incontinens. Lingua incontinens.* Item Sen. *Homo ſui incontinens.* Item Plin. valdè continens, ſeu quod fideliter ſibi commiſſum continet. Ut, *incontinens uterus urinam genitalem redat.*

Incontinenter, modo incontinenti, Løſactigen/ offuerdadigen. *Incontinenter facis.*

Incontinentia, æ, f. pr. incontinentis vitium & affectus, Løſactighed / offuerdadighed. Item Plin. *Incontinentia urinæ* dicitur, cum animal ex imbecillitate urinam malè retinet.

Detineo, es, q. tenendo remoror, Opholder/fortoffuer. *Te detineo, tu profecturus aliò fueras.* Et translatè occupo. Ut, *me detinet morbus, detinet ambitio. in alieno negotio detineor.*

Diſtineo, es, variis modis teneo, ſeu diverſis rebus negotiisq;, Faar at tage vaare / holder til at beſtille. *Nobis jam legibus diſtinemur.* Et translatè, occupo, Indtager / Beſidder. *Mare terrarum oras diſtinet.*

Obtineo, es, contra alium intendentem aliquid aſſequor aut vinco, Vaaer oc faaer. *Verres totam inſulam obtinebat. litem aut obtinebat, aut amittebat.* Item ſimpliciter teneo, Haffuer oc beſidder. *Suam quisq; domum tum obtinebat. hunc locum tum temporis apud Cæſarem obtinebat.* Item conſervo, Forvarer oc beholder. *Priſtinam dignitatem obtinet. obtinemus ſummam Cæſaris humanitatem erga nos.* Item idem quod ſuſtineo, Staar For. *Accuſatoris partes obtinet.*

Obtentus, a, um, quod obtinuimus, Vaaed/faaed. *Quæ voluimus, obtenta non ſunt.*

Pertineo, es, q. ſine intermiſſione, aut ad finem usq; teneo: ſignificatq; permano, pertendo, permeo, Henger til / gaar ſlet ind til / ſtrecker hen til. *Ex oppido pons ad Helvetios pertinet. cloaca ex ædibus ejus in tuas pertinet ædes. aſpera arteria ad pulmones pertinet. via quædam ad jecur pertinent*, Gaar til. *Vis cæleſtis ad eos, qui in terris gignuntur, pertinet.* Sic *pertinens vis per totum corpus, in omne corpus, omni corpore, ad omne corpus.*

Item

Item pertineò, pro attineo & specto, Den hører/ hen seer. *Hæc ad te pertinent. Ad dicendum pertinent. Summa illuc pertinet, ut sciatis &c.* Item pertinet pro refert, Vedkommer. *Uxor tua Mæcha est: hoc ad te pertinet. Ad rem hoc pertinet,* pro non est alienum à re.

Pertinax, acis, om. t. propriè valdè tenax, Megit gien holden/ paaholden. *Pater non tenax tantum, sed & pertinax.* Inde qui actionis suæ aut sententiæ tenax est, nec à proposito se amoveri patitur, Tryckhaard/ Tryckhals. *Homo pertinax & litigiosus. Oratio pertinax. sermo pertinax. pertinax virtus, bonitas, odium, pietas,* Som holder hart ved. *Color pertinax,* Sterck/fastvarende farffue. *Pertinax certamen, durum & difficile, pertinax in differendo.*

Pertinaciter, modo pertinaci, Haardtryckeligen. *Pertinaciter repugnat.*

Pertinacia, æ, f. pr. pertinacis affectus, Haardtryckenhed. In utramq; partem, bonam & malam. Ut, *patientia & pertinacia hostis animi suorum frangunt.*

Retineo, es, nimis teneo & q. retrò ne procurrat, Holder tilbage/ forholder. *Piscis retinetur ab hamo. hominem retinebat. Retine me ne cadam.* Inde cohibeo, coërceo. Ut, *pudore ac liberalitate liberos retinere satius est, quàm metu,* Holde i tuang/ holde i tøffle. Item simpliciter teneo, vel arctè teneo. Ut, *arcum manu retinebat,* Holte fast. Sic *retinere officium,* Bliffue fast ved sit kald/ beholde.

Retentio, onis, retinendi actus. Ut, *retentio assensionis,* Tilbage hold/ tilbage holden.

Retentus, a, um, quod retinuimus, Beholt. *Jus augurum Reipublicæ causa retentum. studia retenta animo, remissa temporibus. retenta de re sententia. retentus sum ab eo in isto loco,* Forholt.

Retentò, as, sæpè retineo. Ut, *cur me retentas?* Item iterum tento, Forsøger igien. *Retentabo dicere.*

Retinaculum, n. s. instrumentum, quo aliquid retinetur. Ut, *retinaculum vitis,* pro vimine quo ligatur, Vidie / eller baand mand binder noget op med i hæffuer. *Retinaculum navis,* pro fune, qui navem in alto aut vado sistit, Ancker toffue. *Retinaculum equi,* pro habena, vel habenæ loro, Heste tømme.

Retinens, om. t. qui retinet, Vedholdende. *Juris & dignitatis retinens homo. proprietatum in verbis retinentissimus.*

Sustineo, es, labentem excipio & retineo, q. sursum teneo, Holder op. *Vineæ sine adminiculis se ipsæ sustinent. Tegumentum hoc sustine.* Et translatè, *mundi partes sustinentur calore. Alitur & sustinetur agris, sustinere magnitudinem currus, equos imperii, dignitatem Reipubl.* Et *sustinere culpam alicujus rei,* i. e. suscipere. *Corpore vix sustineo gravitatem cœli hujus.* Item duro, perfero & tolero. Ut, *dolores sustinere non possum. Nemo ejus potentiam sustinere potest?* Item suscipio, Tager paa sig. *Maximam curam sollicitudinemq; sustineo: officium sustinet.* Item à quacunq; re & actione retineo me & abstineo. *Sustinet se à respondendo, ab assensu,* Holder sig tilbage. Item *non sustineo hujus rei judicium differre,* i. e. non audeo, nequeo. *Auctoritate tua te sustine,* i. e. tuere. Sic *sustinere personam, dignitatem &c.* Item com. pesco, cohibeo. Ut, *multitudinem sustinere non potest.* Item differo, *rem suam in noctem sustinere,* Holder op til Natten Item reprimo. Ut, *gradum sustinet. sustinere manum* dicitur Deus, cum retrahit se ab agendo.

Sustento, as, multum vel valdè aut diu sustineo. Ut, *fratrem, mentem sustentat dextrâ,* Opholder. Et translatè *spes hominum mentes sustentat. Laborem spe otii sustentat,* i. e. tolerat, Bær. Sic *sustentare se,* est fortem animum in rebus adversis gerere. Item *solus omnem sustentat familiam,* i. e. alit. *Sustentare suos casus opibus alienis. sustentare ac tueri valetudinis imbecillitatem. Conscientia præclara sustentatur.* Et impersou. *ægrè eo die sustentatum est.* Sic, *valuistine usq;? Resp. Sustentatum est.*

Sustentaculum, n. s. quo aliquid sustentatur.

Sustentatio, onis, sustentandi actus. Et inter alia dilatatio, Forhalelse. *Aliquam habet moram & sustentationem.*

Sustentatus, a, um, quod sustentavimus. Ut, *Respublica mea laboribus sustentata.*

Susterna, æ, f. pr. pars abietis superior & nodosa à sustinendis ramis sic dicta. Aliter legitur Fusterna. Vide supra in Fustis.

Transtineo, es, Plaut. ultra teneo, vel transversum teneo. Ut, *commeatus transtinet trans parietem:* Translata significatione, à tignis, quæ duos parietes transtinent & continent.

Alia Composita.

Anguitenens, signum cœleste, Græca voce, Ophiuchus.

Arcitenens, tis, om. t. Epitheton Apollinis, ab arcu tenendo, quod semper cum arcu & pharetra pingeretur.

Armitenens, arma tenens.

TENER, ra, rum, rior, rimus, pr. corr. quod est continua raritate & levitate lubricum, facileq; atteritur, mollitur & domatur, à τήκω, ejusdem significationis, Spæ/ Spæt/ Klein. Diciturq; propriè de corpore. Inde translatè de aliis. Ut, *tener puer, tenera ætas, teneri anni,* Ungdoms Aar. *Tenerum corpus, continua lævitate lubricum,* Slæt. *Tener animus. tener fœtus. teneræ frondes: tenera prata.* Aliter à tenuis.

Tenerè, modo tenero. Ut, *cortex tenerrimè deraſus,* Gandske smaa reffuen/ tynd skrabet.

Teneriter, antiquè idem.

Tenellulus, a, um, deminitivum substantiæ. Item blandientis.

Tenellus, a, um, idem concisum à tenellulus.

Teneraſco, is, sive tenereſco, tener fio. Unde translatè, *tenereſcunt acini,* i. e. miteſcunt. *Tenereſcit animus,* i. e. misericordiâ movetur.

Teneritas, atis, f. t. Cic. teneræ rei affectio & ratio, Kleinhed / Spædhed. *Teneritas fœtus.*

Teneritudo, inis, f. t. Varroni idem.

Compos.

Prætener, a, um, Plin. valde tener.

TENOR, oris, m. t. pr. corr. rei q. tensæ ratio, cursus & progressus æquabilis sine intermissione aut diverticulo, à τόν Ω, ejusdem significationis; vel immediatè à τείνω, tendo, Jeffne hold/ stemme oc jeffne lund. *Hinc mundi tenor fuit ab initio. tenor morum. tenor dicendi aut in dicendo. tenor pugnæ.*

TENTO, as, act. pr. arctè & q. multum teneo vel attrecto, forma frequentativa à teneo, tentum, Holder fast/ eller handler oc famler. *Tentat rem manibus.*

Sic

Sic pro tango. Ut *flumen hoc ita frigidum eſt, ut vix pede id tentare poſſim.* Item cum ſenſu experiendi aliquid. Ut, *hæc loca avibus fœminarum tentenda*, i. e. cognoſcenda an ova habeant. Inde ſimpliciter, quocunq; modo rei periculum facio, Friſter/ forſøger. *Tentare volui, poſſent ne ita dici ut probarentur. tentare mentem, ſententiam alicujus. Et tento te, quo animo excipias.* Item *tentare pudicitiam alicujus.* Item judices & judicium, eſt affectando corrumpere prece aut pretio, Staar effter/ er omborde til at bedrage oc krencke / anmoder om noget/ anfecter. *Vinum tentat greſſus, debilitatq; pedes.* Et paſs. *tentatur morbo*, q. d. multum tenetur, i. e. affligitur. Item *ſummæ Reipublicæ in hujus periculo tentatur*, Der gaaes om Menigheden / at Menigheden er i fare. Aliter à τηταω, quæro tento.

Tentabundus, a, um, nunc hoc nunc illud tentans, Fór ſøger baade det ene oc det andet. *Miles tentabundus de rupe ſe demiſit.*

Tentatio, onis, tentandi actus, quo ſcil. quis tentatur & affligitur. Ut, *tentatio perſeverantiæ*, qua tentatur & de ea periculum fit, Friſten/ Anmoding/ Forſøgelſe. *Valetudo à veteri morbo & nobis tentationibus confirmata*, quibus ſcil. tentabatur, afficitur & affligitur valetudo, Friſtelſe/ Anfectning.

Tentator, oris, m. t. qui tentat & affectat. Ut, *tentator virginis.*

Tentatus, a, um, quod tentavimus, Forſøgt/ Friſtet/ Anmodet. *Omnia à me tentata ſunt in his rebus evertendis. tentata eſt unius hominis ſenectus, infirmitas, ſolitudo: animi ſervorum ſpe & metu tentati. domus ſcelere tentata*, i. e. vexata. Sic *aures nefario verbo tentatæ.*

Compoſita.

Attento, as, idem quod tento, vel diligenter tento: inſidioſè tectèq; aggredior, Forſøger/ Angaar / Angriffuer. *Attentare amicos & inimicos. inſidias orationis compoſitæ attentare fidem auditoris. ſcelerata manu urbs attentatur*, i. e. invaditur.

Attentatus, a, um, quod attentavimus. Ut, *melius eſt præterire, quam attentatum deſerere. ſenſit ſuam claſſem attentatam magno ſuo periculo.*

Intento, as, q. tentando aliquem aggredior: vel ſimpliciter ab intendo, quia dicimus *intendere alicui arma, certamen, litem.* q. intento, i. e. ſæpius alicui aliquid intendo. Et per conſequens, ſeu ex adjuncto, comminor, Byder en trodz / truer / giffuer an / forſøger hvad en formaar / Byder en nögit ſaadant. *Intentare alicui arma intentare ſicam. intentare mortem. intentare certamen.* Et *intentare manus alicui*, pro injicere, Tager fat paa en / eller vil tage fat paa en/ Byder ſig til at tage fat paa en.

Intentatus, a, um, quod intentavimus, Angreben/ buden it pudz / truet. *Gladiis intentati plagiq, & vulnerati quidam necatiq.* Item non tentatus, vforſøgt/ det mand icke haffuer forſøgt. *Amicus nobis & intentatus. Sors rerum intentata. Nihil intentatum reliquit*, Hand forſøgte alting.

Obtento, as, pro teneo. Ut, *ſpes quædam me obtentabat*, pro obtinebat me, Beſad mig/ haffde mig der.

Pertento, as, tentando expiſcor, Friſter / Forſøger. *Simulabi ut vos pertentarem.* Item valde tento, Forſøger. *Pertentant gaudia pectus. Pertentat tremor equorum corpora*, i. e. corripit, Betager. Sic *gaudia pertentant mentem: venenum pertentat ſenſus.*

Prætento, as, prius tento, Føl effter oc for / ſøger for/for til: Aut leviter, aut ſedulo tento. Ut, *prætentare pedibus iter. prætentare digitis chordas.* Et *oratione prætentare miſericordiam judicis. Prætentare ſinum alicujus*, eſt excutere & ſcrutari quid in ſinu geſtet, Lede oc ſøge. Sic *prætentare lectum, ſtragula, culcitas.*

Prætentatus, a, um, quod prætentavimus, Forſøgt tilforn. *Tota cauſa prætentata atq; perſpecta.*

Prætentatus, us, m. q. prætentandi actus. Ut *Binæ cornicula cochleis oculorum vicem prætentatu adimplent.*

Subtento, as, Plaut. idem quod tento.

TENUIS, e, ior, iſſimus, om. t. pr. corr. cujus partes diſtracte cohærent, à τείνω tendo, q. quod ſui tenſione exilius factum eſt, Tynd / ſmaat / ſmalt / fleint. *Tenuis membrana. tenue filum. inteſtinum tenue*, Tyndtarm/ ſmaatarm. Græca voce ileon. Et translatè vilis, Ringe. *Tenuis cauſa, auctoritas, patrimonium, Reſpubl., ſermo, pecunia, victus, amictus. Tenuis ordo*, ratione dignitatis. *Tenuis homo*, conditione ſcilicet ſtatu aut facultatibus. Ponitur & pro ſubtili & puro. Ut, *cælum tenue. aër tenuis.* Et *pluvia tenuis*, Støffregn. Sic *tenuis & acuta diſtinctio*, i. e. ſubtilis & acer. *Tenuis argilla*, i. e. in fœcunda. *Tenuis Lagæos*, i. e. vehemens. Item *tenuiores* dicuntur qui ſunt pauperiores.

Tenuiculus, a, um, aliquo modo tenuis. Ut, *apparatus tenuiculus.*

Tenuiter, iùs, iſſimè, modo tenui. Ut, *tenuiter diſſerit*, i. e. preſsè & anguſtè, *tenuiter hæc omnia tractantur*, i. e. accuratè. *Tenuiter & nugatoriè reſpondet*, i. e. ineptè.

Tenuitas, atis, f. t. tenuis rei affectus. Ut, *tenuitas valetudinis*, Ringhed. *Tenuitas animi*, i. e. elegantia & ſubtilitas. *Tenuitas hominis*, i. e paupertas.

Tenuo, as, act. pr. tenue reddo. Ut, *vigiliæ tenuant corpora*, Smaller/ tynder/ formindſker. *Vomer tenuatur uſu*, Tynd ſlidis.

Tenuatus, a, um, quod tenuavimus. Ut, *tenuatum corpus. tenuata vox*, Giort klein oc tynd.

Compoſita.

Attenuo, as, Ovid. tenuiorem facio & minuo, Formindſker. *Attenuare ſuas curas.*

Attenuatio, onis, attenuandi actus. Ut, *attenuatio ſuſpicionis.*

Attenuatus, a, um, quod attenuavimus, Formindſket. *Bellum attenuatum.* Et *attenuata oratio nimia religione*, i. e. humilis & exilis.

Attenuatè, Cic. pro jejunè. Ut, *attenuatè preſſeq; dicit.*

Inattenuatus, a, um, q. non attenuatus, vformindſket/ heel oc holden.

Extenuo, as, valdè tenue facio, Giør ſmalt / ſmaat/ tynd. *Cibum dentibus extenuat.* Et translatè, *verbis cauſam extenuat*, Forringer / giør en Sag mindre end den er. Sic *extenuare moleſtias.*

Extenuatio, onis, extenuandi actus, Forringelſe.

Extenuatus, a, um, quod extenuavimus. Et amiſſo tempore, *extenuatus aër*, Tynd vær eller lufft. *Copiæ extenuatiſſimæ*, Saare ringe/ liden.

Pertenuis, e, om. t. valdè tenuè. Ut, *laminæ pertenues. ſpes ſalutis pertenuis. pertenue rerum harum diſcrimen.*

Prætenuis, e, valdè tenuis. Ut, *fila prætenuia. pons prætenuis.*

Subtenuis, aliquantum tenuis. Ut, *ſubtenues ſetæ.*

TENUS, us, m. q. Plaut. pertica seu paxillus vel laqueus in tendicula, & muscipula, à τείνω, quod tendatur aut teneatur, Stilling eller Rendesnare. Exponitur & finis. Item pluraliter tenus, duo extrema arcus cornua. Legitur & tenum, gen. neut.

Tenno, nis, act. t. veteribus verbo aucupali, tenum & perticam pono, compono, Stiller.

Compositum.

Distenno, is, act. t. diversum tenno. Ut, *distennere hominem*, Stille hannem op som en pind / strecke stiff op. Est ad modum teni hominem distennere. Aliter legitur distendite.

TENUS, pr. corr. Præpos. significans q. tentionem rei ad aliquid, h. e. usq; ad, non longius, à τείνω tendo, Ret til / did til. Et quidem præcisè ad rem, non ultra. *Hinc titulo tenus Consul. capulo tenus abdidit ensem. summo tenus attigit ore. mento tenus. virgo pulcra pube tenus. Pectoribusq; tenus molles erectus in auras. Pectoribusq; tenus media sublimis in æde.* Item *crurum tenus à mento palearia pendent.* Sic *Cumarum tenus.* Item *Tanaim tenus immenso descendit ab Euro.* Item sine casu: *Est quodam prodire tenus*, i. e. ad aliquam metam, si non ultra.

Composita.

Eatenus, adverb. q. tenus ea, Saa vit. *Dii eatenus nobis declarantur, quo ipsi volunt.*

Hactenus, adverb. q. tenus hac, metam significans vel loci vel temporis, Hid indtil / Her til. *Hactenus dixi de amicitia.* Et per tmesin: *hac celebrata tenus: Hac Trojana tenus.*

Protinus, sive protenus, adverb. continuationis & ordinis, pro deinceps, q. porro tenus, Alt frem / fremdes lis / fremmi. *Protinus aërii mellis cœlestia dona exsequar.* Item instantis temporis, pro statim, Straxen *Protinus ad regem cursum detorquet Larbam. Protinus pergit Romam.* Item jugiter & continuo, Stedze. *Lacus protinus stagnans.* Item omninò, Aldeles. *Cum protinus utraq; tellus una foret.* Item simul, Tillige. *Quin protinus omnem perlegerent oculis.* Item à principio. Ut, *aliquæ febres protinus à calore incipiunt.* Item interdum est loci, q. valdè procul. Ut, *en ipse capellas, protinus æger ago.*

Protinam, antiquis, idem.

Quadantenus, Plin. pro quadam ex parte, vel aliquantum, Noget / nogen maade / eller nogen part. *Quadantenus rubens est.*

Quatenus, & antiquè, quatenos, adverb. significans tenus quà, Huor vitt. *Videndum quatenus amicitiæ tribuendum sit.* Interdum significat, qua parte, qua ex parte, qua in parte, Huor paa / paa huad side. *Animadvertendum est etiam quatenus sermo delectationem habeat.* Ponitur & pro ut, sive hoc sine. Ut, *verberabi filium quatenus sit bonus.*, Paa det / i den mening. Item pro quomodo. Ut, *quanto terrori Dæmonibus sit crucis signum, sciet qui viderit quatenus adjurati per Christum, de corporibus, quæ obsederint, fugient.*

Quatinus, pro quoniam, quia, Fordi. *Quatinus negatur nobis diu vivere, relinquamus aliquid, quò nos vixisse testemur. Quatinus hîc non sunt venales elephanti.*

TEPEO, es, n. s. pr. corr. non pleno sive adulto igne, sed fumo tantum, qui adultum ignem præcedit, initia caloris sentio, vel edito fumo initia caloris ostendo à τύφομαι, fumo excitor, seu fumigo & incendor, q. tepheo, Er luncken. *Tepet aqua. tepet aura. tepet sol.*

Tepesco, n. t. tepidus fio. Ut, *ventis agitata maria tepescunt.* Et per auxesin; *ferrum in pulmone tepescit.* Item translatè *tepescunt mentes*, scil. remisso iræ calore.

Tepiarium, n. s. locus in balneis, in quo tepida aqua lavabantur.

Tepidus, a, um, quod tepet, Luncken. *Aqua tepida.* Ponitur & pro calido. Ut, *ignes tepidi, sol tepidus, tepidum ahenum, tepidus cruor. Tepidum cicer*, i. e. coctum. Item pro frigido. Ut, *hic homo factus est tepidior*, i. e. frigidior, segnior.

Tepidulus, a, um, aliquantum tepidus.

Tepido, as, Plin. act. pr. tepida aqua irrigo.

Tepor, oris, m. t. tepidi affectio & ratio, Luncken hed. *Tepor cœli. quæ neq; dant flammas, leniq; tepore cremantur.*

Tepоro, as, Plin. tepidum facio. Unde *fragmenta teporata agglutinantur.*

Composita.

Intepeo, es, n. s. idem quod tepeo, seu multum tepeo. Ut, *lacus æstivis intepet Umber aquis. Variæ ramis intepuere comæ.*

Prætepeo, es, ante vel prius tepeo. Ut, *facilis esses, si prætepuisset amor tuus.*

TEREBINTHUS, thi, f. s. τερέβινθος, nomen arboris, Terpentin Træ.

Terebinthinus, a, um, quod est ex terebintho. Et absolutè terebinthina, pro resina ex terebintho, Terpentin.

TEREBRA, æ, f. pr. pr. corr. instrumentum quo ligna perforamus, à tero, ut, τρέτρον ejusdem significationis à τίρω, Bore / Naffr.

Terebellum, n. s. parva terebra, Spægerbor / Frit. Item instrumentum Chirurgorum, quo fracta cranii ossa eximuntur.

Terebro, as, act. pr. terebrâ perforo, Border / Borer. *Terebrare lignum.* Et translatè, *terebrare animum alicujus blanditiis. Terebrare digito salinum*, pro delingere salem.

Terebratio, onis, tenebrandi actus, Boren.

Tenebratus, a, um, quod tenebravimus, Bordet. *Tenebratum lignum.*

Composita.

Exterebro, as, act. pr. terebrando extraho, Vdborer. *Exterebrare aurum, lignum.* Et translatè extorqueo, Affruinger. *Nunquam exterebrabis tu, ut priore sis loco.* Item perquiro seu perscrutor. Ut, *artes exterebrat*, Vdfritter oc randsager.

Perterebro, as, terebra perforo, Giennem borer. *Statuam perterebravit.*

TERES, etis, om. t. pr. corr. quod est oblonga rotunditate, à tero, quòd ejus anguli tornio q. detriti videantur, aut à τερέω, tornor; unde κυκλοτερής, rotundus, teres, Langledz trind: Quales scilicet sunt asseres natura. Hinc *lignum teres, oliva teres, gemma teres, colum teres. Digiti teretes.* Et translatè, *homo teres atq; rotundus*, i. e. æqualis & in se constans, totus in se conversus

verſus & exſe pendens, non è fortuna, nec foras ſpectans & vergens. Sic *plena & teres oratio*, i. e. æqualis. Et *teretes aures*, i. e. acres, Skarphørende.

TERGEO, es, act. ſ. & tergo, is, ſi, ſum, & antiquis tertum, act. t. propriè humorem ſive ſordidum humorem rei eximo, aufero: ſeu ab humore libero, à τέρσω arefacio, ſicco. Inde ſignificat terendo nitidum facio, Viſker / ſtryger / tører. *Tergent vaſa, arma, corpus, manus. Qui tergunt, qui ungunt, qui verrunt. lacrymantia terſit lumina.*

Tertus, a, um, antiquè pro deterſus. Ut, *terta nitet galea. ſervuli terti atq; unctuli.*

Compoſita.

Abſtergeo, es, Plaut. tergendo aufero, Afftører / affſtryger. *Abſtergere dolorem, moleſtiam, metum, luctum, epiſtola, oratione, ſententus. Abſtergere lachrymas.*

Abſtergo, is, act. t. idem. Ut, *abſtergere cruorem*, Tører aff / afftører e ler affviſker. Et translatè ad animum; *abſtergere ægritudinem*, i. e. tollere.

Abſtergens, quod abluit. Et translatè, quod removet, arcet, ſedat.

Abſterſus, a, um, quod abſterſimus, Afftøret / affſtroggen. *Abſterſa fuligo. abſterſa caligo* de re inficiente.

Detergeo, es, & Detergo, in tertia ſi, ſum, act. multum & accuratè tergeo, Stryger reent *Menſam deterget.* Item ſordes tergendo aufero, Fejer eller ſtryger ſkarn bort. *Spurcitias, ſordes deterget.* Et *detergere palmites*, pro ſupervacuos decerpere, Affſnippe / renſe. Item *detergere remos*, h. e. confringere in concurſu ſcilicet navium, Bryde eller ſlide Aarer. Et ut loquimur, Feje dem paa hin anden.

Extergo, is, & geo, es, Plaut. ſi, ſum, tergendo purgo, Afftører oc viſker. *Spongiâ, aquâ ſalem extergito.*

Exterſus, a, um, quod exterſimus, Afftøret / reengiort / affviſket / vdviſket / polirt. *Æs exterſum.*

Pertergeo, Lucret. idem quod prætergeo.

Pertergo, is, act. t. diligenter tergo. Ut, *ſpongia pertergere vaſa.*

Prætergeo, es, act. ſ. Lucr. pro præſtringo, prælambo, ſenſimq; pertranſeo. Ut *præterget pupillas, alq; ita tranſit.*

TERGUM, gi, n. t. tota poſterior pars corporis: ſic dictum, vel quòd vehendis oneribus teratur; vel quod in animalibus tergeatur & excolatur, Ryg *Vinxit poſt terga manus.* Et translatè, *tergum libri*, pro poſteriore parte chartæ vel membranæ. Item *tergum exercitus* pro parte poſteriore exercitus. Ponitur & aliquando pro tergore. Ut, *urbs taurino circumdata tergo.* Item pro ſcuto, quia ſcuta corio tegi ſolent. Ut, *tergo excutit haſtas.*

Tergus, oris, n. t. Corium & propriè craſſior illa pars, quâ tergum tegitur, Tiucke hud paa ryggen / Solelejr. *Duriſſimam dorſo tergus* Ponitur & pro tergo. Ut *ſervatoq; diu reſecat de tergore partem.*

Terginus, a, um, quod ex tergore conſtat. Ut *terginum lorum*, i. e. ſcutica è tergore animalis.

TERMES, etis, m. t. ramus cum fructu decerptus à τέρμις terminus, meta, quòd in diviſione agrorum ad-

tequam metæ ponerentur, figi ſoleret. Fuitq; propriè, ut volunt, Olivæ, ſicut palmes vitis. Sed & Gellio dicitur termes palmæ. Feſto autem ramus decerptus ex arbore, nec foliis repletus, nec nimis glaber.

TERMES, itis, ſive tarmes, m. t. Sipentino vermiculus ligna exedens, à tero q. terens, Orm i Træ. Apud Iſid. termites dicuntur vermiculi, quos tempore importuno cæſæ arbores gignunt. Legitur & apud eundem Tarmus ſive termus: exponiturq; vermis lardi, Fleſk Madicke.

TERMINUS, ni, m. ſ. ſignum quod agrum ab agro dividit, à τέρμων, τέρμηρ, ejusdem ſignificationis, Skælſteen / Skælpæl. Inde ipſa limitatio, Skæl. Et translatè, quivis rei finis, Ende. *Ætatum certus eſt terminus, ubi anguſtus terminus, termini artis.* Terminus etiam antiquis Deus habebatur, in cujus tutela fines agrorum eſſe exiſtimabant.

Terminalia, orum, n. plur. feſti dies in honorem Termini Dei celebrari ſoliti, menſe Februario ad Octavum Calend. Martias.

Termino, as, act. pr. termino circumſcribo & definio, Sætter maal oc ende / ender. *Cœli regionibus terminabat imperium. Epicurus putat privatione doloris terminari ſummam voluptatem. Clauſulam terminat longâ ſyllabâ. Terminare vitam*, eſt finire. *Terminare ſententiam*, eſt abſolvere. *Unde eſt orſa, in eodem terminatur oratio.*

Terminatio, onis, terminandi actus, ſive terminati affectio & ratio, Enden / endelſe. *Terminatio aurium.*

Terminatus, a, um, quod terminavimus. Ut, *terminatus ager. annuum imperium terminatum. Oratio terminata*, i. e. concluſa. *Divitiæ terminatæ*, i. e. circumſcriptæ.

Termo, onis, veteribus idem quod terminus.

Compoſita.

Amtermini, qui circa terminos provinciæ manent.

Antermini, qui circum terminos provinciæ habitant.

Conterminus, terminos cum alio habens, finitimus, Grande / Naboe. Et adjectivè, conterminus, a, um, Hart hoſſ / neſt hoſſ. *Gens Indis contermina. ſtabulà ripæ contermina.*

Determino, as, act. pr. idem quod termino, ſeu terminis deſigno, Sætter maal / affmaaler. *Regiones, limites, confinia determinat.* Et translatè: *id quod dicit ſpiritu, non arte determinat*, i. e. definit, Beſkriffuer.

Determinandus, a, um, quod determinari debet. Ut, *veritas determinanda breviter*, Beſkriffuis.

Determinatio, onis, actus, quo aliquid determinatur, Affmaalelſe. *Determinatio mundi. determinatio orationis*, ſuis terminis & limitibus deſcripta.

Diſtermino, as, q. diverſas res termino, ſeu res diverſim termino, Sætter ſkæl imellom / oc ſtiller det ene fra der andet. *Arabia Judæam ab Ægypto diſterminat.*

Extermino, as, act. pr. q. extra terminos ejicio, Forjager / vddriffuer. *Urbe & ex communitate hominum hominem exterminavit. Ab urbe hoſtem exterminare*, i. e. fugare, & ejicere. Et translatè, *morbum medicamentis exterminat*, Bortdriffuer.

Exterminator, oris, m. t. qui exterminat, Forjager.

Exterminatus, a, um, quod exterminavimus, Bortdreffuen/ vddreffuen/ forjaget/ henjaget. *Rex regno, urbe exterminatus.* Et translatè, *Reſpubl. exterminata,* Forjaget oc til intet giort.

Interminatus, a, um, non terminatus, cui termini non ſunt dati, Som ey er nogen ende eller maal forſkreffuen. *Magnitudo Regionum interminata.*

Protermino, as, Apul. pro terminos produco. Ut, *fines usq; & usq; proterminaveris.*

TERO, ris, trivi, tritum, act. t. pr. corr. propriè radendo aliquid imminuo à τείρω ejusdem ſignificationis, Slider. *Lapis lapidem terit. manus labore teritur: frena dentibus equi teruntur.* Item in minutiſſimas partes frango, Smuler. *Terere aliquid in farinam,* Giøre ſmaat i meel. Item translatè, *terere tempus* eſt conſumere, Slider tiden. *Terere iter,* eſt ſæpius iter capere.

Strito, as, n. pr. antiquis ægrè iſto. Aliter legitur ſtricto à ſtringo: Aliter ſtructo à ſtruo, i. e. moveo.

Tritor, oris, m. t. qui aliquid terit. Ut, *tritor colorum,* Farffue ſtøder. *Tritor ſtimulorum,* qui aſſiduè vapulando ſtimulos tergo ſuo terit.

Tritus, a, um, quod trivimus, Slidt/ eller ſmaa ſtøt. *Trita lacerna. trita via,* Slagen vej. Sic *tritum proverbium,* multorum ſermone uſurpatum. *Verbum uſitatum & tritum,* Meget brugt/ brugeligt. *Tritas habere aures,* i. e. aſſvetas & eruditas, Brugt.

Trituro, as, act. pr. q. terendo frumenta decutio, Tærſker.

Trituratio, onis, triturandi actus, Tærſken.

Tritura, æ, f. pr. tempus triturationis, ſeu cum ipſum frumentum teritur.

Teredo, inis, f. t. vermiculus ligna pinguiora & picei generis & oſſa erodens, à tero, quemadmodum τρηδὼν ejusdem ſignificationis à τείρω, τρώω, Træmadicke/ Træorm. Exponitur & vermis veſtes terens. Voluntq; propriè dici teredines, quæ naves in mari erodunt, ut tineæ quæ ligna terreſtria.

Termentarium, Varon. linteum quod teritur corpore.

Termentum, n. ſ. Feſto ex Plaut. pro detrimento.

Compoſita.

Attero, is, ad aliud q. me tero, Gnier til andet. *Anguillæ atterunt ſe ſcopulis. atterit gladium coti.* Item comminuo, frango, Knuſer/ Bryder. *Surgentes atterit herbas.*

Attritus, a, um, quod attrivimus. Ut, *attritæ opes,* i. e. imminutæ. Et amiſſo tempore, *mentum ſimulacri Herculis paulo attritius,* Slidt/ forſlidt.

Attritus, us, m q. atterendi actus. Ut, *attritu petræ piſces ſcalpunt pruritum.*

Contero, is, act. t. tero vel terendo deſtruo, Sønder ſtøder/ ſtøder ſmaat. *In pulverem conterere radicem.* Item conſumo, Fordøjer eller ſpilder. *Diem conterere. conterere ætatem in litibus,* Slider eller ſpilder ſin tid med trette.

Contritor, oris, m. t. Plaut. qui conterit. Ut, *contritor compedum,* Bolteſlider: qui ætatem in compedibus conterit.

Contritus, a, um, quod contrivimus, Knuſet/ malleſtøt. *Radix contrita.* Et Eccleſiaſticis, *cor contritum,* Angerfuld hierte. *Contritum proverbium,* quod in ore omnium verſatur.

Detero, is, totum tero, Slider ſlet op. *Lænam æſtate deterit.* Et tropicè trituro, Affrærſker. *Frumenta celeriter deteruntur.* Item imminuo, Formindſker. *Nimia cura deterit magis, quam emendat, laudes ejus deterit,* Hacker paa ens loff/ oc vil ſpilde dem.

Deterior, Deterius, & Deterrimus, comparat. ab inuſitato Deter, quod eſt q. detritus & per conſequens nullius omninò pretii, Afflagt/ ſkarn/ der ſom duer ſlet intet/ verre oc verſt. *Hominum nemo deterior. Deterrimus omnium.*

Detrimentum, n. ſ. q. ex detritu incommodum, Affbreck/ forringelſe oc ſkade. *Videndum ne quid detrimenti capiat Reſpubl. Detrimenta calami,* i. e. ipſæ partes calami contuſæ, Stør ſmaa.

Detrimentoſus, a, um, Cæſ. detrimenti plenum, & quod detrimentum affert, Skadeligt/ ſom er til affbreck oc ſkade.

Diſtero, is, Caton. pro multum tero, Støder ſmaa. *Caſeum in mortario diſtere.*

Intero, is, terendo immitto, Bryder vdi/ i ſmuler/ i brocker. *Panem lacti intrivit.*

Intritus, a, um, quod intrivimus, Jbrocket/ Jſmuldet. *Panem dabit in lacte intritum.* Et abſolutè intrita, gen. fœm. vel intritum, gen. neut. pro genere quodam edulii ex allio, caſeo, oleo, ovis & porro concinnato: ita dictum, quod in mortario teratur. Item intrita & intritum pro calce macerata, ſubacta, & ad opus parata, Slagen Kalck. Item pro argilla manibus ſubacta & ad inſitionem accommodata, Tilgiort oc eltet Leer/ til at ſlaa om poder/ naar de ere nyß i ſatte. Item argilla ſtramentis ſubacta ad cratitiorum parietum ſtructuram, Støtt/ tradden oc tilred Leer til vægge klining/ tilgiort vægge Leer.

Intertrigo, inis, f. t. malum quoddam in feminibus ex cutis intritu & attritu, Gudeløßen imellom been. Item intertrigo in jumentis cum vitioſo ingreſſu calces aut etiam ſuffragines atteruntur, Som naar Quæg haffuer nogenſted traadt ſig ſelff.

Intertrimentum, n. ſ. vitium ſeu metalli alicujus diminutio ex attritu crebro aut decoctione, Formindſkelſe/ forringelſe oc affgang paa noget Metal. *Intertrimentum argenti.* Et translatè, cujusvis rei jactura, Skade oc affbreck. *Sine intertrimento hoc dari poteſt.*

Intertritura, æ, f. pr. Juriſconſ. idem quod intertrimentum metalli alicujus.

Obtero, is, q. totum tero, Slet forſlider/ forknuſer. *Pedibus obteritur Elephantorum. Obterere calumnias,* Giør dem til intet/ traader vnder fødder. *Obterere nomen alicujus. conterere manibus: obterere pedibus,* Traade vnder fødder/ traade ihiel/ traade i maſk.

Obtritus, a, um, quod obtrivimus, Forſlidt/ forknuſet. *Veſtes vetuſtatæ obtritæ. pellis ſerpentis obtrita cum vino miſcetur,* Smaa knuſet/ ſmullet/ ſmaa ſtøt.

Obtri-

Obtritus, us, m. q. obtriti affectio, vel obterendi actus, Forknuſning / ſlid. *Herbæ obtritu hebetantur*, At mand feier dem offuer fortit med hænder eller fødder.

Pertero, is, valde tero, ſive terendo comminuo, Smuler. *Compediti januam lima perterunt*, Forfiler oc ſmuler.

Pertritus, a, um, quod pertrivimus, Smullet eller knuſet. *Pertrita cum aqua potui data.*

Protero, is, valdè tero, & potiſſimum pedibus, Nedertraader/træder med fødder. *Proteveres hoſtes in fuga. pedibus te proteram.* Sic *proterere herba.*

Protritus, a, um, quod protrivimus, Nedertraad. *Protrita herba. protritæ ſegetes.*

Protervus, a, um, qui ſuperba quadam libidine & laſcivia nomen famamq; alterius proterit. Atq; inde generalius, qui quocunq; modo circa alios ſibi temperare non poteſt, Raad ſkalck til at ritze andre / giøre harm oc ſkade / vanartig / traaden / fortrædelig / offuerdadig / modvillig / arg. *Homo proterbus. mulier proterba. Proterba puella*, quæ lingua & geſtibus in amatorem ſuum ſuperbit, nec tamen ſine gratia, Traadtzig oc ſtiff. *Lingua proterba. manus proterbæ, oculi, facta.* Item *venti proterbi.* Aliter à terreo: unde & torvus.

Protervè, modo proterve. Ut, *proterbè facit injuriam. proterbè iracundus es. proterbius agit*, Fortrædeligen.

Proterviter, antiquè idem.

Protervia, æ, f. pr. protervi affectus & malitia, Fortrædelighed. *Proterbia* Grammat. eſt laſcivia immoderata: *procacitas* major: *petulantia* maxima. Exponitur & ſacrificii genus, quod alias propterviam dicitur. Sed absq; dubio legendum propter viam non protervia in hac ſignificatione.

Protervitas, atis, f. t. idem quod protervia.

Retrimentum, n. ſ. rei cujusq; excrementum, q. quod retritum eſt. Ut, *retrimentum olei*, pro amurca. *Retrimentum ubarum*, quod expreſſis uvis ſupereſt & reliqvum, Grumſer. *Retrimentum metalli* pro ſcoria. Et *retrimentum animalis* pro excremento, urina & ſtercore.

Semitritus, a, um, non integrè, ſed quaſi dimidia tantum ſui parte tritus. Ut *ſementa ſemitrita*, Halff ſtøt/ halff maalet.

Subtero, is, imam partem tero, Slider neden paa. *Boves ſubterunt pedes.* Item comminuo, Smuller/ ſtøder. *Subterere ſextarium ſalis.*

Subtritus, a, um, quod ſubtrivimus. Ut, *ſubtritæ aſinorum ungulæ*, Slitte.

Alia Compoſita.

Ferriteres, i. e. compediti vinculis, q. qui ferrum terunt. Alia voce, ferritribæ à Græco τρίβω, i. e. tero.

Ulmitriba, æ, com. pr. q. ulmi attritor, à latino ulmus & Græco τρίβω, tero, h. e. qui virgis cæditur.

TERRA, æ, f. pr. mundi pars altera & elementorum unum ſoliditate & firmitate inſigne, naſcentium mater, quæq; pedibus animantum teritur à τερεὸς τέρρος ſolidus, firmus, ut & Græcis τραφερὴ dicitur quod ſit compacta & firma: vel à Tero quod teratur pedibus, Jord. Inde tropicè ejus certa quædam pars ſuis limitibus circumſcripta, Land. *In hac terra hoſtili jacuit in ſepultus.* Item plural. Terræ & pro Terra univerſa & pro ejus aliqua parte ſeu regione. Ut, *magna mei ſub terras ibit imago*, i. e. ſub terram. *In terris nemo beatior. Multum ille & terris jactatus & alto*, i. e. per multas regiones. Item terra pro itinere terreſtri. Ut, *terra petit Brandusium*, Til Landz. Item pro ſolum. Ut, *ne quid defluat in terram.* Dicimus autem *odium terræ* de homine odioſiſſimo: ut homo inutile pondus terræ pro eodem. *Filii terræ* dicuntur obſcuro ignotoq; genere nati, ſive quod terra ſit omnium parens communis, ſive quod juxta Poetarum fabulas Gigantum genus ignobiliſſimum è terra procreatum dicatur, Som icke kand regne ſin Slect oc Affkom op.

Tellus, uris, f. t. Dea terræ. Ut, *ad Telluris tuam ſtatuam collocavi.* Ponitur indè tropicè pro ipſa terra.

Terrenus, a, um, quod ad terram pertinet, Jordiſk/ Jordens. *Terrenus hiatus. terrena membra, terrenum animal.* Et abſolutè gen. neut. Terrenum apud Colum. pro terra cultui idonea, Agger Jord. Item Terrenus apud eandem pro Terreus. Ut, *area terrena.*

Terreſtris, ſtre, om. t. idem quod terrenus. Ut, *animal terreſtre. iter terreſtre. dii terreſtres*, qui opponuntur cæleſtibus. *Copiæ terreſtres*, Landfolck/ Krigsfolck til Lands. *Terreſtris cæna*, quæ nihil niſi legumina oleraq; nata habet: Horatio dicta, cæna ſine ſanguine, Fructmaaltid / maaltid aff bær / røder / roer / Salat / oc ander ſaadant.

Terreus, a, um, quod eſt ex terra. Ut, *ſolum horrei terreum*, Jordgulff.

Terraneola, læ, f. pr. nomen avis in terris potius, quàm in arboribus verſantis & nidificantis, Jordſmutte.

Compoſita.

Conterraneus, Plin. m. ſ. qui ex eadem cum alio eſt regione, Landmand.

Exterraneus, pro extero: opponiturq; conterraneo, Vdlending. ἀδηλον.

Extorris, is, com. t. extra terram ejectus, Fredløs/ Landflyctig/ Rømningsmand. Et cum adjectione: *Extorris urbe, domo, foro, congreſſu æqualium*, Vdſkut oc vdeluct / fordreffuen eller rømt.

Mediterraneus, a, um, quod à mari remotum eſt, & q. in media terra ſitum. Ut *urbs mediterranea*, Landſtad. *Homines mediterranei*, Landbo. *Mare mediterraneum*, quod per medias terras diffuſum eſt, diſcernens Africam & partem Aſiæ ab Europa, Mitlendiſſe Haff.

Mediterreus, a, um, antiquè, idem.

Meditullium, lii, n. ſ. Feſto idem eſt quod mediterraneum, q. meditellium à tellus. Ciceroni autem ſimplex habetur à medium: addito Tullium per extenſionem, non ad ſignificandum aliquid.

Subterraneus, a, um, quod ſub terra eſt, Vnder Jorden. *Subterraneum ergaſtulum. ſubterranea animalia.*

TERREO, es, ui, act. ſ. validum metum alicui injicio, mentemq; vehementer concutio ut ſolent monſtra, portenta, & oſtenta, à τέρας monſtrum, portentum, Kiuſer/ forſkrecker/ forfærder. *Telis, minis belli terrebat hoſtem, ſonitu aves. tonitru & fulgure terruit orbem.* Aliter à ταράττω commoveo, concutio, conſterno.

Terribilis, le, om. ter. quod terret, Fæl / forſkreckelig/ forfærdelig. *Terribilis Charon. terribilis aſpectu homo. terribiles viſu formæ.*

Terriculamentum, quo quis terretur, Kæ. Et peculiariter ſpectum terrorem incutiens, Spøgelſe.

Terriculum, n. ſ. quo quis terretur, Skrecke/Ræ. *Terricula tribunitiæ poteſtatis*, quibus Tribuni terrent alios. *Aufer terricula atq; animum inanem comprime.*

Territo, as, act. pr. frequenter vel ſæpe terreo.

Territorium, n. ſ. univerſitas agrorum intra cujuſq; civitatis fines: ſic dictum, quod magiſtratus ejus loci habebat intra omnes fines jus terrendi, i. e. ſummovendi, Byes Jord/Land oc Friheð. *Florentis Coloniæ territorium minuebatur.* Aliter à terra, vel à tero, quod maximè teratur.

Territus, a, um, quem terruimus, Forſkræcket / Fyſſen. Et amiſſo tempore: *territus animi*, qui animo conturbatus eſt.

Terror, oris, m. t. metus aliunde injectus & concutiens mentem, Forſkreckelſe / Fiuſen. *Horreſcebat injecto terrore mortis. terror periculi, terror verborum. attulit ad me terrores Cæſarianos.* Ponitur & abuſivè pro motu. Ut, *unus habet mentes & pectora terror.*

Compoſita.

Abſterreo, es, terrore incuſſo amoveo, repello, prohibeo, Kiuſer fra / forfærder fra. *Homines à pecuniis abſterret, abſterrere ſupplicem à ſe & excludere. neminem à congreſſu meo, neq; Janitor, neq; ſomnus abſterruit*, i. e. prohibuit.

Conterreo, es, idem quod terreo.

Conterritus, a, um, quem conterruimus.

Deterreo, es, valdè terreo, Forſkræcker. *Sapientem mors non deterret.*

Deterritus, a, um, quod deterruimus, Forſkræcket / fra ſtøt. *Deterritus pudore, deterritus ab officio.*

Exterreo, es, idem quod terreo, vel valdè terreo, Forſkræcker. *Præter modum multi exterrentur.*

Exterritus, a, um, quod exterruimus. *Æſtu exterritus.*

Exterricinius, Feſt. qui exterrita matre ejicitur fœtus vel natus, wfuldbaaren/ wtidig fødtzel.

Interritus, a, um, Ovid. idem quod imperterritus. Ut, *mens interrita. virgo interrita.*

Perterreo, es, valde terreo, Forfærder/ Kiuſer. *Hunc ego ſacrilegum perterrebo. magnitudine pœna perterret alios.*

Perterritus, a, um, quem perterruimus, Forſkræcket. *Verba perterrita.*

Imperterritus, a, um, non perterritus, qui nulla re terretur, wforfærdet/ wforſagd/ Vogehals.

Proterreo, es, valdè vel à longè terreo. Ut, *proterrebat ipſos equo, jaculo.*

TESQVA ſive Teſca n. pl. loca ſunt aſpera & inculta, deſerta & inhoſpita & acceſſu difficilia, ipſoq; ſitu arq; ſilentio religionem quandam & horrorem incutientia à δάσιον, opacum & umbroſum, Fældſted. Exponitur &, loca augurio deſignata, & alicui Deo conſecrata, à tuendis ſacris, ſic dicta.

TESSERA, æ, f. pr. ligneolum quatuor angulorum ſex latera facientium, quo luſitatur, à τέσσαρα quatuor, Tærning. Erat autem varii uſus: nec ex ligno tantum, ſed & alia quavis materia: nec ejusdem formæ, ſed aliàs quadra, aliàs teres, aliàs plana & utrinq; complanata, Bricker oc taul mand læger med vdi Bretſpil / Dragetaul / oc andre ſaadane. Item teſſera, quæ dimidiata dabatur hoſpiti, quo adveniens

agnoſci & excipi poterat tanquam amicus & vetus hoſpes. Item *teſſeræ nummariæ*, quibus exhibitis ſumma nummûm præſcripta rependi ſolet. Sic *teſſeræ collybiſtæ*, quibus pecunia argentariis tradita vel in locis remotiſſimis citra ullum vecturæ periculum recipi poſſit, Vexelbreff. Item in veſtibus figuræ quædam quadratæ, teſſeræ dictæ ſunt, Taul vdi Klæder. Unde & *veſtes* ipſæ *teſſellatæ* dictæ ſunt, Taulede Klæder. Item teſſera, aliud ligneolum quod certâ inſignitum & notatum formâ dabatur ei, cui petendi jus erat frumenti publici: ſeu quo numerus frumenti deſignabatur. Item tabella lata militibus dari ſolita, qua exploratores & hoſtes à ſociis dignoſcuntur. Erat autem *teſſera* duplex: vocalis & muta. *Vocalis* eſt vocale ſignum, quod humana voce pronunciatur. Ut, Venus victrix Cæſari: Hercules invictus Pompejo: Lar Mario: Syllæ Apollo Delphicus. *Muta* verò. Ut, aquila, penna. Hocq; Symbolum neceſſe erat circumgeſtari à milite ſicut hac tempeſtate taniæ albi purpureive coloris, Feldtegn. Item lignum quadratum in quo acceptæ ſummæ quantitas apprimitur vel annotatur, Talſtock. Item quadrata pavimenti tegula; Taul/ſaa ſom Aſtrag/eller anden ſmaa Steen ſire kantet.

Teſſella, æ, f. pr. parva teſſera.

Teſſellatus, a, um, quod teſſellis & parvis quadratis lapillis eſt compoſitum. Ut *pavimentum teſſellatum*, teſſeris, quadrisve ſtratum, Taulet gulſt / gulff lagt med Aſtrag oc anden firekant Steen *Veſtis teſſellata*, quæ teſſeris quibusdam erat diſtincta, Taulet Klæder mon.

Teſſerula, æ, f. pr. idem quod teſſella.

Teſſerarius, a, um, quod ad teſſeras pertinet. Ut *ludus teſſerarius*, Bretſpil / Dragtaul. Et abſolutè teſſerarius, m. ſ. qui teſſeram militarem per contubernia militum nunciat.

TESTA, æ, f. pr. tegmen cujuslibet rei, durum & fragile, à tego, quale eſt conchis, cochleis & ſimilibus, Skal/ ſom paa Skelfiſk oc Snegle. Unde & teſta pro concha, & ipſo piſce. Ut, *mare teſtæ fertile, teſta ovi*, quâ ovum integitur, Egge Skal. Item vas fictile, quod ex argilla tornatum ad ignem coquitur, Steen Kar/ Potte. *Teſta hæc apta mero.* Hinc *teſtæ Græcæ*, quæ in Græcia optimæ fiebant. Deducituŕq; tunc à terra, vel à torreo, q. toſta. Item teſta pro fragmentis ipſis teſtæ, Potteſkaar. *Ruderi novo teſta tuſa addenda.* Item teſtæ, pro tegulis pavimenti, Aſtrag.

Teſtula, æ, f. pr. parva teſta pro concha.

Teſtaceus, a, um, quod ex teſta eſt, ſive teſtæ duritiem imitatur, ut *operimenta quibuſdam inſectis teſtacea, opus teſtaceum. Lorica teſtacea*, tectorium eſt & corium, quod pariеti inducitur, Dynicke verck.

Teſtus, us, m. q. fictile ſub quo teſtuacea & placentæ coquuntur, ſubjecto impoſitoq; igni, Bradepande.

Teſtum, n. ſ. idem.

Teſtuaceus, a, um, quod in teſta coquitur. Ut *panis teſtuaceus, libum teſtuaceum.*

Teſtudo, inis, f. t. animal tardigradum, à teſta, quâ tegitur, nomen habens, Skel tudtze. Sunt autem variorum generum, marinæ, paluſtres, terreſtres & lutariæ, quæ in aqua dulci diverſantur. Et translatè teſtudo, machina bellica & tabulatum è materia, ciliciis, coriisq; rudibus contectum, adverſus flammam & incurrentia ſaxa, ſub quo tutus miles muros tentabat, Skarn.

Item

Item Crates ſcutorum continuata, qua ſublatis ſupra capita ſcutis protecti pedites ſagittarum aut ſaxorum nubem vitabant. Item concameratio in ædificiis, duobus arrectariis ſeſe decuſſantibus, aut crucis in modum ſeſe interſecantibus, Hvelning. Item, concamerata auriculæ pars, ubi foramen auris patet. Item inſtrumentum Muſicum concamerata alvo inſigne, Lut / Trompe. Item Varr. in cavo ædium tectum nihil relinquens vacuum, à teſtudinis ſimilitudine.

Teſtudineatus, a, um, quod teſtudinis more concameratum eſt. Ut, *tectum teſtudineatum*, quod in quatuor partes eſt devexum.

Teſtudineus, a, um, quod eſt teſtudinis. Ut, *gradus teſtudineus*, qui eſt teſtudinis. Et translatè, qui tarditate teſtudinis gradum refert, Dryntet / Træbe.

TESTIS, is, m. t. qui faciendæ fidei cauſa adhibetur, ab antiqua voce Ἵστωρ ſive τίστωρ ejusdem ſignificationis: aut à teneo, quod tenebat aſſumptorem ſuum, vel ab eo tenebatur: aut à tego quòd aſſumptorem q. tegeret & protegeret, Vidne / Vidnesbyrd. *Teſtibus agit, teſtem habet Deum.* Item teſtes, in quibus q. teſta quadam ſemen generationis ſervatur, Punge / Vosſer.

Teſticuli, orum, idem quod teſtes genituræ.

Teſticulor & teſtilor, aris, apud Feſt. ſignificat jumentis maribus fœminas, vel fœminis mares admoveo.

Teſtimonium, n. ſ. dictum teſtis, quod alibi depoſitum apud judicem in ſcripto profertur, Vidnesbyrd. *Teſtium teſtimonia, teſtibus non teſtimoniis eridebat. Alia eſt autoritas præſentium teſtium, alia teſtimoniorum quæ recitari ſolent.* Item quæ vis teſtatio, ſive verbo fiat, ſive externo quocunq; ſigno, quocunq; loco, & quacunq; de re. Ut, *Senatus mihi teſtimonium dedit conſervatæ urbis hujus.*

Teſticulor, aris, dep. p. Plaut. teſtes adhibeo.

Teſtor, aris, dep. pr. teſtimonio ſum, teſtimonium perhibeo, Vidner. Et q. interpoſito teſte gravi ſententia & judicio affirmo, Siger for viſſe. *Teſtor me hoc facturum: hoc per edictum teſtatus eſt.* Item teſtem advoco, vel in teſtimonium adduco, & alterius implorato teſtimonio aſſero, Kræffuer tiller kalder til vidne. *Teſtor te, me ſemper hoc voluiſſe. teſtor numen, Deos, imperatores, mortuos.* Item teſtamentum condo. Ut, *teſtatur de re ſilii.* Item manifeſto. Ut, *auctoritatem hujus judicii monumentis publicis teſtatus ſum.*

Teſtamentum, n. ſ. tabulæ ſupremæ noſtræ voluntatis teſtimonium perhibentes, Teſtament / Rede / Sidſte legaffue / yderſte oc ſidſte villie: Scil. & ipſa ſententia, & ſuprema voluntas & tabulæ voluntatis.

Teſtamentarius, a, um, quod ad teſtamentum pertinet. Ut, *lex teſtamentaria*, quæ contra falſarios teſtamentorum eſt. *Teſtamentaria adoptio*, quæ fit per teſtamentum. Et abſolutè Teſtamentarius m. ſ. qui teſtamenta falſa conficit.

Teſtatio, onis, teſtandi & teſtimonium faciendi actus, ſive ipſum teſtimonium. Ut, *fœderum ruptorum teſtatio. hoc ab adverſario teſtationibus comprehenditur.*

Teſtator, oris, m. t. Jurisconſ. qui teſtamentum condit.

Teſtatus, a, um, paſs. quod teſtati ſumus, Vundet om. *Nondum hæc teſtata ſunt*, i. e. teſtibus firmata. *Laus Bruti nondum autoritate publica teſtata eſt*, i. e. nondum de ejus laude S. C factum eſt. Inde pro aperto. Ut, *teſtatum eſſe volo de pace quid ſenſerim*, Haffue obenbare oc vitterligt. Et amiſſo tempore, ratus, indubitatus, & exploratus, Viſt oc faſt. *Notum hoc eſt & teſtatum. apud animum meum hoc teſtatum reliquit. vitam conceſſit, quò teſtatior eſſet pœna.* Item active, teſtatus pro obteſtatus. Ut, *Lucretia cives teſtata ſeipſam interemit.*

Compoſita.

Adteſtata fulgura, quæ iteratò fiebant, videlicet ſignificationem priorum atteſtantia.

Anteſtor, aris, dep. pr. Jurisconſ. in teſtem accipio, teſtibus utor, teſtes facio, Før vidnesbyrd. Ducta inde ſignificatione, quod qui adverſarium in jus pertrahere volebat, prius aliquem de præſentibus anteſtabatur, h. e. teſtem capiebat ejus attingens auriculam: idq; hac interrogandi forma: *Licetne anteſtari?* Illo a. reſpondente, *Licet*; tum injecta manu adverſarium in judicium rapiebat. Solos autem liberos anteſtari fas erat. Servi teſtes eſſe non poterant. Appræhendebant autem teſtium aures, quia in aure ima locus memoriæ, quem tangentes atteſtamur, inquit Plinius. Ut, *ego te anteſtor & duco.* Et Liv. paſs. *impuber libripens anteſtari non poteſt.*

Anteſtati, qui teſtes fecerunt, non ii ipſi, qui in jus vocantur.

Atteſtor, aris, dep. pr. idem quod teſtor & teſtem facio, Tager oc kreffuer til vidne. *Te ego atteſtor. atteſtante memoriæ omnium hoc dixi*, i. e. comprobante. Ponitur & pro teſtimonium dico vel affirmo, Vidner. *Hoc atteſtabatur vel inimico judici approbari poſſe.*

Atteſtationes, Jurisconſ. dicta ſunt teſtium, vel teſtimonia ordine juris ſcripto deducta.

Conteſtor, aris, dep. pr. idem quod teſtor, ſeu obnixè teſtor, formaner. *Conteſtatur Deos atq; homines.* Item *conteſtari litem* dicuntur duo pluresve adverſarii, cùm accepto à Prætore judicio, utraq; pars teſtibus præſentibus pronunciabat: *Teſtes eſtote*, Fører vidnesbyrd oc kræffuer vidnesbyrd paa begge ſider.

Conteſtatio, onis, conteſtandi actus. Ut, *conteſtatio litis*, Naar mand før vidnesbyrd / kræffuer vidne. Item obteſtatio, Bøn oc formanelſe.

Conteſtatus, a, um, de quo conteſtati ſumus. Ut *lis conteſtata.* Et translatè *conteſtata virtus*, Syd oc fromhed / ſom haffuer ſit vidne aff alle mand.

Deteſtor, aris, teſtando rejicio & exſecro, Vil Fort vd icke haffue / ſkyer oc flyer / aldelis forkaſter / fore bander. *Omnes memoriam conſulatus tui, facta, mores, faciem deniq; ac nomen à Repub. deteſtantur.* Item valdè teſtor, Høyligen kalder til vidne. *Summum Jovem Deosq; deteſtor. Deteſtari Deos* antiquè, pro teſtari Deos & teſtes citare noſtri ſermonis.

Deteſtabilis, le, veteribus dicebatur cujus teſtimonium malum & exſecrandum fuit.

Deteſtandus, a, um, deteſtatione dignum, Skyelig. Deteſtanda invidia, Skendig / ſkendelig.

Deteſtatio, onis, actus, quo deteſtamur aliquid, Skyen / forſkyndelſe oc forbandelſe. *Sceleratum deteſtatio*, quâ ſcelera deteſtamur.

Deteſtatus, a, um, quod deteſtamur, Forſkut oc forbandet. *Bella matribus deteſtata.*

Intel-

Inteſtatus, a, um, qui ante mortem non teſtatus eſt de ſua mente, qui ſine teſtamento perit, Død vden Teſtamente. Item, qui teſtari non poteſt, & cujus verbis nulla eſt fides: ſeu qui propter fraudem aliquam capitalem, quam admiſit, neq; teſtis alteri eſſe, neq; teſtes in re ſua adhibere, neq; teſtamentum facere poteſt, Mindermand / fordeelt / Feldtmand / oc ſom icke kand ſtaa i Lou eller Tou. Sic *ſervus inteſtatus* qui jure impeditus teſtamentum condere non potuit. Item *inteſtata hæreditas*, quæ teſtamento ſcripta non eſt, aut ſi ſcripta ſit, jure tamen nequaquam eſt edita, wlouſlig Teſtamenteris godtz oc arff.

Inteſtatò, adverb. pro modo inteſtato & ſine teſtamento, Vden Teſtamente. *Inteſtatò mortuus eſt ille*, Vden Rede.

Inteſtabilis, le, om. t. qui jure teſtamentum facere non poteſt, & cujus teſtimonio non creditur, Saa ſom en fletføring eller ſom haffuer forbrut ſit godtz / eller louſeld / lou forvunden / fæld mand oc fordeelt.

Abinteſtatò, adverb. ſignificans ſine teſtamento. Ut *abinteſtato deceſſit*, Døde vden Teſtament. *Succedit abinteſtato.*

Obteſtor, aris, dep. pr. teſtibus Diis rogo, formaner for Guds ſkyld oc ombeder. *Flens flentem obteſtatur. paſſis manibus obteſtabatur Romanos. Per Deos, per ſacra, per liberos, per ſalutem, per caput, per fortunas, per res denig; cariſſimas te obteſtor.*

Obteſtatio, onis, f. t. obteſtandi actus, formanelſe. *Phædri obteſtatio*, quâ obteſtabatur.

Proteſtor, aris, Jurisconſ. pro denuncio ſolenniter, quæ fieri non debent, Obenbarlige gienſiger / vidner imod oc modſtaar / giør gienmæle vdi noget.

Proteſtatio, onis, proteſtandi actus, Gienſigelſe / modſigelſe oc modſtand.

TEXO, is, ui, xtum, act. t. filamenta aut alia ſimilia decenti ordine invicem compono, à τάθω, (unde τέξω) ordino, compono, Væffuer / Fletter / Slinger / Vircker. *Texere telam, texere fiſcellam hibiſco.* Sic *texere robore naves, navigia Papyro, texere baſilicam antiquis columnis*, i. e. ſtruere. Item *texere nidos.* Et translatè *texere orationem, hiſtoriam, epiſtolas*, i. e. componere. Aliter à τεύχω ſtruo.

Textilis, le, om. t. quod texendo factum eſt, Væffuit / Slinget / Flettet / Vircket. *Textilis corona, textilis veſtis*, ante cujus uſum fuit nexilis. *Textilis pictura*, quæ in tapetibus fieri aut tela ſolet, Væffuit billede. *Textilis umbra palmitis*, quæ multis palmitibus intertextis fit. Item *textilis veſtis*, i. e. tenuiſſima.

Textor, oris, m. t. qui telam & veſtes texit, Væffuer.

Textrina, & Apul. Texterna, æ, f. pr. officina textoris, Væffuere Stuffue oc Hus.

Textrinum, n. ſ. idem.

Textum, n. ſ. quicquid ex quavis materia texitur aut componitur, Væffuit Verck / Væffuere Verck / Flettet eller Vircket. *Textum vimineum. textum clypei. pinea texta carinæ.* Et translatè *textum orationis* pro ſtylo.

Textura, æ, f. pr. ratio ipſa texendi, Væffueri. *Textura aranearum*, Spindelvæffue.

Textus, a, um, quod texuimus. Ut *moles roboribus textis conſtans.*

Textus, us, m. q. texti affectio & ratio, Væffning / Fletning. *Crines alterno textu fulgent. Gnuna in ſtipula crinito textu ſpicantur.*

Compoſita.

Attexo, is, ui, act. t. idem quod texo. Ut *pinna loricæ ex cratibus attexuntur.* Et translatè, adjungo. Ut, *vos ad id quod erit immortalis, partem attexitote mortalem*, Sætter til. q. unum ad alterum texo.

Circumtexo, is, ex omni parte texo. Unde *circumtextum*, amictus genus quod purpuram circumhabebat, Bremmit.

Contexo, idem quod texo. Et translatè conjungo, Henger it ved andet / væffuer i hin anden. *Contexere extrema primis.* Sic *contexere amores. contexere crimen.* Item compono. Ut, *contexere carmen*, Sætte ſammen.

Contextus, a, um, quod contexuimus, Væffuet. *Argento & auro contextus.* Et translatè, *contexta voluptates*, i. e. perpetuæ.

Contextè, adverb. Ut *omnia illa ſunt contextè*, i. e. compoſitè ordine & ornatè.

Contextim, Plin. idem.

Contextus, us, m. q. contexendi ratio, Væffning. *Pennarum contextu tegumenta faciebant.*

Detexo, is, Virg. idem quod texo. Ut *corbem, ſiſcellam detexere vimine.*

Detextus, a, um, quod detexuimus. Ut *detexta lana*, quæ jam perfecta eſt, & à textrinis inſtrumentis detrahi poteſt.

Extexo, as, Plaut. idem quod retexo. Unde translatè: *Ego pulchrè eum extexam*, pro avertam ab eo quod cogitavit, Affvender / tager aff ſit forſæt. Vel *conſilia ejus retexam*, Opløſe / til intet giøre.

Intexo, is, aliquid in aliquo texo, Jvæffuer. *Intexit veſtibus aurum, literas.* Et *intexere vitibus ulmos*, pro annectere. Item *intexuit incredibilia probabilibus*, pro immiſcuit. Et *intexere aliquem*, eſt loquentem introducere, ſeu orationi inſerere, Føre en i ſnack / føre paa tale / eller at tale.

Intertextus, a, um, quod variè ſeu inter ſeſe textum eſt, ut *veſtis variis intertexta notis. Aurum ſericis intertextum*, Atſkilligen indvæffuet / Væffuet iblant hin anden.

Obtexo, Plin. idem quod circumtexo. Ut, *filis etiam araneus quacunq; inceſſerit alarum maximè lanugines obtexit.* Et apud Virg. *Cælum obtexitur umbra*, i. e. obtegitur q. texto quodam.

Pertexo, is, texendo abſolvo, Fuldvæffuer. Et translatè perficio, Fuldkommer. *Pertexo quod exorſus es. totum hunc locum de flamma, & ferro valde graviter pertexuit.*

Prætexo, is, præ aliquo aliquid texo: vel anteriore & priore parte texo & aſſuo, Væffuer eller ſyer for paa noget. *Prætexere veſtem*, Bremme nogen klæder. Et translatè, velo, ſeu velamentum rei obtendo, Forvender / ſkyder for / forvæffuer noget. *Hanc cauſam ſuis cupiditatibus prætexerit. Hoc nomine prætexit culpam ſuam*, Skiuler / Decker / Smycker. Sic, *prætexere littora velis*, eſt velis quodammodo operire & abſcondere, Skiule / offuer decke. Item creo, conſtruo vel ante texo & conſtruo, Bygger oc Skaber. *Omnia lenioribus principiis prætexuit natura.* Sic *ordine prætexit carmina*, i. e. conſtruit & ordinat.

Prætextus, a, um, quod vel cui aliquid prætexuimus, ut, *toga prætexta.* Et pro eodem abſolutè, *prætexta*, veſtis erat ſolaris nobilium, tàm virorum, quàm mulierum,

rum, cujus lumbi & oræ erant purpureæ: quæq; à pueris etiam nobilibus geſtabatur ad annum decimum ſeptimum: quo tempore togam puram ſumebant puellæ, donec nuberent, Bremmit Klæder / hebers Kaabe med Purpur bremme / forbremmet. *Prætexta comœdia* quæ argumento ab Latinis & urbanis rebus ſumpto, vel de prætextatis pueris & puellis compoſita eſt.

Prætextatus, a, um, prætexta veſte ornatus. Unde *prætextata ætas*, quæ prætexta utitur, Barndom. *Prætextati anni*, pro annis pueritiæ, Barndom. Et translatè, *prætextatus ſermo, prætextata verba: prætextati mores*, pro laſcivis & obſcænis, wtuctig ſnack oc tale / wtuctige ſæder. Feſto etiam accipitur pro pudico. Ut, *prætextatis loqui obſcæna verba, nefas eſt.*

Prætextus, us, m. q. prætexendi actus, Forſud / optenck / ſtin oc ſtrul. *Hoc prætextu res ad nos defertur.*

Prætextum, n. ſ. Svet. idem.

Retexo, is, textum ſolvo, Væffuer op igien / løſs op igien. *Nocturno dolo retexebat tela.* Item rurſus texo, Væffuer om igien. *Retexo telam.* Et translatè, *retexo orationem*, pro emendo & aliter expolio. Item, *retexere præturam*, eſt diſſolvere, irritam facere. Sic *retexere injurias*, Løſe op igien / oc giøre til intet.

Subtexo, is, pro ſubjungo. Ut, *ſingulis corporum morbis remedia ſubtexuit. Subtexere fumo cœlum*, q. d. Skiule Himmelen med Røg.

Subtemen, inis, n. t. filum quod ſtamini ſubtexitur, q. ſubteximen, Jſlæt. Legitur & ſubtegmen & ſubtegimen, ſed ut volunt, vitioſè. Exponiturq; Subtegmen ſive ſubtegimen pannus interior, quo veſtis ſuffulta eſt commoditatis aut ornatus gratia q. ſubteximen, origine videlicet eadem cum ſubtemen: Vel à ſubtego, Underdræt.

THALAMUS, m. ſ. θάλαμος torus vel cubiculum nuptiale, Brudſeng eller Brudkammer. Et translatè, alveoli apum. Item ipſæ nuptiæ ipſumq; connubii jus.

Compoſitum.

Epithalamium, n. ſ. carmen nuptiale honoris gratia decantatum, Brudſang / Bryllups Skrifft / Viſe eller ære.

THALASSICUS, a, um, Plaut. unde *thalaſſicus color*, qui ſimilis eſt fluctibus marinis, à θάλασσα mare.

Thalaſſinus, a, um, Lucret. idem. Unde *veſtis thalaſſina*, i. e. cœrulei coloris & marini, Liusblaa / Vandfarffue: Aliàs Cymatilis, ἀπὸ τῶν à κυμάτων, i. e. à fluctibus. Exponitur & ferruginei coloris.

THEATRUM, n. ſ. θέατρον, locus ſpectaculi in hemicycli faciem deformatus, in quo ludi ſcenici edebantur: Eratq; Veneri ſacrum, Skuepladz. Inde ponitur pro ſpectaculo ipſo. Item pro multitudine ſpectante. Et figuratè, *verſari in theatro*, eſt eſſe in aliquo loco conſpicuo ante omnium oculos.

Theatralis, le, om. t. quod ſit in theatro. Ut, *ſpectacula theatralia. conſeſſus theatrales. operæ theatrales. Humanitas indecora & theatralis.*

Theatricus, a, um, idem. Ut, *plauſus theatrici. ſpectacula theatrica.*

Theatridium, n. ſ. Varr. diminutivum græca forma θεατρίδιον, q. d. parvum theatrum.

Compoſita.

Amphiteatrum, n. ſ. ædificium rotundum, veluti ex duobus theatris [quæ hemicycli figura erant] compoſitum, circumquaq; uſum ſpectandi præbens; ubi Gladiatorii & Venatorii pugnabant: Eratq; Marti ſacrum: Poſtea etiam in oblongam formam tractum eſt.

Amphitheatralis, le, om. t. Ut *ludi amphitheatrales. ſpectaculum amphitheatrale.*

THECA, æ, f. pr. arcula, in qua aliquid reponitur, à θήκη, ejuſdem ſignificationis, Foer. Unde *theca calamaria*, Pennehuß / Pennarie. *Theca numaria*, Penge ne byſſe. *Theca vaſorum*, Foer. *Theca arenaria*, Sandbyſſe. *Theca cultellaria*, Kniffſkede. Et *theca grani*, i. e. gluma ſeu folliculus, Belge.

Compoſita.

Apotheca, cæ, f. pr. ἀποθήκη cella vinaria, ubi vinum & conſervatur & venditur, Vinkielder.

Bibliotheca, æ, f. pr. βιβλιοθήκη, locus ubi poſiti ſunt libri, Liberj. Item ipſa librorum multitudo, Mange Bøgger.

Bibliothecalis, le, Martiano: quod eſt bibliothecæ. Ut, *bibliothecalis copia.*

Chirotheca, æ, f. pr. χειροθήκη, manuum vagina quæ etiam manica dici ſolet, Haandſke.

Diatheca, f. pr. διαθήκη. Et plur. Diatheca, orum, apud Martial. pro hæreditate quæ teſtamento obvenit.

THENSA, æ, f. pr. ſacrum Deorum vehiculum ex argento, à θεὸν, numen: Vel à tendo, quod ante eas lintea tendebantur, quæ deducentes manu tenere & tangere gaudebant.

THERIACA, æ, f. pr. θηριακὴ, medicamentum ex multis ſimplicibus conflatum, adverſus omnia venena, Theriagals.

THERMÆ, arum, f. pr. pl. θέρμαι, aquæ naturaliter calidæ, è terræ viſceribus manantes. Item artificialiter calentes. Item ipſum balneum, in quo quis lavatur, Varmbad / Badſtue.

Thermulæ, arum, parvæ & exiguæ thermæ.

THESAURUS, m. ſ. θησαυρὸς, vetus quædam pecuniæ depoſito, cujus non extat memoria, ut jam dominum non habeat. Sic n. fit ejus, qui invenit, quod non alterius ſit, Nedergraffuet Skat / forborgen Skat. Inde pretioſior omnis ſupellectilis, & quicquid auri aut argenti extra quotidianos & neceſſarios uſus reponi ſolet, Liggendefæ. Item ipſe locus in quo res ipſæ cuſtodiuntur, Træſkr. Et translatè copia & penus quarumvis rerum repoſitarum. Ut, *theſaurus rerum omnium memoria.* Et in malam partem: *theſaurus mali: theſaurus ſtupri*, i. e. copia.

Theſaurarius, a, um, quod ad theſaurum pertinet. Unde Plaut. *theſaurarii fures*, qui theſaurum furantur.

Theſau-

Thesaurizo, as, act. pr. Θησαυρίζω Ecclesiasticis, thesaurum colligo, sive in thesaurum cogo & repono. Ut *thesaurizare sibi iram*, Sancke i hob / som til en Skat / eller giøre sig it Liggendefæ aff noget.

THOLUS, li, m. s. Θόλος, Virg. testudinis umbilicus in medio tecto, in quem trabium capita conveniunt, cui moris erat antiqui viventium donaria, primitiasq; affigere, Slutte beneck / Slutte steen.

THORAX, acis, Θώραξ, Medicis & Anatomicis pars corporis à clavibus ad præcordia, Bryst / bringe. Et antiquis, pars à clavibus ad pubem usq;, Bryst oc Liff tilsammen / Offuerliff. Item pectoris tegmen & amictus e quacunq; materia, lana, ferro &c. ad quoscunq; usus, Brystdug / Liffstycke / Brystværie oc Brystycke.

Thoracatus, Plin. thoracem indutus.

Thoracium, deminut. græcum Θωράκιον, velum in summo mali fastigio, Bramsegel.

THYMUS, m. s. Θύμος genus fruticis humilis & odorati, apibusq; gratissimi, Timian. Est & verruculæ genus, scabræ & subrubentis sanguine, in genitalibus, palmis & inferioribus pedum partibus nascens. Item piscis quidam spectatu dignissimus ab odore thymi sic nominatus, dicitur & Thymalus & Thymallus.

Thymum, n. s. idem, pro herba.

Thyminus, a, um, ex thymo confectum. Ut *mel thyminum*.

Thymites, æ, m. pr. vinum thymo conditum.

Thymosus, a, um, idem quod thyminus. Ut, *mel thymosum*.

Compositum.

Bithymum mel, Plin. quod ex utroq; thymi genere contractum est.

THYNNUS, m. s. Θύννος nomen piscis, Tanthey.

Thyneum, n. s. pen. prod. Θυνεῖον, sacrum erat quo piscatores, Neptuno thymium immolabant, spe impetrandæ ab ipso felicioris capturæ.

THYRSUS, m. s. Θύρσος caulis rectus in columnæ modum, Urte stock eller stilcke / saa megit som ræter. Item telum sive hasta aculeata, cujus mucro hederâ lambente protegebatur, & à Bacchis in Orgiis ferri solebat. Inde translatè significat furor, ardor, stimulus & instinctus.

TIARA, æ, f. pr. τιάρα gestamen capitis, voce & invento Persicum: initiò muleribus peculiare, inde etiam regibus & sacerdotibus familiare. Eratq; pilei genus ex byssо rotundum & cono in occipitium propendente & inclinato & vitta constricto. Exponitur & pileolus rotundus & q. spæra media divisa, cujus pars altera ponebatur in capite. Item qui inoperiam relinquebat partem capitis, inferiorem scilicet. Item qui velabat tempora & buccas.

TIBIA, æ, f. pr. prod. pri. radius & os cruris majus oblonga rectitudine, à tuba, q. tubia, propter speciem longitudinis & rectitudinis, Skinnebeen. Inde significat instrumentum musicum, teres & oblongum, foraminibus distinctum, quibus moduli fiunt digitorum percussu: initio ex tibiis gruum, cervorum, hinnulorum &c. Inde ex buxo, calamo, aliaq; materia, Pibe. Eratq; ejus usus olim præcipuus in funeribus luctui dedicatus. Inde conviviis & sacrificiis adhibita. Hinc *tibiæ Phrygiæ*: quæ impares erant, & inæquales habebant cavernas, à Phrygibus inventæ. *Tibiæ Sarranæ*, quæ pares erant, & æquales obtinebant cavernas, sive foramina, à gente Sarrana & Tyria sic dictæ. Aliter, Tibia propriè de instrumento musico à tybin, i. e. Juncus, ut innuit vetus Gloss. q. ex cujus generibus primum fiebat: ut & Plinius ait, Tibiam initio fuisse ex arundine.

Tibialis, le, o m. t. quod est idoneum ad faciendas tibias. Ut, *calamus tibialis*. Et absolutè, Tibialia, orum, n. pl. tegumentum tibiarum, Stromper / Hoser. Item abusivè, Jurisconsl. ocreæ, quibus tibiæ militum muniuntur.

TIGNUM, n. s. propriè asser, quà tectum sustinet, à Tego, quòd lateribus ædificii superpositum tegat: seu ex quo fit tectum, Sparre: Ut tigna sint, ex quibus constant tecti arrectaria & canterii, Bußspær / Tagspær. Inde generaliter asser quivis extra usum tecti, Sparre. *Tigna bina sesquipedalia ab imo præacuta, dimensa ad altitudinem fluminis.* Item Jurisconsl. tigni nomine venit omnis materia ex qua ædificia constant, ita ut & calx & lapides comprehendantur. Item in vineis, quæ vineis necessaria sunt, ut perticæ, pedamenta &c. Saa som stiffuer / stenger etc. Aliter à τεύχω struo.

Tignus, m. s. idem.

Tigillus, m. & tigillum, n. s. parvum tignum, Lidet stycke Bygnings tømmer / liden Sparre / Lecte.

Tignarius, m. s. qui ex tignis ædificat, Tømmermand. Et cum adjectione: *tignarius faber*, qui tigna ad ædificia adaptat.

Composita.

Contigno, as, tigna conjungo, Sætter tømmer sammen til Bygning.

Contignatio, onis, ipsa tignorum textura, Binding / Raabbel / Spende. *Superior contignatio*, Lofft.

Intertignium, Vitr. Græca voce Metopæ, intervallum inter triglyphos & denticulos, quod vel purum relinquatur, vel ornatur lancibus scalptis, cornibus, taurorum capitibus, vittis revinctis & lemniscis.

TIGRIS, idis, f. t. fera sævissima & velocissima, in Hyrcania maximè abundans, τίγρις, Tiger Diur. Facit & in obliquis tigris, gri &c. Vox ipsa, Tigris lingua Armenia significat & sagittam & flumen velocissimum.

Tigrinus, a, um, ut mensa tigrina, quæ venarum discursu tigridis maculas refert, aut in venam crispa, à tigride, quæ fulvo nitet, nigrantibus segmentis interundate, quales nobis mensæ sunt acernæ, Saa som en blummet Stiffue.

TILIA, æ, f. pr. pr. cor. arboris nomen, mollitie & levitate insignis, à telo deducta voce, quod ad usum telorum sit aptissima, Lind. Inde tropicè, vinculum ex arboris membranis tenuissimis inter corticem & lignum fitis, coronarum lemniscis expetitum.

Tilia-

Tiliaceus, a, um, quod ex tilia confectum eſt. Ut *tabulæ tiliaceæ*, Linde Breder. *Arculæ tiliaceæ*, Linde Skrin eller Kiſter.

TIMEO, es, ui, n. ſ. pri. correp. animo angor, expectatione ejus cenſuræ qui dignior eſt, à τιμάω honoro: Et τιμὴ honor, mulcta & pœna quæ infligitur: ut *filius timet patrem: ſubditus aut ſervus dominum*, Frycter for met ære/ reddis for/ ſeer ved. Inde idem quod metuo, ut *timeo te tanquam inimicum*, ne quid mali mihi inferas. *timeo tibi*, ne tibi quid mali accidat. Sic *timeo vitæ tuæ. timeo tibi abs te. timeo Republ., honore, conſulatu, ne quid malis bus accidat*, aut inferatur: *timeo de morte*, ne mihi vim faciat. *timeo pro amico*, ne quid ei mali accidat. Et abſolutè ſine caſu: *timeo*. Quandoquidem hæc explicari poſſunt: *Quid iſtic agatur, nunc magnopere timeo, quid ſiat, ego timeo*. Et paſſivè: *timetur inopia & fames, non caritas*. Dicitur autem eadem ſignificatione: *timeo ut poſſis: & timeo ne poſſis*. Aliter timeo à δίω, quod inter alia ſignificat timeo.

Timidus, a, um, qui ſemper timet & metuit, Red/ fryctactig. *Homo imbellis atq; timidus*. Et cum caſu: *mulieres nobis timidæ*, Reddis for Skib. Item cum verbo: *timidus mori. timidus perire*. Ponitur & pro religioſus, quia religioſi timent. Item pro timens, i. e. qui ad tempus timet, ut *timidis ſupervenit Æglen*, i. e. timentibus. Sic *mulier timida*, i. e. ægra & turbata, Stor aff laſſue.

Timidè, modo timido, Fryctacteligen/ med redzil. *Timidè omnia facit*.

Timiditas, atis, f. t. timidi affectus, Fryctactighed. *Ex rebus timiditas, non ex verbis naſcitur. timiditas militi ponienda*.

Timor, oris, m. t. ipſa timendi ratio, Fryct/redzel. *Timore perterritus. magno ſum in timore. timorem incutit*. Definiturq; metus mali appropinquantis. Item expectatio eorum cenſuræ, qui in dignitate ſunt conſtituti.

Compoſita.

Extimeſco, n. t. valdè timeo, Frycter ſaare / befryctet/ gruer for. *Illicò extimuit*. Et cum adjectione: *Caſum, periculum extimeſcit*. Unde & *extimeſcendus caſus*, quem extimeſcimus.

Pertimeſco, is, valdè timeo; Frycter for. *Pertimeſcit bellum. pertimuit iras Dominæ. de ſuis fortunis, de honore & fama & periculis pertimeſcunt*. Et paſſivè: *imperium in lebi etiam perſona pertimeſcitur*.

Pertimeſcendus, a, um, quod pertimeſcere debemus. Ut, *fama inconſtantiæ pertimeſcenda. pertimeſcenda eſt multitudo cauſarum*.

Prætimeo, es, valdè timeo. Ut *ſibi prætimet*.

Subtimeo, aliquantum timeo, Frycter lidet for. *Num quid ſubtimes ne ad te hoc crimen pertinere videatur*.

Solitimidi, qui ſolem & lucem fugiunt.

TINA, æ, f. pr. Varr. vas vinarium amplum ad menſas adhiberi ſolitum, ut omnes inde haurirent, à τίω honoro, q. honoratium vas. Stor Gildis ſkaal/ bolde/ oc ſom en velkomſt ſkaale. Exponitur & vas grandius condendis vinis paratum, Tønde/ Amme / Vinfad. Aliter à δεῖνος, i. e. vaſculum fictile, apud antiquos, baſi carens, & ab inferiore parte rotundum. Item δεῖνος poculi quoddam genus.

Tinia, orum, Feſt. vaſa vinaria: ubi tamen ſuſpicio eſt, legendum eſſe, Tinæ.

TINCA, Auſonio, Itala voce, piſcis lacuſtris & fluviatilis nomen, Sudere. Aliter Tinca, quaſi Tincta. Colore enim à plerisq; aliis piſcibus differt multum, & viridi nigricante quaſi tincta videtur.

TINEA, æ, f. pr. pr. corr. vermiculus veſtimenta & libros erodens, à teneo, quod tenaciùs inſideat veſtimentis, Møll/ Klæder orm/ orm i Bøger. Item tineæ dicuntur, vermes in alvearibus, apibus noxii. Item lumbrici in inteſtini recti extremo nati.

Tineoſus, a, um, tineis abundans. Ut, *alvei tineoſi*, Fuld med orm.

TINGO, is, xi, tinctum, act. t. in humorem aliquem aliquid immergo, ut eum imbibat: & inde humore aut colore imbuo à τέγγω ejusdem ſignificationis, Dyp per/ væder/ lydder/ farffuer. *Tingere panem aceto. tinguntur ſanguine cultri. tingere capillos. tingere cutem. Sol Oceano ſe tingit*, i. e. immergit, h. e. occidit, Solen gaar neder. Item *mero tingit pavimentum ſuperbo*, i. e. perfundit.

Tinctilis, le, om. t. Ovid. quod intinctum eſt.

Tinctorius, a, um, quod tingendi vim habet. Ut *granum tinctorium*, Skarlagen Bær. Et translatè, *mens tinctoria* pro crudeli & cruenta, q. tincta ſanguine.

Tinctura, æ, f. pr. tingendi actus, ſive tincti ratio, Lydden/ farffuen. Item ipſe color, Farffue.

Tinctus, a, um, quod tinximus, Dyppet / farffuet lydder. *Spicula tincta venenis. lana tincta murice*. Et translatè leviter imbutus. Ut *filius elegantiâ patris tinctus. Is mihi tinctus ſit*.

Compoſita.

Intingo, is, act. t. in aliquo tingo, Idypper / dyp per i. *In acetum intingito*.

Intinctus, us, m. q. intingendi actus, Idyppelſe. Item condimentum, cui cibos intingimus ad conciliandum ſaporem, Huad mand dypper mad vdi paa Bor det for ſmag ſkyld.

Intinctus, a, um, quod intinximus. Unde translatè, *arte intinctum*, Konſtlig giort / med konſt. Et abſolutè, intinctum, idem quod intinctus pro condimentè, græcè Embamma.

TINNIO, is, ivi, itum, ſonus acutiorem pulſatus reddo: diciturq; propriè de ære, reliquisq; metallis cùm ex eorum pulſatione ſonus afficitur, à ſono ficta voce, Klingrer/ giffuer klang. *Tinnit æs, orichalcum, argentum &c. Expecto ecquid Dolobella tinniat*, i. e. afferat numos. Item translatè, *tinnis nimium*, i. e. nimis acutè clamas. Sic *tinnis, garris, res futiles loqueris*. Item *aures tinnire* dicuntur, qvum inclusi ſubtiles vapores, interdum per membranam illam, quæ in auribus eſt, emergunt, & ſonum illum fictitium edunt, øre ſtunger / klingrer.

Tinnimentum, n. ſ. tinniendi actus, Klingen. *Illud quidem ædepol tinnimentum eſt auribus*.

Tinnitus, us, m. q. tinnientis ſonus, Klang. *Tinnitus æris. tinnitus aurium*.

Tinnunculus, m. ſ. avis in turrium parietibus indificans, columbas defendens & occulta vi vocis territans accipitres, Steenſmutte.

Tinnulus, a, um, quod tinnit & acutum edit ſonum, Klingende. *Æra tinnula*. Et *auribus tinnulus*.

Tintino, as, pen. cor. n. pr. antiquè tinnitum edo. Ut, *ſonitu canoro tintinant aures*.

Tintinio, is, ivi, n. q. idem.

Tintinnabulum. n. ſ. Inſtrumentum æneum, quo pulſato populus convocari ſolet, Klocke. Exponitur & vehiculi genus.

Tintinnabulati greges, qui ſumpturi vel daturi ſupplicium tintinnabula gerebant, vel ut populus conveniret ſpectatum, vel arceretur, ne contaminaretur.

Tintinnaculi, orum, m. ſ. qui flagris vel loris bubulis fontes cædunt, ficto vocabulo à ſonitu, quem verbera efficiunt: vel carnifices qui tintinnabula habebant, ad ſumendum de aliquo ſupplicium. Nam qui ad ſupplicium ducebantur tintinnabula gerebant.

TIPPYLA, tippulla ſeu tipula, æ, f. pr. inſecti genus, & beſtiola quæ in rivis & fontibus viſitur, ſumma celeritate ſuperficiem aquæ percurrens, à πίφεα πίφη, paludes & loci uliginoſi, in quibus beſtiolæ illæ verſari ſolent, Vandluß/Vandmøg/Vandlopper.

TITIO, onis, m. t. plebeja voce dicitur extinctus, ſemiuſtus, à tingo q. torris aqua tinctus & extinctus, Sluct brand. Exponitur & Nonio fuſtis ardens.

TITILLO, las, act. pr. pr. prod. alicui levi attrectatione alarum, aliarumvé mollium corporis partium riſum moveo, à ſono titillantis, titi, ficta voce, Kilderer. Et translatè moveo, ſed cum quadam ſuavitate, Preger. *Voluptas titillat ſenſus. Senſus voluptate titillantur titillat cum gloria.* Aliter à πλαίνω extendo, quod fiat cum extenſione corporis. Item à πίλλω vellico.

Titillatio, onis, titillandi actus, Kildren. *Voluptatum titillatio*, quâ titillant voluptates. Et *titillatio ſenſuum*, quâ titillantur. Definitur autem titillatio, diſſipatio ſpirituum in partibus laxioribus, quo motu ſubſiliunt ſenſoriæ partes.

Titillatus, us, m. q. Plin. idem.

TITUBO, as, n. pr. pr. cor. pedibus ægrè inſiſto, & trepidans nunc in hanc, nunc in illam partem inclino, à τυπίω tundo, q. offenſo ad aliquid pede, ruibundus diſtrahor. Inde alia quacunq; cauſa morbo aut ebrietate vacillo: facta etiam reduplicatione ad ſignificandum turbatum, & diverſum atq; diſtractum motum, Snubler/Raſſuer. *Mero ſomnoq; gravis titubare videtur. Titubat digitus*, i. e. inopinanti ſe motat, quodam cum omine boni aut mali. Et translatè, hæſito, ut nec vox nec lingua conſiſtat, Slaar Bommer/ feil/ holder icke ens eller ſtille. *Teſtes verbo titubabant*, Hacke de i deris tale. *Cavendum ne quid in legendo titubet. Erubuit, expalluit, titubat*, Staar icke ved ord. Sic *titubat mens, titubat lingua.* Et imperſ. *verſus debilitatur in quacunq; ejus ſit parte titubatum. In bello titubatum eſt.*

Titubanter, modo titubanti, pro inconſtanter trepidè aut imbecillè. Ut, *titubanter accuſaſti ipſum conjurationis.*

Titubantia, æ, f. pr. Svet. idem quod titubatio.

Titubatio, onis, titubandi actus, Raſſuen.

Titubatus, a, um, Virg. paſſ. ut, *veſtigia preſſo haud tenuit titubata ſolo.*

TITULUS, m. ſ. pr. corr. honoraria operis alicujus inſcriptio, in auctoris aut ipſius rei memoriam & monumentum à τίω honoro, Offuerſkrifft/Titel. Inde tropicè monumentum ipſum, Aamindelſe. Avorum *proavorumq; titulis clarus.* Item laus & dignitas. Ut, *proſequimur tua nomina Cæſar, & per tuos titulos ingredimur.* Item Index, argumentum operis continens. Item autoris nomen. Ut *titulus & nomen libri. Plurima opera*

incendio abſumpta reſtituit, ſub titulo tantum ſuo, ac ſine ulla priſtini autoris memoria. Tituli etiam Feſto dicuntur milites, q. tutuli quòd patriam tuerentur. Unde & Titi prænomen ortum eſt. Item titulus Varr. à tutus, ſcilicet à tuenda rerum memoria.

TOGA, æ, f. pr. pr. cor. veſtis Romana è lana, forma ſemicirculari & aperta, ad talos demiſſa, aut ad crus medium, pro temporis ratione tunicæ ſuperindui ſolita: Eratq; ſex ulnarum & ſine manicis. Et, ut volunt, fœminis & viris communis, à tego, quòd exteriùs tegeret hominem, Kaabe/ Kappe. Erat autem ejus uſus pacis tempore, ut paludamenti & ſagi in bello. Unde toga, pro pace. *Toga pacis inſigne & otii.*

Togula, æ, f. pr. parva toga.

Togatus, a, um, toga indutus. Unde *Togati Romani* dicti, quia togis utebantur. *Togata Comœdia* quæ à Latinis & urbicis rebus ſumpta eſt: vel de togatis ad ritus Romanos compoſita & ſcripta. *Togati vulturii*, i. e. cauſidici.

Togatulus, togula indutus.

Compoſita.

Epitogium, pallium quod togæ ſuperinducebatur.

Semitogium, n. ſ. brevis & quaſi dimidiata toga.

TOLERO, as, act. pr. pr. cor. patienter fero, à τελάω ſuffero, ſuſtineo, Bær tolleligen/ offuerbær/ offuerdrager/taaler noget. *Unà tecum bona & mala tolerabimus. cujuſq; mores tolerat ſua modeſtia.* Hinc *tolerare equitatum*, Staa vd. *Tolerare ſe*, eſt modicè & parcè ſe alere, Holde ſig op. *Tolerare vitam colo, tenuiq; Minerva*, Nære ſig armligen/ med ſin tæn. *Tolerare inopiam mercede manuum. tolerare paupertatem, tolerare ventos, frigora*, Døffue kuld. *Tolerare milites ſua pecunia*, i. e. ſuſtinere. Item tolero pro porto, fero, geſto, Bær. *Tolerat hæc navis metretas trecentas. Tolerare aliquem ne peſſum eat*, i. e. ſuſtinere, Opholde. Aliter immediatè à tollo, tolo. Item à τυλόομαι obcaleſco, obdureſco: translatâ ſignificatione.

Tolerabilis, le, om. t. quod tolerari poteſt, Lidelig/ taallelig. *Tolerabile tributum. Orator tolerabilis.*

Tolerabiliter, adverb. modo tolerabili, Taalleligen. *Tolerabiliter fert igniculum deſiderii tui.*

Tolerans, tis, tior, tiſſimus, qui tolerat & patienter fert, Taalmodig. *Tolerantiſſimus penuriæ*, i. e. patientiſſimus.

Tolerantia, æ, f. pr. tolerandi actus. Ut *tolerantia doloris, laboris.*

Toleranter, modo toleranti. Ut, *toleranter omnia fert.*

Toleratio, onis, tolerandi actus.

Toleratus, us, m. q. idem.

Compoſita.

Intolerabilis, le, om. t. non tolerabilis, quodq; tolerari non poteſt, vlidelig. *Dolor intolerabilis. frigus intolerabile.*

Intolerabiliter, modo intolerabili, vlideligen/alt formegit. *Loca frigoribus hyemis intolerabiliter horrent.*

Intolerandus, a, um, idem quod intolerabilis. Ut, *intolerandus dolor intoleranda hyems, libido, barbaries.*

Intolerans, om. t. qui tolerare non poteſt, vtaalmodig. *Intolerans laboris frigoris. Intolerantior, tiſſimus.*

Intoleranter, intoleranti modo, vtaalmodigen. *Intoleranter dolet.*

Intolerantia, æ, f. pr. intolerantis affectus, vtaalmodighed.

Pertolero, as, usq; ad finem tolero, Taal oc bær. *Pertolerat vim magnam.*

TOLLO,

TOLLO, is, ſuſtuli, & antiquè tetuli, ſublatum, act. ter. propriè ſurſum aliquid fero, à τέλλω ejusdem ſignificationis, ut ex ejus compoſitis apparet, Løffter op/tager op. Unde *tollere manus, caput. tollere in currum. tollere aliquid de terra. tollere ſcutum ſupra caput.* Et translatè laudibus effero, Roſer/løffter op til Himmelen. *Tollere aliquid dicendo. animus excellens ſe tollit. tollere ſe de terra. tollere aliquem in cœlum humeris*, eſt laudibus celebrare. *Tollere laudes alicujus in aſtra.* Item *infantem tollere*, dicebatur pater, qui recens natum & humi depoſitum ſumpſit, & in ſinum ſuum recepit. Quo facto ſuum agnoſcebat, & ſe educere teſtabatur: cùm qui non tollebatur, pro abdicato & projecto habebatur. Quapropter tollo ſæpè pro educo & nutrio ponitur. Ut, *quicquid peperiſſet, decreverunt tollere.* Et *tollere natos ex aliqua*, i. e. ſuſcipere, Faa Børn. Item tollo, de medio aufero, Tager aff veyen. *Solem de mundo tollunt, qui amicitiam è vita tollunt.* Sic *tollere de medio. tollere aliquem veneno, ferro.* Et abſolutè tollere, pro eodem, Tage aff dage. Item *tollere diſcordias ex amicitia. tollere acta alicujus. tollere aliquid ex animo. tollere aliquid è civitate*, Tage bort fra. *Tollere aliquid ab officio*, eſt privare *Tollere aliquem de oratione ſua*, i. e. non amplius nominare. *Tollere aliquem è numero* eſt eum excipere. *Tollere moram*, i. e. feſtinare. *Tollere legem*, eſt abrogare. *Tollere ſpem, metum*, i. e. auferre. *Tolle querelas*, i. e. deſine queri. Item tollo pro tumeo, augeo. Ut *tollunt ſe venti*, Høffuer / reiſe ſig. Et *tollere minas*, eſt augere vel inferre, i. e. minari. Unde *tollere dicendo*, i. e. augere. *Tollere animos*, eſt ſuperbire, Tage mod til ſig. *Tollere animos dictis*, eſt magnanimitatem ſuam dictis comprobare. *Tollere clamorem*, eſt intenta voce clamare. *Tollere gradum*, eſt ambulare, aut augere gradum, Gaa lidet faſtere. *Tollere ſe altius à terra*, eſt creſcere; diciturq; de herbis & arboribus. *Tollere riſum*, eſt cachinnari, Lee op i vætit. *Tollere ſupercilia*, ſignum eſt irati hominis, & qui malum alicui minatur. *Tollere manus*, lætitiæ ſignum eſt, & gratias agentis. *Digitum tollo*, i. e. faveo & ſuffragor à ſigno ſcilicet, Samtycker med Fingerne i vætit. *Tollunt oculos meos literæ tuæ*, pro reficiunt & delectant. Notandum, præteritum regulare eſſe, tuli, quod cum in hac ſignificatione uſitatum non ſit: ejus loco aſſumitur compoſitum ſuſtuli. Supinum etiam latum dicitur, q. tlatum.

Tolleno, onis, m. t. machina conſtans una trabe in terram altè defixa, & altera duplo majore in ejus ſummo vertice, propemodum per medium & transverſim fibulâ trajectâ, modo ſtateræ, ut capite uno ſublato alterum deprimatur, ad hauriendam è puteo aquam, Brynds vippe eller ſippe. Legitur & tollon, onis, & tollenon pro eodem.

Tolutim ſeu tollutim, adverb. q. d. modo tollenti. Unde *tollutim incedit eqvus*, i. e. tollit gradum, altius incedit, Traver høyet. Ut *de hordeo detraham, ſi tolutim incedit.* Item eqvus tolutim incedens dicitur, cui non vulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno cruruum explicatu glomeratio, & incitatior eſt greſſus, Gangere. Et *tolutim badizat, tolutim carpit, inceſſus*, i. e. more equi greſſum tollit. Aliter tolutim dicitur q. volutim.

Tolutarius, vel tolutarius ſive *tollutarius, eqvus* qui tollutim incedit, & greſſus tollit atq; glomerat, qui & ab Aſturia Hiſpaniæ regione Aſturco dicitur, Ganger.

Compoſita.

Attollo, is, act. t. idem quod tollo, vel ſurgendo me tollo, Løffter mig. *Cum ſe quisq; attollere ac levare vellet.* Item tollendo aufero. Ut, *cuſtodite eum, ne quis attollat nevè quis attingat.* Item affero. Ut *quid ſi propius attollamus, eamusq; obviam.*

Extollo, is, in altum tollo, Opløffter / ophøyer. *Caput extollit. Extollere jacentem.* Et translatè, *opes illum extollunt.* Item *verbis vel laudibus extollere*, Roſe oc berømme. Item veteribus, *extollere nuptias*, pro differre, Forhale.

Protollo, antiquis pro differo, protraho, Forlenger oc forhaler. *Hoc unum menſem protollit.*

Suſtollo, is, ſuſtuli ſublatum ſurſum tollo, Opløffter/holder op. *Suſtolle hoc amiculum. ſuſtollere columnam*, Reiſe op i vætit. *Suſtolle iconiam*, Drag Brøndsvippen op. Indè uſitatiſſimè in præterito: *Sol ſuſtulit Phaëtontem in currum. In cœlum nos ſuis decretis ſuſtulerunt.* Sic *ſuſtulit clamorem, vocem nutrix.* Item rapio, aufero, tollo. Ut, *Capionem de oratione ſua ſuſtulit. omnem metum animorum ſuſtulit*, Tage fra / tage bort. Sic *Carthaginem, divinationem funditus ſuſtulit.* Item gigno & ſuſcipio. Ut, *plures ex ea ſuſtulit liberos.* Item ſuſcipio. Ut *plus oneris ſuſtuli, quam ferre poſſum*, Tog paa mig. Item excipio: *Ego eum ſuſtuli.* Item apud Sveton. neco & interficio. Ut, *ſuſtulit matrem.*

Sublatio, onis, ſuſtollendi actus. Ut, *ſublatio animi*, i. e. elatio & ſuperbia.

Sublatus, a, um, quod ſuſtulimus, Opløfft. *Sublatus ad æthera clamor. prælio ſublati Helvetii*, i. e. ſuperbientes & ferocientes facti.

Sublatè, modò ſublato, elatè. Ut *ſublatè*, *ampleq; dicit*, i. e. magnificè.

TOMACULUM, & per ſyncopen tomaclum, n. ſ. genus farciminis ex jecore porcino minutatim conciſo, & jam ſemicocto infuſis ovis crudis, caſeo optimo, liquamine, pipere, aniſo, & Zingibere, à τομέω concido: quia in eo conciſa eſt materia, Leffuer pølſe.

Tomacina, æ, f. pr. idem.

Tomice, ces, ſive tomix, f. t. reſtis è rudi canabe ſparto vè obiter torta, & q. farta q. d. τομικὴ, à materia fartili. Item tomices, pulvilli, quos in collo geſtant animalia, ne reſte lædantur, Hals puder/Heſte puder.

Tomicla, ſpartea, q. tomicula. Sed & aliter legitur tumicula & tumicla à tumeo.

Tomentum, n. ſ. lana brevis forficibus deſecta, aut in poliendo aut à fullone de pannis rudibus aut interpolatis deducta, qua infarciuntur culcitræ qualeſcunq;, ejusdem ſcilicet originis cum ſuperioribus à τομέω incido, Bolſter fylding. Unde *tomentum Circenſe*, quod plebejorum erat è paleis, arundinibusvè conciſis fartum. *Tomentum Leuconicum* ex lana alba conciſa, à candoris præſtantia nomen ſortitum è lana candida.

Tomenticia, culcita tomento infarta, Dyne ſtoppet med toe blaar/eller andet ſaadant/madrodz.

TOMUS, m. ſ. τόμος, Chartæ ſegmentum aut libri conciſi fragmentum, vel pars operis, quam latinè ſectionem vocamus, Et ſtycke oc deel aff en Bog. *Tomus libri.* Inde *tomus aſelli*, pro portione tenuiore aſelli ventri & abdomini præſecta, Rodſter / Skrufiſk. *Tomus Thurianus Athanæo*, pro cane marino.

Tomici dentes, dentes ſunt primores, latina voce inciſores, eadem ſcilicet cum tomo originis, à τέμνω ſeco, Førtender.

TONDEO, es, totondi, tonſum, act. ſ. luxuriem capillorum & ſimilium ſtringo & exſcindo à τέμνω ſeco, q. tendeo: unde & τομίς, ίδος, forfex, Klipper. *Tondere barbam, mentum, capillos & oves. Tondere per pectinem,* Klipper offuer Kam: remotius ſcilicet paulò à cute interpoſito pectine. Inde translatè ſignificat depaſco, vel paſcendo abſumo, Klipper med munden. *Tondent dumeta juvenci. ferro malum tondere,* i. e. rollere. Item reſeco, demeto. Ut, *tondentur prata,* i. e. ſecantur. Item *tondere aliquem auro,* eſt emungere. *Tondebo auro uſq; ad vivam cutem.* Item *tondere res alicujus,* eſt imminuere detrahendo, aut inſigni detrimento afficere. Aliter à τύδω, i. e. rado, rodo, abrado. Nam & in multis rodere & radere ſignificat. Item à τείνω, ſtringo.

Tonſilis, le, om. t. quod tonſum eſt ac in orbem comatum, Rundklippet/Rundſkaren *Tonſiles oleæ. tonſilis buxus. nemus tonſile.*

Tonſor, is, m. t. qui tondet, Bartſker/Klippere. Et translatè *paraſitus tonſor menſarum,* i. e. roſor.

Tonſorius, a, um, quod ad tondendum pertinet. Ut, *culter tonſorius,* pro novacula, Ragekniff.

Tonſura, æ, f. pr. tondendi actus, Klippen. *Tonſura certo anni tempore ſervari non poteſt.*

Tonſtrina, æ, f. pr. Tonſoris officina, Bartſker ſtuffue.

Tonſtrix, icis, f. t. mulier tonſoris officio fungens, Bartſker Kone.

Tonſtriculæ, virgines & mulierculæ tonſtrices.

Tonſito, as. Plaut. ſæpe vel multum tondeo.

Tonſus, a, um, quod totondimus, Klippet. *Tonſa ſalutatrix. Tonſus miniſter. tonſa barba. tonſæ valles,* quæ arboribus & ſylvis veluti comis ſuis viduatæ ſunt. Sic *tonſa oliva,* Steffnet.

Tonſæ, arum, cujus ſingulare tonſa, f. pr. remi ſunt. Sic dictæ à tondendis & decutiendis fluctibus, vel quod ferro utrinq; tonſæ ſint, Aarer. Item tonſa, extrema pars remorum latior, Aareblad.

Tonſus, us, m. q. idem quod tonſura. Ut *tonſu lugubri.*

Tonſilla, æ, f. pr. palus dolatus & q. tonſus in acumen, & cuſpide præferratus, qui navis religandæ cauſa in littore figitur, Skibs pæl/ Bro pæl til at binde Skib ved. Feſto exponitur uncinus ferreus vel ligneus, ad quem in littore defixum funes navium illigantur. Item tonſillæ, glandulæ ſive amygdali ad radicem utramq; linguæ, gulam attingentes, quæ ſalivam conficiunt, ſed proprie in homine, ut glandes in ſue, Halskertler. Item tumor durus, & inflammatio circa fauces, quæ & voce Gallica, ut ait Iſiodorus, Toles ſive tolles dicuntur: unde per diminutionem tonſillæ Feſto. Toles autem quaſi à θόλος teſtudo in orbem circumacta: vel à tollo quòd tollantur & tumeant. Legitur & tolæ.

Compoſita.

Circumtondeo, ex omni parte tondeo. Unde Sveton. *circumtonſa matrona.*

Detondeo, es, idem quod tondeo, vel penitus tondeo, Klipper/ klipper til bundtz. *Detondet oves ſuas.*

Detonſus, a, um, quod detondimus, Klippet/ klippet til bundtz.

Indetonſus, a, um, Ovid. non tonſus.

Detonſo, as, Gell. multum vel ſæpè detondeo.

Intondeo, es, diligenter tondeo. Ut, *fibrarum ſuminas partes intondeas.*

Intonſus, a, um, non tonſus, wklippet. *Crinis intonſus. coma intonſa. ovis intonſa, caput intonſum.* Item translate incultus, Groffue/wpudtzet. *Homines ſunt intonſi.*

Retondeo, es, idem quòd tondeo, vel iterum tondeo. Ut, *retondere ſegetes.*

Retonſas, a, um, quod retondimus. Ut, *retonſæ ſegetes.*

TONO, is, pt. corr. antiquis idem quod ſono & vocem tendo, à τείνω tendo, vel immediatè à τόνος ſonus. Ut, *tibi tympana tonimus.*

Tono, as, avi & ui, atum vel itum n. pr. tonum ſeu ſonum graviorem edo, intendo: Diciturq; propriè de cœlo, cùm nubium inter ſe comprehenſarum anguſtiæ ſpiritum medium ejiciunt & tormenti bellici modo diſplodunt, Tordener. *Tonat cœlum, tonat Juppiter.* Inde translate, *tonare laudes alicujus,* i. e. magnopere efferre. Sic, *Pericles fulgurat, tonat,* i. e. dicendo magnum ſonat, & auditorum animos ſupra modum commovet.

Toneſco, is, antiquè pro tono. Ut *cœlitum templum tonitribus toneſcit.*

Tonitruum, trui, n. ſ. Cic. ex vehementiori aëris concitatu diſplodens aër, Torden.

Tonitru, indeclinab. idem.

Tonitrus, us, m. q. tonantis cœli ſonitus & fragor, Torden.

Compoſita.

Altitonans, ex alto tonans. Ut, *pater Olympi altitonans.*

Attonitus, a, um, propriè tonitru ſtupefactus. Inde aliò quocunq; graviori caſu, quo motus redditur homo, Forſkrecket oc forſtyrret. *Attonitus viſu ac voce Deorum.*

Attonitè, Plin. cum ſtupore. *Magiam attonitè multis ceremoniis celebravit Britannia.*

Circumtono, ex omni parte tono, Bulderer oc tordener paa alle ſider.

Detono, as, n. pr. tonare deſino, Lader aff at tordne. Et translatè, *perſecutionis procella detonat,* i. e. deſinit vel deſidet. Sic, *inter plauſores detonabit jactatio,* Bruß icke lenger/ ſactis.

Intono, as, n. pr. idem quod tono. Ut *intonat cœli pater.* Et translatè vehementiùs ſono, ut *canis ingenti latratu intonat,* Gør grummeligen. Item de homine: *cum hæc plenus iræ intonuiſſet,* Vdſtormet grummeligen/ vdrobte.

Superintono, as, deſuper tono. Ut, *dat tellus gemitum & clypeum ſuperintonat ingens.*

Retono, as, Catul. contra vel viciſſim tono & ſono. Ut, *loca omnia mugienti fremitu retonant,* Bromler/ Brøler/ oc tordener igien.

TONUS, ni, m. ſ. τόνος Latinè ſonus intenſior, Sterck lud oc ſtemme: ſic dictus ab intenſione vocis & chordarum. Inde intervallum ex duobus ſonis inter ſe diverſis cum legitima quantitate minimum. Item ſpatium id, quod interjacet inter terræ ſuperficiem & cæli citimum circulum, i. e. Lunarem. Item in pictura, vigor & ſplendor medius inter lumen & umbram.

Tonorium, rii, n. ſ. Quint. tibia, quâ tonos muſicos dabant.

TOPHUS, ſive Tofus, m. ſ. pr. prod. lapis arenarius facilè friabilis, alioqui aſper & inæqualis. Et, ut loquitur Iſidorus, ædificiis inutilis, fundamentis aptus, mordacitate & mollitia. Ex æſtu enim & halitu maris fricatur & verberatur imbribus, à θάφω ſubigo emollio, quia facilè ſubigitur, Sandſteen.

Tophaceus, a, um, quod ex topho eſt.

Tophinus, a, um, idem.

TOPIARIUM, n. ſ. opus ex arbore aut frutice variè inflexis ramis & vinctis ad ſpeciem decoremq; hortorum à τόπιον, funis nauticus, ad cujus ſimilitudinem torquetur, & flectitur in quaslibet formas, Løffgang/ Lyſtgang vdi Hafſuer.

Topiarius, a, um, quod ad topiarium pertinet. Ut *topiaria ars*. Et abſolutè, topiaria, idem. Item *topiarium opus*, quod ea ſtructura conſtat, Løffverck. Item topiarius, qui topiaria facit, Vrte Gaardz Mand. Item *topiarius ſervus*. Legitur & toparius, toparia, toparium.

TOPPER, ſive Toper, adverb. antiqvum & obſoletum ſignificans, celeriter, ſtatim, confeſtim, q. toto opere.

TORNUS, ni, m. ſ. inſtrumentum fabrile, quo ligna, ebur & reliqua ejuſmodi in orbem acta, poliuntur à τόρνος ejusdem ſignificationis, Suerre jern.

Tornatilis, le, om. t. quod torno factum eſt, Suarrit.

Tornator, oris, m. t. idem quod tornio.

Tornio, onis, m. t. qui torno polit, Suarrer.

Torno, as, act. pr. τορνόω torno polio, Suarrer. *Tornare lapides. lapides in baſa tornantur. Deus mundum tornabit*, i. e. polivit.

Tornatus, a, um, quod tornavimus, Suarret. Et translatè, *male tornatus verſus*, qui malè elaboratus eſt.

Toreuma, atis, n. t. Græca imitatione, τόρευμα, opus torno factum aut alioqui cælatum, Suarret/ eller Drøffuenverck/ Billedſnideverck/ Billidt ſkaaren.

Compoſitum.

Detorno, as, act. pr. idem quod torno vel tornando concio, Suarrer/fuldſuarrer.

TORPEO, es, pui, n. ſ. ſtupore animi & corporis corripior, à Θορυβέομαι, turbor, conturbor, q. turbatis

& motis ſenſibus dicituṙq; de animo ac corpore, Er ſandtzeløs/ſandtzer intet/ er wtidig/ daaſer/ føll intet/ haffuer ingen følelſe/ haffuer ingen ſmag/ haffuer tafft ſmagen. *Torpet manus*, Hand den ſoffuer eller er lad oc doffuen. *Animus torpet*, Er wtidig oc doffuen. *Torpet ceſſatione. torpet metu. regna torpent grabi veterno.* Item torpeo, vigorem & virorem amitto, langueo, ut opponatur vigeo, Falmer/ falder aff. Aliter à τάρβέω, paveo, timeo, trepido: ut propriè ſit metu ſtupeo & quidem propriè animi; inde corporis.

Torpeſco, is, n. t. torpidus fio.

Torpidus, a, um, qui torpet, Fuel/ wtidig/ doffuen/ eller daaſende. *Somno torpidus.*

Torpor, oris, m. t. torpentis vitium & affectus, Lad hed/ fuulhed/ doffuenhed. *Torpor manus*, Klaar haanden ſoffuer. *Torpor dentium*, cùm ex acerborum eſu contrahuntur, Klaar Tænderne ere egges de/ ømme/ deſe.

Torporo, as, veteribus act. pr. pro torpere facio. Ut, *ejus aſpectus torporavit ei cor amore.*

Torpedo, nomen piſcis mucoſa & glabra cute, eaq; molli & frigidâ, manus tangentes torpefacientis. Accipitur & Saluſt. pro torpore & ſtupore.

Compoſitum.

Obtorpeſco, is, n. t. valdè torpidus fio. Ut, *metu obtorpuit. miſeriis obtorpuit. manus obtorpuit.*

TORQVEO, es, ſi, ſum, & tortum, act. ſ. in orbem laboriosius, violentiusq; flecto, q. troqueo, à τρέπω, verto, verſo, circumago, Vrier/ bøjer om/ ſnoer/ ſuinger. *Taxi torquentur in arcus fluctus ter ipſum torquens abſorpſit.* Item torquendo jacio, Skyder/ ſuinger vd/ ſlinger. *In medios Achivos torquebat telum. torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum. fulmina torquet Juppiter.* Item guberno. Ut, *torquet cœlum & terras.* Item ſuſtineo. Ut, *Atlas humero axem torquet*, Bær eller ſuinger om. Item torquendo crucio eruendæ veritatis aut puniendi delicti gratia, Piner. *Hominem miſerè torquebat.* Et translatè ad animum: torquere aliquem, eſt angere & moleſtiâ afficere, Giøre bange/ angiſt. Ponitur & pro neo: quia torquendo nemus. Ut, *Penelope benè torquet.* Sic *torquere funem*, eſt torquendo ex funiculis pluribus funiculum unum efficere, Slaa eller ſno reb. Item traho. Ut, *torquere ſonantia ſaxa.* Item translatè, *torquere jus*, eſt pervertere falsâ interpretatione, Vrie Low oc Ræt. Item *mundus circum ſe torquetur & vertitur.* Item *vultus mutantur, ora torquentur*, i. e. inflectuntur. Item *verbo & litem jus omne torquetur*, i. e. diſtrahitur, corrumpitur. Aliter à τόρμη, i. e. mediolus rotæ cæteras partes torquens. Item à τροχὸς rota, q. in modum rotæ circumago.

Torſio, onis, torquendi actus. Et *torſio ſtomachi*, eroſio ejus ab humoribus acribus.

Tortilis, le, om. t. quod tortum eſt & replicatum, Vreden oc Snoed. *Tortiles digiti. tortiles nervi. buccina tortilis*, quæ in latum turbinis creſcit ab imo.

Tortor,

Tortor, oris, m. t. qui eruendæ veritatis causâ aliquem torquet, eiq; tormenta admovet: quod hodie carnificis est ministerium, Bøddel. Item, qui saxa aut tela ejaculatur. Item equi tortores, sunt cruciantes & succussarii, Støbende Heste.

Tortus, us, m. q. idem quod torsio & torquendi actus. Ut, *Draco tortu terribilis*, Snoelse/Suob.

Tortus, a, um, quod torsimus. Ut, *verberibus tortus*, Pisnet. *Tortus anguis*, i. e. flexuosus, obliqvus, Snoedt/Kringlet. *Torta supercilia*. Et *tortus panis*, *panis est oleo conspersus in medio concavus & tortus*, Saa som Kringle Brød. *Tortus vino, vel irâ dicitur*, qui aut per ebrietatem aut iræ impotentiam, quæ tacenda erant, nequit continere. Et absolutè *tortum*, n. g. antiquè, pro tormento. Ut, *artus torto distraham*. Item masc. gen. *Torti*, i. e. lora contorta, Kæb oc Baand med mange flette vdi.

Tortivum, mustum quod post primam pressuram vinaceorum circumciso pede exprimitur, Effter Vin eller Must.

Tortuosus, a, um, in orbes variè tortus. Ut, *alvus multiplex & tortuosa*, Krum suøbt oc snoedt/kringlet/ikringler. *Tortuosa urina*, quæ tortuosè defluit. Et translatè difficile. Ut, *quædam videntur tortuosa & obscura*. Item insvave. Ut, *tortuosum & multiplex ingenium*. Item arduum, spinosum. Ut *disputandi genus tortuosum*, Krumt/med mange krum spryng/krumme Ledecker med rencker/ oc som ved at snoe sig.

Torcular, aris, n. t. machina exprimendo vino, oleóve parata, à torquendo dicta, Persc.

Torculare, n. t. idem.

Torcularium, n. s. Cat. idem.

Torculum, n. s. Cat. idem.

Torcularius, a, um, quod ad torcular pertinet. Ut, *vas torcularium*, *cella torcularia*. Et absolutè *Torcularius*, qui torculari premit uvas.

Torculus, a, um, Caton. idem quod torcularius. Ut, *funis torculus*, Persetavel / Perseræb.

Tormentum, n. s. machina quâ torquentur fontes, Bøddel ramme/ Pine sted. Item machina, quâ miles torquet & ejaculatur majora missilia, & tela: ut balistarum est & lapidum, Groff Skyt. Item *tormentum murale*, trabs est funibus tensis suspensa, quæ retrò ducitur ut impetuosius feriat muros, aliàs Aries Murbrecker. Et Aurel. tormentum, translatè, gravissimus periculosissimusq; tenuioris intestini morbus, Et farlig slags Bugvrid/Tarmvrid.

Tormentarius, a, um, quod ad tormentum pertinet. Ut, *pulvis tormentarius*, Byssekrud. *Sclopus tormentarius*, Byssekør.

Tormina, n. plur. ut *tormina alvi*, i. e. intestinorum circa umbilicum torsio, Bugvrid/Tarmvrid.

Torminalis, le, om. t. quod tormina infert. Ut, *pomum torminale*.

Torminosus, qui torminibus laborat.

Torquis, is, com. t. circulus aureus tortus & flexilis collum ambitu exornans, & propriè ornamentum virorum, Hals kæde.

Torquatus, a, um, torque insignitus, unde *torquatus palumbus* cujus collum circulo quodam veluti torque cingitur, Ringeldue. *Torquatus miles*, cui virtutis ergò donabatur torques aureus, Herremand.

Torquilla, læ, f. pr. avis sic dicta à colli circumactu reliquo corpore quiescente.

Composita.

Contorqueo, es, in ambitum & gyrum torqueo, convolvo, Omkring driffuer. *Cælum non contorquet stellas. contorquere aliquem*, Tage en ved hals oc haar/ oc svinge hannem runden om. Dicitur & translatè *contorquere verba*, Vrie ord/ nøde oc pine ord vd/ h. e. verbis uti contra sensum eorum verum. Item simpliciter torqueo, Piner.

Contorquendus, a, um, quod contorqueri debet. Ut *animus ad omnem fortunam contorquendus*, Skal vries oc vendis.

Contortio, onis, contorquendi actus. Ut *concortio orationis*.

Contortus, a, um, quod contorsimus, & violentèr turbavimus, Tiunget veldeligen / omdreffuen/ pint. *Res contortæ. contorta oratio. contorta sophismata.*

Contortè, adverb. modo contorto. Ut, *contortè dicit*, Ilde/pinligen.

Contortulus, a, um, paululum contortus. Ut, *contortula conclusio. contortulum mendacium*, En snoed Løgen.

Detorqueo, es, si, tum, idem quod torqueo. Et translatè, vi quadam averto, Fravender/ affvender / fraføjer. *Voluptas hominem à virtute detorquet.* Item *dicta vel facta in alienum sensum detorquet*, i. e. interpretatur, Forvender.

Detortus, a, um, quod detorsimus. Ut, *membrum detortum*, Bøjet/ krummit/ forvendt.

Distorqueo, es, in diversum torqueo, Vrenger/skæffuer/ giør kraget. Vide, *ut sibi carnifex ora distorsit.*

Distortio, & distorsio, onis, distorquendi actus, Vrengelse/ krummelse. *Distorsio membrorum* Et translatè, *distorsio animi*, Vaar en er icke ræt sinder/ men vanartig/ vanartighed.

Distortus, a, um, quod distorsimus, Krummet. *Gallus pictus in scuto Mariano Cimbrico sub nodis distortus.* Et amisso tempore tortissimus, idem quod curvus, Vrang/ krum. *Homo distortus.*

Extorqueo, es, si, tum, torquendo elicio, aufero, eripio, sive propriè sive impropriè, Piner en noget aff/ tuinger/ vrier/ nøder hannem nogit aff. *Emanibus gladium ipsi extorsit. veritatem extorsit. extorquere ex animo alicujus errorem. alicui regnum vel pecuniam*, Nøde hannem nogit aff.

Extortor, oris, m. t. qui extorquet. Ut *bonorum extortor.*

Extortus, a, um, quem extorsimus, Pint. *Minutatim extortus*, Smaaligen pint / Lid fra Lid. Item, aff nød/ afftvungen. *Sica de manibus extorta.*

Intorqueo, es, aliquid in aliquem torqueo, Spender oc vrier mod en. *Telum in me intorsit. Hastam tergo intorsit.* Item circumtorqueo, Omvrier oc vender. *Mentum in dicendo intorquet. petiolos, quibus pendent mala intorqueto.*

Intortus, a, um, quod intorsimus, Omvrien. *Et intortum circa brachium paludamentum* pro obvolutum, Omsuobt/ omkast.

Obtorqueo, es, vehementer torqueo, Veldeligen bøjer. *Collum ita obtorsit, ut multus sanguis effluere è naribus.*

Obtortus, a, um, quod obtorsimus, Krumbøjet. *Collum obtortum*, Bunden hart. *Obtorto collo ipsum in carcerem abripi jussit.*

Pertorqueo, es, idem quod torqueo. Ut, *absinthium pertorquet ora sapore.*

Prætor-

Prætortus, a, um, valde tortus. Ut, *caput prætortum & recurvatum.*

Retorqueo, es, vicissim torqueo, Svinger tilbage igien. *Pilam missam retorsit.* Item retrò torqueo & flecto, Vender tilbage. *Ad hanc urbem retorqueo. Caput in sua terga retorsit.*

Retortus, a, um, quod retorsimus. Ut, *retortæ manus*, Bagvendt hænder. *Retorta cervix.*

Irretortus, a, um, Horat. non retortus, sed rectus. Ut, *irretortus oculus*, qui non retorquetur, Stille oc ræt sictige øye. Et ex signo, qui avarus non est. Ut *oculo irretorto spectat divitiarum acervos*, i. e. qui non avarus, non retorquet oculos ad divitias ut aliàs solent avari facere.

TORREO, es, ui, stum, act. s. ad ignem solemve sicco & arefacio à τέρσω τέρρω ejusdem significationis. Inde etiam ad ignem aduro & simul concoquo, Bager oc steger/ torrer vid ild / Soelbager/ Soel torrer. *Torrere carnes*, Stege kiød. *Pisces ligna sole verno torreantur*, Tørris. *Medius solis circulus calore torretur*, i. e. aduritur. *Sirius torret Indos*, Brender oc steger. Dicitur & de frigore. Ut, *frigore torret*, i. e. adurit, Snier. Item translatè *torrere jecur alicujus*, est amore incendere. Ponitur & pro verto. Ut, *ingentes fævo torrente ruinas*, i. e. vertente.

Torresco, is, n. t. torridus fio, Tørris/ stegis.

Torridus, a, um, act. quod torret, Tørrende/ tør. *Torrida æstas*, & passivè tostus, sole aut igne torrefactus. Ut, zona torrida, Stegt: quæ assiduo æstu torretur, inter duos tropicos sita. Et tropicè *homo macie torridus*, i. e. aridus, siccus. Item *membra torrida gelu*, i. e. adusta, Kuldsuein.

Tostus, a, tum, quod torruimus, Stegt. *Tosta caro*, Stegt paa ryst. *Tostæ fruges*, Torredt.

Torrens, tis, m. t. fluvius, qui non viva aqua, sed pluviis & imbri crescens è montibus labitur & rapidè fertur, sic dictus, quia pluvia crescit & siccitate torrescit, Vinter Aa/ Aa som er tør om Sommeren.

Torrens, tis, tior, tissimus, om. t. ad modum torrentis rapidus, vehemens, concitatus, Hastig flydende. *Unda torrens. flumen torrens.* Et *torrentes sanguine campi*, i. e. undantes ad modum torrentis. Sic *ripæ torrentes pice.* Et translatè *sermo torrens*, pro vehementi & concitato.

Torris, is, m. t. lignum adhuc candens q. qui torret, Tend brand.

Composita.

Retorreo, es, multum & benè torreo, iterum vel rursus torreo, aduro. Unde aliquid retostum dicitur.

Retorresco, is, n. t. retorridus fio. Ut *fata retorrescunt.*

Retorridus, a, um, benè vel multum torridus. Ut, *zona retorrida*, quæ nimio solis calore ægrè habitabilis est. *Ramus retorridus*, i. e. arefactus deficiente alimento, Fortørredt/ hallendt / en skåling. Sic *retorrida arbor. retorridæ frondes*, Sueine.

Retorridè, modo retorrido. Ut *herba retorridè nata*, Tør oc saa got som vissen/ eller sucin.

TORUS, ri, m. s. pr. corr. propriè quivis erat funis è loris retortus, & quicquid herbis tortis constabat à torqueo: unde torus de lecto cubiculari sic dictus quod

tortis funibus tendebatur, Seng. Et de discubitorio, quod initiò tortis herbis constabat quæ accumbentium humeris supponebatur, Saa som et Vrte knip/ Vrte pude/ Knip vrter. Hinc torus in corporibus, caro est musculis inclusa sine ossibus, Det tiucke Kiød. Item columnæ crassior torques & terretior. Item in corporibus tori, lacerti seu lacertorum capita, in quibus est robur. *Tori manus* unde exoriuntur digiti, vel ipsa digitorum pulpa, Benck/ Back eller Banck i Haand huor fingrene sticke vd / balde. Item torus in herbis cæterisq; plantis; prominens partium callus in se pulpæ modo collectus. Item eminentior pars coronæ.

Torulus, m. s. parvus torus.

Torosus, a, um, toro & musculis insigne, Kyldig / Kiødfuld. *Caro torosa. torosa cervix.* Sic *herba torosior.* Et tropicè robustus, validus.

Toral, is, n. s. quodvis lecti stragulum: sic dictum quod eo insternatur torus, Sengklede / Skiffuckle de. Exponuntur & toralia, stragula ex herbis intortis ulvis, paleis illotis, quæ purpureis vestibus tegebantur, Syne eller Pude / vden vor. Item longæ perpetuæq; mappæ.

TORVUS, a, um, quod specie sua terrorem incutit à terreo, q. tervus: vel ab aspectu torto, à torqueo, Suuer seende / grumt seende/ forfærdeligt. *Bos torva.* Et translatè, *torva virgo*, quæ indomita sunt & immitia. Dicitur & adverbialiter *torvum videt*, & pluraliter *torva me aspectat*, Seer huast.

Torvè, modo torvo. Ut *torvè me aspectat*, Seer grumt.

Torvitèr, antiquè pro torvè.

Torvitas, atis, s. t. toryi aspectus, Grumt seen/ grumt syn.

TOT, dictio numeralis indefinita, & indeclinabilis, significans tam multi: respondetq; voci Quot, à τόσος tantus, & quidem pluraliter ejusdem significationis. Unde & τοσοῖς toties, Saa mange. *Quot homines, tot causæ.* Corripitur autem in metro.

Toties, adverb. tam sæpè, Saa tit. *Quoties potestas certorum hominum, toties ad te scribam.*

TOTUS, a, um, pr. prod. quod omnes partes continet; estq; propriè quantitatis continuæ à τόσος tantus, ejusdem scilicet originis cum tantus, Heel oc gandske. *Toto ædes. totus est in amore:* scil. qui nihil aliud cogitat, aut circa aliud versatur aliúdve studet. Sic, *sum totus tuus animo & corpore. Totos dies scribo*, Dag gen igiennom. *Totus ex fraude & mendacio factus homo. ex toto id non intelligo*, Jeg forstaar det icke alt/ icke til fulde. *Opus totum & perfectum*, i. e. absolutum. Et conjunctè: *gregem universum vult totum avertere. ædes totæ perpetuæ ruunt.* Ponitur autem & sæpè pro omni.

TOXICUM, ci, n. s. veneni genus Medicis hodie incognitum, quo tingebant & inficiebant sagittas à τόξον, arcus, sagitta: vel quod initiò sagittæ tingebantur; vel quod instar sagittæ perimeret. Tingebantur autem sagittæ primùm è sanguine Lereæ Hydræ, quam sagittis confecit Hercules.

TRABS,

TRABS, bis, f. t. lignamentum majus in ædificiis, quo latera cohercentur, tectumq; sustinetur, à τράφηξ ejusdem significationis: quod est à τρέφω compingo. Indè tropicè ponitur pro navi: à trabibus scil. quibus constat. Item arbor crescens, ex qua trabes fieri possunt. Ut, *lucus obscurus trabibus acernis.* Aliter Isid. à trans quòd in transverso positu, utrosq; parietes contineat.

Trabalis, le, om. t. pr. corr. magnus, ingens, & robustus instar trabis, Stor som en Bielcke / megit stor. *Trabalis hasta. trabale telum, trabalis clavus*, qui magnitudine eminebat & aliis præcellebat in notandis annis & magistratibus. Item *trabalis clavus*, pro tormenti quodam genere.

Trabariæ, Isid. naves amnicæ, quæ ex singulis trabibus excavantur, Knubskib/Kane/Ege.

Trabea, æ, f. pr. toga erat initio Regum, inde consulum: sic dicta ab intextis pannorum trabibus, ad discretionem Regii habitus. Isidoro describitur: togæ species ex purpura & cocco, quâ operti Romanorum Reges initiò procedebant; sic dicta, quòd in majorem gloriam hominem transbearet, h. e. ultrà & in posterum ampliore dignitate honoris beatum faceret.

Trabica, æ, f. pr. antiquis dicta navis quod sit trabibus confecta.

Trifax, acis, m. t. apud Enn. integrè & sine concisione: idem quod trabs à τράφηξ. Exponiturq; in Festo, telum longitudine trium cubitorum quod catapulta mittitur: quâ forma & Bifax additur à commentatore.

TRAGOEDIA, æ, f. pr. τραγωδία, fabula numeris comprehensa, & fictis personis oratione gravi & sublimi illustrium hominum fortunas infelici exitu hauriens, Prectig oc stortalende Herre spill med en flagelig oc sørgelig ende. Erat autem tragœdia poema grande, & magnis motibus concitatum: Unde & pro magnis motibus ponitur, & flammis animorum. Ut, heu, quantas tragœdias agit, excitat, Stoor Alarm.

Tragicus, a, um, τραγικὸς, quod ad tragœdiam spectat. Ut *Poeta tragicus. Cothurni tragici.* Et tropicè tristis crudelis & sceleratus, Det som tager en sørgelig ende: qualia ferè solent esse tragœdiarum argumenta. Ut *scelus tragicum.* Et absolutè, Tragicus, m. qui tragœdiam scribit.

Tragicè, miserè, mæstè, sublimiter, crudeliter more tragico. Ut, *hanc mortem Rhetoricè & tragicè ornat.*

Tragœdus, m. f. qui agit tragœdias.

Compositum.

Paratragœdio, as, Plaut. ficta vox pro exaggero, ac verborum magnitudine aliquid augeo, ut solent tragœdi. Vide, ut *paratragœdiat carnifex.*

TRAHO, is, xi, ctum, pr. corr. per vim nec sine labore duco, & aliquando per terram violentius duco, à ἄγω operosè aliquid ago & efficio, Drager sleben. *Altaria ad ipsa trementem traxit. Trahere pallium*, Slæbe med en Sid Kiortel. *Lora tenens, tamen hinc cervixq; comæq; trahuntur per terrum. Amiculum sustollere noluit sed trahi passus est. Trahit inglorius alvum*, Sleber bugen. Indè sensim & occultè duco sive allicio, Fører/leder. *Trahimur omnes laudis studio.* Item simpliciter duco. Ut, *à Rige Creta originem traxit.* Item

haurio aquam, Drager vand op. *Ex puteis jugibus, aqua calida trahibatur.* Aliquando significat protraho. Ut *bellum trahitur*, Forlengis bliffuer ved / jo længer oc længer. Item removeo, avoco. Ut, *ab incepto me trahit*, Drager mig fra. Item tero, consume. Ut, *trahere noctem sermone*, Forsla Natten. Dicitur & cum casu agentis: *trahere se cum aliquo*, pro morari cum eo. *Trahere se ad partem diei*, est diei partem occupare. Item pro festinanter adduco. Ut, *juvenem vinctum magno clamore ad regem trahebant*, Rycte. Sic *ad supplicium trahere* pro rapere. *Trahere secum aliquem in calamitatem* est calamitates suæ participem facere. *Trahere ad defectionem*, est impellere, cogere, incitare. *Trahere aliquem in invidiam*, i. e. adducere. *Trahere candorem medicamine*, i. e. acquirere. Item addisco. Ut, *aliquid salis & facetiarum ab uxore traxit*, i. e. hausit, duxit, sumpsit. Sic *trahere conjecturam ex aliqua re. Trahere dictum aliquod in voluntatem*, est ad suam interpretari. Item traho pro ago, Lesfuer. *Trahere tutam fortunam*, est feliciter agere. *Trahere tutam pacem*, est in tuta pace agere. *Trahunt me curæ diversum aut in diversum*, Rycke hid oc did.

Tractoria organa Vitr. machinæ, quibus onera majora sursum trahuntur, Vinde.

Tractus, us, m. q. trahendi actus, Drägen. Unde *tractus serpentum* pro eorum progressu, Sleben. Et translatè *tractus verborum, tractus orationis*, pro cursu & flexu, Lob oc gang/ Krinckel. Item tractus pro regione, Egn / Landskab. Sic *eo in tractu vivitur.*

Tractus, a, um, quod traximus. Ut, *verbi à corde tracti. Ab isto initio tractus est sermo. Tracta comitia*, i. e. prolata, Forlenget. Sic *tractum tempus.* Et amisso tempore, *Corpus tractum & laceratum abjecit in mare*, Drager/ slebt oc ryct.

Tractim, adverb. trahendo in longum, longo tractu, Langsom. Unde *tractim tangere*, pro palmâ ferire, Slette med haanden / klappe. *Tractim susurrant apes morbidæ*, i. e. lentè aut diutinè, & longo tractu, Sactteligen eller langsom.

Tracto, as, act. pr. frequent. à traho significante ἄγω significatq; agito, h. e. manu verso, amicè agito, & alio quocunq; modo, exercendo, administrando, curando, conciliando, narrando, differendo, scribendo, Handler oc omgaaes med. *Tractare audentes. tractat dura, manu vitulos tractat. matellionem cupiditissimè tractat. tractare aliquem arte.* Sic *tractare negotia, bibliothecam, pecuniam publicam. tractant fabrilia fabri.* Item verso mente. Ut, *hæc animo tractabat. tractare argumenta, artem, musicam*, i. e. exercere. Item tractare est convivio excipere, Giøre til gode/ tage med en/ handle med en. *Liberaliter ex istius cibariis tractati sumus. me sceleratissimè tractabit.* Item gero. Ut, *ità se tractabit*, Handlede sig. Sic *tractare personam alicujus in scena*, i. e. sustinere. *Tractare animum alicujus* est afficere, movere. *Tractare* pro tangere. Ut, *qua gustamus, olfacimus, tractamus, audimus.*

Tractabilis, le, om. t. quod tractari & tangi potest, Fast melig/ findelig. *Omne corporeum & aspectabile, tractabile est. Tractabile pelagus*, quod navigari potest. *Non tractabile cœlum*, i. e. procellosum inquietum, impacatum, Som mand icke kand raade eller handle. Et amisso tempore, *nihil est eo tractabilius*, i. e. leniùs, facilius, mollius, & flexibilius, Handeligere.

Tractatio, onis, tractandi actus, Handlen oc brug/ tractering. *Tractatio tibiarum, armorum, philosophiæ, literarum, orationis.*

Tracta-

Tractatus, us, m. q. idem. Unde *tractatus rerum*, i.e. descriptio. Et peculiariter pars libri in qua aliquid describitur, Tractat.

Tractatus, a, um, quod tractavimus. Ut, *vita honestè tractata*, i. e. acta, transacta. *Locus à Possidonio brevitèr tractatus in commentariis*, Handlet/ i. e. descriptus. *Mercatores injuriosius tractati*, i. e. accepti, excepti, Tagen imod / handlet med. *Persona in judicijs minimè tractata*, i. e. versata.

Tragula, læ, f. pr. teli genus, similitudine hastæ: sic dicta quòd scuto infixâ trahatur: scilicet, quod amento longe jaci potest & retrahi. Item restis genus quod subere sustentatum innatat, Dragevod / eller Vodline. Dicta tragula, quòd ex undis ut plurimum trahatur. *Tragulam injicere*, est dolum in aliquem struere. Aliter exponitur tragula. teli genus hastæ non multum absimile, quæ vel manu vel tormento mittitur, & atrociter sauciat. ac plerumq; è corpore non tàm retrahenda est metu magni doloris & profusionis sanguinis, quàm hinc vel illinc decidenda, ut è vulnere sic cum minore noxa recipiatur.

Tragularii milites, qui tragulis pugnabant: erantq; in numero Rorariorum.

Traha, æ, f. pr. vehiculi genus sine rotis: à trahendo sic dicta, Slæde/ Sluffe. Virgilius per epenthesin plural dixit trahæ, pro trahæ.

Trahax, acis, om. t. Plaut. qui avidus est & rapax, & q. omnia ad se trahens, Rapsk.

Composita.

Abstraho, is, vi alicunde traho, Fradrager. *Mors nos à malis non à bonis abstrahit. Me ab omni sollicitudine abstraxi senectus. abstrahit à rebus agendis. in altum è conspectu abstraxit. Abstrahere aliquem in servitutem. Pompejum gloriæ cupiditas ad bellicas laudes abstraxit*, Hendrog hannem.

Abstractus, a, um, quod abstraximus. Ut, *animus à corpore abstractus: à liberis suis abstractus vitam degit in exilio.* Et absolutè, Logicis, abstractum, quod ex alio trahitur.

Attraho, is, ad me traho, Tildrager. *Malam attrahit sibi quod vitare potuit. similitudo allicit, attrahitq; ad amicitiam. ad hoc negotium ex provincia me attraxit. puto attractum iri si de pace agetur.*

Attractus, a, um, quod attraximus. Ut Salustius, *bis ad judicis subsellia attractus.*

Attrecto, as, sæpè tracto, & q. manibus tero, Handler/ famler / fatter. *Librum contaminatis manibus attrectat. Ne me attrecta subagitatrix*, Fatte oc famle. *Attrectare mulierem*, Offuerfatte. *Aspicitur non attrectatur.*

Attrectatus, a, um, quod attrectavimus, Fatket/ famlet. *Attrectatæ uxores.*

Attrectatus, us, m. q. attrectandi actus. Ut, *attrectatu amplificatis dolorem.*

Contraho, is, in unum traho seu cogo, Drager sammen / samler. *Contrahere milites, auxilia, pecuniam. contrahere ex alienum*, Sancke sig giæld/ ferte sig i gield. *Contrahere amicitiam*, Legge venskab sammen. Item transigo, Omdragis/fordragis. *Contraxi cum eo de mercibus.* Item constringo, Sammendrager / snerper. *Nervi frigere contrahuntur*, Kryber sig. Sic *contrahere frontem*, est fronti rugas inducere, Rynckepanden. Et de actionibus apud Grammat. cum scil. vel vocales eliduntur, vel duæ pluresvé dictiones in unam copulantur constringunturvé. Ut, *mälo, pro magis volo. capsis, pro capesi bis.*

Contractio, onis, quâ contrahitur aliquid, Sammendragelse / rynckeu. *Contractio superciliorum, verborum, rerum. contractio animi in dolore*, i.e. metus, Fryct.

Contractiuncula, parva vel exigua contractio. Ut *contractiunculæ animi.*

Contractus, a, um, quod contraximus, Samlet/sammenskrabet. *Exercitus contractus, contractæ res*, i. e. angustæ & paupertas. *Contracta eloquentia*, i. e. angusta, Sneffuet. *Pes contractus*, mensura semipedem longa & lata, Halff fod i alle kanter. Et amisso tempore, *contractior nox*, Stacket nat/ steckere nat.

Contractus, us, m. q. Jurisconsl. Idem quod contractus seu contractio, Ligning/ forening.

Contrecto, as, frequenter traho seu tango, Famler/ haffuer idelig i hender. *Contrectare pocula, contrectare manibus.* Item *contrectare*, i.e. contemplare, See ocskue.

Contrectatio, onis, contrectandi actus. Ut, *taurus gestit contrectatione vaccæ.*

Contrectabiliter, apud Lucre. pro cũ contrectatione.

Contractus, à, um. Ut, *contractæ res*, in angustum coactæ.

Præcontrecto, as, Ovid. antè contrecto, ut *spectat eam Tereus præcontrectatq; videndo.*

Detraho, is, trahendo aufero, Affdrager. *Socços detrahit. vestimenta detrahit.* Et translatè *detrahit alteri, famæ, gloriæ honori*, i, e. derogat, Formindsker / fratage / taler paa en anden.

Detractio, onis, detrahendi actus, quo aliquid detrahitur, Formindskelse/fradragelse. Et translatè, *Detractio alienæ famæ*, Formindskelse/ forringelse.

Detractor, oris, m. t. qui detrahit famæ alicujus, Som taal paa anden / oc formindsker hans nafn eller ære/ som hacker paa anden.

Detracto, as, n. pr. sæpius vel multum detraho & obloquor famæ alterius.

Detrecto, as, q. non traho, sed me subduco, Holder tilbage / skiuder mig for noget. *Detrectat jugum. detrectat certamen.*

Distraho, is, diversè seu in diversas partes traho, Drager/ sleber/ drager noget hen/hid oc did/ Riffuer bort oc tager fra/ slet hen. *Doleo me à te distrahi. Eques ipsum distraxit*, Slebte thiel/lod Heste løbe med hannem / ocslide hannem i sønder. Et translatè *distrahitur in deliberando animus*, cum scilicet ad varias occupationes, seu opiniones sententiásve trahitur, Er tuifflraadig oc haffuer saa en/ saa anden mening / haffuer her oc der at tage vare. Item *distrahere controversias*, est dirimere, Skille trætte ad. *Distrahere merces*, Selge vd.

Distractio, onis, actus quo aliquid distrahitur, Bortriffuelse fraskillelse. Et translatè *animorum distractio*, Fravennelse oc wenighed.

Distractus, a, um, quod distraximus, Bortreffven/ skilt ad. *Eques distractus.* Et translatè *animus, mens, distracta*, Bortvendt/ wroligt tuifflraadigt sind.

Extraho, is, q. extra traho, Vddrager. *Domo extrahitur, extraxit telum è corpore. Extrahit venenum corpori.* Et translatè, *ex negotio se extrahit*, i, e. liberat, Slider sig vd fra/ tager sig vd eller befrier / vdtager sig/drager sig vd. Sic *periculis urbem extraxi*, Fried fra wlycke. Item *extrahere diem, extrahere rem*, i. e. protrahere, Forlenge/forhale.

Extractorius, a, um, Plin. quod extrahit. Ut *vis extractoria.*

Extractus, a, um, quod extraximus. Ut translatè, *res per calumniam extracta*, for halit.

Intractabilis, le, om. t. non tractabilis quodq; tractari & domari non potest, whaandelig/wtemmelig. *Animus intractabilis. hyems intractabilis.*

Intertraho, is, Plaut. pro extraho & eripio. Ut, *si illi animam omnem intertraxero.*

Intractatus, a, um, non tractatus, & indomitus, whaandlet/wtempt. *Eqvus intractatus.*

Obtrecto, as, contra sententiam alterius tracto, maledico dictis factisve ipsius depravatis, forvender oc tracter effter andens ord oc gierning til det verste/tall ilde om en. *Non laboro si qui mihi obtrectant.* Item simpliciter culpo, damno. Ut, *lauticiam ejus omnem & apparatum obtrectabat*, Straffede/lastede.

Obtrectatio, onis, obtrectandi actus, Definiturq; zelotypia & ægritudo, quâ concupit quis id, quo alius potitur, Effertractelse/med affvind oc bagtalelse. Ponitur & pro detractione. Ut *obtrectatio laudis*, forringelse / formindskelse.

Obtrectator, oris, m. t. qui obtrectat, Effter tracter/ bagtaler.

Obtrectatus, us, m. q. idem quod obtrectatio.

Pertracto, as, act. pr. manibus frequenter tracto & tango, Paafamler / paaføler / handler emellom hænderne. *Pisces pertractat.* Item *manibus odiosius suis pertractare*, Kramme. Et translatè *pertractare mentem suam omni cogitatione*, pro diligenter considerare. Item *pertractare quæstionem. pertractare rem*, pro differere & disputare de re aliqua, Handle.

Pertractatio, onis, pertractandi actus. Ut *Poëtarum pertractatio*, quâ poëtarum scripta pertractant? *Pertractatè facit*, i. e. pervulgatè: significatione tractâ à meretricibus prostitutis, quarum corpora pertractantur, & vulgò nota sunt.

Pertraho, is, ad destitutum finem traho, Dragen frem til. *Navibus actuariis pertrahitur ad ripam. hostem incautum pertrahit ad collem.* Et *pertrahit vitam*, i. e. prolongat.

Protraho, is, foràs traho & pono, seu ulterius traho, Drager frem / vd til Lyset. *Nudi protrahuntur in medium. protrahere aliquem in convivium, ad judicium.* Et translatè *protrahere verum alicunde* pro elicere. Item magis atq; magis & in longius tempus traho, Forhaler/ forlenger. *Protrahere stipendia militum. protrahere mortem.* Item *protrahere se*, pro aperire, & se indicare, q. ex latebris progrediendo.

Retracto, as, rursum denuo & diligentius tractatum tracto, Handler om paa ny. *Retractabo locum de criminibus ambitus. Hæc omittam ne retractando dolorem augeam.* Item q. contra tracto, & repugno, recuso. Ut, *retractans jubencus*, qui jugum subterfugit, & invitus paret bubulco, whændelig/wstyrlig/wstyr. Item retracto pro detracto. Ut, *sive retractabis sive properabis moriendum est.*

Retractatio, onis, retractandi actus. Et specialiter tergiversatio, recusatio. Ut, *rem conficies sine ulla dubitatione aut retractatione.*

Retractatus, a, um, quod retractavimus & denuo tractavimus, Handlet paa ny. *Retractata materia hujus libri.* Et amisso tempore: *opus retractatius* quod multis locis immutatis diligentius emendatum est.

Retraho, is, retrò traho, Handler oc drager tilbage. *Proficiscentem retraxi.*

Retractus, a, um, quod retraximus, Draget oc hentet tilbage. Et specialiter retractus dicitur, qui interfugiendum captus reducitur eò, unde fugerat. Ut, *ex fuga retractus.*

Subtraho, is, quod subest trahendo q. aufero, Dragert/ tager vnder fra. *Verba sedem habere non possunt si rem subtraxeris: materiam furori subtrahit. subtrahit me à curia foro*, i. e. subduco, Vnddraget mig. Sic *aspectu nostro se subtraxit.* Ponitur & pro surripio, Stiel fra. *Viro multa subtrahit.*

TRANS, præpositio notans motum ab uno extremo ad aliud per media, ut fit in terebratione, à τράω, perforo, terebro, Giennom. Unde composita *transfigo, trajicio, transluceo, transeo, traduco, transfero.* Inde extra compositionem notat terminum & finem motus ad quem tendebatur, i. e. ultra, Paa den anden side. *Trans flubium, trans Tybrim hortos habet. trans mare currunt. trans parietem commeatus est.* Et hinc rursus in compositione perfectionem motus. Ut *trado, traduco.* Tùm in quibusdam notat per aliud, non longitudinis ratione, sed latitudinis, Tuert igiennom. Ut apparet in *transversus & transtra.* Adeoq; nota est æmensi spatii. Item ratione quietis, nota est ulterioris loci, pro ultra. In compositione aliquando amittit S. Ut *transscribo, transpono.* Aliquando N & S. Ut, *transduco, trano, tranmeo, trajicio.*

TRANSTRA, orum, n. s. Remigum sedilia in navibus: dicta q. transversim strata, Roer Benck. Item jugum canteriorum in ædificiis, ipsos canterios eum capreolis excipiens & sustinens, Tuer bielcke/huor paa Tagspærene staa. Visuntur autem hujusmodi Transtra in fornicatis ædificiis, ubi supra testudinem decurrunt ab uno domus latere ad alterum.

Transtillum, li. n. s. tigillum quod transversim ponitur, Bane Bielcke.

TRAPES, etis, m. t. mola olearia à τραπέω, uvas calco in lacu, unde τραπητός, mustum, vinum. Exponitur & trabs, quâ oleum exprimitur. Nam aliàs Catoni dicitur mola olearia quâ in trapeto olea teritur.

Trapetum, n. s. idem.

Trapetus, m. s. antiquis idem.

TREMO, is, ui, n. t. pr. corr. propriè, corporis motibus contrariis ex terrore aut pavore concutior, à τρέμω ejusdem significationis, Bæffuer/ skælffuer/ ryster. *Tremunt & exalbescunt objecta re terribili.* Et de animo, Breffuer vdi sit Sind. *Tremit pectore*, Hans hierte ryster eller slaar i hannem. *Timidus & tremens, horrens & tremens. Africa terribili tremit horrida tetro tumultu.* Item *vox tremens*, Beffuende stemme. Item, ræd/skelffuende. *Tremens equus. tremens hostis.* Et *sudat tremens*, Den kaalde sued tager hannem.

Tremebundus, a, um, abundè tremens. Ut, *vox tremebunda. membra tremebunda.* Et apud Columel. comparat. *tremebundior.*

Tremendus, a, um, pro timendus, ad cujus conspectum tremimus. *Hoc miseris tremendum objicitur. Rex tremendus, monita tremenda.*

Tremisco, is, n. t. idem quod tremo. Ut, *tremisco ad strepitum tonitru tremiscunt campi. ad sonitum pedum tremisco vocemq; cycloporum.*

Tremor, oris, m. t. trementis affectus, & corporis motus, seu concussio ex continuis motibus orta: seu motus depravatus involuntariè membrum concutiens, Bæffuen oc skælffuen/rystelse. *Terrorem sequitur pallor & tremor. subitus tremor occupat artus.* Item *tremor stellarum* est tremulum stellarum lumen, Glimren. Et de terra: unde *tremor terris*, i. e. concussio & tertæ motus.

Tremulus,

Tremulus, a, um, qui valdè tremit, Ryſtende. Unde *homo tremulus. guttur tremulum. tremulo è gutture fundit cantus. Cantus tremulus*, qualis eſt ſenum & vetularum. *Flammæ tremulæ. Tremulus riſus.* Lucret. qui concutit corpus. *Tremulum ſtellarum lumen*, Glimrende / tindrende. *Populus tremula*, Eſpetræ: à foliis tremulis.

Compoſita.

Attremo, is, t. ad vocem alicujus tremo, Skælffuer oc ryſter ved. *Regia attremit oranti.*

Circumtremo, is, undiq; tremo, Ryſter oc ſkælffuer alle vegne.

Contremo, is, idem quod tremo. Ut *cælum tonitru contremit.*

Contremiſco, is, idem.

Intremo, is, idem quod tremo, ſeu vehementer tremo, vel in re aliqua tremo, Skælffuer / ryſter ved. *Clamore intremuit terra. intremuere undæ.*

Intremiſco, is, n. t. idem. Ut, *audito hominis veſtigio intremiſcit.* Et *terra ſopito mari intremiſcit.*

TREPIDUS, a, um, pt. corr. qui ità tremit, ut etiam conſiſtere nequeat, q. tremens pedibus vel ſimplicitur q. tremidus à tremo, vviß paa ſine Been aff redzel oc forferdelſe. Inde ad animum, qui admodum animo tremit. Ut, *homo mœſtus ac trepidus ancipiti metu.* Et *res trepidæ*, quæ dubia eſt, & ob hoc timorem inducens. Item *trepidus rerum*, qui neſcius eſt quid agat, ignarus conſilii, incertus, dubius, ut cum de apibus loquitur Poëta: *Ille intus trepidæ rerum, per cerea caſtra diſcurrunt.* Item trepidus, pro feſtino, quòd qui timent, feſtinent greſſus. Ut, *trepidi me relinqvunt.* Et *trepida carina*, i. e. celer & feſtinans; niſi ſic dicatur ob timorem illorum, qui in ea vehuntur. Aliter à τρέπω verto, quia turbatione mens vertitur, inquit Feſtus.

Trepidulus, a, um, aliquantum trepidus.

Treptdè, modo trepido, celeriter & q. per timorem. Ut, *ſtativa trepidè deſeruntur.*

Trepido, as, n. pr. pedibus tremo ex timore, & pedibus conſiſtere nequeo, Vandicke ſtaa ſtille paa Beenene aff redzel oc fryct. Item ad animum: *trepidant metu. corde trepidat.* Inde trepidare, pro feſtinare, ſatagere, & multo cum metu circumagi, quia à timentibus omnia præ propere geruntur, Haſte oc ile med nogen gierning aff fryct / at oet icke ſkal ſlaa feil. *Diſcurſu trepidat ad prima ſigna in ſua quisq; miniſteria.* Et antiquè *trepidat in naves.* Item ſubintellecta præpoſitione ad: *trepidat domum. trepidat negotia.* Sic *trepidare & curſitare dicitur*, qui diligentiſſimè omnia curat, Saa ſom den der haffuer icke ſtunder at ſtaa paa Beene. Item ad animum pro metuo, timeo. Ut, *ne trepidate meas defendere naves.* Sic *trepidantia bello corda. trepidantia caſtra.*

Trepidanter, modo trepidanti & timidè. Ut, *trepidanter effatur*, Med fryct oc redzel.

Trepidatio, onis, trepidandi actus, motus & commotio, Stor fryct oc redzel med ſkælffuen.

Trepidarius equus, qui trapidanti curſu incedit, Traffuende Heſt/traffuere. Aliter legitur Tripedarius, à τρίπηδον, à curſu ſcil. quodam tripedaneo & ad exultantem ingreſſum efformato, Dre ſlaar.

Compoſita.

Intrepidus, a, um, non trepidus, vvfryctactig / vforfærd/ ved er frit moed. *Homo eſt intrepidus. vultus intrepidus.* Et translatè *hyems intrepida.*

Intrepidè, modo intrepidò, Vden redzel. *Loquitur intrepidè*, Mandeligen / friligen.

Prætrepido, as, valdè trepido.

Prætrepidum cor, i. e. valdè trepidum.

TRES, com. & tria neut. gen. plurale numerale eſt, à τρεῖς τρία, ejusdem ſignificationis. Inde *trium literarum homo*, i. e. fur. Et *tribus verbis agam*, i. e. breviſſimè. Legitur & antiqvus Nominativus Tris per tres, & accuſativus Treis pro tres.

Ter, adverb. numerale ſignificans tribus vicibus, Tre gang. *Vix ter in anno nuncium audire poſſunt. ter millia*, Tre tuſind. Inde *ter quàtuor corpora*, i. e. duodecim. Ponitur pro ſæpius. Ut, *illam ter fluctus torquet & vorat æquore vortex.* Aliquando non tàm numerum ſignificat quàm augmentum. Ut, *ter maximus. ter felix. terq; quaterq; beatus*, i. e. valdè vel maximè, Megit eller allermeeſt/ mere end ſtoor/ mere end lyckſalig.

Ternarius, a, um, quod tria in ſe continet. Ut, *numerus ternarius.* Et *ternarii ſcrobes*, qui quadrati quæq; verſum pedes habent ternos, Trefødet i kanten.

Ternus, a, um, numerale diſtributivum, ſed & crebrò uſurpari ſolitum pro primitivo, tres, tria. Ut *ternus ordo remorum*, i. e. tres ordines.

Tertianus, a, um, quod eſt tertii ordinis, ſive in tertio ordine, vel claſſe, ut, *tertiani* tertiæ legionis milites. Et *tertiana febris*, quæ tertio quoq; die recurrit, Anden dags kaalde ſiuge. Et abſolutè tertiana pro eodem. Latini itaq; paroxiſmum numerant incluſivè, nos excluſivè.

Tertiarius, a, um, quod tertiam rei partem recipit. Ut, *ſtannum tertianum*, in quo tertia pars ſtannum eſt, reliquis partibus conflatis ex plumbo nigro & albo. Et abſolutè tertiarius, m. ſ. qui tertias agit partes in comœdiis agendis. Et tertiarium, n. ſ. idem quod triens, h. e. unciæ quatuor: idq; tàm de pondere quàm de menſura dicitur. In ponderibus enim tertiam partem ſignificat, Den tredie part aff tolff / h. e. fire. In menſuris tertiam partem congii.

Tertio, as, act. pr. Colum. tertiò repeto opus aliquod. Ut, *tertiare agnum* eſt tertiò proſcindere.

Tertiatio, onis, tertiandi actus. Unde *tertiatio olei*, quæ tertia vice premitur: & quod exprimitur tertia vice. Sic *tertiatio cerevisiæ*, Det ſom den tredie gang tappis paa it malt/ ſaa ſom Spiſe øl / eller Tappedrøb. *Tertiata verba* Apul. quæ imperfecta ſunt, laplantia & cum pavore mutabunda, cum quis examinatus non profert verba integra, ſed vix tertia quæq; mediis ex perturbatione ſuppreſſis, Halfford.

Tertius, a, um, unus ſeu ultimus ex tribus, Den tridie. *Tertius dies eſt, quòd audivi te. Tertium locum obtinent, Mileſiæ oves. Tertiæ herbæ*, quæ tertium locum dignitatis habent.

Tertiò adverb. pro tertia vice, Den tredie gang. *Tertiò non veniam.*

Tertium, idem, vide plura in voce Quartum.

Triarii milites, veterani erant & ſpectatæ virtutis, qui tertio loco prælium inibant poſt profligatos haſtatos, qui primo egerant loco: Et principes, qui ſecundo pugnam capeſſerant.

Triens, tis, m. t. tertia pars assis, h. e. unciæ quatuor. Unde *hæres in triente*, i. e. tertia parte totius hæreditatis. Item numuli genus, valens tertiam partem assis. Item mensuræ genus seu calix continens quatuor Cyathos. Item pars tertia pedis, quatuor continens pollices.

Trientál, lis, n. t. vasis genus tertiam partem sextarii capiens. Aliter hoc loco legitur triens.

Trientalis, le, om. t. quod trientem in se continet. Ut *materia trientalis*, quæ est crassitudine quatuor pollicum, Fire fingre bred tømmer / saa som latter oc sparrer. *Trientalis herba*, quæ altitudine æquat tertiam pedis partem, h. e. pollices quatuor.

Trimus, a, um, quod est trium annorum, Tre Aar gammel. Et Jurisconsul. *trima die*, Tre visse dage om Aaric.

Trimulus, a, um, deminutivum notans parvitatem substantiæ.

Trinus, a, um, idem quod tres. Ut, *trina castra*. Item distributivè idem quòd ternus. Ut, *trina in die sacrificia*.

Composita.

Sesquitertius, a, um, quod tertiam alicujus partem & ejus dimidium in se continet. Ut, *proportio sesquitertia*.

Sestertius, m. s. numus erat argenteus valens quartam Denarii argentei q. semis tertius: quia continebat duos asses, cum dimidiato, Saa som halfftridie skilling danske/beregnet 100 skilling paa en halff marck 80 skilling danske oc en syssling. Scribebatur autem frequenter his notis H, S, in quibus S notat semis, & H numerum ternarium constantem tribus I, duabus rectis & tertia transversa.

Sestertium, n. s. numerale erat comprehendens mille numos sestertios: habetq; eam proportionem ad libram Romanam minam & pondo, quam sestertius ad assem, h. e. continet duas libras, & semissem, Saa som 125 marck eller 31 daler 1 marck. Ut, *decem sestertia*, i. e. decem millia numorum sestertiorum. Item sestertium genus veli triplici licio texti, ut, *tertium filum duobus impar sit*. Item locus supplicii extra urbem: sic dictus, quia semitertio erat ab urbe milliari.

Sestertiolus, m. & sestertiolum n. s. idem quod sestertius, sed cum contemptu: vel sestertioli & sestertiola, non deminutione quantitatis sed numeri.

TRIBULUS, m. s. pr. corr. τριβόλος, spinæ, genus frugibus infestum est, Et slags tidsel: Vocaturq; tribulus campestris. Item alterius herbæ nomen in amnibus nascens, quæ dicitur, *tribulus aquaticus*. Item herbæ fructus, Hvod som voxer i Vandet. Item machinulæ quædam ferreæ, aliis trigona, aliis tetragona forma, quæ quancunq; in partem in cubuerint, unum aut duos aculeos semper protendunt: inq; bello adversus equitatum spargi solent, Fodangel. Item in frænis sunt quæ lupatis adduntur, ut sua asperitate equos oris ductoris coërceant.

Tribulo, as, act. pr. Ecclesiasticis pro affligo, à tribulo, herba aculeis infesta, aut à tribulo instrumento bellico. Catoni etiam significat permiscendo agito, sed suspecta est lectio pro turbare.

TRIBULUM, n. s. pr. prod. tabula saxo aut ferro asperata, quâ grana spinis excutiebantur & frumenta

in area terantur, quem usum refert nobis triturantium flagellum, à τρίβω tero: vel ab asperitate tribuli herbæ, vel instrumenti tribuli, mutata quantitate initialis syllabæ, Pleiel.

Tribula, æ, f. pr. idem. Vulgo à tribus lateribus.

TRIBUO, is, ui, utum, act. t. pr. corr. propriè quod non tàm meum, quàm suum est, cui do: aut etiam jure & ex debito do, non derogo aut detraho, à Tribu conferente pecuniam ad usum Reipubl. Inde quovis modo do, concedo, ascribo sponte & ex merito, Efftergiffuer / giffuer det mig bør / giffuer / efftterlader / tillegger / tilskiffuer. *Suum cuiq; tribuit. ô Dii immortales vobis tribuo, quæ vestra sunt. plurimum ei tribuo, à quo plurimum diligimur. Tribuit mihi in hac re paulum operæ*, i. e. dat. Sic *Philosophiæ multum tribuit tempus*. Item *tribuere alicui sapientiam, præconium, civitatem, beneficium, svabiloquentiam*, i. e. attribuere, Tilligge. Et subintellecto casu, *tribuo huic ordini semper libentissimè* pro benè volui, honorem detuli, Vil vel. Item tribuo, pro divido, distribuo, q. in tribus, partes & classes elargior, Deler / skiffter. *Tribuam rem universam in partes*. Item *tribuere misericordiam*, est misereri. *Tribuere aliquid valetudini*, est valetudinis causa nonnihil ab instituti nostri curriculo deflectere aliquid ejus causa facere, quod alioqui non eramus facturi. *Tu tibi multum tribuis*, i. e. attribuis, arrogas. Item impersonal. *generi animantum omni à natura tributum est, ut se, vitam corpusq; tueatur*.

Tributio, onis, tribuendi actus.

Composita.

Attribuo, is, idem quod tribuo, vel tribuendo addo, Tillegger. *Pecuniam mihi tribuit, quidvis de mancipiis illi attribuit*. Et *attribuit ei rei ornationem*, i. e. rem loquentem induxit. *Tantum attribuitur, quantum debetur*. Item imputo, & causam rei in aliquem confero, Tillegrer / giffuer skyld / tileigner. *Eventus bonos Deo attribuimus. Causam calamitatis aliis attribuit. multa attribuit Græcis literis in disputando*.

Attributio, onis, attribuendi actus, Tilleggelse. *Attributio nominum*, quâ nomina attribuuntur.

Attributus, a, um, quod attribuimus, Tillagt. *Ei attributa Apulia. tantum tibi ex ærario attributum*. Et *attributi* dicebantur, qui assignabantur creditoribus exigendi. *Pecunia attributa*, quæ annumerari quæstori solebat à tribunis ærariis in stipendium militum, Andre vorder penge til besoldning.

Contribuo, is, simul vel in unum tribuo confero, Skiude der sammen/legger sammen/ tilhobe. *Contribuere pecuniam*.

Contributio, onis, contribuendi actus, quo scil. aliquid contribuimus, Vdleggelse/sammenskud.

Distribuo, is, q. in diversas partes, seu diversis tribuo, Vddeeler/vdskiffter. *Distribuit argentum in mimos. Et distribuere exercitum*.

Distributio, onis, actus, quo aliquid distribuitur, Vddelelse/vdskiffteise/ affdeling. *Distributio argenti. distributio criminis, invidiæq;*. Item distributio, figura Rhetorica.

Distributus, a, um, quod distribuimus, Vddeelt / vdskifft. *Distributum in milites argentum*.

Distri-

Distributè, adverb. modo distributo. Ut, *distributè scribit. distributè tractat*, Redeligen/huert for sig. Legitur & comparatè, distributius.

Pertribuo, is, idem quod tribuo vel do. Ut, *pertribuere testimonium.*

Retribuo, is, vicissim tribuo, Giffuer igien / igien tillegger. *Retribue quod debes. retribuam illis fructum quem meruerunt.*

TRIBUS, us, f. q. pr. cotr. pars civitatis distincta à reliqua judiciorum conventuumq; forma & ordine, sive urbe contineatur, sive pagis distincta: sic dicta à numero ternario, quòd initiò tantum tres erant ejusmodi partes, Tatiensium scilicet à Tatio Sabino, Ramnensium, à Romulo, & Lucerum à Lucumone, Rode Folck vdi nogen By oc mennigheb / quarteer / Forter. Extra urbem, & in agro, Herrit. Fuerunt a. tribus aliæ, atq; aliæ: sed Ciceronis ætate triginta quinq;. Livius autem scribit à Romulo centurias equitum tres fuisse conscriptas, Ramnenses, Tatienses, & Luceres: nec videtur existimare totum populum in has distributum, sed solos equites: asseritq; initiò quatuor fuisse tribus & dictas non à ternario numero sed à conferendo tributo. Item Plinius innuit alias fuisse *tribus urbanas, alias rusticas.* Et urbanas quidem quatuor, Saburranam, Palatinam, collinam & exquilinam. Accipitur a. tribus 1. pro loco, parte nimirum urbis suis regionibus à reliquis distincta. 2. pro hominibus & parte civitatis. 3. pro jure cujusq; scil. tribus peculiari. Aliter Isidoro tribus dictæ, quòd in principio Romani trifariè fuerunt à Romulo dispertiti, in senatoribus, militibus & plebibus.

Tribuarius, a, um, quod ad tribus pertinet, ut, *res tribuaria, crimen tribuarium.*

Tribulis, m. t. qui est ex eadem tribu, Rodgesell/Herrigmand.

Tribunal, alis, n. t. propriè sella judicis: sic dictum, quod ex ea tribubus jus dicebat, Domstoel. Item Plinio Tribunalia dicuntur editiores tumuli cespitibus aggesti contra maris aut fluviorum inundationem, in quos pecori & armentis pateat tutus receptus, Tørre vaser. *Cespiticum tribunal*, unde imperator milites alloquebatur.

Tribunus, n. m. s. Magistratus sacrosanctus, qui tribubus plebiq;, auxilio erat eamq; tutabatur: quo nomine noctes diesq; patebant domus fores, Rodemester. Erant autem Tribuni tantæ dignitatis, ut ad eos à senatu & consule provocaretur: Et omnia senatus consulta quæ non erat ab ipsis approbata, subscriptione literæ T à tergo signatâ irrita erant. Inde *Tribunus Celerum*, qui equitibus præerat, & secundum locum à Regibus obtinebat, Marsk. *Sic tribunus militaris*, qui in castris parem habebat cum consule potestatem, Ritmester. *Tribunus ærarius*, qui erogabat pecuniam attributam ex ærario, quæstoribus provincialibus? & secundum Varronem militibus adnumerabat, Rentemester for Krigsfolcket.

Tribunatus, us, m. q. dignitas tribuni.

Tribunitius, a, um, quod ad tribunos pertinet. Ut *potestas tribunitia tabum* (id est sanguis & cædes) *tribunitium*, quod excitarunt tribuni. *Tribunitia libido: Tribuniti candidati. Tribunitiæ leges. Tribunitium mucronem excitabit in nos.* Et absolutè, Tribunitius m. s. qui tribunatum gessit.

Tributim, adverb. per singulas tribus, Rodviis. *Populo domi suæ tributim satisfecit.*

Tributum, n. s. pecunia populo imperata, quæ à singulis tributim pro census portione colligebatur, Landstyre/ styre/ omlagt oc paalagt skat.

Tributarius, a, um, qui solvendo tributo obnoxius est, Skalskyldig. *Tributaria civitas, tributarium solum.*

Compositum.

Ultrotributa, dicebantur impensæ, & attributiones operum publicorum faciendorum, & sartorum tectorum præstandorum, mancipibus & redemptoribus certa mercede locatorum.

TRICÆ, arum, f pr. pr. prod. plur. filamenta & pili pedibus pultorum gallinaceorum involuti, à τρίχες pili, Kyllinge hælde/ wrede haar / wrede. Et translatè impedimenta & res involutæ, à quibus se quis expedire non potest. Wrede sag oc ting. Item res viles & nullius pretii.

Tricinus, seu Trichinus, a, um, Non. ex Varr. exponitur tardus & q. impeditus. Vel siccus & sine succo, ut sunt capilli, quod Græcè τρίχες dicuntur, ut *quod tunc quæstus trichinus erat, nunc est uber, ut quæstus sit magnus.*

Trico, onis, m. t. qui tricis involvit aliquem, ut, *trico argentarius, trico numarius*, quod moratur nec est solvendo, sed creditorem malis strophis circumducere conatur, Ond betaler. Item Tricones, contentiosi vel rixarum peramantes.

Tricosus, a, um, tricis gaudens.

Tricor, aris, d. pr. moror q. tricis impeditus, Er forhindrit/i vicklet. Item Ciceroni, nugas ago, ineptio. Ut *Brutus Vertenum accusat: tricatur*, Gecker sig / skemper/ scil. Item rixor, ut, *Publius tecum tricatus est.*

Trichilum, n. s. eadem Græca origine à τρίχες, pili: vestis stragulæ genus tenuissimum. Item trichilum duabus prioribus brevibus, vasis genus, tria habens labra, sed alia origine q. τρίχηλον à tribus labris, fortasse idem cum nasiterna.

Composita.

Extrico, as, act. pr. q. à trices solvo, Vdreder. Et translatè, libero, Vdfrier. *Animalia multa in juga se extricant.* Item explico, Forklarer. *De Dionysio tuo nihil adhuc extrico.* Item *extricare locum*, est ab impedimentis seu tricis purgare, Ryde oc rense.

Extricabilis, le, om, t. ex quo quis se extricare potest, Redesomt. *Extricabilis labyrinthus.*

Extricata, margarita, quæ lineis extricata non est, sed extra lineam & tricam, per se separata.

Inextricabilis, le, om, t. non extricabilis, quodq; extricari non potest, Wredesomt / Viltsom / huor mand icke kand rede sig vd aff In extricabilis labyrinthus, inextricabilis error, inextricabilia vitia.

Intrico, as, tricis involvo, Jvickler / Indvickler.

Intricatus, a. um, quod intricavimus, Jeller indvickler. *Homo intricatus.*

TRIGON, onis, m. t. locus erat in thermis, pilæ ludo destinatus, à τρίγωνος triangulus, propter figuram triquetram. Item pilæ genus, quo, roris loco, lusebant.

Trigo-

Trigonalis pila, qua in trigone luſitabant. Eratq; minimum genus pilæ, & idem cum pila clavaria, unde à τρίχων potius deducitur, i. e. pilis, quòd duriore ſpiſſioreq; tomento infarciebatur, Kacketebold.

Trigonaria pila, Iſidor. quâ inter tres luditur.

TRIONES, m. t. boves ſunt aratores, dicti q. ſtriones, detrito s, à ſtria, quam proſcindendo ſulcos faciunt, Plogſtude. Item ſeptem ſtellæ verſus aquilonem circulumq; Hyemalem ſitæ, Karlsvogn. Aliter Var. à tero q. teriones, vel à terra, q. terriones.

Compoſita.

Septentriones, ſeptem ſunt ſtellæ, ex quibus q. juncti triones figurantur. Item ſeptentrio, pro plagâ ſeptentrionum & vento ex ea plaga ſpirans, Norden.

Septentrionalis, le, om. t. quod ad ſeptentrionem pertinet, ut *ventus ſeptentrionalis*.

TRIQVETRUM, n. ſ. figura triangula, à τρίγωνος ejusdem ſignificationis, indutâ latinâ terminatione qualis eſt in quinquateus, ſexateus, ſeptimateus, decimateus, trigeteus. Aliter q. τρίλυτρον, i. e. olla tripedanea.

Triquetrus, a, um, triquetri formam habens, Trekantet. *Inſula triquetra*. Item triquetrus pro Siculo, quia Sicilia dictae ſt triquetra à tribus promontoriis. Ut *triquetræ oræ*, i. e. Siculæ. Et *triquetra prælia*, i. e. Sicula.

TRISTIS, e, ior, iſſimus, om. t. qui animo eſt afflicto, ſpiritibus ſe contrahentibus, à re non conveniente ad ſua principia, à θλίβομαι affligor, Sorgefuld/ bedrøffuit. *Cum te triſtem vidiſſet, bono animo eſſe juſſit. Is triſtis & conturbatus domum rediit.* Inde qui fronte eſt contracta, ſimili de cauſa, Suurſeende dru/ bedrøffuit. *Severus & triſtis vultus, vidi ipſum triſtem ac demiſſum. triſtis, capite demiſſo terram intuetur.* Nam ex contractione animi & ſpirituum etiam contrahitur vultus. Et quia talis vultus, talis frons, ſedes eſt & indicium crudelitatis, ſeveritatis, iræ, minarum & difficultatum, fit, ut triſtis aliquando pro ſævo accipiatur. Ut *triſtis Erynnis. triſtia facta, triſtia tempora. triſtes literæ* quæ triſtitiam afferunt aut referunt, Bedrøffuelig/ Sørgelig. Sic *triſtia verba. triſtis oratio.* Item triſtis pro ſevero. Ut, *vita triſtis.* Item pro irato. Ut, *is mihi ſit triſtior. ſic dii ſunt triſtes.* Item pro minaci. Ut, *triſte omen. triſtia dicta, triſtia exta.* Item pro difficili. Ut, *qui gravius ægrotant, triſtius curantur.* Item relatum ad mores, pro horrido. Ut *triſtis eſt amator.* Item, qui invitè aliquid facit. Ut *triſtis manſit ibi*, Nødig. Item *triſte lupus ſtabulis*, i. e. exitialis. Item ad viſum translatè pro turbido. Ut, *triſte cælum*, Mørck vær. Item ad ſapores, pro amaro. Ut *triſtis lupinus. triſtis ſuccus.*

Triſticulus, a, um, aliquantum triſtis.

Triſtitia, æ, f. pr. triſtis affectus, Bedrøffuelſe. Unde *triſtitiam mitigare. tradere ſe triſtitiæ.*

Triſto, as, act. pr. antiquis pro triſtem facio. Et triſtor, depon. pro triſtis ſum, pro quibus uſitatiora ſunt contriſto & contriſtor.

Compoſita.

Contriſto, as, triſtitiâ afficio, Giør ſorgefuld oc bedrøffuit. *Contriſtabit hæc ſententia Balbum Cornelium. Contriſtare ſydera* dicitur Juppiter, cum lumen eorum intercipitur, quomodo & *triſte cælum* dicitur, h. e. nubilum & obſcurum.

Pertriſtis, e, valde triſtis, ut *carmen pertriſte.*

Subtriſtis, aliquantum triſtis. Ut *homo ſubtriſtis.*

TRITICUM, n. ſ. pr. prod. optimi & præſtantiſſimi frumenti genus: ſic dictum à tritura, quod puriſſimum horreo condatur, vel quia granum ejus commolitur, & teritur, à tero, Hvede.

Triticeus, a, um, quod eſt tritici. Ut *meſſis triticea*, Hvede høſt. *Fœtus triticeus*, Hvede grøde.

TRIUMPHUS, m. ſ. pompa erat victoris, Ducis ſeu imperatoris, cum milite ſuo pedeſtri & equeſtri, nec non ductis captis hoſtibus, eorumq; ſpoliis, ſummo apparatu & ſplendore urbem ingredientis, victo hoſte, & pacatis rebus, à θριαμβος, ejusdem ſignificationis, Triumph/ Seirvinding/ Hoffvering oc Indr. delſe. Aliter Iſidoro, à tripartito judicio exercitus Senatus & populi, quo decernebatur.

Triumphalis, le, om. t. quod ad triumphum pertinet. Ut *corona triumphalis*, quâ imperator in triumpho coronabatur; eratq; initio ex lauro, inde etiam ex puriſſimo auro. *Triumphalis porta*, per quam triumphi agebantur: eratq; Romæ, quæ alio nomine Capena dicitur; & Appia, quòd ad viam Appiam ſita ſit. Tentorium triumphale, quod hodie Vaticanum dicitur. *Triumphalis vir*, qui triumphavit; ſicut conſularis, qui conſul fuit. *Triumphalis currus*, quo vehebatur triumphans: *triumphalis provincia*, propter quam devictam Imperator triumphum reportavit. *Triumphales veſtes*, quæ erant triumphantium. *Triumphalis cœna*, quæ in triumpho dabatur, *triumphalis ſtatua*, quæ triumphanti erigebatur.

Triumphalia, orum, Tacit. n. ſ. plur. honores triumphales. Ut, *Dolobellæ petenti abnuit Triumphalia.*

Triumpho, as, n. pr. triumphum ago, Triumpherer/ hoffueter offuer Fienderne/ oc indrider med pract. *M. Curius de Samnitibus triumphavit. ex hoſtibus triumphavit conſul.* Et impersonaliter, *ſine auctoritate ſenatus populi juſſu triumphatum eſt.* Item translatè, exulto & mihi placeo, Hoffuerer/ ſpringer aff glæde. *Meum factum à te probari triumpho. Lætaris tu in omnium gemitu, & triumphas.*

Triumphandus, a, um, paſs. *Achaos Mummio triumphandos tradidit*, i. e. de quibus triumphare debuit Mummius.

Triumphator, oris, m. t. qui triumphat. Vehebatur autem is quatuor equis albis, curru inaurato, capite coronato, & ante ipſum victus hoſtis oneratus colla catenis, & præeunte ſenatu, Capitolium aſcendebunt ad templum Jovis opt. max. ubi mactato tauro albo, domum redibant.

Triumphatus, us, m. q. Plin. ipſe triumphandi actus.

Triumphatus, a, um, de quo triumphatum eſt. Ut *triumphatæ gentes. triumphatus orbis.*

TROCHLEA, æ, f. pr. machina tractoria, cum æreo ligneóve orbiculo, qui circa axiculum verſatur, ſeu rota ſtriata, ad ſublevanda & emittenda onera: quaq; aquam funeductario, & hydriâ à puteis hauriemus, à τροχαλία ejusdem ſignificationis, Tridze eller bryndhiul.

TROCHUS, chi, m. ſ. τρόχος, rota, quâ ludunt pueri, Trilde. Exponitur & turbo, qui à ludentibus pueris ſcuticâ rotatur, Top. Item orbiculus ſtriatus, quâ funis, ductarius labitur in attollendis oneribus, Tridse. Exponitur & circulus, qui peragi ſolitus in locis publicis, habens annulos ſtrepitum edentes, ut prætereuntes ſonitu ab incurſu trochi longè vitando, admonetrentur. Idem conſtabat ex ære & clave aduncâ. Aliter deſcribitur rota anſam habens, quò facilius mittentur, axiculisq; compacta, transverſis jaceretur: quorum clavículæ & commiſſuræ aduncæ, dum verſabatur miſſa rota, vel orbis miſſus, tinniebant & crepabant.

Trochulus, m. ſ. parvus trochus.

Trochilus, m. ſ. avicula littoralis mira celeritate velociſſimoq; curſu, vermiculos in littore conſectans: à τρόχος, curſus ſic dictus. Item avis, quæ aliàs Regulus dicitur, Fule Konge.

TROPHÆUM, ſive tropæum, n. ſ. τρόπαιον, monumentum à victore erectum eo in loco, ubi hoſtes in fugam converterat, Seirvindings tegn/oc vare. Erat a. initio ſtipes, humana ſpecie, editiore loco poſita: aut arbor ramis amputatis trunca, cui ſpolia hoſtium circumponebant. Poſterioribus inde temporibus Romæ in arcubus ex marmore ſtructis figebantur ejusmodi ſpolia. Hinc alibi in templis ſuſpenduntur. Ponitur & tropicè trophæum pro victoria, ſeu ſpoliis, quæ victoriâ parantur.

Tropæi, eadem cum trophæo origine, ſcilicet à τροπὴ converſio: dicti in quodam luſus genere, qui alios vellicant, infeſtantq;, & ne deprehendantur, convertunt ſe, Saa ſom naar mand ſlaar løg/ eller bancker ryg/ eller midtzler for ſpurre.

TRUA, æ, f. pr. antiquis inſtrumentum culinarium manubriatum, & patellâ torno excavatâ, quo in vaſis exta permovent conquentes à τρύη, i. e. lignamentum, quo aliquid in olla teritur, & agitatur inter coquendum, Grydſkee/ ſløff/ kocke ſkee. *Coquus magnum abenum, quando ferbit, paullâ confutat truâ.* Item vaſis genus ad hujus ſimilitudinem ſed majus & amplius, quo è culina in lavatrinam, h. e. domeſticum balneum, fundebatur aqua calefacta, øſe. Aliter immediatè à τρέω, tornor: unde & τόρνος, inſtrumentum manubriatum.

Trulla, æ, f. p. parva trua. Et peculiariter vas vinarium, potoriumvé cum manubrio. Item inſtrumentum, quo fabri murarii tectoriis linendis, complanandisq; uti ſolent, Murſkee. Aliter trulla Varr. à travolo q. per quam travolat aqua.

Trulliſco, as, act. pr. Vitr. trullâ gypſum induco.

Trulliſſatio, onis, trulliſſandi actus.

Trulleum, n. ſ. vaſis genus, quo manus perluuntur, ſimile trullæ, niſi quòd latius erat.

Truo, onis, m. t. avis immani gula ſupra roſtrum nares habens valde prominentes. Unde illud Cæcilii irridentis naſi cujusdam magnitudinem: *Pro Dii immortales! unde hic prorepſit truo.* Græca voce dicitur onocrotalus. Nos reddimus, Rørdrum/ i. e. in arundinibus gravè ſonans, ſed avis eſt ab hac diverſa, & è genere ardearum. Vide vocem, ſtellaris.

Compoſitum.

Detrullo, as, apud Apicium ſignificat de trulla in trullam transfundo.

TRUO, as, antiquum & obſoletum verbum, promoveo, vel propriè ſalio, ut in compoſitis ſignificat à θόρω, θρώσκω ſalio.

Compoſita.

Andruo, ſive antruo, as, n. pr. priſcum eſt verbum, procircummoveo. ſcil. ſaltando, Vender om i dantzen. Item gratias ago refero. Aliter ab ἀναθρεμεῖν, & ἀναθρᾶν, recurrere.

Redandruo, as, n. pr. andruanti motum eundem & ſimilem refero in exultationibus enim ſaliorum ſolebat Præſul andruare, cui ſtatim alius ſaltu reſpondebat. *Præſul ut andrua ſic volgu, redandruat inde.* Item antiquè pro redeo.

TRUDO, is, ſi, ſum, act. t. pr. prod. vi manuum magna ante me pello & duco à τρύω, tero, quòd inde teratur: Vel per onomatopœjam, ut Græcorum θρύπτω frango, comminuo, attero: propter ſtridorem violenti motus, Skiuder/ driffuer. *Ad mortem truditur. Trudunt glaciem flumina. trudentes pectore montem.* Item *trudunt ſe de cortice gemmæ*, i. e. crumpunt, germinant, Bryder vd/ ſpringer vd. *Truditur è ſicco radix oleagina*, i. e. naturæ vi expellitur, erumpit, germinat. Ponitur & pro objicio ſeu obtrudo. Ut, *quas tu mihi tenebras trudis?* Aliter Scalig. trudor q. terrâ edor: ut propriè dictum ſit de germinantibus & è terrâ erumpentibus.

Trudes, is, f. t. pr. corr. inſtrumentum, quo in retrudendo utimur. Trudes autem Iſidoro, amites ſunt cum lunato ferro, quæ Græci ampluſtria dicunt. Unde Virg. ferrataſq; trudes.

Truſatilis, le, om. t. ut *mola truſatilis*, quæ manu truſa circumagitur, Haandquærn.

Compoſita.

Abſtrudo, is, in ſecretum q. trudo, Ligger oc giemmer forborgen/ hen putter/ ſticker hen aff veyen. *Ollam domo ſublatam variis abſtrudit locis. Manè me in ſylvam abſtruſi.* Et translatè, *natura in profundo veritatem penitus abſtruſit.*

Abſtruſus, a, um, quod abſtruſimus. Ut, *ilicis abſtruſus ignis*, Indgiemt oc forvarr. Et amiſſo tempore, *abſtruſæ inſidiæ*, i. e. penitus latentes, Liegit forborgen oc hiemmelige. Sic *diſputatio abſtruſior.* Et *abſtruſus homo*, qui ſecreta ſua magnoperè cælat. *Abſtruſus numerus, dolor.*

Contrudo, is, ſimul trudo. Støder/ trycker/ packer ſammen/ ſla ar ſammen/ trenger ſammen. *Contrudere piratas. contrudere in naves, contrudere in dolia.*

Detrudo, deorſum trudo, ſeu trudendo dejicio, Neder støder/ vnderſkyder. *Impetu virum detruſit.* Et translatè, *detrudit nos neceſſitas ad id faciendum*, Skyder/ tilnøder. *Detrudere in monaſterium*, eſt invitum & repugnantem ad monaſticam vitam adigere. Sic Detruſus.

Extrudo, is, q. extra trudo, ſeu vi expello, Vdtrycker/ vdſtøder. *Senem incænem extruſit ex ædibus.* Et *extrudere merces*, pro obtrudere, Vløde folck ſin vare paa.

Intrudo, is, trudendo infero & importunus ingero, Trenger ind/ Vløder ind. *Se ipſe inferebat & intrudebat.*

Obſtru-

Obſtrudo, is, Plaut. cibum in gulam trudo avideq; in fauces & ventrem iniicio, intromittoq;, Fylder oc ſtopper hals oc bug med mad/ vrier madden i ſig/ ſluger oc ſkyder haſteligen i ſig. Sed & legitur obſtrundo, q obſturundo, à turunda. Ut, *aliquod prius obſtrundamus, pernam, ſumen, glandium.* Unde & obſtrundulentum, pro eo quod obſtrunditur,

Obſtruſus, a, um, quod obſtruſimus, Indſtoppet. Et translate occultatus, Skiult oc giemt. *Sub gemma obſtruſos habeo tuam matrem & patrem.* Sic *obſtruſa terra. receſſus obſtruſi*, Ind trycte / ſkiulte/ for borgene.

Obtrudo, is, contratrudo, & q. obſtanti & renuenti aliquid trudo, Nøder en nogit paa/ trycker en paa. *Pater hanc mihi obtrudere cogitat. obtrudere fores*, ſtøde dørren i lucke til: aliosq; foris ſignificantes excludere.

Obtruſus, a, um, quod obtruſimus. Ut, *ratio obtruſa.* aliter legitur obtuſa.

Protrudo, is, porrò trudo, Skyder frem. *Protrudit cylindrum, molem.*

Retrudo, is, retror ſum trudo, Plaut. trycker tilbage. *Hominem invitum retrudit.*

TRUNCUS, m. ſ. propriè arbor comâ amputata, ſeu ferro ramiſpoliata à τρύχομαι atteror, q. attrita arbor, ut & τρύχος pannus tritus ſeu lacerus, ex eodem τρύχομαι, Stump raget bull. Item arbor à radice exciſa, ſeu ſtipes exciſus, Block / klebel/ knub / Bul. Et translatè, corpus ſine capite, cui caput præfectum eſt. Ut, *jacet ingens littore truncus.* Item homo ſine ſenſu & judicio, Knub. *Truncus iſte conſulatus titulum ſuſtinet.* Ponitur & pro ſtipete ſeu caudice. Ut, *ex his partibus trunci ſumantur qua & genitales ſunt & maximè fertiles. arboris obnixus trunco & caudici.* Item pro tota arbore. Ut, *ex tantulis granis tanti trunci procreantur.*

Trunculus, m. ſ. parvus truncus, Item trunculi, extremitates membrorum, ſive ex anſeribus ſive piſcibus truncatæ. quæ inter ollicoqua exta elixari ſolent, piperato juſculo incocta, Gaaſe fraſe oc ſmaa mad i ſaad. Item quodvis edulium conciſis minutim carnibus conſtans, Fincker / plucke mad / ſmaa mad omraſk.

Trunco, as, act. pr. truncum facio, Stubber / ſtiffner/ ſteffner. *Truncate ramos.*

Truncus, a, um, quod truncatum eſt, Stumpet/ ſteffnet. *Truncapinus.* Et *truncæ in honeſto vulnere nares.*

Compoſita.

Contrunco, as, idem quod trunco & mutilo, Stumple. *Contruncare cibum*, Stumple maden hen/ ſnitte ſkamfere.

Detrunco, as, idem quod trunco, Stycker ſtumper. vel truncando ſeco. Ut, *corpora detruncat*, Giør ſtycker/ hugger i ſtycker.

Detruncatio, onis actus, quo aliquid detruncatur, Affhuggelſe / affſteffnelſe. *Detruncatio ramorum.*

Diſtrunco, as, in diverſas partes trunco, Hugger i ſtycker. *Medium te diſtruncabo*, Aløſſue dig mit i tu ſtycker/ mit i tu.

Obtrunco, as, totum trunco, & propriè, præciſo capite reliquum corpus truncum efficio, Hugger ſlet aff/ oc giør till ſtycke hals hugger. *Puerum obtruncabit, membra articulatim diviſit.* Item obtrunco, reſiſtentem trunco. ob n. innuit reſiſtentiam.

Obtruncatio, onis, obtruncandi actus. Ut, *obtruncatio vitis.*

Prætrunco, as, Plaut. ante vel priore loco trunco. Ut, *prætruncare lignum.*

TRUTINA, æ, f. pr. pr. corr. machina geminis lancibus, quâ majora pondera appendimus, à τρυτάνη, ejusdem ſignificationis, ſtor ſkaale vect. Inde trutina Campana, à regione Italiæ: conſtans non lancibus, ſed virgâ ſeu ſcapo libris & unciis ſignato, & vago pondere menſurato, Bißmer/ vindſer. Aliter trutina exponitur jugum libræ. Item foramen, inter quod eſt lingua bilancis: Unde translatè ponitur pro judicio. Ut, *hæc non artificis, ſed populari quadam trutinâ examinanda ſunt.*

Trutino, as, Hieron. trutinâ examino. Ut, *inflatis buccis verba ſpumantia trutinant.*

Trutinatus, a, um, Apul. Ut, *trutinata ſententia*, i. e. gravis & rectè examinata.

Trutinor, aris, Perſ. idem quod trutino. Ut, *trutinari verba*, Offuerveie.

TRUX, cis, om. t. pr. gen. corr. quod vultu eſt horrido, atroci & terrente, à terreo, Grum oc forferdelig. *Truces oculi: truci aſpectu. vultu. truces tauri, arietes.* Et *oris ſonus trux.* Aliter à τρόω, vulnero, & immaniter lædo,

Truculentus, a, um, qui vultu crudelitatem præfert, aliosq; terret. Ut, *homo eſt truculentus. Nulla Getis toto gens eſt truculentior orbe.* Et cum caſu activo: *tigris feris cæteris truculenta eſt.*

Truculenter, adverb. modo truculenti. Ut *truculentius ſe gerebat, quàm alii.*

Truculentia, æ. f. pr. truculenti vultus & aſpectus.

Truculentitas, antiquè idem.

TU, pronomen ſecundæ perſonæ, à σὺ & τυ ejusdem ſignificationis, Du. *Tu mihi perſuaſiſti. tibi aras, tibi occas, tibi ſeris, tibi eidem metis.* Legitur & antiq. genit. tis pro tui. ut, *tis eget*, i. e. tui. & *tin* pro accuſ. eum.

Tute, idem quod tuipſe. Ut, *tute tecum hoc iratus cogitas.* Vide ſuprà vocalem T E.

Tutemet, idem, ut, *tutemet in culpa es.*

Tuus, a, um, quod eſt tui, Dit. *Tua merx eſt, tua indicatio.* Et abſolutè, *tuum eſt*, i. e. ad te ſpectat. *tui eſt negotii*, i. e. officii, er din beſtelling. Hinc *tuapte ſponte*, i. e. tua ipſius ſponte, *tuopte conſilio*, i. e. tuo ipſius conſilio.

Tuatim, antiquè, pro tuo more, Effter din viiß oc wanne. *Eccejam rem tuatim facis.*

Vos, veſtrum vel veſtri pronom. plur. num. I. dicitur autem *vosvos*, i. e. voſmet.

Veſter, ra, ſtrum, quod ad vos attinet, Eders. *Veſtrum pecus eſt. Veſtrorum pars*, pro veſtrum. Et *veſtrum majores*, pro veſtri.

Veſtras, atis, om. t. quod ex veſtra regione aut patria eſt, Eders Landz.

TUBER, eris, n. t. pr. lon. tumor corporis rotundus, ferè à lapſu aut ictu, à tumeo, mutatâ quantitate initialis ſyllabæ

syllabæ, vel à τύπτω verbero, tundo, Knude affslag eller-fald. Inde tumor durus, quocunq; modo, & à natura, Knude. *Tubera bina in dorso habent cameli.* Item in arbore prædurus callus rotunditate eminenti, Knude paa træ. Item tubera dicuntur tumentis terræ calli, & quidem prægnantes arenæ fœtus siccis in locis, sine ullo caule provenientes, nullisq; radicis nixi capillamentis, Jrdslags rund vext vdi Jorden. Et *tuber terræ* nomen herbæ, flore purpureo & radice nigra & tuberosa.

Tuberculum, n. s. parvum tuber, Bylke. *Tuberculum corporis,* Liden Knude/ saa som knorte/ vorte.

Tubero, as, n. pr. tuberosus sum, tuberis modo emineo, in tuber excresco, ἀδηλόω.

Tuber, eris, f. t. pr. brev. arboris genus, poma ferens baccis quàm malis similiora, à Sentio Papinio ex Africa in Italiam translatum.

Tuber, eris, m. t. fructus arboris tuberis.

Composita.

Extubero, as, n. pr. q. in tuberis formam effigior, Opbøffnis/ bøffuer dunckes. *Gemma extuberans:* scilicet aliqua, seu aliquibus partibus. Item activè, *valles extuberat,* i.e. tuberes in vallibus excitat.

Extuberatio, onis, idem quod tuber seu perpetui tuberculi in corpore.

TUBURCINOR, aris, dep. pr. raptim comedo. Perotto, Sipontino dictum à tumore q. tumurcinor, quod raptim edere faciat tumere ventrem, æder i smug. *Tuburcinari de suo, si quid est domi, tuburcinari sine me vultus reliquias.* Aliter q epulor, aut svavius, aut avidius comedo, à tuberibus terræ, quæ in deliciis erant. Item a Tu, i. e. cibus, & Bu, i. e. bibere, q. ex cibo & potu, facta voce.

TUBUS, bi, m. s. pr. corr. lignum teres concavum & canaliculatum, per quod aqua corrivatur, à tumore sic dictus, Vandrende. Inde translatè viscerum tubus, pro podice & muliebri pudendo, quòd iis meatibus veluti canaliculis quibusdam excrementa tam liquida, quàm sicca egerantur. Item, Medicis sacra fistula, quâ spinalis medulla decurrit. Item tubus, foramen modioli, in quo axis versatur, Naffs bore/ naffs hull.

Tubulus, m. s. parvus tubus. Et tubuli olim in parietibus fiebant, quibus calor ignis ex fornace ascendens, primum parietem, deinde & locum vicinum calefaciebat: unde Jurisconsul. tubuli dicuntur, quibus paries calore torretur, Tude/ Ovn tude.

Tuba, æ, f. pr. pr. corr. instrumentum ex ære argentove concavum, & rectum, cujus inflatione militibus in militia indicia faciebant, causa castra metandi, aut committendi prælii & sui inflammandi, aut percipiendi, à tubo, ad cujus similitudinem concava est, Cromet/ Basune. Erat autem peditum, & gravis soni.

Tubarii, in jure tubarum opifices.

TUDES, itis, f. t. pr. corr. idem quod malleus, à tundendo sic dictus; malleolus scilicet ligneus, quo aliquid adigitur.

Tudicula, læ, f. pr. instrumentum, quo vasis signa imprimuntur, Stempel. Item cochleare majus quo olla movetur, Kockeskee/ Grydskee/ Skumskee. Item instrumentum tinctorum, quo pannos inficiendos demergunt, Roer/ Roerstang.

Tudiculo, as, antiquis, pro commoveo q. tudite pello. Ut, *tudiculare betulam.* Exponitur & tudicula signatoria sculpo, imprimo, Slaar stemp.

Tudito, as, act. pr. Lucr. idem quod tundo, & tundendo opus perficio, tractâ significatione à fabris, qui tudite & mallais sæpè percutiendo opera faciunt. Unde: nec tuditantia rem cessant extrinsecus ullam.

TUEOR, & antiquè tuor, tuitus sum, idem quod video, à θεάομαι specto, *Tueor te senex, prò Juppiter! quis pater aut cognatus volet nos contrà tueri.* Quia verò videndo tutamur, ponitur & pro defendere, ut cum dicimus, Seer til: quod & significat videre & tueri, Hafftuer tilsyn med/ beskiermer/ forsuater. *Tuitus causam miserrimi hominis.* Sic *tueri villam. tueri bellum. Dignitatem tuam,* Forsuare sin ære. *Tueri provinciam, rem domesticam, munus officii,* Staa vel for. *Tueor instituta majorum.* Ait autem Festus, Tuor, video: Tueor defendo: quibus tamen jam promiscuè utuntur.

Tuendus, a, um, pass. quod tueri debemus, ut *à quibus tuendus erat, derelictus est. Res nostræ tuendæ conservandæq.* Sic *tuenda sententia, tuendæ amicitiæ.*

Tuens, qui tuetur & defendit. Ut, *ille cœlum atq; terras tuens & regens Deus.*

Tuitio, onis, tuendi actus, Tilsyn / beskiermelse. *Natura partes habet duas, tuitionem sui & ulciscendi jus.*

Tutamen, inis, n. t. quo nos tuemur, Beskiermelse. *Tutamen in armis.*

Tutamentum, n. s. Livio idem. Ut, *hoc mihi tutamentum fuit.*

Tutela, læ, f. pr. tuendi & tutandi actus, Beskiermelse. *Hæc omnia incolumnia sunt in ejus tutela. tu es tutela mearum rerum,* i. e. tutamentum. Et peculiariter jus & potestas in capite libero constituta ad tuendum eum, qui per ætatem sua sponte se defendere nequit, jure civili data ac permissa, Vergemaal / Tilsyn.

Tutelaris, re, om. t. quod quippiam in sua tutela habet. Ut, *Dii tutelares,* in quorum tutela urbes esse credebantur. *Tutelaris prætor,* cujus officium erat pupillis tutores attribuere.

Tutelarius, m. s. qui ædes sacras aut publicas suo periculo tuetur.

Tutillina, seu Tutilina, dea à tuendo sic dicta.

Tuto, as, act. pr. Plaut. antiquè pro tutor. Ut, *invoco vos, ut me tutetis.*

Tutor, aris, dep. pr. diligenter protego & defendo, Beskiermer/ Forsuarer. *Res Italas tutatur. armis tutatur locum suum, domum.*

Tutanus, m. s. Deus à tutando sic dictus.

Tutor, oris, m. t. qui tuetur, protegit & defendit, Beskiermer. *Tutor finium.* Et peculiariter, qui pupillo datus est protectioni, Formyndere/ Verge oc forsuar.

Tutorius, a, um, quod ad tutorem pertinet. Ut *tutoria auctoritas.*

Tutus, a, um, tior, tissimus, pass. & amisso tempore q. quem tuemur, qui munitus est, & sine periculo, Tryg/ fri for. *Tutus à vi, à perfidia, à calore, ab hostibus.* Item activè q. quod alium tuetur, Tryg. *Tutus portus, tuta urbs.*

Tutò, adverb. sine periculo, impune, Trygge ligen. *Hâc viâ tutò transiri posse videntur.*

Composita.

Contueor, eris, idem quod tueor, vel multum tueor, Seer oc ſkuer / ſtirrer paa nogit med øynene. *Totam terram contueri.* Item pro protego & defendo, Ut, *hi inimicum Pompeji contuebantur.*

Contuitus, us, m. q. aspectus, seu conspectus, Anſeelſe. Actus quo contuemur alium. Ut, *vester iste in ene oculorum animorumq; contuitus.*

Contuor, antiquè provideo. Ut, *Scipionem hunc contuor. Vulturios si forte duos contui possis.* Ponitur & apud Plaut. pro contueor.

Contuosi, oculi apud Fest. qui in angustum sunt coacti, continentibus palpebris.

Intueor, eris, q. in rem tueor, Seer nøje paa / ſkuer *Intuetur imaginem, seipsum intuetur. intueor in rem istam. in illum intuor.* Et cum adjectione, *intueri oculis aliquid,* See paa / oc ſkue med øynene. Et translatè, *intueri animo, vel animis,* est considerare, Giffue nøje act paa. Sic *intueri voluntatem alicujus.*

Intuitus, us, m. q. intuendi actus, Paaſeelſe / Aaſium.

Intuor, eris, idem quod intueor. Ut, *nullam illic cornicem intuor.*

Intutus, a, um, Livio. non tutus incustoditus, wtryg/ wforvaret / wſicker. *Castra Gallorum intuta.*

Obtueor, eris, diligenter tueor & conspicio, Seer oc grunder paa nogit. *Terram obtuens,* Stirrer.

Obtutus, us, m. q. quasi obtuitus, obtuendi actus Paaſeelſe / paaſtirren. *Obtutu hæret defixus in uno,* Et *obtutus oculorum,* quo obtuentur aliquid.

Obtuor, eris, idem quod obtueor.

Alia Composita.

Cortumio, onis, f. t. antiquis divinatio, quâ cor tuetur & videt aliquid.

Omnituens sol, qui omnia tuetur.

Maustutor, oris, m. t. Plaut. pro custos, q. manu tutor.

TUGURIUM, n. s. pr. corr. casula est, quam faciunt sibi custodes vinearum ad tegmen sui, ex parabili materia, cespite, ulva, aut arundine, sine parietibus, à tego, q. tegurium, vel propter ardorem solis, & radios declinandos; vel, ut inde homines seu bestiolas quæ insidiari solent natis frugibus, abigant, Hyrde Hytte.

Tuguriolum, n. s. parvum tugurium.

TUM, adverb. indefiniti temporis, pro eò tempore: respondetq; ita voci qvum, seu cum: ut, tot, quot, tam, quam; à ὅτε, ὅτι, ut Qvum, à ὅτε ὅτι, Daa. *Cum ad te*

venero, tum faciam. Sed in hac significatione ferè omittitur & subintelligitur. Ut, *cum in Africam venissem, nihil mihi fuit potius. Cum ea ad nos allata sunt, graviter sum commotus.* Aliàs frequentissimè conjunctio est copulativæ, idem significans, quod &, sed subjunctum voci cùm nec non majus quid, gravius, aut specialius interens, q. d. sed etiam, Saa ocſaa / ja miere / men ocſaa. *Hæc cum summè inutilia, tùm multò turpissima sunt. Imparatus, cùm à militibus, tum à pecunia. id fecit cùm sæpè aliàs, tùm verò hoc tempore, quo audito vehementer sum commotus cùm de Syria tùm de mea provincia. cùm cætera, tum hoc dictum vituperat.* Interdùm etiam ipsum geminatur, omisso cum; nimirum, cùm membra sint ejusdem ponderis, & significat et, Baade. *Epistola plena tùm benevolentiæ, tùm prudentiæ. Differo in utrumq; partem, tùm Græcè, tùm Latinè.* Et quinquies repetitum: *Nam tum verba ipsa videntur tum sententia scriptoris dissidere. tum inter se duæ leges aut plures discrepare: tum id quod scriptum est, duas aut plures significare videtur: tum ex eo quod scriptum est, aliud quoq;, quod non scriptum est, invenire: tum vis verbi exquiri.* Ponitur & pro modo. Ut, *tum hoc, tum illud dicit,* i. e. modò hoc, modò illud, Saa dette / ſaa det. Item *tum demum,* i. e. novissimè, For det ſidſte / daa omſier. *Tum demum movet arma leo* Item *tum deniq; fore beatas Respubl. putavit Plato, si aut docti aut sapientes homines eas regere cæpissent,* i. e. tum demum, vel ad extremum, Sic *tum etiam,* i. e. præterea. *Tum, cum,* i. e. tunc, cum. Item *tum præterea.* Item *deinde tum.* Item *tum verò,* i. e. deinde: cùm non præcedente.

TUMEO, es, ui, n. s. pr. corr. de re & membro dicitur, quod casu aliquo cognatis partibus, eminet & excrescit à τύμμα, ictus, percussus, plaga, unde tumex, i. e. vibex, q. propriè sit ictu & plaga excresco. Indeq; transfertur ad alia, Er hoffuen / er riſſen / er bullen Ovid. *hoc quod in collo tibi tumet. corpus tumet omne veneno, & fletu lumina fessa tument.* Item *tument animalia,* cum in libidinem turgent. *Tumet bile jecur,* i. e. ad iram movetur. Et de terra, cum parere aut gignere cupit: *Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt.* Item translatè, superbio, quia inflati superbientium quodammodo videntur animi, Er hoffven / hoffertig ophæſt. *Tumet animus, successu tumet homo laudis amore.* Item *tument negotia,* i. e. ad seditionem inflantur & tumultuantur, Hoffnis til Allarm. Item *tumet mare,* Haffuet graaer. Aliter à τύμβος bustum, quasi instar busti exsurgo subter concavus. Unde & tumulus.

Tumesco, is, n. t. tumidus fio, Reiſner / reiſer / hoffe vis / bullner. *Tumescit mare surgentibus ventis agitatum.*

Tumidus, a, um, quod tumet, Hoffuen. Tumidum membrum. Et translatè, *tumidum æquor.* Sic *tumidus Auster.* Et translatè superbus. Ut, *successu tumidus,* Hoffuen oc hoffertig.

Tumor, oris, m. t. tumidi affectio, Hoffuelſe. *Tumor manus, oculorum.* Et translatè ira. Ut *animi tumor.* Item *tumor rerum,* i. e. commotio, perturbatio & tumultuatio. *Tumor custodum,* est densa corona & fretum illud turbæ.

Tumex, icis, f. t. velum carbasinum, à tumore sic dictum. Item idem fuit quod vibex.

Tumu-

Tumulus, i, m. s. colliculus & terra nonnihil eminens, & q. tumens: à tumeo, Høy. *Planities magna erat, in qua tumulus terreus.* Item sepulcrum, sic dictum, quia aggesta terra tumet.

Tumulo, as, act. pr. in tumulo condo, Begraffuer. *Nec intecta tumulabor mortua terrâ.* Et particip. *non jam tumulandus ab illa.*

Tumulatus, a, um, quem tumulavimus, Begraffuet/ Jordet. *Mulier jacet hoc tumulata sepulcro.*

Tumulosus, a, um, tumulis plenum. Ut, *locus tumulosus.*

Composita.

Attumulo, as, act. terram aggero, & q. juxta tumulum facio.

Contumax, acis, m. t. qui q. tumens, h. e. superbiens, superiori refragatur, Haard nacket/ tryckhaard/ modvillig / traadzig / fortraadden / stiffhals. Dicitur & in bonam partem: *contumax servorum fides*, quâ tormentis labefactari non potuit.

Contumaciter, modo contumaci, seu cum contumacia, Haardnackeligen/haardtryckeligen/modvilligen / traadzeligen.

Contumacia, æ, f. pr. contumacis habitus, Haardnackedhed/ stiffhed / modvilligheđ/ traadzighed. Accipitur & in bonam partem pro constantia, Stiffhed. *Adhibuit liberam contumaciam à magnitudine animi inductam, non à superbia.*

Percontumax, valde contumax.

Contumelia, æ, f. pr. ignominia in superiorem, & convitium ex singulari quadam contumacia seu animo tumido, Arrig oc traadzig/ spee oc spaat/ foracstelse oc traadz/ traadzighed.

Contumeliosus, a, um, qui contumeliam inferre solet, Arrig / traadzig/ spodsk.

Contumeliosè, cum contumelia, Med spot oc foractelse.

Subcontumeliosus, a, um, aliquantulum contumeliosus.

Subcontumeliosè, adverb. Ut, *subcontumeliosè tractare aliquem.*

Contumulo, as, act. pr. tumulo tego, Neder graffuer / Jorder. *Humo ossa contumulo, humo contumulatur.*

Detumeo, es, tumere desino, Sertis. *Detumet vulnus. detumet mare. detumet imber.* Et translatè *detumet animus*, Lader storhed salde/sactis.

Detumesco, is, n. t. idem. Ut translatè, *odia detumescunt.*

Extumeo, res, & extumesco, idem quod tumescò, seu valdè tumesco.

Extumidus, a, um, valdè tumidus.

Intumesco, is, n. t. tumidus, vel tumidior fio, Vorder tyck/ bugget / hoffner / hoffniß. *Intumescit mare, intumescit terra vi veris.* Et translatè *intumescit ira.* Vel absolutè pro eodem *intumescit.* Ut, *intumui, Juno*, Vorder vaed.

Prætumidus, a, um, valde tumidus. Ut, *prætumidus furor.*

TUMULTUS, us, m. q. pr. corr. tumentis provinciæ affectus turba & motus maximus, quo in bellum aut seditionem prurit & tumet: initioq; sic tantum dicebatur, qui erat Italicus aut Gallicus, à Tumeo per productionem, Rumor/allarm / pregen til ont/ krig oc oprør/ bulder/ tumult. Inde omnis motus, trepidatio & perturbatio, tumultus dicitur, Allarm/rumor/skudermuder. *Rem non sine magno tumultu aggreditur.* Legitur & tumulti in genit. in secund. declin. Aliter dictio habetur composita q. tumor multus, vel timor multus.

Tumultuarius, a, um, quod in tumultu aut cum tumultu fit. Ut, *tumultuarius Dux*, qui pro tumultu eligitur. *Tumultuarius miles, tumultuarius exercitus*, qui raptim & q. per tumultum conscribitur, Med en hast sanckit oc skreffuen. Sic *tumultuaria oratio*, quæ raptim & sine præmeditatione facta est, Jskudermuder giort.

Tumultuariò, adverb. modo tumultuario, Jskudermuder. *Lavacrum tumultuariò præparatum.*

Tumultuo, as, n. pr. Plaut. antiquè idem quod tumultuor.

Tumultuor, aris, dep. pr. tumultum cio, excito, Buldrer/Allarmer. *Interfectis hostibus non decet tumultuari. In castris præter consvetudinem tumultuantur. Nescio quid hic audio tumultuari, misera malè metuo.*

Tumultuatio, onis, tumultuandi actus, Allarmen/ Buldren.

Tumultuosus, a, um, qui tumultibus gaudet, aut abundat, wrolig oc oprørsk / buldrende. *In otio tumultuosi, in bello segnes, tumultuosa vita. tumultuosus nuncius.* Et *tumultuosum mare*, quod ventis & fluctibus tumet, Brusende Haff.

Tumultuosè, adverb. cum tumultu. Ut, *tumultuosius pervagantur milites*, Med Allarm oc Bulder.

Composita.

Pertumultuosus, a, um, tumultum magnum excitans.

Pertumultuosè, modo perumtultuoso. Ut, *pertumultuosè nunciant.*

TUNC, adverb. temporis significans eo tempore à Dorico τόνϰα pro τότε ejusdem significationis, q. tonc, Daa. *Tunc decuit, cùm sceptra dabas. Tunc ad eam accede, cùm potes. Tunc ad crocum tui videndi mihi copia erit.* Et cum casu, *tunc temporis*, pro eo tempore. Item *tunc demum*, idem quod tum demum.

Compositum.

Etiamtunc, vel etiam tum, pro tunc etiam, End daa. *Omnes etiamtum retinebant illum.* Legitur & divisim etiam tum, & conjunctim, etiamtum.

TUNDO, is, tutudi, tunsum & tusum, act. t. vi magna verbero, seu plagam & ictum infero, facio, à τύπτω ejusdem significationis, Støder. *Jacenti tutudit latera. tundit pectora palmis. picus ulmum tundit. spicæ melius fustibus tunduntur.* Et *tundit humum calcibus*, Stamper. Item translatè odiosa verba eadem sæpius itero, quasi quibus animus tunditur. Ut *tundendo atq; odio efficit senex*, i. e. sæpè dicendo, sive iterando. Sic *tundere aures*, pro obtundere, sæpius idem repetendo. Dicitur & proverbialiter, *tundere eandem incudem assiduè*, pro eo, quod est indefatigabili assiduitate operis alicujus studio perseverare. Item pass. *tunditur Euro Riphæo gens. tunditur assiduis hinc atq; hinc vocibus. Tunditur fluctibus saxum.* Item neutraliter: *De labore pectus tundit*, Hiertet slaaer / picker.

Tundens, tis, om. t. Ut, *tundens vultur jecur*, Hacker.

Tunsus, a, um, quod tutudimus, Stødt. *Profuit & tunsum gallæ admiscere saporem. Tunsa viscera. tunsa pectora. tunsæ fruges.*

Tusus, a, um, Plin. idem.

Contundo ſimul ſive totum tundo, Sønderknuſer/ ſmaa ſtøder. *Duram qui contudit hydram.*

Contuſus, a, um, quod contudimus, Sønderknuſit/ ſtøtt. *Radix contuſa.*

Extundo, is, q. tunderdo elicio, extraho q; , Vdſtøder affnogen / nøder til at ſige. *Conbicio magis quàm precibus hoc ipſi extudit*, Trycte hannem aff. Et translatè, *ſtudium & diligentia honorem & artes nobis extudit*, i. e. vi quadam, protulit attulitq; , Med ſtor wo mage kom ad ſted/ kom til veje.

Obtundo, is, totum ſive circum tundo. Et propriè tundendo aciem intercipio, hebetoq; , Singer/ hacker eggen om paa noget/ giør ſløff. *Securim obtundit*, Singer øxen. Inde translatè, vim alicujus rei intercipio, ſenſumq; hebeto, Giør ſløff. *Obtundere animum. obtundere vocem, oculos, ingenium.* Item moleſtiâ officio, Giør kæd/ giør møde. *Ne me de hac re obtundat ſæpius.*

Obtuſus, a, um, quod obtudimus, Dinget / hacket. Ut, translata ſignificatione, *pugnis ſum obtuſus.* Et amiſſo tempore, *obtuſa falx*, Slev Segel. Et translatè, *oculi acies et fuit obtuſior.* Sic *obtuſæ aures, obtuſi auditores. obtuſum ingenium*, Som haffuer miſt deris kraffe.

Pertundo, is, q. medium tundo, Støder igiennom. *Acutâ teſta, vel lapide ungulam pertundit bobi.* Sic *cadentes guttæ, longo ſpatio ſaxa pertundunt.* Et translatè, *pertundere crumenam*, Graffue ind oc ſtiele.

Pertuſus, a, um, quod pertudimus, Giennom ſtucken. *Pertuſum vas, dolium*, Huor der er hull paa.

Retundo, is, retrorſum tundo, obtundo & hebeto. Ut, *tilia aſcias retundat*, Støder aff eller tilbage. *Retundere gladium. retundere mucronem*, Giøre ſlev. Et translatè *retundere gladium*, pro ejus uſum vanum & irritum reddere.

Retuſus, a, um, quod retudimus, Giort ſlev. *Ferramentum retuſum.* Et translatè, *ingenium retuſum*, pro hebeti.

Subtundo, is, Tib. idem quod tundo. Ut *ſubtundere genas.* Unde *ſubtuſa genas mulier.*

TUNICA, æ, f. pr. pr. corr. veſtis erat interior, viris brevior, utpote ſubſtricta, & citra humerum deſinens, & pectus operiebat: aut ad genua & ſine manicis: mulieribus autem diffuſior, ad talos, & cum manicis ad digitos, à δύνω ſubeo, induo, q. quam ſubimus & induimus, Vams/ Liſſtycke/ Troje/ Liſſkiorrel. Inde translatè *tunicæ, oculorum* membranæ, quibus oculi ſunt compoſiti. Item membranæ arborum & fructuum, Hinde. *Tunica nuclei*, Kierne hinde. Aliter vulgò tunica, à tuendo corpore.

Tunicula, æ, f. pr. parva ſive vilis tunica.

Tunicatus, a, um, qui ſola tunica, ſine toga indutus eſt. Ut, *homo tunicatus.*

Tunico, as, antiquè pro tunicam induo, vel tunica veſtio. Ut *tunicare homulum.*

TURBA, æ, f. pr. magnus animorum plurium hominum motus, ſed propriè minor tumultu: Inde aliquando ad ſeditionem ſpectans & pugnam à τύρβη ejusdem ſignificationis, Klammer oc allarm/ Bulder blant

mange. Significat autem pluraliter perturbationes, & ſtrepitus: ſingulariter multitudinem. Ut, *facere magnas turbas in caſtris.* Item tropicè diſcrimen & dubium. Ut, *magna turba & confuſio rerum*, Vildſomhed/ vidtlefftighed. Item copia. Ut, *turba novorum voluminum.* Et *turba prunorum*, provariis generibus prunorum. Item *turba vulnerum* pro multis vulneribus. Item multitudo promiſcua, & incompoſitus conventus hominum, Skare. *Turba patronorum, turba ſtultorum.* Et *in mediam turbam ſe conjecit.*

Turbella, læ, f. pr. parva turba.

Turbidus, a, um, quod turbæ modo tumet & commotum eſt. Ut *homo turbidus*, wroeligt hoffuet / ſom kand icke verre ſtille/ kiffactig/ klammervorn. Et cum caſu *turbidus animi.* Item translatè, *mare turbidum*, quod fluctibus tumet Graaende haff. *Turbidum cœlum*, Mørck vær/ Rhu vær. *Turbidus dies*, Graat vær. Sic *turbidus imber.* Et *turbida aqua*, i. e. turbata, non pura, Kørt oc tyck vand. Item *pectora ſunt ipſo turbidiora mari. Actio turbidiſſima. Turbidus motus*, i. e. confuſus. Sic *turbidi animorum motus. Turbidæ res*, i. e. calamitoſæ, adverſæ: translatè à turbido mari. Unde *turbidiſſima ſapienter ferebas, tranquilliſſima lætè feras.* Aliter turbidus, à turbine vento, q. quod à turbine confuſum eſt & commiſtum. Nam propriè de corporeis mari, & aëre. Inde translatè de homine & animo.

Turbidè, modo turbido. *Turbidè agit*, wroligen.

Turbo, inis, m. t. flatus procelloſus & validiſſimus infernè ſurſum verſus, repentè inſtar pinex convolutus, & omnia turbans & involvens, Huirrelvind. Indè translatè, *turbo pacis*, pro turbatore & everſore. Item inſtrumentum luſorium, quod pueri ſcuticâ in orbem agitant, Top. Item à figura hujus inſtrumenti turbo dicitur, quicquid è lato paulatim deſinit in acutum. Item turbo nomen piſcis, cochlea ſcil. marina, quâ ad buccinandum utebantur, Kinckhorn. Item nomen avis.

Turbinatus, a, um, quod in turbinis figuram deſinit. Ut, *turbinatior pyris ſigum quam males*, Toppet. *Saccharum turbinarum* in turbinis figuram redactum, Top Sucker.

Turbinatio, turbinati figura. Ut, *turbinatio pyri.*

Turbineus, a, um, quod turbinem ventum refert. Ut, *ſortex turbineus*, pro turbine.

Turbo, as, act pr. inſtar turbæ commoveo, & confundo, Raſter / ſtøder / forſtyrrer / kommer aff laſſue / tumler offuer en hob. *Totum carnarium cum carne turbabit.* Sic *turbare capillos. Ariſtoteles multa turbat à Platone diſſentiens. Res animos incognita turbat. turbabit clade Latinos. turbatur mare ſi ventorum. Turbare aliquem*, Stygge en i ſingterning / eller forſet. Item *turbare aquam* dicitur, cùm lutum in aqua commovetur, ſicut liquere eſt purum facere. Unde *quæ facta hic turbavimus profectò, ut liqueant omnia & tranquilla ſint*, Et abſolutè, *fortuna ſæpè turbat.* Item impersonal. *Neſcio quid profectò abſente nobis, turbatum eſt domi.*

Turbatio, onis, turbandi actus.

Turbator, oris, m. t. qui rem aliquam turbat, Forſtyrrer. *Turbator vulgi*, qui turbat vulgus. *Turbator belli*, qui bellum turbulenter excitat. Item turbator, quem in ſcholis Græca voce diſcolum (δίσκολον) vocant, Stiimere.

Turba-

Turbamentum, n. s. idem quod turbatio. Ut, *turbamenta vulgi*, quæ excitat vulgus. Et *turbamenta Reipubl.* quæ in Republ. excitantur.

Turbulentus, a, um, quod turbas ciet aut ciere solet & gaudet, Wrolig / Klammervorn / Buldervorn. *Homo turbulentus. concio turbulenta.* Item quod turbis abundat. Ut, *animus turbulentus: turbulentissima tempestas. Reipubl.* quæ abundat turbis. Et *turbulenta tempestas dici*, quæ ventorum vi tumet.

Turbulentè, modo, turbulento. Ut, *turbulentè & per vim multa gesta sunt*, Med buldren oc allarm.

Turbulenter, idem.

Turbulento, as, Apul. act. pr. pro exagito, perturbo, Ut, *me strepitu turbulentabit.*

Composita.

Conturbo, as, act. pr. idem quod turbo. Unde *conturbare busta*, est numerum bustorum confundere, Plumper oc forblander. Item *hæc me turbant*, Kommer mig aff laffue / forstyrret. *Multa sunt quæ animum conturbant. res nostras conturbant.* Item *conturbare* est rationes debiti commiscere, decoquere & non solvere, Spille Pancfrot/betale ilde. Vel, conturbare, est renunciare creditoribus, non singulis, sed universis bona ad auctionem, Lade vurdering indi sin boe. Ut & nostris moribus fit, cum quis renunciat jus suum hæreditarium, & quod debetur, clavi insignum funeri injecta, Forsuerge arffue oc gield/ kaste neglene paa graffuen.

Conturbatio, onis, conturbandi actus, Forblandelse / Forstyrrelse/ Pancfrotering / ond betalning.

Conturbator, oris, m. t. qui conturbat, En storimer/ Pankroterer/ ond betaler.

Deturbo, as, turbando dejicio, Støder neder med macr/ oc buldrer. *Deturbat parietes, statuam &c.* Item *deturbo superbacuos pampinos*, Rumsterer med oc affhygger. Et translatè: *de sanitate aut mente aliquo deturbare*, Giøre en galen oc forbistredt.

Deturbatus, a, um, quod deturbavimus, Nedersiør/ affsiøt. *Spe & possessionibus deturbatus*

Disturbo, as, variè turbo, Kommer slet aff laffue/ forstyrrer. *Disturbat domum.* Et *disturbat humanæ vitæ societatem.*

Disturbatio, onis, actus, quo aliquid disturbatur, Forstyrrelse. *Disturbatio Corinthi.*

Exturbo, as, q. extraturbo seu turbando ejicio, Støder en hoffuid kuld vd / støder vd med siør bulder. *Hominem domo exturbabit. exturbabit filiam. calculum exturba hac herba*, Driffuer steen. Et translatè, *ex animo ægritudinem exturba*, Nød dig til ad skille dig ved den vrolighed / driff fra dig med macr / sta endeligen affhoffuedet/ affsinde.

Exturbatus, a, um, quod exturbavimus, Vdstøt/ forjaget. *Filia exturbata domo, hæreditate.*

Interturbo, as, variè turbo, Strygger / støder aff laffue her oc der. *Davus interturbabat omnia.*

Interturbatio, onis, interturbandi actus. Ut, *interturbatio animi*, Sindz forstyrrelse.

Interturbatus, a, um, non turbatus, Vforstrecfit/ vforstyrret. *Interturbatus sedebat.*

Inturbidus, a, um, non turbidus, quietus, Stille / rolig. *Inturbidus externis rebus annus.*

Obturbo, as, idem quod turbo, vel multùm sive valdè turbo, Forstyrrer. *Me literæ & scriptio non leniunt, sed obturbant.* Item specialiter negotia vel sermonem alicujus interpello, Tal en i hans ord/ eller i hans gierning/ giør hannem vroe.

Perturbo, as, valdè turbo, totum turbo, Slet forstyrrer oc kommer affaffue. *Nihil loci relictum est, omnia perturbavi. pactiones hostiles, perturbavit perjurio.*

Perturbatio, onis, perturbandi actus, vel perturbati affectio, Forstyrrelse. *Perturbatio Reipubl. perturbatio animi*, Banghed/ vrolighed. *Cæli perturbatio*, Stor storm/ vvær / ont vær.

Perturbator, oris, m. t. qui perturbat.

Perturbatrix, iris, f. t. idem in sexu fœmineo.

Perturbatus, a, um, quod perturbavimus, Kommet affaffue. *Ordo perturbatus sacra, Respubl.* Et amisso tempore, *perturbatiora sunt somniantium visa.*

Perturbatè, adverb. modo perturbato. Ut, *omnia perturbatè dicuntur.*

mperturbatus, a, um, Plin. Vforstyrret. *Os imperturbatum.*

Proturbo, as, turbando procul & longè abigo & arceo, Driffuer oc jager bort/ styrrer vd / hen/ bort. *Proturbant apes ignavos: equa admissarium calcibus proturbat. telaq; projiciunt & proturbant eminus hostem. saxis proturbat hostem.*

TURDUS, m. s. nomen avis, commendatissimi saporis: Isidoro à tarditate sic dictus, quòd tarde volet, sive quòd cõsinio hyemis tardus se referat, Kramsfugl/ Drodzel. Et *turdus minor*, Sang Drodzel. Item nomen piscis inter sarcatilis nobilis à colore turdi avis. Sunt autem hujus piscis variæ species. Aliter turdus à surdus, ut σύρδη τύρδη: quia peculiaris quædam surditas huic avi ascribitur, Unde proverb. *turdo surdior.*

Turdarium, n. s. locus in quo turdi aluntur ad saginam.

Turdela, læ, f. pr. minor turdus, cujus stercore viscum generari putatur.

TURGEO, es, gi, n. s. omnibus partibus interno motu distineor, ut uvæ & frumenta matura, aut etiam aquis macerata, à torus, q. torosus sum: vel à τρύγη, triticum & fructus omnis cerealis. q. instar tritici aliorumq; frumentorum maturorum tumeo, & torosus sum, Er fuldsom/er vdtrunden. Hinc *læto turgent in palmite gemmæ*, i. e. toriosiores erumpunt & tument. *Mammæ turgentes*, i. e. tumentes. Item translatè *turget mihi mulier: turget oratio*, i. e. tumet, superbit. Scalig. significationem & vim hujus verbi exponit, ad differentiam verbi Tumeo. *Turget* quod urgetur ad motum, ut materia furens in morbis atq; efferveseens. *Tumet abscessus sæpè atq; turget*, cum materia percocta est, aut cum factus est tofus. *Turget in sene semen post allii & piperis usum, at nihil tumet. Arbor, quæ fœtum meditatur, non ubiq; non semper tumet.*

Turgesco, is, n. t. turgidus fio, Trynder/tyller vd. *Polenta in corpore aquâ turgescit. Turgescit semen in agris.* Item *turgescunt virgulta.* Et translatè *turgescit pagina rugis.* Item translatè, *turgescit mihi cor tristibus iris*, i. e. tumescit. Sic *animus sapientis nunquam turgescit, nunquam tumet.*

Turgi-

Turgidus, a, um, quod turget, Tryndet / hoffuen. *Turgidi oculi. turgidum membrum.* Et *frons turgida cornibus.*

Turgidulus, a, um, aliquantum turgidus.

Compositum.

Deturgeo, es, turgere desino, Sættis. *Deturget mare.*

TURIO, onis, m. t. ramus exilior tenerioríq; arboris aut fruticis, Vng oc ſpæ teen: à τέρλω tener.

TURMA, æ, f. pr. ordo militaris constans triginta tribus equitibus: sic dicta à strepitu equorum terram pulsantium, q. terram movens: aut simpliciter à turba aut turbine propter stridentem & concitatum motum, Fane Rytter / et hold eller ſquader Ryttere. Aliter Varr. dicitur à ter deno, q. decima terna, quòd constet ter denis & tribus decuriis & tribus decurionibus. Romuli enim tempore, qvum tres tantum essent tribus. Ramnensium, Tatiensium & Lucerum, ex singulis tribubus deni equites in turmam asciscebantur, & singuli curiones. Aliter à τέρμη, i. e. cursus in hippodromo. Item carceres & repagula: scilicet propter glomerationem & ordinem cohercitum & compactum.

Turmalis, e, om. t. quod ad turmam pertinet. Ut, *buccina turmalis.* Et absolutè, *turmales*, qui sunt in eadem turma.

Turmatim per turmas. Ut, *turmatim in eum locum devenerunt. Hostes turmatim vagantur.*

TURO, as, pr. prod. verbum inusitatum significans janua claudo, foribus munio à θυρόω, ejusdem significationis.

Composita.

Obturo, as, act. pr. idem est quod occludo, Lucker for / ſtopper for / tilſtopper. Et q. foramini aliquid injicio ne aliquid exeat. *Aures legentibus obturat. obturat omnibus os, ne sibi maledicant. obturat inferiorem gutturem. ſtuppa obturat rimas.*

Obturatus, a, um, quod obturavimus, Tilſtoppet. *Aures obturatæ,* Tilſtoppet / ſlut øre.

Obturamentum, n. s. quo aliquid obturamus, Propꝑe / tolð / ſpund / tap. *Obturamentum cadi.*

Obturaculum dolii, Græca voce Epistomium, quo versato patefiunt, aut obturantur fistulæ: seu Siphunculi doliis immissi, in promondo, Tønde tap / eller hane. Item generaliter, obturaculum, Sødicke / ſpund / ſuicke.

TURPIS, pe, om. t. quod forma est insvavi & odiosa, à torpeo, q. quod amisso virore torpet. Vel à τέρω tero, q. attritu insvave & odiosum, Slem / grim. *Vestis turpis. macies turpis, pecus turpe. turpis sine gramine campus.* Et translatè ad mores insvaves, odiosos, indecentes, Slem oc wſtickelig *Turpis & infamis vita. fœmina turpis. miles turpis. ad te non turpis, sed miser confugio.* Sic *amor turpis.* Ponitur & pro magno. Ut, *bobis turpe caput, & plurima cervix.* Item *turpis causa* dicitur, cum ipsa res animum à se auditoris alienat. Sic *turpis fuga. turpe argumentandi genus.* Aliter à τέρπω, delecto, per antiphrasin.

Turpiculus, a, um, aliquantum turpis. Ut, *locus insubturpiculis & q. deformibus ponitur.*

Turpiter, modo turpi, Slemmeligen. *Turpiter fugit, facit. Turpius ejicitur, quàm non admittitur hospes.*

Turpitudo, inis, f. t. turpis rei affectus & vitium, Slemhed. *Turpitudo verborum.*

Turpio, onis, m. t. homo turpiculus, Skiden / ſlatte / ſlude / ſlutte.

Turpo, as, act. pr. turpem reddo, turpitudine afficio. Ut, *Ara jovis sanguine turpatur. Sanguine turpabat capillos. fœda cicatrix frontem turpabit,* giør ſkiden oc ſlem / ſkemmer / ſmitter / vanſker.

Composita.

Deturpo, as, idem quod turpo. Ut, *pulcros & comatos occipitio raso deturpabat,* Vanhelder / ſkemmer.

Perturpis, valdè turpis.

Subturpis, aliquantum turpis, ut *res subturpis.*

Subturpiculus, aliquantulum seu aliquantum turpis. Ut, *subturpicula recantatio.*

TURRIS, is, f. t. moles est angustior sed altitudine conspicua, ex lapide aut materia, in muris aut aliis urbis locis structa, ad contemplandum, vel propugnandum à tueor, i. e. video, prospicio & propugno, quòd hinc prospectent alios sivè propugnent. aut à τύρσις, ejusdem significationis, Torn. Aliter à terrendis hostibus.

Turricula, læ, f. pr. parva turris. Et peculiariter, vasculi genus, turris similitudine, per quod tali in alveolum mitti solent, ne in jaciendo fraus committi possit.

Turritus, a, um, turribus instructus. Ut, *Castella turrita, mœnia turrita. Elephanti turriti,* qui turres gestant. Et translatè, altus, editus, instar turris. Ut, *turriti scopuli.* Et *turrita mater Deum Cybele*, i. e. tellus: sic dicta, quòd in ea urbes turritæ sint extructæ, q. turrigera.

TURTUR, uris, m. t. nomen avis: per onomatopœjam, sic à sono, quem edit, dictus, ut Græcorum τρύγων ejusdem significationis. à τρύζω murmuro. Turteldøve. Aliter Syra vox habetur per reduplicationem q. tortor à tor ejusdem significationis. Est & piscis nomen ex genere venenatorum, Et ſlags rocke eller ſkade. Item in obscœnis etiam penis dicitur. Item turtures dicti, molles & impudici, non ràm à natura avis hujus, quæ pudica est, & solitaria, quàm ab affini columba, quam & antiqui Veneream nuncupabant.

Turturilla, æ, f. pr. exponitur ganea & locus, in quo corruptelæ fiebant, quòd ibi turturi opera daretur, i. e. peni.

TURUNDA, æ, f. p. Non. expositore libum est sacrum quoddam ex farre & genus panificii, fortè, à τυρός, τυρόεις, panis habens nitritum caseum. Aliàs ex Varr. buccea, qua saginantur altilia à tero q. terunda, Capune lumper. Item ex Caton. pannus & lineamentum, quod vulneri inditur, Vælge eller Linſkaff. q. à turo, i. e. obturo.

TUS, uris, n. t. lachryma libani arbusculæ apud Sabæos, Arabes, sacrificiis & templorum suffimentis dedicata, à tundendo, quòd tusis glebis constet, quia dum gummi guttæ ex arbore cadunt, in glebis misceatur: dum verò glebæ in pulverem rediguntur, tus carpitur & virgulis tunditur. & sic inde manibus tollitur, inquit

inquit Isidorus, Røgelse / viruck. Aliter cum aspiratione scribitur thus: deduciturq; à θύειν sacrificare.

Tusculum, Plaut. Deminut.

Tureus, sive thureus, a, um, quod ex thure est. Ut, *thurea virga. thurea dona. thurea grana, thureæ plantæ.*

Thuribulum, n. s. acerra in qua scil. thus adoletur, Røgelsekar.

TUSSIS, is, f. t. exspiratio, quâ natura id, quod spirandi instrumentis, faucibus, asperæ arteriæ, pulmoni & thoracis interioribus molestum est, nititur excutere; sic dicta à tundo, quod ea tundatur pectus, Hoste.

Tussicula, læ, f. pr. parva tussis, Smaa hoste / faare hoste.

Tussedo, inis f. t. Apul. idem quod tussis.

Tussio, is, sivi, situm, n. q. tussim patior, Hoster. *Fortè si tussire occepsit. ne sic tussiat, ut cuiquam linguam in tussiendo proferat.*

Tussilago, inis f. t. nomen herbæ: sic dicta quòd fumus ejus per arundinem haustus, tussim, quantumvis veterem, sanare dicatur, Hoffblad / hestehoffue.

Compositum.

Extussio, is, n. q. tussiendo ejicio, Vdhoster. *Sanguinem & purulenta extussit,* Hoster blod.

TUTULUS, li, m. s. ornamentum capitis Flamminicarum, quod fiebat viltâ purpureâ innexâ crinibus, & ad verticem capitis convolutum & exstructum, in altitudinem, à tueor, tutus, quod tuendi causa capilli fiebat; sive ab eo, quod altissimum in urbe, quod est ea res tutissima, tutulus vocatur, inquit Varro, Haarset / Haartop paa qvinde hoffuit. Describitur & pileus lanatus forma metali figuratus, quo Flammines ac Pontifices utuntur. Item pallium, quo sacra faciendo, caput tectabant. Virgil. dictum, amictus Phrygius. Aliter à titulus deducitur, q. honorarius.

Tutulati, qui in re divina habebant tutulum, ut Flaminicæ & Pontifices.

TYLUS, m. s. bestiola multipes subcinerei coloris, lotis uliginosis peculiaris, ad contactum se in orbem pilulæ similem contrahens ac rotundans, à τύλος callus, propter cutis duritiem. Vocatur & alio nomine, asellus à colore aselli.

TYMPANUM, n. s. τύμπανον, instrumentum longum & teres tabulatione concavum, cujus utrumq; os pellibus distentum & baculis pulsum ciet sonos, Tromme. Unde ærium tympanum, Kieldtromme. Item materiarijs, tabulatio quædam valvarum, Panel. Unde *tympanum fastigii*, quod inter fimas & coronas est. Item instrumentum haustorium, quod circumactum aquam modiolis haurit & erogat. Seu machina quædam rotunda, ad rotæ similitudinem quâ à calcantibus hominibus versatâ, ponderà in ædificijs subvehuntur; vel aqua hauritur situlis majoribus ex puteis: aut rivis per canales ad irrigandos hortos diffunditur. Item *tympanum circinatum.* Plin. tabula, ex qua ad libellam collocata deprehenduntur plagæ, unde ventorum certi flatus spirent, Compas. Item tympanum, margarita hinc rotunda, inde plana. Item testudo supra radios rotæ, Hiulering.

Tympanista, æ, m. pr. qui tympana pulsat, Trommeslaar. Plauto Græcâ & composita voce, tympanotriba, τυμπανοτρίβης.

Tympanistria, æ, f. pr. idem in sexu fœmineo.

Tympanizo, as, n. pr. Suet. tympana pulso, Slaar paa Tromme.

TYPUS, m. s. pr. corr. τύπος imago è gypso ad cujus similitudinem & formam statuarius plastesve lapidem cædit, aut æs fundit, Form / patron / forbilled. Item, forma, qua nummi procuduntur, Stempel. Item Ecclesiasticis, figura & umbra & symbolum veritatis. *Sic & vetus testamentum dicitur typus novi testamenti.*

Typicus, a, um, Ecclesiast. mysticus umbratilis & allegoricus.

Compos.

Archetypus, m. s. ἀρχέτυπος, primus typus, primum exemplar, prima forma, ad quam reliqua fiunt & fabricantur.

Archetypum, n. s. exemplar, quod quis sibi imitandum proponit. Dicuntur & Archetypa, signa statuæ, vasa & tabulæ, non ad aliorum similitudinem effecta, sed à nobili quopiam artifice primum confecta, Forste paa fund vdi noget saadant.

Atypus, Gell. qui non satis expedito linguæ plectro utitur, q. aurem non feriens, vel q. non satis verba exprimens conformansq;.

TYRANNUS, ni, m. s. τύραννος, pr. corr. Initiò idem erat honesto vocabulo, quod Rex: quiq; plenam potestatem in subditos habebat. Unde, *pars mihi pacis erat, dextram tetigisse Tyranni.* Inde peculiariter, qui abutitur potestate sua, & vi quadam, animiq; impotentia dominatur, non jure & legibus tyrann. item Tyrannus nomen avis, quæ & Regulus.

Tyrannicus, a, um, quod est tyranni, seu tyrannum refert, h. e. crudele & superbum, Tyransk. *Leges tyrannicæ. factum tyrannicum.*

Tyrannicè, modo tyrannico & crudeliter ac violenter, Tyranskeligen. *Multa statuit tyrannicè in amatores.*

Tyrannis, idis, f. t. dominatio & vis tyranni, Tyranni. *Nihil tam crudâ tyrannide efficere potuit.*

TYRONES, cujus singul. Tyro, onis m. t. puberes erant, qui non ex professione nativitatis, sed ex aspectu & valetudine corporis æstimâti ad militiam delegebantur, armisq; exercebantur, à τερὸς validus, agilis & pernix, Vng Krigskarl. Inde sic dictus est novus miles, qui initia militiæ faciebat, Ny oc vng Krigskarl. Et translatè, omnis, qui primâ in ætate, aliqua ponit rudimenta, Lærdreng. Unde & tyro pro rudi & novitio adhuc gladiatore. Item qui anno decimoseptimo sumebat togam virilem, barbam ponebat, & eloquentiam in foro auspicabatur. Aliter deducitur à τέρην mollis, tener: quia nondum æquare poterant tyrones robur & fortitudinem veteranorum. Scribitur & per tertiam vocalem, Tiro.

Tyrocinium, nii, n. s. tempus & exercitium tyronis, sive id militare sit, sive forense, Lære. Et translatè, *tyrocinium navium*, cùm primum mari committuntur, & veluti in Neptuni militiam conscribuntur.

V.

VACCA, cæ, f. pr. bos fœmina, à bos, q. boaccæ, Ku/ Koe. Aliter vulgò à vacillo q. debilis & imbecillis.

Vaccula, æ. f. pr. parva vacca.

Vaccininus, a, um, quod eſt ex vacca. Ut, *lac vaccininum*, Ku melck.

VACCINIA, cujus ſingul. vaccinium, n. ſ. ſyllaba ſecunda prod. nigræ baccæ liguſtri, in quas candidus flos maturitate commutatur: ſic dicta à baccis, q. baccinia. Item vaccinium flos, qui Græcis dicitur Hyacinthus: purpureus ſcilicet & nigricans tingendo purpureo colori expetitus aliis hæc vaccinia habentur de quibus Virgilius: *Vaccinia nigra leguntur.* [Aliis flos quidam peculiariter dictus Hyacinthus. Veriſimilius autem Poetam loqui de unius arboris flore ac fructu Item generaliter, omnis generis baccæ ex floribus candidis prodeuntes purpureæ & nigricantes. Eſt enim vaccinii color inter puniceum & purpureum. Erat & Vacciniorum uſus ad aucupia, ſi modo vera lectio ſit. Nam pro aucupiis legunt mancupiis, quia mangonio vaccinii corporum pubertatem tardabant, quod venalitiariis utile plerumq; erat. Aliter legitur Vaccinium deduciq; poteſt ab ὑακινθος ejusdem ſignificationis, q. vacinnium, induta terminatione Latina: Unde & penultima producta.

VACERRÆ, arum, cujus ſingulare Vacerra, æ, f. pr. pali ſunt vel ſtipites humi defixi ad hortos claudendos, à vago aut vacuo poſitu & ſpatio, quo inter ſe diſſident, quodq; poſtea longuriis clathrisq; obturatur & ſtipatur: vel quod vagantia animantia coherceant, q. vagerræ, Styrter / eller ſtolper vdi ſtiggierde. Et in ſepibus, Gaard ſtavre. Item ſtipes, ad quem in ſtabulis alligatur & cohercetur equus, Spiletoff. Item Atejus Philologus ait, maledictum hoc nomine ſignificari magnæ acerbitatis, ut ſic vecors & veſanus. Item Vacerræ q. vagerræ ave intenſiva & Gerræ, i. e. crates viminеæ: ut propriè dictum ſit de ſepto forti ex cratibus firmiter contextis.

Vaceroſus, pro vecorde, veſano & cerrito, q. vacerrâ cohercendus, Raffgaln/ Bindgaln.

VACILLO, as, n. pr. prim. brev. Lucr. autem producta, ſcribiturq; alicubi vaccillo: propriè, pedibus raptim modò huc, modò illuc, inclinor, ſeu alternis pedibus vel ungulis inſiſto, q. vagulus incedo, Er wviſſe paa fødderne / vackler / ſnaffuer / raffuer. Inde translate, nuto, labo, fluctuo, titubo, Slaar bommer / ſlaar feil / er wviſſe *Vacillo memoriâ. res tota vacillat ac claudicat. Juſtitia vacillat, vel jacet potius. Vacillat toto corpore. Vacillat ſumptibus. Vacillans legio. Epiſtola vacillantibus literulis. Vacillantes literæ*, quæ ægra & tremula manu ſcriptæ ſunt, raffuende. *Vacillare manibus*, Være vaalen til at rage eller giøre noget. Et *vacillans manibus*, Vaalen. Aliter a baculus bacillus, ut propriè ſignificet, trepido, vel cum laſſitudine nitor: à ſenibus translata dictione, qui ſunt ævo defeſſi atq; ad ſuſtinendam laſſitudinem baculo tarditatem levant. Item à Vaco, unde vacuæ naves dicuntur vacillare, Slingerer.

Vacillatio, onis, vacillandi actus, Raffuen. Unde *indecora eſt in dextrum aut lævum latus vacillatio, alternis pedibus inſiſtentium.* Sic *vacillatio manuum*, Vaagt lenhed.

VACO, as, n. pr. pr. corr. nihil ago, ceſſo, quod agere debui aut ſolitus ſum, à ve particula deminutiva & ago, vel à vagor q. Vagus ſum, nullo negotio nullave re detentus aut occupatus, haffuer intet at giøre / er ledig / roelig. *Scribis aliquid, ſi vacabis. Vacat animo*, i. e. curis ſolutus eſt, Er roelig i ſit ſind. *Romani à bellis tum vacabant*, De vare roelige / ſtille / hutlede. Sic ponitur pro otior & abſtineo. Ut, *ordo cœleſtis mente non vacat*, i. e. non otiatur, non caret mente. *Dii ab adminiſtratione rerum non vacant*, i. e. abſtinent, Holde ſig fraa. Item ſum expers, ſum ſine aliquo, ſum liber ab aliquo, Er foruden / ledig oc fri. *Amplitudo animi pulcherrima ſi vacet populo*, i. e. libera eſt à populi judicio Er fri for. *Sic vacat dolore. vacat curis. vacat à ſcribendo. vacat negotio, officio, muneribus, turpitudine, culpa, ineptiis. Nihil eſt, quod vacet corpore. corporibus omnis obſidetur locus.* Item operam rei do & navo, q. in hoc ſolum intentus, nulla alia re occupatus, Legger all min flid paa / giør oc handler det ene. *Vacat Philoſophiæ. vacat ſtudiis huic rei vaco: Et in nullum mea mens grande vacabat opus.* Item abſolutè ſine caſu: *tota domus vacat ſuperior*, i. e nullo occupatur, Er ledig / er tom. Sic *metriclinium ipſum vacabat. Et vacant agri*, i. e. non excoluntur, De huiler. Item impersonalit. *Vacat mihi*, i. e. otium eſt, vel vacuum mihi tempus eſt, Er tid / haffuer ſtunder oc tid. Sic, *vacat ei eſſe diſerto*, Haffuer effne til: Seu curæ ei eſt, Haffuer vilie til.

Vacanter, Gell. pro ſine commodo & fruſtra, ſeu ex ſupervacaneo, Forgæffs oc vnytteligen. *Vacanter hoc cumulabit & inaniter.*

Vacatio, onis, f. t. vacandi actus. Ut, *vacatio militiæ ſenibus eſt*, i. e. ceſſatio à militia, hule. *Philoſophia vacationem habet rerū publicarum. nulla à cauſis vacatio Ciceroni data eſt. Vita beata in omnium rerum vacatione poſita eſt.* Et abſolutè vacatio, pro vacatione militiæ & immunitate à rerum publicarum curis, & adminiſtratione. Ut, *delectus habetur, ſublatis vacationibus.*

Vacivus, a, um, Plaut. quod vacat. Ut, *aures vacivæ*, quæ vacant, Ledige ørne til at høre. Et *vacivus virium*, qui viribus vacat, i. e. caret.

Vacuus, a, um quod omni re vacat, tom / ledig. *Vacuæ ſubſellia. domus vacua.* Sic *vacuus animus*, pro otioſo & nullis curis, nullis negotiis irretito. *Aures vacuæ*, i. e. minimè occupatæ, minimè laſſæ. *Homo vacuus plura ſcribit. Vacuus equus*, qui eſt ſine ſeſſore, Ledig Heſt. *Vacui dies*, i. e. nullis rebus dedicati. Item cum caſu: *tempus vacuum laboribus. vacuum annonæ, vacuum commodorum. Mens his rebus vacua*, i. e. expers, liber. *Vacuus moleſtiis, inſidiis. Oppidum bello vacuum, animus curis, conſilium periculo, gladius vagina. Animus per ſomnum ſenſibus vacuus.* Sic *vacuus ſum curis, & vacuus ſum ab ipſo periculo. Forum à bonis vacuum*, Tom for. *Locus vacuus à periculo, ab omni turba. A periculo vacuus, à ſcelere, hoc à ratione & mente vacuum eſt.* Et translatè vaſtus, & ſpatioſus Vid oc ſtor. *Vacui ſaltus, vacua atria. vacuus aër.* Et abſolutè, *vacuum*, Philoſophis, privatio ſeu locus ſubituri corporis. *Vacuum inane*, i. e. aër, ita dictus quia noſtris oculis inanis & vacuus videtur, vel intelligitur ſpatium omni vacans corpore.

Vacuitas,

Vacuitas, atis, f. t. rei vacuæ affectus, Ledighed. *Vacuitas ab angoribus. Et vacuitas ægritudinis*, quâ quis ægritudine vacat & caret.

Vacuo, as, act. pr. vacuum facio, Giør thom oc ledig/tømmer. *Vacuare Elysium nemus. Opus est perito & vigilante exactore, qui ripam erigi jubeat, sulcumq; vacuari.*

Compositа.

Evacuo, as, act. pr. Plin. vacuum facio, tømmer. *Evacuare alvum.*

Intervaco, as, Colum. q. inter aliquid vaco. Ut *intervacans spatium*, quod vacuum inter aliqua relictum est.

Supervacuus, a, um, quod abundat vel necessarium non est, adeoq; vacuum & inane. Ut, *supervacuum metus. omne supervacuum pleno de pectore manat.* Et *supervacuum est hoc repetere*, forgæffs/ haffuer inted paa sig/ giøris icke behøff.

Supervacaneus, a, um, Cic. idem. Ut, *supervacanea est officiorum commemoratio. In corporis descriptione nihil erit supervacaneum. Consul alter pro supervacaneo habetur.*

VADO, is, si, sum, n. t. pr. prod. iter facio seu viam, carpo, à βαίνω βαδίζω ejusdem significationis, Gaar/ vandrer. *Ad eum manè postridie vadebam quum hæc scripsi. Vadimus immissi Danais. per tela, per hostes. vadimus haut dubiam in mortem. vadunt bestiæ ereæ & alacres, ut alteri bestiæ noceant.* Et translatè de fluviis, pro fluo, flyder. *Scinditur Euphrates & parte læva in Mesopotamiam vadit.* Item de signis cœlestibus pro meo. Ut, *post hunc ore fero capricornus vadere pergit.*

Vadum, di, n. s. pr. corr. locus in flumine, mari vel lacu, tam parvæ profunditatis, ut pedibus aut equo transiri possit: sic dictum, quod per ipsum vadère possimus, Vad vœrile/vadsted. Et translatè, periculum, quia vada sunt loca navigantibus periculosa. Ut, *è vadis jam emersit.* Item *res est in vado*, i. e. in tuto, à natantibus tractum, quibus ut in fundo periculum, ita in vado est securitas. Sic, *hæc propemodum jam esse in vado salutis res videtur.* Ponitur & pro mari. Ut, *ausi vada salsa cita decurrere puppi.*

Vado, as, n. pr. vado trajicio, Vaader. *Flumen propter brevitatem facile vadari potest.*

Vadosus, a, um, quod plura habet vada. Ut, *vadosus amnis. vadosum mare. vadosum ostium, portus.*

Compositа.

Circumvado, is, Liv. ex omni parte vado. Unde translatè, *terror barbaros circumvasit.*

Evado, is, q. vado extra, seu vadendo effugio, Slipper vd/gaar forbi/ vndkommer/vndgaar. *Nostras non potest evadere manus. animus evadit è corpore. subitò evasit ex balneis, ex fuga, è manibus, ex judicio.* Item ad finem q vado & adeo. Ut, *evadere in muros, in cacumen montis, & fastigia culminis*, Kommer op paa. Item *evadere arduum.* Et translatè, *evadit in conjecturam, ad magnum aliquod malum.* Et *evadet in magnum malum*, i. e. erumpet. Item *evadere ante oculos*, komme for øyne. Item *quorsum evadat oratio tua, res, lenitas, nescio &c.* Hvad ende det tager/ hvor det vil gaa aff. Item evado pro fio, Vorder til. *Ejusmodi evasisti in furiis & dibiforis disciplina educatus. Evasit doctus.*

Invado, is, q. in aliquid vado, audacter & cum impetu, Angaar/angriber. *Hostes invadunt muros, urbem. invadunt in oppidum. Sic invadere in aliquem*, Kommer paa en/griffve hannem an. *Evadere in collum*, falde om halsen. Et translatè *invadere in alicujus pecunias, in fortunas, in prædam. invadere in aream caussæ*, Kommer ind paa/ betage. *Invadere in alicujus nomen*, Falde ind paa ens rycte oc nassn/ giffue hans naffn oc rycte an. Item *ipsum invasit cupiditas, libido*, i.e. corripuit, haffuer betagit. *Invasit eum morbus*, kom ham paa. Item *invasit improbus furor, cupiditas &c.*

Pervado, is, n. t. idem quod evado, seu vadendo pervenio, vndgaar/vndkommer/gaar igiennom. *Nisi corporis & impetu equi ad castra pervasit.* Et translatè *fama urbem pervasit*, kom vd offuer all Byen. q. per urbem vadit.

Supervado, is, Liv. supra vado, vel supra evado. Ut, *hostes munimenta supervadunt*, Gaar offuer.

Transvador, per vadum trajicio, ἄδηλον.

VÆ, interjectio dolentis & exsecrantis imminentia mala, ab οὐαὶ ejusdem significat. Væ. *Væ tibi misero*, Vædig/ Gud naade dig. Interdum est nunciantis mala. Ut *væ victis*, Væ dem/ de faar skam. Interdum adverb. optantis seu imprecantis. Ut, *væ tibi homo nequam*, Væ dig/gid du faar skam. *Væ tibi, mihi non credis?* Gid du saa væ.

VAFER, fra, frum, pr. corr. idem est quod callidus & astutus, q. valde Afer, nimirum quia Afri audiebant callidi & astuti, Snedig oc trædsk. *Homo vafer*, Træsting. Dicitur & *vafrum jus*, quod subtile est, vel in quo multi vafrè versantur.

Vafriculus a, um, aliquantum vafer.

Vafellus, idem quod vafriculus ἄδηλον.

Vafrè, adverb. modo vafro, Trædskeligen. *Multa vafre & maliciosè facit.*

VAGIO, is, pr. prod. ivi, itum n. q. de infantibus plorantibus dicitur, dictione per onomatopœjam fictâ à voce infantum, quemadmodum & græcorum βαυκάζω, ejusdem significationis, Skriger som et spæt Barn. *In cunis vagiebat puer.* Dicitur & de balantibus agnis.

Vagitus, us, m. q. vagiendi actus, Børneskrigen.

Vagor, oris, m. t. idem Lucretio.

Vagina, æ, f. pr. receptaculum & instrumentum, in quo gladius reponitur, q. è qua vagit, dum educitur gladius, scilicet à sono, Balge/ skæde. *Gladium è vagina eduxit.* Item stipulæ exordium, & herba in qua delitescit culmus cum arista, priusquam exoriatur, Bolck/hylck. Item Plinio, *vaginæ corporis* dicuntur in quas leones & similia animalia mucronem unguium recondunt, ne refringantur, hebetentutvè.

Vaginula, æ, f. pr. parva vagina.

Compositа.

Obvagio, is, n. q. contra vel multùm vagio, & vagitu obstrepo, Skriger her oc der/ eller skriger imod. *Pueri esurientes obvagiunt.*

Obvagulor, aris, dep. pr. & obvagulo, as, n pr. antiquis, convicio repeto, quod ablatum est, ad ædes ejus, qui abstulit, q. ob ædes vagio, vel contra ipsum vagio, Esker igien med haardeord/med raaben oc skrigen. Legeautem concedebatur obvagulari, testibus deficientibus, quibus in jus aliquem vocare & convincere debebatur.

Obvagulatio, & vagulatio, onis, obvagulandi actus, & quæstio cum convitio.

VAGUS, a, um pr. corr. quod incerto motu fertur, à ve i. e. valde, & agor, q. quod valde, h. e. per diversa, longè, lateq; agitur, Færris vilt/vanckende/driffuende. *Vagum pecus*, Drøffquæg. *Motus bestiarum soluti ac vagi. Homo vagus & exul. Vita vaga & inops. Vaga sidera.* Inde tropicè instabilis & incerta, Wstadig. *Fortuna vaga. Volubilisq; sententia vaga*, i. e. incerta, wvisse. Sic *quæstiones vagæ*, liberæ & latè patentes. Et *nomen vagum*, quod inconstans est, & multis opinionibus obnoxium.

Vagè, modo vago. Ut, *milites vagè effusi per agros*, i. e. nullo ordine & dispersè, passim, Sprædt.

Vagor, aris, dep. pr. vagus oberro, Vancker. *In agris passim vagabantur homines. Dido tota vagatur urbe furens.* Et translatè, *vagatur animus*, i. e. inconstans est, & instabilis, Er wstadig. Legitur & antiquè *vagas*, pro vagaris. Aliter deducitur, à vacuus, q. vacuus negotiorum discurro.

Vagabundus, a, um, qui sedem stabilem nullam habet, sed modò huc, modò illuc aberrans tempus inutiliter consumit, Dagdriffver.

Vagatio, onis, vagandi actus, Vanckelse. *Vagatio militum*, quâ vagantur.

Composita.

Evagor, aris, q. extra vagor, vel latius vagor exspatiorq;, Vancker eller spadzerer vd. *Militibus nullum dabatur evagandi spatium.* Et translatè, *à proposito evagatur*, i. e. latius digreditur, q. ab instituta via.

Evagatio, onis, evagandi actus.

Extravagantes, Jurisconsl. sanctiones sunt principum, q. extra libros juris civilis contextæ, Saa som Receß oc Haandfestning.

Pervago, as, & pervagor, aris, per aliquem locum vagor, Omvancker. *Domos, terras pervagatus est.* Et translate *animo pervagare*, pro considerare & meditari.

Pervagatus, a, um, qui pervagavit. Ut, *nato hæc pervagata bello prope orbem terrarum sedem cæpit.* Et amisso tempore, *pervagatus*, pro divulgatus, Almindeligt. *Pervagata fama. Vulgaris & pervagata declamatio.* Sic *pervagatum vitium.* Et *pervagatissimus versus.*

Pervagus, a, um, valde vagus, qui multum vagatus. Ut, *pervagus orbe puer.*

Supervagor, aris, præter justum & æqvum vagor. Unde, *vinea supervagatur*, pro superfluit, aut superfluos ramos habet, fundit.

Supervaganeus, a, um, Fest. Ut, *avis supervaganea*, ab auguribus dicta, cum ex summo cacumine vocem emisisset.

Alia Composita.

Amplivagus, a, um, quod in amplum vagatur. Ut, *amplivagas imagines reddunt.*

Fluctivagus, a, um, quod fluctibus agitatur & q. vagatur. Ut, *nautæ fluctivagi. unda fluctivaga.*

Montivagus, a, um, qui per montes vagatur. Ut, *feræ montivagæ. cursus montivagi.*

Multivagus, a, um, qui multum vagatur. Ut, *avis multivaga. Lunæ cursus multivagus.*

Noctivagus, a, um, qui nocte vagatur, Natte gænger. *Sopor noctivagus. strepitus Faunorum noctivagus.*

Omnivagus, a, um, per omnia vagans, Allevegne vanckende. *Omnivaga Diana.*

Solivagus, a, um, qui solus vagatur. Ut, *animalium alia sunt solivaga, alia congregata.*

VAH, voce incondita, interjectio est insultantis. Ut, *vah homo impudens*, Hui. Item exsultantis. Ut, *ducentis Philippeis rem pepigi, Resp. Vah salus mea! servasti me*, Hui/Ja. Item admirantis. Ut, *vah ecquid mirare!*

Vaha, Plaut. idem. Ut *vaha! Resp. quid negotii est.*

VALEO, es, ui, itum, n. s. vivo & integris sum viribus, à ve, i. e. valdè & aleo, i. e. crescо, Er farsk/sund/til paß. *Equidem valeo & salvus sum rectè si valetis, gau-*

deo. cura ut valeas. Item imperativè & vi quadam optandi, vale, Faar vel. Qua forma in discessu utimur, aut in fine epistolæ. Ut, *vale. vale & salve.* Et in futuro valebis. Item cum discedimus ab aliquo refugientes aversantesq; eum, idq; non tam precandi animo ei benè, quam nobis ipsis, aut etiam more discedentium utentes, non animo. Ut, *valeant, qui inter nos dissidium quærunt*, De maa fare vel. Dicitur & imprecandi modo, *ne valeam, si non tecum esse velim*, Gid det gaa mig ilde/saa jeg ont/om jeg/etc. Item translatè ad animum & animi bona: *Valet animo. valeo ab animo*, i. e. bis plus sentio ac sapio quàm olim. *Valet judicio.* Et subintellecta animi alacritate & promptitudine: *Valeo hoc facere*, Jeg gider. Item ratione virium corporis: *non valeo hoc facere*, i. e. non possum, Jeg formaar icke. Item ad facultates & bona fortunæ. *Valet opibus, armis, potentiâ, amicis*, Er mectig paa saadant. Item ad usum & commodum, pro efficax & utilis est. Ut, *hoc valet contra omnes morbos, una definitio valet in omnes homines*, Suer oc tien til. *Hæc res mihi valet ad gloriam*, Suer til. Item de viribus animi & corporis: *Ad me scribe, quantum potes & vales*, Som du gider. *Quid valeat video*, Formaar/kand komme aff sted. Item *valeo ab oculis*, i. e. oculorum morbo liberatus sum, Haffuer faaed bedre/bode/haffuer forvunden. *Valeo à morbo*, i. e. quod ad morbum corporis attinet, valeo. *Valeo à pecunia*, i. e. quod ad pecuniam attinet, valeo, Haffuer ingen nød for penge/haffuer boed paa penge. Aliter ab ὑλὼ integer, sanus.

Valens, tis, om. t. qui valet corpore & viribus corporis, Styrckelig/sterck. *Homo fuit valentissimus. latera valentiora. valentes maris fluctus.* Et absolutè, potens, Mectig. *Inferiores à valentioribus opprimuntur.* Item efficax & utilis. Ut, *herba ad hos morbos valentior.*

Valentulus, a, um, Plaut. aliquantulum sive aliquo modo valens. Ut, *virgo valentula*, Styrckelig.

Valenter, adverb. modo valenti. Ut, *valenter resistit*, Styrckeligen/sterckeligen.

Valentia, æ, f. pr. antiquis idem quod potentia, firmitas, fortitudo, robur. Ut, *Sapientia gubernator torquet navem, haut valentia.* Unde Roma initiò dicta est Valentia, quam postea Evander Græco nomine appellavit Romam, servata Latinæ vocis significatione.

Valetudo, inis, f. t. corpore valentis affectio, Karskhed/forlighed/helbred/sundhed. *Valetudo sustentatur votivis sui corporis.* Accipitur & in malam partem, Suaghed. *Curatio valetudinis.* Inde *mala valetudo*, ægra & infirma, adversa. Et *valetudo mentis*, Sveton. pro insipientia & ægritudine mentis, Saarskab.

Valetudinarius, m. s. qui ægra valetudine utitur, Suag/Ilde før/skrøbelig. *Hic valetudinario est robustior.* Et adjectivè, *valetudinarius medicus*, Jurisconsl. qui valetudine affectos curat, vel potius qui in valetudinario Medici ministerio fungitur. Sic valetudinaria, Siugstuff Quinde.

Valetudinarium, n. s. locus in quo valetudinarii & infirmi curantur, Græca voce, Nosocomium, Siugstuffue.

Valesco, is, n. t. validus fio. Ut, *meditatio & labor in posterum valescit.*

Validus, a, um, qui viribus corporis valet, Sterck/før. *Validi homines octo ipsum cædebant. Salvum atq; validum te advenisse gaudeo*, Tilpaß. *Colonia copiis valida*, i. e. potens. *Validus ex morbo*, i. e. convalescens *Validæ opes*, i. e. magnæ ingentes. *Vinum validum*, i. e. forte. *Validæ manus*, i. e. fortes & potentes. *Validis incumbere remis.*

Validè,

Validè, ius, dissimè, modo valido & majorem in modum, Storligen. *Validè peccat. pro amicitia validissimè ei favi. validè valet*, per auxesin, Lider vel. *Validè varia*, i. e. admodum.

Valdè, adverb. per concisionem à validè: significat majorem in modum, vehementer, Storligen/ megit. *Expectatio valdè magna. cum verbis literas tuas valdè expecto. valdè hoc velim.* Et cum adverbio. *Valdè graviter*, pro gravissimè. *Valdè graviter hoc tulerunt. valdè vehementer gaudeo. rem valde bènè gessisti. Boni valdè quàm pauci*, per auxesin. Legitur & comparat. *Valdius à valdè.*

Composita.

Æquivaleo, es, Ovid. pro æquiparo. Ut, *nemo tuis modulis æquivalere potest.*

Convaleo, es, & convalesco, is, vires & robur recipio, morbo exacto, Kommer til mig igien/ vorder til paß. Transfertur & ad alia. Ut, *crudelitas ejus in alium convalescit*, i. e. crescit, vincit, Faar mact/ faar offuerhaand.

Evalesco, is, lui. Validus seu validior fio, Styrckis/ kommer paa fode. Inde translatè, *evaluit majestas populi Romani*, Kom paa fode igien/ kom til sig Et *natura curâ adjuta evalescit*, Styrckis.

Invalentia, æ, f. pr. Gell. pro imbecillitas.

Invalesco, is, validus vel validior fio, Styrckis/ tager til styrcke/ vorder sterck/ kommer til styrcke/ faar mact/ mœctis. *Invalescit consvetudo mala. invaluit Rex opibus.*

Invalescentia, Gell. idem quod invaletudo.

Invaletudo, inis, f. t. non valetudo, Svaghed/ skrøbeligheed. *Invaletudo tua valdè me conturbat.*

Invalidus, a, um, non validus, Svag/ skrøbelig. *Invalida mulier. invalidi milites. corpus invalidum. actus invalidi. robur invalidum, manus invalidæ.*

Pervalidus, a, um, admodum validus. Ut, *urbs pervalida.*

Prævaleo, es, præ alio valeo, & potens sum. Ut, *prævalet arcu*, Er sterckere paa. *Prævalent vulturum nigri.* Et ratione pretii, q. in majore sum pretio vel melior sum. Ut, *margarita hæc illi prævalet.*

Prævalesco, is, validior fio. Ut, *prævalescit arbor.*

Prævalidus, a, um, admodum validus, & quod prævalet. Ut, *urbes prævalidæ*, Mectige oc stercke Byer. Sic *prævalidæ manus.*

Prævalidè, adverb. Fasteligen/haardeligen.

Revalesco, is, ad valetudinem bonam & sanitatem redeo, rursus valere incipio, Vorder tilpaß igien. *Ex capitali morbo revaluit*, Hand kom til sig igien/ fick boede.

VALGUS, m. s. qui diversas habet suras atq; talos vitiosos, cujusmodi est cancrorum & lacertarum incessus seu qui crura habet veluti in cornua extrorsum sinuata, infra coëuntibus talis: q volgus à volvo, introrsum scilicet convolutis pedibus, Skæffoened vd ad/ som kaster eller gaar ind ad med føderne/ oc Benene kommer vd/ Bøjebened/ eller bagvend med Benene/ Lægen vd ad/ oc Skinnebenene ind ad. Unde adjectivè cum translatione quadam: *Valgum svavium*, pro intorto, qvum quis non ex animo sed per contemptum svavium alteri dat. Nonio valgum propriè intortum significat.

Valgia, æ, f. pr. exponitur intorsio labiorum, in supinatione vel subactione peracta, qvum ea specie aliquem deridemus, à volvo, q. volgia.

Valgiter, adverb. Ut *commovebat valgiter labra.*

Valgium, n. s. instrumentum valgorum crurum specie, quo in Cylindro supplanantur areæ. Unde voce rustica *valgiare*, est pavire & coæquare.

VALLUS, m. s. q fustis seu palus bipes humi defigi solitus ad munitiones: sic dictus forma deminutiva, à varus, q. varulus, vallus, Voldsticke oc grene. Ponitur & pro ipsa munitione, Volð oc skandze. *Vallus erat contra hostem in altitudinem decem pedum.* Item valli dicuntur, sustentacula quædam vitium. Aliter vulgò ab evellendo.

Vallum, li, n. s. munitio constans vallis & aggesta terra, Vold. Aliter vallum à βάλλειν jacere, quod jacta & aggesta terra constet. Et hinc rursus, vallus, q. cujus usus ad erigendum vallum.

Vallaris, re, om. t. quod ad vallum pertinet. Ut, *corona vallaris*, ex auro in valli speciem efformata, quâ donari solebat, qui primus vallum & castra hostium pugnando invaserat.

Vallo, as, act. pr. vallo circumdo, munio, Beskandzer/ omskandzer/ gior Vold om. *Vallabant oppida muris.* Et translatè, *inopem nullis vallavit armis.* Item *vallare aliquid differendi ratione*, est argumentis confirmare.

Vallatus, a, um, quod vallavimus. Ut, *castra vallata*, Med Vold om/ beskandzet. Et translatè, *Catilina vallatus judicibus & sicariis. jus legationis divino jure vallatum est.*

Vallis, vel valles, is, f. t. planities duobus lateribus inclusa: dicta quod hinc atq; hinc montibus sit vallata, & q. valle circumdata, Dall. *Complentur valles cavæ.*

Vallecula, sive vallicula, læ, f. pr. parva vallis.

Composita.

Circumvallis, f. t. vallis seu planities ex omni parte & undiq; collibus aut montibus septa & inclusa, Rund dall. ἄδηλον.

Circumvallo, as, vallo munio, Giør Vold omkring/ befester. *Circumvallare oppidum. circumvallatus Pompejus.*

Convallis, is, f. t. vallis ex omni parte montibus collibusq; comprehensa, Rundall. Hinc vulgò, *Lilium convallium*, Lilieconvall/ Maimaanedz blomster.

Evallo, as, veteribus q. opposito vallo, excludo vel includo, Lucker vde eller inde. *Foras nos intus evallaverunt.*

Intervallum, n. s. propriè spatium inter palos vallum castrense constituentes. Inde tropicè spatium temporis & loci, Rom enten paa tid eller sted/ mellom tid/ mellom rom. *Intervalla locorum & temporum disjuncti sumus. Longo temporis intervallo studia sunt intermissa*, pro longo tempore. Et sine adjectione: *Longo intervallo*, pro longo post tempore, Langt effter/ it got stund/ langt stund der effter/ eller siden. *Longo intervallo Romam venit. longo intervallo redit*, Kommer igien et langt stund effter. Sic, *versabatur in Sicilia longo intervallo alter Phalaris.* Item *intervallo dicere*, est ex intervallo, vel cum distinctione.

Intervallatus, a, um, Gell. quod intervallis constat seu fit. Ut, *febris intervallata*, quæ fit per temporis intervalla.

Obvallo, as, contra hoſtes me vallo. Diciturq; de iis, qui intus ſunt, & oppidum defendunt, Beſkandzer ſig vden om.

Obvallatus, a, um, quod obvallavimus, Omſkandzet/omdiget. *Locus præſidiis obvallatus.*

Prævallo, as, ante vel priore parte, loco vel tempore vallo Ut, *prævallare pontem adverſus hoſtem.*

VALVÆ, arum, f. pr. templorum bifores, geminis affixæ poſtibus, ſic dictæ q. volvæ, quod bipatentes volvi & revolvi poſſint, Dubbelt dørre / ſom opladis til begge ſider.

VALVOLUS, ſive Valvulus, li, m. ſ. involucrum & folliculus fabæ, in quo ſcilicet granum continetur: ſic dictus à volvo q. volvolus, quod grana eo involuta ſint, Bøne eller Ærtehuus/ Ærte belge. Aliter valvulus à valvis, quarum inſtar ſe maturitate diſcludit.

VANNUS, ni, f. ſ. alveolus, ſeu inſtrumentum, initiò ex vimine contextum, inde ex alia materia, quo paleæ & acus ventilando à frumento ſecernuntur, à βάλλειν jactare, Kaſte ſkull. *Spicæ fuſtibus tunduntur, vannis expurgantur.* Item inſtrumentum purgando vino aut muſto aptum: unde *myſtica ſive muſtica vannus Bacchi.* Exponiturq; vannus tantæ capacitatis, ut in eam congererent coloni primitias frugum, ut Baccho ſacrificarent.

Vanellus, li, m. ſ. avis ita dicta, quòd alis vanni aut ventilabri inſtar commotis ſtrepitum excitet. Aliàs Latiniùs dicitur Capra, Vibe.

Vallus, li, idem.

Vanno, as, act. pr. vanno expurgo, Kaſter Korn. *Vannare frumentum.*

Compoſ.

Evanno, as, act. pr. Varr. vanno projicio, ejiciové, Kaſter med Kaſteſkuul/ eller kaſter vd/ huiſter hen. *Quod leviſſimum eſt, evannetur foràs extra aream.*

VANUS, a, um, pr. prod. vulgò idem quòd vacuus, à quo & deducitur, Tom. *Avena vana.* Et translatè, ſtultus, q. mente vacuus, & qui in rebus inanibus ſtudium collocat, Daarlig. Item mendax, q. veritatis vacuus: ſed propriè ſine nocendi ſtudio, Forſengelig. Item de re dicitur, quod nihil eſt, nec veriſimile, nec poſſibile, Som er inted/forſengelig. *Sin falſum, aut vanum, aut fictum eſt, continuo palam eſt.* Aliter à φαίνομαι, appareo q. quod imaginarium eſt & apparens tantum, non verum, & quidem ſine omni uſu aut fructu: Unde Phantaſma, vana ſpecies & imago oculo obverſans, Løſt oc forſengeligt. *Res vana vana gaudia*, i. e. voluptates *In cœlo nihil vanum, ſed omnia ratione conſtant.* Et inde, *homo vanus*, qui vana loquitur, & circa vana verſatur, Forſengeligt Menniſke / ſom ſladderer / oc gior megit der haffuer intet paa ſig. *Vana fides*, i. e. falſa. *Vanum inceptum*, quod fruſtra ſuſcipitur. Item vanus, qui ſine utilitate mentitur. Item ſtultus. Scaurus autem ait, vani dicuntur, non, ut vulgus dicit, deſipientes aut hebetes, aut inepti; ſed, ut veterum doctiſſimi dixerunt, mendaces & infidi, & levia inaniaq; pro gravibus & veris aſtutiſſimè componentes, Lærferdig. Hinc vulgò: *Levis in moribus: vanus in verbis.* Dicitur & pluraliter, *Vana rerum,*

i. e. res vanæ ſeu vanitas rerum. Item pluraliter, adverbii loco: *Vana tumens*, i. e. vanè & inaniter.

Vaneſco, is, vanus fio, in nihil redigor, Bliffuer til intet / forgaar / forſvinder. *Animi labes, nec diuturnitate vaneſcere, nec manibus ullis elui poteſt, fruges vaneſcunt in ſteriles herbas. hoc crimen tenues vaneſcit in auras.*

Vanitas, atis, f. t. vani affectus & ratio, Løſ ſladder/ forfengelighed. *Vanitas hominis. Vanitas orationis. Et veniam quam ab imperatore acceperat, vanitate exitus corrupit.*

Vanitudo, inis, f. t. Plaut. idem. Ut, *Verum vanitudine convincas*, i. e. figmento, quod nihil omninò non eſt.

Vano, as, act. pr. antiquè pro fallo, ſeu vana ſpe duco.

Compoſita.

Evaneſco, is, evanui, vanus fio, Vorder til intet/ forſvinder. *Mundus vetuſtate evaneſcit. memoria hominum evaneſcit. evanuit ſpes, gloria, ſcriptum &c.* Et translatè, *evanuit Hortenſius*, i. e. è conſpectu abiit, ſeq; ſubduxit, Bleff borte/kom affſiet eller ſiun.

Evanidus, a, um, quod evaneſcit. Ut, *color evanidus*, vſt beſtandig farffue.

Revaneſco, is, iterum evaneſco. Ut, *Animi ardor revanuit.*

VAPOR, & antiquè vapos, oris, m. t. pr. corr. humor tenuis, quem exhalant terræ aut maria, ventorum & pluviarum matricem, à βάπτω, tingo, lavo, q. quo tingimur, aut tinctum exhalat, Damp. *Aer oritur ex reſpiratione aquarum, & earum q. vapor habendus eſt. Vapores à ſole & agris tepefactis, & ex aquis excitantur.* Ponitur & pro tepore, & moderato calore. Ut, *terra ſemen tepefactum vapore & complexu ſuo diffundit.*

Vapidus, a, um, vapore plenum, vel multum emittens vaporis, Dampet/ dampvon. *Pix vapida.* Et translatè *vapidum pectus*, quod priſtinas fraudes & vitia redolet.

Vaporarium, n. ſ. in hypocauſtis, quà vapor ſeu fumus erumpebat: ſeu fornacula in qua ignis ſuccenditur, unde aqua calefit: vel locus ubi ſicco calore cruditas excoquitur, ſudorq; provocatur, Græca voce hypocauſtum, Svedebad/ Svedſtue/ Ørns. Unde Cic. vaporarium, ex quo ignis erumpit, ſubjectum eſt cubiculo: ſeu ut alibi legitur: eſt ſub tectum cubiculi. Item turricula quædam camerata in hemiſphærium, ſeu fornacula ex terra & tegulis mammatis, addito tomento concinnata, quæ incluſo igne per ſpiracula parva calefacit per præfurnium: aliàs Laconicum dictum.

Vaporo, as, n. pr. vaporem emitto, Damper. Item activè, vapore impleo. Ut, *templum thure vaporant.* Item repefacio, & moderato calore afficio, Lucker / varmer. *Sol diſcedens curru fugiente vaporat lavum latus.*

Vaporatio, onis, vaporandi actus. Ut, *Vaporatio balneârum*, quâ balneæ vaporem exhalant.

Compoſitum.

Evaporatio, onis, f. t. Sen. idem quod vapor, ſed quædam cum paſſione. Ut, *terris varia eſt evaporatio.*

VAPPA, ſeu Vapa, æ, f. pr. prod. quod vim ſuam exhalavit q. vaporem emiſit omnem: vel vinum corruptum & aceſcens, & cujus vis omnis evaporavit, adeo ut ſaporem amiſerit & odorem, à vapore, quod ægrotans

tans vaporet. Unde & per unicum P ſcribitur: vel immediatè ab æolico βάπτω pro βάμμω, quod tinctum ſignificat, q. acetum jam factum; atq; intinctus, Suur oc fordœrffuit Vin/ lang Vin / forſkalèt Vin. Et translatè, homo nihil, Et Drog.

Vappidus, ſive vapidus, quod in vappam verſum eſt. Ut, *Vinum vapidum*, idem quod vappa.

Vapidè, Adverb. Auguſto Cæſari. Ut, *vapidè ſe habet*, i.e. languet: quod vinum vapeſcens ægrotet.

VAPULO, as, neutro paſs. pr. corr. verberibus ſubigor, domor, & q maceror, à βάπτομαι immergor, lavor. Ut translata ſit ſignificatio à lavatione veſtium ad caſtigationem morum, Faar hug / faar riiß / faar baſk/ vendis oc bløddis i en knippel. *Miſerè ego vapulo, ferula vapulat.* Et translatè, *vapulo ſermonibus*, i. e. obloqvutionibus ſuggillor, Ilde tiltalis / hør ilde/ faar wtack. Aliter à πατάω, ferio, cædo, cum præfixione intenſivæ Ve.

Vapularis, is, m, t. Plaut. qui ſubinde vapulat.

VARIUS, a, um, pr cor. quod non eſt unius, ſed plurium generum: vel idem quod diverſus & multiformis, à varis, quod vari inæquales ac diverſi ſint, Alleſhaande / Atſkillige. Hinc *Varius cibus*, Allehaandeſde Mad. *Varia latera*, quæ verberibus maculoſa ſunt. *Varius virgis*, i, e. maculoſus: *Variæ artes. Variæ linguis gentes. Variæ voces.* Et de animo & moribus: *Varia mens. Varium ingenium*, wſtadigt. Et in bonam partem. *Plato Varius*, tractans varias materias. Item *mulier varia*, quæ modò hoc, modò illud vult. *Varium vulgus*, Adſkillige til ſindz / wſtadigt. *Varii colores. Varia veſtis*, i. e. variorum colorum. *Variæ uvæ*, i. e. diverſorum colorum. Varius etiam Cic, joco dicitur, qui in facie varis diſtinctus eſt. Et abſolutè, varia, f. pr. nomen avis, aliàs pica, Skade. Item fera ex pantherarum genere, ita dicta à macularum varietate. Item in maſcul. Varius, piſcis, qui & trocta dicitur, ſeu tructa: ſic dictus à maculis, quibus illucet. Aliter varius à βαλιὸς ejusdem ſignificationis: unde βαλίαι ἔλαφοι, i. e. varii cervi.

Variè, modis variis, Atſkilligen. *Variè me affecerunt tuæ literæ. nam partim læta, partim triſtia continebant, Variè valet*, i. e. nunc benè nunc malè.

Variatim, Gell. per varios modos.

Varians, tis, om. t. quod variat, diſſimile & inconſtans. Ut *cœlum Varians. Variantes adhuc & acerbæ uvæ*, h. e. nondum nigræ, ſed colore adhuc vario, qualis ſolet eſſe uvis immaturis.

Variantia, æ, f. pr. Lucill. idem quod varietas. Ut, *Variantia rerum.*

Varietas, atis, f. t. variæ rei affectus, & ratio, Atſkilligheed. *Reficit animos Varietas. gaudet res Varietate.* Et *colorum magna Varietas.*

Variegatus, a, um, variis picturis diſtinctus, exornatusq; ἄδηλον. Sic *Variegare*, i. e. varietate diſtinguere.

Vario, as, act. pr. varium facio, Atſkillig giør. *Laborem otio; vitium labore Variare. Veſtis Variatur acu. poſitu Variare comas. Variare tergum loris*, eſt cædere & varium & maculoſum reddere. *Variabimus artes. Diſcurrunt Variantq; vices fuſiq; per herbam indulgent vino*, Skifftis til. Et hinc caſu: *De hoc Variant auctores*, i. e. varia tradunt. *Variant animi.* Item neutraliter: *hæc inter ſe Variant*, i. e. diſſimilia ſunt: modò hoc, modò illo modò ſe habent. Item impersonalit. *Ibi ſententiis Variatur*, Mand haffuer atſkillige meninger/ mand er wens i meninger oc domme.

Compoſita.

Pervarius, a, um, i. e. valdè varius.

Pervariè, ut, *pervariè jucundeq; narrat.*

VARUS, ri, m. ſ. pr. prod. propriè ſtipes, bifurcus & bipes, dolatus, prædurus ac enodis qui cohercendæ terræ vallaris figebatur, q. vaſus à βάσις fundamentum, Voldſticke. Inde translatè Varus Feſto, qui incurvà crura habet, & opponitur, Skæffbenet ind ad. Horat. autem exponitur, qui eſt diſtortis cruribus, Buis Been ſtå vd til ſtridz. Hinc *Varæ manus*, i. e. incurvæ. Item *pes Varus*, eſt crus varum & flexum, Som ſtaar til ſtridz. Sic *Varum brachium.* Et *Varus genius.* Item vari dicuntur, tubercula exigua & dura in facie, Finder. Item vari, puſtulæ in ſumma cute extuberantes, pueritiæ admodum infeſtæ, albæ ſed in ambitu rubræ, Smaa pocker/ ſmaa kopper / Børne pocker. Legitur & Varrus, unde & Varrones ſive Varones pro ſervis militum, à geſtandis varis militaribus, Troßknecte. Varo etiam exponitur ruſticus, ſtupidus, ſtultus à varis talis. Aliter varus ſtipes à βάρος onus, quia ſuſtinet molem & pondus aggeſtæ terræ.

Vara, æ, f. pr. pertica à ſummo deorſum furcillata, ſive lignamentum duobus pedibus ſuperne unitis & inferne diverſis, Tuægrænet træ neder ad / ſom ſtaa til ſtridz. Et peculiariter varæ furculæ ſunt quibus retia feris eriguntur, Pandſtænger. Et inde *Vari pedes*, à furcata forma.

Varicitùs, adverb. Apul. cruribus divaricatis diverſisq; Strittende. *Varicitus ſuper faciem meam reſidentes veſicam exonerant.*

Varico, as, n. ſive varicor, aris, dep. pr. in modum vari hominis, ſive varæ perticæ inſiſto, cruraq; in diverſas partes extendo, Stritter paa Beenene/ ſkræffer.

Varicus, a, um, Ovid. qui longè divaricat crura, metiturq; grandes paſſus: vel qui ampliore paſſu incedit, Strittende vd paa Beenene/ ſom ſkræffuer vid/ rager vide oc lange ſkræff oc trin.

Varix, cis, m. t. vena crurum fœculento ſanguine diſtenta inflexa & obtorta, à varis, ſic dictus, Stor Blod Aare. Nec de iis venis tantùm dicitur, quæ in cruribus inre. Nec de iis venis tantùm dicitur, quæ in cruribus intumeſcunt, ſed & quæ in temporibus, in ventre, in teſtibus & in inguine. Legitur & apud Senec. geo. fæm. varices, Nonio venæ in ſuris inflexæ & obtuſæ à varis ſumptâ voce, q. d. Som gaar i krinckelkrog.

Varicula, æ, f. pr. tenuior varix.

Varicoſus, a, um, qui varicibus & venis plus æquo turgidioribus eſt, Med ſtore oc fylte Aarer.

Compoſita.

Divarico, as, act. pr. q. in diverſas partes varicare facio, Gaffler. Et translatè, diflecto, Krummer / bøjer ind oc vd. *Divaricare ramos arboris. divaricat pedes, ſeu pedibus divaricatis ſtat*, Bandſkræffver / ſtaar til ſtridz med Beenene.

Divari-

Divaricatus, a, um, quod divaricavimus, Krummet vd oc ind. *Divaricatæ tibiæ*, Krum Skinckel/ krumme Been.

Obvarico, as, n. pr. antiquis, pro ita alii occurro, ut à recto itinere ipsum avertam, Viser vild wey.

Obvaricator, oris, m. t. qui obvaricat, Forfører/ ond Veiviser.

Obvaro, a, n. v. Ennio, pro depravo, perverto, à varis translatâ significatione, qui pedes introrsum intortos habent. Ut, *consiliis obvarant.*

Prævaricor, aris, dep. pr. quocunq; modo à præscripto officii deflecto. Et specialiter in re forensi cum adversario colludo dissimulans proprias probationes, falsas vero admittens; q in utramq; partem & magis in adversam, sed dissimulanter ago: translatâ significatione à varis pedibus, qui in utramq; partem deflectunt, Skæffuer oc vrier fraa det jeg skulle giøre/ hincker paa begge been/ holder mod oc med/ haffner hiemmelig forstand med modstanderen. *Catilina pecuniam accepit, ut prævaricaretur.* Sic *prævaricari accusatori*, est prævaricando servire.

Prævaricatio, onis, prævaricandi actus, Hiemmelig forstand med modstanderen.

Prævaricator, oris, m. t. qui prævaricatur, & pecuniâ corruptus colludit cum adversario. Item corruptor, ut *Piso prævaricatur Catilinæ.*

VAS, dis, m. t. pr. gen. corr. qui pro aliquo spondet, vel obligatur, præsertim in causa capitali: quiq; alicujus causam omnem suscipit, & se pro illo supponit reum: sic dictus à libera ejus, qui vadem dedit, vadendi potestatem, quo velit, Loffningsmand i Liffsager/ Borgen/ som gaar i borgen for anden. Ut *vadem suum liberaret, præstò fuit ad horam morti destinatam.* Et *vades mortis*, qui pro altero in mortis causa vadatur.

Vadis, is, m. t. antiquis idem quod vas, à quo & vas per concisionem.

Vadimonium, n. s. vadantium sponsio, seu sponsio quædam sistendi, comparandiq; in judicio ad diem præstitutam, per se vel per advocatos, quod deserere non licet: Unde dicitur *vadimonium promittere, constituere, deserere, differre*, Borgen.

Vador, aris, dep. pr. q. vades à reo postulo, diem judicii ex pacto constituo, seu vadimonium alicui constituo, acceptis vadibus & sponsoribus. Ut, *actor vadari reum* dicitur, qvum acceptis vadibus reum ad comparendum in judicio astringit, Tager forloffuer/ vißning oc loffning aff en at møde i rette. *Decem vadibus vadatus est accusator reum.*

Vadatus, qui vadabatur. Ut, *vadato respondere debebat, ne perderet litem.* Exponitur & passivè vadimonio obstrictus. Ut, *apud quem vadatus amicitiæ nodulo tenebatur: vadatus amore*, i. e. vadibus à me acceptis obligatus.

Composita.

Convador, aris, idem quod vador, h. e. vadimonio obstringo. Ut, *convadari aliquem venereis vadimoniis.*

VAS, sis, n. t. & antiquè vasum, si, n. s. pr. gen. prod. instrumentum, in quo humida præsertim continentur, tingendo scilicet, lavando, potando paratum à βάπτω, lavo, tingo, Saa som Vandkar/ Balle/ dricker kar/ Badekar. Inde generaliter omne instrumentum, quo aliquid continetur, & ad usus depromitur: Unde *vas escarium*, in quo escæ apponuntur, *Coquinarium*, cujus usus in Culina. *Vas vinarium*, in quo vinum conditur. *Unguentarium*, in quo unguenta conduntur, Salvekrucke. Item omnis suppellex, tam navalis & militaris, quam urbana & domestica, Alle/ haandered/ kaff oc tøy. Et translatè ad obscæna, vasa virilia, quòd seminalem humorem contineant: Unde vasatus, qui his vasis insignis est. Declinatur autem vas in secunda declin. in plural. vasa, sorum &c. Aliter Isidoro à vescendo, q. initiò & propriè, in quo escæ.

Vasculum, & Vasillum, n. s. parvum vas.

Vasarium, rii, n. s. suppellex vasorum, vel pecunia, quæ magistratui provinciam eunti viatici nomine attribuebatur, Saa som førstens fadbores føring.

Vasallus, m. s. sequioris ætatis voce, dictus est cliens fiduciarius, q qui sit in vasario Domini alicujus, ejusq; vas censeatur, inquit Turnebus. Sed aliis vox est peregrina & Longobardica à sala, i. e. aula, q. qui versatur in sala, i. e. aula.

Vascularius, m. s. qui vasa ex metallo facit, præsertim ære, argento, auro, Karmager/ saa som Kandestøber/ Grydstøber.

Compositum.

Convaso, as, act. pr. vasa aliáve utensilia colligo abiturus, Sancker sammen ribbel oc krat/ at tage sin vei med. Vox est militaris, nata à vasis militaribus, quæ milites colligebant abituri. Transfertur autem inde ad alia, ut, cum quippiam surripitur & festinanter aufertur, Snapper/tager hvad for haand er oc løber bort.

VASTUS, a, um, supra modum amplum, magnum & spatiosum, à vagor q. in quo liberè vagari datur, q. d. Rom at vende vdi/ romt oc vidt. *Vastum mare. Vastus fluctus. Vasti campi. Vastum antrum. tibiæ vastæ*, quæ magnitudine & numeroso foratu præcentoriam superabat. Legitur & vasca, sed corruptè sine dubio. Item *vasta belua*, i. e. immanis. *Vasti artus*, i. e. magni & ingentes. *Vasta arma*, i. e. ingentia & immania, Grummelig store. Ponitur aliquando pro vastatus seu desertus, øde. *Urbs ferro vasta.* Aliter à vado, q. ubi liberè vaditur.

Vastè, modo vasto, Grummeligen/ megit. *Non vastè sed prosse dixit. Verba vastius deducuntur.*

Vastesco, is, n. t. antiquè vastus fio, deseror & vastor, Vorder øde. *Tuis consiliis vastescunt agri, terra stirpium asperitate vastescit.*

Vastitas, atis, f. t. vasti affectus & ratio, Storhed. *Vastitas belluæ. Vastitas scientiæ.* Item *vastitas urbis*, id est, vastatio, populario & desolatio.

Vastities, ei, f. q. Plaut. idem.

Vastitudo, inis, f. t. Cat. idem.

Vasto, as, act. pr. vastum & desertum facio, øder/ Berger. *Vastare agros. Vastare omnia ferro & incendiis.* Et *vastare agros cultoribus*, i. e. spoliare & aliò cultores abducere.

Vastatio, onis, vastandi actus, Bergen. *Vastatio agri Romani.*

Vastator, oris, m. t. qui vastat, Berger.

Vastatus, a, um, quod vastavimus. Ut, *vastati agri. Vastatum forum*, Berget.

Com-

Compoſita.

Devaſto, as, idem quod vaſto, vel totum vaſto, Slet øder oc herger.

Devaſtatus, a, um, quod devaſtavimus. Ut *agmina ferro devaſtata.*

Evaſto, as, Liv. act. pr. idem quod vaſto, vel ad finem ſeu totum vaſto.

Pervaſto, as, prorſus vaſto. Ut, *pervaſtabat fines, Italiam*, Slet herder / brænder oc ſkænder.

Pervaſtatus, a, um, quod pervaſtavimus. Ut, *pervaſtata Italia.*

VATES, tis, com. t. qui fata hominibus eloquitur, q fates, Propher / Spaamand. *Bonus vates poteras eſſe, cum quæ ſunt futura videas. Sanctiſſima vates, præſcia futuri.* Et transiatè, Poëta: quia Poëtarum etiam erat hujuſmodi fata decantare, Poet. Aliter Varr. vates dicitur à viendo, i. e. vinciendo & connectendo verba modulatione: vel à vagiendo & modulando.

Vaticinus, a, um, quod eſt vatis, aut à vate fit. Ut, *libri vaticini*, Prophetiſke Bøger/SpaaBøger. *Vaticini furor*, Prophetiſke Spaadom / eller Aander/ Spaadoms Aand. Aliter hoc compoſitum habetur a cano, q. fata canens.

Vaticinium, n. ſ. vatis prædictio, Spaadom.

Vaticinor, aris, dep. pr. vaticinus ſum, vatem ago, Spaar. *Quæ tibi inſtant fata, vaticinor, vaticinor vera.* Et translate, ex adjuncto furore vaticino, deliro, furo, inſanio: Ut, *qui hæc dicerent, vaticinari atq; inſanire dicebant*, Kaſer.

Vaticinatio, onis, vaticinandi actus, Spaadom/Prophetie.

Vaticinator, oris, m. t. qui vaticinatur, Spaamand.

VATRAX, & vatricoſus, qui eſt pedibus vitioſis, à βάτραχος, q. tortis pedibus inſtar ranæ.

Vatius, m. ſ. cui crura ſunt introrſum intorta, Bøjelbeenet ind ad. Canes ſint cruribus rectis & potius varis, quam vatiis.

Vatia, æ, m. pr. idem.

UBER, eris, n. t. pr. prod. propriè bruti animalis lactis officina & fons, dictum q. üver, quod humore lactis, in modum uvæ, plenum ſit, aut ejusdem originis cum uva, ab ὕω pluo propter humorem, unde & quibusdam aſpiratè ſcribitur Huber, Yffver. Inde transfertur ad mulierem. Ut, *Martia uberibus gravidis vitali rore rigabat parvos Mavortis ſemine natos.* Item adjective uber quod uberum copiam refert, Offuerflødig. *Uberrimi fructus vitium. agro benè culto nihil eſt nec uſu uberius, nec ſpecie ornatius. ſeges ſpicis uberibus & crebris. ager uber.* Et translatè, *animi motus uberes ad explicandum. ſpes uberior: artes uberrimæ: plenus & uber ad dicendum.* Item abſolutè, & neutraliter: *Uber glebæ*, i. e. ubertas. Sic *uber agri*, i. e. fertilitas. Aliter uber ab ἔδαφος ejusdem ſignificationis.

Ubertas, atis, f. t. uberæ rei affectio & ratio, Fructbarhed/ offuerflødighed. *Ubertas agri. ubertate mammarum ſaturatur. Rami baccarum ubertate incurveſcunt.* Et translatè, *ubertas orationis*, pro copia, Offuerflødighed. Ubertas dicendi.

Ubertus, a, um, Gell. pro copioſo. Ut, *ubertum & magnificum dicendi genus.*

Ubertim, adverb. i. e. copioſè. Catul. Ut, *ubertim fundit lacrymas*, Offuerflødigen.

Ubero, as, n. pr. Columel. uber ſum, lætus & fæcundus. Ut, *olea uberat*, Er fructbar oc offuerflødig. Item Pallad. activè, ubero, lætum & fæcundum facio, Ut, *hoc veluti coitu ſteriles arbores uberabantur.*

Compoſita.

Exuber, ſeu exuberis, Feſt. ab uberibus & lacte extractus, Affvant Barn fra Bryſtit oc Dj.

Exubero, as, n. pr. q. ubertim affluo, ſeu uber ſum, Flyder offuer/ er offuerflødig. *Terra exuberat. pomis exuberat arbor.*

UBI, pr. corr. adverb. rogans in quo loco ſit res, ab ὅπου, ejusdem ſignificationis, Huor. *Ubi id audiviſti?* Ponitur & relativè. Ut, *ibi malis eſſe, ubi aliquo numero ſis.* Item infinitè, pro eo loco aut tempore. Ut eſt, *ubi voles accerſe*, i. e. quando, Vaar. *Hæc ubi dicta dedit*, i. e. poſtquam. *Ubi quis ſemel pejeraverit, ei credere poſtea non oportet.* Sic quando temporis eſt, ponitur cum primum. Ut, *ubi primum*, i. e. ſtatim. *Ubi primum illuxit*, Der det førſt Dagedis. Ponitur & cum caſu. Ut, *ubi gentium. ubi loci. ubi locorum*, pro ubi vel ubicunq;. Item relativum eſt, referens præcedentem orationem. Ut *multa colligere licet ex legibus & Senatusconſultis, ubi &c.* i. e. in quibus. *Capiunt prædones navem illam, ubi vectus fui*, i. e. in qua. Item geminatè ubi ubi, pro ubicunq;. Ut, *ubi, ubi eſt, diu celari non poteſt*, Jhuorſomhelſt. Ubicunq;, quocunq; in loco, ubicunq;, i. e. quocunq; in loco. Ut, *ubicunq; es, in eadem es navi & periculo.*

Ubiq;, omni in loco, Allevegne. *Crudelis ubiq; luctus, ubiq; pavor.* Et cum caſu: *ubiq; locorum, gentium, itineris.* Unde: *hæc ubiq; itineris nos comitantur.*

Compoſita.

Alicubi, in aliquo loco, Jt ſtedz. *Alicubi ſi conſiterit Pompejus.*

Aliubi, Plin. idem quod alibi.

Eccubi, q. ecce ubi, Ey huor. *Eccubi agit*, Jhuor/ey huor mon hand være.

Necubi, pro ne vel ut non alicubi, At icke nogenſtedz. *Videndum necubi aqua conſiſtat.*

Sicubi, adverb. pro ſi quo in loco, Om nogenſtedz. *Atq; hæc ſicubi facta ſunt.*

UDUS, a, um, pr. prod. aqua madens ab ὕδωρ aqua, Vaad. *Udum palatum. Calx uda*, qua dealbatur paries, Kalckfarffue. *Uda ſpecula* Apul. pro fluviis: in quibus ſcilicet ut in ſpeculo imagines intuentium repræſentantur. Item udi ſeu uvidi ignes, apud eundem, pro calore humore temperato, qui maximè nutrit ſemina læta: cum ſiccus nimium exurat. Intelligit autem peculiariter Lunam & nocturnum temperamentum. Aliter ab uvidus per conciſionem.

Uvidus, a, um, idem quod udus, &, ut innuunt Grammatici, quod interno humore madet, ab ὕω pluo. Ut *veſtis uvida*, i. e. humore madens.

Udo, onis, m. t. veſtimenti genus ſive pallium, ſive calceamentum ex pilis hircinis adverſus imbrium injuriam, Jt Klædemon eller ſocke aff Gedehaar. Aliter immediate ab ὕω pluo.

Compo-

Sudum, n. ſ. ſerenum cœlum, q. ſine udo & pluvia, Klar veir/ tør vær. *Horologium mittant & libros, ſi erit ſudum.* Et adjectivè Apuleio, *Suda ſpecula*, quæ ſunt ex ære: opponunturq; Udis.

VE, Conjunctio eſt enclitica & disjunctiva, idem quod aut, à Græco ἤ ejusdem ſignificationis vel ab enclitica Græca φι, Enten. *Beſtiæ quæ in rubro mari Indiæ ve gignuntur. poſt hanc habitam concionem duabus tribusve horis literæ venerunt.* Et geminatò, *ſi quis in adverſum rapiat caſusve Deusve.* Interdum ſignificat &, pro que, Oc. *Sbaves gravesve ſententiæ. lex de actis Cæſaris deve Dictatura* Porrò in compoſitione vim habet negandi & privandi. Ut, *vecors, veſanus.* Sic *vejovem* antiqui appellarunt à non juvando, qui idcirco tantum colebatur, ne noceret, Fanden. Item interdum eſt intenſiva. Ut, *veſtigo, vetus, vehemens.* Interdum minutiva, ut, *vegrandis*, q. non grandis, i. e. parvus, exiguus. Vejovis exponitur & parvus Juppiter, Lidle Fanden. Aliter intendendi ratione eſt à Græco βᾶ ejusdem ſignificationis. Notandum autem Ve encliticam eſſe brevem. Ve vel ſignificativæ productam: ſcribiturq; à quibusdam væ. Ut, *væcors &c.*

Vel, Conjunctio disjungens ea, quæ cùm electione dicuntur, nec ſunt contraria q. vele, à ve & enclitica le, qualis eſt in ille pro iſte, En eller/ eller. *Cui noſtrum non licet res ruſticas fructus cauſa vel delectationis invisere?* Et geminatò: *ſunt iſta quidem vel magna vel maxima.* Interdum copulativa eſt. Ut, *maximè me tibi amicum facit vel virtus vel doctrina tua*, i. e. tum virtus tum doctrina. Interdum ponitur pro etiam, End oc *Quam moroſi ſint qui amant, vel hoc potes cognoſcere. Hoc uno præſtamus, vel maximè feris.* Item pro ſaltem. Ut, *poſtremò ſi nullo alio pacto, vel fœnore*, Saa i det ringeſte. Item cum voce potius. Ut, *juſticia vacillat, vel jacet potius.* Aliter à velle deducitur: verbo ſcilicet eligendi.

VEGEO, es, n. ſ. pr. corr. antiquè pro valeo ſeu validius valeo, à ve particula augendi & ago, ut reſpondeat Græcorum ἄγω, Et karſk/ raſk/ leffuendig/ leſſnd. *Nec natus eſt, nec morietur: viget, vegetat utpote plurimum.* Et activè pro vegeto. Ut, *animum Venus veget voluptatibus.*

Veges, etis, om. t. Lucret. idem quod vegetus.

Vegetus, a, um, quod veget, Leffuendig/karſk/raſk. *Homo vegetus.* Diciturq; de corpore. Ut, *vegetum corpus.* Et de animo. Ut *vegetus animus: vegeta mens. vegetum ingenium.* Item de aliis. Ut, *ineſt terræ ſpiritus vitaliter vegetus & alens omnia. vegeti oculi. vegetior tauri aſpectus*, Som ſeer mere leffuende vd. *Hoc tempore intervallum vegetiſſimum agricolis maximeq; operoſum eſt.*

Vegeto, as, act. pr. Gell. vegetum facio & promptum ad obeundas actiones. Ut, *vegetare memoriam. lunâ lumine cuncta animantia vegetantur*, i. e. aluntur & vigorem acquirunt.

Vegetatio, onis, vegetandi actus. Ut, *vegetatio inceſſus, qua inceſſum vegetamus.*

Vegetativus, a, um, Philoſophis, quod vim vegetandi habet. Ut *anima vegetativa.*

VEHO, is, xi, ctum, & antiquè vehio, as, de plauſtris dicitur, jumentis & navibus onus portantibus ab Oſca

voce, vehia, i. e. plauſtrum, Haffuer læs/ hær læs/ hær. *Curru vehitur: in equo vehitur. Taurus vexit Europen per fraterna æquora. vehimur per diverſa æquora*, i. e. navi. Et translatè *vehitur oratio.* Ut, *tanquam ratis in mari immenſo noſtræ vehitur oratio.* Vehia autem fuit ab ὄλω currus q. vechia.

Vectabulum, n. ſ. Gell. idem quod vehiculum.

Vectarius, a, um, quod idoneum eſt ad vehendum. Ut, *equus vectarius*, Vogn Heſt.

Vectio, onis, vehendi actus. Ut *vectio quadrupedum*, quæ vehunt quadrupes.

Vectigal, alis, n. t. propriè æs, quod mercium è loco aliquo evehendarum, vel per locum aliquem transvehendarum nomine ſolvitur, Told oc Skat. Inde latius ſignificat omnem reditum publicum & privatum, Indkom. Erant autem Romanis *vectigalia* è portubus, quæ *portoria* dicebantur, Told. E paſcuis, quæ *ſcripturæ*, Græsſpenge. Et ex arationibus, quæ *decimæ*, Landgilde.

Vectigalis, le, om. t. quod pendet vectigal & tributum, Toldſkyldig/Skatſkyldig. *Provincia vectigalis, ager, populus. ſylva vectigalis*, ex qua vectigal penditur. Sic *lucus vectigalis.* Et abſolutè vectigales, ſocii erant, à quibus vectigal exigebatur ex decuma, portorio & pecore publico.

Vectis, is, m. t. palus ferreus, quo moles aliqua promovetur & q. vehitur, Jernſtang / Vectſtang. Item lignamentum, quo torcular circumagitur, Haandſpægger. Item, omne inſtrumentum ad ſubvertendum effringendumve aliquid paratum, Brydeſtang. Item lignamentum, quo aliquid à duobus portatur & vehitur, Dragerſtang. Item inſtrumentum ex ferro aliavè materia, quo oſtium clauſum adverſus vim munitur, Skaade/Dørſlaae.

Vectiarius, m. ſ. Vitruv. qui vectibus premit torcularia, Perſemand.

Vecticularius, a, um, unde *vim vecticularia* eorum dicitur, qui vectibus alienos parietes perfodiunt furandi gratia. Et abſolutè, vecticularius, m. ſ. qui vecte muros & parietes furandi animo perfodit. Et gen. fæm. vecticularia, pro vita vecticularia, vel furto vecticulario. Unde *vecticulariam facere.*

Vecto, as, pr. crebro vel ſæpe veho.

Vectatio, onis, vectandi actus, quo aliquid vehitur.

Vectito, as, aliud frequentativum & vehere cogito.

Vector, oris, m. t. qui in aliena navi vel equo vel plauſtro vehitur pretio. Ut, *gubernator à vectoribus admonebatur*, Føringsfolck til Skibs. Item activè, qui vehit. Ut, *vector aſellus.* Item translatè, vectores pro civibus. Ut, *ingratis vectoribus benè gubernat.*

Vectorius, a, um, quod eſt vectoris, ut *navis vectoria*, Fære/Pram/Fractſkib.

Vectura, æ, f. pr. vehendi actus. Ut *equus idoneus ad vecturam*, Føreſell / føren oc bæren. *Magna vecturæ difficultas.*

Veues, is, f. t. quantum unâ vecturâ plauſtro vehi poteſt, Et læs. *Vehes fœni, vehes ſtercoris*, Et laß mog. *Vehes viginti quatuor.*

Vehiculum, n. ſ. machina, quâ jumentis actâ aliquid vehimus, ſive rotata ſit, ſive ſine rotis, Vogn / Karre / Slæde / Sluffe.

Vehicularis, re, om. t. quod ad vehiculum pertinet. Ut, *equus vehicularis*, Vogn Heſt.

Vehicularius, m. ſ. qui vehiculum agit, Vogndriffuere/Vognſuend/Vogndreng.

Vexo,

Vexo, as, act. pr. multum & graviore motu creberioreq; huc illuc veho, Skumper / ryller / rumler hid oc did. Unde translatè, *vexare divina & humana*, Rylle/ rumle/ tumle. Item vexare pro deripere, vastare, spoliare. Ut, *vexare urbes*, Plage/ plyndre. Et *vexare aliquem verbis, contumeliis, scelere*, Rylle / plage. Sic *vexatur Theophrastus & libris & scholis omnium Philosophorum*, i. e. incusatur, Paaklagis.

Vexatio, onis, vexandi actus. Ut, *vexatio sociorum, virginum*, Plagen oc plynderen.

Vexator, oris, m. t. qui vexat, Plyndere/plagere.

Composita.

Adveho, is, aliquò veho, Henfører / tilfører. *Ex decumis mancipes Romam advexerunt frumentum. ab Epidauro navi Piræum advectus sum. Tu equo advectus es.* Et *tota tibi cognatio in Sarraco advehitur.*

Advectus, a, um, quod advexim us. Ut, *Romam advectus. advectum frumentum*, Tilført / tilaget.

Aveho, is, alicunde aliò veho, Henfører / frafører. *Venit, ut secum avehat. Hominem lecticâ suâ avexit.*

Circumveho, is, ex omni parte veho, Bær omkring. Unde *equo circumvectus*, Som red allevegne om.

Circumvectio, onis, circumvehendi actus.

Circumvecto, as, crebro vel multum circumveho.

Conveho, is, simul vel in unum veho, comporto, Bær sammen/ bær i hob.

Convecto, as, frequenter conveho. Ut, *convectare prædam.*

Convector, oris, m. t. qui eadem vehitur navi, Som er indeh borde med anden/ Skibsbroder.

Convexo, as, act. pr. idem quod vexo. Ut, *miseram malè convexat.*

Convexus, a, um, in orbem convehens, Krumbøyit. *Cœlum convexum. convexum speculum.* Et absolutè, *convexa cœli*, i. e. convexitas. *Convexum pedis*, Den øfuerste deel paa foed / Foedh: mmel. Est autem convexum orbiculati superficies exterior. Sic *convexum cœlum*, scil. ubi non respicitur interior concavitas, sed superior rotunditas, seu superficies superior in orbem declinans.

Convexitas, atis, f. t. convexi forma. Ut, *convexitas mundi, cœli.*

Deveho, is, deorsum veho, Nederfører. *Fruges in urbem devehit. parricida in profluentem devehitur.*

Devectus, a, um, quod devexim us. Ut, *celeriter Romam devectus sum.*

Devexo, as, act. pr. valde vexo. Ut *devexare animum alicujus*, Rylle/giøre harm/ harmer / giør flammer/ støder aff laffue.

Dsvexatus, a, um, quod devexavimus. Ut, *Respublica devexata est diu*, Stør aff laffue / ild flammerj.

Devexus, a, um, q. devehens, seu quod devexim us, Nederbøjet. *Terra devexa. Locus devexus*, Som sticker ned ad. Et translatè, *ætas à laboribus ad otium devexa*, Tilbøjet.

Devexitas, atis, f. t. devexi ratio vel forma. Ut, *loci, terræ devexitas*, Nederbøjening / bøjening ned ad.

Divexo, as, variis modis vexo, Storligen oc vden maade plager oc ryller/ skinder oc skaffuer. *Boni un ich divexantur.*

Eveho, is, q. extra veho, Udfører eller udbær: sive id equo, sive curru sive navi fiat. Et translatè, *virtus evexit multos ad astra*, Opløffte/ ophøjede.

Evectio, onis, evehendi actus. Ut, *mercium evectio*, Udførsel/udføring.

Evectus, us, m. q. idem & evectus navigiorum, & itinerum, quò scilicet navigiis & opportunitate locorum aliquid evehitur.

Inveho, is, q. aliquid in aliud veho, Bær ind udi. *Invehere merces in navem*, Indlade sine vare. Item inveho absolutè, idem quod veho, Bærer. *Navi invehitur magna.*

Invehor, eris, invectus, dep. t. q. quodam impetu sermonis in aliquem vehor & feror, in augente significationem, Offuerfalder en med skændzord / taler megit hart til. *In orationem, in Demosthenem, in patriam invehitur.* Et *vehementer in eum invectus est.*

Invectio, onis, invehendi actus, Indførsel. *Mercium invectio.* Item insectatio, naar en taler anden hart til.

Invectus, us, m. q. Plin. Ut, *amnis Achelous Artemitam insulam assiduo terræ invectu continenti annexit.*

Invectus, a, um, quod invexim us, Indført / indbaaret. *Curru invectus, flumine, navi invectus.* Et *invectus portum & urbem*, pro in portum & in urbem.

Invectivus, a, um, quod modo invehendi sit, skændzviis. *Oratio invectiva*, quâ in aliquem invehimur, Skandskrifft oc tale.

Invectitius, a, um, quod invehitur. Ut, *columbæ invectitiæ*, Som føris ind i Landet anden stedz fra. Sic *invectitiæ aves.*

Perveho, is, usq; in locum aliquem veho. Ut, *inde ad nos pervehuntur.* Et translatè: *ad exitus pervehimur optatos virtute fortunæ.*

Præveho, is, præ aliis veho, Ferris for. Unde *prævectus eques per obliqua campi*, i. e. ante alios vectus. Sic *prævectus equo.*

Prætereveho, præter aliquid vel locum aliquem veho aliquid, sive id navi, curru, sive jumentis, Før forbi/ forbi/ frem for. *Navibus prætervehit oram Galliæ.* Et translatè, *prætervectus sum locum*, (*in dicendo*) *periculosissimum.* Sic, *prætervecta est oratio scopulos. silentio hoc prætervehitur.*

Prætervehens, absolutè & pro prætervecto. Ut, *Judæam prætervehens non supplicavit*, i. e. prætervectus.

Prætervectio, onis, prætervehendi actus, Fremfarelse/offuerfarelse. *Prætervectione omnium notum est.*

Proveho, is, porrò & ulterius veho, à loco suo aliquantum Item multum moveo, Flytter aff sted eller forflytter / før eller bær frem eller vd. *Arrhabonem provexi, avehere autem non quibi.* Et pass. *provehor equo. provehimur pelago.* Item translatè, *provehor longius inscribendo, dicendo, orando*, Gaar vid vd eller frem. Sic *oratio mea longius provecta est.* Et *provehor amore*, pro impellor.

Provectus, a um, quod provexim us, Forfremmit/ ført frem. *Sentio me longius provectum. ad extremum vitæ spiritum provecta prudentia.* Et amisso tempore, *ætate provectus, provectior*, qui vergit ad senium, Gammel/noget til Alders/ gammelactig.

Reveho, is, retroveho, Fører tilbage. *Ex Syria revehunt Styracens. revexi arma quæsita meo sanguine. Consul ex prælio saucius revectus. alligato vulnere revectus est ad prima signa. revehitur ad prælium. revehitur ad superiorem ætatem.*

Subveho, is, vehiculo aut navi onera affero, Agger/ før Vogenlad eller Skibslad. *Subvehere lapides flumenta, commeatus.*

Subvectio, onis, ſubvehendi actus. Ut, *à re frumentaria duris ſubvectionibus laborat*, Førſel/Skiben/Agen/Ecte.

Subvectus, a, um, quod ſubveximus. Ut, *fœmina per aëra curru ſubvecta.*

Subvectus, us, m. q. idem quod ſubvectio.

Subvecto, as, frequenter & crebro ſubveho. Ut, *ſubvectare virgas: ſubvectat corpora cymba.*

Subvexus, a, um, Liv. quod ſubveximus. Ut, *omnia faſtigio levi ſubvexa.*

Superveho, is, ſuper aliquid veho. Ut, *mons everſus, quem progenies Phthiæ ſupervehitur.*

Transveho, is, ex uno loco in alium veho, ſive id navi fiat, ſive plauſtro, aut etiam jumentis, Førører/offuerfører. *Milites in Africam transvexit.*

Transvectio, onis, transvehendi actus. Unde *transvectio Acherontis*, quâ quis Acherontem transvehitur. Item *transvectio equitum*, recenſio, quâ ante conſpectum cenſorum, vel principis, equites prætervehebantur, Munſtring/Rytter Munſtring.

Transvectus, a, um, ut, *transvectum tempus*, quod præteriit & quaſi trajecit, Forbi gangen/forløbben tid.

Transvehor, depon. vel paſs. Ut, *mare transvectus eſt*, i. e. trajecit, Offuerfaaer.

VELLO, is, velli & vulſi, vulſum, act. t. aliquid manu plenâ radicitus capio, eripio & extraho, ab ἕλω, capio, traho, Ruſker. *Herbam cum radice vellit, ruptis radicibus vellitur arbor. vellere crines. ſpinas vellere. Illa, quæ vellerat ex patellis, in aureis poculis illigabat.* Item *vellere aurem*, i. e. admonere.

Vulſura, æ, f. pr. vellendi actus, Ruſken. *Vulſura lanæ*, Plucken/Ruſken.

Vellico, as, pr. frequenter vello, ſeu ſparſim vel carptim vello, ſummis digitis extremas corporis partes vello & preſſando infeſto, Napper/plucker/piller. Et translate mordeo, lacero & criminor, Hacker paa en. *Invident nobis, & in circulis vellicant. vellicat abſentem Demetrius.*

Vellicatim, adverb. vellicandi modo, i. e. carptim, ſparſim, non continuè, ſed hinc illinc. Ut, *vellicatim & ſaltuatim ſcripſi*, Jplucke tall. Aliter hoc loco legitur velitatim, à velite.

Vellicatus, us, m. q. vellicandi actus, Plucken oc nappen.

Volsgræ, aves in auſpiciis, quæ ſe vellendo malum auſpicium faciebant.

Volſella, ſive vulſella, æ, f. pr. inſtrumentum quo pilos præhenſos radicitus è corpore exſtirpant.

Compoſita.

Avello, is, à loco vello, Affruſker. *Poma ex arbore vi evelluntur. Avulsère Palladium templo. avellitur à ſuis, de complexu matris.*

Avulſio, onis, avellendi actus.

Avulſor, oris, m. t. qui avellit.

Convello, lis, idem quod vello vel avello, Affplucker. Item, violenter loco moveo, Ruſker aff/ſlager aff/bryder aff. *Convellere fores cardine. convellere domum ſedibus.* Item translatè, abrogo, deſtruo, Giør til intet/affſkaffer. *Quæ mutare non poſſumus, convellere malumus, quàm tueri.* Item confuto, Driffuer tilbage/giør til intet: ſcil. quæ dicta ſunt.

Convulſio, onis, convellendi actus, quo aliquid nempe convellitur. Item apud Medicos nervorum contractio, Krampe.

Convulſus, a, um, quod convulſimus. Ut, *convulſi nervi*, Krampedragen. *Convulſi tendones*, i. e. contracti & velut complicati, Betagen med krampe.

Devello, is, idem quod vello, vel vellendo aufero, Affruſker.

Devulſus, a, um, quod devulſimus, Affruſket. *Herba ſæpius devulſa prohibetur in ſemen ire.*

Divello, is, vi quadam vello, ſeu vellendo aufero, Ruſker aff/riffuer fra/ſlider fra nogen. *Divulſit liberos à complexu parentum.* Et translatè, *commoda civium divellere*, Bortriffue.

Divulſus, a, um, quod divulſimus, Affruſket eller ſlit aff. *Membra divulſa.* Et translatè, *conſenſus ordinum divulſus*, Adſplit/Bortrøffuen.

Evello, is, q. è loco vello, ſeu extra vello, Rycker op/opruſker. *Arborem evellere non potuit. capillum præluctu evulſit.* Et *evellere ſe ex complexu, ex cœno*, Vdbryde/ſlide ſig fra/ſkiude ſig op aff. Item translatè, *evellere ſibi opinionem & ſcrupulum ex animo*, Affrage.

Evulſio, onis, actus quo aliquid evellitur, Opruſkelſe/vdbrydelſe. *Evulſio dentium.*

Evulſus, a, um, quod evulſimus, Opruct/opruſkit/vdbrut. *Arbor evulſa*, i. e. viventorum dejecta, Vindfæld. *Dentes evulſi. Pilis evulſis lævis & glaber.*

Intervello, is, paſſim, hinc illinc vello, Plucker aff her oc der. *Intervellere herbam.*

Pervello, is, pectunculis torqueo, Rycker eller napper i haaret/riffuer. *Rapula, lactucæ, radices, laſſum pervelluni ſtomachum*, Bidder i Maſſuen. Et translatè ad alia: *pervellere te potuit fortuna, non autem vires frangere.*

Prævello, is, ante vello.

Revello, is, rurſus evello, Ruſker/riffuer aff igien. *Tabulam revelli juſſit. pellem bovi revellat, nec patiatur corpori adhærere.*

Revulſio, onis, revellendi actus, Affriffuen. *Revulſio ſchedæ.*

Revulſus, a, um, quod revellimus. Ut, *revulſum à cervice caput. ſaxum è monte revulſum. Revulſis ſeptis introire non poteſt. Revulſis gradibus templum adire non potuit.*

VELLUS, eris, n. t. lana ex ove dempta & conglobata à vellendo, quod ante inventam tondendi rationem, lana ſoleret velli, Vuld/Lod. Inde tropicè, vellera pro pellibus una cum lana ovibus detractis, Vuldſkind. Item pro ſerico, quod ex arborum frondibus depectitur, Silcke. Item pro frondibus arborum, quibus quaſi velleribus veſtiuntur.

Villus, li, m. t. lana longior & denſior, Lang oc tyck Vuld: à vellus mutato genere, q. vellulus, vellillus, villus. Ut, *ovis albis villis, udis villis.* Item piloſorum animalium pilus longior & denſior, ut leonum, &c. Lang oc tyck haar. *Villis onerosus leo.* Item crinis dependens, Lock. Item flocculus lanei, Nopper/Lu.

Villoſus, a, um, villis plenus & oneroſus. Ut, *villoſus pannus*, Ruklæde/Noppe. *Villoſus leo. villoſa ovis, pellis, canis villoſus*, Loden/Rhu hund.

VELES, itis, m. t. pr. prod. levis armaturæ miles & ad curſum expeditus, qui & ferentarius dicebatur, quiq; poſt terga equitis conſidebat, & mox cum ad hoſtes ventum eſſet, equis deſiliebat & continuo pedes

hoſtem

hostem ex alia parte perturbabat, equite per quos ad vectus, ex alia dimicante: dictus q. voles à volo, aut q. volites à volito, Læt vebnet Krigsmand oc snar til Hest oc Foed. Translatè significat hominem levem & inconstantem. Aliter velites, q. velati, i. e. vestiti non armati exercitum sequebantur. Item à velo quod instar veli vento acti irruebant magna cum celeritate & impetu. Item simpliciter à veho.

Velitaris, re, om. t. quod ad velites pertinet. Ut, *arma velitaria. hasta velitaris*, quæ eminus etiam, jaculi vice emitti poterat.

Velitor, aris, dep. pr. levi pugnâ congredior, more velitum, Skærmytzeler. Et translatè, rixor verbisq; pugno. Ut, *nescio quid velitati estis inter vos. Adversus impudentes & improbos maledictis non est velitandum.* Sic *velitari labris* pro rixari. Nam à verbis plerumq; ad manus deveniri solet. Sicut à velitibus ad milites gravis armaturæ & justam pugnam.

Velitatio, onis, velitandi actus, Skærmytzelen. Et translatè ultrò citroq; probrorum objectatio ab exemplo velitaris pugnæ.

Velia, æ, f. pr. nomen avis ex Græco ἐλέα.

Compositum.

Advelitatio, onis, jactatio est quædam verborum figurata ab hastis velitaribus.

VELUM, n. s. pr. prod. linteum, quo ventis distento agitur & vehitur navis, à veho, Skibs seigl. *Dirigit in medio quis mea vela freto?* Unde *dare vela*, est ventis se committere, Giffue sig til seigls. *Dare vela retrorsum*, est in diversam sententiam mutare, Faa eller tage sig it andet sind. *Dare vela famæ*, est non curare famam suam. *Velis equisq; conari*, est omni conatu, terra mariq; eniti. Sic *vela orationis pandere*. Item translatè, velum pro stragulo, quod alicui obtenditur, Forheng. Item pro integumento & involucro. Ut, *socii Catilinæ velis amicti non togis*. Aliter per concisionem à vexillum.

Vexillum, n. s. signum militare, sub quo erant homines centum octoginta sex, Fane / Banner. Dicitur autem vel à veho, quod vehatur, vel quasi parvum velum, significatione deminutiva.

Vexillarius, m. s. Liv. qui vexillum fert, Fendrick.

Vexillatio, onis, f. t. copiæ sub vexillo, Fennicke folck / Folck vnder en Fane.

Velabrum, n. s. locus in urbe juxta Aventinum montem, in quo vela obtendebantur, sub quibus oleum & similia vendebantur. Aliter Varr. à vehendo dicitur, quod cum paludibus mons Aventinus à reliquis esset discluſus eò ex urbe, quadrante soluto, per paludes illas advehebatur. Unde & illi velaturam facere dicebantur, qui eam vecturam mercede faciebant: sive qnòd eò velis & ratibus veherentur triumphantes Romani cum pompa.

Velabrensis, se, om. t. Martial. Ut *velabrensis caseus*, qui in velabro conficiebatur, cunctis præferendus.

Velaris, re, om. t. Ut, *velares annuli*, unde vela cubilium pendent. ut pandi reduciq; possint, Maile vdi Spær lagen.

Velaria, orum, n. s. vela erant quibus theatrum supernè regebatur. Item theatrum ipsum, aliúsve locus velis, tectus, Himmel offuer Bord oc Skiffue.

Velo, as, act. pr. velum obtendo, & obtendo velo, tego, Benger for til skiul / skiuler. *Velare caput. velare faciem. capita ante aras Phrygio velamur amictu.* Item vestio seu veste induo, Klæder / klæder vdi / før vdi. *Croceo velitur amictu.* Item translatè celo, abscondo, Søller / forborger. *Nihil tibi velandum est. triumphi nomine tegere & velare cupiditatem suam.*

Velamen, inis, n. t. quo quid velatur, Skiul / forheng. Et inde vestis, tegumentum. Ut, *velamina Progne diripit ex humeris. Nymphæ velamina ponunt.*

Velamentum, n. s. idem. Item velamenta à Romanis dicebantur ea, quæ supplices misericordiæ movendæ causa præferebant, cujusmodi erant rami olearum vittis obvoluti.

Velatus, a, um, velo ornatus, seu quod velavimus. Ut, *caput velatum. oratores velati ramis oleæ*, i. e. in manibus olivæ ramos lana involutos tenentes. *Velatæ manus*, i. e. velamenta supplicum præferentes. Ut, *velatis manibus orant.* Et absolutè, velati dicebantur, qui caput cinctum licio laneo habebant.

Velox, cis, om. t. summa celeritate utens, à velum, quod instar veli ventis distenti feratur, ut notetur & celeritas & impetus, Megit snar oc knap / flyffvende til noget / flux. *Velox equus. velox ad præmia princeps.* Et adverbialiter, *ictum venientem è vertice velox prævidit.* Aliter velox à volando q. volox.

Velociter, cius, cissimè, modo veloci, Med en hast oc knaphed. *Velociter exit ab hoste. velocius in hanc beatam sedem & domum suam prævolabit animus.*

Velocitas, atis, f. t. velocis rei affectus & ratio, Snarhed. *Velocitas mugilum. Miles velocitate corporis & levitate armorum.*

Composita.

Convelo, as, idem quod velo, Offuerdrager eller decker / skiuler.

Develo, as, q. non velo, h. e. velum aufero, vel velo privo, Blotter. *Ora sororis pudibunda develat.*

Evelatum, veteribus pro eventilato.

Prævelo, as, idem quod velo obtego. Ut, *prævelat pudorem Flammeo.*

Prævelox, valde velox.

Revelo, as, Ovid. velatum non velatum facio, Aabner eller Aabenbarer. *Revelare faciem.*

Revelatus, a, um, quod revelavimus. Ut, *os revelatum.*

VENA, næ, f. pr. pr. prod. vas, receptaculum, vehiculum, & via sanguinis animalis q. vehena à veho, quod vehat sanguinem per corpus, Blod Aare. Inde abusivè arteria. Ut, *ex venis habemus signa*, i. e. ex arteriarum motu. Item translatè ingenium hominis ad aliquid scribendum aptum. Ut, *vena poëtica*, Poetiske Aare. Item *venæ in arboribus*, Aarer oc gaarer / gurrer vdi træ. Item *venæ in terra* dicuntur, subterranei meatus, per quos unda aut alius liquor manat. Item in quibus meralla latent, Vand Aarer / Malm Aarer. *Vena fontis*, Brynd Aare. Et nova translatione pars intima. Ut, *periculum resedebit, & erit inclusum penitus in venis atq; in visceribus Reipubl.* Item *venæ viscerum veneno imbutæ tetros cruciatus cient.* Aliter vulgò à venio, q. per quam venit, fluit & labitur sanguis: sed mutatâ quantitate; aut ea etiam repetita ex prima origine βαίνω, quod vadat & eat per corpus: aut à via, q. viena, ut innuit Isidorus.

Venosus, a, um, venis turgens, Stor Aaret. Et translatè *liber venosus*, pro aspero, duro, & horrido, inæquali & tuberoso.

Venox cognomento dicebatur Plautus censor, quia venas aquæ Claudiæ indagaverat.

Venor, aris, pr. prod. dep. pr. feras sector & circumvenio à voce vena, q. propriè per venas sive in venis quæro & indago: Et inde quidvis studiosè quæro & capio, Jæger. *Venari Damas. venari pisces*, At fiske. Item translatè, artificio & solertia capto, quæro & capio. Ut, *venari laudem, gloriam.* Legitur & passiv. antique venor, pro captor, circumvenior. Ut, *teneor consepta, atq; undiq; venor.* Aliter à venio.

Venatio, onis, venandi actus, Jact/ Jagen. Item ipse venationis apparatus, Jact. *Venationem porta inferens armatos induxit.*

Venator, oris, m. t. qui venatur, Jæger.

Venatrix, cis, f. t. mulier quæ venatur, Jægerske/ Jægerinde.

Venatorius, a, um, quo in venationibus utimur. Ut, *venatorius culter*, Jactpludz. *Venatoria instrumenta.*

Venaticus, a, um, quod ad venationem pertinet. Ut, *canis venaticus*, Jacthund. *Culter venaticus*, Jactpludz. Vel etiam venabuli ferramentum. Et translatè, *parasitus venaticus*, q. qui venatur divitum cibos.

Venabulum, li, n. s. telum venatorium lato ferro, Jactspiud/ Baßspiud.

Venatus, us, m. q. idem quod venatio. Ut, *in venatu labor est, voluptas, sed & periculum.*

Composita.

Crassivenium, aceris arboris genus vilius, sic dictum à venarum crassitudine.

Intervenium, n. s. Vitruv. intermedium inter venas terræ spatium.

Pervenor, aris, diligenter venor, Opjager / opsøger/ oplæder. Et translatè quæro, & singulari solertia investigo. Ut, *pervenor urbem*, i. e. per urbem venor. Sic: *defessus sum urbem totam pervenarier.*

VENENUM, n. s. pr. corr. medicamentum sanguinem occultâ vi naturæ iuficiens & animal perimens à φένω occido, Forgifft. Generaliter autem significat omne præsentaneum medicamentum naturam immutans, nimirum etiam quod adversus morbos valet, eosq; fugat: Ut & Græcorum φάρμακον ejusdem significationis, Kraffrig lægdom. Item tsanslatè vis magica & malefica, quâ aliquid immutatur, Trylleri. *Veneno eripuit ei memoriam.* Item tropicè color, quo pannus inficitur & immutatur, Farffue. *Alba nec Assyrio fucatur lana veneno.* Aliter venenum à venis per quas diffusum mirâ celeritate decurrit: sed mutata quantitate initialis syllabæ.

Venenarius, m. s. qui parat, conficit aut vendit venena.

Venenatus, a, um, veneno infectus, Forgiffrig. *Venenata caro. venenatum pabulum. venenatus morsus. venenatæ sagittæ. venenata munera.*

Veneno, as, act. pr. Lucret. veneno inficio, Forgiffuer. *Venenare cœlum, aërem*, Forgiffue lufften.

Venenosus, a, um, quod venenum habet. Ut *venenosa serpens.*

VENIA, æ, f. pr. pr. corr. remissio culpæ ex mera gratia, vulgò à venio, quod optanti veniat, vel per quam venire licet, Forladelse/ effergiffuelse. *Erasto nul-*

la venia. ab Jove pacem & veniam peto. delicti veniam peto. Inde licentia & libera agendi data potestas, Forloff. *Dedit mihi veniam, ut de hac re dicerem. quatenus amicitiæ dari venia possit.* Item gratia, Gunst / forloff. *Bona tua venia hoc dixerim. In bellis gerendis à Diis immortalibus pacem & veniam petere. Bona venia hujus viri dico hoc.* Aliter à Venus, quod & gratiam significat.

Venialis, e, om. t. Macrob. venia dignum. Ut, *venialis translatio.*

VENIO, is, ni, ventum, n. q. ad metam tendo, vel metæ appropinquo, à βαίνω vado, Kommer. *Prima luce domum Pomponii venit.* Dicitur de animatis & inanimatis, nec non animi, verborum, factorumq; motibus. Unde dicendi formulæ: *Ses ad arma venit, ad pugnam, ad manus. in dubium, in suspicionem, in periculum, in consuetudinem, mentem, memoriam, oblivionem, summam gloriam: in possessionem, in miserrimum casum. in eum casum veni. Venire in manus hostium. non venio alicui inimicus. in sermonem & vituperationem optimorum venire. Intra arma aliena venire, in otium, ad conditionem, ad exitum, ad senectutem. ad nihilum venire. contra gratiam, injuriam, in angustiam, in cogitationem, in arbitrium ac potestatem, in certamen, civitatem, collegium, congressum, colloquium: in consilium, conspectum, in judicium fama, veritas venit: in belli societatem, in sacra. Hæc res venit illi in religionem. usu venit aliquando*, i.e. accidit. *In familiaritatem alicujus venire, in turpitudinem, in alium. in odium optimis. ad illum venit hæreditas, dolor, ad meliores victoria. Ad Rempubl. hoc venit commodum. ad illum honor venit. sub aspectum non venit animus*, i.e. cadit. *Ad Cæsarem ventum est. una hac spe ad judicium venitur.* Ponitur & pro eo, Gaar. *Ego ad mercatum venio. venire alicui auxilio, exitio. venire suppetias*, i. e. in subsidium, Komme til hielp vdi nød. *Venit cum mandatis. venit in buccam*, Kommer for eller i munden. *In confessum venit*, i. e. notum & manifestum est. *Venire in consilium alicujus*, est ejus consilio obtemperare. *Venire in crimen*, Faa skyld. *Venire in magnum malum*, Komme i stor wlycke. *Venire in fidem alicujus*, est sese dedere. *Feliciter venit*, i. e. evenit, accidit, Det gaar vel til / det falder eller sluder sig vel. *In usum venire*, Komme i brug. *Si usus veniat*, Om det skeer saa / eller giøris behoff. *Venire in religionem* dicitur res, cùm de ea conscientiæ scrupulum injicitur. *Venire in mentem*, est succurrere & in animum incidere: neq; solùm ad recordationem pertinet, verum etiam ad considerationem, Kommer i sinde / i tancke/ i betænckende. Legitur & antiquè *venibo*, pro veniam.

Venilia, maris dicuntur accessus, Flø.

Ventabant, antiquè pro adventabant.

Ventio, onis, Plaut. veniendi actus. Ut, *quid tibi huc ventio est?*

Ventitò, as, n. pr. subinde seu crebro venio, Jeffnligen kommer. *Dies ferè nullus est quin hic Satyrus domum meam ventitet.*

Ventus homo, & adventus, qui advenit, Terent *Ventum gaudeo*, i. e. veniſſe te gaudeo.

Composita.

Advena, æ, & antiquè arvena, com. pr. qui ex longinquo loco in oppidum sibi peregrinum advenit, Vdlendig. *E Corintho advena anus.*

Adve-

Advenio, is, ad locum aliquem venio, Kommer til. *Huc advenit in provinciam. gerendi belli causa advenit. advenit senectus, adveniunt morbi.*

Adventores, m. t. qui q. peculiariter qui frequentant officinam quampiam, aut tabernam. Legitur & adventor pro hospite.

Adventorius a, um quod advenienti cuipiam offertur. Ut, *Epistola adventoria, adventoria cœna*, quæ advenienti amico exhibebatur. *Adventus homo*, qui advenit.

Adventitius, a, um, quod aliunde advenit, & sæpè ex insperato, Fremmede/ vandrende. *Adventitiæ copiæ militum. adventitium auxilium. animi externa & adventitia visione pulsantur. adventitia pecunia, bona, doctrina. Cœna adventitia*, quæ adventanti amico aut Principi excipiendo instruitur, Tilred maaltid for sin ven/eller nogen første. *Peculium adventitium*, Jurisconsl. quod alius alii concedit exercendum, Saa som quæg paa leye / leye qvæg.

Adventus, us, m. q. adveniendi actus: & propriè exspectatorum necessariorumq; Tilkommelse. *Adventum gratulatur.*

Advento, as, propius advenio, Kommer Jo nærmer oc nærmer til. *Legiones adventare dicuntur. Jam tempus adventat.*

Adventatoria, Epistola, quæ amico peregrè adventanti mittitur gratulatoria, Velkomsbreff.

Antevenio, is. Salust. idem quod prævenio, Forkommer. *Antevenit exercitum Metelli per occultos tramites.* Sic Plaut. *Antevenito aliquà nos.* Item Plaut. pro obviam eo. Ut, *tempori huic hodie anteveni.* Item pro præsto. Ut, *amor omnibus nitidis antevenit*, Er meere/ offuergaar.

Circumvenio, is, q. ex omni parte venio & circumdo. Ut, *hominem circumveniunt*, Omkringringer. Et per consequens, opprimo. Ut, *falsis criminibus aliquem circumvenire.* Item insidiis involvo & decipio. Ut, *circumvenire feras laqueis, retibus & canibus*, Forrasse.

Circumventus, a, um, quem circumvenimus. Ut, *plebs circumventa.*

Contravenio, is, ex adverso venio, Kommer imod. *Si qua ex parte contra veniretur acie instructâ depugnarent.*

Convenæ, qui ex pluribus locis convenerunt in una mœnia.

Convenio, is, simul venio, Kommer sammen. *In unum locum omnes convenere.* Et translatè *animo convenio*, h e. concordo, Stemmer offuer ens/ Kommer offuer ens. In qua significatione etiam sæpe fit impersonale, vel cum antecedente casu vel nullo. Ut, *hoc inter eos convenit. convenit de pretio.* Item *conveniens alloquor*, Taler med anden / taler hannem til. Unde & apud Jurisconsl. accipitur pro in judicium vocare, seu actionem adversus aliquem statuere. Dicitur & nobis convenire, quod nobis aptum est, quod vel nos decet, Bequemmer. Item *convenire in manum viri* dicebantur uxores, matresfamilias, quæ scilicet societatem bonorum coierunt. Item *vulnus in cicatricem convenit*, Løber sammen.

Conveniens, tis, om. t. quod convenit, congruit, consentaneum est. Ut, *naturæ nihil tam conveniens est, quàm amicitia*, Bequemmeligt/ som bequemmer.

Convenienter, adverb. modo convenienti, cungruè, & aptè Bequemmeligen. *Convenienter naturæ vivere.*

Convenientia, æ, f. pr. ratio, quâ inter nos convenimus, congruentia & consensus, Offuerens kommelse/offuerens stemmelse. Item veteribus significat conventum, Sammenkomst. *Facere convenientiam*, Komme sammen/ holde moede.

Conventus, us, m. q. hominum convenientium multitudo seu numerus, sivè id prviatim, sive publicè fiat, cœtus, concio, Forsamling/ mode. Accipitur & conventus, pro conventione. Ut, *ex pacto & conventu hoc factum est.*

Conventiculum, n. s. hominum conventus, Gadesteffne/ Sogniesteffne. *Conventicula hominum, quas civitates nominarunt.* Et in malam partem, conventus seditiosorum aut sceleratorum, Skalcke søgning eller laug.

Convenio, onis conveniendi actus, h e. quo inter nos convenimus & consentimus, seu res ipsa de qua convenimus, Omdragelse / forligelse / eller der mand er! omdraget oc forligt om / Samtyck aff parterne/ oc fient for gor.

Conventus, a, um, de quo convenimus. Ut, *pacta conventa.* Et apud Fest. *conventa conditio*, cum scilicet primus sermo de nuptiis & earum conditione habetur.

Conventum, idem quod conventio.

Disconvenio, n. q. non convenio, Kommer icke offuer ens/ er imod. *Vitæ disconvenit ordine toto.* Et impersonal. *Disconvenit inter me & te.*

Inconveniens, om, t. non conveniens, Vrimtsomt.

Inconvenienter, modo inconvenienti.

Inconvenientia, æ, f. pr. inconvenientis ratio & affectus

Devenio, deorsum venio, Nedrstiger / Nedkommer. *Dido & Æneas in eandem deveniunt speluncam.* Item aliquo Venio, Henkommer. *Rectà domum devenit.* Et translatè, *nolo sermonem nostrum in alienas manus devenire.* Item *in insidias, ad paupertatem, ignominiam devenit.*

Evenio, is, ad locum Venio, Kommer did. *Sin modò rus eveniat, remittam ad te virum.* Et translatè, *quò hæc eveniant dicta, nimis diu maceror*, huor de vil hen/ huad ende de vil tage. *Opta quod vis, eveniet*, Det skalskee / komme. Dicitur; *eveniat tibi & tuis literis, vel eveniat in te & tuas literas*, Komme dig paa. Item impersonal. *Quid tu Athenas insolens? Evenit*, Det kom sig saa/ hende sig saa.

Eventum, n. s. quod evenit, Skeed/ vederfaren/ er saa kommen / efterfuld. Quacunq; ex causa vel casu.

Eventus, us, m. q. idem quod eventum, sed quodam cum casu incerto. Ut, *careat successibus optet quisquis ab eventu facta notanda putat*, Aff det skeeder / eller sig haffuer hander. Item eventi ratio, & quidem â casu pendens vel fortuna, Hendelse. *Causæ eventuum magis movent, quam ipsa eventa, timor deterioris eventus abest.* Item, *hoc mihi in eventum rei*, Vdi vanvare/ vdi forrad.

Invenio, is, q. quærendo in aliquid venio, Kommer paa nogit / Som jeg haffuer leet efter / finder paafinder. *Inveni filiam.* Sic *invenire fortu-*

fortunam. Et translatè ad animum: *invenire non possum quid faciam*, pro excogitare, Paa finde oc optencke. Sic *invenire viam*, Finde paa en maade. Et *invenire aliquid ex usu*, Finde paa noget. Item invenio pro consequor & adipiscor, Naar / faar / bekommer. *Invenire sibi gratiam à Dio*, Finde naade hoss Gud. *Invenire cognomen*, Faa oc bekomme it til naffn. Sic *invenire vituperationem.*

Inventio, onis, inveniendi actus, Findelse / paafindelse / optenckelse / paafund. *Inventio literarum.*

Inventiuncula, æ. f. pr. parva inventio, Liden paafund.

Inventor, oris, m. t. qui invenit primus & autor est, Mester oc hoffuit for noget / Dictere. *Inventor oliuæ Aristæus. Cicero inventor copiæ, verborum. Ulysses inventor scelerum.*

Inventrix, cis, f. t. idem in sexu fœmineo. Ut. *Glycera inventrix coronarum. inventrix belli Minerva.*

Inventus, us, m. q. Plin. idem quod inventio.

Inventus, a, um, quod invenimus, Funden / paafunden / optenckt. *Inventus thesaurus: inventa filia inventa comparatio:* Et *inventus usus vini.* Et absolutè *inventum* pro excogitatum, paafund.

Adinvenio, is, idem pro invenio. Unde *adinventa animi.*

Intervenio, is, alicui inter agendum de improviso venio, Kommer tuert oc wforvarendis paa / kommer buckende paa. *Intervenit homo de improviso: casus quidam intervenit*, Hende sig / kom imellom. Item simpliciter inter agendum venio, seu intersum, Er iblant med / kommer i det samme. *Non esset factum, si ipse intervenissem.* Item imperson. *De improviso interventum est mulieri.*

Interventor, oris, m. t. qui intervenit, sive id casu fiat, sive ad turbandum negotium, En forstyrrer.

Interventus, us, m. q. interveniendi actus, Wforvarende tilkomst eller mellomkomst. *Interventu Pontini pugna sedatur. Suppeditatio est bonorum, nullo interventu malorum.*

Obvenio, is, q. contra venio, Kommer imod: diciturq; de rebus, quæ sortito aut præter expectationem aliis veniunt, Tilkommer / hænder. *Verri provincia sortitò obvenit hæreditas ei obvenit, vitium obvenit. Exspecto quid obveniat, quid res poscat. obvenit tibi labor ab re.*

Obventio, onis Ulp. Ut, *redituum spes atq; obventio*, tilkommelse.

Pervenio, is, ad finem usq; venio, Kommer slet hen til / eller til ende. *Perveni ad fontem purissimum. sine me pervenire quò velim. præcox ingenium rarò pervenit ad frugem. re ista rarò ad manus pervenitur. Invidia ad illum pervenit. Epistola in manus pervenit. ad illum pecunia, calamitas pervenit: In scripta tua pervenio.* Et imperson. *perventum est ad limina.*

Prævenio, is antequam fiat aliquid venio, Kommer før. *Prævenit famâ.* Sic *prævenire aliquem*, scil. agendo, faciendo, dicendo, Forkomme en vdi nogen gierning. *Melius est prævenire quam prævenirier.*

Præventus, a, um, quem prævenimus, Forkommet. *Vexillis Germaniæ præventus est.*

Provenio, is, q. foràs & in lucem venio, Kommer frem. *In scenam provenit.* Et translatè, nascor, in lucem edor, Fødis. *Non tibi aliud animal provenit.* Sic, *proveniunt fruges.* Et translatè, in copia quadam in lucem venio, Kommer tiucke frem / voxer op. *Proveniunt oratores nobi stulti.* Item ad felicitatem aliquam pervenio, & cum re & liberis augeor: aut etiam infortunio afficior, Kommer frem i verden / eller kommer tilbage. *Benè provenisti, rectè provenisti,* Det gaar dig vel. Et *provenisti futile*, i. e. frustra & sine quæstu, Du kommer tomhendet frem / oc tilbyeß. *Provenit benè*, Hand lider vel. *Provenit nequiter*, Hand lider ilde. Et imperson. *proventum est ei nequiter*, Det gick tilbage for hannem / det gick hannem ilde aff.

Proventus, us, m. q. provenientis ratio. Ut, *proventus frugum*, quod provenit alicui ex fructibus. Inde *proventus rerum aliarum*, Indkom / næring oc biering. Unde *proventui invigilat*, Er flittig om sin Næring / tager flittig vare paa sin Næring. Item translatè, *proventus scelerum, calamitatum & miseriarum*, i. e. copia. Item successus. Ut, *proventus temporis.*

Revenio, is, retrò venio, Kommer tilbage. *Victis hostibus legiones reveniunt domum.*

Subvenio, is, subsidio venio, q. sub lapsantem venio, ne cadat, Kommer til hielp. *Misero subvenit.* Sic *subvenire febri, morbo, mœrori.* Et impersonal. *incendiis subvenitur.*

Subvento, as, Plaut. crebro vel multùm subvenio.

Supervenio, is, ex inopinato ad rem venio, Kommer offuer. *Grata superveniet, quæ non sperabitur horæ. metuentibus, timentibus, munientibus supervenit Marcellus.* Item cum accusat. significat succedo, ascendo. Ut, *crura loquentis terra supervenit. Vis festina parat, tenerosq; supervenit annos.*

Superventus, us, m. q. Plin. superveniendi actus. Ut, *musta superventu menstruorum acescunt.*

Ussuvenit, q. usu quodam venit & accidit, Skeer / falder sig saa Jeffnligen. *Id in illo sæpè mihi usuvenit.* Et disjunctè: *nunc venit idem usu mihi.*

VENTER, tris, m. t. tota illa pars corporis concava à mucronata cartilagine & costis nothis usq; ad pubem extensa, in qua condita sunt intestina: sic dictus quod ἔντερα, i. e. intestina contineat, Bug. Ponitur & pro ventriculo, in quem cibus receptus coquitur, Maffue. Item pro alvo & ea parte, quâ sordes effluunt, Bagtarm / endetarm. Item pro utero fœmineo, ut, *bacca ventrem fert*, i. e. uterum. h. e. gravida est, Er med kalff / er tyck. Ponitur & venter Plaut. pro parasito, q. qui propter ingluviem totus venter sit. Aliter vulgò à vento, q. quod ventum concipiat, aut q. vento tumeat. Item à venio, q. in quem veniat cibus.

Ventriculus, m. s. cibi & potus receptaculum, primæq; concoctionis instrumentum. q. parvus venter, Maffue.

Ventrale, lis, n. t. Plin. vestimentum ventrem contegens, Skørt eller Buyer. Item ventrale, i. e. crumena, quod esset olim ad ventrem præcincta.

Ventricosus, a, um, idem quod ventriosus.

Ventriosus, a, um, qui magnum habet ventrem, Buget / storbuget.

Ventrosus, a, um, idem. Unde *dolium ventrosum.*

VENTUS, ti, m. s. aër multus commotus cum impetu, in unam partem fluens, à venio, quod impetuosius veniat, Blæst / vind. Et translatè venti pro plausu

plausu populari, Ioff oc roeß. *Colligere ventos rumorum & concionum.* Item pro turba in Republ. Ut, *in Republica alios ego vidi ventos alias prospexi animo procellas,* alarm. Item *Quatuor venti* dicuntur, quatuor cardines cœli, à quibus quatuor præcipui ventri fluunt, De 4 Verdens hiørenr.

Ventulus, li, m. s. lenis & exiguus ventus, Sact vind.

Ventosus, a, um, vento plenus, Vindig. *Ventosus aër. Ventosa fornax*, quæ vento est exposita. Et translatè tumidus & inflatus & vanus, Opblæst. *Ventosa verba. Ventosa gloria. Ventosum suffragium. Ventosa natio*, i. e. levis & vana.

Ventilo, as, act. pr. ventum excito, ut aliquid ardeat aut coquatur, Veffter. *Ventilare facem, ut vivat.* Inde *Ventilare frumentum*, est ventilantis instar frumentum jactu à sordibus purgare, Kaste Korn. *Ventilare vinum*, est dare ventum vino, ut fit cum difficulter exit è dolio. *Ventilare annulum*, est è digitis exemptum manibus versare, & veluti vento præstandum exponere, Kuiste oc lege med. Item *Ventilare arma, gladium*, & sine casu, *Ventilare* dicuntur gladiatores, cum ante pugnam suos movent gladios, & lusoriis ictibus aërem ferientes præludunt certamini, Slaar i vœirit / Svinger.

Ventilatio, onis ventilandi actus, Vœfften.

Ventilabrum, & Festo, per concisionem.

Velabrum, n. s. instrumentum, quo rustici frumenta leguminavé post triturum sursum ejaculantur, ut ventorum flatu à paleis repurgentur, Kasteskoel.

Ventilator, oris, m. t. qui ventilatione frumenta purgat. Item ventilatores dicti præstigiatores, qui ut ventilatores grana quæ purgant in ventum projiciunt, ita rem, quam retinent manibus, ejicere videntur.

Composita.

Eventilo, as, act. pr. idem quod ventilo, seu ventilatione purgo, Drøffter / Kaster / Renser. *Eventilare frumenta.*

Eventilatus, a, um, quod eventilavimus, Drøfftit / giort reen. *Frumenta eventilata.*

VENUM, pr. prod. dictio est indeclinabilis seu adverbium rebus iis addi solitum, quæ emptioni prostant à φανῶς manifestè, palam, fall. Habet autem in constructione vim supini. Ut, *eo venum*, i. e. vendor. *Venum do*, i. e. vendo. *Venum expono*, Holder fall. Aliter à venio, quia quod vendebatur publicè, id venire alicunde dicebatur.

Venalis, le, om. t. quod venum est expositum, fall. *Hortus venalis. Venales servi*, & pro eodem absolutè, venales. *Venalis ascriptor*, qui pretio emitur, pecuniâ comparatur. Item absolutè neut. gen. venale, i. e. res venalis.

Venalitius, a, um, quod venale habetur. Ut, *Greges venalitii.* Et absolutè *venalitius*, qui greges mancipiorum venales habet. Item *venalitium* gen. neut. locus ubi mancipia venalia prostant, vel ipse grex venalium.

Venalitiarius, m. s. mango & novitiorum servorum negotiator, Folckefremmere.

VENUS, eris, f. t. Dea & idea genituræ, amorum, gratiarum, pulchritudinis, omniumq; deliciarum & voluptatum Dea: Unde & vox ipsa pro ipsisbis rebus po-

nitur, à venio, quod ad omnia veniat, vel quod ex ea omnia proveniant, Fru Venus, kierlighed oc dejlighed / som er Aarsag til all lyst oc behagelighed. Inde nomen Planetæ venustissimæ claritatis, qui cum antegreditur solem Lucifer dicitur, Morgenstierne: cum autem subsequitur, Vesperus, Affrenstierne. Item tropice libido. Et in coitus appetitus, Løßactighed. *Sine Cerere & Baccho friget Venus. Equus in Venerem pronior.* Item Venus in ludo tesserario (qui ternis obibatur tesseris) supremus erat jactus & felicissimus ter senarium explens, Med tre tærninger 18 øyne: med en tærning 6 øyne. Dicebatur & Venus talorum quatuor jactus, ubi omnes diversam faciem ostendebant, diversaq; puncta.

Venereus, a, um, quod venerem, amorem & libidinem refert. Ut, *Venereo complexu jungi. Venereæ voluptates, res venereæ.* Et absolutè *venereus*, m. s. jactus quatuor talorum venerem efficientium: Unde quatuor tali jacti casum venereum efficiunt.

Veneror, aris, dep. pr. propriè animo, inde etiam externo cultu aliquem prosequor ex opinione excellentis ejus in aliquo genere bonorum, à venere, h. e. pulcritudine & generatrice omnium bonorum, cuiq; ab omnibus honor & cultus exhibetur, Hædrer / Dyrcker. *Venerari Deum, templa, aram. Lapidem pro Deo veneratur.* Invenitur & in Plaut. *Venero*, pro veneror. Aliter vulgo compositum habetur, q. veniam oro.

Venerabilis, le, om. t. veneratione dignus. Hædelig. *Vir gravis & ipsa senectute venerabilis. Venerabilis miraculo literarum inter rudes. Puer venerabilis. Venerabile amphitheatum, templum, donum.*

Venerabundus, a, um, cum veneratione aliquid faciens. Ut, *Venerabundi salutant Principem.*

Venerandus, a, um, Virgil. idem quod venerabilis, Aerverdig. *Veneranda palatia vox æstimatione digna & omni seculo veneranda.* Et pass. *Hi à nobis venerandi & colendi sunt.*

Veneranter, Apul. cum veneratione. Ut, *veneranter ab eo sum exceptus.*

Veneratio, onis, venerandi actus. Ut, *veneratio Dei*, qua Deum veneramur, Gudsdyrckelse. Et est opinio excellentiæ in aliquo genere bonorum. Ut, *habet venerationem justam quicquid excellit.*

Veneratus, a, um, pass. quem venerati sumus, Dyrcket. *Venerata Ceres, Sibylla*, i. e. orata. Et Poetis: *venerata sacerdos*, i. e. venerabilis.

Venustus, a, um, quod Venerem refert, & gratia plenum est, Yndelig / smuck / fin / deilig. *Venustus homo, oratio, sermo, sententiæ, gestus & motus corporis.*

Venustè, modo venusto, Finligen. *Venustè hoc cecidit.*

Venustas, atis f. t. venusti affectio: Et propriè pulcritudo muliebris. Inde lepor, gratia, suavitas, Yndelighed / finhed / skønhed / deilighed. *Venustatem muliebrem dicere debemus dignitatem virilem. Venustas & pulcritudo corporis. Dicendi vis summa venustate & festivitate conjuncta. Homo affluens omni lepore & venustate.*

Composita.

Adveneror, aris, vatr. valdè & animo veneror. Ut, *adveneror Minervam & Venerem.*

Deveneror, aris, idem quod veneror, & venerando prosequor. Ut, *Deos supplex deveneratur.*

Deve-

Devenuſto, as, act. pr. Gell. venuſtatem aufero, vel venuſtate privo. Ut, *pulcritudinis inſignia devenuſtat*, Tager alt yndeſte der fraa/ſkammer.

Invenuſtus, a, um, non venuſtus, Groffue/plumſk. *Homo eſt invenuſtus. invenuſtus actor.*

Invenuſtè, modo invenuſto, Plumſkeligen/groff. *Invenuſte loquitur, ludit.*

VEPRES, is, m. t. pr. naturâ brevis. ſpinæ genus nocentioribus aculeis, quibus tenaciter prætereuntium veſtibus adhæret: ſic dictus à ve & prendo, quod vehementer prehendat. Iſidoro etiam omnis arbor ſpinoſa dicitur, quod vi prendeat, Tidzel oc torn. Ovidius utitur numero ſingulari. Cicero item deminutivo, Vepreculis. Ut, *ex Vepreculis extracta nitedula.* Aliter Vepres ab Æolico βῶρπες pro ῥῶπες, i. e. virgulta, ſentes.

Vepretum, n. ſ. locus vepribus conſitus.

VER, eris, n. t. tempus anni, quo primum virent terræ ab ἦρ, ſive Ionico βῆρ, ejusdem ſignificationis, Vaar. *Veris inſtar vultus*, Mild.

Veruculum, deminut. Plaut.

Vernalis, le, om. t. Auguſt. idem quod vernus.

Vernus, a, um, quod eſt veris. Ut, *Verni flores*, Vaaer blomſter. *Vernum tempus*, idem quod ver. *Vernum æquinoctium*, Soelhuærff om vaaren.

Verno, as, n. pr. inſtar veris reviviſco & juveneſco. Ut, *anguis hyberno ſitu exuto nitidus vernat*, Er vng igien. Sic *apiculæ vernant*, i. e. canunt. *tenera lanugine vernant juveni malæ*, i. e. pilos emittunt inſtar veris floreſcentis. *vernans cœlum*, quod præ ſe fert vernam temperiem, Sommer vær/ vaarvær. *Vernans ager*, i. e. viridis & lætus.

Vernatio, onis, actus quo cutem veterem exuit anguis, Naar ſnogen ſkiuder hud. Item ipſa cutis, quæ exuitur, Snogeſkind.

VERBENA, æ, f. pr. proprie gramen ex arce cum ſua terra evulſum, à Legatis ferri ſolitum cum clarigatum ad hoſtes mitterentur: dicta q. herbena, ab herba quòd pura eſſet herba. Deſcribitur & herba ramulis cubitalibus, radice longa, floribuſq; purpureis, & ad multos ſacrorum uſus adhibita, Jernvrte.

Verbenæ, in ſacro nocturno erant funereæ, ut è cupreſſo, non è læta fronde. Inde omnis herba, omniſq; arboris aut plantæ ramus, quo ara ornabatur, aut religionis cauſæ gerebatur, aut adolebatur, & quo menſa Jovis verrebatur, domus purgabantur luſtrabanturq;, cujusmodi præcipuè fuere myrtus, olea, & laurus, Alle ſlags haande vrter til at ſtrø Kircker oc Altere med/ ſaa ſom oc bynder om S. Hans Affren / at henge offuer dørre / oc palmer mand bær paa palme Søndag. Verbenis etiam convivæ exhilarabantur, Strøevrter.

Verbenata, ſive verbeneca, æ, f. pr. idem quod verbena pro certa illa herba.

Verbenarius, m. ſ. Legatus qui verbenas ferebat.

Verbenatus, a, um, verbenis ornatus & ſacris devotus.

Verbenalia, orum Bud. plur. dies palmarum: ſic dicta à ramis palmarum, quaſi verbenis, quos Chriſto obviam prætulere Judæi, Palmſøndag.

Verbaſcum, n. ſ. nomen herbæ, yerbenæ herbæ ſimilis, Bongeliuß.

VERBER, eris, n. t. flagellum & virga arborum tenerior, longior, lentior & flexibilior ad cædendum apta à ve deminutiva & arbor; aut à ve intenſiva & herba q. firmior & robuſtior herba, Seſriis oc voend. Inde ipſum flagellum verberibus conſtans, quo cædimus aliquem, Voend/ Suøbe aff riiß oc kaſt til at Slaa med. Item ipſa cæſio, Hug. Unde *verbera ſunt tibi parata*. Unde translatè *verbera radiorum*, quibus quaſi radii ſolares feriunt corpora. Et *verbera ventorum*, i. e. venti ferientes, ſeu vis quâ feriunt aliquem venti, Vætr Suip. Aliter à ferio q. ferber.

Verbereus, a, um, verberibus dignus. Ut, *homo verbereus: caput verbereum.*

Verbero, onis, m. t. verberibus dignus, vel qui perpetim vapulat, Græca voce maſtigia, Som klør faar hug.

Verbero, as, act. pr. verberibus cædo: non tantum virgis, ſed & fuſtibus, Giffuer hug/hudſletter/ hudſtryger/ ſlaar med Riis/knipler. *Virgis oculi verberantur.* Et translatè, *verberare aliquem verbis*, convitio, Slide hud aff en med ord. Sic *verberat aures vox*, i. e. ferit, *verberare oppidum* eſt oppugnare.

Verberatio, onis, verberandi actus, Hudſtrygen/ hudfletten.

Verberatus, a, um, m. q. idem. Et translatè, verberatus pro impulſu. Ut, *tuo verberatu, te præeunte juravimus*, Naggen.

Verberabilis, le, om. t. verberibus dignus. Unde Plaut. finxit ſuperlat. verberabiliſſimus.

Verberito, as, Cat. ſæpe verbero.

Compoſita.

Adverbero, as, ſtat. vehementer verbero. Ut, *adverberat ungibus armos.*

Converbero, as, idem, quod verbero.

Deverbero, as, valde verbero. Ut, *hominem ad necem deverberat.*

Diverbero, as, q. verberando diſſero, ſeu verbera itero, Hugger/ſlaar hug i hug/kloffuer/Splitter. *Auras ſagitta diverberat: ferro diverberat umbras.*

Everbero, as, idem quod verbero, vel multum verbero, q. ad finem & ſatietatem.

Subverbuſtus, a, um, verberibus ſubactus, Hudflæt/ kagſtroggen. Privatim aut publicè. Aliter exponitur ſtigmatias, q. verberibus uſtus, Tinffbrændt.

Transverbero, as, trans aliquid & per medium verbero, Giennom ſticker / ſtøder. *Ferro pectus, venabulo feram transverberavit.*

VERBUM, bi, n. ſ. dictio, qua effertur propriè: inde etiam quocunq; modo conceptum, ſive cogitatione, ſive ſcripto: à verberando, quod verberet aures, i. e. auditur, vel quod aërem verberet & feriat, unde auditur. Vel à verum, quod nos verum loqui oporteat, ut, innuit Varro, Jt ord eller en tale. *Verba ſunt rerum notæ.* Hinc verbum à verbo, Ord fraa ord. *Verbis meis*, i. e. meo nomine. *Verbis meis ſvabium cida*, i. e. meo nomine, Paa mine vegne. *Verbi cauſa: verbi gratia*, i. e. exempli, Til exempel. *Verbum ſat eſt*, i. e verborum. Pluraliter verba ſignificant orationem. Ut, *dura verba*, i. e. durus ſermo, oratio, Tale. Et

ſingul.

singul. *Vetus verbum est, communia esse amicorum inter se omnia*, i. e. sermo, oratio. Aliter ab ἔρω dico loquor & ἑρμῆς sermo.

Verbulum, n. s. exiguum verbum, exigua oratio & sermo, Ringe ord.

Verbalis, le, om. t. Gram. quod à verbo descendit. Ut, *nomen verbale.*

Verbosus, a, um, qui verbis supra rem modumq; utitur, *multus in verbis*, Vidlefftig med ord / mange ord. *Epistola verbosa. verbosa simulatio. Res hæc verbosior, illa verior.*

Verbosè, multis verbis. Ut *hæc ad te scripsi verbosiùs.*

Composita.

Adverbium, n. s. Gram. pars orationis.

Diverbium, n. s. verbum scitè dictum, Saa somen merckelig Sentenz eller Omquæd: Vel etiam primus comœdiæ actus, qui aliàs Græco nomine protasis dicitur.

Præverbium, n. s. Cornel. Front. pro adverbio.

Proverbium, n. s. verbum, dictum, vel sententia, quæ in ore omnium versatur, aut versata quondam est, q. quod palam est & ubiq; motum & vulgatum, Ords sprog.

VEREDUS, di, m. s. pr. corr. & pen. prod. Equus viatorius, qui publica via ibat cursusq; publici causâ præbetur: sic dictus, quòd veheret, i. e. duceret rhedas Vejløbere/Posthest/Vognmandshest: Cui muneri respondet nostrum, Boldzvogn / Skødzhest. Turnebo exponitur, qui vice rhedæ sit, nec tamen rejicit priorem significationem.

Veredarius, rii, m. s. qui veredo iter facit, Postbud.

VEREOR, eris, itus sum, dep. s. pr. corr. aliquem summe observo ex opinione justæ reprehensionis, à ve intensiva & reor, Frycter / seer ved for nogen/ minder icke at giøre. *Metuebant eum servi: verebantur liberi. Is me veretur ut fratrem. Patrem veretur ut Deum.* Inde significat timeo, metuo, Frycter for. *Veteranos non veremur. verebatur ab eo supplicium. vereor Gallica bella. Vos veremini mihi ne labar: non nihil abs te veritus sum. vereor ne quid excidat.* Sic *veritus sum ne operam perderem.* Et contra: *vereor, ut hoc acceperis*, i. e. ne. Sic *vereor, ut tibi possem concedere*, At jeg kand icke. Ponitur & pro puto, reor, spero. Ut, *tyronem habeo citius quam verebar.*

Verecundus, a, um, qui veretur, Bluferdig. *Homo verecundus. vultus verecundus.* Et *verecunda translatio*, i. e. modicè detorta, nec nimis longè petita.

Verecundè, cum verecundia, Bluferdigen. *Verecundè loquitur.*

Verecundia, æ, f. pr. verecundi affectus & virtus. Estq; opinio magna justæ reprehensionis, Bluferdighed.

Verecundor, aris, dep. pr. verecundiâ teneor, afficior, Bluis. *Cunctantem & verecundantem increpabat.*

Verendus, a, um, quod vereri debemus, ærverdig. *Majestas verenda. Patres verendi.*

Verenda, orum, n. plur. corporis partes pudendæ, quæ sine verecundia nominari non possunt.

Composita.

Inverecundus, a, um, non verecundus, Wbluferdig. *Homo inverecundissimus. animus inverecundus. ingenium inverecundum.*

Revereor, eris, verendo honorem tribuo, cultu & honore prosequor, ærer / bevise ære / frycter vdi ære. *Majores reveretur. imperium, virtutem alicujus revereor.* Et *simultatem meam non reveretur*, Frycter icke/ Acter icke.

Reverens, tis, om. t. qui alterum reveretur, ærbiudig/ ærbiudelig oc tienistactig.

Reverenter, cum reverentia, ærbiudeligen. *Reverenter & fideliter colit amicos.*

Reverentia, æ, f. pr. reverentis virtus & effectus, ingenuus scil. pudor cum observantia quadam conjunctus, qualis est subditi erga magistratum: Discipuli erga magistrum, ærbiudighed.

Reverendus, a, um, reverentiâ dignus, ἄδηλον.

Irreverenter, Plin. pro sine reverentia, Vden fryct oc ære. *Irreverenter adolescentuli ad discendum immittuntur.*

Irreverentia, Tacit. non reverentia, Ingen ærbiudighed/ Ingen tuct oc ære / Ingen æris bevisning. *Studiorum irreverentia.*

Subvereor, eris, aliquantulum vereor.

VERGO, is, si, vel xi, sum, n. t. à summo deorsum inclino q. versum ago, Belder. Unde in sacris vergere dicebatur, ita conversa manu in sinistram partem fundere, ut superne converteretur quod infernis Diis fiebat. Hinc: *hoc pondere vergit lætum*, i. e. inclinat. *Ne vergant vineta ad solem cadentem*, i. e. spectent. Sic, *auxilium ad Italiam potius quam Asiam vergit. Vergente jam die ingrediebatur senatus*, i. e. inclinato. *Jonias vergens Epidaurus in undas*, Vender sig hen. Et activè *vergere alicui venenum*, i. e. fundere, miscere, Skencke.

Composita.

Divergium aquarum, cùm aqua in duas vel plures partes vergit divisa interjectu insulæ, Vandskaar/Vandskæll.

Evergo, is, act. t. q. extra vergo, mutatâ significatione neutrali in activam, seu extra vergere facio. Ut, *montes hi nullos evergunt rivos*, De giffuer inter Vand aller Vandbecke fra sig.

Invergo, is, act. t. q. vergendo infundo, Øser/ Iskencker. *Invergit vina sacerdos. Vinum in me invergit.*

VERMIS, is, m. t. animalculi genus nisu corporis inter movendum non recto sed torto incedens, à verto quod rependo se vertat & torqueat: vel à verrendo, quòd nisu & promotione corporis verrat humum, Orm. Sunt autem vermes terrestres & marini. Item longi, lati, rotundi. Aliter ab ἕρπω repo, serpo.

Vermiculus, li, m. s. exiguus vermis, Madick.

Vermiculatus, a, um, quod quandam vermiculorum effigiem imitatur. Unde *opus vermiculatum*, quod q. vermiculis aut tesserulis variatum est ac distinctum. Sic *Emblema vermiculatum. Pavimentum vermiculatum*, minutis segmentis elaboratum & q. vermiculis quibusdam concinnum.

Vermiculor, aris, dep. pr. vermiculis infestor, vesmiculos gigno, quod vitium non modo lignis & arboribus, verum & aliis plantis & fructibus solet accidere. Ut, *Vermiculantur arbores*, Kommer oc gaar Orm i træ.

Vermiculatio, onis, vermiculandi actus. Ut *pomum Vermiculationi obnoxium.*

Vermilius color, à vermiculis è radice Pimpinellæ exemptis.

Vermina, Fest. dicuntur ventris tormina, qvùm intestina minuto motu, q. vermibus quibusdam scindi videantur, Bug vred.

Vermino, as, Cels. vermibus infestor, Gaffuer ont aff Orm. *Nihil periculosius pueris, dum verminant.* Et Mart. *morosa prurigine verminat tibi auris.*

Verminatio, onis, verminandi actus. Ut, *jumentorum verminatio*, Ormsiuge.

Verminor, aris, dep. pr. verminibus & ventris torminibus infestor, Gaffuer Orm i Liffuit.

Verminosus, a, um, qui vermes habet, vel quem vermes infestant, Plaget med Orm. Unde *aures verminosæ* quibus innati sunt vermes. *Lignum verminosum*, quod vermibus scatet.

VERNA, æ, com. pr. servus aut ancilla domi nostræ aut nostro in villo fundóve ex servo ancilláve editus seu edita: sic dictus à vere q. vere natus, quod tempus fœturæ est duce natura, wfri Bondeſøn/wfri Bondedaatter. Erant a. vernæ conditione viliores quam facti servi. *Verna apri*, i. e. indigenæ nostrisq; nati in vivariis. Exponitur & nomen convitii pro vitabili & maledicto, q. qui sacro vere natus est, En wtid oc forddømmelig/ſom den der er fød i wtide/eller ren ond tid.

Vernula, læ, f. pr. parva verna.

Vernaculus, a, um, quod nostra in regione natum est, vel quod illi proprium est & peculiare, Hiemfødde/ Landz eget. *Lingua Vernacula*, quæ regioni nostræ propria est, Moders maal. *Vernaculæ uvæ. Vernaculi fructus*, Hiemgrøed. *Crimen Vernaculum & domesticum*: *sapor Vernaculus.* Et *Vernacula putatio*, quæ regioni nostræ est consveta, Hiemme vant / hiemme brugeligt.

Vernaliter, i. e. blandè & adulatoriè ad mores vernarum. Ut, *Vernaliter fungitur officiis*, Med hyckleri/hyckelvorn.

Vernilis, le, om. t. quod est vernarum. Ut, *Verniles blanditiæ.*

Verniliter, adverb. idem quod vernaliter.

Vernitas, atis, f. t. vernilis affectus, verniles mores. Ut, *fucata Vernilitas*, *servilis Vernilitas.*

VERPUS, m. s. propriè genus lumbrici, ab ἕρπων ejusdem significationis. Inde ob exilitatem, membrum virile. Item medius digitus, propter gracilitatem. Aliter propriè de digito dicitur, à verrendo podice, ob quam causam & infamis appellatur; respondetq; græcorum κατάπυγων; tum Danico nostro, Ardz finger. Item aliter propriè de membro virili, à vertenda pelle: unde & Judæi per summam contumeliam à Romanis dicti sunt verpi, quod essent circumcisi & denudatâ glande.

Verpa, æ, f. pr. membrum virile.

VERRES, is, m. t. porcus integer testiculis, ab ἐρρωὸς, aper, Orne.

Verrinus, a, um, quod est verris. Ut *adeps Verrinus*, *jecur Verrinum.*

VERRO, is, ri, sum, act. t. scopis quisquilias, pulverem & alias sordes ejicio ab ἔρρειν, quod de rebus dicitur quæ pereunt & quas aversamur & projicimus, Fejer. *Vertere solum*, *pavimentum. Bos gradiens verrit ima vestigia caudâ.* Et translate, *Verrimus æquora remis. Verrunt cærula nautæ*, i.e. percurrunt. Ponitur & pro traho, Slæber. *Maria ac terras, cælumq; profundum quippe ferunt rapidi secum, verrantq; per auras.* In qua significatione factum videtur ab ἑρύω, i. e. traho.

Versus, a, um, quod verrimus & traximus. Ut, *Versa templa*, i. e. purgata, Fejet Kircke. *Versa hasta inscribitur pulvis*, i.e. tracta, Slebt. Sic *freta versa lacertis.*

Verriculum, n. s. retis piscatorii genus: sic dictum, quod per aquam verratur & trahatur, Vaad. *Ejeci verriculum argenti*, i. e. argento quasi verriculo quodam sum piscatus, Fiſker med penge.

Verriculatus, a, um, ad verriculi formam factum: Unde *Verriculatæ falces.* Turnebus legit, *Vericulatæ falces*, quæ habent vericula.

Composita.

Converro, is, idem quod verro, vel simul verro.

Converritor, apud Apul. qui converrit.

Conversè, apud Cat. pro nitidè, Smuck/reent.

Deverro, is, idem quod verro, seu verrendo purgo. Ut, *stabula deverrit.*

Everro, is, q. extra verro, seu, verrendo expurgo, Vdfejer. *Domum everrit*, Fejer ſkarnit vd. Et translatè expilo, Røffuer / tager ſlet bort / ſom der vaar fejet. *Nulla est domus, urbs, fanum, quod non everrit scelestus.*

Everriator, oris, m. t. qui expiandi causa, certo scoparum genere adhibito, domum evertit, mortuo exportato, Som fejer oc giør huſit reent efter den døde.

Exverræ, & everræ, purgationes dicebantur domus, ex qua mortuus ad sepulturam efferebatur, quæ fiebant per everriatorem.

Everriculum, n. s. idem quod verriculum: retis scilicet piscatorii genus: sic dictum quòd everramus aquarum ejectamenta & sordes, Steen vaad/ riffue eller andit huor med mand renſer dam eller parck: Vel etiam quòd pisces q. everrat in aqua, Vaad/ Fiſkegarn mand drager med. Et translatè, *malitiarum everriculum* dicitur, quo everruntur malitiæ, Huor med mand fanger oc vdrydder all ondſkab oc ſkalckhed.

VERRUCA, cæ, f. pr. caruncula callosa & eminens in corpore sine pruritu & sine sensu, pediculo tantùm infixa hærens, à varis, quibusdam faciei tuberculis, sic dicta. Vel à veru, quòd veru instar infixa hæreat, Vorte. Inde significat locum in monte editiorem & protuberantem, Bancke / knart / knude. Et translatè, verrucæ pro tuberculis quibusdam, qui in lapillis, quasi eorum vitia quædam conspiciuntur. Aliter Sipontino à verro.

Verru-

Verrucula, æ, f. pr. parva verruca.

Verrucaria, æ, f. pr. nomen herbæ, à tollendis verrucis.

Verrucoſus, a, um, verrucis plenus. Ut *mons verrucoſus*, qui multis verrucis, h. e. aſperis editioribuſq; jugis aſſurgit. Et translatè, horridus. incultus & aſper. Ut, *regio verrucoſa. Orator verrucoſus.*

VERTAGUS, gi, m. ſ. canis qui ſua ſponte exit, domumq; prædam reportat, à vertendo & ago; vel à fera & trabo, q. vertragus, pro vertrahus, ut Legit Turnebus, i. e. feras trahens, Skydhund/ fød Jacthund. Xenophon quidam legit θέρτραγος, vertragus: habeturq; ei Celticum nomen.

VERTO, is, ti, ſum, act. t. aliam vel novam rei faciem circumagendo oſtendo, vulgò à vere, quod ver novum exhibeat annum, Vender. *Vertere oculos. Vertitur cælum.* Inde *vertere aliquem in fugam*, i. e. cogere ut fugiat, Vende en paa fluct. *Vertere terga*, eſt fugere. *Vertere omnium oculos in ſe*, eſt facere ut ſe admirentur & ſuſpiciant. *Neſcio quo me vertam*, i. e. hæreo animi, quid facturus ſim, Ved icke huor hen jeg ſkal vende mig/ huad jeg ſkal giøre først. *Vertere ſententiam*, eſt mutare, Vende ſit ſind oc menning. *Vertere ſtylum in tabulis*, eſt ſcripta inducere & delere, aut revocare quod ſcripſimus, Vende pennen/oc ſkriffue om igien. *Vertere aliquid alicui*, eſt criminari, i. e. tribuere, dare, Legge til ondè. *Vertere cauſas alicujus rei*, eſt volvere & animo agitare, Betænche paa alle ſider. *Vertere ſolum*, eſt mutare regionem diſcedendo: quod facere dicebantur urbe cedentes, ſive ob decoctam creditoribus pecuniam, ſive ob exilium, Romme for gield eller anden ſag. *Terra in aquam ſe vertit*, i. e. convertitur. *Vertit ad extremum omnia*, i. e. evertit. *Verti me Romam*, i. e. iter direxi. *Magnam pecuniæ partem ad ſe vertit*, i. e. rapuit, traxit. *Antonius ſepties millies falſis præſcriptionibus donationibuſq; vertit*, i. e. profundit. *Vertere ſe aliquò*, i. e. confugere, ſe recipere, Flyhen. *Quò ſe miſer vertet? Vertit hic rationem, & id quod probare non poteſt, fingere conatur*, i. e. mutat. *Vertitur rerum natura*, i. e. mutatur. *Quæcunq; acciderint intra fines vertuntur*, i. e. continentur: *In jure vertitur hæc cauſa. omnia in unius poteſtate vertuntur. Vertere cateras vel cadum*, eſt exinanire, Dricke vd til bundz: Sumptâ translatione à more in conviviis uſitato. Nam ſolebant pocula ex hauſta vertere. *Vertere ſe in plurimas formas*, eſt transformare. *Vertere ſe in formam alterius*, eſt ejus formam mentiri. Item verto, verſuram facio. Ut, vel qui ipſi vertunt, vel qui aliis ſubverſandos præbeant. *Vertere pollices*, eſt damnare, q. dato hoc ſigno. *Vertitur ſibe vortitur in Mercatura*, i. e. verſatur & mercaturam exercet. Item vertere ſæpe pro interpretari. Ut, *vertere Platonem.* Item neutraliter: *timor paulatim totus vertere in plebem cæpit*, i. e. verti. *Jam verterat fortuna*, i. e. verſa erat. *Hoc tibi bene vertat*, Gid det gaa dig til gode. *Malè res vertit*, i. e. ſuccedit infeliciter, Det gaar ilde aff. Legitur & *vorto* pro verto. *Verſè* antiquè pro verte. Aliter ex ſententia Julii Scaligeri. *Vertere prima notione* ſua ſignificat ſulcare & arando ſulcum ducere: Ubi ſcilicet quod ſubtus erat id ſupra fit. Unde origo videtur eſſe ab ἐρύω traho propter tractum ſulcorum.

Vertens annus, i. e circumactus, completus, Omgaait Aar/ Aar oc Dag. *Mercurii ſtella anno ferè vertente ſigniferum luſtrat orbem*, I Aar oc Dag. *Apparuit numen intra anni vertentis finem.* Sic *annua conficiens vertentia tempora curſu.*

Verſo, as, act. pr. multum, ſæpè, perpetuo verto. Ut, *orbes cæleſtes verſantur contrario motu. Siſyphus verſat ſaxum*, i. e. volvit. *Verſat te cum*, i. e. exercet & torquet. *Sors omnia verſat*, i. e. volvit. *Fœnum furcillis verſare*, Vende høe. *Verſare piſces inter aſſandum*, i. e. ſæpius & ſubinde vertere. Inde verſare, pro aſſare. Sic *verſare dolos.* Item *verſare ſe* dicitur, qui pudore aut animi ſive dubitatione ſive dolore quopiam huc illuc ſe convertit, neq; ubi conſiſtat tranquillè invenit. *Verſare libros*, eſt volvere. *Verſare aliquem*, eſt agitare & deludere, Fixere. *Verſat animum cupido regni*, i. e. transverſum agit, & à recto honeſtoq; abducit. *Verſare animum muliebrem in omnes partes*, eſt modis omnibus ſollicitare, & modò minis, modo precibus conari labefactare. *Verſare dolos*, eſt tractare. *Verſare oves* eſt paſcere. *Verſare terram*, i. e. fodere, arare. *Verſare quid valeant humeri*, i. e. animo volvere. Item *verſare aliquem*, eſt exercere, erudire, øffue. *Verſare multis modis eandem rem*, i. e. tractare. *Verſare ſuam naturam*, eſt flectere, convertere. *Ad omnem malitiam verſare mentem.*

Verſatilis, le, om. t. quod facilè verſatur. Ut, *verſatilis gladius, verſatilis axis. Pons verſatilis*, Slagbroe/ Vindbroe. *Acies exercitus verſatilis*, quæ ultimo loco ſtabat, quæ verti & ad frontem circumagi potuit. *Mola verſatilis*, quæ ſponte circumagitur. Et translatè, *verſatile ingenium*, quod ad res quaslibet obeundas idoneum eſt.

Verſor, aris, dep. pr. vitam ago, & cum labore & opera ſum alibi, Leffuer / er/ handler oc vancker. *Verſatur in Sicilia: in terris Deus homo in literis. verſatur in orbe, cum improbis, inter malos. oratio verſatur in hominum ore ac ſermone, in contentione. in ignoratione, errore. Præda verſatur in ſanguine, in ore vulgi, in communi proverbio. inter manus verſatur liber. Pueri ingenui cum meritoriis, Scorta inter matres familias verſabantur. Hoſtis intra mœnia verſatus eſt. ad aures verſantur Pædagogi. ante oculos, in oculis, in animo verſatur cædes. verſatur mihi ante oculos illud tempus. in Italia verſatum bellum.*

Verſoria, ſive vorſoria, æ, f. pr. Plaut. Turnebo exponitur funis quo vertitur velum ſecundum auram. Alciato autem inſtrumentum nauticum, quo ſecundum auram navis vertitur. Aliis inſtrumentum, quo cognoſcitur, unde flat ventus, Skibs Compaß.

Verſura, æ, f. p. verſæ rei affectus, Venden / vendelſe. *Foliorum verſura ad anni tempus*, i. e. converſio. Item vetſura, locus ad quem cùm quis pervenerit, revertitur, ut qvum boves in arando poſt petactum legitimum ſulcum circumaguntur, vertunturq;, Plogvenden. Item in ædificiis & parietibus flexus ipſe angulorum exterior. Item in re nummaria, mutatio creditoris cùm æs alienum ex ære alieno ſolvitur, Som naar en laner aff en oc betaler en anden.

Verſus, a, um, quod vertimus, Vendt. *Fuga verſus. fugâ verſa dedit terga.* Et *riſus verſus eſt in luctum*, i. e. converſus. Sic, *omnia videntur verſa & mutata in pejorem partem. verſus civitatis ſtatus*, i. e. mutatus, forandret. *Verſus amor tuus in tædia noſtri, Fas verſum atq; nefas*, i. e. confuſum & perturbatum. Item *totus in Perſea verſus pater*, i. e. propenſus, omni ſcil. in ipſum converſa benevolentia. *Verſis gladiis, armis pugnat*, i. e. infeſtis

festis aut transmutatis. Item *Versi*, i. e. fugientes, *Vertentes*, idem. Item cum casu. *Versus animi*, i. e. mutato animo.

Versus, us, m. q. orationis genus in numeros versum, à quo & nomen habet vel à versura scripturæ repetita, vel vetsura quadam arationis. Estq; dispositorum pedum certo numero castigata connexio, Et Verß / eller et ærende aff en Viise. Item soluto quoq; orationis pars quælibet, uno ductu exarata, à sinistra in dextram, En Linie paa en side. Item quadratum agri spatium centum pedes longum totidemq; latum. Item versus dicitur, cùm qui saltat in orbem sese versat & circumagit. Inde *in versum*, pro in ordinem, I rad. *Seros in versum distulit ulmos.* Jul. Scalig. sic ejus notionem tradit Vertere, inquit, idem est, quod sulcare aut scalpere, tollere aliquid è superficie, ita ut depressio relinquatur. In cereis igitur stilo cum ducerent notas frequentativo usi sunt, sicut & agricolæ. Sic Cicero dixit literas exarare. Ad eum modum versus dicti sunt, lineæ illæ sive sulci, quibus verba scribebantur. Itaq; in omni scriptura tractus singuli orationis, versus sunt appellati, Linie/Verß. Postea cum redegissent cantum ad numerum castigatiorem antiqvum versus nomen sibi fecere peculiare.

Versiculus, m. s. carmen breve & humile, Lidet Verß. Item breve ac certis quibusdam verbis conceptum eloquium, ac veluti carmen publici usus, Lidet Verß / saasom et Verß vdi en Viise / eller et Erinde aff en Viise.

Versus, Præpositio significans motum versum aliquid, Mod/ hen imod. *Portum versus navigat. Domum versus revertitur. Quoquo versus*, i. e. in unamquamq; partem. Et *utroq; versus*, i. e. in utramq; partem. Item cum adverbiis: *sursum versus*: *Deorsum versus ibat.*

Versutus, a, um, qui modò hoc, modò illud simulat, & sese in omnes vertit species, Træring / trædsk / vnderfundig / skalckactig. Item in bonam partem, ingeniosus & promptus, & cujus mens celeriter versatur, Snild/ knapt sin vending.

Versutè, pro callidè, Trædskeligen. *Versutè & subtiliter disserit.*

Versutia, æ, f. pr. versuti affectus, Trædskhed. ἄδηλον.

Vertebræ, f. pr. spinæ ossa, medullæ transitum præbens, sotiq; corpori flectendi vertendiq; facultatem, Rygbeen / Ryglæder. Et translatè in insectis, partes quæ circa ipsam sita incisuram corpori flexum præbent.

Vertebratus, a, um, in vertebras conglobatus. Ut, *ossa vertebrata.*

Vertex, & antiquè vortex, icis, m. t. propriè ventus in se volutatus, contortus & rotatus, Huirelvind. *Vortice torquetur humus arida, & ab imò erigitur ad summum.* Dicitur & de aquis cum in se revolvuntur, Vandhuirrel oc Suelg. Et translatè, *Vertices dolorum*, cùm dolor circumagit lancinatq; præcordia. Item vertex, pars summa capitis, in qua recurrunt & revolvuntur capilli, Hoffuethueril/ Hoffuetkrune. Et inde summitas montis, Biergtop. Item, vertices dicuntur cœli poli circa quos mundus rotatur, Ledinge. Ponitur & pro aquilone. Ut, *tempestas à vertice sylvis incumbit.*

Verticosus, sive vorticosus, a, um, in quo est vertex, sive sunt vortices. Ut, *amnis verticosus.*

Verticulum, li, n. s. instrumentum, quod fuso adhibetur, ut facilius vertatur, Rocke huerel eller tridze.

Verticillum, n. s. q. parvum verticulum.

Verticillatus, a, um, Cels. ut ossa verticillata scapularum, quæ referunt vertebras.

Verticuli, idem quod vertebræ.

Vertigo, inis, f. t. cerebri infirmitas, cùm circumagi omnia videntur, Hoffuetsuingell / Suingesyg / som naar husit siunis at løbe om med en.

Vertigus, gi, m. s. motus in orbem factus. ἄδηλον.

Vertumnus, Deus invertendarum rerum, h. e. mercaturæ.

Composita.

Adverto, & antiq. advorto, is, ad aliquem locum verto, Henvender. *In hanc nostram plateam se advertit.* Et translatè *animum adverto*, Giffuer act paa eller effter. Item pro eodem absolutè adverto. Ut, *de libratiis, si me amas, diligenter adverte.* Item *oculos & animum alterius ad me verto.* Ut, *multa in Euphrate doctos advertunt & afficiunt.* Item impersonal. *advertebatur Pompeji familiares assentire Volentio.*

Adversio, onis, Jurisconsul. quâ omnis adversus casus in emendo in emptorem rejicitur, ut res empta versione, Som naar den der kiøber staar stelff fare / kiøber paa lycke oc fromme / kiøber paa maa oc faa/ staa sit eget Eventyr. Sic *adversione veniit res. adversione domum, locorum.* Aliter legitur avetio ab avertendo: quod venditor periculum à se in emptorem avertat.

Adversus, & antiquè adversus, a, um, quod ad me versum est, Vend mod mig/ tilvend / tilhaanden. *Solem adversum intueri nemo potest. Equo adversam conscendit ripam.* Sic *adversa vulnera*, quæ à fronte accepimus. *Adversus & aversus impudicus est*, Baade for oc bag. Inde à situ translatâ significatio ad actiones & mores, quod contrarium est repugnans, Et imod. *Nemini fui adversus. Adversa avis*, quæ altera est, & mali ominis. Et absolutè, *adversum*, pro re adversa & improspera, Modgang / wlycke. *Hic si quid fortè adversi evenerit.*

Adversitas, atis, f. t. Plin. adversorum animus hostilis, Modstand. *Scorpionibus adversitas est cum stellionibus.*

Adversarius, a, um, qui adversus est alii animo hostili, Modstander/Gienpart. *Hic mihi adversarius acerrimus.* Sic *oratio & vis adversaria.* Et *adversaria expectatio*, quæ est alterius partis, quæq; hoc vel illud expectat. Item adversaria absolutè gen. fœmin. pro eodem, Paavarende syne. Item absolutè num. plural. *adversaria everto*, i. e. objecta, & contraria, & res adversarii Item adversaria, tabellæ extraordinariæ, in quibus memoriæ causa utcunq; notamus, ut ea postea in justas fidei tabulas, codicesq; referamus: Sic dicta quod præstò & ad manum semper sint, & adversa, non aversa: vel ab advertendo, quòd propter animadversionem & memoriam conficerentur. Aliter adversaria dicta, quòd, ut Quintius Atta ait, vertamus ferrum à Cera, mucroneq; Klackbog / klackstedel. Legitur & antiquè advorsis pro adversarius.

Adverſus, & adverſum Præpoſ. ſignificans motum adverſus aliquem ratione benevolentiæ, Mod. *Pietas adverſus Deos. modeſtia adverſus homines. modeſtus adverſus omne.. officioſus adverſus amicos.* Item ratione inimicitiæ pro contra. Ut, *modò contendit adverſus te. judicium adverſus aliquos. aciem adverſus eum ſtruis.*

Adverſo, as, antiquè pro adverſor.

Adverſor, & antiq. advorſor, aris dep. pr. adverſus ſum alicui, ſcilicet actionibus, Erimod. *Tuæ libidini adverſatur. omnibus in diſputando adverſatur.*

Adverſator, oris, m. t. qui adverſatur alicui, Modſtandere.

Adverſatrix, idem in ſexu fœmineo.

Advorſitores, dicti ſunt pueri, qui dominis redituris obviam eunt.

Exadversùm, & exadversò, Ret tuert for/ tuer paa eller for. *Ex adversò ſtat, nonne vides.*

Anteverto, is, n. t. idem quod præverto, & antequam alius veniat venio, Forkommer. *Antevertit Fannius.* Item præcedo. Ut, *ſtella antevertens ſolem.*

Averto, is, alicunde verto, Fraavender. *Italiâ avertit* hoſtem. Item alio verto. Ut, *quo te avertis*, Henvender. *Avertit à me animum. avertere cogitationem à miſeriis. calamitates à Republ. Avertere oculos*, Henvender ſine øyne fra. Scil. dedignatione quadam. Hinc *avertit ſe*, pro terga dare. Sic *avertere pecuniam*, eſt ita aliò vertere ut ad verum poſſeſſorem non veniat, Forvender. Item *avertere frumentum.*

Averſus, a, um, quod avertit ſe à nobis tergumq; oſtendit, aut quod avertimus, Fra vend / fra haand. Unde *adverſus & averſus impudicus*, Baade faar oc bag. Sic *averſos hoſtes aggreditur*, i. e. à tergo Item *averſa pecunia, averſum frumentum*, Hen vend oc vnderſlagen. Et translatè, averſus pro iratus, infeſtus. Ut, *homo averſus à Republica, à Muſis. motus averſi à ratione.* Et *averſiſſimo eſt in me animo*, i. e. infeſtiſſimo & abhorrenti.

Averſa Venus, pro præpoſtero coitu.

Averſor, oris, m. t. qui aliò aliquid avertit. Ut, *Verres averſor pecuniæ publicæ.*

Averſor, aris, dep. p. q. averſa facie aut mente dedignor & ſperno, Forſkiuder / forſmaaer. *Averſatur honorem. rubos non averſatur capra.*

Averſatio, onis, averſandi actus.

Avertor, eris, Boët. dep. t. pro averſor, ſperno, dedignor. Ut, *miſeros ſurdæ aure avertitur.* Sic Virgil. *avertitur fontes.*

Avertæ, arum, f. pr. lora latiora, quæ per terga equi jugalis excurrunt ſub alis ejus ſuccincta. Aliter exponitur pectorale equi. Aliter ornamentum equi, quod eqvus per id vertatur, pro ut ſeſſori viſum eſt.

Circumverſor, aris, Lucr. in orbem verſor, ſeu ex omni parte verſor.

Circumverto, is, in orbem verto, Omkring vender. Et translatè circumvertere aliquem argento, pro emungere, Skille en ved ſin penge.

Converto, is, idem quod verto. Ut, *convertere ſe domum*, Vende ſig paa hiemveien. *Animo vel cogitatione ſe aliquò convertere*, Vende ſig hen med ſind oc tancke. Dicitur & *convertere librum* pro interpretari, ſeu ex una lingua in aliam vertere, Vdlegge/ fortolcke/ vd ſette.

Converſio, onis, convertendi actus, quo ſcilicet aliquid convertitur. Ut, *converſio animi. converſio cæli. Converſio rerum, ſtatus*, h. e. mutatio ſeu viciſſitudo. Accipitur & pro orationis periodo. Ut, *oratio converſiones habet abſolutas.* Item exornatio per quam, non ut ante, primum repetimus verbum, ſed ad poſtremum continentes revertimur.

Converſus, a, um, quod convertimus, Omvendt. *Anni mundani nondum bigeſſima pars converſa*, i. e. convoluta, Omløbben. Ponitur & pro mutato, Omſkifft. *In quartanam converſa eſt bis morbi.* Item pro directo, Stirrende. *Omnium oculi in te ſunt converſi.* Item pro traducto, Fortoclket/ vdſaat. *Orationes à Græco converſæ.* Item pro circumducto, Omganget. *Orbis Reipubl. eſt converſus.*

Converſo, as, act. pr. idem quod verto. Ut, *animum ſe ipſum converſans.*

Converſor, aris, dep. pr. verſor cum aliquo ejusq; conſuetudine utor. Ut, *apud Senecam: ſumuntur à converſantibus mores.*

Converſatio, onis, Plin. & Quintil. actus quo converſamur cum aliquo, Omgengelſe. Accipitur & apud Senecam, pro converſione. Ut, *converſatio univerſi.* Verùm hoc à converſo potius.

Convertor, eris, dep. t. apud antiquos, idem quod converto.

Controverſus, a, um, quod contravertitur, dubium & ambiguum, Det ſom mand trætter om / ſom ſtaar vdi trætte/ tuiffl/ſomt. *Res controverſa. argumenta controverſa. Fundus controverſus*, Aaſted ſom mand tuiffler om.

Controverſia, æ, f. pr. controverſi ratio, quâ ſcil. eſt res controverſa, & in deſceptationem venit, quæq; jure vel argumentis definitur, Trætte om noget / Klammer/ modſigelſe. Dicimus etiam *ſine controverſia*, i. e. dubio, Vden tuiffl/ vden modſigelſe.

Controverſioſus, a, um, Liv. controverſia plenum, de quo dubitatur & ambigitur, Vildſom. *Res controverſioſæ.*

Controverſor, aris, dep. pro controverſiis ago, contendo, litigo, Trætter / Klammerer / ſiger imod.

Diverto, tis, n. t. q. à via flecto aliorſum vertens, Drager/tager/vender aff vejen en ſtedz hen. *Maſſiliam divertit conveniendi Pompeji cauſa.* Item in hoſpitium me recipio, Drager i herberge. *Divertit ad cauponam, ad hoſpitem, ad villam, domum, rus.* Et translatè ad orationem, Giffuer mig fra rette forſet/ oc gaar vit vdi tale. *Redeamus ad illud unde diverſimus.*

Divertor, eris, dep. t. idem.

Diverticulum, n, f. quo quis clàm vel compendii cauſa à via regia deflectit, divertitq;, Affvei / Løn vei eller fodſtie/ ſom gaar til en ſide. Et *diverticulum fluminis*, Huor floder løber til en Side/ viig. Sic *diverticulum aquarum*, Naar vanddet løber icke rett frem / men ſkiuder til en ſide. Item domicilium in diverticulo, & in quod à via divertimus, Jt lidet huß ved vejen. Et translatè effugium, Vdgang eller vdfluct. Unde *diverticulum quærere.* Et *diverticulum fraudis & inſidiarum.*

Diverſi-

Diverſito, as, n. pr. frequenter diverto, Tager alting eller tit aff veien andenſtedz hen. Unde Gell. translatè: ad verborum venuſtates diverſitandum.

Divortium, n. ſ. quo quis à conjugio divertit, repudiato conjuge, Ecteſkabs ſkilsmiß / atſkillelſe. *Lentulus cum Metella facit divortium.* Erantq; divortii verba: *Res tuas tibi habeto: res tuas tibi agito.* Inde translatè, ab affinitate aliavé re conjunctiſſima diſceſſio, diſſidium. Ut, *cum amico divortium fecit.* Item *divortium aquarum*, ubi ſcil. amnis diverſus inſulam facit, Skær udi haff eller flod / haff ſkær eller klippe / ſom huor vandet ſkær igiennom mellom Land oc Land. *Mons diviſus aquarum divortio.* Et translatè rurſus, *ex communi ſapientum jugo ſunt doctrinarum facta divortia*, Vdſprædelſe vdi mange greene

Diverſor, aris, dep. pr. apud hoſpitem verſor, Er til Herberge.

Diverſor, oris, m. t. qui diverſatur, Fremmede.

Diverſorium, n. ſ. ubi peregrini ſine delectu noti & ignoti prece & pretio excipiuntur, Herberge / kro.

Diverſoriolum, n. ſ. parvum diverſorium.

Diverſorius, a, um, quod diverſorium ſpectat. Ut, *taberna diverſoria*, Verdzhuuß / Kroehuuß / eller Kro.

Diverſus, a, um, q. in varias partes verſus & non conjunctus, Vent fraa hin anden / atſkild. *Domum diverſi ibant.* Et translatè amiſſo tempore, quod non eſt cum alio ejusdem generis, Atſkillige / anderledis / anden dan / icke mage. *Diverſi mores. diverſa ſtudia. à propoſito diverſum.* Et comparat. Diverſior, diverſiſſimus.

Diversè, modo diverſo, Atſkilligen. *Corpora proſtrata diversè jacent*, Her oc der. *Diversè loquitur*, Anderledis.

Diverſitas, atis, f. t. diverſi ratio, Atſkillighed. *Ingeniorum diverſitas.*

Everto, is, q. à loco ſeu fundamentis verto, penitusq; verto, Kuldkaſter / omkaſter / øder oc forderffuer i grund / vender op neder. *Urbem evertit. novem rates evertit.* Et translatè, *evertere gentem, populum, hominem*, Forſtyrre. Et *evertere aliquem fortunis*, Skille en ved ſin velferdt.

Everſio, onis, evertendi actus, Forſtyrrelſe forderffuelſe oc ødeleggelſe. *Rerumpl. everſiones ſæpe facta.*

Everſor, oris, m. t. qui evertit everſitvé, Odeleggere / Forſtyrrere. *Regnorum Priami everſor Achilles.*

Everto, ti, ſum, Plaut. pro anteverto, Forkommer. *Cito exverti poteſt homo iſte.*

Inverto, is, in contrarium verto, Vender om / bagvender / vender op oc neder. *Annulum in locum invertit. Invertit ſe equus humi provolutus.* Et *invertere* humum ſeu *invertere campum fractis glebis*, pro arare, Pløje / eller Pløje om igien. *Invertere vas aliquod*, Huelge noget far. *Invertere poculum, cadum*, eſt totum exhaurire; Dricke ſlet vd / oc huelge begeret paa ſtedit. Item translatè, *invertere ordinem, invertere negotium*, pro diſturbare, Forvende.

Inverſio, onis, invertendi actus, Bagvendelſe. *Verborum inverſio.*

Inverſus, a, um, quod invertimus, Omvendt / bagvendt / forvendt. *Manus inverſa, cervix inverſa. Conſvetudo inverſa. Lappa inverſa*, Liden Skrepe.

Interverto, is, q. aliquid variè vertendo ab alieno, & à domino per ambages averto, Vender en noget fra med liſt oc ſuig / forvender. *Omnem iſtam pecuniam intervertit. Intervertit illum omni pecuniâ.* Et ſimpliciter pro eodem *intervertit hominem*, Suiger oc bedrager hannem. Item interverto idem quod everto. Unde *intervertere jura, leges*, Forvende loffuer. Et *intervertere ritus, aqua ductus*, Forvende oc forderve vandkonſt oc render. Vel etiam ſimpliciter ſubvertere & evertere, Legge øde.

Interverſus, a, um, quod intervertimus, Forvendt. *Interverſa dona regalia.* Ex, *interverſa ædilitas.*

Obverſor, aris, dep. pr. q. contra verſor, vel circum verſor, Vancker for om oc omkring. *Ante oculos mihi obverſatur Reipublicæ dignitas.* Sic *obverſatur oculis*, Staar mig for øynene. *Obverſatur animo.*

Obverſatio, onis, obverſandi actus & quicquid obverſatur.

Obverto, is, contraverto, Vender imod. Feneſtras obverti in aquilonem oportere. *Totam aciem in ſamnites obvertit.* Item *obvertere pelago proras.*

Obverſus, a, um, quod obvertimus, Modvent. *Capita paſcentium obverſa ſoli.* Et *obverſus ſto*, pro, ſto adverſus, Vend for / imod.

Perverto, is, à bono ad malum verto, Forvender. *Non me ſuis conſiliis opprimet, non artificio pervertet.*

Perverſus, a, um, quod pervertimus, Vent op oc neder / affkaffue / forvendt. *Lndi perverſi ac conturbati.* Et amiſſo tempore, perverſus, qui pervertit & præpoſterè agit, Bagvend / for oc bag forvendt / vanartig. *Homo perverſus, ingenium perverſiſſimum. Dies perverſus*, pro intempeſtivo, incommodo, Vbeleilig dag oc tid / forvorpen dag.

Perverſè, adverb. *Perverſè pervertit familiæ meæ mentem. perverſè errat*, Farer Slemmeligen vild.

Perverſitas, atis, f. t. perverſi affectus & ratio. Ut, *perverſitas opinionum. In hominibus magna perverſitas*, Vanart oc forſeelſe. *Perverſitas morum.*

Præverto, & antique prævorto, ante & præ alio verto, prævenio, Forkommer / kommer for anden. *Fuga ipſum prævertit. nemo me præſtrinxit, quem non præverti. huic rei prævertendum exiſtimabit Cæſar.* Et *præverto ſeriò*, i. e. dictum accipio antequam ſeriò dicatur, Tager for alvere det ſom dog icke er. Item præfero, præpono, Meere acter. *Uxorem præ Republ. prævertit*, i. e. præfert Reipubl. Sic *Jurisjurande religionem animo atq; amori prævertit.* Item præoccupo, Beſager for anden. *Animos amore prævortit.* Item præoccupo, Beſager for anden. *Animos amore prævertit.* Sic *berilis prævortit metus.* Prius & potiſſimum me occupat. Et *prævortitur litibus*, i. e. præoccupatur, ut magis gaudeat litibus, quàm aliis rebus. Et *pigritie prævortit*, pro prævortitur.

Præverſum, fulgur, quod ignoratur noctu an interdiu ſit factum.

Prævertor, eris, dep. t. idem quod præverto.

Præterverto, is, idem quod præverto. Ut, *prætervertere aliquid ſermoni*, i. e. præponere ſed fortaſſe legendum prævertere.

Revertor, eris reverſus ſum & reverti, præteritum terminatione neutrali mutuatum, ex inuſitato reverto. Unde hoc Ciceronis: *Deinde ut in eam civitatem viri boni & nulla ignominia notati non revertantur, in quam tot nefariorum*

fariorum ſcelerum condemnati reverterunt, i. e. retrò verterunt & venerunt, Komme tilbage / vende tilbage. *Revertar unde diſceſſi. ad te revertar.* Item idem quod Venio & divertor. Ut, *ad Chryſippi laqueos revertamur*, Drager ind til herberge.

Reverſio, onis, revertendi actus, Gienkomſt. *Hoc conſilium profectionis & reverſionis.*

Reverſurus, a, um, Ovid. quod reverti debet. Ut, *pœna reverſura eſt in caput iſta meum.*

Subverto, is, q. eo, quod ſubeſt, ablato, totum everto, Omkaſter / vender neder op oc øde legger. *Subvertere domum.* Et translatè, *ſubvertere decretum conſulis. ſubvertere hominem*, i. e. calumniis perdere. Item ſub alio verto. Ut, *ſubvertere lupinum*, eſt impinguendi agri cauſa inarare, Nederpløje noget i Jorden.

Subverſo, as, Plaut. frequenter vel multum ſubverto Ut, *alios ſubverſandos præbet.*

Transverſus, a, um, quod latitudinem verſus percurrit, Tuerdt. *Linea transverſa*, quæ in latitudine aliam incurrit aut interſecat. *Tranverſus cedit, ut cancer*, Gaar til ſiden. *Mons transverſus ſulcari debet*, h. e. in latitudinem, non recta aſcenſu, & decenſu. *Transverſus digitus*, En tuerfinger. Et abſolutè, *de transverſo me aſpicit*, Paa ſiden / icke ret for / eller bag. Item *transverſus agi dicitur*, qui vi & impetu quodam ab inſtituto depellitur, ductâ ſignificatione â navigantibus, qui ſecundo vento, curſu recto feruntur, flatu adverſo transverſi aguntur. Et Accuſ. plural.

Transverſa, adverbial. pro transversè. Ut, *Transverſa tuetur.*

Transverſè, modo transverſo.

Transverſarius, a, um, quod in transverſum ponitur. Ut, *ligna transverſaria.* Et abſolutè pro eodem, Transverſaria, Bielcker / tuær træ.

Compoſita cum nominibus.

Anniverſarius, a, um, quod vertente anno recurrit, Aarlig. *Sacra anniverſaria. Feriæ anniverſariæ*, quæ ſtatos habent dies menſesq; quotannis recurrentes. *Febris anniverſaria*, quæ certo & ſtatuto die annua recurrit.

Tergiverſor, aris, dep. pr. refugio q. terga verto, Skiuder ſig fraa noget / ſkiuder Ryg / ſlaaer ſig for noget. *Eum tergiverſari non ſinent, ſecuriq; rapient ad tormenta. non eſt locus ad tergiverſandum contra Cæſarem.* Et Juriſconſ. tergiverſari, pro in univerſum ab accuſatione deſiſtere, ſlaa ſig ſlet fra.

Tergiverſatio, onis, tergiverſandi actus.

Univerſus, a, um, q. omnes ad unum verſus, i. e, ſine aliqua exceptione. Et in ſingulari, idem quod totus. Ut, *univerſus ager, exercitus*, Gandſke / alt tillige. Sic, *univerſus mundus. univerſum mare. rem univerſam tribuere in partes.* In plurali ſignificat omnes conjunctim, Alle tilſammen. *Qui loquitur de univerſis nihil excipit. communis rerum natura univerſa atq; omnia continens. Deus ſeparatim ab univerſis ſingulos diligit.* Et per auxeſin, *univerſus totus grex. id genus hominum omnibus univerſis eſt adverſum: talibus dictis univerſi omnes adſenſere.*

Universè, modo univerſo. Ut, *de ſuppliciis Romanorum non ſigillatim, ſed generatim & univerſe loquar*, I almindelighed / i en hob tilſammen / I enſumma. *Univerſè hoc mandavi. timendus eſt univerſè interitus.*

Univerſalis, le, om, t. ad univerſa pertinens. Ut, *univerſalis ratio cauſæ.*

Univerſitas, atis, f. t. univerſi ratio, Almindelighed. *Univerſitas humani generis*, i. e. univerſum genus humanum. Sic *Univerſitas rerum. Corpus univerſitatis*, i. e. univerſus mundus.

Alia Compoſita.

Aliquorſum, i. e. verſus aliquem locum.

Aliorſum, alio verſum, Andenſtedz hen. *Aliorſum it. aliorſum atq; ego feci, accepit*, i. e. in aliam partem.

Alioverſum, Plaut. idem.

Altrorſum, & altrovorſum, ſignificat verſus alteram partem. Ut, *altroborſum mecum rationem puto.*

Deorſum, adverb. ſignificans de, h. e. infra & verſus, Neder ad.

Deverſus, antiquis, pro deorſum verſus.

Dextrorſum, & dextrorſus, & antiquè dextroverſum, dextram verſus, Til den høyre. *Hic dextrorſum abit.*

Extrorſum, q. verſus extra.

Horſum, adverb. q. huc locum verſus, Hid ad. *Horſum pergit.*

Introrſum, & introrſus, adverb. pro verſus intrò, Ind ad.

Iſtorſum, adverb. ſignificans verſus iſtum locum, ſeu locum in quo tu es, Mod det ſted. *Concede hinc à foribus, paululum iſtorſum.*

Priorſum Macrob. q. verſus prius. Ut, *priorſum accedit, aut retrorſum recedit*, frem ad.

Prorſus, & prorſum, adverb. ſignificans verſus pro, vel porrò verſus, Alt frem oc frem / frem ad. *Prorſus it.* Et inde rectà, Ret oc raadfrem. *Prorſum it Athenas.* Item omninò, Aldelis. *Prorſus hæc divina. prorſus ſum oblitus mei.* Legitur & antiquè proſus, extrito r.

Proſus, a, um, antiquis pro erectus. Unde, *proſi vel prorſi limites*, in agrorum menſuris appellantur, qui ad orientem directi ſunt, Soel Jord. Et *proſa oratio*, quæ rectà incedit ſine variatione poetica, aliàs ſoluta dicta.

Quoquoverſus, quoquoverſum, & vel quaquaverſus, adverb. ſignificans verſus quamcunq; partem, & quemcunq; locum, Jhuor hen / allevegne hen / til alle ſider / her oc hiſſet. *Claſſem quoque verſus dimittit. In plano pedes interballi quoquoverſus octo. Circa eam ſtatuam poſteri ejus quoquoverſus quinq; pedes habuere. Legatos quaquaverſum dimittit.*

Quorſum, adverb. ſignificans verſus quo, ſeu quem locum, Huor hen. *Quorſum inſtituiſti iter?* Et Relativè, *Meridiem verſus tendit, quorſum & nos.* Item indefinitè, *neſcio quorſum eam.*

Retrorſus, & retrorſum, q. retrò verſus, Tilbage. *Velà dat retrorſum: retrorſus prodit ad amnem.*

Retrorſus, a, um, Plin. & Apul. quod eſt à tergo. Ut, *manus retrorſa.* Et *mulier retrorſa ſubſiſtit.*

Rurſus, & rurſum, adverb. à re & verſus, q. re vel retroverſus, item denuo, iterum, Tilbage ad / omigien / tilbage igien / paa ny. *Plebs rurſus in Aventinum revocanda. Rurſus eo*, i. e. redeo. *Rurſus revertor*, idem quod ſimplex revertor, abundante rurſus. Et *prorſum rurſum ambulat*, frem oc tilbage. Ponitur & rurſum pro è contrario. Ut, *haut rurſum enodes trunci reſecantur.* Legitur & antiquè ruſus omiſſo R.

Seorſum, adverb. per ſe ſeparatim, q. verſus ſe, For ſig ſelff. *In adiculam ſeorſum ibat. Res ſeorſum toto corpore.*

Seorſus, a, um, quod ſeorſum eſt vel fit. Ut, *dubia ſeorſa.*

Sini-

Siniſtrorſum, adverb. verſus ſiniſtrum, Tilden venſtre. *Ille ſiniſtrorſum, hic dextrorſum abit.*

Siniſtrorſus, Cæſ. idem.

Surſum, & antiquè ſuſum, adverb. ſignificans motum cœlum verſus, q. ſusverſus, Op ad *Supinus ſuſum in cœlum ſuſpicio. Elementa ſurſum deorſum ultrò citroq; commeant.*

Surſumverſus, gradatim reditur, i. e. verſus ſuperiorem locum aut partem.

VERU, pr. corr. nomen ſingul. num. indeclinab. plurali autem, verua veruum, verubus, n. q. ferramentum oblongum, quo carnes ad ignem torrentur q. vertum à verto, quod ad ignem jugiter verſetur, Bradſpid. Item à ſimilitudine hujus, telum oblongum & tenue, Saaſom en ſticker / Kapiir. Aliter legitur antiquè *verum*, q. vertum à vertendo.

Veruculum, n. ſ. inſtrumentum ferreum, quo metallorum expurgatores ſpumam eximunt è reliqua materia. Item genus teli in bello perſico inventum. Item inſtrumentum, quo cavatur ebur, alio nomine dictum ceſtrum.

Verata pila, Feſto quæ veluti verua habent præfixa.

Vericulatæ falces, quæ habent vericulum.

Verutum, n. ſ. pen. prod. haſtile quod veru habet præfixum: ſeu telum breve & acutum.

Verutus, a, um, veruto armatus.

Veruina, næ, f. pr. idem quod verutum, & q. parvum veru & telum, Saa ſom Pundert/ Præn/ Speckſnaal.

Veretrum, tri, n. ſ. membrum eſt virile, à veru ſignificante telum. Quanquam & à verendo deducitur, ut verenda.

Veretillum, li, n. ſ. Apul. genus Conchæ, à veretro virili ſic dictum, propter ſimilitudinem.

VERVEX, ecis, pen. gen. prod. m. t. mas inter oves caſtratus, vulgò ſic dictus ab inverſis teſticulis, Gildevedr / Bede. Et translatè, homo ſtupidus, ſtolidus. Et *Verbex betulus*, i. e. ſenex amator. Aliter ab ἕρυω traho q. detractis teſticulis. ut ſpado à σπάω evellere.

Verveceus, a, um, quod ad ſimilitudinem vervecis factum eſt. Ut, *ſtatua Verbecea*, pro homine ſtupido & ſtolido. Sic *caput Verbeceum*. Et *Verbeceus homo*: *Verbeceus Juppiter*, ad Venerem inhabilis & ineptus.

Vervecinus, a, um, quod ex vervece eſt. Ut *adeps Verbecinus*, Bedetalg.

VERUM, n. ſ. pr. prod. Oratio eſt cum re congruens & conſentiens, vulgò à vè intenſiva & res, q. non verborum inanis ſonitus, ſed ſolida res, Sandt. *Vera loquitur. Vera à falſis diſcernit.* Et adjectivè verus, a, um, rior, riſſimus, quod ita eſt, ut dicitur aut videtur, Sande/ ſandſkyldig *Verus virtutis honos. Vera & ſolida gloria, Vera amicitia. dicam quod Verum eſt.* Ponitur & pro æquo, Billigt. *Non Verius eſt à ſingulis repetere officii fructum, quam ab omnibus*, i. e. æquius. *Id non Verum eſt facere*, i. e. æqvum.

Verè, modo vero. Ut, *hic non Verè Vivitur, ut oportuit*, i. e. non ut decuit. Verè loquitur, dicit. *Veriſſimè laudat*, Sandrueligen.

Verax, acis, acior, ciſſimus, om. t. qui vera loqui ſolet, & mentiri non conſvevit, Sandrue.

Veracitas, atis, f. t. veracis affectus & virtus, Sandruehed.

Verimonia, æ, f. pr. Plaut. idem quod veritas.

Veritas, atis, f. t. rei veræ affectus & ratio, Sandhed.

Vero, as, n. pr. Enn. vera loquor & prædico, voce ſcilicet vatum, qui ſe ea jactabant tenere ſcientiam prædicandi & dicendi vera, ac præſertim futura. Ut, *Satin' Vates Verani ætate in agunda.* Item Sidonio, verè repræſento. Ut, *quoties Verba Graja carmine Verat.*

Verator, oris, m. t. vates jactans ſe vera prædicere, Spaamand / Sandſager.

Veratrix, mulier jactans ſe futura vera prædicere, Spaaquinde.

Veratrum, n. ſ. herbæ nomen, quâ corrigenda erat inſania & vana jactatio veratorum, q. ea herba ſua vanitate purgarentur, Viſevrte. Græca voce Helleborus vel Helleborum. Erat autem album & nigrum. Aliter à vertenda mente, ſic dictum. Item q. vitatrum à virus, quod expugnet melancholicum iſtud virus, i. e. humorem.

Verò, adverb. affirmandi, pro ſane, certè: quidem, q. d in rei veritate, Sandeligen/ Viſſeligen *Dicitur iſtuc à Cotta, & Verò ſæpius. Et Verò maximus ille Scipio Vehemens fuit. Sed Verò intelligi ſic oportet. Non Verò tam iſti mortui ſunt, quàm tu nugator es.* Interdum eſt conjunctio diſcretiva pro autem, Men. *Poëta numeris aſtrictior paulo: Verborum autem licentia liberior: multis Verò ornandi generibus ſocius, ac penè par: Hoc reprehendendum fortaſſe minus, quærendum Verò magis etiam videtur.* Item interdum vim interjectionis habent, & eſt nota ſtomachantis. Ut, *mobe Verò ocyus nutrix.* Item ironiam adjuvantis. Ut, *egregiam Verò laudem, & ſpolia ampla refertis, Tuq; puerq; tuus.* Ponitur & pro quinimò. Ut, *Socratem cum Platone & Zenonem & Cleantem in animum meum ſine dignatione recipiam? Ego Verò illos veneror. proinde occupationibus locum fabeo: Ego Verò & poſteris.*

Verum, Conjunctio, idem quod verò & ſed, Men. *Ea ſunt omnia à natura, Verùm à Magiſtro. Exſpectabantur Calendæ Januariæ fortaſſe non rectè. Verum præterita omittamus. Verum hoc ut dixi, nihil ad me.* Item: *Verum enim, quando promerui fiat*, i. e. attamen, quia.

Compoſita.

Enimverò, pro certè, Viſſeligen/ til viſſe. *Is enimverò ſum. Enimverò hoc ferendum non eſt.*

Verumenimverò pro ſed tamen, Men dog ligevel. *Verum enimverò duodenos ſeſtertios exegiſti.*

Quaſiverò, pro perinde quaſi. Ut, *non poteram credo ante hyemem* (ſic enim ſcribis) *quaſiverò ad cognoſcendum ego ad illos, non illi ad me venire debuerant*, Lige ſom.

Revera, & disjunctè Re-vera. Ut, *revera homo eſt diſertiſſimus*, Forſande/ i Sandhed. *Reverà confirmata amicitia.*

VESICA, cæ, f. pr. prima & penult. ſon. pellicula, in quam liquor & urina colligitur, aut ventus includitur, Iſid. dicta q. vaſiqua à vas & aqua, Vandblære. Aliter q. venſica, à vento, quod vento oppleta ſonitum diſplosa ciet. Item à Φυσάω inflo.

Veſicula, læ, f. pr. parva veſica. Et inde exiguum receptaculum humorem continens. Ut, *Veſicula fellis*, Galde blære. Item veſiculæ, dicuntur folliculi, quibus ſemen includitur, Belge.

Veſica-

Vesicaria, æ, f. pr. nomen herbæ, ita dicta, vel à follicu-lis humanis vesicis similimis: vel ab effectu, quod vesicæ calculis medeatur, Et slags Steenbrecker/ Jødske Kirsbær.

VESPA, æ, f. pr. insectum volucre ex asinis generari solitum, quod dicitur vesperi muscas venari in cibum, unde & à vespere deducitur, Gedehams.

VESPER & vesperus, m. s. planeta est solem occiduum sequens & idem cum lucifero & stella veneris, ab ἑσπέρα, ejusdem significationis, Aftenstierne. Inde extrema pars diei, quâ stella hæc incipit apparere, Afften. Ante vesperum, & primo vespere venit. Et adjectivè vesperum tempus, quod & absolutè vesperum dicitur, Afftens tid. Item vesperâ gen. fæm. idem quod vespertinum tempus, seu vesper, Afften.

Vespere & vesperi, adverb. vespertino tempore. *Vesperi venit*, Om Afftenen

Vesperascit, u. t. vesper fit, serum diei fit, Afftenis.

Vesperna, æ, f. pr. veteribus idem quod cœna, convivium scilicet quod vesperi fit, Afftens Maaltid.

Vesperat, o. pr. vesper fit. Ut, *jam vesperabit.*

Vespertinus, a, um, quod est vesperi. Ut, *vespertinum tempus*, Afftens tid. *Vespertinæ literæ*, quæ vesperi fuere exaratæ aut redditæ. Sic *vespertinus hospes*, Afftens Gæst.

Vespertilio, onis, m. t. volucris quadrupes, seu mus alatus, ova pariens & pullos lacte nutriens: sic dictus quòd vesperi se advolatum proferat, Afftenbacke / Flagermuus. Item *factus sum vespertilio, neq; in muribus plane, neq; involucribus sum.* Et translatè, debitor, qui ære alieno obæratus interdiu domi delitescit metu creditorum, noctu tantum prodiens. Item *vespertilio marinus* pro pisce qui hirundo dicitur.

Vesperugo, inis, idem quod vesperus, stella.

Vespillo, onis, m. t. qui cadavera, præcipuè sub noctem exportat: à vespere sumpta appellatione. Legitur & vespilio.

Composita.

Advesperascit, fit vespera, vespera adventat, Det Afftenis.

Invesperascit, Liv. pro vespera fit, Vorder Afften/ Afftenis.

VESTIS, is, f. t. omne velamentum, tam virile, quàm muliebre, quo continentur lanea, linea, serica, bombycina, quæ induendi, præcingendi, tegendi, amiciendi, insternendi, accubandiq: caussa apparata sunt. Item quæ accessionis jure cedunt, cujusmodi sunt insitæ, picturæ, claviq;, quæ vestibus insuuntur, à velo, quod velet: aut ab ἑσθής ejusdem significationis; sive immediatè ab ἕννυμι induor, Klæder. Translatè significat barbam, quâ velatur vultus. Ut, *aurea Cæsaries olli atq; aurea vestis. Impubis molli pubescit veste.*

Vestiarius, a, um, quod ad vestes pertinet. Ut, *arca vestiaria*, Klæderkiste. Et absolutè *vestiarium*, n. s. locus, in quo vestes vel servantur vel venduntur, Klæderstuffue/ Klæderboe. Item ipse vestitus. Unde Colum. *Servi in vestiariis injuriose tractantur.* Item vestiarius, m. s. qui vestiario præest, aut vestes vendit.

Vestimentum, n. s. vestis muliebris & virilis, Klædemon/ Klædebon Exponitur & pars aliqua vestis, ut pallium, tunica, penula.

Vestio, is, ivi, itum, act. q. veste induo, Klæder. *Te vestit, ab illo vestiris.* Et translatè, *natura oculos membranis tenuissimis vestivit & sepsit*, i. e. munivit, velavit. *Vestiunt se arbores frondibus*, i. e. ornant & velant, Faar løff. Sic *vestire agrum vineis. vestire gramine ripas. vestire parietes tabulis. morus & frequens ficus hortum vestit.*

Vestitus, us, m. q. vestiendi actus, Klæden / Klædening. Item, idem quod vestimentum. Ut, *vestitu in quercu suspenso, vir mulebri indutus vestitu.* Et translatè, *vestitus montium, riparum* pro sylvis & herbis. Item *vestitus orationis*, quo ornata est oratio.

Vestitus, a, um, quod vestivimus, Klæd. Unde, *montes sylvis vestiti. terra floribus vestita*, i. e. velata & ornata. Et amisso tempore, Colum. *vestitissimus*, qui est optimè vestitus. Ut, *id pecus ovium vestissimum est.*

Composita.

Circumvestio, is, in orbem vel ex omni parte vestio. Ut, *vernanda putatio circumvestit arborem.* Et translatè *circumvestire rem dictis*, i. e. ornare.

Convestio, is, vestio & exorno. Ut, translatè, *prata herbis convestiuntur*, Beklædis.

Convestitus, a, um, quod convestivimus.

Devestio, is, Apul. veste exuo, Legger eller drager Klæder aff. *Omnibus laciniis se devestit.*

Investio, is, veste induo, Beklæder. Et translatè, *porticus pictum investivit*, Bemalede oc formalede/ Beklædde med malning.

Investis, e, om. t. cui nondum ulla pars corporis per ætatem lanugine vestita est. Ut, *puer investis, puella investis*, Baar ung Dreng eller Pige. Et per contumeliam, Grøn skaller/ bar hag.

Supervestio, is, idem quod investio, Offuerklæder. *Imagines rerum tenui filo brevi & virente supervestiens.*

VETO, as, tui, titum, act. pr. pr. corr. propriè dictis resisto, vel impero & edico ne quid fiat ab ὀθέω curo, rationem rei habeo, Forbiuder. *Lex peregrinum vetat in murum ascendere. Tu me rebus incognitis assentiri vetas. vetuit eum saluti desperare. fatis vetor.* Legitur & præteritum antiqvum, vetavi, & supin. vetatum. Unde vetatio & vetaturus, non vetitio & vetiturus. Aliter à vi, q. vieto veto. Item ab αἰτέω postulo, posco.

Vetitus, a, um, pen corr. quod vetuimus, Forbuden. *Vetiti hymenæi. vetitum nefas. vetito tentarunt æquore tingi.* Et absolutè, veritum pro re vetita. Ut, *nitimur in vetitum semper, cupimusq; negata.*

VETUS, eris, om. t. pr. brev, quod est multi temporis, multæ ætatis ab ἔτος annus: vel à ve seu βέ intensiva & ἔτος, q. d. annosus. *Vetus miles, homo, amicitia, oppidum. vetus & usitata exceptio. hoc jam vetus est & multorum exemplis usitatum. vina vetera*, quæ vetustatem ferunt. *Vetus verbum*, longo tempore & à multis usitatum, Gammelt ord/ Ordsprog. *Rudus vetus* quod è dirutis ædificiis sit, cui calcis minus adjicitur, Gammel gru / gammel slycker / smaa steen. Item *vetus senex* per auxesin. *Et majores nostri veteres* illi admodum antiqui Grammatici addunt: *Vetus* quod habet ætatem: *Vetustum*, quod hominum memoriam exuit. Unde *vetus vetustum vinum*, ald gammel Vin. Vetus etiam dicitur, quod antiquis & nobis in usu est.

Item, idem quod antiqvum, & quod fuit ante multam ætatem. Ut, *viri priſci atq; veteres.* Sic *vetus verbum, & à multis retro ſeculis uſurpatum.* Item, quod ætate jam deterius eſt effectum. Ut, *maleboli veteris Potæ maledictis reſpondet*, Gammel/afflagt oc forſlit. Sic *vetus maceria* pro carioſo. Aliter vulgò à ve & ætas.

Vetulus, a, um, aliquantum vetus, Gammelactig. *Arbor vetula. cornix vetula. vitis vetula. equus vetulus. vinum vetulum.* Et abſolutè *vetulus*, aliquantum ſenex, Noget til alders/ oc gammel. *Vetula, æ,* f. pr. Kierling.

Veteramenta, orum, n. plur. veteres & detriti calcei, ſeu veterum calceorum extritiones, Gammel Sku/ Skulæp.

Veteramentarius, m. ſ. qui veteramenta & veteres calceos reficit, Skuflæcker/ Suder.

Veteranus, a, um, idem quod vetus, vel quod veteravit, Gammel. *Veteranum pecus. veterana vitis. Gallina veterana*, Gammel Høne. *Mancipium veternum*, quod anno continuo ſerviebat in urbe. *Veteranus miles, hoſtis*, qui diu militavit aut hoſtis fuit. Et abſolutè, veteranus, m. ſ. pro veterano milite, Gammel/forſøgt Krigsmand. Sed & veterani proprie dicti, qui ſtipendia quidem legitima confecerant, adhuc tamen ſub vexillo continebantur, quo ad militiæ præmia coloniasq; acciperent, ab omni interim onere immunes, præterquam propulſandi hoſtis.

Vetero, as, avi, n. pr. vetus fio. Ut, *in febribus, qua veteraverunt, utilis fames non eſt.*

Veteraſco, is, n. t. vetus fio. Ut, *urinam ſex menſibus patere veteraſcere, ſi vitibus aut pomorum arboribus adhibere velis.*

Veterator, oris, m. t. propriè qui ſervitiis veteravit, ſive unis ſive pluribus ſubinde facta mutatione, Gammel i gaar. Et inde callidus & aſtutus, & quaſi qui vetuſtate actionis, ſibi aſtutiam acquiſivit, vetuſta aſtutia roboratus, Gammel ſkalck/ gammel træring/ gammel dreffuen ſkalck/ dreffuen i ſkalckhed. Inde qui in omni arte & facto ſubdola aſtutia utitur.

Veteratorius, a, um, quod eſt veteratoris, vel veteratoris ingenium refert. Unde abſolutè, veteratorium, Gammel ſkelmerj.

Veteratoriè, modo veteratorio. Ut, *veteratoriè dixit*, i.e. aſtute, callidè, Trædſkeligen.

Veteratrix, icis, f. t. fœmina in aſtutiis & fraudibus exercitatiſſima, Gammel Dieffl.

Vetuſtus, a, um, idem quod vetus. Ut, *vetuſtum hoſpitium, templum.* Et *vetuſtiſſimus liberorum*, i. e. maximus natu, ældſt. Vide ſupra in vetus.

Vetuſtè, adverb. Ut *vetuſtiſſimè in uſu eſt*, i. e. diutiſſimè conſervatum in uſu.

Vetuſtas, atis, f. t. vetuſti ratio, Gammelhed/ ældr. *Vetuſtas rerum, auctorum. vinum vetuſtate proficit.*

Vetuſteſco, is, vetuſtatem acquiro, ældis. *Vina vetuſteſcunt.*

Veter, Enn. antiquè idem quod vetus & ſenex. Ut *veter Priamus.* Inde comparat. uſitat. *Senex veterior, amor veterrimus. veterrima quæq; debent eſſe ſuaviſſima.*

Veternus, ni, m. ſ. cerebri morbus memoriam ſimul & rationem tollens, cumq; inexpugnabili propè dormiendi poteſtate q. affectus veteribus familiaris, græca voce Lethargus, Slumme ſiuge/ Soffue ſiuge/ Slumme ſoet. Inde nimia dormitio, Wmeetelig ſøffn. *Urſus veterno pingueſcit.* Et translatè, pigritia, quæ facit hominem torpere, Soffuenhed. *Non paſſus ſua regna veterno torpere. veternus occupavit civitatem.*

Veternoſus, a, um, qui veterno laborat. Et inde ſomnolentus & ſegnis, Soffuen oc Søffned. *Senex eſt veternoſus. Eunuchus veternoſus*, qui tardus eſt & ſegnis, ac ſi veternum pateretur.

Veterinum, n. ſ. jumentum ad vecturam idoneum, à veter, q. quod eſt vetuſtate inhabile ad pompam aut uſum equeſtrum aut currulem: ideoq; ad onera tantum deportanda ablegatur, Gammelt/ forſtiit/ afflagt/ forſlit Quæg. Et adjectivè, *animal veterinum* pro eodem. Aliter vulgò à veho, q. vecterinum.

Veterinarius, a, um, quod ad veterina pertinet. Ut, *medicina veterinaria.* Et abſolutè *veterinarius*, pro medico curante veterina, Beſtelæge/ Beſtedocter. Item veterinarius, qui curam gerit veteranorum, ſive veterina ducit.

Compoſita.

Invetero, as, Plin. act. pr. ad vetuſtatem ſervo, Giemmer til det bliffuer gammel. *Invetenare allium, caſe, aquam, cibos, vinum.* Item invetero, pro inveteraſco. Ut, *opinio hæc invetenare non potuit.*

Inveteraſco, is, n. t. vetus fio, Vorder gammel/ ældis. *Res noſtræ monumentis invetenaſcunt: inveteravit nomen & honos.* Et *invetenvit animi ſervor, opinio hæc hominum.*

Inveteratio, onis, inveterati affectus & ratio, ælde. *Invetenatio in corporibus ægre depellitur.*

Inveteratus, a, um, quod inveteravit. Ut, *vinum inveteratum. cibi inveterati. malum inveteratum. odium inveteratum*, Gammel groed had.

Pervetus, eris, om. t. valde vetus. Ut, *pervetus epiſtola.*

Pervetuſtus, a, um, valdè vetuſtus. Ut, *pervetuſtus adeps. verba pervetuſta.*

Subveteribus, vide in voce ſub.

VIA, æ, f. pr. locus, quà vehimur, ex antiquo veha, ejuſdem ſignificationis, Vej. Propriè autem via dicitur, quæ tanta eſt latitudine, ut per eam vehiculum ire poſſit, Agevej/ Allvej. Inde omnis locus etiam anguſtior, quà pedites imus, Gangvej/ gangſtie. Ponitur & pro ipſo eundi actu. Ut, *de via languebam & mihimet diſplicebam.* Item translatè pro ratione & modo faciendi aliquid, Vej oc maade. *Certam invenit viam, quâ omnibus ſatisfacere poſſum. via & arte docet. via juris, pecuniæ, vivendi, Reipubl. viam popularem ſequi.* Item pro conſvetudine. Ut, *vi & via perbulgata patrum quotidie accuſabam.* Item pro congreſſu. Ut, *prima via inducamus rem, ut eſſe credat, quæ mentibimur.* Aliter, ab *vĕho* via.

Viales, Lares, qui præſunt viis.

Viarius, a, um, quod ad vias pertinet. Ut, *lex viaria.*

Viati-

Viaticum, n. ſ. cibus pecuniáve, quam iter facientes nobiſcum circumferimus, viæ auxilium, impenſa, atq; itineris ſubſidium, Tæring til reiſen/ tærpenge. Et adjectivè, *viatica cœna*, quâ peregrè reverſos amici excipiebant, Velkoms Maaltid. Item quæ dabatur abituro. Dabatur & mortuis viaticum, aurum & pretioſa vaſa, tumbis mortuorum imponi ſolita, aut nummus in os mortui impoſitus, q. Charonti portorium & naulum, aut ſine quibus animæ nuſquam diverterentur. Item translatè facultas, apparatus & auxilium. Ut, *literæ ſecuti viaticum.*

Viaticulum, m. ſ. parvum viaticum.

Viaticatus, a, um. Plaut. viatico inſtructus.

Viator, oris, m. t. qui iter facit, Vejfarende. Item qui abſentes arceſſebat, Byſuend/ Byestienere. Erantq; poſteriore ſeculo *viatores* Tribunorum, quiq; eorum juſſu quemlibet præhendebant, Fogd/uend. Ut, *lictores* erant conſulum, Proconſulum & Prætorum *miniſtri.*

Viatorius, a, um, quod ad viam pertinet. Ut, *vas viatorium* quo iter agentes ferendi potus gratia, utuntur, Flaſk ſkefoder / Reiſe eller Vandrings flaſke. *Cubiculum viatorium*, Geſteſeng/ eller Vanderſeng.

Vio, as, antiquè, pro iter facio; Vandrer. Unde *viare iter.* Et *viare pericula.*

Compoſita.

Avius, a, um, pr. lon. quod longius diſtat à via, aut quod eſt ſine via, fra vejen / aff vejen/ vden vej. *Loca, itinera, virgulta avia. Avia tum reſonant avibus virgulta canoris.* Et translatè, *homo avius*, qui à vera ratione longè vagatur.

Bivium, n. ſ. Virg. via in duas divertens, Tu veje i hin anden.

Devius, a, um, quod à recta via deflexit, Aff vejen. *Nobis quod jucundum eſt, tibi non erit devium*, Liggende aff vejen / til en ſide. *Iter devium.* Et *vita devia*, Som før vild.

Devio, as, de via recta cedo. Et translatè, Far vild. ἀδηλεῖν.

Invius, a, um, in quo nulla via, Vden vej. *Saltus invii. via invia*, i. e. quæ adiri non poteſt. Et abſolutè, invia, orum, gen. neut. plur.

Obvius, a, um, q. quod contra aliquem in via eſt, Kommer for paa vejen: ſcil. quicquid quocunq; modo occurrit. Ut, *obvius ſum aut fio tibi*, Kommer imod dig. Et conſequenter *homo obvius*, qui omnibus patet, omnes admittens, nec quemquam à colloquio rejiciens. Ut *princeps obvius & humanitatis plenus.*

Obviam, modo obvio, Imod *Obviam ibat, venit, properat. obviam ſit Clodius Miloni. obviam in conatibus tuis.* Item *obviam eſt* pro in promptu eſt. Ut, *fucis tuis nullum mantellum obviam eſt*, Er tilrede/ er forhaande.

Obvio, as, n. pr. obvius fio, Kommer eller gaar imod. Et translatè reſiſto, Staar imod. *Tum primum obviatum eſt ſuperbiæ nobilitatis.*

Perviam, Plaut. adverb. pro obviam. Sed ſuſpecta eſt lectio, legentibus aliis pervium.

Pervius, a, um, per quod via patet, Som haffuer Aabengang/ frigang. *Angiportum pervium. domus vento pervia*, Aaben for værit.

Impervius, a, um, non pervius. Ut, *amnis impervius*, Aa mand icke kand vaade offuer.

Prævius, a, um, qui præcedendo viam monſtrat, Forgangendis Vejviſere. *Prævius diei Lucifer. prævia ſtella.*

Quadrivium, n. ſ. locus publicus, ubi quatuor viæ concurrunt, Kaars vej.

Travio, as, Lucret. pro tranſeo. Ut, *qualia ſunt vitri ſpecies, quæ travïat ignis.* Item *foraminibus liquidis transviat ignis.* Sed & legitur aliàs utrobiq;, transvolat & trævolat.

Trivium, n. ſ. area in urbe, ſeu ſpatium, quo ſe fundit in tres vias, aut ubi tres viæ concurrunt & coëunt, extra urbem etiam trivia dicebantur, in quibus & ſacra faciebant ruſtici, oves cædebant & certa appendebant.

Trivialis, le, om. t. quod in trivio fit, aut quo in triviis utebantur. Inde accipitur pro vulgari & minimè exquiſito. Ut, *verba trivialia*, i. e. inculta, & parum elegantia. Sic *trivialis ſcientia*, quaſi quæ in triviis docetur. *Trivialis ſchola*, q. quæ in triviis poſita & quosvis diſcituros admittit, Fri Aaben Skole.

VIBEX, icis, ſ. t. pr. prod. ſignum verberis, & veſtigium in carne remanens, è vi verberis. Et, ut loquitur Plautus, prægnans plaga, ab ἰβυξ ejusdem ſignificationis, Slagne ſaar oc ſkramme/ rible aff tue eller ſuøbe. Aliter quod vi fiat.

VIBRO, as, act. pr. pr. com. vi arma agito, torqueoq;, ſeu virium exercendarum gratia agito, à viribus deducta voce, Svinger / fecter i værit. *Vibrare haſtam. vibrare ſicas.* Et translatè ex adjuncto, ſignificatione neutrali, mico, Skimter/ glimrer. *Mare, cum collucet à ſole, vibrat. fulmina vibrant.* Item *oratio vibrans*, quæ cum impetu fertur. Sic *tela vibrantia*, pro vibrata. Aliter à vieo, inflecto, q. flectendo agito.

Vibratio, onis, ſ. t. vibrandi actus, Svingen.

Vibratus, a, um, quod vibravimus, Svingedt. *Vibrata per auras ſpicula. vibrati capilli ferro calido*; i. e. calamiſtro criſpati, Krusede.

Vibriſſæ, arum, f. plur. pili narium: ſic dictæ, quod evulſione earum caput vibretur, Næsehaar.

Vibriſſi, orum, m. plur. ſ. idem.

Vibriſſo, as, n. pr. vocem in cantando vibro & criſpo, Quinckelerer/ Quidderer. Aliàs minurizo.

VIBURNUM, n. ſ. pr. prod. genus viminis faſcibus ligandis idoneum, à vieo, i. e. ligo, Jt ſlags vie riis.

VICIA, æ, f. pr. pr. corr. leguminis genus, à voce Græca ſeu Aſiatica βίκιον, ejusdem ſignificationis, Korn vicker/ Heſtevicker. Aliter à vincio, quod capreolis ſuis vinciat vicinum calamum.

Viciarius, a, um, quod ad viciam pertinet. Ut, *cribrum viciarium*, Vickeſold.

VICUS, ci, m. ſ. pr. prod. area & via urbis, quæ patet interjecta inter ordines ædificiorum latior & exitum habens, vel pars regionis viam circum ſe habens, dicta q. viacus à via, Gade / Strede. Item vicus pro pago, Landzby. Ut, Græcorum οἶκος pro via & pago. Aliter ab οἶκος domus ſcilicet propter ædificia.

Viculus, m. ſ. parvus vicus paganus, Liden Landzby.

Viciarius, m. ſ. qui vicum ruſticum habitat, Bonde. Et adjectivè *vicarius aſtrologus* pro ruſtico.

Vicatim per ſingulos vicos. Ut, *vicatim conſcribuntur ſervi, ſive urbis, ſive pagani*, Gade fra Gade/ By fra By.

Vicinus, m. ſ. qui in eodem vico, aut certè non procul ab ædibus noſtris habitat, Grande/ Naboe/ Gienboe. Et gen. fœm. vicina, Naaborſke. Item adjectivè, propinqvus. Ut *vicinum pecus. vicinæ urbes*, Som er neſt til hin anden. Sic *Dialectica eſt vicina & ſinitima Rheloricæ.*

Vicinia, æ, f. pr. locorum vicinorum ratio, Naaboelaug. *Funus egregiè factum laudat vicinia.*

Vicinitas, atis, f. t. vicinorum hominum ratio, ſeu tractus vicinus, Naaboſkab / Naaboelaug/ Grandelaug. Vel *virtus tua, vel vicinitas facit, ut audacter moneam.* Dicitur & de aliis rebus. Ut, *vicinitas ſylvæ. vicinitas nominis. virtutibus ac vitiis vicinitas quædam eſt.*

Vicinalis, le, om. t. Liv. quod ad vicinam pertinet. Ut, *ad vicinalem uſum paratæ navicula*, i. e. ad uſum vicinix, ſeu vicinorum. *Iræ vicinales*, quæ ex agris privatorum collatis factæ ſunt.

VIDEO, es, pr. corr. di, ſum, act. ſ. oculorum ſenſu aliquid percipio, ab εἴδω ejusdem ſignificationis, Seer. *Hæc ipſe vidi.* Et cum adjectione, *oculis hæc vidi.* Item *ſomnum hac nocte oculis non vidi meis*, Jeg ſaa icke ſoffn i mine øyne denne Nat. Transfertur & ad animum, pro novi, intelligo. Ut, *video meliora, proboq; deteriora ſequor.* Sic *vide, quo me inducas*, i. e. animadverte & conſidera. *Vide tibi*, i e. provide. *Vidi quæ futura erant*, i. e. prævidi. Item paſs. *Viſus ſum ab illis.* Item appareo. *Hæc ita videntur.* Et *videor videre*; vel *videor mihi videre*, Mig ſynes at ſee. Item video, pro curam ago. Ut, *ego videbo*, Jeg vil ſee til. *Tu videris, quid hinc fiet*, See du til. *Sic vos videritis. illi viderint. videre domi*, eſt curare, See til. *Vides multum*, i. e. ſollers es. *Vides parum*, i. e. ignarus es. Et *iſtuc ipſum nihil periculi eſt, me vide*, i. e. rejice curam in me, q. d. Lad mig icke vare.

Videns, tis, com. t. ſic dici poteſt, qui oculis videre poteſt ſpectra, aliàs aliis inviſibilia, aliavè in terræ viſceribus abſcondita eo modo, quo de Propheta dicitur in ſacris, Siunſk. Item videns qui vigilat.

Viſibilis, le, om. t. quod videri poteſt, Siunlig.

Viſio, onis, videndi actus, Seen. *Viſio ſine aëre fieri non poteſt.* Item imago rerum abſentium animo ita repreſentata, ut eam cernere oculis ac præſentem habere videamur, Siun. *Animi externa & advenlicia viſione pulſantur falſa ejus viſione ac ſpecie moventur homines.*

Viſus, a, um, quod vidimus, Seet. *Socrates idem ſemper viſus. viſa ante oculos imago.* Item quod apparet, Siunis/ Siunlig. *Viſa eſt ei aquilæ ſenectus.* Et abſolutè neutro gen. *viſum*, idem quod viſio & imago alicujus animo apparens, Siun. *Deus iſta viſa nobis providendi cauſa dat.* Item ſpectaculum, Siun oc Spectackel. *Poſuit turpia viſa in caſta domo.*

Viſus, us, m. q. q. vis videndi Siun. *Hoc ſua celeritate meum effugit viſum. Luporum viſus creditur eſſe noxius. viſus fulgore perſtringitur.* Item idem quod viſum. Ut, *obſtupuit viſu Æneas.* Sic *viſus nocturnus.* Item viſus pro ſpecie. Ut, *multa ſua probabilitate viſum quendam habent inſignem & illuſtrem*, Et ſkin.

Viſo, is, ſi, ſum, act. t. eo ad videndum, Gaar hen at ſee. *Id viſo tu ne an illi inſaniant*, i. e. eo ad videndum

Capio Ægyptum viſere. Item officii gratia. Ut, *viſere uxorem Pamphili*, Beſøge. Sic *conſtitui ad te venire, ut & viderem te, & viſerem & canarem etiam.* Item pro video. Ut, *venio viſere ad Veneris fanum.* It *viſere ad eam. vultisne eamus viſere.* Sic *viſendi gratia, ſtudio, cauſa proceſſit*, Til eller for at ſee. Ponitur & paſs. *Oſtabit domus viſebatur. nihil tam eſt viſendum. nec hoc viſendum eſt à bono viro.*

Viſito, as, officii gratia viſo, Beſøger. *Ægrotantem viſitabit.* Item ſæpe video. Ut, *dico meipſum novisſe atq; viſitaſſe*, Seet tit.

Viſitatio, onis, viſitandi actus.

Viſitatus, a, um, quod viſitavimus. Et peculiariter, quod ſæpe viſum eſt, Tit ſeet.

Viſorium, n. ſ. Caſiod. idem quod theatrum, Skuepladz.

Compoſita.

Circumviſo, is, ex omni parte video, Seer allevegne om/ til alle ſider. *Angues oculis omnibus circumviſere.*

Evidens, tis, om. t. quod plane & aperte videtur & intelligitur, Klart / ſkinbarligt. *Evidens menſura, teſtimonium, argumentum*, Det mand kand tage oc ſole paa.

Evidenter, adverb. modo evidenti ſeu cum evidentia, Skinbarligen. *Evidenter pœnituit.*

Evidentia, æ, f. pr. evidentis vis & ratio, Skinbarlighed. Item ſchema Rhetoricum, quo res ita deſcribitur, ut oculis ſubjici videatur.

Invideo es, n. ſ. Apul. non video. Item q. nimis video & intueor alterius fortunam & bona, iisq; mœreo, Seer ſurt ved en andens gode/ Misunder. *Invidet mihi divitias, imperium. invidet collibus. invidet virtuti, doctrinæ*, Affnis ved. Et cum Accuſ *invidet Troades.* Item Paſs. apud Horat. *Invideor*, Misundis. Item Imperſon. *Invidetur*, Mand misunder/ mand affnis ved.

Invidentia, æ, f. pr. invidentis affectus & vitium, Misundelſe.

Invidus, a, um, qui invidet, Misundere / affvindſiug ved en andens gode.

Invidè, modo invido & ex invidia. Ut, *invidè facit, qui id facit*, i. e. per invidiam, quod alterius laudi & proſperitati obſit.

Invidia, æ, f. pr. invidi affectus, Misundelſe. Item vituperium, odium, Had oc Affvind. *Scaurus nonnullam habet invidiam.*

Invidiola, æ, f. pr. parva invidia.

Invidioſus, a, um, qui invidia afficitur, Had / Misvnd. *Potentia, divitiæ, poſſeſſiones invidioſæ.* Sic *factum invidioſum, res invidioſæ.* Et *invidioſum eſt tibi hoc facere.*

Invidioſè, modo invidioſo. Ut, *invidioſè dicit & loquitur*: qui eo facto invidiam alicui conciliare vult. Sic *indivioſè criminaris potentiam meam.*

Inviſus, a, um, Cic. non viſus. Ut, *ſacra inviſa.* Et Apul. *quidam introceſſit & cantavit inviſus*, i. e. non viſus, wſiunlig. *Manibus non inviſa ſolùm, ſed etiam inaudita ſacra.* Item odioſus, q. quem æquo animo videre non poſſumus, Det mand gider icke ſeet/ vilde deligt / icke at ſee paa. *Res mihi ſunt inviſæ. homo mihi inviſus.*

Subinviſus, a, um, aliquantulum inviſus. Ut, *nomen ſubinviſum.*

Invi-

Invi∫o, is, n. t. idem quod vi∫o, Be∫øger. *Nos inbi∫e.* Et apud Plaut. *Inbi∫o ad eum.*

Invi∫itatus, a, um, Liv. non ſæpè vi∫us.

Intervi∫o, is, q. variè & per intervalla vi∫o, Be∫øger ſaa iblant/ eller offte be∫øger. *Me quod interbi∫is, benè facis.* Et apud Plaut. *interbi∫am domum* pro interim vi∫am.

Pervideo, es, diligenter & perfectè video, Seer til vi∫s/ ſeer tilfulde.

Prævideo, es, antequam fiat video, Seer tilforne/ forend. *Futura prævidet.*

Prævi∫us, a, um, quod prævidimus. Ut, *res illa tota mihi præbi∫a eſt.*

Provideo, es, ante vel à longè & futurum aliquid animo video, antequam ſcilicet fiat, Seer noget langt til/ forne. *Sapientis eſt omnia, quæ ventura ſunt, providere. Medicus morbum ingraveſcentem ratione provident.* Item providendo caveo, Seer mig for. *Providebo ne omninò peream. conſilio multa providentur.* Et *providebis Dialecticas captiones*, i. e. præcavebis. Sic *hoc provi∫um eſt legibus.* Item providendo conſulo, Forſiuner mig. *Providere rebus neceſſariis, rei frumentariæ.* Et *providere pabulum & rem frumentariam in hyemes*, i. e. procurare. Sic *hominibus à Diis immortalibus provi∫um eſt.* Item *providere alicui contra aliquem*, eſt opitulari.

Providens, tis, tior, tiſſimus, qui providet futura, cavet & curat, Forſiunlig. *Homo providentiſſimus.*

Providenter, tiùs, tiſſimè, modo providenti, Forſiunligen. *Providentiſſimè hoc ab ipſo conſtitutum,* Vlied ſtor forſiunlighed.

Providentia, æ, f. pr. providentis affectus & virtus, Forſiunlighed. Et per excellentiam, providentia, qua Deus regit & adminiſtrat omnia, Forſiun.

Providus, a, um, idem quod providens: ſic tamen ut illud ſit actus, hoc verò habitus, Forſiunlig.

Providè modo provido, Forſiunligen. *Providè eligit.*

Provi∫io, onis, providendi actus. Ut, *provi∫io animi*, quâ providet, Forſiun/ forſiunelſe. *Vitiorum provi∫io*, i. e. cautio.

Provi∫or, oris, m. t. qui providet, Forſiuncre. *Tardus utilium provi∫or ſubenis.*

Provi∫us, us, m. q. idem quod provi∫io. Ut, *provi∫us rerum civilium*, quo ſcilicet providentur.

Provi∫us, a, um, quod providimus. Ut, *provi∫a domicilia, pabulationes, ſedes. Provi∫um frumentum*, i. e. reconditum, Forſiunet oc i forraad. *Provi∫æ fruges in multos annos.*

Improvidus, a, um, qui non providet quod futurum eſt, Wiøtteſom/ wacteſom/ ſiødeløs. *Homo improvidus. mens improvida.* Et paſſ. *tela improvida*, quæ non providentur, Wactede/ wforſeet/ wforvarende.

Improvidè, modo improvido, Wacteſom. *Agit improvide.*

Improvi∫us, a, um, non provi∫us ſeu prævi∫us, Wforſeet/ wacter. *Morbus improvi∫us.* Et amiſſo tempore: *peſtis improvi∫ior.*

Improviſè, & improviſò, adverb. Ut, *improviſè ſeipſum exſpoliat: improviſò arcem nocte capit.*

Provi∫o, is, ad videndum eo, Gaar hen at ſee. *Provi∫o, quid agat Pamphilus.*

Revi∫o, is, iterum vi∫o, Be∫øger igien. *Revi∫o quid agant, aut quid captent conſilii. Revi∫o te.* Et *revi∫o ad te.*

Revi∫ito, as, n. pr. multum & frequenter revi∫o.

Stultividus, a, um, Plaut. qui ſtulte & errans videt, Seer vild til.

Compoſita mutata conjugatione.

Divido, is, ſi, ſum, act. t. ex uno bina facio q. quod unum eſt dis, i. e. bis video, Skiffter i tu/ giør i tu. *Imperium cum Jove dibidit. dibidit cum ſocio*, Skiffter i tu/ halff om halff. Inde ſignificat diſtribuo, dividendo q. tribuo, Vddeeler/ Vdſkiffter/ Vdbytter. *Dibi∫i illas tabulas toti Italiæ. Dibi∫i in omnes provincias.* Item diſtinguo, ſeu disjungo, Skiller fra hin anden. *Amanus Syriam à Cilicia aquarum divortio dibidit.* Item *dibidere animum*, eſt diſtrahere in varias cogitationes & opiniones, Baffue mange ſind/ ſaa it/ ſaa it anden. Sic *dibidere oſcula*, Giffue kyß vd. Item obſcæna ſignificatione *puerum dibidere*, pro ſtuprare. Transfertur quoq; divido ad numerum partium incertum. Ut, *dibi∫it bona tripartitò.* Et *dibi∫it in partes.* Item *dibidere ſententiam*, eſt in ſuas partes ſecare, & de unaquaq; ſeorſim dicere & judicare.

Dividia, æ, f. pr. quâ animus dividitur, vel apud ſeſe, Harm oc wroe: vel ab alio, Wennighed/ ſkilſmis imellom venner. *Res iſta mihi eſt dividiæ.*

Dividicula, Feſto dicuntur caſtella, ex quibus aqua in regiones dividitur.

Dividuus, a, um, quod dividi poteſt, vel eſt diviſum, Skiffrelig/ ſkifft ad. *Dibiduum talentum faciam nihil in domo dibiduum. Dibidua aqua*, quæ dividitur inſulâ aliquâ interjectâ. *Luna dibidua*, quæ ſemi plena eſt, & recto ſegmento dividua, Halff Maane.

Dividuè, modo dividuo. Ut, *quod tibi ægrè eſt, idem mihi eſt dibiduè*, Det giør mig oc ont/ eller jeg ſtaar halt i med.

Diviſio, onis, actus, quo aliquid dividitur, Atſkillelſe/ Skifftelſe/ Byttelſe. *Dibi∫io trium regnorum, cœli, maris & inferorum.* Et Logicis, *Dibi∫io Generis in ſpecies.*

Diviſor, oris, m. t. qui dividit. Et peculiariter, qui in tribu ſua pecuniam à candidatis datam in populum dividebat, Pengeſkiffter/ Vdſkiffter. Item qui pueros dividit: obſcæna quadam ſignificatione.

Diviſura, æ, f. idem quod inciſura.

Diviſus, us, m. q. idem quod diviſio. Ut, *tectigal ipſis prædæ fuit ac dibi∫ui*, Til bytte oc ſkifftelſe/ til ſkifft/ de ſkiffte den ſig imellom.

Individuus, a, um, non dividuus, quodq; dividi non poteſt, Wadſkillelig. *Atomi corpora ſunt indibidua.* Et *indibiduum Dialecticis*, pro uno & ſingulari, quod in ſpecies dividi non poteſt.

Indiviſus, a, um, non diviſus, Icke ſkild eller kløffuet. *Ungulæ indibi∫æ*: quæ fiſſæ non ſunt.

VIDUA, æ, f. pr. pr. corr. mulier viro orbata, à ve intenſiva & Hebræa voce iduo, divido, q. à marito diviſa, Encke/ Efterleſſuerſke. Dicitur & abuſivè vidua, quæ nunquam virum habuit. Ut, *bidua ante thalamos.* Et *biduæ virgines domi te morantur.* Item quæ virum habent, ſed extra uſum conjugii, ſive ex locorum diſtantia, ſive impotentia veneris. Ut, *decem per annos bidua birum non reſpiciam.* Aliter à ve negativa & duo q. non duo.

Viduus,

Viduus, dui, m. ſ. maritus uxore orbatus, Enckemand. Et adjectivè viduus, a, um, quod viduum refert, Uden Mage/ Encke / Enlig / ſom haffuer miſt ſin Mage. Unde *viduus lectus*, qui altero conjugum caret. Sic *vidua domus, viduæ noctes.* Et translatè *arbor vidua*, quæ viti non eſt maritata. Aliter, à ve, i. e. valde & iduus: & hinc vidua.

Viduitas, atis, f. t. Liv. vita cælebs poſt nuptias, Encke ſæde. Et translatè inopia. Ut, *omnium copiarum atq; opum, auxilii, præſidii viduitas nos tenet.*

Viduertas, atis, f. t. antiquè idem. Item calamitas, dicta quod viduet bonis.

Viduo, as, Virgil. act. pr. orbo & privo, q. viduam facio, Skiller ad / ſkiller ved noget / giør Enlig oc Encke. *Viduat cibibus urbem. foliis viduantur orni.*

Viduatus, a, um, quod viduavimus. Ut, *Leges viduatæ judice. Regna viduata lumine*, i. e. tenebricoſa: pro inferis ſcilicet.

VIDULUS, li, m. ſ. ſive vidulum n. ſ. marſupium è corio, in quod peregrinantes res ſuas condebant, ab ὁδὸς via & auxilium viæ: vel ſimpliciter à via, Vandertaſk / Vedſtaſk / Vedſeck. Aliter q. vadulus à βάδω iter.

VIEO, es, evi, etum, act. ſ. pen. indiff. in orbem ſeu obliqvum flecto, ut cum virgæ extrema colligantur, à vi, quâ flectitur res & torquetur deductâ voce, Bøjer baand / giør / giorde. Hinc translatè apud Plaut. *Vides tu illi oculos vieri, ut, viridis exoritur color*, i. e. in obliqvum flecti. Quanquam aliter legitur, virere; cum *virent oculi*, qui per iram & furorem flagrare & ſcintillare videntur.

Vietor, oris, m. t. qui vaſa vimine ligat, Bodicker. Exponitur & lictor.

Vietus, a, um, pen. indiff. quod vievimus. Inde amiſſo tempore, idem quod flexibilis. Item translatè imbecillus, languidus, viribusq; naturalibus orbatus, q. d. Seigviſen. Hinc *homo vietus*, Den mand kand bøje offuer en finger / haffuer ingen krafft i ſig. Sic *cor bobis exile & vietum. fructus vieti & caduci. vietæ cicatrices* dicuntur, quæ quidem veteres ſunt, ſed putres ac malè curatæ.

Vimen, inis, n. t. pr. prod. omne virgultum molle & ad viendum & ligandum aptum, qualia ſunt virgæ ex populo, corylo, vitice, betula, ſalice, &c. q. viemen, Vaand at binde med Vidie/ Baand. Aliter à vincio q. vincimen, ut ſerimen ſemen.

Viminalis, le, om. t. quod pertinet ad vimina. Ut, *viminalis collis*, Romæ ſic dictus, quod viminum ſylva fuit. Et *viminalis porta*, quæ ducit ad viminalem collem. Unde abſolutè *cultura viminalium.*

Vimineus, a, um quod ex vimine eſt, Giort aff vaand/ vænder/ vidier. *Vaſa viminea.*

VIGEO, es, gui, n. ſ. pr. corr. vim ſeu vires habeo integras, à vi & ago: non tamen in agendis hoſtilibus rebus, verum his, quæ celerrimo concitatoq; animo ad bonam intendunt frugem, inquit Feſtus, Er ſtyrckelig/ ſterck/ rørig / er ved macht/ ved lige/ haffuer min krafft. Stirpes arte naturæ vigent, Haffuer deris krafft. *Viget animus in ſomnis. viget & ſentit animus poſt mortem. Nomen & memoria eorum apud*

poſteros viget, Er ved macht. *Nos animo duntaxat vigemus*, Vi ſtaa ved macht vdi vor ſind. Sic *vigemus memoriâ. Tui libri omnibus vigent. vigent in ore*, Er i roes/ tale/ i verd oc act. *Vigent ſtudia rei militaris. viget auditor. viget magiſter*, Er paa ſpillet / er høyt paa ſpiller. *Viget Ariſtoteles inter Philoſophos*, Er klaffnkundig eller merckelig.

Vigor, oris, m. t. vigentis rei affectus. Ut, *vigor morbi*, eſt extrema morbi vehementia, cùm ſæviſſima accidentia vis morbi adducit, & eſt tertium morbi tempus, Naar ſiugdom er paa det høyeſte. *Vigor mentis animi*, Sindz mact oc krafft.

Vigil, lis, m. t. qui ſenſibus viget, Vact/ Aarvaagen. Et peculiariter cuſtos nocturnus, q. qui videndi ſenſu viget, Vecter.

Vigilia, æ, f. pr. vigilum & cuſtodum cura, Vact. *Populum Romanum vacuum noſtra vigilia reddidit. In vigilia urbis ſtabam, tertia exacta vigilia in eos fit impetus.* Et pluraliter vigiliæ, excubiæ nocturnæ, Natvect. Item pro ipſis vigilibus, ſeu manu vigilum, Vact. *Vigiliæ contra Milonem armatæ.* Erant autem Romanis diſtributæ in quaternas partes, ita ut *prima* eſſet à ſexta in nonam: *ſecunda* à nona in duodecimam: *Tertia* à duodecima in tertiam: *quarta* à tertia in ſextam. ſingulis tres continentibus horas. Item vigiliæ lucubratio & abſtinentia à ſomno. Ut *Vigiliæ Demoſthenis*, Natte ſtudering/ Natte ſæde.

Vigilo, as, n. pr. vigil & inſomnis ſum, Vaager. *Vigilat ad multam noctem, vigilat de nocte*, Om Natten. Item ſollicitus ſum & curam ago, Haffuer omſorg for. *Vigilo pro bonis. vigilandum eſt ſemper, multa inſidiæ ſunt bonis.*

Vigilans, tis, om. t. tior, tiſſimus, amiſſo tempore, qui vigilat, Aarvaagen/ flittig. *Vigilans tribunus, Gubernator vigilans pro re alterius. vigilans & acutus. vigilans & induſtrius.*

Vigilanter, adverb. modo vigilanti. Ut, *vigilanter tuetur*, i. e. ſtudiosè. *Vigilantiſſime venatur.*

Vigilantia, æ, f. pr. vigilantis affectus & ratio, ſtudium & cura, Aarvaagenhed. *Meâ vigilantiâ multum proſeci.*

Vigilax, acis, Columel. idem quod vigilans.

Compoſita.

Advigilo, as, diligenter vigilo. Et translatè, rei alicui incumbo, do operam, Legger mig effter / eller ſtaar paa. *Ni advigilaveris, ex unis geminas mihi conficies nuptias.*

Evigilo, as, n. pr. vigil fio, ſeu ſomno vigilo, Opvagner. Unde translatè, *in quo curâ meâ cogitationesq; evigilant*, De vage paa / Arbeide paa med Aarvogenhed. Et indutâ ſignificatione activâ: *Idem ſtudium fratres evigilavit*, Opvacte/ kom til/ Opreiſſe til at giøre.

Evigilatus, a, um, quod evigilavimus, vel vigiliis perfectum eſt. Ut, *opus, conſilium cogitationibus evigilatum*, Opvact/ kommen aff ſted.

Invigilo, as, n. pr. q. vigilando rei alicui operam do, Legger ſtorligen vind paa / tager ſlitteligen vaare paa/ Er Aarvagen paa noget. *Invigilate viri*, tacito nam tempora greſſu diffugiunt. *invigilant apes victui.*

Pervigeo, es, idem quod vigeo.

Pervigil, ilis, om. t. valdè & omninò vigil. Ut, *canis pervigil*, Vacthund. *Cuſtodia pervigil. Ignis pervigil Veſtæ*, qui perpetuus ardet.

Pervigi-

Pervigilo, as, usq; ad finem vigilo, vel totam noctem vigilo, & insomnem duco. Ut, *vigilare leve est, pervigilare grave.*

Pervigilatio, onis, pervigilandi actus, Vagen. *Nocturnæ pervigilationes.*

Pervigilium, n. s. diuturnæ vigiliæ, Lang oc ſtedze vaagende vagen. *Pervigilio vincuntur cibi.* Et specialiter, *pervigilium sacrum, nocturnum,* quo per totam noctem vigilandum est.

Pervigilia, æ, f. pr. Justino, idem. Ut, *maximum pervigilia malum.*

VIGINTI, pr. prod. numerale indeclinabile, significans bis decem, q. viconti ab εἴκοσι, pro εἴκοσι ejusdem significationis, Tiuffue. Aliter Isid. viginti q. biginti, h. e bis geniti decem.

Vicenarius, a, um, quod viginti in se continet. Ut, *Grex vicenarius,* viginti capitum, Tiuffue ſtycker. *Lapis vicenarius,* qui est 20 librarum. *Puella vicenaria,* 20 annorum. *Lex quina vicenaria,* quæ videtur lata, ut si cuipiam crederetur supra 25 minas redhibitio nulla esset: aut quæ vetebat æs credi cuiquam ante 25 ætatis annum. Nam qui dabat repetendi jus nullum habebat. Legitur autem & hac significatione *vicennaria,* q. ab annis, composità voce.

Vicenus, æ, a, proprie numerus distributivus. Inde etiam cardinalis pro viginti. Ut, *vicena amphoræ, viceni cubiti.*

Vicesimus, a, um, unus seu ultimus ex viginti, Den tiuffuetende. *Vicesimo die Lunæ. vicesima ætas. vicesimus annus.* Et absolutè, *vicesima, æ,* f. pr. vectigalis genus, quo in centenas libras quinæ exigebantur, Fem Daler affhundrede.

Vicesimarius, a, um, quod est vicesimarum. Ut, *aurum vicesimarium,* quod ex vicesima colligitur & in sanctiore ærario ad ultimos casus servabatur.

Vicies, viginti vicibus, Tiuffue gang. *Centies vicies prætatus est,* Hundrede oc tiuffue gang.

Vigesimus, a, um, idem quod vicesimus.

Vigesima, æ, f. pr. idem quod vicesima, vectigal.

Vigesimarium aurum. Idem quod vicesimarium.

Triginta, τριάκοντα ter decem, Tredue.

Trigesimus & tricesimus, a, um, unus aut ultimus ex triginta, Den treduende. Hinc *Sabbatha tricesima,* feriæ erant tricesimo quoq; die initiò mensis, Græca voce Neomenia, i. e. nova luna.

Triceni, æ, a, q. trigeni. Ut, *triceni dies. tricenæ amphoræ,* i. e. triginta: numerò distributivo pro cardinali.

Tricies, triginta vicibus, Tredue gang.

Quadraginta, τεσσαράκοντα, quater decem, Fyrre tiuffue.

Quadragenarius, a, um, quod in se continet quadraginta. Ut *homo quadragenarius,* i. e. 40 annorum. *Lapis quadragenarius,* i. e. 40 librarum. *Quadragenariæ cohortes,* i.e. 40 viros continentes.

Quadrageni, æ, a, numerus distributivus in quadraginta, sed qui pro cardinali sumitur.

Quadragesimus, a, um, unus vel ultimus ex quadraginta. Et absolutè *quadragesima,* f. genere pro parte quadragesima. Ut, *summa quadragesima.*

Quadragies, quater decies, Fyrretiuffue gang.

Quinquaginta, πεντήκοντα, quinquies decem, Halff tredieſindztiuffue.

Quinquagenarius, a, um, quinquaginta in se continens. Ut, *Grex quinquagenarius.*

Quinquagesimus, a, um, unus vel ultimus ex quinquaginta.

Sexaginta, ἑξήκοντα, septies decem, Treſindztiuffue.

Sexageni, æ, a, numerus distributivus, sed qui & pro cardinali aliquando accipitur. Ut, *sexageni milites, sexagena millia modiorum.*

Sexagenarius, a, um, in se continens sexaginta.

Sexagies, sexdecies. Ut, *sestertium sexagies petiit.*

Septuaginta, ἑπτδομήκοντα, septies decem, Halff fierdeſindztiuffue.

Septuagenus, a, um. Ut, *septuageno coitu durare libidinem,* i. e. septuaginta.

Octoginta, ὀγδοήκοντα, octies decem, Fireſindztiuffue.

Octogeni, æ, a. Ut, *octogeni fœtus,* i. e. octoginta.

Octogesimus, a, um, unus aut ultimus ex octoginta.

Octogies, octoginta vicibus, Fyrreſindztiuffue gang.

Nonaginta, ἐννενήκοντα, novies decem, Halfffemtes ſindztiuffue.

Nonageni, æ, a, numerus distributivus & pro cardinali usurpatus.

Nonagies, novem decies.

Composita.

Undeviginti, uno dempto de viginti, Nitten.

Undetrigesimus, qui est ultimus ex undetriginta.

Undetriginta, uno dempto de triginta, Nij oc tiuffue.

Undeoctoginta, i. e. dempto uno de octoginta, 79.

VILIS, le, om. t. lior, lissimus, pr. prod. quod parum valet, à villa, unâ extritâ lineâ, quia in villa omnia viliora pretii, quam in urbe, ubi solent esse cariora: aut à villus, Ringe/ ſaa ſom det der er vel fall. *Frumentum vile. res viles. ex vilissimis non percipitur voluptas. vilis honor. vilis servus. vilis oratio,* quæ inelaborata est. *Vilia rerum,* i. e. res viles. Sic *vilissima rerum.*

Vileo, es, n. s. vilis sum.

Vilesco, is, n. t. vilis fio.

Vilitas, atis, f. t. vilis rei ratio, Ringhed. *Vilitas annonæ,* God tid paa Jordens grøde.

Vilito, as, antiquè, vile facio. Ut, *te vilitant vitia.*

Composita.

Evilesco, is, lui, n. t. idem quod vilesco, vel multum vilesco, Vorder til ſlet inter / meget forringis. *Evaluit Cæsar.*

Pervilis, le, om. t. admodum vile. Ut, *annona pervilis.*

Titivilitium, n. s. fila putrida, quæ de telis cadunt, Vœffuefald. Unde, *non ego istud verbum empsitem titivilitio,* i. e. re admodum vili. Aliter legitur *textivilitium,* q. textivilitas.

VILLA, læ, f. pr. & antiquè vella, domus extra urbem rurivè ædificata, à via, vel q. vela, seu vehilla à veho, quod eò veherentur fructus, Affiisgaard/ Ladegaard. *Domus mihi in palatio. villa in Tusculano.* Item pagus pluribus villis constans, Landzby. *Hominem infirmum in villam apertam inhitare nolui.* Erant a. villæ tres partes, urbana, rustica, fructuaria.

Villula, læ, f. pr. parva villa.

Villa-

Villanus, a, m. f. idem quod rusticus seu villicus colonus. ἄδηλον.

Villaris, re, om. t. idem quod villaticus. Ut, *villares gallinæ.*

Villaticus, a, um, quod ad villam pertinet. Ut, *canis villaticus*, Bondehund/ Gaardhund. *Villatica pastio*, quâ ruri nutriuntur animalia, Foring eller Græs-gang oc Aalden.

Vellatura, ræ, f. pr. antiquè exercitium ducendi plaustrum, vel quæstus ex vectura, à vella, antiquè pro villa. Aliter legitur vehitura, sive vehiatura.

Villico, onis, m. t. Apul. Idem quod villicus, vel præfectus villicationis.

Villicor, aris, dep. pr. villam animi causa secedo, atq; insideo, Holder nogen stund til paa Landzby. Item villæ præsum.

Villicatio, onis, villicandi actus; & ipsa rustica negotiatio, vel villæ dispensatio, Bonde haandel oc haand-tæring.

Villicus, m. s. qui præest villæ aut pago, totiusq; curæ rusticæ, Ladefogit/Bondefogit. Ponitur & pro colono seu rustico, Bonde.

Villica, cæ, f. pr. uxor villici, Mejerske eller Bonde Kone.

VINCIO, is, nxi, nctum, act. q. proprie hominem ligo seu ligamentis alligo & constringo à vi q. vim injicio vel à vinco, ut à condo condio, q. victum, vel vincendo constringo, Binder/Bastbinder. *Facinus est vincire civem Romanum. pedes vinciuntur fasciis.* Inde translatè, *vincire sententias*, i. e. connectere, Sammensætte. Item *loca occupare & vincere præsidiis*, i. e. munire. Item *vincire mentem vino*, i. e. obruere.

Vinciendus, a, um, qui vinciri debet. Ut, *quæ delapsa jam fluxerunt, severis legibus vincienda sunt. membra orationis sunt numeris vincienda.*

Vincea potione onerabo gulam, Plaut. i. e. laqueo, quo induitur collum, ut potione gula.

Vinctus, us, m. q. vinciendi actus, vel vincti conditio, Baand. *Palmam funiculo vel vinctu perdidit.*

Vinctus, a, um, quod vinximus, Bunden/Bast bunden. *Equites vincti Apionio traditi sunt.* Item junctus connexus. Ut, *orbes vincti inter se, & nodis cœlestibus apti.* Item vinctum pro dubio. Ut, *aliquid vinctum dissolvere.* Item pro servo & compedito. Ut, *unus è vinctis Cæsaris libertate donatus est.*

Vinca, vel vinca pervinca, cæ, f. pr. Plin. nomen herbæ perpetuò virentis, & obvia quæq; vincientis: unde & nomen habet.

Vinculum, n. s. quo aliquid vincitur, Bast oc Baand. *Vinculis astrictus. vincula carceris.* Item ipsum carcer. Et translatè *vincula amoris, amicitiæ, necessitudinis.* Et *beneficii vinculis obstringitur. vinculum corporis*, i. e. ipsum corpus, quo vincitur & ligatur animus. Unde *è vinculis his evolandum*, i. e. moriendum.

Composita.

Circumvincio, is, Plaut. ex omni parte vincio. Ut, *virgis vos circumvinciam, ut myrteta juncis.*

Devincio, is, arctè vincio, Binder fast. *Devincire aliquem catenis.* Et translatè, *animus mala cupiditate devinxit*, Hasfuer tilbunden / slaget sig fast til. Sic *summa observantia & officio in perpetuum devincis*, Bebinder. Item *devincire se scelere, fœdere.* Et *devincire locum aliquem religione*, i. e. dedicare.

Devinctus, a, um, quod devinximus, Bunden/ tilbunden. *Devinctus catenis. devinctus necessitate, officiis, beneficiis.* Et amisso tempore, *illis nemo me devinctior*, Er mere tilbunden oc tilnejet.

Evincio, is, idem quod circum vincio, Ombinder. *Tyridatem insigni regio evinxit.*

Evinctus, a, um, quod evinximus, Ombunden. *Tempora sertis evincta. caput foliis evinctum.*

prævincio, is, Gell. priore tempore aut loco vincio. Ut, *prævincire aliquem laqueo.*

Prævinctus, a, um, quod prævinximus. Ut, *laqueo prævinctus effertur.*

Revincio, is, retrò vincio, Bagbinder. *Manus post terga revinxit.* Item arctè ligo, Binder hart til. *Latus ense revinxit.*

Revinctus, a, um, quod revinximus. Ut *anchoræ ferreis catenis revinctæ* pro futibus.

VINCO, is, vici, victum, act. t. vi dejicio & opprimo à vi, q. vico, vinco, interposito n, ut alias sæpe, Vinder. *Vincere armis, judicio, inventione, moderatione, sponsione, crudelitate.* Sic *vincere orationem, causam, sponsionem. uno te vicimus.* Et pass. *vincitur à voluptate; animus sapientis nunquam vincitur.* Item supero, Offuergaar. *Stellarum globi terræ magnitudinem facilè vincebant. vicit ingenuitate servos, temeritate fugitivos, scelere barbaros, crudelitate hostes.* Aliter à βιάω, vim affero, urgeo, opprimo.

Victima, æ, f. pr. bos erat pro victoria, sive adepta, sive adipiscenda immolatus, Sejervindings Offer. Et translatè *victima libidinum*, pro homine libidinibus mancipato.

Victimarius, rii, m. s. qui victimas ligabat, & cultrum, aquam, & molam parabat & reliqua quæ sacris erant necessaria.

Victor, oris, m. t. qui vincit & in contentione palmam fert, Sejervinderc.

Victrix, icis, idem in sexu fœmineo. Ut, *victrix Respubl. literæ victrices*, i. e. victoriam nunciantes.

Victoria, æ, f. pr. victoris gloria & res benè gesta, Sejervinding/ Sejer.

Victoriola, æ, f. pr. parva aut vilis victoria.

Victoriatus, ti, m. s. genus nummi victoriâ signatum: valebatq; semi drachmam, Fire skillings stycke.

Victus, a, um, quem vicimus, Offuervunden. *Victus populus. victa Græcia.*

Vincibilis, le, om. t. Colum. quod vinci potest. Ut, *terra gravis, vix ullâ culturâ vincibilis.* Item activè, *vincibilis causa*, quæ facile vincit.

Composita.

Convinco, is, idem quod vinco. Ut, *convincere adversarium. conscientiâ convictus.*

Devincio, is, idem quod vinco, vel omnino vinco. Ut, *Pœnos primus classe devicit.*

Devictus, a, um, quod devicimus, Slet offuervunden. *Capua devicta.* Et translatè, *animus misericordiâ devictus.*

Evinco, is, idem quod vinco, vel omninò & totum vinco, Slet Vinder/eller offuervinder/faar offuer haand offuer. *Morbi pestiferi evincendi. conjurati evincunt instando, ut literæ darentur ad Tarquinios*, Faar bøn/ med bøn kommer affsted.

Evictus,

Evictus, a, um, quod evicimus, Offuervunden. *Evictus lachrymis, evictus teſtibus.*

Invictus, a, um, non victus, quiq; vinci non poteſt, Woffuervindelig. *Armis invictus Hannibal. Invictus à labore.*

Pervinco, cis, omnino vinco, Faar offuerhaand/ offuervinder. *Reſtitit & pervicit Cato.*

Pervicax, cis, om. t. qui nulli vult credere, ſed ſemper in re quacunq; vincere, Stiffnacket/ ſom altid vil haffue vunden. *Homo pervicax. homo pervicaciſſimus.*

Pervicaciter, adverb. modo pervicaci. *Pervicaciter reſiſtit,* Haardnackeligen.

Pervicacia, æ, f. pr. pervicacis ratio & affectus, Stiffhed.

Pervicus, a, um, antiquis idem quod pervicax.

Provincia, æ, f. pr. Regio erat quæcunq; extra Italiam bello devicta atq; ſubacta, quæq; aut erat conſularis, ad quam gubernandam proconſul mittebatur: aut Prætoria ad quam Prætor: quod cum fiebat in provinciæ formam redigi dicebatur, Indtagen Land oc vnder-lagt Kronen eller Riget. Inde translatè, munus, officium, negotium, Beſtilling/ Kald. *Hanc provinciam & negotium tibi dabo.*

Provinciatim, Sveton. per ſingulas provincias. Ut, *auxilia provinciatim diſtribuit.*

Provincialis, le, om. t. quod ad provinciam pertinet. Ut, *ſcientia provincialis*, quæ eſt de provinciarum adminiſtratione. Sic *negotia provincialia. viri provinciales, hoſpitia provincialia.* Item *provinciales* dicebantur, qui erant ex provinciis, aut in provinciis domicilia habebant; aut omnes Romano populo ſubditi præter Italos.

Revinco, is, q. vincendo retrorſum ago, convinco & confuto, Vinder offuer. *Hic rebincitur ſuo & aliorum judicio. In culpa & maleficio rebicti ad fati neceſſitatem perfugiunt.*

Semivictus, a, um, non integrè, ſed q. dimidia tantum ſui parte victus. Ut, *ovæ ſemivictæ*, i. e. molles & flaccidæ.

VINUM, ni, n. ſ. pr. prod. liquor vitis fructu ſuo potionum humanarum princeps, ab οἶνος vel ab Æolico ϙοῖνος ejusdem ſignificationis, Vin. *Vinum Creticum & monembaſites,* Allefant oc Malvaſie. Aliter Varroni à vi, vel quod vim menti inferat; vel vi ſua venas oppleat. Item q. vitinum à vitis.

Villum, n. ſ. vile vinum, q. vinulum, Tynd oc ringe Vin.

Vinaceus, a, um, quod vini eſt. Ut, *acinus vinaceus. gminum vinaceum,* Vinbær. Et abſolutè, *vinaceus*, idem: item granum acini, Vinbærſteen. Item *vinacea*, æ, f. pr. idem.

Vinago, inis, f. t. Columbæ ſpecies: ſic dicta ab uſu labruſcæ & agreſtis vitis, quâ veſcitur: vel à vindemiæ tempore, quo potiſſimum & conſpicitur & capitur.

Vinalia, orum, n. plur. feriæ deguſtandis vinis dicatæ. Et quibus novum vinum Jovi libabant: quarum aliæ erant nono vel decimo Calend. Maji: aliæ menſe Septembri.

Vinarius, a, um, quod ad vinum pertinet. *Taberna vinaria,* Vinboe/ Vinkroe. *Cella vinaria,* Vinkælder. *Vas vinarium,* Vinfad. *Saccus vinarius*, quo vinum è fæcibus excolatur, in metæ formam deſinens, Vinſie/ Vinſæck eller Poſe. *Labrum vinarium*, in quod vinum è lacu transfertur. *Angina vinaria* dicitur, cum quis vino ſuffocatur. Et abſolutè *vinarius*, m. ſ. vini venditor, Vintapper.

Vinea, æ, f. pr. hortus ſive locus vitibus conſitus, Vingaard. Item contabulatio oppugnatoria displuviato tecto, vineæq; inſtar contabulata, ſub qua tecti milites adverſus miſſilia oppidanorum muros invadebant & ſubmoliebantur. Unde *ſub vinea jacere* dicuntur milites, qui ſub militari machina, quam vineam vocant, latitantes in propugnatores haſtas, piláve ejaculabuntur.

Vinealis, le, om. t. quod eſt aptum ad vineam, Stormstag/ Skermtag.

Vinearius, a, um, quod eſt vineæ, vel ad vineam pertinet. ἀδηλον.

Vineaticus, a, um, Varr. quod ad vineam pertinet. Ut, *falces vineaticæ.*

Vinetum, ti, n. ſ. locus vitibus conſitus, Vingaard/ Vinhaffue.

Vinitor, oris, m. t. vinearum cultor, Vingaardsmand.

Vinolentus, a, um, vino ſe ingurgitans, Druckenbolt.

Vinolentia, æ, f. pr. vinolenti vitium.

Vinoſus, a, um, vini cupidus, ad vinum à natura propenſus, Vinfiær. Item vino abundans. Ut *poma vinoſa,* Muſtfuld.

Vinulus, a, um, Plaut. pro illecebroſo q. quod ad ſenſus permanat, ut vinum in venas. Ut, *oratio vinula.* Iſidoro autem vinnolata vox, eſt levis & mollis atq; flexibilis, ſic dicta à vinno, h. e. cincinno, molliter flexo.

Vitis, is, f. t. arbor vinifera q. vimtis, vitis, à vinum, Vintræ/ Vinſtock. *Sub vitem præliari* dicuntur milites, cum ſub vinea militari pugnant. Erat vitis, geſtamen centurionis non carnificis aut lictoris. Aliter Iſid. vitis à vincio, i. e. ligo & obvincio, quia prælongis palmitibus illigat ſe aliis arboribus: vel q. vitta innectat cæteras vicinas arbores.

Viticula, æ, parva vitis.

Vitricella, inquit Iſid. herba à Latinis appellata, quod ſicut vitis quicquid proximum habuerit, apprehendat corymbis, quos annulos appellamus.

Vitiarium, n. ſ. vitium ſeminarium.

Viticionia, Iſid. vitis magnas uvas ferens magis quam multas.

Viticulus, m. ſeu viticulum, n. ſ. capreolus vitis, flagellum & claviculus, ut ſunt flagella etiam cucurbitarum piſorum & ſimilium, Locke.

Vitigineus, a, um, quod ex vite fit. Ut, *vitigineum ſimulacrum.*

VIOLA, æ, f. pr. nomen herbæ plurium ſpecierum: Sic dicta per deminutionem à Græco ἴον ejusdem ſignificationis, Viole. Inde *viola calathiana,* Ackeleje. Alii ab Iſid. à vi odoris.

Violaceus, a, um, quod eſt violæ purpureæ colore. Ut, *violaceus color,* Violbrun.

Violaris, re, om. t. idem.

Violarius, m. ſ. qui violaceo colore inficit.

Violarium, n. ſ. locus violis conſitus.

VIPERA, æ, f. pr. pr. prod. ſerpentis genus: ſic dicta, quòd vi pariat, catulis, ut inveterata eſt opinio, non exſpectantibus naturæ maturam ſolutionem, ſed corroſis matris lateribus, vi erumpentibus, cum ejusdem interitu, Ogle. Teſtatur tamen experientia catulos edi illæsâ & ſalvâ matre.

Viperinus, a, um, quod eſt viperæ. Ut, *morſus viperinus*, ꝛgle bid. Et abſolutè, *viperina*, f. pr. nomen herbæ, à vi, quâ pollet adverſus virus viperinum, vel quod ſemen ferat viperinis capitibus ſimile, Vild Oxe tunge.

VIPIONES, dicuntur minores & juniores grues, à ſono per onomatopœjam, ficta voce, Vng trane.

VIR, ri, m. ſ. maſculus integra ætate, integrisq; viribus, à viribus ſic dictus, quod viribus præſtet, Mand. Dicitur q; ratione ætatis, ſexus, virium corporis, animi, & uxoris. Item abuſivè de brutis. Ut, *vir gregis ipſe caper*. Ponitur & pro membro genitali. Ut, *membra ſine viro*.

Vira, æ, f. pr. antiquis idem quod fœmina.

Virago, inis, f. t. mulier animi corporisq; viribus virum referens, Mandinde.

Virilis, le, om. t. quod eſt viri, aut vires viri refert, Mandz. *Opus virile*. *Animus virilis*, i. e. fortis, Mandelig oc ſterck. *Fortis & virilis oratio*. *Igniculi viriles*. *Pes virilis* ſexta pars altitudinis corporis hominis. *Pars virilis*, quantum à viro præſtari debet aut poteſt, Mandz effne. *Plus oneris ſuſcepi, quam pars virilis poſtulat*. Et abſolutè *virilia*, n. plur. pro naturâ virili, quâ vir eſt.

Viriliter, i. e. fortiter. Ut, *viriliter ſeſe expedit*. *viriliter ægrotat*, i. e. virili animo.

Viria, & inde viriola, æ, f. pr. armilla, quæ viris dabatur ob virtutem armorum. Item viriolæ, ornamenta muliebria aurea vel gemmea. Aliter vulgò à gemmis viridibus. Item ejusdem originis cum virtute à viribus, q. quæ virtutis erant inſignia.

Viritim per ſingulos viros, in viros ſingulos, Mand fra Mand. *Agros viritim dividebat*. Dicitur & de uno. Ut, *ſi quis viritim dimicare vellet, provocavit*, En for haand.

Viritarius ager, qui viritim populo dividebatur.

Viroſus, a, um, viri appetens. Ut, *viroſa mulier*. Et *viroſi loci*, qui coitum viri affectant.

Virtus, tutis, f. t. propriè vis & robur viri, (unde & nomen habet) Styrcke oc Mandelighed. *Melius eſt virtute jus*, i. e. robore & viribus corporis. Sic *ſæpè virtutem mali nanciſcuntur*. Et *virtute belli*, *virtute armorum hoc conſecuti ſunt*, i. e. fortitudine. *Virtus militis*, i. e. ſtrenuitas. Inde ſignificat meritum & dignitatem. Fortieniſt oc værdighed. *Hoſpes ex virtute tua te accipiam*. *virtute formæ hoc evenit tibi*. *merx pro virtute venit*. *E virtute vobis fortuna obtigit*. Item fortitudo animi, Mandelighed. Item generaliter omnis inclinatio bona & frugi, omnisq; actio honeſta & laude digna, Syd oc fromhed. *Honor eſt præmium virtutis*. Ponitur & pro arte & diſciplina. Ut, *Philoſophia jus civile, eloquentia cæteræq; virtutes*. Item ope & auxilio. Ut, *Deûm virtute hoc conſecutus ſum*. Item virtus, vis naturalis rei cujusq;, qua id eſt, quod eſt, aut agit. Ut, *in ſenſibus eſt ſua cuiq; virtus*, Krafft oc dyd. Aliter immediatè à viribus.

Compoſita.

Centumviri, m. ſ. Magiſtratus olim Romæ centenario numero comprehenſus, & rerum maximè capitalium judex.

Centumviralis, le, om. t. quod ad centumviros pertinet. Ut, *judicium centumvirale*, quod centumviri judicabant. *Centumvirales cauſæ*. *centumviralis haſta*, quæ ponebatur in foro ad deſignanda centumvirorum judicia.

Decemviri, & ſing. Decemvir, m. ſ. viri erant Romæ decem, ſummum magiſtratum gerentes, conſulibus abrogatis.

Decemviralis, le, om. t. quod ad decemviros pertinet & ſpectat. Ut, *collegium decemvirale*. *pecunia decemviralis*. Item *leges decemvirales*, quæ ſunt leges duodecem tabularum, quibus præferendis decemviri conſulari poteſtate creati ſunt.

Decemviratus, us, m. q. dignitas & officium decemvirorum.

Duumviri, cujus ſingulare duumvir, viri duo erant ſumma in urbe poteſtate, Tu Regerendis Herrer. Et *navales duumviri*, qui præerant claſſi ordinandæ reficiendæq;.

Duumviralis, le, om. t. quod eſt duumvirorum. Ut, *duumviralis dignitas*. *judicium duumvirale*. Item *duumviralis*, qui aliquando duumvir fuit.

Duumviratus, us, m. q. Duumvirorum dignitas.

Eviro, as, veterib. act. pr. pro caſtro, Vdſkærer / ſkær vd. *Pueros eviravit*. Et translatè, mollem & effœminatum reddo & facio, Tager Mandz moed fra en.

Eviratio, onis, evirandi actus, ſeu evirati ratio & animus, Vdſkærelſe / Quindactighed. Et *eviratio pilorum*, quâ corpus depile redditur, glabrum ſcilicet & molle more fœminarum.

Eviratus, a, um, quod eviravimus, Vdſkaaret. Et translatè amiſſo tempore, Quindactig / Quindvorn / Blødhiertit. *Spadone es eviratior*.

Levir, ri, m. ſ. mariti frater, q. levus vir, Mandzbroder.

Quartumviri, ſive quatuorviri, Magiſtratus erant municipiorum, quibus deducendarum coloniarum, aut ſi quid novum nunciatum foret, ut curarent, ne damno Reſpublica afficeretur: obq; varia negotia munus mandatum erat. Erant etiam curatores viarum publicarum.

Quatuorviratus, us, m. q. Quatuorvirorum munus.

Quindecimviri, Magiſtratus Romæ, quindecim conſtans viris.

Quindecimviratus, us, m. q. munus & dignitas quindecimvirorum.

Quinqueviri, Magiſtratus conſtans quinq; viris, qui agris dividendis, muris, turribusq; reficiendis, æriq; alieno de publico ſolvendo præfuerunt.

Quinqueviratus, us, m. q. munus quinq; virorum.

Semivir, m. ſ. Eunuchus eſt q. non integrè vir, ſed tantum dimidia ſui parte. Item mollis & effœminatus. Eſt etiam Centaurorum epitheton, quos poëtæ fabulantur anteriore ſui parte homines, cætera equos fuiſſe.

Septemvir, m, ſ. Magiſtratus nomen apud Romanos, ſeptem quodam pro tempore conſtans viris.

Septemviralis, le, om. t. ad ſeptemviros pertinens. Ut, *judicium ſeptemvirale*.

Septemviratus, us, m. q. ſeptemvirorum dignitas.

Tresviri, orum, Plaut. idem quod Triumviri.

Trium-

Triumviri, orum, cujus singul. Triumvir, m. s. tres erant viri causis capitalibus præfecti & carceris custodiam habentes: unde & dicti sunt *capitales triumviri*. Item alii tres qui numulariis & monetæ omnis generis & formæ cusoribus præerant: unde & dicti *mensarii triumviri*. Item alii tres, qui incendia urbis curabant, dicti *nocturni Triumviri*. Triumvirorum nomen etiam sibi sumpserunt Octavius, Antonius & Lepidus, qui oppressa jam Republica, ut, Tyrannidem honesto aliquo velarent nomine, Triumviros Reipubl. constituendæ causa, se dici voluerunt. Et inde Triumviri, qui summam Reipublicæ in afflictis rebus agunt & administrant, Tre Regerende Herrer. Et tales fuere Marius, Sylla & Cinna. Item M. Crassus, Pompejus & Cæsar.

Triumviralis, le, om. t. quod est triumvirorum. Ut, *flagellis triumviralibus cæsus*.

Triumviratus, us, m. q. Triumvirorum dignitas.

Vigintiviri, Magistratus constans viginti viris.

Vigintiviratus, us, m. q. vigintivirorum munus & dignitas.

Univira, æ, Hieron. quæ unum duntaxat virum conjugem habuit.

VIREO, es, n. s. pr. corr. vegeto sum aspectu, à viribus, quorum integritate existit aspectus vigetior. Et propriè de herbis & arboribus dicitur, Er grøn. *Virent arbores & vites. Virent ei oculi*: scilicet ex ira & furore, bile eò confluente.

Viresco, is, n. t. viridis fio, Grønnis. Et translatè, mutatâ prima in longam: *Viruit vulnere virtus*, i. e. majores vires accipit.

Viretum, n. s. locus viriditate plenus, vel ipsæ herbæ virentes, Grøn sted oc pladz. Legitur & *virectum*.

Viridans, tis, om. t. quod viriditatem spirat. Ut, *viridans terra. viridans laurus*.

Viridicatus, a, um, viridibus constitus. Ut, *sylva viridicata*.

Viridis, e, om. t. quod viret, Grønt. *Viridis planta*, quæ nondum aruit. *Color viridis. Cespes viridis*, Grøn torffue. *Rana viridis*, Marck frøe/Grøn frøe.

Viriditas, atis, f. t. viridis rei affectio, Grønhed. Et translatè vis & fortitudo. Ut, *senectus aufert viriditatem*.

Viridarium, n. s. locus in quo sunt herbæ & plantæ virentes, & amœnitate refertus, Lysthaffue.

Viridarius, m. s. Ulp. qui viridaria & hortos curat, Urtegaardzmand.

Viridia, Vitr. idem quod viridaria.

Viror, oris, m. t. idem quod viriditas.

Composita.

Perviridis, e, om. t. valde viridis. Ut, *color perviridis*, Høygrøn/Lusgrøn.

Reviresco, is, n. t. rursus viresco, & ad pristinum virorem venio, Grønnis igien. *Revirescunt herbæ, sylvæ*. Et translatè, vires resumo, Faar til mig igien/ kommer i flor igien. *Is nunquam reviruisset, si acta ejus irrita habuissemus*.

Subviridis, aliquantum viridis. Ut, *folia subviridia*, Grønactige.

VIRGA, æ, f. pr. ramulus arborum novellus tenerior & sequacior, sic dictus à viriditate, Riis/vaand. Inde *virgæ, flagella* seu verbera ex virgis constantia, Riis/Lime. Aliter virga dicitur, quod vim gerat ligando verberandove.

Virgula, læ, f. pr. parva & exilis virga. Et peculiariter linea quæ ad distinctionem alicujus ducitur.

Virgella, læ, f. pr. idem.

Virgator, oris, m. t. qui virgis cædit.

Virgatus, a, um, virgis distinctum. Ut, *vestis virgata*, in qua texebantur virgæ purpureæ.

Virgetum, n. s. locus virgis consitus, ad alligandas vites, qualis est amarina salix.

Virgeus, a, um, quod ex virgis factum est.

Virgultum, n. s. virgæ & aliæ stirpes passim enascentes & pullulantes, Busk oc Riis/som skiude sig op aff Jorden. Isidoro autem propriè, quæ de radice pullulant & ut inutiles ab agricolis amputantur.

Virgulteum sepimentum, Riisgiærde.

VIRGO, inis, f. t. mulier est viridiore ætate, à vireo: Diciturq; de muliere, quæ illibata est à viro, Møe/Jomfrue. Item de muliere, quæ vel peperit semel atq; iterum, Ung quinde. Item de equabus. Item transfertur ad alia. Ut, *virgo puer*, i. e. investis, qui bona sua nemini dum vendidit. *Maritus virgo*, i. e. junior & recentior, Nyss gifft. *Saliva virgo*, quæ nondum cibo potuq; corrupta fuit, Fastend spytt. *Virgines papillæ*, quæ nondum sunt compressæ & maritæ. *Charta virgo*, ex qua nullum transcriptum est exemplar. Aliter Festo virgo, q. virago à viro.

Virguncula, læ, f. pr. parva virgo.

Virginal, ălis, n. t. pars illa corporis in virginibus, quâ fœminæ habentur.

Virginalis, le, om. t. quod est dignum virgine, aut quod ad virginem pertinet. Ut, *virginalis modestia. virginalis habitus atq; vestitus. Fortuna virginalis*, pro venere, sub cujus tutela habebantur virgines, cuiq; sacra faciebant & icunculas consecrabant. *Feles virginales*, impudicissimi homines raptantes virgines ad suam explendam libidinem, à rapacitate felium venantium mures, Jomfrue trenckere. Et absolutè, *virginale*, genus Conchæ Apul. à pudendo muliebri propter similitudinem, Et slags Skelfisk.

Virgineus, a, um, quod est aut fuit virginis.

Virginarius, a, um, idem quod virginalis. Ut *feles virginaria*, idem quod feles virginalis. Exponitur & leno.

Compos.

Devirgino, as, Non. act. pr. virginitate spolio. Item devirginari dicuntur pueri, cum ex ephebis excedunt.

VIRUS, pr. prod. n. indeclinabile, & virus, ri, apud antiquos, Isidoro propriè humor fluens à natura viri. Unde & sumpta appellatio. Inde omnis corruptus & putidus humor & q. alterius fæx, Slim. Unde *virus paludis. virus coloris*. Item odor putidus hominis adulti & qualis est à contactu mulieris. Item idem quod viror, seu herbæ virentes. Item virtus rei naturalis. Item venenum. Aliter propriè videtur esse virens & livens quidam humor, è corporibus aut uliginosis locis manans. Et inde odor teter ejusmodi humoris à virore.

Virosa caro, quæ est mali odoris aut saporis.

Virulentus, a, um, plenum veneno. Ut, *serpens virulentus*. Et translatè *homo virulentus* pro malitioso.

VIS, is, & plural. vires, ium, f. t. quâ quid agit aut fit, ab ἰς aut βία ejusdem significationis, Krafft. *Vis omnis in animo & corpore sita est: vis Deorum. vis venenit.*

Vis animi. Vis ingenii, oratoris, orationis, cordis ad vivendum. Item robur. Ut, *vires corporis*, Styrcke. Inde vis illa valida, qua aliud superamus, Vold oc macr. *Vim vi repellere licet.* Item impetus & casus. Ut, *vis belli. Vadunt solida vi.* Item molestia. Ut, *vis frigorum, hyems.* Item moderatio & gubernatio. Ut, *vis cælestis numenq; divinum.* Item pondus & momentum. Ut, *rationes quæ vim afferunt in docendo.* Item copia & ubertas, Mangfoldighed. *Magna vis auri & argenti, eboris, aquæ.* Item numerus & multitudo. Ut, *vis innumerabilis servorum, ranunculorum, vasorum.*

Viriculæ, arum, f. pr. pusillæ vires. Unde *viriculæ patrimonii* pro exiguis facultatibus.

Viriatus, a, um, antiquè & absolutè, quod est magnarum virium.

Violo, as, act. pr. vim infero, Giør vold. Et peculiariter stuprum vi quadam infero, Voldrager / krencker. *Violare virginem.* Et translatè lædo, macula afficio. Ut, *violare existimationem, famam, amicitiam,* Krencker/ offnertræder. *Violare provinciam,* Veldeligen offuerfarer/giør vold. Aliter immediatè à βιάω ejusdem significationis.

Violabilis, le, om. t. quod facile violatur.

Violatus, a, um, quod violavimus. Ut *sacra violata & polluta. violatiludi & polluti: violatum manu corpus mortui.*

Violens, tis, om. t. idem quod violentus.

Violenter, modo violenti, ægrè & invitè. Ut, *violenter tolerat. Manus violenter inferre alicui,* i. e. injuriosè & per vim.

Violentia, æ, f. pr. violentis vis & impetus, Vold.

Violentus, a, um, qui vim facit, Voldsmand / vældig.

Composita.

Inviolabilis, le, om. t. Sil. quod violari non potest, Wkrenckelig. *Caput telis inviolabile.*

Inviolatus, a, um, non violatus, Wkrencket / wskad/ heel oc holden. *Corpus inviolatum. homo inviolatus.*

Inviolatè, modo inviolato, Wkrenckeligen. *Memoriam hujus inviolatè servabis.*

VISCUM, n. s. fructus quidam in quibusdam arboribus, ex ipsarum arborum partibus enatus, utpote in pyro, malo, sorbo, pruno, cerro, quercu, terebintho, abiete, pinu, ilice & aliis: & glutinationi idoneus ab ἰξὸς ejusdem significationis, Mistel som voxer paa træ/ oc er grøn Vinter oc Sommer. Inde glutinis genus etiam ex alia materia, quo captantur aves, Fuglelim. Item translatè rete, quo feræ capiuntur, ut aves glutino. Inveterata autem opinio est, viscum generari ex turdorum potissimum excrementis super arborum ramis delapsis, & à sole cum humiditate quadam excoctis: idq; virere per totam hyemem; unde & à virore deducitur.

Viscarago, inis, Isid. nomen herbæ. Sic dicta quòd viscum gignat: Alias Chamæleon.

Viscus, m. s. Plaut. idem quod viscum. Ut, *viscus meus vestra est blanditia.*

Viscatus, a, um, visco oblitus. Unde *viscatæ munera*, quibus majora attrahuntur, quam quæ dantur. Sic *viscatæ manus.*

Viscidus, a, um, quod viscum habet aut refert, Klægt oc smadervon.

Viscosus, a, um, quod tenacitate sua viscum refert.

Compositum.

Inviscо, as, act. pr. visco inficio, seu visco involvo & capio.

VISCUS, eris, n. t. quicquid sub corio est. Isidoro à visco, quod est inter cutem & carnem. Inde viscera dicta sunt intimæ nobiliores partes corporis, Indvold/hiertе/ lesfuer/ lunge. Et translatè intimæ cujusq; rei partes. Ut, *viscera ærarii, Reipubl. Hoc mihi hæret in visceribus.* Aliter à vivo seu βιόω βιώσκω q. vitæ instrumenta, quomodo & vitalia dicuntur.

Visceratio, onis, f. t. crudæ carnis distributio, quæ solenni ritu fiebat, aut in publico sacrificio, aut in funere primariæ personæ.

Visceratus, a, um, pro laceratus, dilaniatus.

Visceratim, per viscera. Ut, *membra visceratim dissipat.*

Compositа.

Eviscero, as, act. pr. visceribus spolio, Tager indvold aff / riffuer oc slider saa indvoldene staar om ornene. *Gallinam uncis eviscerat accipiter.*

Evisceratus, a, um, quod evisceravimus, Slidt oc reffuen. *Eviscerati latere,* Huor indvold gaar vd aff siden.

VITEX, cis, f. t. pr. prod. genus salicis amarinæ: sic dicta à vite aut à vincio. Est n. odore præstans, & ex quo vasa viminea fiunt; Ejusq; semen sapore, odore & vi, vini naturam refert.

Vitilis, le, om. t. quod ex viticibus contextum est. Ut, *vitiles sportellæ.* Item absolutè *vitilia*, lenta vimina, quibus vites vinciuntur.

VITIUM, n. s. pr. prod. malus affectus & inclinatio actioq; virtuti contraria: sic dictum à vito, quod vitandum sit, Last. *Vitiis proposita sunt supplicia.* Inde tropicè mendum & error. Ut, *liber vitiis plenus,* Vildelser. Item depravatio. Ut, *vitium naturæ, vitium corporis,* Vanskelse. Item culpa. Ut, *vitio valetudinis fuit. Concipere vitium. Meum erit vitium id concedere. honorem vitio civitatis fortunæ conseqvatus est.* Item dedecus. Ut, *summam laudem alicui vitio & culpæ dare. in magno est vitio.* Item impedimentum. Ut, *vitium comitiorum.* Item malum, damnum, ærumna. Ut, *evenit vitium quod prædixisti.* Item cujuscunq; rei malus habitus & affectus, corporis scilicet & animi, Lyde/ Skavanck/ Breck. Sic *vitia domus, ædificii, equi, mercis.* Ponitur & ablativus adverbialiter, pro inauspicatò, Jen ond tid. *Vitio navigabit. vitio creatus consul.* Item compositè *vitio magistratus* qui vitio & per vim creati sunt. *Vitio pater,* i. e. mœchus, *vitio filius,* i. e. spurius. Scribuntur autem & per Hyphen. *Vitio-pater. vitio-filius.* Aliter vitium a vi, quod per vim fiat & agat.

Vitio, as, act. pr. vitium adfero vel infero, Krencker. *Vitiare uxorem alicujus.*

Vitiatio, onis, vitiandi actus, Krenckelse.

Vitiatus, a, um, quod vitiavimus & corrupimus, Krencket/ forfalsket oc forderffuet. *Homo otio vitiatus. Vitiatæ sunt & corruptæ comitiorum & concionum significationes.*

Vitiosus, a, um, vitiis plenus, Lastefigt. *Vita vitiosa & flagitiosa. corpus vitiosum,* Med lyde. *Vitiosus consul,* per vitium creatus, wlovlig. *Sanguis vitiosus,* i. e. depravatus. *Vitiosæ res. vitiosa argumenta,* Lydt / som duer intet. *Vitiosissimus orator,* Med mange lyder. *Uno vitio minus vitiosus.*

Vitiosè,

Vitiosè, adverb. *lex vitiosè lata*, Icke ræt / wlouligen. *Vitiosè concludit, loquitur.*

Vitiositas, atis, f. t. vitiosi affectus, qui virtuti contrarius est, Last / Lasteligheed.

Vitiligo, inis, f. t. macula alba in corpore humano, à vitio sic dicta, etiamsi non lædat: sive à vitulo propter ejus membranæ candorem, qua nascitur involutis, Guld Spætte. Inde translatè, *vitiligo linguæ*, i. e. vitium. Aliter vitiligo nomen herbæ maculis albis serpentibus. Unde vitiligo in corpore humano.

Compos.

Prævitio, as, Ovid. ante vel prius vitio vel corrumpo. Ut *hunc prævitiat Circe veneficæ.*

VITO, as, n. pr. pr. prod. propriè, corpore declino & effugio noxia, ut solent gladiatores declinatione corporis adversariorum petitiones exire & declinare, à vi, vel q. vi ito, à via ito, Tager vare oc viger for det onde / viger fra / gaar til side / aff vejen / skyer oc flyer for. *Mortem, periculum vitabit. Vitare vituperationem. fugere, vitare, declinare aliquid. Seipsum vitare*, est non sibi constare, vel sibi displicere propter scelerum conscientiam, Er ilde tilfreds med sig sielff / affvender ved sig sielff.

Composita.

Devito, as, idem quod vito. Ut, *malum devitat. procellam temporis devitat*, Gaar forbj.

Devitatio, onis, actus quo aliquid devitatur, Undflyelse. *Devitatio latronum, piratarum*, qua devitamus eos.

Evito, as, idem quod vito vel vitando evado, Undflyer / undgaar. *Multa evitat incommoda, tempestates.*

Evitabilis, le, om. t. quod evitari potest, Undflyelig. *Telum illud non est evitabile.*

Evitatio, onis, actus, quo aliquid evitatur, Undflyelse. *Evitatio malorum & incommodorum.*

Inevitabilis, le, om. t. non evitabile, quodq; evitari non potest, wondflyelig. *Inevitabile fatum. inevitabile malum.*

Invito, as, act. pr. benevolè & amicè voco & excipio, q. minimè vito, Indbeder / Indbinder / venligen beder til mig. *Invitat ad cœnam. invitat in hospitium. invitat hospitio, domo, tecto.* Et *invitare aliquem poculis majoribus*, Bede en til at dricke stort / heelt oc halfft. Et *invitare se*, est seipsum ingurgitare nullo urgente, Dricke sig selff til / giøre sig selff lystig. Item invito, translatè, pro allicio & incito, Tillocker / eller tilskynder. *Ad agrum fruendum invitat & illecebræ senectus. invitabat ipsum præmiis ad agendum. Id quidem in studia invitabat ipsum.*

Invitabilis, le, om. t. Gell. quod invitat, blandum & pellex, Venlig / lockesom. *Sermo jucundus, invitabilis & cum quadam illecebra & voluptate utilis*, Sød oc venlig.

Invitamentum, n. s. quo invitamur, Tilbud / tillockelse. *Invitamenta urbis, fori, naturæ*: quibus nos ad aliquid invitant.

Invitatio, onis, invitandi actus, Indbindelse. *Hospitum invitatio. Invitatio ad dolendum*, Tilskyndelse.

Invitatus, us, m. q. idem. Ut, *invitatu tuo hoc mittendum duximus.*

Invitatus, a, um, quem invitavimus, Indbuden *Hospites invitati.*

Subinvito, as, aliquantulum invito. Ut, *epistola me subinvitavit ad scribendum*, Egget eller bød mig lidet til.

Invitus, a, um, tissimus, q. qui admodum vitat aliquid & coactus facit, Fortrøden / nødig / som nødigen vil giøre noget / som skyer for at giøre en ting. *Invitus fecit. Hæc omnia me invito fecit*, Mod min villie / mig imod. Aliter hoc immediate à vi.

Invitè, & invitò, tius, tissimè, modo invito, Nødigen. *Invite omnia facit.*

VITRICUS, ci, m. s. pr. prod. Maritus matris meæ, qui me non genuit: sic dictus à vi tetrica, propter novum ac insolens in familia imperium, Stifffader. Aliter vitricus q. vatricus à pater patricus, quod non sit pater; sed patris tantum vicem gerens. Item vitricus q. votricus ab ὀτρύνω, urgeo. Ut, *opponatur indulgentiæ paternæ.*

VITRUM, tri, n. s. pr. comm. materia translucida, ex arena & cinere, mistione nitri, aliisvé misturis percocta: sic dictum à video q. vidrum, quòd visui translucat, Glaß / Glar. Item nomen herbæ infectionibus accommodæ, quæ aliàs Isatis & glastus. Aliter à φάω luceo q. phatrum.

Vitriolum, n. s. parvum vitrum. Vulgò etiam sic vocatur à perspicuitate vitrea atramentum quoddam sutorium veteribus in usu, quod Græca & recepta voce Chalcanthum dicitur, Vistrill.

Vitreolum, n. s. herba muralis, quæ mirum in modum vasa confricata purificat.

Vitreus, a, um, quod ex vitro est. Ut, *vitreæ ampullæ*, Glar flaske. *Calix vitreus*, Drickeglaß. Item quod vitri colorem refert. Ut, *fons vitreus. color vitreus*, Glaßfarve / Glaßgrøn. Item pertenue, & in modum vitri pellucens. Sic *vitrea toga, vitrea vestis*, i. e. tenuissima & translucens. aut quæ est colore vitreo. *Vitreæ tibiæ*, i. e. splendida & clara: aut quæ statim evanescit & frangitur, etsi emicat & splendet. *Vitrea Circe*, i. e. aquarum accola, quia vitreus est color aquarum. *Vitreæ factæ*, i. e. nugæ & res nihili, frivolæq;. *Vitrea fortuna*, i. e. fragilis.

Vitrea, orum, n. plur. pro vasis & poculis vitreis, Glaßkar.

Vitreamina, um, n. plur. idem quod vitrea.

Vitrago, inis, f. t. idem quod vitrearia, herba.

Vitrearia, æ, f. pr. idem quod vitrum, herba.

Vitriarius, m. s. vitri vitreorumq; factor, Glaßmager.

Vitrosus, a, um, quod abundat vitris vel vitrum habet. Ut, *vitrosa regio.*

VITTA, æ, f. pr. velum lineum, quo comas astringebant, quoq; infula sacerdotalis stringebatur, à vinciendo dicta, quod vinciat & illiget capillos, Linhat / Korßflæde i Liin. Exponitur & fascia, qua pectus vincitur instar vitis ligantis, Brystdug.

Vittatus, a, um, vitta religatus ornatusvé. Ut, *vittatæ matronæ*, quæ vittis utebantur. *Vittata navis, vittata templa*, quorum postes vittis ex consvetudine quadam, à nupta antequam ingrederetur, erant ornati. Aurivittis, avis est, quæ Græcis dicitur χρυσομίτρης; atq; è genere Acanthidum: vel etiam carduelis aut spinus, Stillidze.

VITULUS, m. ſ. pr. corr. bos novellus, Varr. ab antiqua magnæ Græciæ voce ἴτελὸς, ejusdem ſignificationis, Studkalff / Tiurkalff. Dicitur & de balænis. Ut, *vitulus balenæ*, Hualvnge / Hualffkalff. Item nomen piſcis qui alias phoca dicitur, Sell. Aliter à vitulor deducitur.

Vitellus, m. ſ. Plaut. q. parvus vitulus, Liden Kalff.

Vitula, læ, f. pr. idem in ſexu fœmineo, Quie kalff. Vitula etiam dicebatur Dea hilaritatis.

Vitularia, via, quâ in Fuſidianum proficiſcebatur.

Vitulinus, a, um, quod ex vitulo eſt. Ut, *caro vitulina*, Kalffuekiød.

Vitulor, aris, dep. pr. inſtar vituli lætor & exulto, Springer ſom en Kalff / er kaad. Aliter à vita deducitur, quæ interdum læticiam lubentiamq; ſignat: qua ratione producenda venit prima ſyllaba.

Vitulans, tis, om. t. qui vitulatur & exultat.

Vitulatio, onis, vitulandi actus, Kalffue ſpring / Kalffue dandz / kaadhed oc lyſt / lyſtig ſpring.

VIVERRA, æ, f. pr. pr. prod. muſtelæ genus cuniculorum venationi natum; ſic dicta à vivacitate, quia tanta eſt ferocia, ut ſexcuplo ac decuplo ſe majorem cuniculum ſuperet atq; interficiat, Fritte.

VIVO, is, xi, ctum, n. t. pr. prod. ſum naturalibus facultatibus & motu; vel vi naturali præditus ſum, à βιόω ejusdem ſignificationis, Leffuer. *Ad ſenectutem ſummam vivit.* Sæpiſſimè ponitur pro verſor & conſvetudine utor, Omgaaes. *Cum ipſo conjunctiſſimè vixi.* Et cum caſu: *Vivo felicem vitam. vivo vitam. vive lætam. vivere in diem* dicuntur, qui quotidie nova parant cibaria, non in longum ſibi illis proſpicientes. Item precandi formula: *Benè valete, & vivite.* Item, *ita vivam*, Gid jeg ſaa ſant lide vel. *Ne vivam*, Gid jeg icke lide vel. *Vivite ſylvæ*, i. e. valete, nunquam videndæ: & conſequenter perite. Item *vivunt victores*, i. e. pro victoribus ſe gerunt. *Tepidus vivis*, i. e. es. *Vivit ignis*, Tændild. Et impersonaliter, *vivitur cum perfectis. ſic agitur, ſic vivitur.*

Victo, as, n. pr. idem quod victito, ſed minus uſitatum.

Victito, as, n. pr. vitam ſuſtento. Ut, *de ſuo victitat, non de alieno.*

Victus, us, m. q. omne alimentum, quo vivimus & vitam ſuſtentamus, Føde / Mad oc Dricke.

Vita, æ, f. pr. vivendi actus, tempus & curriculum, à vivo, aut à βίος, ejusdem ſignificationis, Liff oc leffnet. *Vita brevis eſt, curſus gloriæ ſempiternus. ſerpit per omnium vitas amicitia. Mea vita*: vox eſt amatoria & blandientis. *Tribus rebus animantium vita tenetur, cibo, potione, ſpiritu.* Inde ipſe victus & alimentum: ut, *opera ei vita erat.* Item mores vivendi. Ut *inſpicere tanquam in ſpeculum vitam hominum jubeo.*

Vitalis, le, om. t. quod vitam præſtat, ſalutare, Leffuende. *Vis vitalis per omnem mundum pertinens. vitalis calor. vitalis ſpiritus. vitalis ros*, pro lacte, *vitalis vita*, Leffuende liff oc leffnet. Et abſolutè, *vitalia*, vitæ inſtrumenta, cor, pulmo, cerebrum, jecur. *Vitalia capitis* pro cerebro. *Vitalia rerum*, i. e. res vitales.

Vittellus, m. ſ. luteum ovi: ſic dictus à vita, ob vitalem ſpiritum & ex quo vivit pullus, Eggeblumme.

Vivax, acis, cior, ciſſimus, vivendi vi præditum, diu vivens, & quod abſumi non poteſt, Leffuende oc rørig.

Vivacitas, atis, f. t. Rørighed / leffuendehed. *Vivacitas equi*, quâ exultat, Leffnhed.

Viveſco, ſive viviſco, is, n. t. Lucret. vivus fio. Ut, *viveſcunt arbores.*

Vividus, a, um, quod viviſcit. Item quod plenum vigoris eſt.

Vivus, a, um, quod vivit, Leffuende / liffactig. *Vivus combuſtus eſt.* Inde, qua quid natura eſt, non arte. Ut, *viva plantaria.* Sic *vivus lapis*, Whuggen Steen. Sed & *vivus lapis* exponitur lapis igniarius, Fyrſteen. *Viva aqua*, quæ naturalis eſt, & ex eo loco nata, non aliunde deducta, Sielffſpringende Vand. Opponiturq; pluviæ. *Saxum vivum*, pro naturali nec manu aſcito. *Vivum flumen*, eſt aqua ſuperfluens, Evig rindende flod. *Vivæ lucernæ*, Tænd oc brendende lius. *Vivæ ſepes*, quæ natura ſunt, non manufactæ. *Ceſpes vivus*, Grøntørffue. *Argentum vivum*, Quegſølff. Item quod vim aliquam habet. Ut, *ferrum vivum*, quod in magnete extritum, ferrum attrahit, Jern ſtrogen paa Seiglſteen / Seiglſtroggen Jern. Item validum & vehemens. Ut, *vivus amor.* Legitur & ſuperl. viviſſimus, maximè vivens. Et abſolutè, vivum, n. ſ. ſors & pecuniæ caput. Ut, *de lucro dat, nihil detrahit de vivo. de vivo erat aliquid reſecandum*, Hoffuitſummen.

Vivè, modo vivo, Liffactigen. *Vivè ſapis.*

Vivarium, n. ſ. ſeptum intra quod piſces, aut aves, aut cervi aliævé feræ paſcendi gratia continentur: ſic dictum quod vivæ feræ ſerventur advictum quotidianum, Dam / Fiſkeparck / Hyttefad / Hønſehuus / Diurehaffue.

Compoſita.

Convivo, is, n. t. ſimul vivo & conceſſor, Leffuer ſammen oc giør Selſkab / holder laug med æden oc dricken. *Hodie tecum convivam.*

Convictor, oris, m. t. qui convivit cum alio, ejusq; conſvetudine quotidiana familiariter utitur, Diſkgeſell / Kiſtebroder / Madſkabsbroder.

Convictus, us, m. q. convictio inter conviventes, Madſkaberj.

Convivium, n. ſ. accubatio epularis ad vitæ conjunctionem, Gildegæſtebud.

Conviva, æ, com. pr. qui ad convivium invitatur, ſocius ad epulas, convictor, Fribuddengæſt.

Convivalis, le, om. t. quod ad convivium pertinet. Ut, *vaſa convivalia, oblectamenta convivalia, fabulæ convivales.*

Convivor, aris, dep. pr. convivium facio, aut ſimul cibum ſumo, Giør Gæſtebud eller oc giør Selſkab vdi Gæſtebud. *Quotidie convivatur. De publico convivatur.*

Convivator, oris, m. t. qui convivium parat, Frt Verr. *Hoſpes eſt meus, homo bonus & ſcitus convivator.*

Evito, antiquis (item Cic.) i. e. vitam eripio, aufero, Tage liffuet aff en / ſkiller en ved liffuit.

Pervivo, is, Plaut. idem quod vivo, vel vivendo vitam produco. Ut, *usq; ad ſummam ætatem pervixit.*

Provivo, is, Tacit. porro & ulterius vivo, Leffuer meere frem / leffuer noget offuer. *Agrippina interfecto Sejano ſpe ſuſtentata provixit.*

Redivivus, a, um, quod intermortuum aliquando, vitæ reſtitutum eſt, Faaed til liffue. *Senex redivivus. numi redivivi. gens rediviva. Bella rediviva.* Et abſolutè, *redivivum* in ædificiis, pro materia diruti, quæ novo ædificio adhibetur. Ut, *totum opus ex redivivis conſtat*, i. e. veteri materia

materia. Sic *redivivi lapides*, quorum usus etiam ante fuit in operis, Gammel steen i ny Bygning.

Irredivivus, Catul. non redivivus. Unde *pons irredivivus*, qui irreparabilis est.

Revivisco, is, n. t. rursum vivus fio, Vorder leffuende igien. *Ad Galli cantum adhuc suum rebixisse putat.* Et translatè, vires resumo, Faar til liffue igien. *Rebivisci civitas, libertas, senatus, auctoritas.* Et *ad tua verba rebixi.*

Semivivus, a, um, non integrè seu totus vivus, sed q. dimidia tantum sui parte, Halff leffuende/halff død.

Sempervivum, n. s. nomen herbæ, aliàs sedum, Huusløg/S. Hans løg.

Supervivere, is dicitur qui qvum jam mortuus videretur, refocillatus resipuit, ac veluti revixit. ἀναβιῶναι.

VIX, adverb. significans difficultatem & laborem actionis, à vi deducta voce: quòd quæ vi fiunt, difficultate fiunt, Neppelig/ neppe. *Vix se colligit. Vix aut nullo modo corrumpitur.*

Vicem, pr. corr. accus. & vice abl. singul. Et pluraliter vices nom. & accus. vicibus. Dat. & Abl. mutatio status & conditionis, quâ modò fit hoc, modò illud, à voce vix, quia talis mutatio fit cum difficultate, quam vix importat: aut immediatè à vi, quâ fortuna hanc infert mutationem. Unde vices propugnis ac periculis, q. quæ sunt difficultatum pleniſſimæ, nec non eventibus incertæ, in quibus quis modò victor, modò victus, Fare oc vanſfelige vilkaar oc tilfald. *Non vitabi vices Danaum*, i. e. pugnas & pericula. *Vices enumerat & cicatrices denudat.* Hinc mutatio status in deterius, ut *vices superbæ te manent. Vicem meam & aliorum pertimesco. Reipubl. vicem doleo. Recitò vicem officii præsentis, testimonium præteriti temporis*, i. e. sortem & conditionem, Laad oc vilkaar. Item, locum, munus, & officium, q. quòd sorte & permutatione quadam obvenit, Sted oc Kald. *Meam vicem, meas vices sustinet, gerit.* Et *vice ejus fungor*, Staar i hans sted. *Solis vicem supplet luna*, i. e. eosdem præbet usus quos sol. *Ad vicem mortui nemo propius accedit, quam hæres. Respondete, istinc vicem istarum*, i. e. vice istarum seu pro istis. *Vices hominum seu fortunæ instabiles & incertæ*, Op oc neder. *Vicem* pro vice. Ut, *nostram vicem ultus est ipse se*, i. e. nostra vice: hoc est cùm ipsum ulcisci & punire debuerimus, ipse se ultrò ultus est. Item vicem pro remuneratione, Vederleggelse. *Reposcere vicem*, est pro beneficio in alterum collato mutuam gratiam repetere. *Reddere vicem*, est gratiam referre & beneficium acceptum mutuo beneficio rependere. Ut, *reddam vicem si reposces*, Lige for lige.

Vicissim, adverb. per vices & alternatim. Ut *vicissim incumbunt oneri*, i. e. modo hic, modo ille incumbit oneri, Skifftvis. *Vicissim mihi supplicabunt*, i. e. mutatis vicibus; quibus ego primum illis; Deinde illi mihi supplicabunt, Igien for det jeg giorde. *Clinia da te mihi vicissim*, i. e. ut ego me tibi; ita tu mihi te da.

Vicissatim, Plaut. & antiquè idem.

Vicarius, a, um, qui vicem alicujus gerit, & in ejus locum succesſit, Som staar eller gaar i steden for anden. *Operam vicariam ei impendi. in quibus rebus ipsi interesse non possumus, in his operæ nostræ vicaria fides amicorum supponitur.* Sic *polliceor tibi manus vicarias.* Et absolute, *vicarius*, pro servo servi, Underdreng/ lidle Sven. Item latiore significatione, qui vicem alicujus gerit. Ut, *do te vicarium, ut illum observes. succedam ego vicarius tuo muneri.* Item Vicarius vulgo dicitur, qui apud Romanos, proconsul, proquæstor, Legatus, Stadtholder.

Vicissitas, antique idem quod vicissitudo.

Vicissitudo, inis, f. t. alternatio & mutatio ex alio in aliud mutua, Forandring oc omskifftelse mellom sig selff. *Vicissitudines fortunæ, omnium rerum, studiorum & officiorum, dierum & noctium*, i. e. quæ sibi invicem succedunt.

Vicissitudinarius, a, um, Jul. Scalig. ficta voce, quod vicissitudines patitur. Ut, *stirpes vicissitudinariæ.*

Compositum.

Invicem, adverb. innuens vicissitudinem quandam actionis, Indbiurdis. *Propter vicinitatem totos dies simul eramus invicem*, Vi vaare hoss hin anden/saa hand hoss mig/ saa jeg hoss hannem. Sic *invicem se dilexerunt*, Indbiurdis / den enne hannem / hand den anden igien. *Invicem inter se*, q. permutatione quadam inter se alternata. Et sic simpliciter pro vicissim, Igien. *Habes res urbanas, invicem rusticas scribe.*

ULCISCOR, eris, ultus sum dep. t. pœnas expeto, pœna persequor ab ὀλέκω, perdo, perimo, in exitium affero, Hefnner. *Ulciscor te ulciscor inimicum, mortem patris. Respubl. injuriam suam ulciscitur. Ulciscor sententiis & persequor. per vos injuriam ulciscitur. ultus est tantum scelus: victoriæ crudelitatem.* Aliter ab ἕλκω, q. ad pœnam rapio, trahoq;.

Ultor, oris, m. t. qui ulciscitur, Hefnnere. *Ultor inimicorum, injuriarum, scelerum.*

Ultrix, cis, f. t. quæ ulciscitur.

Composita.

Bisultor, oris, m. t. cognomentum Marti datum ab Augusto, quod Cæsaris & Crassi mortem ultus esset.

Inultus, a, um, quod non ulti sumus, Wstraffet/wheffnit. *Mors inulta.* Es pass. inultus, pro eo qui ab injuria non vindicatur, cujus injuria non est ulta. Ut, *inulti morimur*, quorum mors inulta manet, Wheffnede.

ULCUS, sive hulcus, eris, n. t. solutio continuitatis à rosione proveniens, ab ἕλκω, ejusdem significationis, Kessuen eller bulledt Saar. Aliter exponitur tecta & clausa malignitas, ut opponatur vulneri, quod patens est, & infertur, Byld med røde vdi.

Ulcero, as, act. pr. dilanio & q. ulcus facio.

Ulceratus, a, um, quod ulceravimus. Ut, *ulceratus morsu serpentis.*

Ulcerosus, a, um, ulceribus plenus. Ut, *ulcerosum jecur.* Et translatè *ulcerosa arbor.*

Composita.

Exulcero, as, act. pr. ulcus facio, Opkradzer / opriffuer/ kommer til at bløde *Corpus unguibus exulcerat.* Et translatè corrumpo, Forderffuer / forspilder/ støder aff laffue / giør affspendig. *Animum exulcerat. gratiam vestram exulcerat.*

Exulceratio, onis, exulcerandi actus vel ratio, Saarelse/Kibling. *Intestinorum exulceratio.*

Exulceratorius, a, um, exulcerandi vim habens. Ut *medicamentum exulceratorium.*

Exulceratrix, icis, f. t. Ut *vis exulceratrix.*

Exulceratus, a, um, quod exulceravimus, Saaret/ riblet/ kradzet. Et translatè *exulceratus scelere.* Sic *animus, amicus exulceratus*, Harmedt/støt aff laffue.

Redul-

Redulcero, as, Colum. rursum ulceroſum facio. Ut, *redulcerare cicatricem.* Et inde translatè, redintegrare.

ULIGO, inis, f. t. pr. prod. naturalis & vivus terræ humor ex ea nunquam recedens, q. udigo, ab udo, Naturlig Jordvedſke oc fuct/ Jordens Naturlig vedſke. Aliter ab ὕλη, quod Syris priſcis aquam ſignificavit.

Uliginoſus, a, um, uligine ſcatens. Ut, *ager uliginoſus*, Vedſkende Jord/ fuld aff vedſke.

ULMUS, mi, f. ſ. arboris nomen: ſic dictæ ab uliginoſis locis, quibus lætiùs naſcitur, Eem.

Ulmeus, a, um, quod ex ulmo eſt. Unde, *ulmeæ catapultæ*, i. e. virgæ ex ulmo. Sic *ſtyli ulmei*, pro virgis. Ut, *conſcribam te ſtylis ulmeis.*

ULNA, æ, f. pr. menſura continens intervallum à flexu brachii ad digiti medii ſupremam usq; partem, ab ὠλένη, ejusdem ſignificationis, Alne. Non itaq; ſpatium eſt extenſarum manuum, teſte Iſidoro.

ULPICUM, ci, n. ſ. ſpecies allii, ſed longè majoris incrementi, quam allium: dictum q. allium Punicum, quod Africæ & Pœnis eſſet peculiare.

ULTER, antiquis & concisè uls, idem quod ultrà ab alter vel ἄλλη, i. e. altera in parte.

Ultrà, Præpoſitio notans ſitum ex altera & averſa parte, Paa hin ſide. *Ultra Siliuam villa eſt, quam puto tibi notam eſſe.* Hinc *ultra famam*, i. e. plus quàm homines opinentur. Et ſine caſu adverbialiter: *ultrà non progredior*, Frem t. Inde ratione facti, in quo nimirum nihil præterea requiritur, Ydermeere. *Ultrà quam ſatis eſt quæris*, Meere. *Optimè, ut nihil ultra poſſit.*

Ulterior, & rius, comparat. & ultimus, a, um, ſuperlat. quod magis aut maximè ultrà eſt, aut longius vel longiſſimè diſtat ab altera parte. Ut, *ulterior Gallia*, Vel paa hin ſide. *Ultima Hiſpania*, Yderſte Hiſpanien. Sic *cœlum eſt extremum & ultimum mundi. Luna ultima cœlo. tempus ultimum. memoria pueritia ultima. ultimus ex ſolido tetrans*, i. e. ultima pars tetrantis. Et *ab ultimo principio*, i. e. primo, quia non extremum tantum ſignificat, ſed & initium rei, Fra det allerførſte. Sic *tu ſanguinis ultimus auctor*, i. e. primus.

Ultrò, adverb. idem quod ultrà & inſuper, Ydermeere/ til offuers. *Si quid petas, ultrò defero. his lachrymis vitam damus, & miſereſcimus ultrò.* Inde pro liberaliter & liberali voluntate, Rundeligen/ godvilligen Item pro ſponte: quia & ex ſpontanea voluntate ultrò facimus, quàm rogamur, Selffvilligen. *Spem imperii ſibi oblatam ultrò neglexit. omnia ei ultro ſum pollicitus.* Exponitur & procul. Ut, *ultrò te amo. Veto, apagete à me.* Dicimus etiam *ultrò citroq; navigat*, i. e. huc illuc, Frem oc tilbage/ hid oc did. *Beneficia ultro citroq; data*, i. e. viciſſim. *Elementa ultrò citroq; comeantia. Verba ultrò citroq; habita*, i. e. viciſſim.

ULVA, æ, f. pr. herba ſtagnantibus locis enata, ab ὕλη, aqua, q. herba aquatica, Suppe Græs.

ULULA, læ, f. pr. pr. corr. avis eſt feralis, & cantu ſuo mali ominis: ſic dicta, ab ὀλολύζειν, i. e. ejulare, Natvgle.

Ululo, as, n. pr. miſerabili & abſona voce inſtar ululæ cano, ὀλολύζω, Skriger tuhu. Dicitur & de canibus, lupis & ſimilibus ex fame ingemiſcentibus, aut alio ex dolore ejulatui ſimilem vocem edentibus, Tuder.

Ululatio, onis, ululandi actus.

Ululatus, us, m. q. ululantis vox, Tuden.

Compoſita.

Exululo, as, n. pr. valdè ululo, Tuder/ ſiger huhue.

Exululatus, a, um, activè quod exululavit. Ut, *ſtupet Idæis exululata jugis*, Tudede/ tudte.

UMBILICUS, m. ſ. nodus ventris, medium ferè obtinens, & inteſtinorum radix vel ligamentum: ſic dictus ab umbone, Naffle. Inde translatè quicquid in re aliqua medium eſt. Ut, *umbilicus terræ. umbilicus Siciliæ umbilicus diei*, i. e. media pars. Sic quod in pomis vel prominet, vel conditur ab adverſa pediculi parte, Krag Ardz. Item lamella vel nodus, qui involueris librorum adhibebatur; ſive ad ornatum, ſive contra attritum, Doppe. Item umbilici, lapilli nitidi politi in umbilici noſtri modum collecti & à natura facti. Item umbilicus parvus circulus in terra deſcriptus ad cognoſcendos ventos. Et *umbilicus ſolis*, exiguus circulus, cujus in medio gnomon figitur, aut quem medium interſecant lineæ in ſciaterio amuſióve. Item umbilicus conchæ terruoſæ genus. Aliter ab ὀμφαλός ejusdem ſignificationis.

Umbilicatim, per umbilicos. ἀδηλον.

Umbilicatus, a, um, quod umbilicos habet, vel quod ad umbilici ſimilitudinem factum eſt.

UMBO, onis, m. t. media clypei pars eminentior, ab ἄμβων ſupercilioſa eminentia, aut ab ὔβος gibbus & ὔβωμα, cutvitas & gibboſitas, Det mittelſte oc bancken eller backen paa ſkiold. Inde tropicè totus clypeus.

UMBRA, bræ, f. pr. aer carens ſole, quod fit objectu corporis alicujus, ab ὄμβρος imber, quo ſcilicet ſolis radii intercipiuntur, Skygge. Inde translatè comes hoſpitis invitati, non invitatus, Snyltegæſt / ſelffbuden. Item in pictura, imago quæ cum plana ſit, ſolida videtur, Ophoffuen malning. Item umbræ, mortuorum animæ & imagines inferorum, Gienganger/ Natte/ pøgelſe. Item umbra, & cum adjectione, *umbra marina*, piſcis eſt ſaxatilis, coracino in multis ſimilis: ſic dicta quòd quidpiam habeat inter corvum & lupum adumbratum: vel quòd, dum movetur, adumbrantem quendam oculis colorem, Iridis in morem, tutilet. Eſt & *umbra fluviatilis*, quæ multùm à marina differt.

Umbella, læ, f. pr. parva umbra. Item umbella, quæ ponebatur in theatris ad arcendum ſolem, Skru. Item *umbella herbarum*, eſt florum frequentia in orbem ſurrectis pediculis ſtipatorum, qualis fœnulaceis, Hat oc frune paa vrter. Item galerus mulierum, quo ſolem & aëris injuriam arcent, Skermhat. Item viris viatoribus agricolisq; pileus viatorius ſolem defendens, Skygehat. Aliter deminutivum videtur ab umbone.

Umbraculum, n. ſ. locus frondibus tectus, ut ſolis ardorem repellat, Skiul/ Løffſall/ lunn oc ly. Item capitis operculum adverſus vim ſolis aut imbrium, Skygge.

Item

Item translatè, otium. Ut, *ex umbraculis eruditorum doctrinam in aciem perduxit.*

Umbraticus, a, um, quod in umbra & otio fit. Ut, *homo umbraticus*, in otio & umbra non ſub dio educatus. *Umbratica negotia*, in quibus per diſſidiam tanquam in umbra langueſcimus. Sic *umbraticæ artes. Umbraticus doctor.*

Umbratilis, le, om. t. idem. Ut, *umbratilis miles*, i. e. mollis & ignavus, q. in umbra educatus, non in acie aut ſub dio, & in pulvere. *Vita umbratilis*, Som naar en ſøger ſkiul oc villicke være iblant Folck.

Umbro, as, act. pr. tegendo umbram facio, Skiuller. *Forum velis umbrabit.* Et translatè, defendo & adverſus injuriam protego.

Umbroſus, a, um, umbris occupatus. Et inde, opacus, Mørck. *Locus umbroſior.*

Compoſita.

Adumbro, as, act. pr. umbram adhibeo, ſeu umbram tegendo facio, Skygger/giør ſkygge. *Ubæ adumbrantur ſtramentis, vel aliis tegumentis.* Et translatè, ſpeciem rei, quaſi umbram quandam repræſento, pingendo exprimo, imitor, effingo, deſcribo dicendo, factis, Beſtruffner / affmaler / giør en noget effter / eller vdkaſter til at ſee. *Adumbrare facta alicujus dicendo, adumbrabimus eloquentiæ ſpeciem & formam. adumbrare auctorem.*

Adumbratio, onis, adumbrandi actus, Affmalning/ vdkaſtning paa noget/ſkin oc beſtriffuelſe. *Adumbratio rei.*

Adumbratus, a, um, quod adumbravimus. Ut, *adumbratas quasdam intelligentias animo ac mente concipimus*, Vfuldkomne/ vdkaſt alenſte. *Signa non expreſſa, ſed adumbrata. Adumbrata gloria*, i. e. ficta. Sic *adumbrata opinio, judicium. adumbrati Dii. comitia adumbrata.* Et *vir adumbratus*, i. e. obſcurus.

Adumbratim, Lucret. pro ſubobſcurè, non apertè.

Biumbres, dicti ſunt populi inter tropicos habitantes, quod umbram ex conſtitutione ſolis jaciant modò in meridiem, modò in ſeptentrionem.

Inumbro, as, act. pr. umbra tego, Beſkygger. *Solum vites inumbrant. Frondibus inumbrat domum*, Maier huſet. *Inumbrat ora coronâ*, Bekrandzer / legger Krandz paa hoffuedet. Et à ſigno, ebrius eſt, ſolebant n. ebrii ſerta capitibus imponere. Et translatè tueor, defendo, Beſkiermer.

Obumbro, as, act. pr. umbris circumquaq; obſcuro, Formørcker ſlet. *Hoſtes obumbrant æthera telis.* Et translatè obſcurare ſenſus, Formørcke ſind oc ſandz. Ponitur & tueor. Ut, *magnum reginæ nomen obumbrat.*

Præumbro, as, act. pr. Tacit. umbra tego & offuſco, Mørckner. *Fama clarus eſt, quantum datur, præumbrante imperatoris faſtigio.* Sic *majeſtas & faſtigium imperatoris facta & res geſtas ejus præumbrat*, Sticker aff/Mørckner.

UNCIA, æ, f. pr. in re menſuraria aſſis pars duodecima, à voce Sicula, ὐγκία, En parr aff tolff: Accipiturq; in menſuris pro pollicibus duodecim. Tot enim pollices conſtituunt pedem. Inde translatè, in diviſione hæreditatis, unciæ dictæ ſunt ipſa bona vel hæreditas. Ut, *quas tabulas ſe putabit obſignare, in quibus in unciis firmiſſimum tenuerat, non obſignarat.* Item in ponderibus uncia, duodecima pars libræ, Tu Lod/ en Vnce.

Unciola, læ, f. pr. rei parvæ & vilis uncia.

Uncialis, le, om. t. quod ad unciam pertinet. Ut, *unciales aſſis*, qui unciam tantum valebat, Saa ſom en ſølff Daler.

Unciarius, a, um, quod unciam in ſe continet. Ut *ſtips unciaria.* Et *unciariæ vites*, quæ ita diſpoſitæ erant, ut inter quam libet vitem unius jugeri uncia intervallum æquale faceret. *Unciariæ ubæ*, à magnitudine dictæ. *Fœnus unciarium*, quod centeſimàm ſortis partem ſingulis menſibus capit: quando nimirum quotannis duodecim penduntur uſuræ nomine. Ut enim aſſis nomine cenſetur annus, ita unciarum vicem gerunt menſes, tolff aff hundrede om Aaret / en Daler rente om Maaneden.

Unciatim, adverb. per uncias.

Compoſita.

Deunx, cis, m. t. pondus undecim conſtans unciis q. cui una dempta ſit uncia, Elluff Vnce/ 22 Lod. Et translatè, *ex deunce hæredem facere*, eſt totam hæreditatem, una parte dempta, alicui relinquere. Item deunx, menſuræ genus erat veteribus, quo agros metiebantur.

Nonnuncium, Feſto, quod eſt novem unciarum, Nij Vnce/ 18 Lod.

Quincunx, cis, m. t. pondus eſt quinq; unciarum, Fem Vncer/ 10 Lod. Et translatè, figura diſpoſita quinq; numeris, ita ut bini numeri conſtituant latera, & reliqua unitas centrum, medium ſcilicet occupans, hoc modo : · : qualisq; eſt litera V punctis geminata X. Eſt autem frequens hæc figura diſponendis arboribus quo commodiùs terræ ſuccum trahant, cœlumq; & ventos æqualiter accipiant. Sic & dici poteſt vitrea quadra in feneſtris ad hanc figuram $\frac{A}{V}$ conformata, Rude vdi. Vindue. Et *feneſtra in quincuncem diſpoſita*, Vindue med Ruder vdi. Item Quincunx menſuræ genus, paulum ſupra heminam continens.

Quincuncialis, le, om. t. quod pondus, aut menſuram aut figuram quincuncis habet. Ut, *herba quincuncialis*, quæ menſuram quincuncis unius pedis habet, h. e. ſeptenos ferè digitos. *Quincuncialis uſura*, cum quinq; ex centum uſuræ nomine datur, Fem deele aff 100.

Semiuncia, ſive ſemuncia, æ, f. p. dimidia uncia, Et Lod.

Semiuncialis, le, om. t. quod menſuram pondus vel valorem ſemiunciæ habet. Ut, *aſſes ſemiunciales*, Saa ſom en halff Daler.

Semiunciarius, Liv. idem quod ſemiuncialis. Ut, *fœnus ſemiunciarium*, quod omnium erat minimum, Sex Daler aff hundrede.

Septunx, cis, m. t. menſura vel pondus ſeptem unciarum, h. e. ſeptem partes aſſis. Septunx agri continet ſemijugerum, & jugeri partem duodecimam. Accipitur & ſeptunx pro ſeptem cyathis vini. Solebant enim veteres, quando ſe paulò liberius invitabant, tot vini cyathos ebibere, quot erant literæ in amicarum amaſiorum vé nominibus: ſingulosq; cyathos appellabant uncias. Unde Plaut. *Age puer à ſummo ſeptenis cyathis committe hos ludos.* Sic *quincunx* pro quinq; cyathis.

Septuncialis, le, om. t. quod eſt unciarum ſeu partium ſeptem, Ut, *ſeptuncialis ſatio*, qua ſeritur ſemijugerum, & duodecima jugeri pars.

Sescuncia, æ, f. pr. uncia una & dimidium q. ſesquiuncia, Halffanden Vnce/ 3 Lod.

Sescuncialis, le, om. t. quod pondus aut menſuram habet ſeſcunciæ. Ut, *craſſitudo ſeſcuncialis*, Halffanden Fiæd.

Sescunx, cis, m. t. idem quod sescuncia.

Teruncius, m. s. nummus per exiguus: à tribus unciis, h. e. quarta libellæ parte sic dictus.

Triunx, cis, Plin. idem.

Triuncis, m. t. nummulus æreus, quem postea quadrantem appellarunt.

UNCUS, ci, m. s. Instrumentum incurvum, quo aliquid attrahimus, ab ὄγκος, tumor, unde & Græcorum ὄγκη, i. e. uncus, quòd ubi incurvatur, quodammodo tumescere atq; extuberare videtur. Inde peculiariter, quo malefici trahuntur, Bøddel Krog. Sic quo fœnum trahimus, Høekrog. Item, quo fimum è plaustris, Møgekrog/møghack. Item pro anchora navis. Item in muscipula, hamus de quo pendet esca. Item in arcu, osticulum sive hamus osseus, qui nervum retinet, Kyd.

Uncinus, parvus uncus & fustis. Et *uncinus hamus*, promucrone sagittæ reflexo. Item, baculus recurvo nodo armatus.

Uncinulus, m. s. quo vestis astringitur, Hæcte/ Krog.

Uncinatus, a, um, unco armatus. Ut, *clabus uncinatus*, qui uncum capitis loco habet, de quo genere panni suspendi solent, Hage eller Krog til at henge noget paa. *Uncinati forcipes*, quibus pondus pendulum mordicus præhenditur, Hager oc griff paa store Vect eller bære oc dragerstang/hitzekrog/hitzehage.

Uncus, a, um, adject. quod unci formam habet, ἀδηλος.

Composita.

Aduncus, a, um, quod uncum refert & introrsum incurvum est, Kroget / Krummet. *Aduncæ ungues, aduncum rostrum. aduncæ cornua bobis.* Item extrorsum. Ut, *serra aduncæ*, ex omni parte dentium tortuosa.

Aduncitas, atis, f. t. aduncæ formæ. Ut, *aduncitas rostri.*

Aduncō, as, aduncum facio.

Inunco, as, act. pr. q. unco traho, rapio, Hager ad sig/ i hager / rapper til sig. *Unguibus inuncat.* Et translatè, *nummos inuncat.*

Inuncatus, a, um, quod inuncavimus. Ut, *lana rubis velut hamis inuncata*, Hyaget.

Obuncus, a, um, valdè uncus & incurvus, Megit Fraaget. *Vultur immanis obunco rostro.*

Reduncus, a, um, retrorsum uncus & inflexus. Ut, *cornua bobis reduncæ*: opponunturq; aduncis cornibus.

UNDA, æ, f. pr. propriè aqua tempestatibus tumens & fluctuans, ab ὠθέω violento & magno cum impetu ruo, irruo q. onda, Bylge. Et translatè, undæ pro varia sententiarum multitudine, quibus veluti undis mare, ita etiam comitia fervere videntur. Item tropicè pro ipsa aqua & mari. Item pro periculis & sollicitudinibus. Ut civiles undæ. Aliter Isidoro, q. eunda, ab abeundo & redeundo, quia per se aqua non est: sed aqua in motu quodam & agitatione. Item vulgò, quod in unum conglobetur, in unam partem tendens. Item unda q uda ab ὕδωρ, i. e. aqua.

Undula, æ, f. pr. parva unda.

Undulatus, a, um, quod est ad undarum similitudinem factum. Ut, *mensa undulata, undatim crispa*, Blommet skiffue. *Vestis undulata*, Saa som Kammelot. *Toga undulata*, etiam Non. ex Varrone pura exponitur.

Undabundus, a, um, undis abundans. Ut, *mare undabundum.*

Undans, tis, om. t. quod undarum instar flexuosum est. Ut, *undans vestis*, quæ in incessu crisparur, præsertim dum succussatur corpus, Vild Klædemon med svingen/

de skiød oc folder/ Foldet Kaabe oc andet saadane. *Undans habena*, q. undatim crispans, dum ab auriga commovetur.

Undatim, adverb. ad undarum similitudinem, i. e. fluctuatim.

Undosus, a, um, undis fluctuans. Ut, *mare undosum.*

Composita.

Abundo, as, n. pr. instar undarum dives sum, Er megit rig paa/ offuer flødig. *Abundat pecunia, consilio, amore, ingenio, audacia, otio, doctrina, institutis, rebus omnibus.* Et absolutè, abundans pro divite & divitiis affluente. Ponitur & cum genit. *abundamus rerum.* Dicitur & *abundat mihi pecunia.* Item cum præpos. *abundat in eo genere rerum, ex reliquis rebus abundat.*

Abundans, tis, om. t. qui abundat. Ut, *abundans doctrinâ, rerum copiâ, ingenio, otio, studio, bellicis laudibus.* Et *homo abundanti pecunia.*

Abundanter, adverb. modo abundanti, Rigeligen/ offuer flødigen. *Abundanter loquitur. abundanter demonstratum est.*

Abundantia, æ, f. pr. abundantis ratio, Offuer flødighed. *Abundantia rerum, otii.*

Abundatio, onis, Plin. abundandi actus. Ut, *abundatio fossæ*, quâ fossa abundat & exundat.

Abundè, adverb. idem quod abundanter. Ut, *abundè ei satisfecit. abundè eum laudat.* Et *abundè est*, Det er noch oc offuer flødigt. *Abundè magna præsidia nobis in vestra amicitia.* Et cum casu: *terrorum & fraudis abundè est.*

Superabundo, as, Ulp. pro redundo, superfluo.

Exundo, as, q. extra alvum undas effundo, Løber offuer/ flyder vd eller offuer/ Æber. *Piscina exundat. exundat amnis.* Et translatè, *exundat eloquentia*, Er offuer flødig/ offuer flyder.

Exundatio, onis, exundandi actus, Offuer flydelse/ Æben. *Exundatio fluminis.*

Inundo, as, admodum undo & undando diffluo seu effundor, Flyder offuer/ løber offuer. *Amnis inundat. Inundant sanguine fossæ.* Et translatè, *densi inundant Troës*; i. e. undarum more q. affluunt & accurrunt, Løber tilcke til. Item inundo, activa significatione, unda obruo, Skyller offuer med vand. *Terram, agros, sata, inundat aqua.*

Inundatio, onis, inundandi actus, Offuerløb/ vandløb. *Fluminum inundatio.*

Redundo, as, de unda & aqua dicitur cum alveo exit, ittoraq; & ripas latiùs & longiùs occupat, Vand løber offuer. *Latus Albanus redundabit.* Inde translatè ad alia, cum aliquid abundat, aut supersit ultra sortem, Er til øffuers/ løber til øffuers. Ut, *pecuniæ quæ redundant. Africa redundat sanguine*, i. e. cædibus abundat. *Etiam ex meo aliquid redundat, urbs militibus redundat. facinus in tuum caput redundat*: Et *gaudium redundat ad ipsos*, i. e. recidit, q. retrò abundat & recidit.

Redundantia, æ, f. pr. redundantis ratio & abundantia, Offuer flødighed. *Juvenilis licentiæ redundantia.*

Redundatus, a, um, quod redundavit, Offuerløben oc offuer flodt. *Redundatæ aquæ.*

UNGO, is, xi, unctum, act. t. corpus oleo balsamóve afficio, valetudinis conservandæ viriumq; roborandarum, aut voluptatis deliciorumq; gratia, ab ὄνημι, ὀνέω prorsum juvo & utilitatem affero, Salffuer/ Smør. *Ungere Dianam unguentis. ungere corpora Athletarum.* Sic *cornua infima pice liquida unguito.*

Unctor,

Unctor, oris, m. t. qui ungit.

Unctorius, a, um, quod ad unctorem pertinet. Unde *unctorium hypocausti*, ubi servabatur oleum ad unguendum oportunum.

Unctio, onis, ungendi actus. Item palæstra, luctatio: quia ungebantur luctaturi.

Unctura, æ, f. pr. idem quod unctio, seu uncti affectio, Smøren/ Smørelse.

Unctus, a, um, quod unximus. Ut, *unctus & ebrius concionatus est*, *unctus lapis*, pro simulachro, oleo aut unguentis perfuso, quod fieri in honorem Divi solebat; vel lapis unctus, qui Diis dicatus unguebatur à prætereuntibus & adorabatur. *Unctum linteum*, Plaut. Græca voce Ellychnium, Vægevdi Lius eller Lampe. *Manus cruore uncta*, i. e. cæde polluta. *Uncta brassica*, oleo condita. *Unctum obsonium*, i. e. conditum. Et absolutè *unctum* Horat. cibus apparatè conditus. Unde *cænare sine uncto*, i. e. obsonio condimentis perfuso. Ponitur & unctus pro delicato, delitiis diffluente & lauto. Et translatè amisso tempore: *Ratio aut consuetudo loquendi unctior*, i. e. cultior.

Unctiusculus, a, um, aliquantum unctus. Et absolutè, *unctiusculum*, pro obsonio uncto & condito, Saa som Mulle/ Smør krummer/ Grød søden op i Smør/ eller huad som er baget i Smør.

Unguen, inis, n. t. omne, quo aliquid unguimus. Item pingue, quo pinguifacimus. Ut, *Fœnisecæ crasso vitiarunt unguine pultes*.

Unguinosum, n. s. quod linguam sine voluptate inunget, Feet.

Unguentum, n. s. odorum variorum permistio addito oleo vel balsamo, aut alio pingui liquore, deliciarum causa & luxuriæ, interdum etiam valetudinis comparata, Smørelse.

Unguentarius, a, um, quod ad unguenta pertinet. Ut, *basa unguentaria*, Smørelse Krucker. *Arcula unguentaria*, in qua unguenta asservantur, Salffue By/ se. *Taberna unguentaria*, in qua venduntur unguenta, Græca voce Myropolium, Apoteck. Et absolutè, *unguentarius*, m. s. qui unguenta conficit vel vendit, Græca voce Myropola, Salffuekremer/ Quack/ alffuer/ Apotecker. Et *unguentaria*, f. pr. ars conficiendi unguenta.

Composita.

Axungia, æ, f. pr. unguen vehiculare, quo scilicet axis ungitur, ut facilius circumagantur rotæ: eratq; veteribus interior porci pinguedo inveterata, Gammel Svin ister/ til vogn at smøre.

Exungo, is, idem quod ungo, vel totum ungo, Slet offr smør.

Inungo, is, xi, idem quod ungo seu multum ungo, Besmør. *Visco inungunt oculos, lentem oleo inungit.*

Inunctio, onis, inungendi actus, Besmørelse.

Perungo, is, circumquaq; ungo. Ut, *corpora oleo perunxit.*

Perunctio, onis, perungendi actus. Ut, *corporum perunctio*, quâ perunguntur.

Reunctor, oris, m. t. Plin. qui Medico operam suam præstat inungendo.

Superungo, is, supra ungo, Smør offuen paa. *Collyrio superungere oculos lippientes.*

UNGVIS, is, m. t. corneum digitorum, ab ὄνυξ ejusdem significationis, ut in hominibus, Negl: in

avibus & similibus, Kloer. Et translatè, *unguis rosæ* Ser huide paa røde Roser. *Unguis oculi*, Veigl i øye. Ponitur & pro ungula. Item *ungues ferrei* instrumenta ferrea, quibus vindemiatores unguium vice utebantur ad colligendum uvas, ne ipsas manibus distringerent. *Ad unguem*, i. e. perfectè. Ut, *ad unguem didicit, novit*, Fuldkommeligen/ paa fingrene. *In unguem posita arbores*, pro ordine æquali positæ, Sat megit jeffne/ jeffnligen. Translatione sumptâ a lapicidis, qui ungue marmoris lævitatem experiuntur. Item Unguis, nomen piscis. Vide Dactylus. Aliter vulgò ab ungo, quòd politus sit & translucidus. Item ab Uncus, quod in avibus sint uncinati ungues.

Unguiculus, m. s. parvus unguis. Unde *à teneris unguiculis*, h. e. à prima infantia.

Ungula, læ, f. pr. corneum pedis, instar unguis, ut in equis, Hoffue: in bobus & similibus, Kloffue. Dicitur & proverbialiter: *Omnibus ungulis*, i. e. omnibus nervis & viribus, Aff all magt. Item ungulæ dicebantur, bifida, sive bicornia ferramenta, quibus latera lancinabantur. Item ungula, uncinus educendo mortuo fœcui comparatus.

Ungulatus, m. s. qui magnos ungues habes ac scabros q. ungulis similiores, quam unguibus, Saa som de der haffue kort Negle.

Unguius, m. s. Osca voce idem quod annulus, sic dictus, quòd digitum, ut unguis carnem tegat.

Composita.

Exungulo, as, act. pr. ungues aufero, Skær Kløffuer eller Negle aff.

Sexunguius, a, um, Plaut. ficta vox, pro rapacissimus q. qui senis manibus ungulisq; est ad rapiendum.

UNUS, a, um, pr. prod. nomen numerale & principium numeri, ab εἷς ἑνὸς, ejusdem significationis, En. *Unus erat ex duobus, ad unum aliquem confugiebant.* Et plural. *litera una*, Et Breff. Sic *una nuptia.* Inde aliquando idem quod solus. Ut, *unus tum domi eram*, Ene. Item pro pronomine idem. Ut, *una illis erat ætas*, i. e. eadem, Lige Alder. *Uno exemplo, uno tempore*, i. e. eodem. Et plural *unus vivere moribus*, i. e. iisdem. Item pro quidam apud Plaut. Ut, *unus hospes: unus amator.* Dicimus & *une* vocandi casu.

Unà, adverb. congregandi significans uno tempore, sive loco, sive conjunctim, Sammen/ tilhaabe. *Erimus unà, fuimus unà. Is si mei consilii rationemq; cognoverit, unà & id quod facio, probabit. unà & in hac causa mihi neminem proponendum existimabit.*

Unicus, a, um, quod unitate constat, exclusis pluribus, Eniste. *Unicus filius*, Eniste Søn. Et tropicè dilectus. Sic *unicus imperator*, i. e. præstantissimus charissimusq;: Eratq; titulus amplissimi honoris. *Unicus consul. unicum malum, bonum.* Et translatè, singularis, insignis. Ut, *unicum solatium. unica liberalitas. unicum elogium. Homo est unica natura & singulari*, i. e. egregia, præclara. *Rex unicæ luxuriæ*, i. e. insignis.

Unicè, adverb. pro singulariter, Synderligen. *Eum unicè diligo. unicè tibi commendo. unicè te amo in hoc negotio*, i. e. multum valdè.

Unedo, inis, f. t. arbuti fructus: sic dicta, quod unum tantum esse expediat, noxio & inutili ejus esu. Dicitur & de ipsa arbore.

Unio, onis, f. t. unitorum affectus. Et inde concordia. Item in genere masc. margarita: sic dictus, quia in

concha unus eximitur, qui & magnitudine excellit, cum ubi plures eximuntur, minores solent esse. Est & unio, cæpe genus capitatum.

Unitas, atis, f. t. Colum. unius numerus. Ut, *unitas coloris*, qui est unius generis, non varii.

Uniter, Lucret. Ut, *cum corporis & animæ dissidium fuerit, quibus hæsimus uniter apti.*

Unitus, a, um, plures in unum colligati. Ut, *animi uniti*, Forenede/ens.

Unitè, adverb. uno modo. Ut, *unitè pictum tegmen*: de variis scilicet coloribus.

Unosè, antiquè & absolutè, pro simul.

Ullus, a, um, q. unus aliquis, deminutivè ab unus, unulus, unellus, ullus, Nogen. *Ullum nummum nemini debeo.* Sic *ulla erit libertas. cum cæteræ mulieres ulla dignitate discesserint. non mihi videtur ars oratoris esse ulla.*

Compositа.

Aduno, as, Plin. act. pr. in unum cogo.

Coaduno, as, Plin. in unum aduno. Ut, *ipsi coadunatis pastoribus civitatem condiderunt*, Forener vdi et.

Nullus, a, um, q. non ullus, Ingen. *Nullius magistri verbis addictus sum.* Item nullus pro nullius momenti, Det som haffuer intet paa sig. *Nullum beneficium esse duco, quod non placet.* Item nullus pro non. Ut, *si non quæret aliquis, nullus dixeris*: Item *nullus sum*, pro perii, Er om en hals/det er vde med mig.

Nonnullus aliquis, Nogen.

Nullusdum, pro nullus in hunc diem, nullus adhuc, Ingen endnu.

Tres-unos, sive treunos passus me sequere, i. e. solos tres, Alenisste tre trin.

Ningulus, antiquè pro nullus, eâ formâ, qua singulus dicitur.

VOCO, as, act. pr. pr. consonum ex pectore emitto & vocem edo, arcessendi significatione, à βοάω clamo, Raaber oc kalder effter en. *Voca socium tuum.* Inde appello, nomino, Kalder/Nessner. *Hæc aliis nominibus vocavit.* Item quocunq; modo arcesso. Ut, *vocare senatum. vocare in jus. vocavi ad cænam. vocare ad arma.* Item adduco. Ut, *me apud milites in invidiam vocat. aucupia verborum in invidiam vocant.* Item impello. Ut, *in eundem luctum te vocabo. in longum sermonem me vocas.* Item traho. Ut, *Italiam totam ad exitium vastitatemq; vocat.* Item invito. Ut, *earum rerum spe me ad laudem vocas. ad vitam me vocas.* Item revoco. Ut, *vestram familiam in lucem è tenebris vocavit.* Item posco seu vendo. Ut, *tanti vocat ille pudicam.* Item denuncio. Ut *cornix plena pluviam vocat improba voce.* Item absolutè voco, pro ad cœnam voco.

Vocatio, onis, vocandi actus ad cœnam.

Vocator, oris, m. t. qui vocat ad cœnam, vel per se, vel alium.

Vocatus, us, m. q. vocandi actus. Ut, *vocatu Drusi in curiam venit.*

Vocatus, a, um, quem vocavimus. Ut, *in crimen vocatus. ad cœnam vocatus.*

Vocativus casus, Grammat. dictus quod per eum vocamus.

Vocativè, per vocativum.

Vocito, as, frequenter voco, appello, invito. *Demetrius, qui Phalereus vocitatus est. soliti sumus ea sic vocitare.*

Vocabulum, n. s. quod in voce est, Ord oc naffn *Suo certo ac proprio vocabulo res appellare, nominare hoc non habet suum nomen & proprium vocabulum.* Item vocabuli expositio, notatio & Etymologia. Ut, *argumentum est ex vocabulo: Consul est, qui consulit patriæ.*

Vocamen, inis, n. t. Lucret. idem quod vocabulum & nomen. Ut, *laticis proferre vocamen non voluit.*

Vox, ocis, f. t. Oratio & sententia loquentis, sive ea una dictio sit, sive plures, quâ profertur quasi vocando; vel sonus è pulmonibus per asperam arteriam erumpens, Tale. *Hæc vox te perculit, perturbavit, excitavit. tales referebat pectore voces.* Item abusivè, sonus quicunq;. Ut, *vox apum. voces ad sydera jactant montes. voces fractas ad littora, de sonitu maris.*

Vocula, læ, f. pr. parva vox. Unde & per contemptum: *in voculas malevolorum incurrit laurus nostra.*

Vocalis, le, om. t. Plin. voce insignis, Lydende. *Rana vocales.* Et Grammaticis, *literæ vocales* quæ per se voces faciunt, & sine his literalis vox proferri non potest.

Compositа.

Advoco, as, ad me voco, & ferè in auxilium, Tilkalder. *Amicos advocabo. advocavi ad obsignandum, advocavi mihi eos. animum advocare ad seipsum. testes contra te advocat. advocat concionem, consilium.* Et *amorem in consilium advocat.*

Advocatio, onis, advocandi actus, Et peculiariter quæ in forensi causa fit in defensionem alicujus q. advocati officium. Ut, *in re militari multò es cautior, quàm in advocationibus.*

Advocatus, a, um, quem advocavimus. *Duæ legiones ad salutem patriæ advocatæ. adhies artem advocatam sensibus. ad investigandum adhibet oculos advocatos.*

Advocatus, ti, m. s. qui in judicio aut jus suggerit, aus præsentiam suam commodas amico, Som staar en vj paa Tinge. *Pater tuus Catilinæ reo fuit advocatus. In advocati loco illum video. Advocatus venit illi.*

Avoco, as, alicundè aliò voco, Frakalder/henkalder. *A rebus bellicis ad studia me avocavit. animos à vitiis contentione, prælio avocavit.* Et *avocare Philosophiam ab occultis rebus*, i. e. redimere, eruere, secernere.

Avocatio, onis, avocandi actus. Ut, *avocatio à cogitanda molestia.*

Avocamenta, orum, n. plur. Plin. negotia jucundiora, seu solatia animum à mœrore avocantia.

Convicium, n. s. propriè plurium vociferatio, cum scil. in unum complures voces conferuntur, q. convocium, à voce, Stor raaben oc skrigen / at den ene skriger i den andens mund/ offuerskrigen/ offuerskielden. Unde illud Martialis: *Festa coronatus ludet convicia miles*, i. e. festa, quibus adhibentur vociferationes, quales esse solent diebus festis. Inde transfertur ad maledictum contumeliâ & petulantiâ insigne, Skæld/den/Skendz ord/Skendzmund.

Convicior, aris, dep. pr. Quint. convicium facio, Offuerskænder/offuerfuser/bander. *Contrà sentientibus inhumanè conviciabantur.*

Conviciator, oris, m. t. Cic. qui conviciatur, Skænddegæst.

Convoco, as, unà vel simul voco, Kalder sammen/ tilhobe. *Convocat ad se piscatores. convocat in concionem & ad concionem.*

Convo-

Convocatio, onis, convocandi actus. Ut, *convocatio populi Romani*, quà scil. convocatur.

Devoco, as, vocando deduco. Ut, *milites à tumulo devocat*, Fører tilbage fra det sted. Sic, *Socrates primus philosophiam è cœlo devocavit.*

Evoco, as, q. extra voco, & quidem ad certum locum, Kalder vd nogenstedz hen. *Evocate huc Sosiam. Romam evocavit ad dicendam causam. Evocat ad cœnam, colloquium. Evocat ad pugnam*, Biuder for dør/biuder vd. Item evocare, est ad subitam tumultuariamq; militiam viritim vocare, Kalde mand aff huus til hielp oc vndsætning. Item externos milites & ex diversis locis coactos vocare, Sancke fremmede Krigsfolck i en hast/ eller i nød. Item *evocare Deos*, est precibus eos à tutela urbis, elicere in sui auxilium.

Evocatio, onis, evocandi actus. Ut, *evocatio servorum, militum.*

Evocator, oris, m. t. qui evocat.

Evocatus, a, um, quod evocavimus, Kaldet til hielp her oc der i en hast/ heller i nød. *Evocati milites.* Item simpliciter, extra vocatus, Vdkaldet. Ut translatè, *probitas præmiorum mercede evocata.*

Invoco, as, act. pr. q. nimis & in domum voco, Kalder ind/ Indbeder. *Scorta invocantur, & nos parasiti invocamur.* Item in auxilium & subsidium voco, & q. vocando subsidium ab aliquo peto, Beder om hielp/ paakalder. *Deos invocat. Junonem Lucinam in pariundo invocat. invoco sociorum subsidium.*

Invocatus, a, um, non vocatus, Wkaldet. *In convivio invocatus esse solet.*

Introvoco, as, q. voco intro, Kalder ind. *Introvocavit tribum ad ferenda suffragia.*

Provoco, as, foras voco, Vdkalder/vdesker. *Herum, si domi est, provoca.* Item porrò voco, Kalder frem. Unde, *provocare ad pugnam, ad certamen, ad lusum*, Biude en vd. Sic *provocare in alea;* Et *provocare minimo* scil. digito. *Provocare literis*, est missitando literas ad rescribendum invitare. *Provocare injuriis*, est lacessere & irritare. Item provoco, alicujus arbitrio me subjiciens, Skiuder mig ind for. *Ad senatum provocat, ad judicium alterius provocat.*

Provocatio, onis, provocandi actus, Vdskelse/ vdbiudelse/vdesckning. Et *provocatio Cæsaris ad Tribunos*, i. e. appellatio, Indskiudelse for deris dom oc menning.

Provocator, oris, m. t. qui provocat alterum ad pugnam. Item qui provocat ad aliud judicium.

Provocatorius, a, um. Ut, *provocatoria dona militaria*, quæ meruit provocatus: quòd humaniùs est quam provocasse.

Provocatus, a, um, quem provocavimus, Vdkaldet/ vdesket. *A te provocatus hoc facio. provocatus tuo beneficio.*

Revoco, as, retrorsum voco, Kalder tilbage. *Revocato hominem. Revocare pedem*, est retrorsum flectere & redire. Ut, *amnis pedem revocat ab alto.* Inde significat retraho. Ut, *multos à scelere revocavit supplicii metus*, Holt tilbage. Item revoco, vocatus vicissim voco, ad cœnam nimirùm, Biuder til gæst igien. *Vocabimus ad cœnam, qui revocare non possunt. Revocare ad vitam, in memoriam revocat.* Revocare scil. ab itinere. Sic *revocare lectorem*, scil. ne longiùs abeat, sed repetat priora, ut melius intelligantur. Et *revocare seipsum*, est recantare & superiorem sententiam revocare, Kalde tilbage. Item colligere se, Komme til sig igien. *Revocare vires amissas*, i. e. resumere. *Revocare studium Philosophiæ*, est intermissum restaurare. *Revocare præmia*, est ad pristinum morem reducere. Item deduco. Ut, *concitato populo rem ad arma revocavit*, Førde.

Revocatio, onis, revocandi actus. Ut, *revocatio à bello*, Tilbage kaldelse.

Revocabilis, le, om. t. quod revocari potest. Ut, *revocabile telum, nulla arte, nullis lachrymis à morte revocabilis.*

Revocamen, inis, n. t. Ovid. idem quod revocatio, Tilbage kalden.

Irrevocabilis, le, om. t. non revocabilis, quodq; revocari non potest, Wtilbage kaldelig. *Verbum irrevocabile. irrevocabilis constantia.*

Irrevocandus, a, um, idem. Ut, *error irrevocandus.*

Irrevocatus, a, um, non revocatus, Wgien kaldet/ Icke kalt tilbage. *Loca recitata revolvimus irrevocati.*

Sevoco, as, seorsum voco ducóve, Kalder/eller tager til en side. *Sevocabat me.* Et translatè, *sevocare animum ab omni negotio*, est animum laxare, & nulli rei intendere. Item *sevocare ad se de communi*, est de eo, quod multis commune est, furari.

Alia Composita.

Æquivocum, n. s. cujus nomen tantum commune; sed substantiæ diversa ratio. Ut, *homo verus, homo pictus.*

Æquivocus versus, versus est in quo tonus ultimæ syllabæ congruit penultimæ. Ut, *grata malis lis*: seu in quo arte elaboratur extremæ vocis repetitio, vel tota, vel fracta, ab inexspectato plerumq; respondens, aut materiæ novæ respondens; semper tamen præcedentis vocis imaginem repræsentans: unde & Echo Græca voce dicitur.

Semivocales literæ, Grammat. quæ dimidium vocalium sonum habent.

Univocum, n. s. cujus & nomen commune est, & eadem substantiæ ratio. Ut, *homo, equus.*

VOLA, æ, f. pr. corr. propriè pars media & concava in alis avium cujus motu & vibratione pennæ agitantur, q. voluta à volvo, quod in se revoluta sit seu convoluta: vel immediatè à βάλλω jacio. Inde translatè, cavum in media manu, Luen i haand. Item concavitas pedis, Fodsuonge.

Volemum, sive volemium, genus pyri grandius, sic dictum, quòd volam manus impleat. Aliter Gallicum vocabulum habetur.

Volo, as, n. pr. de avibus dicitur cum volarum & pennarum agitatu feruntur per aëra, Flyffuer. Et translatè magno impetu feror aut immittor. Ut, *volat sagitta, volat navis.* Sic *volat nuncius, volat fama.*

Volaticus, a, um, quod volat & citò transit. Et translatè, inconstans, præceps, Wstadig. *Academia volatica. volaticus impetus.*

Volatilis, le, omne quod volat. Ut, *animal volatile. ferrum volatile*, pro sagitta. Et absolutè *volatilia* dicuntur volucres, quia volant.

Volatus, us, m. q. volandi actus, Flyffuen/ fluct. *Avium volatus.*

Volito,

Volito, as, frequenter volo. Ut, *aves passim ac liberè volitant.* Et translatè, discurro. Ut, *volitant per forum, in foro, hærent in jure,* i. e. vagantur. *Et homo volitans gloriæ cupiditate.*

Volucer, vel volucris, cre, om. t. quod volare potest, flyffuende med Vinger. *Volucres bestiæ, serpentes.* Et absolutè, volucres pro omni avium in sectorumq; genere, Fugle/ oc huad ſom flyffuer. Item translatè, præceps, Snar ſom en Fugl. *Genus dicendi verbis volucre atq; incitatum. Volucris vox,* pro veloci. *Volucris nuncius,* i. e. repentinus. *Nihil tam volucre quam maledictum,* i. e. penetrans. Item incertus, dubius, inconstans. Ut, *volucris fortuna.*

Composita.

Abvolo, as, n. pr. q. volando, h. e. magna cum velocitate discedo, fugio. Ut, *abvolat voluptas.* Aliter legitur avolat.

Advolo, as, juxta vel ad aliquem locum volo. Ut, *aves è mari in agros advolant. advolant hæ aves ad alias. caprarum advolant uberibus.* Et translatè, accurro. Ut, *hujus opprimendi causa Romam advolat. Catilina in agros suburbanos repentè advolabit. Britanniæ imago mihi ad pectus advolat.* Cato *advolat rostra.* Et *advolat ad nos.*

Advolatus, us, m. q. advolandi actus.

Antevolo, as, ante vel priore loco volo & velocius eo. Ut, *antevolans tardum præcesſent agmen.*

Avolo, as, alicunde aliò volo, flyffuer fra/ flyffuer hen. *Experiar certè, ut hinc avolem. cor nescio quo subito potuit avolare.*

Circumvolo, as, in orbem vel ex omni parte volo, Omkring flyffuer/ flyffuer om allevegne. Unde translatè: *Jaculo circumvolat alite campum. mors atris circumvolat alis.*

Circumvolatus, a, um, quod circumvolavimus. Ut *navis circumvolata ab ave.*

Circumvolito, as, iterum atq; iterum circumvolo: idq; propriè & translatè.

Convolo, as, simul volo. Unde translatè, concurro sive festinanter convenio, Løbber haſteligen tilſammen. *Convolant multi. convolat populus.*

Devolo, las, deorsum volo, vel aliquo volo, flyffuer ned/ flyffuer hen. *Angues duo in impluvium devolabant.* Et translatè decurro. Løbber hen/ løbber til. *In forum devolat populus. falsi amici, simulac fortuna delapsa est, devolant omnes,* Løbber fra.

Evolo, as, q. extra volo, seu aliquò volo, Vdflyffuer/ henflyffuer. *Aquila evolat ex arbore.* Et translatè, *consul exanimatus evolavit è senatu,* i. e. subduxit se, Tog aff vejen til ſide/ rømte/ ſkøndede ſig. Et *evolabit pœnam,* q. volando effugit, Hand vndløb oc vndgick ſtraff. Sic *evolavit navis. evolavit oratio.*

Evolaticus homo, qui ex pugna evolat, flyctig/ er paa fluct. Nisi sit à vola hominis, q. dicas, Raphaande/ Snaphændet.

Evolito, as, idem quod evolo, vel sæpius evolo.

Evolo, as, q. vola eripio auferoq;, Snapper/ bruger haanden til ſnapperj. *Ciſtellam adolescens hic mihi evolavit.* Aliter q. volando, i. e. cum celeritate abstulit.

Involo, as, q in aliquem volo, flyffuer ind. *Nidis involat avis. Columbæ in villam intrò involant.* Et translatè cum impetu in aliquem irruo, flyffuer ind paa en/ griber hannem haſteligen an. *Involat ei in oculos, in capillum,* Griber hannem i haaret/ i øyne, Aliter hoc à vola hominis.

Involito, as, multum vel sæpiùs involo. Et translatè, *comæ humeris involitant,* pro diffusæ sunt in humeros, Henger oc flyffuer paa Axelen.

Involucris, e, om. t. quod adhuc volare non potest, Vfløgget. *Pulli involucres.*

Pervolo, as, volando pervenio, flyffuer hen til. *Decem horis sex & quinquaginta millia passuum pervolabit.* Et translatè, *animus ad hanc suam domum, Deos, naturam sui similem pervolabit.*

Pervolito, as. Ut, *omnia pervolitat latè loca.*

Prævolo, as, ante volo, præ aliquo volo, flyffuer for. *Grues in tergo prævolantium capita & colla reponunt.*

Prætervolo, as, volando prætereo, flyffuer for offuer/ forbi/ frem for. *Prætervolabat ipsum abiit.* Et translatè, *sententiæ acutæ prætervolant sensus hominum,* i. e. prætereunt, nec intelliguntur, Gaar offuer deris forſtand. Sic *prætervolat oratio.*

Provolo, as, porrò & ulterius volo, flyffuer frem. *Provolant universæ, si dies mitis futurus est.* Et translatè, procurro. Ut, *infensis hastis provolant duo Fabii.* Et *provolat in locum vicemq; consulis,*

Revolo, as, retrò volo, flyffuer tilbage. *Aves avolant & revolant, revolant ex æquore mergi.*

Subvolo, as, sursum evolo. Ut, *subvolant in cœlum rectis lineis aves,* flyffuer fra neden op.

Supervolo, as, supra aliquid volo, flyffuer offn offuer. *Despectat terras, totumq; supervolat orbem. Perdices concipiunt supervolantium afflatu sæpè voce tantum audita masculi.*

Supervolito, as, sæpè & frequenter supervolo. Ut, *tecta supervolitavit ales.*

Transvolo, as, trans aliquid volo, & volando prætereo, sive id fiat propriè alis, sive translatè, pedibus, navibus aut alia quacunq; celeriter agendi significatione, offuer/ flyffuer/ offuerfarer/ offuerløber. *Perdices non transvolant Bœotiæ fines. ad eos transvolabit nuncius.* Et *transvolaverunt ad hostes,* i. e transfugerunt.

Alia Composita.

Altivolans, altùm volans. Ut, *avis altivolans.*

Altivolus, a, um, idem.

Velivolans navis, Cic. q. quæ volat velis.

Velivolus, a, um, quod q velis volat. Ut, *ratis velivola.* Et translatè, *mare velivolum,* q. ferens ratem velivolas.

VOLO, vis, vult, velle n. in conſ. pr. corr. animo ad habendum aut faciendum, quod cognosco, feror; vel animum habeo ad aliquid, à βόλομαι, ejusdem significationis, Vill. *Volo ut mihi respondeas. hoc volo. volo vos omnes bene sperare. volo defensam & auctam Rempubl. Nescio quid sibi hæc lex, hæc verba velint.* Item benè cupio. Ut, *volo tibi benè. planè volo his magistratibus: valdè ejus causa volo. ejus causa vehementer omnia vult.*

Volens, tis, om. t. Ut, *animo volenti literas accepit,* i. e. benevolo. Sic *Mars pater, te precor quæsoq;, uti sies volens propitius mihi. Macie tenuant armenta volentes,* i. e. de industria, Med villie. Et absolutè, *facit plebi volentia,* i. e. quæ vult plebs, Behagelige.

Volentia, æ, f. pr. volentis affectus & benevolentia.

Volones, dicti sunt servi, qui post Cannensem cladem usq; ad octo millia cum essent servi, voluntariè, se ad militiam obtulerunt.

Voluntas, atis, f. t. volentis affectus & animus extensus ad habendum aut faciendum, quod cognoscit, Villie. Ponitur & pro studio & benevolentia. Ut, *de tua in me*

in me voluntate non dubito. Item, instituto, sententia vel consilio. Ut, *Græcus testis cum ea voluntate processit, ut lædat.* Item optato. Ut, *hoc mihi voluntatis accidit, ut scriberem.* Item arbitrio. Ut, *ad voluntatem loqui*, i. e. assentiri. *Commutare vultum & sermonem ad sensum & voluntatem alterius.* Item judicio. Ut, *hoc accidit præter optatum meum, sed valdè ex voluntate.*

Voluntarius, a, um, quod ex propria & libera voluntate proficiscitur, Godvillig/sielffvillig/frivillig/affsig sielff. *Voluntaria morte periit. Voluntaria animi virtus. Voluntarium facinus. Voluntarii astrorum motus. Voluntarius consul, inimicus*, i. e. per se factus. *Voluntarius miles*, qui sponte dat nomina. *Herba voluntaria*, quæ sponte citra sementem nascitur, Sielffvoxt Vrt.

Voluntariò sive voluntariè, pro animo voluntario, Sielffvilligen/godvilligen/redeborn.

Volupè & volup, antiquè idem quod voluptas. Item delectabile. Unde, *Volupe facit suo animo*, Forlyster sig. Pe autem terminatio hîc est vel enclitica q. volumpe; vel à peto.

Voluptas, atis, f. t. q. volupitas, jucundus est animi motus, quo sensus hiant: seu quod voluntati svave est & jucundum, Vellyst. Diciturq; tum de animo, tum de corpore. Ut, *voluptates & dolores animi nascuntur à corporis voluptatibus & doloribus. Voluptas percipitur animo. oculis, auditu.* Item *tactu, quæ in obscœnis est.*

Voluptabilis, Plaut. om. t. quod voluptatem affert. Ut, *nuncius voluptabilis.*

Voluptarius, a, um, voluptate diffluens. Ut, *homo voluptarius. Disciplina voluptaria, delicata, mollis*, i. e. effœminata. Et *voluptarius*, qui voluptati deditus est, Offuerdadig vdi vellyst. *Voluptariæ possessiones*, i. e. amœnæ. *Elatio animi voluptaria*, i. e. jucunda. *Epicurus homo voluptarius*, i. e. voluptati studens.

Voluptuosus, a, um, voluptate abundans. Ut, *homo voluptuosus;* qui scilicet amat voluptates. *Voluptuosa res*, quæ plena est voluptate, & quæ voluptate afficit.

Composita.

Benevolus, a, um, Cic qui bene alicui vult, amicus, studiosus, Vill en anden vel / godvillig / godhiertet. Aliter scribitur, Benivolus.

Benevolè, adverb. Cic. benignè, sincerè, Godvilligen/affit got hierte.

Benevolens, tis, Plaut. idem quod benevolus. Et Cic. comparat. benevolentior, & superlat. benevolentissimus.

Brnevolentia, æ, f. pr studium & amor, quo benè cupimus & studemus alicui, Godvilligheð.

Involuntarium, Jurisconf. quod non est voluntarium, sed per vim vel ignorantiam factum, Mod min vilge.

Malevolus, a, um, qui alicui malum vult & exoptat, Misvndelig.

Malevolens, Plaut. idem.

Malevolentia, æ, f. pr. malevolentis affectus & voluptas ex malo alterius, sine suo emolumento, Misvndelse/ond villie til nogen / behageligheð til andens skade.

Malo, vis, mevult, lui, malle, & veteribus mavolo: Unde mavellem & mavelim, q. magis volo, Heller vill. *Mabis quietam senectutem, quam sollicitam. Malo hoc quàm illud.* Et per Græcismum: *potius malo hoc*: magis malo.

Multivolus, a, um, Catul. qui multa vult. Ut, *mulier multivola.*

Nolo, non vis, & antiq. Nevolo, nevis, nevult, q. non volo, Vill icke. *Nolo, me hîc videat.*

Omnivolus, a, um, Catul. qui omnia vult vel cupit. Ut, *Jupiter omnivolus.*

Pervolo, vis, pervult, Cic. valdè volo & cupio. Ut, *pervelim hoc abs te mihi ignosci.*

Alia Composita.

Agesis, adverb. excitandi, q. d. age si vis, Kiære vel an.

Apagesis, pen. corr. est familiariter corripientis, quæso apage; significatq; aufer vel remove si vis, Kiære til side. *Apagesis jam cruentos Deos.* Et absolutè, pro abi si vis.

Quamvis, i. e. quoq; modo. Ut, *non timeo Rhetorem quamvis eloquentem.* Et pro licet. Ut, *quamvis felix sit.*

Quantumvis, J huor megit en er. Quantumvis licet excellens.

Sis, pro si vis.

Sultis, pro si vultis, antiquis.

Ubivis, adverb. quolibet in loco. Ut, *nemo est, quin ubivis, quam ibi, ubi est, esse malit.*

Ubivisnam, idem quod ubicunq;. Ut, *volo aliquem olympiæ aut ubivisnam.*

Utrumvis licet facere, h. e. & hoc & illud, Begge/huilcket du vilt.

VOLVO, is, vi, lutum, act. t. vi magna & labore aliquid in orbem ago & torqueo, ab ἑλόω, ἑλύω ἐιλύω, ejusdem significationis, Velter/trumler. *Volvere Cylindrum. Volvuntur stellarum cursus sempiterni.* Et translatè, *volvere verbis sententias*, Snoe. *Celeriter verba volvit. Volvere libros* Catonis, est evolvere. Item translatè ad animum: *Volvere animo.* Et absolutè, pro eodem volvere, i. e. cogitare. Unde, *hæc ipsi suo tristi cum corde volutat.* Et *volvit sub pectore sortem.*

Voluto, as, frequenter, crebrò volvo. Unde pass. *Sus volutatur in luto*, Sølis. Et translatè, *volutatur homo in omni genere scelerum.* Item *pueri tibi ad pedes volutantur*, i.e. accidunt. Item *animi corporibus elapsi credebantur circa terram volutari.*

Volutabrum, n. s. in quo sues se volutant, Soesøle. *Volutabrum equi*, ubi se volutabat equus,

Volutabundus, a, um, qui multum volutatur aut volutari gestit. Ut, *homo in voluptatibus volutabundus.*

Volutatio, onis, volutandi actus, Velter. *Volutatio corporis*, Velten oc sølen.

Volutatus, a, um, quod volvimus, Velter. *In Platonis & Aristotelis libris te volutatum video*, i.e. versatum. *Cum sororibus volutatus es*, i. e. fœdatus, coinquinatus, Sølet i retuct. *Frater volutatus est ad pedes inimicorum*, i. e. procidens, accidens, Kast.

Volutatim, cum volutatione, Med velten oc sølen.

Volubilis, le, om. t. quod facile volvitur & in orbem inciatur. Ut, *cœlum volubile.* Item concitatus. Ut, *homo volubilis & præcipiti quadam celeritate dicendi*, Snarmelt/snar talende. Item inconstans. Ut, *vaga volubilisq; fortuna.* Item *volubilis major*, nomen herbæ, Riffloff. *Volubilis minor*, Snarer.

Volubiliter, i. e. celeriter, incitatè. Ut, *fundit orationem volubiliter.*

Volubilitas, atis, f. t. volubilis rei ratio & affectus. Ut, *cylindri volubilitas*, Rullen oc omlob. *Linguæ volubilitas, verborum volubilitas*, Hastig ord oc tale. *Fortunæ volubilitas*, Wstadighed.

Volu-

Volucra, æ, f. pr. Columel. vermis vites erodens, idem qui volvox.

Volumen, inis, n. t. pars libri: sic dictum à convolutione, quod olim libellos è corticibus arborum, qui sua sponte convolvuntur, factitarint; sive quod ipsi complicarent & convolverent libellos, ut faciliùs ferrent, En Bog vdi it Skrifft/ som er skifft i tu eller flere Bøgger. Inde translatè *magna sortis humanæ reperiuntur volumina*, i. e. complicationes, involutiones & varietates & volubilitates. *Volumen literarum*, vel pro ipsis literis: vel pro multis in fasciculum convolutis, Breff/ eller Knipbreffue. Aliter volumen, liber multis partibus absolutus.

Voluta, æ, f. pr. quod in capitulo columnæ propendet circuli tortilis ad modum, aut cincinni crispati.

Volùtula, læ, f. pr. minor voluta.

Volvola, læ, f. pr. vermis vites erodens: sic dicta quòd involvat se frondibus eosq; erodat.

Volvox, idem quod volvola.

Volvus, Isid. nomen herbæ quòd ejus radix sit volubilis & rotunda. Sive genus fungi rotundi ac volubilis.

Volvolus, li, m. s. lignum teres instar cyliadri, quo voluto æquatur solum, inquit Hadr. Junius. Item volvolus Medicis neotericis, morbus gravissimus, periculosissimusq; tenuioris intestini, Farlige vrid vdi liffuet.

Composita.

Advolvo, is, aliquid ad aliud volvo, Tilvelter. *Totas ulmos advolvunt focis.*

Circumvolvo, is, in orbem convolvo, Omkring vinder eller søber. Unde *serpentes sibi circumvolutæ.* Et *magnum sol circumvolvitur annum.*

Convolvo, is, Plin. idem quod volvo seu totus volvo & involvo. Ut, *attractis funiculis herbam nox convolvi*, Omvindis/ sammenvindis. *Sol se convolvens elabitur*, Omvelrendis/ omdriffuendis.

Convolvulus, vermiculus pubescentes uvas erodens, sic dictus, quòd pampino se involvat, Vinorm. Talis est & ille vermiculus qui pubescentes arborum fructus itidem se involvens, Græca voce dictus Bruchus, Orm som forderffuer Frucr paa træ. Est & nomen herbæ apud Herbarios.

Devolvo, is, deorsum volvo. Ut, *per saxa præceps devolvitur aqua è montibus.* Et translatè deduco. Ut, *eò res devolvitur*, Veltis oc føris saa vit / der hen.

Devolutus, a, um, quod devolvimus, Nedervelt/ affvelt / henvelt. Et translatè, deductus. Ut, *res eò devoluta est. hæreditas ad eum devoluta est*, Falt hannem til/ kom hannem til.

Evolvo, is, de loco in locum volvo, Velter affsted/ henvelter. *Lacertis saxa evolvunt. Danubius sex fluminibus evolvitur in Pontum.* Et *evolvere Poëtas, libros* scilicet perlegendo, Med wmage giennem kaste oc læse. Et translatè, *evolvere se turba*, i. e. extricare, Udrede/ vdvilde sig fra. *Multa animo evolvit*: vel absolute, *evolvit*, i. e. meditatur, Offuervejer oc betæncker. Item evolvere, translatè, vi seu labore aliquid tentare, Med besværing oc wmage pynse paa.

Evolutio, onis, actus, quo aliquid evolvitur. Ut, *librorum Poëtarum hé evolutio.*

Evolutus, a, um, quod evolvimus, Vdvelt/ henvelt.

Involvo, is, q. aliquid in aliquid seu aliquò volvo, q. Velter/ velter offuen paa. *Montem monti involvit. saxa trabesq; super totosq; involvite montes.* Et translatè, implico, Jndvber/ indvickler. *Captivam stipula fœnoq; involvit. Telis aranearum involvuntur muscæ. obscuris vera involvis*, i. e. immiscs, Menger i hin anden. *Involvunt diem nimbi*, i. e. obscuritati implicant, seu obscurant, Blander oc formørcker dagen. *Literis, negotiis me involvo*, Vickler mig i.

Involutus, a, um, quod involvimus, Jvicklet. *Bellum involutum pacis nomine. Res à naturæ involutæ & latentes*, i. e obscuræ, Mørcke. *Nequitia frontis involuta tegumentis*, Formørcket/ beblummet.

Involvolus, m. s. vermiculus idem qui convolvulus.

Involucre, is, n. t. linteum, quo tonsores humeros tondendorum involvunt, ne vestes capillorum præsegminibus sordidentur, Bartskerdug.

Involucrum, n. s. quo aliquid involvitur & integitur, Huus/ Foer/ Suøb. *Involucrum clypei*, Huus eller Foer til it Skiold. *Involucrum candelabri*, Liusestage Foer. *Involucrum sclopeti*, Byssefoer / Byssehylster. *Involucrum libri*, quo liber ab injuria temporis & pulverum integer servatur, Bind eller omslag paa en Bog. Et translatè, *involucrum simulationis, odii, irrarum, amicitiæ, quo illa teguntur*, Skiul.

Obvolvo, is, circumvolvo, Omkring vinder/ suøber oc binder. *Caput obvolvit.* Et translatè, *verbis decoris vitium obvolvit*, i. e. tegit, Suøber oc skiuler.

Obvolutus, a, um, quod obvolvimus, Omsuøbt/ ombunden. *Capitibus obvolutis è carcere ad populum rapiebantur.*

Pervolvo, is, magna vi volvo. Ut, *saxa pervolvit.* Et translatè, *pervolvitur animus.*

Pervoluto, as, sæpius pervolvo. Ut, *pervolutare libros, scriptores ac doctores* pro magno studio evolvere.

Provolvo, is, porrò & ulterius volvo, Velter frem. *Insubeuntes provolvit saxa, provolvere se ad genua alicujus*, est humi se supplicem prosternere, & veniæ impetrandæ gratia genua ejus amplecti, Falde paa knæ for en.

Revolvo, is, retrorsum volvo, Velter tilbage. *Saxum revolvit eò, unde erat volutum.* Et, *revolvor identidem in Tusculanum*, pro revertor. Item iterum atq; iterum volvo & relego. Ut, *revolvere librum, scripta alicujus*, Giennem kaster oc læser hid oc did / frem oc tilbage. Sic *revolvere casus*, sive cogitandò sive narrando.

Revolubilis, le, om. t. quod revolvi potest. Ut, *revolubile pondus.*

Revolutus, a, um, quod revolvimus. Ut, *revoluta dies maturâ luce*, Omgaaen/ kommen om igien. Et *revolutus ad inopiam*, Kommer om til Armod.

Irrevolutus, a, um, Martial. non revolutus. Ut, *vadas & redeas irrevolutus.*

Subvolvo, is, subtus volvo vel sursum volvo. Ut, *manibus subvolvere saxa.*

Supervolvo, is, supra volvo, Velter eller trymler offuer paa ander. *Supervolvere cylindrum. supervoluto cylindro coërcetur incrementum sati.*

VOMO, is, ui, itum, n. t. pr. corr. ex ventriculo supernè ejectio, ab ἔμω ejusdem significationis, Spyer/ bryder mig/ klogis. *Post cœnam vomuit. In mensam vomuit. cui ructare turpe esset is vomens frustis esculentis vinum redolentibus totum tribunal implevit. vomet calidum de pectore flumen*, i e moribundus est. Et translatè, copiosè effundo, Vdgyder. *Manè salutatum totis vomit ædibus undam. urbs angusta suos vomit effunditq; Quirites.* Et impersonaliter, *bibitur, vomitur.*

Vomitio, onis, vomendi actus, Spyen / brydning klogen. *Vomitione alvum curant cani.*

Vomitus, us, m. q. idem.

Vomitorius, a, um, quod vim vomendi habet. Ut, *medicamentum vomitorium.* Et absolutè atq; translatè, *vomitorium*, n. s. locus in theatro, unde homines glomeratim ingredientes in sedilia se fundunt: vel *vomitorium populi*, ex quo populus catervatim & effusè ruit.

Vomer, eris, m. t. aratri ferrum, quod liras ducit: sic dictus quòd terram vomat, Plougjern / Plougskære. Legitur & vomis.

Vomica, cæ, f. pr. abscessus malignus latens, puris plenus, à vomendo dictus, quòd pus inde manet, vel quod qui habent, saniem rejiciant, Ederbyld. Inde translatè Plaut. vomica dicitur crumena numis referta, atq; tumens. Item *vomica liquoris aterni & rerum omnium venenum*, i.e. argentum vivum. Item vomica pro subole degenere, filia aut filio, cujus recordatio dolorem parenti ciet.

Composita.

Evomo, is, vomendo ejicio, Vdspyer. Et translatè, *iram omnem in te evomuit. Evomuit virus acerbitatis suæ*, Vdøse ser / vdkaster.

Flammivomus, a, um, quod flammas vomit.

Ignivomus, a, um, ignem vomens. Ut, *sol ignivomus.*

Revomo, is, idem quod evomo, vel rursus aut rettò vomo. Ut, *miseri fluitant revomentes æquora nautæ. Dracones devoratis avibus solidis, contentione plumas & ossa revomunt.*

Undivomus, a, um, undas, i. e. aquas vomens.

VOPISCUS, m. s. gemellus abortivo superstes, ab ὀπίσω ὀπίσερ posterior, à tergo sequens: quiq; post abortivum vivit.

VORO, as, act. pr. pr. corr. cibum non tam confectum quam integrum deglutio, seu avidè edo, à βόω, ejusdem significationis, Vraader i mig / sluger. *Animalia alia sugunt, alia vomunt, alia mandunt.* Et translatè, *vorare literas*, est avidè tractare, haurire. Item *vorare* in obscœnis. Ut, *vorare virilia & grandia tenta viri.* Aliter propriè brutorum, à βορά, pabulum, esca; unde & βορὸς sive βόρος pro edace.

Vorago, inis, f. t. locus, q. devorans & absorbens, Stelg. *Egbu vorginibus submersus.* Et translatè, *vorago Reipublicæ. vorago Patrimonii, vitiorum, bonorum.* Et *homo vorago*, cui nihil satis est, Skyllehals.

Voraginosus, a, um, voraginis plenum.

Vorax, cis, om. t. qui vorat, Slug / Slugvorn / graadig til at æde / fraadzer.

Voracitas, voracis affectus, slugvornhed / graadighed.

Composita.

Carnivorus, a, um, Plin. carnem vorans. Ut, *aquila carnivora.*

Devoro, as, act. pr. totum devoro, vorando absumo, Opsluger. *Devorat bos obvium.* Et translatè *devorare patrimonium, pecuniam*, est dilapidare, øde slet. Item *devorare molestiam, tædium*, est haurire, Tygger oc eder saadant / taaler oc dricker i sig / maa lide megit. Item *mea dicta devorate*, i. e. auscultate. Sic *oculis devorate*, Seer nøie til.

Devoratus, a, um, quod devoravimus, Oplagt / opædt / fortæret. *Devoratū patrimonium. devorata pecunia.*

Frugivora cornix, quæ fruges scilicet vorat, Roge.

Omnivorus, a, um, qui nullo discrimine quibuslibet vescitur. Ut, *boves omnivoræ.*

VOVEO, es, vi, tum, act. s. Deo aliquid spondeo, à βοάω, clamo, quod ad aras, vel in periculis contentiore voce fundebant preces Diis suis, Giør løfte. *Vovebat se duo dedicaturum templa. vovebat ludos, decumam.* Et *vovebat caput*

pro salute Patriæ. Item *voveo*, simpliciter, promitto, addico, Tilsiger.

Votus, a, um, quod vovimus. Ut, *votum ac dedicatum templum. vota sacra.*

Votitus, a, um, exponitur religione aliqua prohibitus.

Votum, n. s. voventis promissio, quâ Deo obligatur, Løfte. Ponitur & pro voluntate & desiderio. Ut, *voti compos factus est*, fand sin vilie.

Votivus, a, um, quod ex voto dari promittitur. Unde *votiva verba*, quibus aliquid cum voto poscimus. Item, quod voto desideratum est. Ut, *tota civitas ad votivum conspectum effunditur. votivæ aures*, quæ cupiunt aliquid audire *Votivum epulum, polluctum. Tabula votiva*, quæ vota est, quævé ex voto suspenditur in fanis, quales sunt naufragorum, aut eorum, qui ex gravi & periculoso morbo recreati convaluerunt.

Composita.

Convoti, apud Festum, qui iisdem votis sunt obligati.

Devoveo, es, solenniter voveo, seu voto destino & assigno, Løffuer bort andecteligen / med stor alvorlighed / eller giffuer dem / setter mig vd / beskærer. *Diis se pro Republ. devovit.* Et absolutè sine adjectione: *se devovet*, Løffuer oc giffuer sig bort. *Pro ære alieno se devovit*, Satte sig vd for en anden. *Caput devoveo*, scil. morti, Vill døe. Item tropicè, diris imprecationibus malum alicui opto, forbander. *Illum ego devoveo, quem mens intelligit.*

Devotio, onis, actus quo aliquid devovemus, Andectighed til at løffue oc giffue. *Devotio capitis*, qua caput devoveo. *Deciorum devotio*, qua Decii devoventur. Et *devotionibus impugnare*, i.e. exsecrationibus, forbandelse.

Devotorius, a, um, quod devotionem spectat. Ut, *carmen devotorium*, quo se tres Decii solenniter Diis pro salute patriæ devovebant.

Devotus, a, um, quod devovimus. Ut, *hostia T. Annio devota & constituta*, Beskert oc forordnet. *Inter se devoti*, Som haffuer bebunden sig med hin anden. *Torus devotus*, quem sibi conjuges devovere, vel alii malè precando devovebant. Et amisso tempore, quod se devovit, Andectig. *Animus devotus.*

Devoto, as, act. pr. Cic. pro devoveo. Ut, *quæ vis filium devotavit ac immisit inarmatas hostium manus.*

UPUPA, æ, f. pr. nomen avis spurcissimæ, quæ cristis exstantibus galeata est. & fimo fœtenti pascitur, nidumq; potissimum è stercore humano facit, ab ἔπω, ἔπομαι, ejusdē significationis, Herfugl. Et translatè joco Plautino, malleus à formæ similitudine. Rostrum enim & crista capite commissa malleum repræsentant, Blaahammer.

URBS, bis, f. t. oppidum propriè muris & fossis cinctum ab antiquo urvo seu urbo circumscribo, h.e. q. urva urvo aratri, ut olim fieri solebat, circumscripta & definita, Stad. *In urbe hac nulla est civitas.* Aliter ab orbe deducitur, quòd antiquitus in orbes fiebant urbes.

Urbicula, parva urbs.

Urbanus, a, um, quod urbis est. Ut, *urbana curia, urbani mores, judex urbanus*, Byefoget. *Prætor urbanus. urbanæ tribus. urbana officia. res urbanæ. Malum urbanum*, quod est in urbe, aut est urbis. *Villa urbana*, pars villæ quam sibi paterfamilias reservat, alia voce dicta Prætorium, Borgegaard. Et absolutè *urbanus*, qui in urbe habitat. Item tropicè quod moribus cultis est & urbanis, Høfflig / høfflk. *Sic sermo urbanus & venustus*, Høfflk skempt. *Homo lautus & urbanus*, qui in sermone svaviratem aliquam adjungit. Sic *urbani sales.*

Urbanè, modo urbano. Ut, *facetè & urbanè aliquem irridere. contumaciter urbanèq; benatus.*

Urbanatim, Pompon. pro urbanè. Ut, *ruſticatim nangam, urbanatim neſcio.*

Urbanicani milites dicti, non tàm qui urbani ſunt & Romani, quam qui ad urbem pertinent.

Urbanitas, atis, f. t. urbani hominis ratio, aut mores, Finhed/ Smuckhed. *Vir Romanorum urbanitate limatus. urbanitas hominis.* Item civilis vita. Ut, *deſideria urbis & urbanitatis deponit.* Item comitas. Ut *urbanitas eſt virtutis.*

Urbicus, a, um, quod ad urbem pertinet. Unde Plaut. *urbicum pecus*, pro homine urbano. Et *Catullus urbicus*, pro urbano & ſcurra.

Urbicarius Catullus idem. *Urbicaria procuratio* Jurisconſ. pro urbana.

Compoſita.

Amburbiales hoſtiæ dictæ, quæ circum terminos urbis Romæ ducebantur, antequam immolarentur, urbis ſcil. luſtrandæ gratia.

Anteurbanus, a, um, quod eſt urbi propinqvum. Ut, *arteurbana prædia*, urbi propinqua.

Inurbanus, a, um, non urbanus, ruſticis moribus præditus, Tølperſk / plumpactig/ bundactig.

Inurbanè, modo inurbano, Plumpactigen/tølperſken. *Inurbanè loquitur, dicit, agit.*

Perurbanus, a, um, valdè urbanus.

Suburbanus, a, um, quod urbi eſt vicinum. Ut, *regio ſuburbana. agri ſuburbani. Rus, Gymnaſium ſuburbanum, fundus, hortus ſuburbanus*, Under byen. *Suburbanæ uvæ*, Iſid. dicebantur quædam, quia fructus earum ad eſcam, velut pomum in urbibus venditur, Torffuedruer. Et abſolutè urbanum prædium, vel fundus urbi vicinus. Item locus quivis propè urbem. *Suburbana* Iſidoro, circumjecta civitatis ædificia, q. ſub urbe.

Suburbanitas, atis, f. t. urbis vicinitas. Ut, *Sicilia populo R. jucunda ſuburbanitas eſt*, i. e. præſidium, agérve populi Romani.

Suburbium, n. ſ. ædificia ſub urbem conſtructa, Forſtad.

URCEUS, m. ſ. vas quo aqua in urnam infunditur vel in ahenum: Iſidoro ſic dictum ab orca ejusdem ſignificationis, Vandkruge.

Urceolus, m. ſ. parvus urceus.

URGEO, es, ſi, act. ſ. vi multa concito, cogo & impello ad aliquid faciendum, ab ὀρχάω impatienter appeto, ſive ab inde deducto ὀρχόω inſtigo, accendo, Trenger til at giøre. *Verbis me & facto urgebat.* Urgere a. volunt propriè dici de iis, quæ mole & oneribus premuntur. Ut, *urget mole, pondere*, i. e. grave eſt, Trycker. Inde ſignificat inſto, Staar paa *Hæc urgent Philoſophi. jus urgebat Craſſus.* Item ad interitum trudo, Tuinger/trycker/trenger. *Urbs urbe premitur & urgetur. Senectus nos urget.* Urgere etiam eſt in angustias adigere. *Urget fatum, caterva*, Ligger paa. Et paſs. *morbo & malis omnibus urgetur. ab hoſtibus urgemur.* Item abſolutè, *urget metus ab alto. urget amor habendi opes.* Aliter ab ὄρω ὄρνυμι, excito, concito.

Compoſita.

Adurgeo, es, vehementer urgeo. Ut, *Deus digito adurgendus.*

Exurgeo, es, Plaut. act. ſ. urgendo exprimo, & extorqueo. Ut, *exurgere ſuccum*, Vride vand aff. *Exurgere ſpongiam, penicillum*, Trycke vand aff ſuomp. Aliter legitur exſugo.

Indulgeo, es, dulſi, dultum, n. ſ. facile concedo & plus æquo permitto, Effterlader/ letteligen tilgiffuer/ bær offuer. *Parentes liberis indulgent.* Item vaco, Er ledig for/giffuer mig effter/tager vare paa. *Indulgeo peccatis. indulgeo valetudini. indulget concubitu: indulget hoſpitio. veſtitus nimio indulget*, Holder ſig lecker i Klæder. *Indulgere poculis. indulgere otio. indulgere affectibus ſuis. indulgere deſiderio alicujus. indulgere naribus aduncis*, pro naribus in rugam contractis irridere & ſubſannare, Grine ad en / giøre en næſe ad en. Et cum accuſ. *nimis me indulgeo*, pro mihi. *Indulges iram*, pro iræ. Legitur & paſs. apud Gell. *animus indulgeri poteſt*, pro quis animo indulgeat.

Indulgens, tis, om. t. qui indulget, Effterladen / Medliden. *Nutricem indulgentiorem eſſe quàm matrem ſæpè convenit. Indulgentiſſimus imperator*, Megit blid: qui clemens eſt, beneficus & propenſus ad gratificandum. Item translatè ab animo ad corpus. *Indulgens facies*, quæ etiam in vultu conſpicitur, Blid Anſict.

Indulgenter, indulgenti modo, Blideligen/effterladende. *Indulgenter loquitur.*

Indulgentia, æ, f. pr. indulgentis habitus, Effterladenhed / Blidhed/ Mildhed. *Indulgentia patrum, imperatorum, forma.* Et *indulgentia cæli*, Mild vær. Item plur. *indulgentiæ* Eccleſiaſt. pro relaxatione pœnarum legibus divinis & canonicis transgreſſis debitarum, Afflad. Item pro literis hanc ipſam relaxationem teſtantibus, Affladz Breff.

Indulgitas, ex Non. idem quod indulgentia.

Perindulgens, valdè indulgens. Ut, *perindulgens in patrem; ſeverus in fratrem.*

URINA, æ, f. p. pr. prod. humor, qui ex renibus in veſicam profunditur, ſeu ſaccatus corporis humor, ab οὖρον ejusdem ſignificationis, Piß. Inde translatè, *urina genitalis*, pro ſemine genitali.

Urinale, medicamentum, quod ciet urinam.

Urinarius meatus, quà urina è veſica promanat.

URINO, as, n. & Urinor, aris, dep. pr. ſubito & iterato motu in aquam mergor & natando emergo, ut anſeres & anates faciunt: voce ab urvo ficta, quod ita flexum eſt, ut redeat ſurſum verſus, Dyrker.

Urinator, oris, m. t. qui urinat, Dyrcker. Scilicet qui merces, deperditas è fundo maris aquas ſubeundo extrahit.

Compoſ.

Inurino, as, Colum. n. pr. idem quod urino. Ut, *lacus ſint, quibus inurinare poſſunt aves.*

URNA, æ, f. pr. vas eſt aquarum: ab urinando, ſic dictum quòd in aqua haurienda urinet, i. e. emergatur, atq; emergat, Junge/vandſpand/brøndſpand. Item nomen menſuræ capientis congios quatuor, ſive vicenos ſextarios, en maade paa 20 potter. Item theca in qua mortuorū cineres condebantur. Item urnæ dicebantur ciſtæ, in quas ſuffragia colligebantur: erantq; triplices. Una ſenatorum: altera equitum: tertia tribunorum ærariorum.

Urnula, læ, f. pr. parva urna.

Urnalis, le, om. t. quod ad urnam pertinet.

Urnarium, n. ſ. menſa quadrata ex lapide ex cavato urnas ſuſtinens ad emittendam fiſtulâ aquam vaſorum elutione immundam. Item locus ante balneum, ubi poni ſolebant urnæ.

URO, is, uſſi, uſtum, pr. prod. act. t. propriè igne ſeu nimio calore: inde etiam frigore lædo, à Syra voce Ur, i. e. ignis, vel à πῦρ ignis, Suter eller ſkaal/

ſkaalder enten med heede eller kuld. *Sol urit agros. urebant montana nives.* Et translatè, ad amores: *Urit me amor*, Den brender. *Urit videndo fœmina*, Optendis til brynde. Sic *uritur infelix Dido.* In qua ſignificatione exponitur etiam crucio, Piner/giør væ. Sic *urere aliquem*, eſt dolore efficere & angere, Giøre en ſorg oc bange/komme til at ſuie. Item translatè, *virgis uritur*, i. e. cæditur, flagellatur: quia ex verberibus etiam calefit corpus, & inflammatur, Hand ſuier eller bluß affhug. Sic *calceus anguſtior urit pedem*, Kommer Foden til at bluße. Ponitur & pro exuro & cremo, Brender. *Crepitantibus urere flammis.* Sic, *urere ædes* pro comburere. *Urere cedrum aliudve lignum*, eſt luminis gratia incenſum in mediis ædibus habere, Brende træ for liuß.

Uredo, inis, f. t. morbus herbarum, frugum, fruticum, arborumq; eas frigore adurens, Som naar Kornit er ſueden aff kuld. Unde, *urtica tactu uredinem concitat*, i. e. uſtionem.

Urica, cæ, f. pr. ſatorum vitium ab uſtione proveniens.

Urigo, inis, f. t. quæ ex cauſtica vi alicujus medicamenti provenit.

Urito, as, ſæpe vel multum uro, aut urere cupio tentoq;.

Uſtor, oris, m. t. qui corpora in buſtuariis cremat.

Uſtrigo, inis, f. t. Ambroſ. idem quod uredo.

Uſtrina, æ, f. pr. Plin. locus in quo metalla candeſcunt, ut laborentur, Eſſe vdi Smidie. Item Smelteoffn. Et Feſt. locus, in quo mortuus combuſtus fuerat, qui alibi ſepultus erat.

Uſtrinum, n. ſ. locus ubi cremabatur cadaver.

Uſtulo, as, idem quod uro. Ut, *uſtulare crines.*

Uſtus, a, um, quod uſſimus.

Urtica, cæ, f. pr. nomen herbæ, ſic dictæ ab urendo, quod folia tacta acerrimè urant, Nælde. Item *urtica marina*, piſcis aliquot ſpecierum, cochlearum modo in mari ſerpens nec juglandis magnitudinem excedens.

Compoſita.

Aburo, is, unde abuſtus Varr. pro combuſtus aut exuſtus.

Aduro, is, idem quod uro, vel urendo aufero, Affbrender/Affſuier. *Candenti carbone ſibi adurebat capillum. Indi ſine gemitu aduruntur*, i. e. cremantur.

Aduſtio, onis, adurendi actus.

Amburo, is, circum uro. Ut, *ignis quoq; tangit omne amburit. Clodius ſine exſequiis amburitur.*

Ambuſtio, onis, ambuſti affectio.

Ambuſtus, a, um, quod ambuſſimus. Ut, *ambuſtus Tribunus. Sociorum ambuſtus incendio, tamen evolavit.* Et translatè, *ambuſtæ fortunarum mearum reliquiæ*, i. e. attritæ, & q. cineres fortunarum.

Ambuſtanea avis, pro ſpinturnice: ſic dicta, quod de buſto ſeu rogo aliquid carbonis in tecta deferebat & incendium portendebat.

Ambuſtulatus, a, um, circum uſtulatus, Sueden eller ſtegt paa alle ſider. *Ambuſtulatum te objiciam magnis avibus pabulum.*

Buſtum, ſti, n. ſ. propriè locus, in quo cadaver mortui combuſtum eſt & ſepultum, q. benè uſtum. Mos n. olim mortuos incenſo rogo comburere. Inde ſynechdochicè accipitur pro quovis tumulo ſive ſepulcro, Dødis graff. Aliter Buſtum non compoſitum habetur, ſed ſimpliciter ab antiquo, quodam Buro à πῦρ: cujuſq; veſtigia ſint in amburo.

Buſtuarius, m. ſ. qui ad ſepulchrum in defunct: honorem digladiabatur. Per ſynecdochen hinc accipitur pro libitinario, qui humum ſepeliendo cadaveri aperit.

Deuro, is, urendo conſumo & vaſto, Opbrender. *Conſul deuſſit agros Ligurum.* Et translate, *ſerpens morſu vel afflatu deurit, cùm inflammat*, Optender.

Deuſtus, a, um, quod deuſſimus, Opbrent. *Mons deuſtus. pars circi deuſta.*

Exuro, is, urendo conſumo, Brender op/ſlet affbrender/vdbrender. *Domum exuſſit. rigor nivis exurit pedes.* Et *igni exuritur ſcelus*, i. e. punitur, Straffis. Item *ex animo exurit hoc vel illud*, pro inuſtum q. eximit, Vdbrender/vdſlucker/kommer aff ſinde.

Exuſtio, onis, exurendi actus, Forbrendelſe/vdbrendelſe. *Terrarum exuſtio*, quâ exuruntur. *Solis exuſtio*, quâ exurit, Suielſe/Suieming.

Exuſtus, a, um, quod exuſſimus, Opbrent/forbrent. *Vibus exuſtus eſt. terræ ſub orbita ſolis exuſtæ*, Forbrent/Suedne. *Ager exuſtus. flos ubertatis exuſtus. exuſtus ſole caſeus. vici exuſti*, Opbrent.

Inuro, ris, in aliquo ſtigma uro, & ignito ferro imprimo, Brender mercke paa noget. *Inurit equum. inurit ſervum.* Inurere, eſt adhibito igne, fingere, quod genus picturæ græca voce Encauſtice dicitur, Saa ſom Amelere/oc Glaſere. Et translatè, ſic aliquid imprimo, ut deleri non poſſit. Ut, *maculam genti Claudiæ inuſſit. inuſſit ignominiam, dolorem, vulnus, damnum*, Satte dem en flecke/ſkade paa/paaførde ſkamme at de icke kunde ſlicke aff igien.

Inuſtus, a, um, quod inuſſimus, Paabrent/merckt. Et translatè, Paaſat/paaførdt. *Inuſta ignominia. inuſtum odium. dolor inuſtus.* Et abſolutè, *inuſtum*, materia aduſta ad picturam apta.

Peruro, is, valdè uro. Ut, *Æſtu valido perurimur*, Forbrender.

Peruſtus, a, um, quod peruſſimus, Forbrent. *Coma peruſta ſole.* Et translatè, *homo peruſtus gloria*, pro admodum cumulatus.

Præuro, is, priore tempore, vel ex anteriore parte uro. Ut, *præurere ſudes*, Spide ſtaffre for til.

Præuſtus, a, um. quod præuſſimus. Ut, *præuſtæ ſudes. fecialis haſtam ferratam aut ſanguineam præuſtam ad fines eorum tulit.*

Semiuſtus, & ſemuſtus, a, um, dimidiata parte uſtus, Halffbrent *Semiuſta fax. ſemiuſtum fulmine corpus. membra ſemuſta.*

Semiuſtulandus, a, um, idem quod uſtulandus, vel ex parte uſtulandus.

Semiuſtulatus, a, um, idem quod ſemiuſtus, Halffbrent. *Infeliciſſimis lignis ſemiuſtulatum cadaver.*

URSUS, ſi, m. ſ. nomen animalis feri, ſic dicti à voce Hebræa Ur, quod irritationem & incitationem ad iram ſignificat, Biørn. Inde aliquando ponitur pro Leone, ſed cum adjectione, *Numidicus urſus.* Romanis animal peregrinum indigitantibus voce notæ & indigenæ animantis. Aliter ab urgeo propter impetum & ferociam.

Urſulus, & urſellus, parvus urſus.

Urſa, æ, f. pr. fœmina urſi, item ſidus cœleſte, Græca voce arctos, arctus. Eſtq; *urſa major*, Græca voce Helice, Den ſtore Karls vogn. Et *urſa minor*, Græcè cynoſura, Den lidle Karls vogn.

Urſinus, a, um, quod ex urſo eſt. Ut, *caro urſina ambies urſina.*

URUNCUS ſive urruncus, m. ſ. infimus ſpicæ folliculus vacuus & inutilis, ubi culmus graneſcere incipit, ab uro, q. uredine corruptus, quia ſterilis & vacuus.

URUS, m. ſ. pr. prod. genus ſylveſtris bovis tanta feritate, ut ne parvuli quidem excepti manſveſcant, tantaq; cornuum vaſtitate, ut ex eis argento circumlitis pocula haberent veteres Germani, ἀπὸ τῶν ὀρέων, i.e. montibus eſſe conſveverunt, Vroxe. Aliter Gallica habetur vox quâ ſignificetur bos ferus.

URVUM ſive Urbum n. ſ. antiquè, curvamen aratri unciuo ſimile curvatione buris & dentis, cui præfigitur vomer: ſic dictum ab ὄρος terminus, limes & ὁρίζω definio, deſcribo, quod eo definirent & deſcriberent antiqui urbes condendas, iisq; fines & terminos ponerent. Exponitur & ſurſum verſus reflexum.

Urvo, ſive urbo, as, antiquis urvo & aratro circumſcribo & definio.

Compoſ.

Amburvare dicebantur Salii, qui ſaltu ſurſum verſus corpora reciprocabant.

USQVE, Præpoſ. ſignificans continuationem & finem actus, puta loci, temporis & hujusmodi, q. ὡς, τε, ὡς ſignificante πρός, ad, Slet til / ſlet ind eller vd til. Ponitur modò ratione temporis elapſi. Ut, *usq; à Romulo repetit. Inde usq;*, Slet der fra / modò futuri. Ut, *ab hora octava usq; ad veſperum. à principio usq; ad hoc tempus.* Sic *usq; ad eum finem rejecta res eſt.* Item ratione loci. Ut, *aſpera arteria ad pulmones usq; pertinet. ab Janiculo ad ædem Apollinis detulit. usq; Romam profectus eſt, venit. Trans Alpes usq; transfertur.* Sic *usq; ad Padum. usq; in Hiſpaniam.* Ponitur & pro ſemper. Ut, *mihi quidem usq; curæ erit, quod agis. cognovi usq; illum domi fuiſſe.* Item pro hactenus. Ut, *bene ne usq; valuiſti.* Dicitur & *omnes aſſenſerunt usq; ad Pompejum*, i.e. Pompejo excepto. *Usq; aſſatim edas. eſt usq; ad ſatietatem*, ædmens du gider. *Usq; adhuc*, i. e. hactenus, Hid ind til. *Usq; dum regnum obtinebit*, i. e. quamdiu. *Prædones tenuiſti, usq; dum per me tibi licuit.*

Compoſita.

Adeousq;, Plaut. pro usque adeò.

Hucusq;, pro usq; ad hunc locum, vel usq; ad hoc tempus, Hid ind til.

Quoadusq;, idem quod quousq;, Ind til ſaa lenge. *Nihil te impedio, quoadusq; rem peragas.*

Quousq;, adverb. ſignificans usq; ad quod tempus, Huor lenge. *Quousq; hunc hominem feremus?* Item usq; ad quem locum, Huor langt hen. *Quousq; Cæſari obviam progreſſus eſt.*

Uſpiam, adverb. ſignificans aliquo loco, Nogenſtedz. *Si in ſolitudine nos Deus uſpiam collocaret. Quod uſpiam eſt. Utinam uſpiam eſſes, ubi conſiſtam uſpiam non habeo.*

Uſquam, idem, & unoquovis loco. Ut, *nullus usquam delectus noſter. Dux nusquam eſt. neq; usquam exul eſſe poſſum. ei nullus usquam conſiſtendi locus.*

Nuſquam, adverb. loci, pro nullo in loco, q. non uſquam, Ingenſtedz *Bonus ille vir nusquam apparet.* Et cum adjectione, *nusquam gentium* pro eodem. *Nusquam non*, pro ubiq;.

Nonnusquam, pro alicubi.

USURPO, as, act. pr. quaſi uſuram & uſum rei capio & habeo, Giør mig nyttig / bruger / ſør til brug. *Uſurpare nomen civitatis, officium, dictum alicujus, jura ſua.* Inde accepo, ut, *hæc ex bonis alterius uſurpavit.*

Item appello, dico, voco, Nieffner oc kalder. *Eos fratres & agnatos inter ſe uſurpare atq; appellare ſolemus. hoc crebrò uſurpat ſermonibus.* Item facio. Ut, *Fabricii memoriam cum charitate & benevolentia uſurpat.* Et *rerum geſtarum memoria uſurpatur*, i. e. fit. *Appia, quæ antea ſilebatur, nunc crebrò uſurpatur*, i. e. in ore omnium eſt. Sic *memoriam alicujus uſurpo.*

Uſurpatio, uſurpandi actus, & uſus frequens, Stedze brug *Uſurpatio doctrinæ. uſurpatio civitatis.*

Uſurpatus, a, um, quod uſurpavimus, & quod in uſum adhibitum eſt, Brugt. *Conſolationis à multis uſurpatæ. apud Platonem ſæpe hæc oratio uſurpata eſt. Mulier una uſurpata, duplex cubile. Præclare hoc à doctis uſurpatum eſt.*

Uſurpatio mulieris dicitur Jurisconſ. cùm interrumpitur conſvetudo viri cum uxore, quæ uſu dicitur uxor. Jubebat n. lex, ut quæ mulier annum unum matrimonii cauſa apud virum fuiſſet, eo mulier anno exacto in ejus viri manu eſſet, etſi illa tres noctes intra annum à viro abfuiſſet. Dicebatur *mulier uſurpata*, non autem uſucapta.

UTER, tra, trum, pr. corr. nomen ſignificans unum aliquem ex duobus, & q. alterum, ab ἕτερος, alter. Ponitur interrogative. Ut, *uter veſtrum hoc fecit?* Huilcken aff eder to. Item indefinitè, *Scio uter veſtrum hoc fecerit. uter alteri dixerit neſcio. uter utri inſidias fecerit.*

Utercunq;, idem ferè, quod uter importatq; alterum ſine diſcrimine & ullo reſpectu, Huilcken ſom helſt. *Ita parati eſſe dicuntur, ut, utercunq; vicerit, non ſit mirum futurum. in hoc bello utrumcunq; pars vicerit, tamen pacem petituri ſumus.*

Uterlibet, idem quod utercunq;. Ut, *utrumlibet elige.*

Uterq;, traq;, trumq;, ſignificat ambos, ſed eorum utrum per ſe, Begge / huer for ſig. *Sanguis per venas in omne corpus diffunditur; & ſpiritus per arterias: utræq; autem crebræ, multæ toto corpore textæ ſunt. Domus utriusq; noſtrum ædificatur ſtrenuè. Nos utriq; & Socratici & Platonici eſſe volumus. Magna vis eſt conſcientiæ in utramq; partem. utraq; earum ſententiarum doctiſſimos habuit auctores.*

Utervis, travis, trumvis, idem quod uterq;, vel q. unus ex duobus quem vis, Begge / eller enten en eller anden / enten aff dem. *Utriusvis rei me adjutorem velim eſſe. Utrumvis ſalvo officio facere poteris. Minus virium quam veſtrum utervis.*

Utrinq;, adverb. ſignificans ab utraq; parte, Paa begge ſider. *Utrinq; magnæ copiæ.*

Utrò, adverb. loci, utram partem verſus, Til huilcken ſide. *Non intelligitur utrò vomer ierat.*

Utròq;, adverb. in utrumq; locum, Huer ſted til. *Hinc Syram, inde Delum, utròq; citiùs, quam vellemus curſum confecimus.*

Utrùm, adverb. interrogandi de duobus, quodnam eorum ſit, Om. *Quæro à te utrum illa verba, an portenta ſint? Convivium, in quo nemo poteſt dicere, utrum iſte plus biberit an vomuerit, an effuderit. non aliud decernitur hoc bello, niſi utrum ſimus, nec ne.*

Compoſita.

Alteruter, quivis ex duobus, ſive alter ex duobus, Jt aff tu. *Video neceſſe eſſe alterutrum. alterutrum de filiis admiſſurus eſt.*

Alterutrinq;, adverb. ſignificans ab alterutra parte, Paa en aff ſiderne.

Neuter,

Neuter, a, um, trius. Et olim, tri, træ, q. ne uter, Buercken aff tu. *Neuter alterum diligit.*

Neutralis, le, Grammaticorum dictio in artis traditione. Ut, *verbum neutrale.*

Neutrò, adverb. pro in neutram partem, Buercken hid eller did. *Neutro se inclinabat victoria.*

UTER, tris, m. t. pr. prod. vas coriaceum, quo vinum aut oleum deferri solet ab ὔθηρ, uber, quòd instar uberis lacte distenti tumeat, Ledrsæck / Ledt flaske. Item uter de corpore humano, quod contineat in se animam. Nos dicimus à futura vermium esca, Mudicke sæck.

Utriculus, li, m. s. parvus uter. Item folliculus grani seu involucrum seminum in frugibus. Item quòd turture melius est, & similia deterius, Groff meel. *Utriculi in farina,* Saaer i mell.

Utricularis, re, om. t. Ut, *tibiæ utriculares*, quæ tibiis utriculo infixis constant, Sækfepiber.

Utricularius, m. s. qui canit tibiis infixis utriculo, Sækfepibere.

UTERUS, ri, & uter, tri, m. s. pr. corr. loci fœminei: sic dictus, quòd contineat & tanquam uter sit ad fœtum continendum: pertinetq; ad prægnantes, Modrs liff. *Nunc uter crescit, non potest celari.* Tacitus etiam usurpat pro ipso fœtu. Ponitur & pro ventre. Ut, *uterum equi Trojani armato milite complent.* Aliter à voce uter, quod duplex sit, & ab utraq; in duas se dividit partes.

Uterculus, m. s. parvus uterus.

Uterini fratres, qui ex uno utero editi, sed diversis patribus, Som hafftuer en Moder sammen.

UTI, & per apocopen Ut, corr. conjunctio causalis finalem causam significans, ab ὅτι, affini scil. voce significante quia, quòd, quoniam, Paadet / At. *Oratori est providendum, non uti istis satisfaciat quibus necesse est, sed ut illis quibus liberè liceat judicare.* Item significat propositum. Ut, *negotium Magistratibus est datum, ut curarent ut sine vi mihi ædificare liceret.* Interdum adjunctiva est. *Reliquum est, ut tibi satisfaciam. is mihi scripsit, ut ad te irem. is ad me literas misit, uti te sibi placarem.* Ponitur pro quòd. *Invitus feci, ut C. Flamminium de senatu ejicerem.* Item pro quamvis, vel etsi, Endog. *Quid de me dicam? cui ut omnia contingant quæ volo, levari non possum. Qui ut summa haberem cætera, temporis quidem certè vix satis habui. Qui ut nihil aliud, hoc tamen profecit: ut excellas etiam pulcritudine & viribus: ut desint vires, tamen est laudanda voluntas.* Interdum est adverbium temporis pro statim, postquam, Effter ad. Ut *illos libros edidisti, nihil à te postea accepimus: simul ut me viderunt, inquiunt.* Ut *semel consecutus sum non dedisti: statim ut Romam redii, adii.* Ut *primum venit, statim alloquutus est.* Interdum qualitatis pro Quomodo, Huorledis / huordan. Ut *vidi, ut perii, ut me malus abstulit error*, i. e. postquam vidi, quomodo perii &c. *Quæris ut everterit regnum: scis ut semper tibi apud me justa & clemens fuerit servitus.* Sic, *ut vales? ut hoc contempsit.* Item pro qualis. *Nosti ut sit pater meus*, i. e. qualis. Item similitudinis, pro quemadmodum. Ut *sementem feceris, ita & metes. ut tamen quin loquar hæc, uti facta sunt, nunquam illo modo me potes deterrere.* Et cum superlat. & ita: Ut, *quisq; optimè dicit, ita maximè dicendi difficultatem pertimescit.* Et cum ita aut sic:

Omne animal ut vult, ita utitur motu sui corporis. non item in oratione, ut in versu extat numerus: ut alia, sic hoc Pansa præclare. Euripides ut multa præclare, sic hoc breviter. Item declarandi, Saasom. *Homo ut erat furiosus respondit. Multa colligit Chrysippus, ut est in omni historia curiosus. Homo acutus, ut Siculus.* Sic ponitur pro nempè: *quod sepulcrum ipsius liberorum, posterorumq; ejus sit, uti quod optimo jure sepulcrum publicè datum est.* Sic cum aliquid exempli causâ subjicitur, & pro quod genus, Saasom / som til Exempel / saasom / huorledan. *Quædam arbores nullis hominum cogentibus, ipsæ sponte sua veniunt, camposq; & flumina latè curva tenent, ut molle siler, lentaq; genistæ, populus & glauca canentia fronde salicta. Pars autem* scil. arborum, *posito surgunt de semine, ut albæ castaneæ &c.* Item adverb. optandi pro utinam, Gud giffue eller saa. Ut, *illum Di Deæq; omnes perdant,* Saa Gud straffe ham. Item adverb. temporis pro ubi: *Verum totius ut lacus putidaq; paludis libidissima maximeq; est profunda vorago*, i. e. ubi profundissima vorago est. Sic, *ut prius altæ chelæ*, i. e. ubi. Interdum comparandi, junctum cum sic, ita, adeo, tantum, quantum, tale, quale. *Ego tui Bruti, rem sic ago, ut suam ipse non ageret. quanta illi fuit gravitas? ut facile populi Rom. Ducem diceres. Tantum capi doloris, ut ipse consolatione egerem.* Et omissis his particulis: *De Dolobella suadeo ut videas*, i. e sic vel ita suadeo. *Hæc olent, salsa sunt, tangere ut non velis: Nullum frigidius flumen attigi, ut vix pede tentare possim ut mea est memoria,* Saa megit min hukommelse er / eller jeg kommer ihu. Ponitur & pro Quàm cum admiratione quadam. *Noster testis, ut se sustentat, ut omnia verba moderatur. Me ut contempsit! ut odit! ut te conspicio lubens!* Item geminatè: *utut homo est*, i. e. cujuscunq; generis homo. Item post vereor, metuo, timeo, &c. negat. *Vereor ut hoc tibi probem. vereor ut his contentus sis.* Item ut non, pro quin, At jo. *Potest Lentulus condemnari? ut non C. Marii factum condemnetur. ut plurimum* pro potissimum. *In bello suscipiendo utplurimum valet jus,* Meesten helst. *Ut primum* pro simulac primum. *Ut quid*, pro cur, quare. *Ut si*, pro eo ac si. *Qui alios nocent ut in alios liberales sint, in eadem sunt injustitia, ut si in rem suam aliena convertant.*

Neutiquam, pro nullo modo sive loco, q. ne utiquam, Ingenlunde / Ingenstedz. *Mihi hoc neutiquam grave visum.*

Utcunq;, significat quomodocunq;, Jnogen maade / Jhuad maade. *Orator utcunq; animum audientis commovere volet; ita certum admovebit vocis sonum. Utcunq; res postulabit,* Jhuad maade Utcunq; res sit, Jhuor det hasfuer sig. Item pro ubicunq;. *Utcunq; duci Tyndari fistula valles personuere.*

Utinam, adverb. optandi ex uti & enclitica nam, Gid / Gud giffue. *Utinam id sit, quod spero. ô utinam tunc cum Lacedæmona classe petebat.*

Utique, adverb. affirmandi pro omnino, Aldelis. *Quo die venies, utiq; cum tuis apud me sis. quo die redibis, ut ego gaudeo. utiq; sive accedas, sive longius abeas te amabo.* Ponitur & pro tandem. *Ego ut constitui adero, atq; utinam eadem die: sin (quid n. multa) utiq; postridie.*

Composita.

Præut, adverb. significans collationem. Ut, *modestior nunc quidem est, præut dudum fuit,* Frem for.

Prout, adverb. similitudinis, q. d. juxta vel secundum ut, Effter som. *Tuas literas, prout res postulat, expecto. Prout facultates meæ ferunt,*

Sicut,

Sicut, & ſicuti, adverb. ſimilitudinis innuens ſimilem actionem, Lige ſom. *Ego ſentio ſicut ille, inſcitur ſicut Leo ſi me, ſicut ſoles, amas. Amabi hominem ſicut ille me. ſe ſicut alterum parentem amo. Hic locus eſt ſicut aliquod fundamentum hujus conſtitutionis. ille me amplectitur ſicuti neminem. quanquam perſpexiſſem, ſicuti perſpicies.* Item pro velut, Saaſom. Ut, *quidam amnes odio maris ipſa ſubeunt vada. ſicut Arethuſa fons Syracuſanus.*

Velut & veluti, adverb. declarandi, q. d. exempli gratia, Saaſom. *Beſtiæ, quæ gignuntur in terra, veluti crocodili. Si conabitur, ejus conatum refutabo, velut heſterno die.*

UTOR, eris, uſus ſum, dep. t. in commodum meum habeo tractoq; ab ἔθω ex conſvetudine facio, Haffuer mig til gode/ giør mig nyttig/ bruger. *De rebus ipſis utere tuo judicio. utatur ſuis bonis oportet, & fruatur, qui beatus futurus eſt. utitur commodis, matre, pecunia, facultatibus, equis, armis, facultate navigandi. utor hac re ad id faciendum. uti fluctibus, ventis, navigationis felicitate, amicis. utor ſilentio,* i. e. ſileo. *Utitur oculis,* i. e. non fallitur cernendo, Seer til viſſe. Dicitur & *uti invidiâ* pro laborare invidiâ, ſive invidiam ſuſtinere. Conſtruitur & antiquè cum accuſ. *Benè partum, benè utitur.* Item cum perſona *utor te, utor eo,* i. e. converſor cum eo in meum commodum. *Utitur ſeipſo,* i. e. ſibi ipſi utilis vult eſſe.

Uſio, onis, Gell. idem quod uſus.

Uſitor, aris, dep. pr. Gell. frequenter utor. Ut, *Romani annulis uſitati ſunt.*

Uſitatus, a, um, tior, tiſſimus, nomen, quod in uſu eſt, Brugeligt. *Uſitatus mos, honos. Et hoc majorum exemplo in multis uſitatum fuit. uſitatum ac tritum verbum,* i. e. veterum literis uſitatum.

Uſitatè, modo uſitato, Brugeligen. *Uſitatè loquitur,* i. e. ut in uſu eſt, i. e. vulgariter, populariter.

Uſus, a, um, qui utebatur. Ut, *iisdem honoribus uſus.*

Uſus, us, m. q. utendi actus, Brug. *Nullus coriis uſus.* Inde experientia. Ut, *homo magno uſu; & rerum uſu. valet ingenio habet uſum. ad prudentiam uſus accedens,* Forfarenhed oc brug. Item fructus, commodum, Nytte oc gaffn. *Magno id uſui erit. id utinam ſit ex uſu.* Item familiaritas & converſatio, Omgengelſe. *Cum ipſo ſum conjunctus uſu, & familiaritatis uſu. mihi cum illo uſus eſt atq; conſvetudo.* Item exercitatio, øffuelſe. *Uſus dicendi magiſter optimus. uſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſervabi.* Item pro commodo. *Id ex uſu meo non eſt,* Det er icke mit gaffn. Item *ſic mihi uſus eſt,* Det er min vis oc brug. *Uſus venit,* i, e. opus eſt, Giøris behoff. *De cæteris ſtudiis alio loco dicam, ſi uſus fuerit,* i. e. opus fuerit, Om det giøris behoff. Et *mihi ſic uſus,* Det er mig fornøden at giøre/ jeg maa ſaa giøre. *Uſus eſt, quo vita ſuſtentatur citra defectum, adeoq; in neceſſitate eſt. Fructus autem ad voluptatem etiam extenditur.*

Uſualis, le, om. t. Juriſconſ. Ut, *uſuale mancipium,* quod non venditur, ſed utendum locatur; & ex quo uſus tantum capitur, Træll/ mand lejer bort til brug oc ey til eje.

Uſuarius, m. ſ. cujus eſt uſus tantum rei, non proprietas & poſſeſſio, Som haffuer noget til brug allenaſte/ oc ey til eye. Et adjectivè, uſuarius, a, um, ex quo uſus capitur.

Uſura, æ, f. pr. uſuariæ rei ratio, Brug. *Uſura temporis, horæ, diei. natura dedit uſuram vitæ, lucis tanquam pecuniæ, nulla præſtituta die. Sunt n. hujusmodi, tempus, hora, dies, vita, uſuaria & utenda tantum data.* Item fœnus & fœnorationis fructus, q. uſus qui percipitur ex re uſuaria & re utenda, Rente oc gaffn. *Uſura prædii, pecuniæ,* quæ inde provenit. *Uſura unciaria, & fœnus unciarium,* cum centeſima ſortis pars ſingulis menſibus datur. Menſes n. unciarum vicem gerunt, Tolff aff hundrede/ Maanedtz Rente oc Aager. Item uſura pro uſu, conſvetudine & familiaritate. Ut, *longa, quæ inter nos fuit uſura, hoc efficit.*

Uſurarius, a, um, quod ad uſum accipitur mutuo, Til laans at bruge. *Pecunia uſuraria.* Et *mulier uſuraria,* quâ quis utitur, quamq; accipit velut mutuaticiam, Leikone: aut quæ uſu tantum uxor eſt, non confarreatione aut emptione, Tectequinde. *Puer uſurarius,* qui aliàs catamitus.

Utendus, a, um, paſs. quo uti debemus, Til brug. *Hæc utenda & poſſidenda dedit, accepit.* Item impersonal. *utendum eſt bonis,* Mand ſkal bruge. *Utendum eſt pace, bello.*

Utenſilia, ium, n. plur. quæcunq; in uſum veniunt, Alt huad mand holder paa i huußholdning. *Utenſilia, quibus aut alitur hominum genus aut etiam extollitur.*

Utibilis, le, om. t. Plaut. & antiquè, idem quod utilis. Ut, *ſervus hero utibilis,* Brugelig / gaffnlig oc nyttig.

Utilis, le, om. t. lior, liſſimus, quo uti poſſumus in commodum noſtrum, Brugelig/ gaffnlig/nyttig. *Res utiles & ſalutares. Lex utilis. Hoc Reipubl. utile eſt. vita utiliſſima. civis utiliſſimus. Homo utilis,* Nyttig. *Homo ad nullam rem utilis.*

Utiliter, modo utili, & cum utilitate, Nytteligen / gaffnligen. *Hæc utiliter fiunt ad hominum vitam.*

Utilitas, atis, f. t. utilis rei ratio, Gaffn oc nytte. *Refert omnia ad ſuam utilitatem. utilitas oculorum Deorum munere hominibus data. alicujus utilitatibus parere. cogita de tuis utilitatibus & commodis.* Et *utilitatibus tuis carere poſſum,* i. e. uſu, Sin hielp oc brug.

Compoſita.

Abutor, eris, in uſum aliquem conſumo, Forbruger. *Abuſus ſum quæ dediſti.* Item non rectè, vel non ſuo loco utor, Mißbruger/ Vanbruger. *Legibus ad quæſtum ac libidinem abutitur. ſermone quodam abrepto pro mandatis abuſus eſt. alieno abutitur nomine.* Et cum accuſ. antiquè, *abutitur rem, operam.* Item paſs. ab hac re abutimur. Ponitur & pro ſimplici utor. Ut, *ſagacitate canum ad utilitatem noſtram abutimur.*

Abuſio, onis, figura oratoria.

Abuſus, a, um, paſs. quo abuſi ſumus, Forbrugt. *Hæc abuſa ſunt.* Et *locis omnibus abuſis.*

Abuſus, us, m. q. abutendi actus, Vanbrug / mißbrug.

Abuſivè, Quintil. adverb. ſignificans contra uſum & rei naturam, impropriè.

Inuſitatus, a, um, non uſitatus & inſolens, Wbrugt/ wbrugelig/wſedvanlig. *Via inuſitatæ. verbum inuſitatum. inuſitata magnitudo:*

Inuſitatè, modo inuſitato, Wbrugeligen/ icke effter viis oc vane. *Scriptæ inuſitatè epiſtolæ.*

Inutilis, le, om. t. non utile, quodq; nullo eſt uſui, Wnyttig/wnyttelig. *Homo eſt non ſibi, ſed Patriæ inutilis. res eſt inutilis.*

Inutiliter, modo inutili, Wnyttigen/wnytteligen. *Multa inutiliter adminiſtrantur.*

Inuti-

Inutilitas, atis, f. t. inutilis rei ratio, Wnyttighed/ wnyttelighed/ wnytte.

Perutilis, le, om. t. valdè utilis.

UVA, væ, f. pr. pr. prod. fructus vitis, constans scapo, pediculo, acino sive grano: ab uvido acini latice sic dicta, Vinklase/Vindrue. Ponitur & pro ipso acino, Vinbær. *Uvæ ursinæ*, Ribs/S. Hans Bær. Et translatè *uva apum*, cum conglobatæ instar uvæ dependent, Biklase/hengende Bisuerm. Item Columella in fine palati circa fauces dependens; sic dicta, quia ut uva dependet & humiditate variatur: Estq; vocis moderatio. Intumescit & aliquando ad similitudinem uvæ cum vehementi inflammatione, ac dolore, Bug/ drøbel. Item uva, ipsa inflammatio & morbus columellæ. Item *uva marina*, ova sunt sepiarum racematim compacta, à pediculo uno dependentia, earundem atramento aspersa.

Uveus, a, um, quod ex uvis est. Ut, *uveus succus*, i. e. vinum.

VULGUS, & antiquè volgus, n. s. aliquando masc. hominum multitudo passim inhabitans, seu pars populi ignobilior, à volvo, sive quod incertis sedibus, sive sententiis volvatur, Almue / gemeene Mand. *Non est consilium in vulgo, non ratio, non descrimen, non diligentia. Hoc in vulgus emanare non debet, vulgi sequitur judicium.* Item *vulgus imperitorum. vulgus patronorum*, i. e. turba.

Vulgo, adverb. significans passim, per omnes, Almindelig/ allevegne. *Hinc latis vituli vulgò moriuntur in herbis, non sunt ista vulgò disputanda.* Item aperte, *vulgo loquebatur. vulgò ostendebat & proferebat*, for alle. Item ubiq;. Ut, *ejusmodi tempus erat, ut homines vulgò impunè occiderentur.* Item universè. Ut, *vulgò opinio hominum socium me ascribit tuis laudibus.* Item persæpè. *Id vulgò evenire solet, non rarò aut insolenter.* Item sine discrimine. Ut, *vulgò ad prandium vocat. vulgò mihi se debere dicunt*, i. e. omnes sine discrimine. *Vulgò quæsitus, vulgo conceptus*, Jurisconsul. cujus pater ignoratur, vulgò quæsitus, Faadt Tøgget.

Vulgaris, e, om. t. quod est vulgi, aut quod in vulgus spargitur, seu vulgi multitudinem vel judicium sequitur, Gemeent/ Almindeligt. *Vulgaris sensus, sententia, prudentia, oratio, sermo, opinio. vulgare dicendi genus. vulgaris mulier*, quæ se vulgat & corporis sui facit copiam, Almindelig Skiøge.

Vulgò, as, act. pr. in vulgus do, Kommer vd / fører vd iblant almue. *Verbis vulgare dolorem.* Et *vulgare corpus suum* dicitur meretrix, quæ se omnibus promiscuè prostituit.

Vulgatus, a, um, quod vulgavimus. Ut, *hoc vestra voce vulgatum est. Navis in flumine publico vulgata omnibus.*

Composita.

Divulgo, as, act. pr. variè vulgo, in vulgus spargo, Løber om by med noget / raaber vd blant Folck / giør liust oc aabenbare / giør almindeligt / gemeen. *Divulgat consilia Reipubl: libros divulgat. rem sermonibus divulgare.*

Divulgatus, a, um, quod divulgavimus, Giort gemeen / kommen vd for alle mand. Item amisso tempore, idem quod vulgaris, Gemeen/ Almindeligt. *Magistratus divulgatissimus.*

Evulgo, as, in vulgus do, seu edo, Lader vdgaa for huer mand. *Jus civile evulgabit.*

Pervulgo, as, in vulgus semino. Ut, *tabulæ describuntur & pervulgantur. Mulier se omnibus pervulgat*, Giør sig gemeen for alle. Item pervulgò sive pervolgo, pro pervagor aut pererro. Ut, *littus pervulgat Varr. pervolgant fulgura cælum.* Lucret.

Promulgo, as, in vulgus propono q. provulgo vel q. primum vulgo, antequam incidatur in æs, Slaar op for alle mand oc almuen. *Promulgare legem* dicebantur, cum primum in vulgus edebatur, & cum trinis nundinis scripta proponebatur publicè, ut legi posset ab iis, qui in urbem è rusticis tribubus ac municipiis veniebant: postea ferebatur & in æs incidebatur. *De meo reditu octo tribuni promulgarunt*, i. e. statuerunt. Et *promulgantur rogationes.*

Promulgatio, onis, promulgandi actus, Opslag oc forkyndelse. *Promulgatio legis*, quâ lex promulgatur. *Promulgatio trinundinum, promulgatio Catonis*, quam promulgavit Cato.

Promulgator, oris, qui promulgat.

Promulgatus, a, um, quod promulgavimus, Opslaget oc forkynt. *Promulgatæ leges. promulgatum bellum.*

VULNUS, eris, n. t. discessus quidam carnis in corpore hians & patens, externa vi factus, à vello, q. quod ex vulsione relictum est seu factum, ut plaga ex ictu à τιλήτω, Blodig saar/ Aaben saar/ huggen saar/ stucken saar / reffuen saar. Inde translatè ad animum, angor animi. Ut, *magnum ei vulnus ex filii morte.* Item damnum. Ut, *vulnus Reipubl. vulnera vitæ*, i. e. incommoda aut infamia. *Dicta illa vulnerant aures*, i. e. offendunt. Aliter à βέλος, sagitta, jaculum.

Vulnerarius, a, um, quod ad vulnus pertinet. Ut, *vulnerarium emplastrum.* Et absolutè, *vulnerarius*, qui vulnera curat, Barbfer.

Vulnero, as, act. pr. vulnus infligo, Saarer / hugger saar oc skramme. *Ferrum acie ipsa vel ferri viribus vulnerat. servus vulneratur.*

Vulneratio, onis, vulnerandi actus, Saarelse. *Vis sine vulneratione & sanguine.* Et translatè, *salutis suæ vulneratio.*

Vulneratus, a, um, quod vulneravimus, Saaret/ saargiort. *Corpus ferro vulneratum.*

Composita.

Convulnero, as, idem, quod vulnero, seu multis vulneribus afficio.

Invulneratus, a, um, non vulneratus, Usaaret.

VULPES, & Volpes, pis, f. t. animal quoddam fraudulentum insidiisq; decipiens, ab Æolico φαλώπαξ pro ἀλώπηξ ejusdem significationis, Ræff. Item *vulpes marina*, piscis quidam cetaceus ex Galeorum genere. Aliter vulgò q. volupes, quia volubilibus est pedibus, nec unquam rectis itineribus sed tortuosis anfractibus currit.

Vulpecula, læ, f. pr. parva vulpes

Vulpio, onis, apud Apul. & Cæl. pro Vafro.

Vulpinor, aris, dep. pr. astutè ago vulpis instar, Giør Ræff aff mig/ trædskeligen handler oc giør.

Vulpinus, a, um, quod est vulpis. Ut, *vulpina pellis*, Ræffbelge. Et translatè *vulpinus animus* pro astuto.

VULTUR, uris, sive vulturis, is, m. t. nomen animalis rapacissimi, & prædæ admodum inhiantis q. voltur, à volatu frequentiori, Gam. Inde translatè causidicus.

Item

Item hæredipeta. Item *Vulturis jactus* in taleis erat infælix. Aliter vultur Isid. à volatu tardo, quod propter magnitudinem corporis tardè volet.

Vulturius, rii, m. s. idem. Unde translatè *homo Vulturius* pro rapace. *Vulturius Reipubl. Vulturius togatus*, i. e. causidicus. *Vulturius paludatus*, i. e. Imperator. *Vulturius jactus*, qui exspoliat aleatorem.

Vulturinus, a, um, quod est ex vulture. Ut, *Vulturina caro. Vulturinum fel.*

Vulturnus ventus à brumali solstitio flans. Sic dictus, quòd instar vulturis acutum sonet, Sudoſt.

Compos.

Subvulturius, a, um, Plaut. Ut, *subvulturium corpus*, quod est colore sub nigro, aliquatenus vulturis: vel corpus alacritate & hilaritate ad vulturii corporis similitudinem prope accedens.

VULTUS, us, m. q. & antiquè voltus, anterior pars humani capitis comprehendens oculos, genas & os, ex qua indicium de animo fit: dictus à volo, quia est voluntatis indicium, Anſict / Aaſiun / Anled. *Vultus sermo quidem tacitus mentis* Lucret. Neut. plur. facies vulta.

Vulticulus, m. s. Cic. q. parvus vultus, aut vultus severitas.

Vultuosus, a, um, vultu triste. Ut, *Vultuosa frons. Ut, venit non læta facie, sed vultuosa fronte*, Seer ſørgelig gen vd.

Vultuosè, adverb. vultu mœsto, Sørgeligen.

VULVA, æ, sive volva, s. pr. receptaculum fœtus, propriè in brutis: sic dicta quòd fœtus involvat: Et Isidoro q. valva, i. e. janua, vel quod semen recipiat, vel quod ex ea fœtus prodeat, Moderen/ ſom foſteret fødis vdi. Romanis è porcis præcipuè erat edulis & in summis delitiis. Ponitur & pro ore vulvæ. Et translatè, involucrum illud album prorumpentium boletorum in ovi speciem. Item pomi medium, in quo ceu loculo latent semina, Kernhuuſt.

UXOR, oris, s. t. quæ viro nupta est, dicta q. unxor, quod mariti domum ingressura axungiâ, oleo, aut adipe lupino postes ungebat contra fascinum: vel quòd lotum maritum ungeret, Huſtru/Ecte huſtru. Habebatur autem uxor tribus modis, usu, confarreatione & coëmptione. Uxor usu fiebat, cùm tutoribus auctoribus mulier in matrimonium conveniebat, & cum viro ita consvescebat, ut cum justo marito, adeò ut si usus ille intra annum non interrumperetur, pro usucapta jam haberetur, Tecte Quinde eller Kone. De reliquis modis vide suis locis.

Uxorcula, æ, s. pr. parva uxor, diminuens substantiam uxoris.

Uxorius, a, um, quod est uxoris. Ut, *res uxoria*. Item uxorius, qui nimis uxori servit, Som lader ſig lede affſin Kone.

X.

XENIUM, ii, n. s. ξένιον, munus quod hospitibus donatur, Huad mand ſkencker oc forærer giæſter.

Xeniolum, n. s. parvum Xenium.

XYSTUS, m. s. ξυστὸς porticus ampla latitudine, ubi Athletæ per hyemem exercebantur, Stor/ vid ſkru. Item qui xysto ludit.

Xystum, n. s. subdialis ambulatio, ubi sudo cœlo suas exercebant palæstras.

Xysticus, ci, m. s. qui in xystis pugnat.

Z.

ZEDOARIUM, n. s. peregrina voce, aromatis genus, Zedefer.

ZINGIBER, sive Zinziber, eris, n. t. peregrina voce genus est aromatis, Ingefer.

ZONA, æ, s. pr. ζώνη, cinctus erat latior & militaris, in quam & pecuniam condebant. Unde & aliquando pro pecunia ponitur, Taſke Belte. Item cinctus virginalis: unde *solvere zonam*, est virginitatem interficere. Item zonæ, quinq; circuli latiores in cœlo.

Zonula, læ, s. pr. parva zona.

Zonarius, a, um, quod ad zonam pertinet. Ut, *zonarius sector*, qui zonam seu loculos incidit. Et absolutè zonarius, qui zonas facit, Beltemagere/ Taſkemagere.

Compos.

Semizonarius, m. s. Plaut. qui semisonia seu semicinctia conficit.

DEO TRIUNO
LAUS, HONOR ET GLORIA.

SUPPLEMENTUM
ORIGINATIONUM
LATINARUM.

A.

ACer, acris, ab ἀκεός.
Acer (arbor) ex acus ariſta.
Acerbus q. ἀκεός. Θ. aut ἀκερ-Θης.
Acinus ab Acore.
Acipenſer ab ἄκωψ, ἄκωπ Θ.
Ad, ex, ar. Ar, ex as. As ex ἀς.
Adeps à daps, vel δάπ Θ. Item adapo.
Adulor ex ad & ἔρα, q. aduror.
Alo ab ἄλδω, vel ἀλλειόω.
Alumen ab ἅλμη.
Amo à μάω, ut ἀμέργω, μέργω.
Ambulo ab ambeo.
Anſa ab ango. Item ago.
Ante ab ἄντα.
Apluſtre ex ἄφλαστον, i.e. ala navis.
Apud ex Apo.
Arbiter ab αἰρετὸς. Item ab ara.
Arbor q. ἀερσόας ſeu ἀερσοάτης.
Arduus ab ἄρδλω altè.
Areo ab ἀραί Θ.
Ariſta q. ateriſta ab ἀθέρα.
Artus ab ἀρτίζω.
Aſinus q. otinus ab ὦας. Item ab auſis, i.e. auris.
Aſio ab ὠτός.
Atta ab ἄπω ſubſilio.
Audeo ab ὠθέω, motu violento à me amoveo.
Audio ab ὠάζω.
Avena ab ἀῦον. Item ab ἄω.
Avis ab ἀίσσειν.
Aurugia ex auro & ορυχή.
Auſculto ex auris, auſis: ut cæculto à cæcus.
Aut ab ἦπ.
Autor q. audor ab audeo.
Autumo ab ἀνδάω loquor.

B.

Bacca à βάτ Θ.
Bacar à ποτήρ.
Bajulus à βάω, βαστάζω.
Barba q. παρ' ὦπα: vel q. βαρύωπον aut βαρόπα.
Batillum & batuo à βάκτρον.
Batiola fuit baciola, à Bacar.
Bes à binis aſſis partibus.
Beſtia à peto.
Beto à βατέω.
Betula à πετάλη.
Bilis q. filis à fel. Item à χολή.
Blandus à πλάπτω, aut à πλάω, πλάθω.
Bonus à πόν Θ.
Bucca à βύομαι.
Bufo à βύομαι.
Bulga à μόλγ Θ.
Bulla q. bucculа, bulla. Item à βύομαι.

C.

Cæcus à κακός. Item à χάσκω hio. Item à χάζομαι prior.
Caligo à καλύπτω.
Calvus à callis.
Calx pedis q. calix à κυλίω volvo.
Canalis à χαίνω.
Canterii q. coantarii, ab antarii, ut cacumen q. coacumen.

Capio ex ἅπτομαι, ἁφάνω. Item à χάζω.
Carcer q. coarcer. Item ab ἔρκ Θ, ἕρκιον.
Cardo à κάρα.
Carpentum q. carrus pendens.
Cartilago à κάρ Θ.
Catena q. captena à capio. Item q. καθ' ἡνία.
Catus à κάζω orno.
Cautes à κόπω.
Caudèx à cauda.
Cella à cera.
Cenſeo à centum. Item à καινὸς, καινίζω.
Ceruſſa à cera. Item à κάρα.
Cervix q. καρβιής capitis robur.
Ceſpes à cædo.
Ceu ab ὥ, i. e. quomodo.
Cevere à κάμπειν. Item à cebus.
Cicada à κικίω.
Cicer à cicum.
Ciconia à κίω, κηκίω.
Cicuma à κίκυμις.
Cilo à cædo.
Cimex q. κοιμιγὴς. Item q. κίμβηξ.
Cio à κινέω.
Cippus à κυφός.
Cirrus à γύρ Θ.
Ciſtum q. ciſtium à ciſta.
Clam à καλύπτω.
Claudus à κλάζομαι, vel à κολετὸς. Item à χωλός.
Coloſtrum à γάλα. Item à cogo.
Concipilo à con & capio. Id eſt λῆξις, ut in ambulo, &c.

Copula à cogo. Item cohum.
Coquo à πέπω.
Corium à κάεσμαι.
Corpus à χρόος, χρῶς.
Corylus à κάρυον.
Coxa à coxendix.
Coxendix à κοχώνη.
Craceo à κρέκω.
Cras à καιρός. Item à χρόα.
Crepo à κρέκω.
Criſta q. cariſta, à κάρη.
Crumena à χρυμαία.
Cucumis à κύω.
Cudo, onis, à κώδιον.
Cudo à κόπω.
Culex à quatio, ſeu cudo.
Culpa à καλέπτω, καλεπὸς pernitioſus. Item à κώλυμα.
Culter à κολόω amputo, trunco.
Cumera à cumba. Item cupa.
Cumulus à cumeo. Item à χῶμος.
Cuneus à κόπω, findo, ſcindo.
Curruca à cura.
Curtus à κείρω.

D.

Dam à δή, ἄν. Item ex θα.
Dama à Δαμάλη.
Dem à δὲ, vel à θεν.
Delibutus q. deluendo imbutus.
Dens à τίνδω, τίνδων.
Diribere à dis & habere.
Doceo à δέκω.
Dorſum à δέρη collum, cervix.
Dulcis à θέλγω, mulceo, demulceo.
Dum à δὲ ἔν.

E.

Ebrius ab Ebibo. Item à βρέχω.
Elementum ab ὕλη.
Emo ab ἔχω.
Eniber & iniber ab inhibeo.
Enſis ab ἐνὸς. Item q. eſis ab ἔεις.
Equus ab ὀκέω, ὄκος.
Ergo q. ἄεργε.

F.

Facetus à Φάσκω loquor. Item q. facietus à facies.
Facio à Φάω luceo, & Φαίνω in lucem profero.
Faſtus à Φάω luceo.
Favilla à foveo.
Faux à χάος.
Favus à χάος.
Fecialis à facio.
Felis à Φῆλος.
Fello à θηλάζω. Item à βδέλλω.
Fendo, defendo à Φένω. Item à πένθω.
Fidelia q. fictelia. Item à πίθος dolium.
Filix à πίλνω.
Filum à fingo. Item à findo. Item à fibra.
Findo à χαίνω.
Finis à figo.
Firmus à θερμὸς.
Flaccidus à πλάξ, πλακός.
Floccus à πλόκος.
Flecto à πλέκω.
Fodio à βοθύνω. Item Φυτίω.
Fœo à Φύω. Item à κυέω.
Fœniculum à fœno.
Fœtus à Φόομαι.
Follis à foveo.
Formica à fero.
Foveo à κυέω.
Fraces à frango. Item à ῥαγές.
Fraga à ῥάχες.
Fraus à Φενάζω, & Φενάδης prudens.
Frequens à βρέχω.
Frio à θερίνω.
Frivolus à frio. Item à τρίβομαι.
Fruſtra à fraus. Item à fruges.
Fulcio à Φυλάσσω. Item à palus.
Fulgeo à Φαλός. Item à Φλέγω.
Fungor à πονέομαι.
Furvus à fulvus.
Furo à θόρος. Item à πῦρ.
Furnus à πῦρ, πυρίον. Item Φύρσμα.
Fuſcus à furvus. Item à Φαιός.
Fuſtis à fugo. Item ferio.

G.

Gabalus à χάω.
Galla q. garra à κάρα. Item à callus, quod ſit calloſa.
Gauſape, q. gauſtape, h.e. χαίτης τύπης. Item à κῶς, κῶας, & τύπης.
Gemini à γέμω plenus, onuſtus ſum. Item à κῦμα fœtus, fœtura q. gymini.
Gemma à κῦμα germen. Item à κύω in utero geſto, quòd turgeat.
Gemo à κυμαίνω fluo, æſtuo Et de animo, & de navi.
Gero, propriè manibus aliquid tracto, q. chero à χεὶρ manus, & χειρίζω manibus tracto, unde & Gerones Gloſſ. dicti ſunt χειρισταὶ.
Gigeria à γίγαρτα.
Gilvus à κιρρός.
Glaber à glacies, glacio.
Glarea à κλῆρος ſors.
Gleba à κολυβός, mutilus,
Gliſco à λίσσομαι.
Globus q. γόλυφος, γόληφος.
Glubo à λέπω, λεπίζω decortico.
Gluten à λύω. Item à κόλλα. Item à γλοιώδης.
Goſſypium q. cotſtypium à Syriaco cot ejusdem ſignificationis, vel à κῶς vellus, & σύπη ſtupa.
Gradus à γράω. Item à ῥάσσω.
Gramen à κρᾶσις. Item q. geramen.
Granum q. κάρηνον, caput: propter rotunditatem.

Gratus

Gratus q. κρηστὸς.
Gravis q. geravis. Item q. bravis à βαρύς, ut glans à βάλανος.
Gremium q. geremium à gero.
Grex à γάργαρα sive γέργερα multitudo.
Grossus à γράσσος fatuus q. fatua ficus. Item q. glossus à χλόος. Item q. quæ facile dejicitur arbore à ventis concussa, à κραδῶμαι dejicior. Et quidem κράδη ficus genus est: unde verbum κραδάω.
Grumus à κρώμαξ, acervus & congestio lapidum.
Guttur à χύω.

H.

Hæreo ab αἱρέω.
Halo, onis, quod halet vinum. Item ab ἅλη, anxietudo animi & pandiculatio corporis.
Halo ab ἄω.
Hamus ab ἅπω.
Hara q. Hasa, ab ἄσις limus, cœnum. Item, q. hyasa, hyara ab ὑὰς sus, sucula.
Hasta ab ἀσσίς. Item à χάζω cedo, quòd cedere faciat hostem, & vim hostilem avertat. Item ab habeo vel hæreo, ut græcorum ἔγχος ejusdem significationis ab ἔχω.
Helvus à Gilvus.
Hendo in prehendo à χανδάνω.
Herba à φέρβω alo, pasco, φόρβη alimentum.
Heu à φεῦ.
Hilum à filum.
Hir à χεὶρ.
Hira, intestinum tenue, ab hir.
Hirquitallus & Hirquitallire ab Hircus & θάλλειν.
Hirsutus ab Hircus. Item ab Horreo.
Hirundo ab hæreo.
Hirtus ab hircus.
Hispidus ab ἄσκις.
Horreo à sono, quem edunt algentes, febricitantesq; à χερρὸς asper, propter inæqualitatem & duritiem q. propriè de agris terrisq; ut ager horret.
Hospes ab ὁδεύω.
Hostis i. e. peregrinis ab ὁδὸς via.
Humi, humus à χαμαὶ, ejusdem significationis.

I.

Jaceo ab ἰαύω dormio.
Jacio ab ἵημι, ἰάω, ἰέω, mitto.
Jam ab ἰάπτω.
Ibi ab ἐκεῖ ejusdem significationis.
Ico, ejusdem significationis cum jacio ab ἰέω mitto, jacio.
Idoneum ab ἴδιον. Item ab εἶδος forma, species. Item ab εἰδὼς gnarus, sciens.
Jecur ab ἱέμαι cupio. Item à ζέω. Item ζάω.
Jejunus ab ἠῶος, ἑῶος.
Igitur q. agitur, ab ago.
Ilex ab ὕλυ.
Ille pro olle ex ὅλος.
Imitor ab ὁμοιόω. Æol. ὑμοιῶ.
Inde ab ἦτε. Item ab ἔνθα, ἔνθεν hinc, illinc.
Inguen ab ὄγκος tumor, ὄγκη angulus.
Inquio ab εἴπω.
Interpretor à pretium. Item à πράττω.
Ipse q. ὄψε, ab, ὁ & ψε detracta aspiratione, ipse.
Ita q. oita ab οὕτω, vel ab εἶτα.
Juba ab ἤβη.
Juniperus à juni partu.
Juppiter à ζεὺς & πατήρ.
Jus, juris à ζῶμος.

L.

Labor, eris, à sono, per Onomatopœjam.
Labor, oris, à λυπὴ, λυπηρος.
Lacer à λαγαρὸς laxus, vacuus, non distentus.
Lacerna à λαγαρὸς laxus.
Lacio à λάω video, fruor. Item à λείχω. Item λαχαίνω, fodio.
Lædo à λάσθω. Item à λαιδρός. Item à λίθος saxum, lapis. Item à λάζομαι strictius corripio. Item à λίζομαι prædor.
Lamentum à λάπω, i. e. dolore afficio, quod est à λυπέω.
Langueo à λήγω cesso, desisto, q. præ lassitudine finem facio.
Lancino q. languino, à langueo.
Lanx à χαλαίνω laxo q. calanx. Item à longum.
Lappa à λαμβάνω corripio, apprehendo. λαβὴ prehensio.
Lardum à λαρινὸς & λαρὸς.
Largus à laribus, ut Dives à Divis.
Lascivus à lacio.
Lassus à langueo.
Later lateris, à λᾶς & terra q. lapis terreus.
Laxo à χαλάω.
Lendes à λεπτὸς gracilis, exiguus.
Lentus à lenio vel lenis.
Lepidus à λεπτὸς tenuis, gracilis: & de animo, subtilis & acutus.
Lessus à ληπέω.
Levis à λεῖος pulvis. q. quod pulverem motu refert.
Liber à ligo. Item à λιβρὸς, humidus, stillans, propter succum illinc stillantem.
Liber, a, um, à libet. Item à λύω solvo, libero.
Liceo à Lacio. Item à λαγχάνω. Item à λεύσσω.
Lien à λιάζομαι agitor, jactor, turbor. Item à λεῖος mollis.
Ligo, onis à lego, q. quo legimus radices.
Ligustrum à λεῦχον album.
Lima à λίγγω strideo, λίγδην strictim, i. e. superficiem tantùm per stringendo.

Limbus

Limbus à λῶμα ejusdem significationis. Item à limus, quòd limè assuatur.
Limus ab ἰλὺς. Item à λίμνη lacus, palus. Item à ligo quòd illiget pedes.
Limus, a, um, eâdem origine cum obliquus, à λοξὸς obliquus, transversus.
Lira à λίαρα læva, æqualis.
Lista à linea.
Locusta à λοιγὸς exitium, pernities, quam affert frugibus.
Lodix à λήθομαι, q. sub quo latemus.
Lolium à λύω, q. dissoluta seges & fatiscens ex degeneratione. Item à lues.
Lomentum, quo rugæ corporis eluuntur, à λούω lavo.
Lucanica à λαιχανία gula.
Luceo à λευκὸν album, diluculum.
Lucius, piscis, à λύκος lupus.
Lugeo a λυγρὸς. Item à λύζω.
Lumbi à λύω.
Lumetum à Dumetum.
Lupus à λυκὸς.
Luscinia q. lucinia à lucina i. e. Diana, noctis Dea, q. avis sub imperio lucinæ, & noctu modulans.
Luscus à λεύσσω.
Lutra à luo.

M.

Macto à μάσσω subigo.
Maculo à macto, q. per mactationem.
Magister à magnus & major.
Manus à μάρη.
Marra à μαρπάω capio, corripio, prehendo.
Mastruca q. Mastluca, à μάθλη corium, pellis.
Matula à μάκτρα.
Matuta q. quæ manè tutatur, utpote quæ isti tempori præest, & in cujus tutela est mane.
Membrum à μηνὸν, μανὸν rarum, molle, laxum, & quod coire potest, ut opponatur soliditati ossium.
Mendum à μινύθω.
Menta, obscœna origine, vel propter motum; vel propter prominentiam.
Mentum à μάσσω i. e. mando, mastico.
Mercor à mereo.
Merda q. merida à μερίζομαι, dividor, excernor.
Metus à μέδω impero.
Mica à Dorico μικκος pro μικὸς parvus, exilis.
Migro à μακρύνω. Item à meo, q. migero, ut in lambero, blatero. Item à μογερὸς laboriosus.
Mille à μύριοι.
Mirus à μύρως.
Mitis, qui facilè movetur, à moveo.
Mœreo à μύομαι fleo, ploro, lamentor.
Moneo à μηνύω, indico, significo: seu μνοεινόω, i. e. jumento habeo.
Mos, oris, constans factorum ratio q. μόνιμος constans. Item à μάω, μῶ cupio, affecto.
Moveo ab ἀμείβω.
Memini à μνήμη mens, μιμνήσκω meno.
Mulceo à mel q. melceo, & dulcedine quadam capio.
Munio à μύω claudo.
Mundus muliebris, à σμῶμαι abstergor, ornor.
Mundus à μονὴ mansio.
Murex q. marix à mare, ut pelagusiæ pro purpura.
Muscus à μυδάω.
Mustum à μύρω.

N.

Nævus à nascor. Item à νέω innuo.
Nam à νὴ ἂν, vel ναὶ ἂν.
Nanciscor à νάω. Item à νήχω.
Napus à νάπυ.
Nares à νηὸς, cavus, humidus.
Nassa à νάσσω denso.
Nauci à γναπτω.
Necto à νέω. Item à νέθω & νήω.
Nideo à νίζω, vel νίπτω.
Nidor à κνίσα: ut νέφος à κνέφας.
Nimbus à νίφω ningo. Νιφὰς nix cum impetu ruens.
Nimis à nitor, eris.
Niveo de oculis ex splendore, & nitore rei alicujus tremulis, à nive vel nitore, cujus micatione vibrantur oculi. Item à νέω.
Noceo à νύσσω, νύξω pungo. Item à νεικέω convitiis incesso.
Nubo à nubes.
Nudus à non & δύω.
Num à νὴ, vel νὲ ἦν.

O.

Obliquus à λοξὸς, λοχὸς.
Oblivisco r à liveo. Item lino.
Obscurum à σκίερον.
Oculus ex ὄπτομαι.
Odi ab ὀδύσσω.
Olim ab ὥρα, ὥρος. Item ab ἔωλον.
Omasum ex ὀμὰς.
Omen ab οἴομαι, οἰωνὸς. Item ab ὄσσομαι q. ὀσmen.
Omentum q. operimentum. Item q. ovamentum. Item ab opimum q. opimentum.
Onus ab ὄνειον utile.
Opacus ab ὄπτομαι.
Opinio ex ὀπτάνομαι.
Ora ab ὅρος.
Ordium, exordiam ab orior.
Orior ex ὀρῶμαι video.
Orno ex ὡραῖον. Item ab ὄρνυς.
Oro ex ἀράομαι.
Otium ex ὄθεν.

P.

Pœnitet à pœna.
Pœtus seu petus à petilus. Item à πατῶ.
Pala à πάλλω, παλὸς.
Palam à pando. Item à φανῶς.

Palleo

Palleo à palea. Item à πελὸς, πέλλω.
Palpo q. palma capio, ut usurpo. Item à παλεύω allicio, seu πάλλω vibro.
Palumbes à παλλεύω.
Palus à πηλὸς lutum.
Pampinus q. παμφάων à πᾶν, & φάω. Item à πέμπω, q. πέμπανον, ut stolones à στέλλω mitto.
Panicum à πηνίκη.
Panis à πάω.
Pantices à pando.
Pareo à παρὰ juxta. Item à πάρειμι.
Parus, avis à φάρος tegmen, & velum capitis.
Passer à ψάρ. Et pro pisce à ψύσα.
Pataqus à πάσσαλος. Item à πατάσσω.
Pateo à pando. Item à πετάω.
Paveo à πτοέω.
Pax à pango.
Pe, Enclitica à pote per concessionem.
Pello à βάλλω. Item à πελάω accedo.
Pendo à pendeo.
Pendeo à πέπομαι volo. Item à πίπτω cado.
Pene à πάνυ.
Penula à πίνος sordes, squalor, illuvies. Item à πένης pauper.
Per in nuper, semper, tantisper, ex enclitica græca περ.
Peto à πέπομαι volo.
Piam enclitica, in quispiam, & quidpiam, à pe & jam, q. quid pe jam.
Pica à picus.
Picus i. e. gryphus, à φὶξ & πὶξ pro σφίγξ.
Piger à πικρός. Item à παχύς.
Pignus à pago.
Pila à pindo, pinso.
Pilentum à pilis arrectariis.
Pilus à ψιλὸς. Item à πίλος.
Pipio à πιπίζω.
Piscis à πίομαι.
Pius à πάω paco, placo. Item à πίω honoro.
Placeo à πελάω, πλάω.
Placo à πλάξ, πλακὸς.
Planus à πλάξ.
Plancæ à πλάκες.
Plaudo à sono, ut πλατάσσω, πλαταγέω & φλάω.
Plaustrum à plaudo.
Plebs a πλέων.
Plectilis à plecto, πλέκω necto.
Plica à πλοκὴ.
Ploro q. plenè oro, vel flens oro. Item à πληθω.
Pluma à πλοκμὸς.
Plumbum à fluo. Item à βλύω.
Pluteus à pluo.
Podex à pudet.
Polenta à πολέω pasco, πολεύω nutrio. Item ejusdem originis cum πολιός.
Polio à πολιός.
Pollen à pello. Item à πάλη.
Pomum à πάομαι.
Pons à pendeo.
Popa à πατάω.
Popina à πέπτω.
Populus (arbor) à πλέω verto.
Porro à pro, ut πόρρω à πρό. Item à πόρρω.
Porta, portus & porta à Φορτὸς. Item à πέρομαι transeo.
Portus à πόρθμος.
Postillæ q. positellæ, voce Italica à posto i. e. posito.
Postulo à posteo.
Pote enclitica à πόθε.
Potis, potior à πόθος.
Prædium à præda.
Prælium à premo.
Præmium à præda.
Præpes, perpes, perpetuũ à beto.
Prandium à πρωΐ. Item à πράτω.
Precor à proco.
Pretium à πρίαμαι.
Proceres q. προκέκριται. Item à gero q. progeres.
Procul à procio.
Procus à procio.
Promo à proemo.
Propè à pro.
Propter à pro.
Prosper à πρόσπορος.
Pte per concisionem à pote.
Pubes à φύω.
Pulex à pungo.
Pullus de animali à πῶλος.
Pulpitum à palpo.
Pulvinus à pulvis.
Pumilus à πύγμη.
Pungo à πώγων cuspis.
Puppis q. popons, à post vel pone & pons.
Pupus per Onomatopœjam.
Purus à πῦρ.

Q.

Quæro à charum. Item à cura. Item à κύρω.
Qualis ab οἷος. Item à ἦ. Item à quàm.
Quando ex ὅτε.
Queo à χέω, χείω.
Queror de avibus, à sono.
Quiesco à κεῖμαι.
Quisquiliæ à κοσκυλμάτια.

R.

Rabo à ῥάζω.
Racemus à ῥαξ.
Rado à sono. Item à ῥάσσω & ἀρρόσω.
Raja à rado.
Ramus à ῥάμνος.
Rana à ῥάζω.
Rancidus à ῥαίνομαι.
Rarũ à ῥύσσω. Item ab ἄραιον.
Ratis à ῥόθος. Item a ratus.
Resignificat ductum ad principium ex ablat. re.
Recens q. recidens. Item à Recio.
Recupero à recipio. ut lambero.
Rego ab ὀρέγω tendo, extendo.
Relicinus à re & lacio.
Remis à rego.
Repens (repentinus) q. repetens per concisionem.
Res à reor.
Reor à ῥέω.
Rheda à ῥήδιον facile.
Rica à ῥακὸς panniculum, linteolum, propter raritatem & ῥακίον vestis vilis & detrita.

Ricinus

Ricinus à rictu, quem excitat. Item à ῥικνὸς rugosus, deformis propter deformitatem. Item à rigeo.
Ridica à ῥιζόω.
Rigo, as, à ῥαίνω, ῥάζω, irroro.
Rigor à ῥίτος.
Rima à ῥέω. Item à ῥώγμη.
Ripa ab ἐρίπνη.
Rito ab ἐρέθω: ut ructo ab ἐρεύγω.
Riscus à rima.
Ritus à ῥητόν.
Rixa ab ἐρίζω.
Rivus à rigo.
Rodo à ῥοῖζος.
Rogo ab ὀρέγω.
Rostrum à rodo, vel ῥύγχος.
Rota à ῥοθέω impetu feror.
Ruma à ῥύω.
Rumor à ῥέω.
Rumpi à ῥέμβομαι. Item à ῥέπω.
Ruscus à rubro colore.
Ruspor ab ὀρύσσω. Item à ῥίπτω. Item à ruo q. ruens pedibus
Ruta à ῥύομαι tueor.
Rutuba q. retuba, à retundo. Item à tuba. Item à ῥόθος.

S.

Sabulum à σάττω.
Sacer ab ἅγιος.
Sævus à σεύω.
Sagina à σάττω.
Sancio ab ἅγιος, ἅγος.
Sandapila q. σανὶς τάφιος.
Sanguis à σάττω.
Sapio à σαφής, manifestus.
Sarcina à σαργάνη.
Sarcio à σειρεύω.
Sarrio ab αἱρέω.
Satelles à σάττω.
Satio à σάττω.
Saucius à σώχω.
Scando à σκήπτω, σκήμπτω.
Scapulæ à σκήπτω.
Scapus à σκήπτω.
Scarabæus q. σκωροβαίων in stercore ambulans.
Scio à σκέπτομαι.
Scobs à σκάπτω.
Scoptula à σκήπτω.
Scortum à cortex.
Scribo à γράφω.
Scrobs à γυρὸς. Item à γράω.
Scropha à γρύζω: vel à sono.
Scrupus q. σκυρώδης scrupulosus, petricosus: scilicet à σκύρος fragmentum marmoris: σκυραφεύω tesseris ludo. Item à γρὺ. Item à κρύπτω.
Sculpo à γλύφω ejusdem significationis.
Scurra à corvus.
Scuta, scutella, scutula à χύτρα olla, testa.
Sebum à στιπτὸς densus, solidus, ob spissitudinem, ut Græcorum στέαρ ejusdem significationis ab ἵστημι.
Seco à ξέω.
Sed per Apocopen à sedum.
Sedo q. sedere facio.
Segnis à se & ago.
Semel ab ἅμα.
Senex ab ἕνος.
Sentio à sene vel senatore.
Sentis à σίνομαι & σέντης.
Sepelio à σέβομαι. Item à sepio.
Sepes à στύπη & στείβομαι. Item ab ἅπτομαι q. sapes.
Sequor ab ἕπομαι.
Sera à σειρὰ funis.
Seria ab ἔρα, terra.
Sero à σειρεύω connecto.
Serum, lactis ab ὀρὸς ejusdem significationis.
Serum, de tempore ab ὅρος terminus.
Servo ab ἐρέφω tego.
Seu à se & ve.
Sibus q. sobus à σοφός.
Sido ab ἵζομαι.
Signum à seco.
Silex à salio.
Siliqua ab ἕλιξ.
Simila q. simyla à σείω & μύλη.
Simul ab ὁμοῦ.
Singuli q. senguli ab ἑνικὸς.
Singultus, quod σείει vel σίνει γύαλον.
Sino ab ἕω, ἱέω mitto. Item ab ἐάω ejusdem significationis. Item ab ἀνύω efficio.
Sinus à σείω concutio.
Sipo, unde dissipo, à Siphon.
Sirpices à σύρω. Item ab ἅρπη.
Sirpus à σειρεύω connecto, ligo constringo.
Soleo à se & aleo, ut valeo, coaleo. Item ab ὅλος totus in re.
Sonus à σόος impetus. Item à σείω quatio.
Sorbus à σύρω.
Sordes à σαίρω, scopis purgo, everro.
Sorex à σάρωσις quisquiliæ.
Spargo à σπείρω.
Sparus à σαυρος.
Spatium à πατέω ambulo.
Sperno à πτέρνω, πέρω, πτερνίζω, calcepeto, ferio.
Spero à πειράω, πειράζω nitor, conor.
Spica à σταχὺς. Item à specio. Item à σπίζω extendo.
Spina à στίζω pungo.
Spinter à spina.
Spisso à στείβω.
Spissus à στιπτὸς. Item à πτύσσω complico.
Spolium à σκυλὸν ejusdem significationis, Item à σπάω traho.
Sporta à σπυρὶς ejusdem significationis.
Squamæ à σκάπτω.
Squilla q. squirra à σκαίρω. Item à καρὶς ejusdem significationis.
Splendeo q. plendeo à πλύνω lavo.
Spurcus à porcus.
Stannum à στέγω, vel ἵστημι. Item à τήκω liquesco.
Sternuo à πταίρω ejusdem significationis.
Stinguo à sono Item à στίζω.
Stipula à στύπη. Item à στύφελος durus, asper.

Stipu-

Stipulor à ſtipula.
Stiria à στερεὰ, rigida, dura, ſolida.
Stirps à στερεὸς & στερφὸς firmus.
Stolones à στολὸς amictus.
Stria à τρύω. Item à τρίβω tero, diminuo.
Stringo à στραγγέυω, premo.
Struma à ruma. Item à τρόω vexo, defatigo. Item à στρέμμα convolutum, tortum.
Struo à στρεύω, vel στρωννύω ſterno. Item à τρύομαι laboro.
Stupeo à τύφομαι. Item à σύφω.
Sturnus à στερεὸς firmus, denſus. Item à στρέφω flecto.
Suavis ab ἀδέω, ἥδω, vel à ſuadeo.
Suadeo ab ἀδέω & ἥδω.
Subucula à ſubeo. Item à ſubduo, ſubinduo, ut Græcorum ὑποδήτης.
Sudes à σὺς impetus, vel à σώζω.
Suco ab ἔω, & ἵεμαι deſidero. Item ab ἔσυ, σφέον.
Sulphur q. ὀλόπυρ. Item à σύω & πυρ.
Sumo à ſe & emo.

T.

Tabanus q. δαφοινὸς.
Tabes à δάπω, conſumo.
Taceo à δάκνω.
Tædet à τηκάω, quæro, tento.
Tæter à πτερώσκω. Item τρομὸς. Item à τέρας monſtrum.
Talis à tam. Item à τῖς.
Talus à tango. Item à τύλη.
Tam à τῆ, i.e. eâ ratione.
Tama ab αἷμα ſanguis.
Tamen à tango.
Taminia à tama.
Tantus à τόσος.
Tardus à δηρὸς. Item à torus.
Taxus à τάξον arcus.
Temerè à temno.
Temetum q. τέινον μεθυ.
Tento à πάω quæro, tento.
Tenus à τείνω.
Tepeo à τύφομαι.
Teres à τέρομαι.
Terra à στερεὸς, στέρρος, ſolidus, firmus.
Teſta à tego.
Teſtis à tego.
Texo à πάπω. Item à τείχω.
Tibia à tuba.
Tignum à tego. Item à τυχω.
Timeo à δίω, timeo.
Tina à τίω honoro. Item à δὶς vaſculum. Item à δεὶς.
Titillo à τιλαίνω extendo. Item à ſono titillantis, titi.
Titio à tingo.
Tituho à τιτύω tundo, q. offenſo ad aliquid.
Tolero à τλήομαι obcaleſco, obdureſco. Item à ταλάω.
Tondeo à τείνω ſtringo. Item à τέμνω.
Tophus à δέφω ſubigo.
Torpeo à θορυβέομαι turbor. Item à ταρβέω paveo.
Torqueo à τροπέω. Item τρόχὸς rota.
Torvus à terreo.
Tot à τόσος.
Totus à τόσος.
Traho à δράω.
Tranquillus à trans & quies.
Trans à τράω perforo.
Triquetrum à τρίγωνον. Item à τρίχυτρον.
Triſtis à τρισομαι.
Trua à τρέω, τρύνω.
Trudo à τρύω. Item à θρυπτω.
Truncus à τρύχομαι, τρυχὸς.
Truo à θόρω, θρώσκω ſalio.
Trux à τρόω vulnero. Item à terreo.
Tuber à τυπτω.
Tuburcinor à tuber.
Tueor à θεῶμαι.
Tum à τὸ & ὄν.
Tumeo à τύπω: τύμμα ictus, percuſſus.
Tunica à δύνω ſubeo, indro.
Tunc à τόκα pro τότε.
Turdus à ſurdus, ut σύρδη, τύρδη.
Turgeo à τρύγη. Item à torus.
Turma q. terram movens.
Turpis à torpeo. Item à τέρω. Item à τέρπω per antiphraſin.
Turris à tueor.
Turtur à ſono, ut Græcorum τρύγων ejuſdem ſignificationis.
Turunda à τυρὸς panis caſeum in ſe habens. Item à turo, obturo.
Tyro à τόρος validus, agilis, pernix. Item à τέρω tener.

V.

Vacerræ à vago, vel vacuo poſitu. Item q. vagerræ à ve intenſiva, & gerræ.
Vacillo à vagus.
Vacinium à bacca. Item ab ὑάκινθος.
Vaco à ve & ago.
Valeo à ve & alo.
Uber ab ὕφος. Item ab uva & uvido.
Ubi ab ὅπα.
Valgus q. volgus à volvo.
Valvulus à volve. Item à valvis.
Vallum à βάλλω.
Vanus à φαίνομαι.
Vapor à βάπω.
Vapulo ex ἄπτομαι. Item à παίωμαι ferior, cedor, cum intenſiva, ve.
Varus q. vaſus à βάσις. Item à βάρος onus.
Vas, ſis à βάπω.
Vaſtus à vagor. Item à vado.
Vatrax à βάτραχος.
Ve ab ἦ. Item à βᾶ. Item à φι.

Vegeo

Supplementum Originationum Latinarum.

Vegeo à ve & ago.
Vel à velle. Item q. vele à ve & enclitica, le.
Velum à veho.
Venenum à Φένω.
Venter, quòd ἔνλεφι contineat.
Venum à Φανῶς. Item ab ὤνιον.
Veratrum à verator. Item à verto.
Verber à ferio q. ferber. Item ex ve & arbor, aut herba.
Verbum ab ἔρω dico.
Vergo q. versum ago.
Vermis ab ἕρπω. Item à verro.
Verres ab ἐῤῥωὸς aper.
Verro ab ἔῤῥειν. Item ab ἐρύω trabo.
Verruca à varis (faciei tuberibus) Item à veru.
Vertagus à verto & ago.
Verto ab ἐρύω.
Vervex ab ἐρύω.
Verum ab ἔρω loquor, dico.
Vesica q. vensica.
Veto ab ὀθῶ curo, rationem rei habeo.
Vetus ab ἔτος annus.
Via ab οἶα.
Vicia à βίκιον.
Vidulus ab ὁδὸς. Item à βάδις iter, q. vadulus.
Viginti ab ἴκωνλι. Hanc formam ſequuntur triginta, quadraginta &c. per compoſitionem à tria, quatuor.
Vincio à vieo.
Vinco à βιάω.
Viola ab ἴον.
Violo à βίαω.
Virus à viror ſeu vireo.
Viſcum ab ἰξὸς. Item à virore.
Viſcera à vivo.
Vitricus ab ὀτρύνω urgeo. Item ab ὀθέω curo, rationem habeo q. votricus. Item à vitetrica.
Vitrum à Φάω.
Viverra à vivacitate.
Ulciſcor ab ὀλέκω. Item ab ἕλκω.
Uligo q. udigo, ab udus.
Uls ab ulter.
Ulter ab alter. Item ab ἄλλη, i. e. altera parte.
Umbilicus ab ὄμφαλος.
Unda ab ὠθῦμαι.
Unde ex ὅθεν.
Ungo ab ὀνέω.
Unguis ab ὄνυξ. Item ab uncus.
Upupa ab ἔποψ.
Vola q. voluta à volo.
Volvo ab ἑλύω, ἑλόω.
Vopiſcus ab ὀπίσω, ὄπισθεν.
Urgeo ab ὄρω, ὀρέω, ὄρνυμι excito.
Uruncus ab uro.
Uter, vas, ab ὕθρα uber
Vulnus à vello. Item à βέλος ſagitta.

Index

INDEX EORUM,
QVAE AB OPERIS ALPHABETO DISCREPANT:

QVALIA SUNT DERIVATA AC COMPOSITA, QVAE AUT SIGNIficatione aut elementorum variatione longiùs à primigeniis receſſerunt: aliaq; minus trita vel obvia.

Cætera enim ad primigenia facilè reduci poſſunt, ac in eorum claſsibus inveniri: qualia ſunt, participia, participialia, verbalia, nominalia, compoſita, ac alia, vel integris primigeniorum, vel duabus aut tribus Alphabeti literis initialibus. Obſervandum autem compoſita eſſe quærenda ad poſteriorem compoſitionis partem, ut exigo in ago: niſi poſterior illa fuerit Enclitica. Sic enim, propter obſcuritatem ſignificationis, quærenda eſt dictio in priore, quæ ſcilicet ſignificationis momentum in ſe continet. Porrò V, quod aliquoties occurrit, ſignificat vide: notatq; paginæ titulum, in quo dictio inveniatur.

A.

Abago 25.
Abannatio, abannitus, 63.
Abarceo & aberceo 77.
Abiga 25.
Ablectæ 639.
Ablegmina 640.
Abluo 634.
Aboleo 44.
Abolla 129.
Abrumi 1078.
Abſilio 1095.
Abſtemius 1295.
Abſtineo 1305.
Abſurdus 1271.
Abunde, abundans, 1462.
Ac 9.
Accendo 155.
Accenſi 199.
Accentus 157.
Acceptilatio 419.
Accido 133.
Accido 137.
Accino 157.
Accio 213.
Accipio 163.
Accipiter 163.
Accumbo 270.
Accuſo 188.
Acero 6.
Acervus 6.
Acetum 4.
Acia & acies, 7.
Aciæris 16.
Acidus 4.
Acinor v. aginor 25.
Aciſculum 7.
Aculeus & acuo 7.
Acupedius 920.
Acus, de piſce 8.
Adagio 26.
Adeò 597
Adgretus 532.
Adhæc 562.
Adicit v. adicio 578.
Adimo 350.
Admentum 735.
Adminiculum 717.
Adminiſtro 747.
Adoleſco 44.
Adſipio 1105.
Adtegrare 1278.
Advena 1402.
Adulor 11.
Adulter 47.
Adultus 45.
Æcaſtor 182.
Ædepol 958.
Ædifico 386.
Æditimus & ædituus 11.
Æneus 16.
Æquidiale 311.
Æquilatatio 632.
Æquilavium 636.
Æquimanus 718.
Æra 16.
Æra v. lolium 679.
Ærica 16.
Ærinea v. lolium 679.
Æripes 920.
Æruſco 16.
Æſcularius 16.
Ætas 19.
Æternus 19.
Affaniæ 401.
Affatim 408.
Affecto 376.
Afficio 375
Affinis 442.
Agagulo 24.
Agaſo 24.
Agea 24.
Agerona, ageronia 24.
Ageſis 1472.
Agger, aggero 512.
Agina 25.
Agmen 25.
Agolum 25.
Agon, agonium 25.
Agredula 21.
Agripeta 937.
Ajugà v. Abiga 25.
Alabrum 38.
Albegmina 40.
Albica 40.
Alburnum, alburnus 40.
Alebria 43.
Ales 38
Algificus 386.
Aliata 42.
Alibrum v. alabrum 38
Alica 43.
Alienus 42.
Alioqui v. alioquin 1040.
Aliorſum 1424.
Alipilus 932.
Aliqua v. aliquis 1035.
Aliquot fariam 405.
Allecto 617.
Allicio 617.
Allido 621.
Allucinor 688.
Alluo 634.
Alluvio, alluvies 634.
Almus 44.
Alſus 41.
Altare, altarium 74.
Altercor 47.
Alterplex 948.
Altimeter 740.
Altrorſum, 1424.
Altus 44.
Alvearium 49.
Alveus 48.
Alumnus 44.
Amanuenſis 717.
Ambactus 26.
Ambages 26.
Ambegna, ambiegnus 22.
Ambidentes 298.
Ambigo, ambiguus 26.
Ambio 354.
Ambitio, ambitus 355.
Ambrices 588.
Amburbiales 1477.
Amen 735.
Amens 732.
Amentia 732.
Amentum 68.
Amicinum 49.
Amicio 51.
Amiculum 51.
Amictus 53.
Ammentum v. admentum 735.
Amor 53.
Ampedices 906.
Amplector 952.
Amplexor 952.
Amplifico 386.
Ampulla 129.
Amſanctus v. anſanctus 1100.
An 49.
Anantiæ 65.
Anas, anitas morbus, 67.
Ancæſa 140.
Anceps 174.
Ancile 140.

Ancilla 57.
Anciabris 57.
Anclo v. anculo 57.
Ancula 57.
Anculi v. ancula 57.
Andruo 1360.
Anfractus 476.
Angenora v. angerona 58.
Angerona v. angeronia 58.
Angina 58.
Anguimanus 717.
Anguis 59.
Angulus 59.
Anguſtus 59.
Anhelitus 554.
Anniverſarius 1423.
Anſanctus v. amſanctus 1100
Anſer 57.
Antæ 65.
Antani, antarii 65.
Antea 597.
Antelucanus 688.
Anteluco 688.
Antenna 65.
Antepagmenta 809.
Antiæ 65.
Antiani 65.
Anticipo 163.
Anticus 65.
Antideo 355.
Antilena 66.
Antiquus 66.
Antiſtes, antiſtita 1235.
Antlabra v. anclabris, 57.
Antlo v. anculo 57.
Antruo v. andruo 1360.
Anulus, annulus 67.
Anxius 60.
Apage 26.
Apageſis 1472.
Apella 901.
Aperio 877.
Apertus 877.
Apex, apiculus 68.
Apexabo 69.
Apis vel apes 69.
Apiſcor 69.
Apium 69.
Apologus 683.
Appendix 908.
Aptus 69.
Aquaculo 72.
Aquagium 37.
Aquila 73.
Aquilegium 643.
Aquilex 643.
Aquilicium 617.
Aquilo 73.
Aquiminarii 73.
Arbuſtum 75.
Arbutus 76.
Arca 76.
Arcanus 76.
Arcera 76.
Arceſſio 213.
Arceſſo 214.
Arcio 213.
Arctus & arcto 76.
Arcuma 77.
Arcus 77.
Ardea 80.
Ardelio 80.
Area 81.
Arena 81.
Argumentum 83.
Argutus 83.
Arilator 88.
Ariolus 74.
Ariſta 81.
Armea 86.
Armentum 87.
Armentū v. admentū 735.
Armilla 86.
Armille 85.
Armus 86.
Arquus 77.
Arrigo 1054.
Arripio 1047.
Arſe 79.
Arteticus 90.
Arteſis 90.
Articulus 89.
Artifex 386.
Artio 90.
Artitus 88.
Artuo 90.
Arvena v. advena 1402.
Arvipennium & arvipendium 868.
Arundo 82.
Aruſpex v. haruſpex 1208.
Arvum 87.
Arx 77.
Aſcaripeda 920.
Aſcendo 1112.
Aſcopera 914.
Aſpergo 1198.
Aſpicio 1202.
Aſpredo, aſpretum 92.
Aſſæ mulieres v. adſum 1264
Aſſarius 79.
Aſſarius, de nummo 90.
Aſſecla 1150.
Aſſentor, ari 1146.
Aſſevero 1164.
Aſſideo 1136.
Aſſiduus 1137.
Aſſilio 1136.
Aſſir 79.
Aſſu, aſſer 106.
Aſſo & axo 106.
Aſt. 93
Aſtituo 1241.
Aſtrologus 683.
Aſturco 531.
Atq;
Atribilaria 218.
Atricapilla 174.
Atrilicium 659.
Atriplex 948.
Atrium 94.
Atrox 94.
Attegiæ 1291.
Attegrare 1287.
Attineo 1305.
Attingo 1285.
Attonitus 1338.
Attrecto 1347.
Atypus 1376.
Avarus 98.
Auceps 168.
Auctificus 387.
Auctionor 98.
Auctor 98.
Auctumnus 99.
Aucupor 168.
Avernus 102.
Averſæ 1419.
Averruncо 1082.
Augmen 99.
Auguſtus 101.
Avidus 98.
Avius 1431.
Aululariæ 840.
Aureæ 103.
Aurifex 387.
Auriga 37.
Aurigo 104.
Auripigmentum 933.
Aurora 569.
Aurunco 1082.
Auſculto 96.
Auſpex, auſpicium 1207.
Auſpico, auſpicor 1207.
Autem 105.
Auxilium 100.
Axi, axum 24.
Axicia 1131.
Axies, axioſæ, axitæ & axitioſæ 25.
Axilla 38.
Axungia 1463.

B.

Barbus 111.
Bacrio 106.
Bardaicus 112.
Beatus 115.
Bellus 122.
Bene 122.
Beneficus 387.
Benignus 122.
Bes 90.
Bibliopegus 869.
Biceps 174.
Biclinium 233.
Bidentes 299.
Biduum 311.
Bifariam 405.
Bifax v. trifax 1345.
Biſidus 439.
Biforis 466.
Bigæ 604.
Bignæ 522.
Bilanx 627.
Bihorne 570.
Bilagnim 37.
Bilu à lis 674.
Bilix 659.
Bimaris 719.
Bimeſtris 734.
Bimus 118.
Binomius 819.
Bipalium 862.
Bipertio 884.
Bipinella 934.
Birotum 1075.
Biſellium 1137.
Biſeta 1163.
Bitienſes 116.
Blandiſico 387.
Boa 123.
Boja 123.
Bolbiton 120.
Boſtar 1242.
Botulus 120.
Bovicidia 140.
Box 123.
Brochus, brocus 128.
Bubino 129.
Bubulcus 123.
Bubalus 123.
Bucæda, bucida 140.
Bucolica 123.
Buſtirapus 1049.
Buſtum 1472.
Buteo 127.

C.

Cadaver 132.
Cadivus, caducus 133.
Caduceus 133.
Cæduus 137.
Cælo, as, 137.
Cælo, æs 141.
Cælum 137.
Cæmentum 137.
Cænipeta 917.
Cæpi 161.
Cærimoniæ 142.
Cæruleus 142.
Cæſaries 137.
Cæſius 142.
Cæſo 137.

Cæſuliæ 142.
Cætus 356.
Caja 183.
Calabra 147.
Calamenta 734.
Calamintha 734.
Calamitas 143.
Calata, calator 147.
Calcar 150.
Calcarius 151.
Calceus 150.
Calcitro 150.
Calco 150.
Calculus 150.
Calefacio & calfacio 182.
Calendæ 147.
Caligna 146.
Calleo 146.
Callidus 147.
Callis 147.
Calliſco 146.
Calo v. culo 275.
Calvefio 382.
Calumnia 149.
Cammarus v. gammarus 506
Camurus 152.
Canalis 154.
Candela 154.
Caniceps 174.
Caniferæ. v. caniphoræ 426.
Caniſtrum 154.
Cannathrum 154.
Capedo 162.
Capero 172.
Capidulum 173.
Capillus 932.
Capis 162.
Capiſtrum 173.
Capitium 162.
Capreolus 172.
Capriceps 174.
Capricornus 252.
Caprificidies v. caprificialis 433.
Caprificus 432.
Captivus 162.
Capulus 162.
Cardiacus 248.
Carduelis 178.
Carduus 178.
Carex 178.
Caries 177.
Carmen (fullonium) 178.
Carmino 178.
Carnifex 387.
Caſmillus 153.
Caßita 181
Caſſus 177.
Caſtificus 387.
Caſtigo 35.
Caſtrum 180.
Catalogus 683.
Catapyges v. pyge 1020.
Catillo 184.
Catulus 184.
Caudex 185.
Caverna 189.
Caviares 190.
Cavilla 186.
Caula 187.
Cauneas 186.
Cavo 189.
Cavo 186.
Cauſificor 387.
Cautus 186.
Celebris 196.
Celo, as 141.
Celones 196.
Celox 196.
Celſus 197.
Centipes 174.
Cento 200.
Centuplex 948.
Centuria 201.
Centuſſis 90.
Ceraria v. geraria 512.
Cerberaſter v. ſerperaſter 1159.
Cereviſia 204.
Ceria 204.
Cernuus 203.
Cero 203.
Cerritus 204.
Cerrones v. gerrones 517.
Certifico 388.
Certo, as 205.
Certus 205.
Ceſſo, as 190.
Ceſticillus 209.
Choragus 37.
Cilium 217.
Cingulum 219.
Cinnus 218.
Cinxia 219.
Cio 213.
Circino 221.
Circitor, circuitor 355.
Circius 221.
Circuitio, v. circumitio 355.
Circulus 221.
Circumcelliones 197.
Circumcido 137.
Circumculco 151.
Circumluo 634.
Circumplector 952.
Circumſpicio 1202.
Ciſterna 223.
Ciſtophorus 426.
Cito, as & citò 213.
Citra, citro 223.
Citus 213.
Clanculum 225.
Clandeſtinus 225.
Clarifico 388.
Clarigo 32.
Clauſtrum 228.
Clivus 232.
Cludo 228.
Cluma v. gluma 528.
Cluſius 228.
Coagmentum 27.
Coagulum 27.
Coaleo 45.
Cocetum 246.
Cocio v. cunctio 248.
Coculum 246.
Codex 185.
Codicaria 185.
Codicilli 185.
Coërceo 77.
Cæteroqui v. cæteroquin 1035.
Cogo 27.
Cohum 210.
Coleus 187.
Colica 240.
Colis, coles 187.
Collabello 614.
Collectaneus 640.
Collega 643.
Colliciæ 617.
Collido 621.
Collimo v. collineo, 666.
Colluco 688.
Colluo 634.
Colluvies, colluvio 634.
Colo, as 1023.
Colonus 238.
Colorifico 388.
Coluber 239.
Colum 1023.
Columna 144.
Columus 144.
Colurnus 254.
Combennones 115.
Combino 118.
Comes 356.
Comites 242.
Comiſſor 243.
Comitium 356.
Comito, comitor 356.
Commendo 711.
Commentor 730.
Commentum 730.
Commeto, as 735.
Commictum 747.
Commilitium 745.
Comminiſcor 730.
Comminus 718.
Commodus 762.
Commotaculum 781.
Communico 767.
Communis 767.
Communio 767.
Compages 869.
Compendium 908.
Comperio 877.
Compingo 869.
Compitum 925.
Complector 952.
Complodo 944.
Compos 977.
Compoſitura & compoſtura 964.
Concenturiare 201.
Concentus 157.
Concerpo 179.
Conchylium 244.
Conchyta 244.
Concido 133.
Concido 137.
Concido 137.
Conciliare 217.
Concilio, as 148.
Concilium 147.
Concinnus 218.
Concino 157.
Concio, is, 214.
Concio, onis 214.
Concipilo 931.
Concito 214.
Concors 249.
Concubina 278.
Conculco 151.
Concumbo 270.
Concutio 1025.
Condio 315.
Concipio 163.
Condus 320.
Confarreatio ſive confarratio 398.
Confercio 399.
Confertus 399.
Conferva 431.
Confeſtim 421.
Conficio 376.
Confio 381.
Confiteor 407.
Conflages v. confluges 457.
Confœduſti 461.
Confrages v. confluges 457.
Confragus 476.
Congenulo, 510.
Congruo 542.
Conia 212.
Conjectura 579.
Conivum 813.
Conjax 603.
Conquiniſco 279.
Conquino 279.
Conregione v. regio 1053.

Conſcendo 1112.
Conſcientia, conſcius 1119.
Conſecro, 1088.
Conſideo 1137.
Conſidero 1168.
Conſiligo 1173.
Conſilio 1095.
Conſilium 1097.
Conſolida, conſolido 1186.
Conſpergo 1198.
Conſpicilium v. conſpicillum 1203.
Conſpicillum 1203.
Conſpicio 1203.
Conſpicuus 1203.
Conſpiro à ſpira 1211.
Conſtituo 1241.
Conſul 1097.
Conſulo 1098.
Conſultus 1098.
Contagio 1286.
Contamino 1285.
Contemnificus 388.
Contemplor 1295.
Conticinium 1280.
Continco 1305.
Contingo 1286
Continuus 1305.
Contor 245.
Contra 277.
Contrecto 1248.
Contumax 1367.
Contumelia 1367.
Convaſo 1390.
Convexus 1395.
Convicium 1466.
Convivium, 1454.
Copia 245.
Copo 287.
Coracinus 245.
Corbitor 254
Cordire 249.
Cordolium 326.
Corgò 249.
Corigia 251
Cornicen 159.
Cornupeta 927.
Coronis 253.
Coronix 253.
Corrigo 1048.
Corripio 1054.
Cors 237.
Cortalis 237.
Cortina 237.
Cortumio 1365.
Corvitor 254.
Cos 189.
Coſſiliris v. cuſſiliris 675.
Cotidiè v. quotidie 313.
Coturnium 545.
Coxa 256.
Craſſivenium 1401.
Creber 262.
Crementum 205.
Crementum 205.
Cremium 258.
Crepi 261.
Crepido 261.
Crepundia 261.
Cretio 205.
Cribrum 205.
Crimen 206.
Crocota 265.
Crudus 267.
Crux 266.
Cubile, cubiculum 269.
Cubitus 269
Cubo 269.
Cuctio v. cunctio 278.
Cuculio 273.
Cucumer v. cucumis 273.
Cucurbita 273.
Cujus, cujas 1035.
Cul v. qualis 1023.
Culcitra v. culcita 274.
Culleola v. culeola 275.
Culleus v. culeus 275.
Culina 247.
Culmen 144.
Culmus 144.
Culullus 275.
Cunabula 278.
Cunctor 278.
Cuniculus 279.
Cunnilingus, v. cunilingus 668.
Cupes 280.
Cuppes v. cupes 280.
Cur 1061.
Curia 282.
Curio 282.
Currus 285.
Cuſſilitis 673.
Cuſtos 283.
Cuſus 255.
Cutio 290.

D.

Dacryma v. lacryma 619.
Damnificus 388.
Dardanarius v. propola 1000.
Dautia v. lautia 637.
Debeo 549.
Debilis 549.
Decalcatum 152.
Decalogus 683.
Decapulo 171.
December 295.
Decempeda 920.
Decendium 311.
Decerpo 179.
Decet 297.
Decido 138.
Decido 133.
Decimæ 295.
Decimodia 764.
Decipio 164.
Decipula 164.
Decotes 189.
Decalco 151.
Decumbo 270.
Decurio 296.
Deeretum 206.
Deculto 275.
Decumanus 295.
Decuria 295.
Decuſſis 90.
Defatiſcor 408.
Defendo 413.
Defeſſus 408.
Deſicio 377.
Definio 442.
Defroculus 836.
Deſit 382.
Defrutum 431.
Dego 28.
Dejero 606.
Deinceps 168.
Deinde 294.
Delecto 617.
Deleo 45.
Delerare v. delirare 674.
Delibro 651.
Delibutus 129.
Delicatus 618.
Deliciæ 617.
Deliciatum & deliciares 618.
Delico, as, delicus 618.
Delimo 663.
Delinimentum, delinitio 645.
Deliquiæ 618.
Deliquum 670.
Deliro 673.
Deliteo 630.
Delubrum 634.
Deluo 634.
Demens 733.
Demo 350.
Demum 293.
Deni 296.
Denicales 805.
Deniq; 294.
Denticulatim v. dentatim 298.
Dentiducum 339.
Dentilegus v. dentiloquus 682.
Deorſum, 1424.
Depeculor 900.
Depereo 358.
Depeſta v. lepeſta 648.
Depilo 932.
Depretiatus 922.
Depuber, depubis 1003.
Depuvio 896.
Deripio 1048.
Des v. Bes 90.
Deſcendo 1113.
Deſcobinatus 1120.
Deſes, idis, 1137.
Deſideo 1137.
Deſidero 1168.
Deſilio 1095.
Deſipio 1105.
Deſpicio 1203.
Deſpumo 1219.
Deſtino 1240.
Deſtituo 1241.
Deſultor 1095.
Deter, deterior 1316.
Detergo v. detergeo 1313.
Detrecto 1348.
Detrimentum 1316.
Devexus 1395.
Deunx 1460.
Dextans 1165.
Dextera v. dextra 300.
Dextrorſum 1424.
Diætarii v. directarii 1054.
Dialogus 683.
Dicoris v. diloris 303.
Dicoris v. diloris 686.
Dierecta v. dierecti 1054.
Dieſpiter 894.
Difficilis 377.
Diffiteor 407.
Dilectus 642.
Diligens 642.
Diligo 642.
Dilorico, as 685.
Diloris 686.
Diluculum 689.
Diludia 693.
Diluo 635.
Dilutus 635.
Diluvies, diluvio 635.
Dimico 743.
Dimidius 727.
Diplois v. duplex 948.
Diplomo v. duplex 948.
Directarii 1054.
Diribeo 549.
Dirigo 1055.
Dirimo 350.
Diruncio 1082.
Dis 317.
Diſcapedino 171.
Diſcepto 164.
Diſcerpo 179.
Diſcido 138.

Discipulus 316.
Discors 249.
Discrimen 207.
Discumbo 270.
Discutio, 1026.
Disertus 1157.
Dispaleſco 862.
Dispalo 865
Diſpendium 908.
Diſpendo 868.
Diſpenno 912.
Diſpereo 359.
Diſpergo 1198.
Diſpertio 884.
Diſpeſco 889
Diſpicio 1204.
Diſpliceo 940.
Diſplodo 944
Diſſico 1131.
Diſſideo 1137
Diſſileo 1095
Diſſipo 1179.
Diſtenno 1311.
Ditio 317.
Diu 310.
Dives 316.
Divido 1436.
Divinus 317.
Divus 316.
Dodra 1030.
Dodrans 1030.
Dogma 326.
Dolabro 327
Dolon 882.
Dolorifico 388.
Domator v. Domitor 329.
Dominus 328
Domo 329
Doſſuale v. dorſuale 331.
Dubito 332.
Ducenarius 201.
Ducenti, ducenteſimus 201.
Dudum 340.
Duella, duellum 341.
Duicenſus 199.
Duidens v. bidens 299.
Dulciter v. dulcè 340.
Dumectũ v. dumetum 341.
Dumicetum v. dumetum 341.
Duntaxat 1286.
Duplex 948.
Duplicarii, dupliciarii 948.
Duplio 949.
Duplus 949.
Dumoſus v. damoſus 341.
Dux 334.

E.

Ebeo 116.
Ebur 112.
Ec, Ecce 352.
Eccum 597.
Eclogæ 684.
Eclogium v. Eulogium 684.
Eculeus, eqvuleus 364.
Edera v. Hedera 557.
Edilis v. Edulis 346.
Edor v. Ador 10.
Effatus & effandum 401.
Efficio 378.
Effigia, effigies 440.
Effoco 409.
Eggero v. egero 514.
Egregius 541.
Eidus v. Idus 585.
Ejero 607.
Elecebræ 618.
Electo 618.
Elegans 641.
Eleo v. Elino 668.
Elephans v. Elephantus 349
Elevies v. Elino 668.
Elices 618.
Elicio 618.
Elicius 618.
Elido 622.
Elimino 664.
Elimo 664
Illum 597
Elogium 684
Elops v. porculus 971.
Elæus v. Helaeus 557.
Eluo 635
Eluria 635
Elutrio 635.
Elutus 635.
Eluvies 635.
Emacio 702.
Emendo, as 731
Ementior 733.
Emico 743.
Emineo 712.
Eminus 718.
Emiſſarius 756.
Emiſſitius 756.
Emolumentum 769.
Emporeticus v. Emporeticus 352.
Enchiridion v. pugillaris 1007.
Endo 590.
Endoitium 357.
Endoitium v. Initium 357.
Enim 352.
Ennam 797.
Ens, eſſentia 1264.
Enuber v. Inibet 352.
Eò 596.
Epar v. Hepar 559.
Epilogus 684
Epithedium 1063.
Equiſetum 364.
Ericio v. Herciſco 500.
Erctum v. Herctum 560.
Ergò 364.
Erigo 1055.
Eripio 1048.
Eritudo v. ſervitus 1161.
Erudio 1050.
Erumna v. ærumna 15.
Eſca 346.
Eſculus v. æſculus 17.
Eſurio 346.
Ethologus 684.
Etiam 367.
Etymologus 684.
Evangelium 58.
Everræ & exverræ 1414.
Eugium 37
Evito 1446.
Evito i.e. vitam eripio 1454
Eulogium 684.
Eunuchizo v. Eunucho 367.
Examen, examino 70.
Exbuo 130.
Excerpo 179.
Excido 133.
Excido 138.
Excio 214.
Excipio 164.
Excipulus 165.
Excito 215.
Excolo 1023.
Excors 249.
Excubiæ 270.
Exculco 151.
Excuſo 188.
Excutia v. axicia 1131.
Excutio 1026.
Exemplum 55.
Exentero 592.
Exercleo 78.
Exercitium 78.
Exercitus 78.
Exfilatus 438.
Exſio 443.
Exiguus 29.
Exilis 587.
Eximius 351.
Eximo 350.
Exitium 357.
Exoleſco 45.
Exos 857.
Expatò 891.
Expedio 919.
Expergiſcor 1055.
Experior 878.
Expers 885.
Expiſcor 937.
Explodo 944.
Exporgò v. exporrigo 1056.
Expotus v. epotus 978.
Exprobro 990.
Exrego v. erogo 1072.
Exſecror 1088.
Exſecutrix, exſecutor 1151.
Exſequiæ 1151.
Exſilio 1095.
Exſpecto 1204.
Exſpergo 1199.
Exſpes 1209.
Exſpicio 1204.
Exſpumo 1219.
Extra 369.
Extar 369.
Extemplo 1295.
Exter, v. exterus 368.
Exterricrnius 1321.
Exterus, externus 368.
Extimus v. exterus
Extiſpices 1208.
Extra 368.
Extremus 369.
Extrorſum 1424.
Exverræ 1414.
Exul 1098.
Exulto 1095.
Exuo 342.

F.

Fabula 400.
Faceſſo 374.
Facies 374.
Facilis 374.
Facinus 374.
Facundus 400.
Fœcialis v. fecialis 411.
Falcidia 394.
Falco 394.
Falla v. fala 393.
Falla 394.
Falſificus 388.
Famelia v. familia 396.
Famen 400.
Fameſco v. fameo 396.
Famigerabilis v. famigeratio 515.
Familia 396.
Fandus 400.
Fans 400.
Farcimen 398.
Farcturæ v fractura 475.
Farſano v. furfurio 501.
Farina 398.
Farreatio 398.
Farſura v. fartura 399.
Fas 400.
Faſcelis 406.
Faſcenninæ vel faſcenoneæ 406.
Faſcia 406.

Faſelus v. phaſelus 407.
Faſti dies 400.
Faſtidium 1281.
Faſtigo 35.
Faticinus & faticanus 159.
Fatigo 36.
Fatiſco 408.
Fatum 401.
Faveus 410.
Faviſſæ 411.
Favitor v. fautor 610.
Favonius 410.
Fauſtus 410.
Faxo 375.
Februalis v. februarius 411.
Februatum v februo 411.
Februus v. februarius 411.
Fecundus 462.
Feles v. felis 412.
Felles v. felis 412.
Fellito v. fellico 412.
Femina 462.
Femur v. femen 413.
Fenum 462.
Feo v. fæo 461.
Feralia 418.
Ferculum 418.
Fere, fermè 418.
Ferentarius 418.
Feretrum 419.
Fermentum 430.
Ferox 415.
Ferriteres 1317.
Fertilis 419.
Fertum 419.
Ferula 417.
Feſcemini 406.
Feſiæ v. feriæ 416.
Feſnæ v. feſceninæ 406.
Feſſus 408.
Feſtinus 419.
Feſtus 416.
Fetialis v. fecialis 411.
Fiber 432.
Fibræ 431.
Fibula 436.
Ficedula 432.
Ficulneus & ficulnus 432.
Fidicen 159.
Fiduſta 434.
Figulus 440.
Figura 440.
Fimbria 432.
Finitimus 441.
Fio 373.
Fiſcella 445.
Fiſcina 445.
Fiſtuca 436.
Fixula v. fibula 436.
Flabra 452.
Flacceſco v. flacceo 446.
Flagitium 447.
Flagito 446.
Flamen 452.
Flamma 447.
Flaviſſæ v. faviſſæ 411.
Flaviſſæ 452.
Flemina ſive flegmina 450.
Flexumines 449.
Florifertum 426.
Fluſtrum 456.
Flutæ 456.
Focale 409.
Focaneus 409.
Focillo 473.
Focus 473.
Fœdus, eris 461.
Fœcundus 461.
Fœmina 462.
Fœnero, fœneror 462.
Fœniſex 1131.
Fœnum 462.
Fœnus, oris 462.
Fœo ſive feo 461.
Fœtificus 388.
Fœto, fœtus 463.
Fomes 473.
Fontalia ſive fontinalia 465.
Forago 466.
Foraria 472.
Foràs 465.
Foratia v. foraria 472.
Forceps 168.
Forcillo, as 500.
Forfex 388.
Foris 465.
Formido 467.
Formucapes 168.
Formus v. forma 467.
Foro, as, à foris 466.
Foro, as 466.
Forſan, forſitan 56.
Fortaſſe, fortaſsis 471.
Forte-an 56.
Fortè, fortuitò 471.
Fortemater v. fortè 471.
Fortifico 388.
Fortuito parentes v. fortuitò 471.
Fortuna 471.
Forvus v. forma 467.
Fovea 460.
Frages v. fraces 474.
Frageſco v. fraceſco 474.
Fragilis 475.
Fragor 476.
Fragro 476.
Fraterculo v. fratro 479.
Fratricida 140.
Fraxineus & fraxinus 480.
Fraxo 476.
Frenum v. frœnum 474.
Freſſa, freſa 481.
Fretum 481.
Fretus 487.
Fribulum v. frivolum 485.
Frigilla 484.
Frigorificus 388.
Friguſculum v. frivicolum 485.
Frigutio 484.
Fringilla v. frigilla 484.
Frit 484.
Fritilli v. fratilli 479.
Frivicolum 485.
Frivolus 484.
Fructus 487.
Frugiperdo 324.
Frumen, frumentum 487.
Fruſtra 480.
Fruſtro & fruſtror 480.
Fruſtum 476.
Fulcrum 491.
Fuligo 502.
Fulix v. fulica 502.
Fulmen 492.
Fulmenta 491.
Fulvus 502.
Fumificus 388.
Fumigo 32.
Fundo, as 497.
Funeſtus 499.
Funeta 498.
Funirepus 1059.
Funs v. fons 465.
Furiæ 501.
Furina 501.
Furtificus 388.
Fuſcus 502.
Fuſterna v. ſuſterna 1308.
Fuſtigo 36.

G.

Galba, galbanum 504.
Galerus 505.
Gallina 505.
Gelicidium 135.
Gemoniæ 510.
Gemurſa 510.
Gena, genus in Indigena, alienigena, omnigenus &c. 522.
Genealogus 684.
Gener 520.
Genii 518.
Genimen v. germen 511.
Geniſta 510.
Gens 518.
Genuinus 519.
Genus 519.
Geraria 512.
Germanes 511.
Gerones v. congerrones 517.
Gerulus 512.
Geſſum v. gæſum 504.
Geſticulor 512.
Geſto 512.
Geſtus, geſtor 512.
Ginni v. Hinni 363.
Glaucito v. glocito 527.
Glocido v. glocito 527.
Glomero 526.
Glomus 526.
Gloſia v. gloria 527.
Glutis 529.
Glutus 529.
Gnatus v. natus 780.
Gnavus v. navus 803.
Gnixus v. gigno 517.
Gnobilis v. nobilis 817.
Grammaticus 536.
Graphium, graphicus 536.
Graſſor 531.
Gratificor 388.
Gravaſtellus v. Ravaſtellus 1051.
Gravicors 249.
Groma v. gruma 541.
Grundio v. grumnio 542.
Gulioca v. culeola 275.
Gulluca v. culeola 275.
Guttus 545.

H.

Habena 548.
Habilis 548.
Habito 548.
Hac 562.
Hæredipeta 927.
Halteres v. funambulus 50.
Hanum, hanulum v. fanum 397.
Harpax 555.
Harpe 555.
Harpedone 555.
Harpix v. ſirpices 1180.
Harpyiæ 555.
Haruga 555.
Haruſpex 1280.
Haut 105.
Hebenus v. Ebenus 344.
Hedinus, hedile 566.
Helluo, helluor v. belvor 557
Helvacea 558.
Helvellæ 567.
Helvolus 558.
Herclean 56.
Hetta 564.
Hibeo in compoſitis à habeo 549.
Hieto 564.
Hilla 564.
Hillum v. Hilum 363.

Hinc, Hiccine 562.
Hippopera 915.
Hirquis 565.
Hiulcus 564.
Hodiè 311.
Holoſerica 1154.
Homicida 140.
Homunculus v. homulus 567.
Honeſtus 568.
Honorificus 388.
Horda 465.
Hordicia 465.
Horologium 684.
Horrificus 388.
Horſum 1424.
Hoſtia 573.
Hoſtio, Hoſtimentum 573.
Hoſtorium 573.
Huc, Huccine 562.
Hulcus v. ulcus 1456.
Humanus 567.
Humigatus 574.
Humigo 32.
Humilis 574.
Humo, as. 575.
Hydromeli 728.
Hyſticium v. Inſicium 1132.

I.

Iacto 577.
Iaculo v. Iaculor 578.
Iaculum 578.
Iaculus v. Iaculum 578.
Ibridæ v. hybrida 575.
Ibrius v. hybrida 575.
Idem 569.
Ideò 598.
Iento, as 586.
Ignarus 529.
Ignavus 803.
Ignifpicium 1208.
Ignominia 820.
Ignoro 529.
Ignoſco 821.
Icio in compoſitis à jacio 578.
Ilicet 658.
Iligneus, Ilignus 587.
Illæ 564.
Illatebro 630.
Ille, a, ud. 596.
Illecebra 618.
Illecto 618.
Illex & illix 618.
Illex, egis 641.
Illicio 618.
Illicium 618.
Illido 622.
Illimis 666.
Illotus 635.
Illæbilis 635.
Illunis 696.
Illuſtris 698.
Illuvies 635.
Imago 588.
Imbecillis 108.
Imbito 116.
Imbubino 130.
Imbulbito 120.
Imbuo 130.
Imitandus, imitatus v. imitatio 588.
Imito v. imitatio 588.
Immanis 715.
Immineo 712.
Immolo, as, 769.
Immunis 767.
Impages 870.
Impedio 919.
Impendium 909.
Imperium 881.
Impero, as, 881.
Impertio 885.
Impetigo 925.
Impetro 893.
Impilia 931.
Impingo 870.
Implexus 953.
Implicitus 952.
Imporcatus v. Importo 971.
Importunus 972.
Impos 977.
Improbro 996.
Improfeſſus, Martiano, non profeſſus, ut ſervus improfeſſus.
Impubes, impubis & impuber 1003.
Imputrida, veteribus medicis pro incocta.
Imus 592.
Inanilogiſta v. inanilogus 684.
Inarculum 78.
Incalo 148.
Incaſſum 177.
Incendo 155.
Incenſus 199.
Incentio 158.
Inceſtificus 388.
Inceſtus 209.
Inchoo 210.
Incido 138.
Incido 134.
Inciens 215.
Incile 141.
Incilo, as 141.
Incino 158.
Incipio 165.
Incitego 1292.
Incito 215.
Inclytus 235.
Incolumis 144.
Incomes 356.
Incomitio 356.
Incoxo 256.
Inculco 151.
Incumbo 271.
Incuria 284.
Incus 274.
Incuſo 188.
Incutio 1027.
Indago 29.
Inde 294.
Indemnis 292.
Index 306.
Indicina, indicium 306.
Indigeo 348.
Indiges, indigito 30.
Indoles 46.
Inducia 336.
Inducula 342.
Indugredi v. Ingredior 532.
Indulgeo 1478.
Induo 342.
Induſium 343.
Induſtrius 1252.
Induvium v. Induviæ 343.
Ineptus 70.
Iners 88.
Infas v. infans 402.
Infenſus 413.
Infer, ra, rum 591.
Inferiæ 591.
Infernas 591.
Infernus 591.
Infeſtus 422.
Inficetus v. infacetus 371.
Inficio 378.
Infilare 438.
Infimus 591.
Infit 383.
Infiteor 407.
Infitias 407.
Infitior 408.
Inforo, de forenſibus 472.
Infra 591.
Infrendes 481.
Infrunitus 487.
Infula 438.
Ingenium 520.
Ingens 521.
Ingenuus 521.
Ingluvies 543.
Ingruo 542.
Ingula 525.
Iniber v. Emiber 352.
Inigo 30.
Iniquus 15.
Initium 357.
Inlices 618.
Inni v. Hinni 363.
Innuba 826.
Innubus 825.
Inoleſco 46.
Inorus 857.
Inquies 1032.
Inquino 280.
Inſcendo 1113.
Inſecta 1132.
Inſecto as, v. Inſector 1152.
Inſicium 1132.
Inſideo 1138.
Inſidiæ 1138.
Inſignis 1171.
Inſilia, inſilio 1096.
Inſipidus 1105.
Inſipo 1180.
Inſolens 1185.
Inſolo à ſol 1184.
Inſpergo 1199.
Inſpicio 1204.
Inſtar 1242.
Inſtigo 36.
Inſtitio 1182.
Inſtitor, oris. Inſtitä 1237.
Inſtituo 1241.
Inſula 1099.
Inſulto 1096.
Integra v. incitega 1292.
Integer 1286.
Intelligo 642.
Intemperiæ 1298.
Inter 591.
Interanea 592.
Interatim v. interea 598.
Interbito 116.
Intercalo 148.
Intercido 139.
Intercido 134.
Intercilium 217.
Intercino 158.
Intercipio 165.
Interculco 151.
Intercus 290.
Interdiu 311.
Interea 598.
Intereo 358.
Interficio 379.
Interfinium 442.
Interfio 383.
Intergerinus 514.
Interim 592.
Interimo 351.
Interluco 689.
Interluo 635.
Internus 592.
Interpedio 919.
Interpenſiva 906.
Interpolo 960.
Interpretor 990.

Interſtitio 1243.
Intertrigo 1316.
Intertrimentum 1316.
Intervenium 1401.
Interula 592.
Inteſtina 592.
Intimus 592.
Intrà 592.
Intrita 1316.
Intro, as, Intrò 593.
Introrſum 1424.
Introſpicio 1205.
Intus 593.
Inviſus 1435.
Invitus 1452.
Inuleus v. Hinnulus 363
Ipſe 596.
Ipſiplices 949.
Ipſullices & ipſillices, 618.
Irpices v. Sirpices, 2180.
Irrio v. Irrito 1067.
Irripio 1048.
Irritus 1059.
Iſicium v. Inſicium 2132.
Iſte 597.
Iſtorſum 1424.
Item, itim 599.
Iter 353.
Itiner, v. Iter 353.
Iucundus 595.
Iudex, judicium 308.
Iudico 307.
Iugis 601.
Iuglans 525.
Iugulus 601.
Iugum 601.
Iunus v. juvenis 608.
Iunius 609.
Iunix v. juvenis 608.
Iunix 609.
Iuppiter 895.
Iuſta 608.
Iuſtificus 389.
Iuſtitium 134.
Iuſtus 607.
Iuxta 602.

L.

Labes 611.
Labia 614
Labo, as, 611.
Laboro 613.
Laborum v. labarum 610.
Lacebra v. lacio 616.
Laceſſo 616.
Lacinia 616.
Lactaria v. Lactarius 614.
Lactuca 615.
Lacuna 620.
Lacunar 621.
Lætificus 389.
Lævigo 33.
Lamna v. Lamina 625.
Lampreta 927.
Lanificus 389.
Lanipendia 910.
Lanoculus 836.
Lapicida, Lapidicida 140.
Lapio 627.
Laqueare 621.
Laridum v. lardum 628.
Laſcivus 617.
Laſer v. Laſerpitium, 1180.
Laſerpitium 1180.
Laſſus 613.
Latex 630.
Latio, lator 418.
Latrina 630.
Latrina 633.
Latumiæ 630.
Lavandula 634.
Laudea v. laurus 636.
Lautitia 633.
Latumna 630.
Lautus 633.
Lax v. lacio 616.
Lea 647.
Lectica 638.
Legio 638.
Legirupa, legirupio, 1080.
Legulator & legūlator 427.
Legitimus 639.
Lego, as, 639.
Legulejus 639.
Legulus 639.
Legumen 639.
Lentiſcus 647.
Lepor 648.
Levidenſa 299.
Levir 1446.
Lex 639.
Liberi 652.
Libero, as, 653.
Libido 654.
Libripens 910.
Libum, 655.
Ligamentū v. ligamen 661.
Ligula 667.
Ligurio 667.
Limax 663.
Limbolarius v. limbularius 664.
Limborarius v. limbularius 664.
Linio 668.
Liticen 159.
Litigo 33.
Livor 65.
Lixivium v. lixivia 676.
Locuples 947.
Lœber, loiber, v. liber 651.
Lœbeſum 652.
Logica 683.
Logos 683.
Longabo v. longano 680.
Longano 680.
Longinqvus 680.
Longurius 680.
Lora, v. lura 685.
Lorea v. lura 685.
Lorea 636.
Lorica 685.
Lotium, Lotorius 634.
Lubeta 654.
Lucar 692.
Lucerna 687.
Lucifico 389.
Lucipor 1006.
Lucripeta 927.
Luctificus 389.
Lucubro 687.
Ludibrium 692.
Ludicer 692.
Ludifico 389.
Ludius 692.
Lumen 687.
Luo v. lavo 633.
Lura 685.
Lurco 685.
Luridus 685.
Luſcifico 389.
Luſcinia 687.
Luſcus 687.
Luſtrificus 389.
Luto v. Lito 675.
Lux 687.
Luxuries v. luxuria 699.
Lyricen 159.

M.

Macellum 703.
Macries v. macies 207.
Macero 702.
Mactea 704.
Mactra 704.
Mactus 704.
Mactya v. mactea 704.
Madefio 384.
Madifico 389.
Madulſa 705.
Maduſa v. Madulſa 705.
Malaxo 708.
Magis 707.
Magmentum 703.
Magnates 707.
Magnifico 389.
Maius 707.
Majeſtas 707.
Majus 707.
Maleficus 384.
Malignus 709.
Malluvium 636.
Malo 1472.
Manceps 168.
Mancipium 169.
Mancipo 168.
Mandibulæ 711.
Manica 717.
Maniæ 713.
Manifeſtus 427.
Manipulus 717.
Manſtutor 1365.
Manſvetus 1259.
Mantele ſive martile 715.
Manteſa v. mantiſſa 715.
Mantiſcinatus & mantiſcinatus v. mantinulor, 715.
Manubiæ 716.
Manubrium 716.
Marcipor v. lucipor 1006.
Mariſcus 719.
Maritus 721.
Martulus v. marculus 719.
Mataxarii v. Metaxarii 722.
Matellio 723.
Materiatura v. Materiatio 723.
Matralia, v. matuta 713.
Matricida 146.
Matuta 713.
Mattya v. Mactea 704.
Maxilla 708.
Meapte 348.
Mecaſtor 182.
Mederga 365.
Mediaſtinus 727.
Mediocris 727.
Mediotumus v. Medioxumus 727.
Medioxumus 727.
Meditullium 1320.
Mediusfidius 435.
Medulla 727.
Mejo v. Mingo 746.
Melina v. Mallina 728.
Melinum v. Mellinum 728.
Melinus 729.
Melior 122.
Melliculum ſive melculum 728.
Mellifico 389.
Mellilla v. Mellula 728.
Mellina 728.
Mellinum 728.
Mendax 732.
Mendicor v. Mendico 732.
Menſio, menſor, menſura, 740.
Mentio 729.
Mentula 732.
Merces, edis 738.
Mereor v. Meteor 737.
Meretrix 738.

Merga, merges 737.
Merga, aliter exponitur tricorne, sive quadricorne illud metendi instrumentum, vel ipsa instrumenti cornua, Meiræd / meikrog.
Mergus 737.
Meridies 311.
Merso 736.
Merto v. merso 736.
Merula 739.
Merx 736.
Messis 742.
Messor 742.
Meta 740.
Metaxa v. mataxa 721.
Metaxarii 722.
Metitus v. metior 740.
Metus 742.
Meus 348.
Mico 743.
Micturio 747.
Mimphur v. mamphur 710.
Minimus 886
Minor 886.
Minuonē v. minuritio 746.
Minus 886.
Minutia 748.
Mirificus 389.
Misereo, misereor 752.
Misericors 24[illegible]
Missa 754.
Missiculo 754.
Missilis 754.
Missus 754.
Mistarius v. mixtarius 751.
Mistus v. mixtus 751.
Mitifico 389
Mitigo 33.
Mixtus 751.
Mobilis 780.
Moderor 760.
Modestus 761.
Modicus 761.
Modificor 390.
Modiperatores 881.
Modius 761.
Modò 761.
Modulor 761.
Molendinum 768.
Moletrina 769.
Molile 769.
Molior 770.
Molitor à molo 769.
Molitor à molior 770.
Mollestræ 771.
Molliceps 174.
Mollicina 772.
Mollusca 772.
Molluscum 772.
Molo, is 769.
Molucrum 769.
Momen, momentum 780.
Monedula 773.
Moneta 773.
Monile 773.
Monocoris v. monoloris 686.
Monoloris 686.
Monstrificus 390.
Monstro, as 773.
Monstrum 773.
Monumentum 773.
Morbus 777.
Morigeror 516.
Morosus 779.
Mosculi sive moscilli 779.
Motacilla 781.
Mox 781.
Muccus 788.
Muceo 788.
Mucerda 208.
Mulcto 785.
Mulctra, mulctrum 784.
Muger 788.
Mulsus 784.
Multifamis 405.
Multifidus 439.
Multiforis 466.
Multiplex 949.
Multitia 786.
Multo v. mul[illegible] 785.
Munero, muneror 766.
Munia 766
Municipes 169.
Municipium 169.
Munifex 390.
Munificus 390.
Munio 766.
Munionē v. minuritio 749.
Munis 766.
Munus 766.
Muscerda 208.
Muscipula 170.
Musso 793.
Mustricula 1249.
Muticus 793.
Mutito 794.
Mutus 793.
Myoparon 883.

N.

Narus v. gnarus 529.
Natica 813.
Natura 799.
Natus 799. 780.
Nauclerus 802.
Navigo 33.
Naulum 803.
Nausea 803.
Nausio 803.
Nautea 803.
Necesse 195.
Nefarius 402.
Nefrens 481.
Negligo 642.
Nego 34.
Negotium 858.
Nemo 568.
Nempè 797.
Nenia, sive nænia 807.
Nepa v. scorpius 1121.
Neptis 808.
Nerumia 1079.
Nescio 1119.
Neuter 1483.
Neutiquam 1484.
Neutrobi 584.
Nex 805.
Nexum 806.
Ni 804.
Nicto 813.
Nidifico 390.
Nihil 563.
Nil v. Nihil 363.
Nimirum 750.
Nitedula 811.
Nix 811.
Nixus 812.
Nobilis 817.
Noctiluca 690.
Nolo 1472.
Nomen 817.
Nomenclatio, nomenclator 149.
Non 804.
Nonæ 822.
Nonaginta 1440.
Nongeni, Nongenti 201.
Noster 348.
Nostrapta 348.
Notifico 390.
Novacula 823.
November 822.
Novendium 312.
Novissimus 822.
Noxa, noxius 815.
Nucleus 833.
Nudius 312.
Nudiustertius 312.
Nullus 1465.
Numella 829.
Numen 831.
Numisma 829.
Nuncupo 170.
Nuper 823.
Nusquam 1481.
Nuto 831.

O.

Obeo, obiter, obitus 358.
Obesant v. obesco 347.
Obesus 347.
Obex 581.
Oblecto 618.
Oblido 622.
Oblimo 664.
Oblimo 666.
Obliquus 673.
Oblitero 669.
Oblitesco 630.
Obliviscor 676.
Oblucino 690.
Obrigesco v. obrigeo 1065.
Obrusus v. obrussus 834.
Obscœnus 236.
Obs 834.
Obsatulio v. obsaturo,
Obscævo 1111.
Obscurus 284.
Obsecro 1089.
Obsequium 1152.
Obses 1138.
Obsideo, obsidium 1138.
Obsipo 1180.
Obsolesco 46.
Obstaculum 1237.
Obstetrix 1237.
Obstino 1240.
Obstita 1237.
Obstrigilli, v. obstragulū 1235
Obstrigillo 1249.
Obstrundo v. obstrudo 1361.
Obstrunduletum v. obstrudo 1361.
Obtrecto 1349.
Obturo, as 1373
Obvagulor 1380.
Obviam 1431.
Occasio, occasus 134.
Occentor 158.
Occido 139.
Occido 134.
Occilo, occillo 141.
Occino 158.
Occipio 165.
Occiput 174.
Occulco 151.
Occulo 275.
Occulto 275.
Occumbo 271.
Occupo 165.
Ocquinisco 280.
Octiduum 312.
Octingenti 201.
Octoginta 1440.
Octussis 91.
Offendo 413.
Offeramenta 423.
Officina 379.
Officio v. offatio 503.
Officio 379.
Officiperda 324.
Officium 379.

Offoco

Ofoco 409.
Offuciæ 489.
Olivæ 839.
Olli 596
Olo 839.
Olus v. Holus 566.
Onmantans v. Manto 712.
Omnifariam 405.
Onager 21.
Operculum 878.
Operio 878.
Opertaneæ 878.
Opes 846.
Opicerda 208.
Opifex 390.
Opilio 859.
Opiparus 881.
Opiter 894.
Opitulor 846
Oportet 844.
Opperior 879.
Opportunus 973.
Opprobrium 993.
Oppuvio 896.
Optimus 122.
Optio, nomen officii 647.
Opus 844.
Oraculum 855.
Oraria 848.
Oratio 855.
Orbita 849.
Orchivus seu orchius 850.
Ordior 850.
Orea 856.
Orificium 390.
Orsus 850.
Ortus 852
Oscedo 215.
Oscedo 857.
Oscen 159.
Oscillum 856.
Oscito 215.
Osculum 856.
Ostendo 1301.
Ostento 1301.
Ostentum 1301.
Ovatio, ovatus ab ovo, as, 859
Ovatio, ovatus ab ovum 860.

P.

Pabulum 888.
Pacificus 390.
Pacisior 860.
Pactilis 869.
Pagina 869.
Palatum, palatus 863.
Palear 863.
Pallium 863.
Palmes 864.
Pamiculor 867.
Panax 868.
Panifex 391.
Panificus 391.
Pannellũ & pannelum, 871.
Pansus 868.
Papilla 872.
Pappus 872.
Papula 872.
Paragaudæ 507.
Parapsis 71.
Pararius 873.
Parens, parento 876.
Paricida, parenticida, 140.
Parilia 877.
Parito 880.
Parsimonia 875.
Particeps 170.
Partior 884.
Partumejus 747.
Parum 886.
Pascuus 888.
Passus 867.
Pastor 888.
Patalus 891.
Patella 892.
Patibulum 894.
Pator 891.
Patrimus 893.
Patro, as 893.
Patulus 891.
Pavesio 385.
Paverus 869.
Pavicula
Pavimentum 896.
Pavitensis 896.
Paululus 886.
Pausia 896.
Pauxillum 887.
Pax 860.
Paxillus 860.
Peculatus 900.
Peculium 899.
Pecunia 900.
Pecten 898.
Peda 917.
Pedicinum 917.
Pedium 918.
Pedulis 918.
Pejero 60.
Pellax 619.
Pellex 619
Pellicio 619.
Pelluvium 635.
Pelluvium 636.
Penitus à penis 912.
Penitus à penus 913.
Pensiculo 907.
Penso, as 907.
Pensum 906.
Pentacorũ v. Monolorũ 686
Penuria 913.
Peragro 21.
Perbito 116.
Percipio, 166.
Percolo, as, 1023.
Perconior 245.
Percutio 1027.
Perdiu 312.
Perdius 312.
Perduelli 341
Peregrè, peregrinus 21.
Perendie 312.
Perennis 631.
Pereo 358.
Perfectus, perficus 380.
Perficio 379.
Perfrictus 483.
Pergo 1055.
Pergula 1055.
Periclito 359.
Periculum 359.
Perimo 351.
Perinde 294.
Peritus 359.
Perlecebra 619.
Perlecto 619.
Perluo 636.
Pernicies 805.
Pernix 812.
Peroriga v. prurigo 37.
Perpendiculum 910.
Perpes 925.
Perpetior 895.
925.
Perplexus
Perpol 958.
Persevero 1164.
Persideo 1138.
Persolata 916.
Persolla 916.
Persolus 1190.
Perspergo 1199.
Perspicax, perspicuus 1205.
Perspicio 1205.
Perstino 1241.
Persulto 1096.
Pertica 1287.
Pertinax 1307.
Pertingo 1287.
Perviam 1431.
Pervicax 1443.
Pessundo 324.
Petimen, petumen 923.
Petulans 923.
Petulcus 924.
Phaselus v. faselus 407.
Pica 929.
Picea, pico 938.
Pila, instrumentũ lusoriũ 932
Pilo, as, i.e. cogo, premo 931.
Pilo, as, i.e. pilos emitto 932.
Pinnirapus 1048.
Pio 937.
Piso 935.
Pistor, pistrinum 5
Pistrix 9
Pitpit 9
Pitillus v. putilus 10
Pitus v. putus, 10
Placeo 9
Placidus 9
Plagium 9
Planipedia 9
Plaustrum 943.
Plectrum 945.
Pleo 945.
Plico, as 947.
Plostrum, plostellum 43.
Plurifarius 05.
Plurimus 87.
Plus 76.
Pluvia, pluvius 96.
Pocillator 97.
Pocœnium 26.
Pœnitet 95.
Poëtificus 3
Polimenta 9
Polingo & pollingo 607.
Pollicitor 608.
Pollinceo & polincto v. pollingo 607.
Pollis, polles v. pollen 90.
Pollubrum 66.
Polluceo 60.
Pollustum 60.
Polluo 66.
Polluvium 66.
Pomœrium 70.
Pone 93.
Pontifex 71.
Poplus v. populus 99.
Populor 70.
Porcæ, porca 78.
Porceo 78.
Porrectus 581.
Porricio 581.
Porrigo 1056.
Portennia 973.
Portentum 1302.
Porticus 972.
Portio 884.
Portumia & portuminia v. Prosumia 1001.
Portunus v. Portumnus, 972
Posca 978.
Posmurium 790.
Possibilis 1267.
Possideo 1138.
Possum 1266.
Postea 598
Posterus 975.
Postes 975.
Posthumus 575.
Postilus 975.
Postilena 976.

Postilla, postillæ 598.
Postlimium 664.
Postridie 312.
Postumus 575.
Potior, iris 977.
Potens, potestas 1266.
Præbenda 551.
Præbeo 550.
Præbia 551.
Præcentor 158.
Præceps 174.
Præcerpo 179.
Præcido 139.
Præcino 158.
Præcipio 166.
Præcipuus 166.
Præcium 248.
Præcordia 249.
Præcox 248.
Præditus 322.
Præfectus 380.
Præfericulum 423.
Præfica 380.
Præficio 380.
Præfiscinè 406.
Præfoco 409.
Præfractus 477.
Prægnans 521.
Præbendo 558.
Præliganeum 641.
Prælium v proilium 983.
Præmetium, præmessum. 7422
Præmineo v.præmineo 71.
Præpedio 919.
Præpes 926.
Præputium 1017.
Præripio 1048.
Præs 983.
Præsepe 1148.
Præsertim 1159.
Præses, idis, 1139.
Præsesse v præs 983.
Præsideo 1139.
Præsidium 1139.
Præsilio 1096.
Præstega 1222.
Præstes 1238.
Præstigiæ 1228
Præstino 1241.
Præstituo 1242.
Præstò 1238.
Præstolor 1238.
Præstrigiæ v. præstigiæ 1238
Præsul 1098.
Prætentura 1302.
Præterbito 116.
Præterea 598.
Prætexta, prætextatus 1326.
Pransus paratus 880.
Precium v. pretium 990.
Prendo 559.
Prehendo, prehenso 558.
Prendo v. præhendo 998.
Prenso 550.
Pridem 981.
Pridiè 313.
Primates 981.
Primicerius 203.
Primiores v. primores 981.
Primores 981.
Primus 980.
Princeps 170.
Principium 171.
Prior 979.
Priorsum 1424.
Priorsum 981.
Priscus 980.
Pristinus 980.
Privignus 991.
Privilegium 644.
Procalo 149.
Procapis 175.
Procastria & procestria 181.
Procella 198.
Procerus 203.
Procido 134.
Prociduus 135.
Procile v. procul 997.
Procio [illegible]
Procuro 151.
Procumbo 271.
Procus v. proceres 997.
Prodignæ v. prodigus 30.
Prodigo, prodigium 30.
Proditio, proditor 323.
Prodius 992.
Profecto 380.
Profectus 380.
Proficio 380.
Proficiscor 380.
Profiteor, professio 408.
Profundus 497.
Prolium v. prælium 983.
Prolecto 619.
Proles 46.
Prolicio 619.
Prolixus 637.
Prologus 684.
Proluo 636.
Promicò 743.
Promineo 713.
Promiscuus 751.
Promontorium 775.
Promulgo 1448.
Promulsis 784.
Promuscis 791.
Pronubus 826.
Propago 870.
Propala v. propola 1000.
Prope 992.
Propediem 313.
Propensus 907.
Propetro 894.
Propinquus 993.
Propter 993.
Propterea 598.
Propudium 1005.
Proripio 1048.
Prorsus 1123.
Prosecta 1139.
Prosedæ 1139.
Prosicium 1132.
Prositum 967.
Prospicio 1205.
Prospicus 1206.
Prostibulum 1238.
Prostituo 1242.
Prostomis v. postomis 976.
Prosus 1423.
Protelo, protelum 1293.
Protervus 1317.
Protinus, protinam 1311.
Provincia 1442.
Proximus 992.
Pruriga 37.
Publipor v. Lucipor 1006.
Pudesio 385.
Puella, Dicitur & de maritata aut vidua juniore, quæ [illegible] peperit.
Puerpera 879.
Pudentiusculi v. putidiusculi 1017.
Puga v. depygis 1020.
Pugil 1007.
Pugillaris 1007.
Pugio 1013.
Pulejum v. pulegium 1009.
Pullulo 1006.
Pullus 1006.
Pullus, de colore 1010.
Pulmentum 1011.
Pulver v. pulvis 1011.
Pulvinar 1011.
Pulvinus 1011
Punctum 1013.
Punio 957.
Pupa 1014.
Pupillus 1014.
Purgo 34.
Purifico 391.
Pusillus 1006.
Pustula 1016.
Pustulatũ v.pusulatum 1016.
Pusula 1016.
Pusus 1006.
Puticuli & puticulæ 1017.
Putitus 1017.
Puto 1018.
Putus, pro puro 1018.

Q.

Quà 1037.
Quadra 1029.
Quadragesimus, quadragenî 1029.
Quadragies 1028.
Quadraginta 1028.
Quadraginta 1440.
Quadrans, quadro 1029.
Quadrifariam 405.
Quadrifidus 439.
Quadriforis 466.
Quadriga 605.
Quadrimestris 734.
Quadrimus 1030.
Quadringeni, quadringenti 201.
Quadrinus 1029.
Quadrum 1029.
Quadruplex 949.
Quadruplus 949.
Quàm 1037.
Quamdiu 313.
Quare 1061.
Quasso 1025.
Quartinus 1311.
Quatriduum 313.
Querquerus 1031.
Querquetulana v. querculana 1031.
Qui 1039.
Quia 1039.
Quicunx 1460.
Quin 1040.
Quinetiam 367.
Quingenti, quingeni 201.
Quinquaginta 1440.
Quinquaginta 1033.
Quinquaenarius, quinquagesimus 1033.
Quinquatrus 1034.
Quinquemestris 734.
Quinquertio 89.
Quintilis 1034.
Quipote 977.
Quippe 1040.
Quò 1040.
Quòd 1040.
Quorsum 1424.
Quot 1041.
Quot diebus 1041.
Quotidiè 313.
Quot mensibus 1041.
Quotus 1041.
Quotuplex, quotuplex 950.
Quum & Quom 1041.

R.

Radiola v. radioli 1043.
Ralla, rallam v. Rulla 1081.
Rallum

Rallum 1044.
Rallus 1049.
Ramex 1045.
Rapicia v. Rapacia 1046.
Rapina à Rapa 1046.
Rapina à Rapio 1047.
Rarefio 385.
Raſtum 1044.
Ratio 1058.
Ratus 1057.
Raucus 10[illegible]
Ravus 1051.
Reapſe 598.
Rebito 116.
Recenſus 200.
Recido 139.
Recido 135.
Reciniati, ſive riciniati, 1063.
Recinium v. ricinium 1063.
Recinium 582.
Recipio 166.
Reciprocus 997.
Recito 216.
Recrementum 208.
Recula 1061.
Recumbo 272.
Recupero 882.
Recuſo 188.
Recutio 1027.
Recuticus 290.
Redimio, redimiculum 51.
Redimo 351.
Reduvia 343.
Redux 338.
Refello 394.
Refert 428.
Refertus 399.
Reficio 381.
Refloreo & refloreſco, 455.
Refractarius 478.
Refrigero 484.
Refriva 424.
Regificus 391.
Regillum 1053.
Regina 1053.
Regio 1053.
Regiſtrum v. regeſtrum 514.
Regnum 1053.
Regula 1053.
Rejectanea 582.
Rejiculus 582.
Reitero 306.
Religio 662.
Reliquiæ, reliquus 670.
Reluo 697.
Reluvia 697.
Reluvia v. reduvia 343
Remedium 725.
Remeligo 776.
Remigo 35.
Reminiſcor 731.
Remora 775
Remores 776.
Remulcus 784.
Remuria v. Lemuria 645.
Reno v. Rhen 1063.
Rente 1059.
Repaga, repagulum 870.
Repertio 879.
Repetundæ 926.
Replodo 944.
Repoſitus & repoſtus 967.
Repotia 979.
Repudium 1005.
Repulſa 904.
Reſecro 1089.
Reſeda 1141.
Reſes 1140.
Reſes v. Res 1060.
Reſex 1132.
Reſideo 1139.
Reſidia, reſiduus 1140.
Reſilio 1096.
Reſilio, as 1096.
Reſipio 1196.
Reſpergo 1199.
Reſpicio 1206
Reſtagna 1243
Reſtrix 1182.
Reſulco 1090.
Retæ 1062.
Retrimentum 1317.
Retro 1051.
Retrorſum 1424.
Retuba v. rutuba 1086.
Reus 1061.
Rex 1053.
Rhaphanus v. Raphanus 1062.
Ricidipna v. Rica 1063.
Ricinium 1063.
Rictus 1066.
Rienes v. Renes 1057.
Riguus 1066.
Ritè 1068.
Rivales 1068.
Rixa 1066.
Rixo, rixor 1067.
Robigo v. Rubigo 1076.
Robor v. Robur 1068.
Robora 1069.
Robus 1075.
Rodus v. raudus 1049.
Ronchiſonus 1192.
Rubecula, rubicilla 1075.
Rubeta 1077.
Rubia 1075.
Rubrica 1076.
Ructo 1078.
Rudentes 1077.
Rudera 1070.
Rudianus 1050.
Rudimentum 1050.
Rudis, is 1049.
Rudis, de 1050.
Rudus, eris 1050.
Rufus, Ruffus 1076.
Ruina 1083.
Rulla 1081.
Rumbotinus v. Rumpotinus 1079.
Rumex 1078.
Rumifico 391.
Rumino, as 1078.
Rumis, v. Ruma 1078.
Rumo 1078.
Rupes 1080.
Rupices 1080.
Rurſus 1424.
Ruſpinat v. ruſpor 1085.
Ruſſus 1076.
Ruſtarius v. Ruſticarius 1085
Ruſticus 1085.
Ruſtum v. Ruſticarius 1085.
Ruta, orum 1083.
Rutabulum 1083.
Rutilus 1076.
Rutiolum 1083.

S.

Sabinum v. ſibinum 1166.
Sabucus v. ſambucus 1090.
Sacciperium 915.
Sacrificus 391.
Sacrimum 1087.
Sacro, as, 1087.
Sæculum v. ſeculum 1132.
Sæpicule & ſæpiuſculè 1089.
Sagarius 1091.
Sagio 1090.
Salaputium 1017.
Salarius 1092.
Salax 1094.
Salebræ 1094.
Saliaris 1095.
Salictum v. ſalicetum 1094.
Salinæ, ſalinum 1092.
Salignus v. ſaligneus 1095.
Salii 1095.
Salio, ſallo à ſal 1092.
Saliſatio, ſaliſatores 1094.
Saliva 1092.
Saliva ſiderum. Humor quidam æſtivis noctibus melilei coloris, ſed roris inſtar, liquidus defluens.
Salix 1094.
Salſus 1092.
Saltem 1103.
Salus 1103.
Salvus 1102.
Sanctus 1100.
Sanè 1102.
Sanguin v. ſanguis 1100.
Sapa 1105.
Saperda 1105.
Sarcinen 1106.
Sarcina 1106.
Sarctor v. ſartor 1106.
Sarculum & ſarculus 1107.
Sarmentum 1107.
Sarracum 1194.
Sartu 1106.
Satag 31.
Satio ſatus 1155.
Satira 1109.
Satui 1108.
Satura 1109.
Saurix v. ſorex 1195.
Saxificus 391.
Scabies 1110.
Scabile 1112.
Scale 1112.
Scamnum 1112.
Scandulæ 1112.
Scapilium 1113.
Schidula v. ſchedula 1115.
Scibones v. ſibina 1166.
Scida, ſcidula v. ſchedula 1115.
Scilicet 659.
Scilla ſive ſquilla 1116.
Sciſco, ſciſcito 1118.
Sciſſus 1116.
Scitamenta 1118.
Scitus, ſcitum 1118.
Sclopus v. ſcloppus 1120.
Scæniculus 236.
Scoptulæ v. ſcapulæ 1113.
Scorpæna v. ſcorpis 1121.
Scrantia vel ſcrantia, 1122.
Scriblita 1123.
Scrotum 1122.
Scrupedæ 1127.
Sculponeæ 1128.
Sculptor v. ſcalptor 1111.
Sculpturio v ſcalpturio 1111.
Scutula v. ſcutella 1128.
Scutilus 1129.
Secale 1130.
Secerno 208.
Seceſpita 1130.
Secilicula 1130.
Secium 1130.
Secius v. ſecus 1134.
Secors 250.
Secta, ſector 1150.
Sectius v. ſecus 1134.
Secula 1130.
Secum v. mecum 275.
Secundicerius 203.
Securus 285.
Sedecula ſive ſedicula 1136.

Sedigitus 313.
Seditio 360.
Sedulus 328.
Sedum v. sed 1135.
Segestrum v. segestria 1142.
Segmen & segmentum 1131.
Seligo, is 641.
Seliquastrum 1136.
Sella 1136.
Semaxii 106.
Sembella 657.
Semestris 734.
Semiplotio 945.
Semiquinaria 1034.
Semissis 91.
Semita 360.
Semitritus 1317.
Semodius 765.
Semper 1143.
Sempiternus 20.
Senecta v. senectus 1144.
Seni, 1164.
Senio, de punctis tesseræ 1165.
Sensificus, 391.
Sensim 1145.
Sententia 1145.
Seorsum, 1424.
Sepio 1147.
Semptemplex 950.
Septentriones 1357.
Septifariam 405.
Septingenti 202.
Septuaginta 1440.
Septunx 1460.
Sepulcrum 1147.
Sepum v. sebum 1129.
Seresco 1154.
Series 1156.
Serilia 1156.
Serperaster, serperastrum 1159.
Serpillum 1159.
Serracū v. sarracum 1194.
Serta, sertum, sertus 1156.
Servia 1156.
Servio 1161.
Sescunx 1460.
Sescuplum & sesquiplex 950.
Sesquimestris 734.
Sessimonium 1136.
Sestertius 1353.
Sevum v. sebum 1129.
Sexagenus, sexagies 1164.
Sexaginta 1440
Sexagintæ 1164.
Sexceni 202.
Sextans 1165.
Sextarius 1164.
Sextilis 1164.
Sicce v. sic 1166.
Siccolus 836.
Sicilices 1130.
Sicilicum 1130.
Sicilio, sicilimentum 1130.
Sicinium 159.
Sicula 1167.
Sisilo, sisilator v. sibilo 1166.
Sisilus v. sibilus 1166.
Sigillum 1170.
Signifex 392.
Significo 391.
Sileæ v. silus 1173.
Silicernium 208.
Silis v. sil 1172.
Simbella 657.
Simia 1176.
Simitu 1175.
Simo 1176,
Simplex, simplus 950.
Simpludiaria 694.
Simpullū v. simpulum 1176.
Simpuvium v. simpulum 1176.
Simul 1174.
Simulo, simultas, 1174.
Simulus à simulo 1174.
Sin 804.
Sincerus 203.
Sincipue 175.
Sinè 1178.
Sinistrorsum 1424.
Sinus v. sinus 1179.
Siparum 1271.
Sipo v. sipho 1179.
Sirems 1061.
Sirpicia v. sirpo 1180.
Sis 1427.
Sitella 1181.
Siticines 159.
Situla 1181.
Situs à sino 1178.
Situs, us 1155
Sive 1165.
Soboles v suboles 46.
Sobrini 1196.
Sobrius 345.
Socienus, sociennus 1183.
Socors 250.
Socrus 1183.
Sodes 96.
Solanum 1184.
Solarium à sol 1184.
Solarium à solum 1187.
Solatium 1190.
Solatus 1184.
Soldum 1186.
Solea 1187.
Solennis 64.
Solers 89.
Solipuga & solipunga 1014.
Solistimus 1186.
Solitaurilia, sollitaurilia 1190
Solla 1186.
Sollicitus 216.
Sollisternium 1225.
Sollox v. solox 1187.
Solo, as, à solus 1189.
Soler, aris 1189.
Somnorinus 1190.
Sonipes 921.
Sono, as 1191.
Soracus v. soracum 1194.
Sorbilum v. sorbillum 1194.
Sororicida 140.
Sororiculata v. soriculata 1196.
Specilegium 644.
Spectile 1201.
Specula 1209.
Speres v. spes 1209.
Spes 1209.
Spetile v. spectile 1201.
Spicum v. spicus 1210.
Spissitudo v. spissitas 1214.
Spondi & spondiales v. spondulæ 1216.
Spondialia v. spondalia 1216.
Spurcidicus 309.
Spurcificus, 392.
Squaror 1220.
Squatorasa v squatina 1220
Squatina 1220.
Squilla v. scilla 1116.
Stabes v. tabes 1275.
Stabilis 1233.
Stabulum 1234.
Stagneo, as 1221.
Stagnum 1234.
Stagnum v. stannum 1231.
Stamen 1234.
Stanneus & stagneus, 1221.
Stano v. sto 1242.
Stapes 921.
Staticuli 1233.
Statim 1233.
Statio 1232.
Stator, status 1233.
Statua 1235.
Statumen 1235.
Statuo 235.
Sterquilinium 240.
Stibligo v. stribligo 1244.
Stilla, stillo 1231
Stillicidium 135.
Stipendium 1229.
Stips 1229.
Stlata 631.
Stlembus 644.
Stli v. li 674.
Stlocus v. locus 677.
Stlopus v. sclopus 1120.
Strages, v. stragulum 1224.
Stramen 1224.
Strator, stratus 1224.
Streblita v. scriblita 1123.
Striblita v. scribita 1123.
Strictibilæ 1247.
Strictipellæ 901.
Strictivellæ v. strictibilæ 1247.
Striculus 1247.
Striga 1247.
Striges, strix 1247.
Strigilis 1248.
Strigmentum 1248.
Strigo, as 1247.
Strigores, strigones 1248.
Strigosus 1248.
Stringillo v. obstrigillo 1249
Strio v. strigo 1247.
Strito 1315.
Strix v. striges 1247.
Strobilus v. altilis 44.
Stropus & strupus 1250.
Strues, struix 1251.
Strufertum 428.
Struppus & strupus v. stropus 1250.
Stultus 1244.
Stuprum 1255.
Subcerniculum 208.
Subcudes, succudes 274.
Subcudes v. subscudes 274.
Subiculū v. sudiculum 1259.
Subdialis 318.
Subdica 307.
Subdiga v. subdica 307.
Subdiu 313.
Subex 582.
Subiculum 582.
Subidus 1273.
Subito 361.
Sublatus à sustollo 1336.
Sublecto 619.
Subleatus 650.
Sublicus 673.
Subligaculum, subligar, 663.
Sublimis 664.
Sublucanus 690.
Subluo 636.
Submanus sive summanus 713.
Submenianæ, submœnianæ 732.
Submœrius 790.
Subo, as 1273.
Suboles, subolesco 46.
Subrepo v. surrepo 1060.
Subrigo 1056.
Subripio v surripio, 1048.
Subrogo v. surrogo
Subrostrarii sive subrostrani 1074.

Subtemi 1078.
Subtroptus 1148.
Subscus 274.
Subsellium 110.
Subses 1140.
Subsideo 1140.
Subsidium 1140.
Subsilio 1096.
Subsipio 1106.
Subsolanus 1185.
Substituo 1242.
Subtegmen v. subtemen 1328.
Subtemen 1327.
Subter 1258.
Subtilis 1292.
Subtus 1258.
Subucula 343.
Subula 1266.
Subvexus 1397.
Subulcus 1272.
Succendo 155.
Succentor 159.
Succerda 208.
Succidia 140.
Succido 135.
Succido 139.
Succino 159.
Succinus 1261.
Succillo v. sugillo 1260.
Succudes v. subeudes 274.
Succumbo 272.
Succus 1261.
Succussarius v. succussor 108.
Sades 1258.
Sudiculum 1259.
Sudum 1393.
Suera v. sus 1272.
Suffarcinatus 399.
Suffaraneus 398.
Suffertum 424.
Sufficio 381.
Suffio, suffimentum 443.
Sufflamino 454.
Suffodio 409.
Suffragium 478.
Suffrago, inis 478.
Suffragor 478.
Suffundo, as 479.
Suggestum 515.
Suggrunda, suggrundia 515.
Sugillo 1259.
Sulcus 1472
Sumen 1273.
Sumenalia v. sumanalia 1173.
Summa 268.
Summanus v submanus 713.
Sub narius 1269
Summates 1268.
Summœnianus 768.
Summus 1268.
Summussi 794.
Sumptus 1268.
Supellex 644.
Superà v. super 1267.
Superbisicus 392.
Superbio, superbus 361.
Supercido 135.
Superciliums 217.
Superficies 381.
Superfit 385.
Superfilio 1097.
Superspergo 1199.
Superstitio 1239.
Superus, supero 1269.
Supper 874.
Suppectus 871.
Suppedito 919.
Suppingo 870.
Supplicium 940.
Supplodo 944.
Suppositus & suppostus 968.
Suppuro 1016.
Supum v. supinus 1270.
Supernus 1269.
Sura 1272.
Surgo 1056.
Surio 1073.
Surpo v. surripio 1048.
Surrego v surgo 1056.
Surrigo v subrigo 1056.
Surripio 1048.
Surrogo v. subrogo 1073.
Sursum, 1425.
Sus 1258.
Sus à sui 1262.
Suscio 1119.
Suscipio 167.
Suscito 216.
Suspicio, is 1206.
Suspicio, onis 1206.
Suspicor, aris 1213.
Suspirium 1213.
Susterna 1308.
Susum v. sursum
Sutel. 1266.
Sutena 1266.
Suo, as 1266.
Sybina v. sibina 1166.

T.

Taberna 1279.
Tabificus 392.
Tablinum 1276.
Tabum 1275.
Tagax 1285.
Talio 1282.
Talipedo 921.
Talitrum 1283.
Tamdiu tandiu 313.
Tametsi v. tamenetsi 1166.
Tamo v. tam 1283.
Tarmus sive termus v. Termes 1314.
Tax, taxo, as 1285.
Taxillus 1283.
Tecum v. mecum 275.
Tegillum 1291.
Tegula 1291.
Tempero 1296.
Tempestas 1297.
Tempestivus 1297.
Tendicula 1299.
Tenno 1311.
Tentipellium 901.
Tentorium 1299.
Tenum v. tenus 1311.
Ter 1352.
Teredo 1314.
Termentum 1315.
Termo 1314.
Terrificus 392.
Territorium 1320.
Tertiu 1352.
Tertus 1313.
Teruncius 1460.
Teſta v. tesqua 1321.
Testilor v. testiculer 1321.
Testificor 392.
Testudo 1322.
Testus 1322.
Tetricus 1282.
Theologus 684.
Thermopotæ 979.
Thuribulum 1375.
Tibicen 159.
Tintino, as 1332
Tiro v Tyro 1376.
Titivilitium 1440.
Tofus v. tophus 1339.
Tolæ v. tonsilla 1337.
Tolleno 1335.
Tollutarius 1335.
Tollutim v. tolutim 1335.
Tollon & tollennon v. tolleno 1335.
Tolutarii, tolutim, 1335.
Tonsæ 1337.
Tonsilla 1337.
Toparius v. topiarius 1339.
Toper v. topper 1339.
Toral 1344.
Toreuma 1359.
Tormentum, tortus 1341.
Tormina 1341.
Torpedo 1340.
Torquilla 1341.
Torquis 1341.
Torrens, Torris 1343.
Testus 1343.
Traben 1345.
Tradux 339.
Tragula 1347.
Tragicus 1345.
Traha 1347.
Tralaticius sive Translaticius 425.
Tralatio & translatio 425.
Tramosericæ 1154.
Trauscendo 1113.
Transenna 1303.
Transilio 1097.
Transpicio 1207.
Transquillus 1033.
Transtineo 1308.
Travis 1430.
Treceni 202.
Tressis 91.
Triarii 1352.
Tribunal, Tribunus 1355.
Triceps 175.
Trichinus v. Tricinus 1356.
Triclinium 284.
Tricorus v. Monoleris 686.
Triduum 313.
Triens 1353.
Trifariam 405.
Trifax 1345.
Trifidus 439.
Trifinium 443.
Trigæ 605.
Triginta 1440.
Trilix 659.
Triloris v. Moneleris 686.
Trimestris 734.
Trimodia 765.
Trimus 1353.
Trinus 1353.
Tripales 866.
Tripedarius v. Trepidarius 1351.
Triplex, Triplus 950.
Triplex, Triplus 950.
Tripudium 896.
Tripus 922.
Triscurria 1128.
Tristega 1222.
Tristificus 392.
Trituro 1315.
Tructa, truita v. varius 1387.
Trucido 140.
Trudes 1360.
Trulla 1359.
Trua, onis 1359.
Tuba 1363.
Tubicen 159.
Tumicula & Tumicla 1336.
Tumulus 1367.
Tuor v. tueor 1364.
Turbidus 1370.

Turbo, inis 137
Turbo, as 137
Turpifico 39
Tutor, tutus 130.
Tyrannicida 11.

V.

Vadimonium 89.
Vadis 89.
Valdè 83.
Vallis 84.
Vanidicus 309.
Vapa & vappa 386.
Variego, variegatus, 387.
Varix 388
Varrus v. varus 1388.
Varrones, varones varius 1388.
Vasallus 1390.
Vasatus v. vas 1390.
Vasca tibia v. vastus 1390.
Vasilium v. vasculum 1390.
Vastificus 392.
Vasum v. vas, vasis 1391.
Vaticinor 1391.
Vatius 1391.
Vatrax & vatricos 1391.
Ubivis 1472.
Udo, onis 1392.
Vecors 250.
Vectigal 1394.
Vectis 1394
Vecto, vectito 1394.
Vedeus 300.
Vehemens 733.
Vehes, vehiculum 1394.
Vehia, vehio v. vho 1394.
Vel 1393.
Velabrum 1407.
Velabrum 1399.
Velaris 1399.
Velia 1399.
Velificis 392.
Velicatum v. vellicatum 1397.
Velox, is 1399.
Velo 1400.
Velo 1485.
Venio 309.
Venito 325.
Veho 324.
Veneficus 392.
Veneo 361.
Veneror 1408.
Venor 1401.
Ventilo 1407.
Venundo 325.
Venustus 1408.
Verata 1425.
Veratrum 1426.
Verbenata sive Verbenea 1409.
Verbigero 516.
Veretillum 1425.
Veretrum
Vermilius 1413.
Verriculum 1414.
Verno, as 1409.
Verruncо 1082.
Versifico 392.
Versipellis 901.
Versor 1416.
Versoria 1416.
Versura 1416.
Versus 1416.
Versutiloquus sive versutiloquax 683.
Versutus 1417.
Vertebræ 1417.
Vertex 1417.
Vervactum 32.
Vesanus 1404.
Vescus, vescor 347.
Vespillo 1427
Vester 1362.
Vestibulum 1243.
Vesticeps 171.
Vestigo, vestigium 36.
Vestispicus 1208.
Veter, veternus 1429.
Veteramenta 1429.
Veteranus Ibid.
Veterinum 1430.
Vetero 1429.
Vexillum 1399.
Vexo, as, 1395.
Vicem. 1455.
Viceni 1439
Vicesimus, vigesimus Ibid.
Vicies Ibid.
Vicinus 1433.
Victima 1442.
Videlicet 659.
Vigessis 91.
Vigil 1438.
Villus 1398.
Vimen 1437.
Vinca pervinca,
Vindemia 351.
Vindex, vindicia 310.
Vindico 309.
Vinibuæ 130.
Violo 1419.
Virbius 118.
Virgindemia 352.
Viria, viriola 1445.
Virtus Ibid.
Visum v. fisium 445.
Viso 1433.
Vita 1435.
Vitiligator 33.
Vitiligo 1451.
Vitiopater, Vitiomagistratus
Vitis 1444.
Vitupero 882.
Ullus 1465.
Ulmitriba 1317.
Ultrotributus 1356.
Unde 294.
Undicunq; 295.
Undiq; 295.
Unedo 1464.
Ungula Ibid.
Unicubus 272.
Univira 1447.
Vobiscum v. mecum 275.
Vocifero 408.
Volsella sive Vulsella 197.
Volsgræ 197.
Volucris
Voluptas 1421.
Vomer 1471.
Vomica ibid.
Vortex v. vertex 1417
Vox 1466.
Urbicapi 176.
Urbo v. Urvo.
Uredo 1479.
Urica Ibid.
Urigo Ibid.
Urvo Ibid.
Urpia v. sirpices 1180.
Urtica 1479.
Urvo 1481.
Usquam Ibid.
Ut v. uti 1483.
Utpote 977.
Utrobiq; 584.
Utrumvis 1472.
Vulnificus 392.
Vulpanser.
Vulsella v. volsella 1397.

ERRATA TYPOGRAPHICA.

Pag. 1. *Ab argento potorio* Sølff-pott / *lege* Sølffpop.
2. Abax. Foderhuuß / *l.* huuß / *deleto* Foder
3. Ambientius. Fyrtagßſpone / *l.* Fyrtagſpone.
4. Exaceſo. *torus, l. totus.*
5. Acrimonia. biedſkhed / *l.* vidſkhed. Acer & acerous. Valdbirck / *l.* Vallbirck. Acerbus. biedſk / *l.* bidſk.
6. Acinus. *puniri, l. punici.*
Acipenſer. *linea omiſſa.*
Aclides. ἀγκύλα, *l.* ἀγκύλαι.
8. Al. *Ax, l. ar.*
10. Adeps *f. t. lege dub. t.*
11. Ædilis. Vet meſtare / Vandmeſter / *l.* Veimeſtere / Pundmeſtere.
14 Æquamentum. Haarſkellet / *l.* Haarſkell.
15. Subæratum aurum. *Oſtendat, l. oſtentat, vel oſtendit.*
18. Exiſtimatio. god rycte / *l.* gott rycte. Inæſtimabilis. Uvurdelig / *l.* Uvurdeerlig.
28 Cogitatus, *dict, l. danicè* dict.
31. Satago. mich / *l.* mig. gierding / *l.* gierning.
32. Clarigatio. Herold / *l.* Heroldbud. Feide / *l.* Feidebreff / Feidekyndelſe.
32. Faſtigio. Stackiß i hæſt / *l.* hæß.
39. Albus. Dumhvid / *l.* dumhvidt. Alter. beant / *l.* blant.
47. Adulterinus. vanſleglig / *l.* vanſlectig.
48. Alvus. terer / *dele.*
51. Amiculum. Bippekaabe / *l.* Biſpekaabe. Redimiculum. bengel / *l.* bendell.
55. Exemplum. forklarer. dett hele exempell. *inſerenda diſtinctio,* dett hele / exempell.
56. Amurca. Olie ſkimmel / *l.* ſkum.
62. Æquinamiter. *l. æquanimiter.*
66. Antidotum. gifft / pulver / *l.* gifftpulffuer.
69. Apiatus. *apiura hortenſe, l. apium.*
70. Ineptus. vnderlig / *l.* vduelig.
72. Aquaticus. *quæ in agis degunt, l. aquis*
74. Araneus. *tela, l. telam.*
75. Arbuſcula. *concumerationem, l. concamerationem.*
79. Aſsit. *à colore, l. calore.*
85. Arma. *prudentis, l. prudentiæ.*
88. Ars. *diſcendi gratia, adde, collectorum.*
91. Aſellus. Falle / *l.* Fulle.
95. Audacia. *tecto, l. recto.*
Audeo. *ab* αὐτίω, *l.* ὠϑέω.
97. Avena, αὔου, *l.* ἄυον.
98. Auctor. *ſub periculo, l. ſuo.*
109. Exbaliſto. *lapide, l. lepide.* en ſtød / *l.* ett ſtød.
110. Barba. *cerri, l. cirri.*
111. Barbaricatii. *l. barbaricarii.*
113. Baſio. *oſculo, l. oſculor.*
114. Bellum. Orlog / *l.* Orloff.
122. Optimus. *Eſſe autem, l. Eſt.*
126. Bruſcum. *arboribus, l. arboris.*
127. Bucco. dryner / *l.* drynner.
132. Decacumino. topſtiffuer / *l.* topſtyffuer. *Item,* ſteffuer / *l.* ſteffner. *Sic infra:* ſteffuelſe / *l.* ſteffnelſe.
133. Caduceus. *quo cavemus nobis ſagam, l caſum.* Excido. falt gennom / fraa / *l.* faldt hannom fraa.
137. Cæmentum. vdhugne ſteen / *l.* vhugne.
139. Occido. *pſalteriam, l. pſaltriam.*
140. Succidia. *aſſeratur, l. aſſervatur.* Tranſcædo. *tranſcido omnis, l. tranſcidi omnes.*
144. Columen. Ryganß / *l.* rygaaß. *Item, audacis, l. audaciæ.*
146. Calix. *vivo, l. rivo.*
149. Nomenclatura. *cæleſtis nomenclatum, l. nomenclaturæ.*
160. Canterii. Sagelavg / *l.* ſavlad.
162. Captivus. fanget / *l.* fange.
177. Caries. aſſheldig / *l.* affeldig. Carina. *infimus, l. infima.*
185. Caudicarius. *cavata, l. cavato.* Codicillares. *Lampad. l. lamprid.*
189. Decotes. forſlette / *l.* forſlutte.
190. Cedo. *cedite dextras, l. cette.*
191. Accedo. *tectu ſentio: eadem. dete vol...*
194. Receſſus. dybgang / *l.* dybetancker. Succedo. *tectum ſubit, l. ſuccedit.*
201. Quadringenties. *Quadringenta ſeſtertia Adde vel potius, quadringenties, centum millia ſeſtertium.*
206 Decerno. vi lerckeligen. *dele.*
209. Inceſtus. *decucunt, l. deducunt.*
212. Cicada. κηπίω, *l.* κηκίω.
217. Cinædus. *Saltator, l. ſaltator.*
218. Cinnus. *Cinnus utriuſq, l. Cicero in Oratore: Eſt autem quidam Interjectus inter hos medius, & quaſi temperatus, nec acumine poſteriorum, nec flumine utens ſuperiorum, ut Cinnus amborum neutro excellens, utriuſq; particeps, vel utriuſq, ſi verũ quærimus, potius vers.*
218. Concinnus. zierlig / *l* tierlig
220 Succingo. *atrum album, l. atram album ſuccingitur ferus canibus.*
221. Cercius. *Lat. l. Caton.*
224. Citrius. *diluciator, l. dilutior.*
236. Procœnium. *l. pocœnium.*
244. Concha. *rebus nequitiæ, l. verbis neq.*
241. Decoloro. tager / eller / *l.* tager fraa.
247. Incoctus. *Vellera incocta. Tyrios rub. dele punctum.*
252 Bicornis. tøgrenet / *l.* tuegrenet. Cratera. *fiſtula, l. ſitula.*
260. Crepo. *perculſione, l. percuſſione.*
261. Knepſkare. *l.* Knepſkære. Crepido. Hælde / *l.* hald.
271. Incubitatus. *prædicatus, l. pædicatus.*
274. Seilet vdi løberen. *hæc infra poſt,* ſpindell / ſpill. Subſcudes. *lateritus, l. lateritius.*
279. Cuneus. fœrd / *l.* fier / feer. Cuniculus. *longinquæ, l. longinqui.*
280 Ocquiniſco. *prædicabi, l. pædicabi.*
289 Curvus. kraagdt / *l.* kraager. Cuſpis. *quædam fictiles, l. quidam.*
294. Subinde. *alteroq; ictu, l. alteroq; ſubinde ictu.* Inde. ἦκε, *l.* ἦδε. & ἐνϑα, ἔνϑεν, *hinc, illinc.*
297. Indecet ide ilde / *dele,* icke.
301. Dextrè, ſtaar / *dele.*
303. Addico. Entil nogen ting / *l.* en noget till.
320. Conditivus giemmiß / *l.* giemfruct.
338. Subucula, Sibuculatus, *Hæc infra erunt in compoſitis à duo, induo.*
352. Emiber. *qui inhibeant, l. quòd.*
355 Circuitus. *oli, l. ſolis.*
356. Comes. *priſini, l. piſtrini.*
360. Redeo. *mari patrios, l. mores.*
361. Superbus. *quoq; auferis, l. aufereris.*
361. Tranſeo. *Apenium, l. apenninum.*
365. Errans. *plaſtlæ, l. ſtellæ, græca voce planetæ.*
366. Et. *emergiæ, l. ergiæ. Aliter à Te, l. re.*
367. Etiam. *claſſisæc inſerenda erat claſſi Et. Eſt eniatiam, q. & jam.*
308 Ex vforvndis / *l.* vforvendis. Frankeed / *l* fremſkud.
369. Extremus. *mitia, l. malitia.* Extra. *Exteraneorum, interaneorum.*
388. Forfex. *Inſtrumentum biſulcum, &c. Item quo chirurg & c. Hæc ſignificatio hoc loco alienа, & ferenda voci, Forceps.*
393. Trivenefica. all / troldkone / *l.* aeiltroldkone
405. Faſcino. der antriffuis / *l.* der.
406. Felcenini. metrylleri / *l.* mod.
409. Præfocatus. dne / *l.* daaret.
410. Favillaceus. *fali, l. fuligo favillacea.*
413. Fendo. τενδω *l.* τεδάω.
417. Fero. *Fortuna ſte, l. ſert,* En ſygelig / *l.* Er.
420. Confero. legge det ene / *l.* ligne.
229. Ferreus. *ferrana l. ferraria.*
437. Filius. *nepotibus quàm filius, l. filiis.*
440 Affictus. *neceſſiste affixa, l. afficta.*
441 Effictus. *geruli ſgulos, l. conjunctim geuli ſigulos. Eritq; nova paragraphe: idoq; majoribus literis.*
445. Affines. *cujus ſingul. affines l. affinis.*
451 Flo. ſtøbe / *deleatur.*
455. Affluo. *malos voluptas, l. alios & c.*
46. Forem. varer / *l.* vaar.
466. Multiforus. *buxus multiforus, l. buxum multiforum: de tibia ex buxo multis conſtante foraminibus.*
477. Infringo. tømme / *l.* tømme.
483. Circumfrico. fraber. *l.* flaar.

495. De-

495. Defundo. *Idem quod fundo. Adde:* *seu debase in bas, condiendi gratia fundo.*
500. Furtum. tyffuende/ *l.* tyffner/ ſtolne koſt.
504 Gæſum. *geſſas & geſſam, l. geſum & geſſum.* Galbanum. *byna, l. Syria.*
505. Albogalerus. *pileam, l. pileus, vel pileum.* Gallicæ. Træſkæ / *l.* træſko. Gallus. *palacria, l. palearia.*
509. Gemnio. *roridis, l. roſcidis.*
514. Egeſtio. vdbrædelſe / *l.* vdbrædelſe. Integerinus. *l. intergerinus.*
515. Corniger. *Flabius, l. flubius.*
516. Morigeror. *momgeratur, l. morigera-*
517. Gigeria. *gigena, l. gigeria.* (*tur.*
519. Genus. *Uno orig. l. una.*
522. Caprigenus. krybe/ *l.* klyffue.
523. Trojugenam, *l. Trojugena.*
526. Glomus. *Calee. l. Calepinus.*
531. Gradus. *Inciſurim, l. Inciſurus.* Graſſor. fuß/ *l.* funſer.
537. Gratia. *mea gratia nobis pertimeſcit,*
539. Gravatè. *bilam, l. biam.* (*l. non*
540. Gravor. ſider ved/ *l.* ſeer ved.
542. Grus. *f. t. l. dub. t.*
545. Cohormum, *l. coturnium.*
551. Prohibeo. *à periendo, l. periculo.*
553. Halecula. *ex, l. &.* Halex. legegr. *l.* lagegrumſer. Halex *bini q. fex bini, l. halex biri q. fex biri.*
556. Haut. *Soceo, l. ſoleo.* Hebes. *ac ἥβη, l. ab.*
558. Helvor. *bellueor, l. belluor.* Apprænendo. giffuer till/ *l.* griffuer.
561. Heros. *p roprius, l. propius.* Eho. *Ducatus à Græcorum εῦ, l. ducatur à à græcorum ῶ.*
564. Inhio. Hiigrer/ *l.* Hiiger. Hilla. Worßband/ *l.* Morßbaand.
566. Hiſpidus. Enſkarpſ. *l.* Ett.
567. Homo. *biſunt. l. biſa ſunt.*
568. Honeſtas. Hederlig/ *l.* Hæderlighed.
570. Hordejus. *propulcros, l. propulcher.*
574. Hu. *ἰὼ, l. ὖὖ.* Jactatus. Slingett/ *l.* Slengt.
585. Ictus. *benena, l. beneno.* Lyndild/ *l.* Lynild.
590. In procinctu, ſtatt paa. *dele.* ſtatt.
592. Interior. *Dibitus, l. Dibinitus.*
593. Inanis. ødig/ *l.* ledig.
594. Inguen. *fœminum, l. feminum.* Gaar kiertlene/ *l.* naar kiertlene (hoffne.
595. Iris. *Irritus, l. iris.*
596. Eò. *Idem in pr. prod. Idem hîc noba erit paragraphe, legendumq; ſic: Idem pr. prod. Eadem: & idem neut. pr. corr. ab is & enclitica, dem q. &c.*
598. Indidem. *ex eo loco, l. eodem.*
599. Ita. *Ita poſtulo, l. Itaq;.*
601. Junctus. forſpeet/ *l.* forſpent.
602. Adjunctio. *propoſitio, l. propenſio. punctum quoq; adde ad interſtinguendum à boce neceſſitudinis.*
605. Juniperus. *Operæ, l. opertæ.* Adjurgo. *In, dele.*
606. Adjuratus. *ſe nusquam, l. unquam.*
610. Adjutorium. *qui adj. l. quo. Adjutur, l. adjubatur.*
612. Sublabor. *Inferri, l. referri.* Labor. *quòd eum ad, l. cùm.*
614. Labroſus. *celſa, l. celſo.* Collabello. *laberinum, l. laberium.*
616. Lacertus. *Intertentæ, l. intertextæ. Extortæ, l. exortæ.* firban/ *l.* fiirbæn.
617. Lacio. *prodo, l. modò.*
620. Lacus. tucteſted/ *l.* tvetteſted.
622. Elido. ledt fra lidt/ *l.* lid fra lid.
625. Lampas. lueß/ *l.* lyß/ liuß. Lanatus. *quæ beſtitur, l. quâ.* Lanuginoſus. lodde/ *l.* lodden. Langueo. *operam laſſus, l. operæ vel operum.*
628. Laqueus. *ſuſpendentis, l. ſuſpendendi.* Larazium, *l. lararium.*
629. Larignus. Harpie/ *l.* Harpix.
636. Pollubrum. *Gloſſis, l. Gloſſario.*
637. Laxo. liſſner/ *l.* linner.
641. Sublego. Mercke ad/ *l.* ord.
642. Diligo. *hic ex quocunq;, l. hinc illinc, hic & ubicunq;.*
644. Mucrilegulus. *l. murilegulus.*
645. Lenis. *Subigendo mollitus, l. mollior.* Leno. *lenis, l. lenit.*
649. Levis. *animorum, l. armorum.*
655. Libatus. ſin bord/ *l.* ſirr.
656. Librillæ, *l. librilla.* Flagellarum, *l. flagellorum.*
660. Ligillum. Stilcker/ *l.* ſticker. Ligneum. *ſepis, l. ſepes.* Ligo. *λαγῦν, l. λυγῦν.*
664. Limbus, *λεῦμα, l. λῶμα.*
667. Ligula. *ſpuma, l. ſpumam.* Proſtringendi. *l. propter ſtringendi.* Pollinctura. *Collig. l. polling.*
671. Liqueo. *lampi, l. campi.*
672. Liquor. *Sive amnium, l. ut pellucidi amnium liquores: ſcilicet pro exemplo.* Liquo. Seje/ *l.* ſti/ ſtige.
673. Lira. foor/ ſord/ *l.* foorſord.
674. Deliro. *per nugas, dele: per.*
676. Livor, *ſive, l. ſine.*
677. Locus. *λέχομαι, l. λέγομαι.*
678. Abloco. *à ſe. dele.*
685. Loreus. *bita, l. bitta.* Lorica. Malekrog / Jernkrog / *l.* Mallekrave/ Jernkrave.
686. Monoloris. *Intenta, l. intexta.* Luceo. *digitur, l. dicitur.*
687. Lucerna. *λύγνος, l. λύχνος.*
689. Interluco. *Excipiendum, l. excipiendam.* Snide / *l.* Smitte.
690. Polluceo. *Epuli, l. epulæ.*
692. Lucaria, *fiebant, l. faciebant.*
693. Alludo. *ſunt, l. ſuis.*
700. Lutoſus. klegig/ *l.* klægitt-
702. Machina, *Arietaria, l. arietaria.*
708. Malleus. *ſeu Manuleus, l. manleus.*
715. Mantica. *tergo, l. ango.* Manticularius. *cujus, l. quorum frequens uſus ad tergendas manus.*
716. Manus. *quantita, l. quantitate.*
718. Marcidus. tyggere/ *l* tiggere. *Sic in ſequentibus,* tigger/ tiggē rigget.
742. Meruo. *μελέναι, l. μετ'ιέναι.*
743. Emico Mindſt ſe/ mindſt tilſyne/ *l. utrobique* mieſt.
744. Militaris. *Tæmia, l. Tænia.*
755 Commiſſarius Redem/ *l.* Ridem
761. Modeſtus. beſkader/ *l.* beſkeden. Modius. tønde / otting. *l. conjunct.* tøndotting.
768. Mola. *grabitatis, l. grabiditatis.*
780. Momen. *quo movent &c. l. quo movet, & natura ejus.* Moto. vride/ *l.* vricke. vriſte / *l.* vriſſe.
783. Mugil. *nitret, l. initet.*
790. Poſmurium. *Promorium pontif. l. pomærium.*
791. Muſcarius. dompe ſøm/ *l.* doppe-
792. Muſtelinus pellis. *l. muſtelina.* (ſom
793. Mutilatus. Stuffnede/ *l.* Stryffuede/ ſteffnede.
797. Nam. *2. hi, l.* Thi.
798. Narratus. *q. d. l. quod.*
803 Navia. *cabatum. Ut Navis. dele punctum. Non enim exemplum eſt.* Ignavè. ladvont/ *l.* ladvorn.
805. Nebula. Moem/ *l.* Molm.
807. Nenia. *aliusbè, l. alibibè.*
811. Nitido. *Terramenta, l. ferramenta.* Nitor. hilder / *l.* helder.
812. Annitor. holder/ *l.* helder. Pernix. *alia, l. ala.*
813. Nitrana. *l. Nitraria.*
815. Nodus. Felck/ *l.* kulck.
818. Nominatim. hved/ *l.* ved.
822. Novem. *&c. l.* Ni
823. Novelletum, veg/ *l.* vng. Novacula. *Pagnim, l pagrum.*
824. Nubes. *Convictus, l. concretus.*
825. Innubo. *Suani, l. ſuam enim. Et. dele.*
832. Nutrio. *Indo, l. nido.* Nutrix. *Suilia, l. Sicilia.*
837. Odiosè. *loquelis, l. loqueris.* Odorator. *odoraturq;, l. odoratu.*
838. Oh. *qualem, l. quodam.* Oho. *Polymochæ replacides, l. polymachæro placides.*
839. Olea. *Diſtinguenda, l. diſtringenda.* Omen. *augeor, l. auguror.* Omentum. nening/ *l.* meninges.
849. Orbile. Hiuleraad / *l.* Hiuleraand. Orca. *item bas, cui ſalſamenta imponantur. Hoc omne dele.*
851. Organum. *Inſtrumentum, l. inſtru-*
853. Exorior. *reperote, l. repente.* (*menti.*
854. Ornus. *m. l. ni.* Orea, mie/ *l.* mie. Oſcillum. leder / *l.* lædr.
857. Inorus. *Oſteæ, l. oſtreæ.*
85. Oſtrum. *Ingricante, l. nigricante.* Otium. *Syna, l. Syria.*
86. Pagus. *ſedebes, l. ſedes.*
864. Palma. *Aſtricto, l. Chriſto.*
865. Palor. *Palagantur, l. palantur.* Palpum. *obtundere, l. obtrudere.*
867. Paſſus. træd / ſkreff / *l.* træn/ ſkrev.
869. Compingo. *contundere, l. contrudere.*
870. Propago, *inis. pr. comm. Adde: pen. prod.* Repagulum. blincke/ *l.* klincke.
Slette/ bom/ *l. conjunctim* Slettebom.
875. Par-

875. Parcè. *parus, l. parcus.*
883. Paron. *dicta, l. dictus.*
884. Partio. *tior, l. tivi.*
886. Minuſculus. *bella, l. billæ.* Minus. *pupillus, l. puſillus.*
891. Interpateo. *banè, l. bariè.*
894. Juppiter. *m. t. ſubjice gentilibus Deorum ſummus.*
896. Pauſia. *ſurbe, l. ſuabe.*
897. Pe. *in, dele. re, l. te.*
904. Alia compoſita. *poteſt, l. poſſunt.*
905. Pelvis. *à per, l. perluo.*
907. Penſio. landgield/ *l.* landgilde.
910. Suſpendo. Henger off/ *l.* op.
915. Primis, *l. pinnis.*
918. Pes. *ſignificationis, adde:* foed.
917 Pediculus. Vandkat/ *l.* Vandkal.
Pedaneus. Kirckefoget/ *l.* Kircke-
920. Cornipes. *re, l. &c.* (foget.
921. Semipedalis, le, om. t. *ſubjice: quod menſuram habet ſemipedis. ut truncus ſemipedalis. craſſitudo ſemipedalis.* halff foed tyck eller høy. Septempedalis, le, o. t. *ſeptem pedes longum &c.*
922 Tripus: *phœbides, l. phœbades.* Peſſulus. *quæ fœminis, l. quod.*
926. Repeto. *Repenti, l repetenti.*
928. Philoſophus. *deeſt linea diſcriminans.* Phui. *phui, l. phu, ſive fu fu.*
933. Auripigmentum. Opermenet/ *l.* operment. Farnitz/ *l.* guul-farffue.
938. Impico. flicker/ *l.* fliner. Placenta. *Imaginem, l. imagine.*
949. Quadruplicatò. *Erupta, l. empta.* Quadruplus. *injicias, l. injiciam.*
954. Plumarius. dveet/ *l.* dunet.
970. Populatus. Herdret/ *l.* Herdt/ forherdt.
971. Porro. fremt/ *l.* frem.
974. Deportatus. Indmanelſe/ *l.* indmanet.
976. Poſtilena. Svantzerum / *l.* ſvandzerem.
978. Potio. *τὸν. dele.*
981. Primitivus. de neſt første/ *l.* de neſte/ de første.
987. Premo. *premit ſtat, dele ſtat.*
990. Pretium. *mox, l. mors.*
991. Privignus. *etiam, l. autem.*
997. Proco. gilter/ *l* giller.
998. Reciprocatio. fled/ *l.* flæ. Proius. næßgrum / *l.* næßgru. Pronus. Radeßmand/ *l.* Rædeſvend.
1000. Proſper. *proſperfama, l. proſera.*
1003. Impubes. *attinet, l. attigit.*
1006. Puellarius. *i. e. dele.* Pullulo ey grøde. *l. utrobiq;* ny grøde. Iuſillus. *Athel, dele.*
1009. Propugnaculum. verſe/ *l.* vern
Pulex. *facit homunciones, l. facie.*
1011. Pulmentarius, l. pulmentaris.
1014. Puniceus tag/ *l.* bag.
1015. Purpureus. mørkrøg/ *l.* mørckerød. *Ingreſcente, l. nigreſcente.*
1016. Pus. Roed / *l.* Rod. Puſtula, Blæn/ *l.* Blæne.
1020. Pyra. brende/ *l.* brendende.
1022. Inquiro. *venire, l. punire.*
1023. Qualis. *Collocationem, l. collationem.* Qualus. *virum, l. vinum.* Sma/ *l.* Small.
1024. Aliquando. *nonnunquam aliquando, l. nonnunquam quàm aliquando.* Quantuscunq;. for / *l.* ſtoer.
1025. Aliquantus. *alienus, l. labienus.*
1026. Conquaſſo. med/ *l.* ved. Ruſtere/ *l* rumſtere. Excutio. gielder/ *l.* gield.
1027. Excutere. tiſpe ſlaar/ *l.* blaar. Excuſſus. igiennom latt/ *l.* ledt. Incutio. mandgaſk/ *l.* mundbaſk.
1028. Quaternus. *protinus, l. pro.*
1029. Quadrans. fire parter/ *l.* fier-de part.
1030. Triennis & Trieunium. *Hæc hoc loco aliena.* Quærcus. *pulſata. adde: reſonet.*
1031. Queror. flincker/ *l.* flyncker. *Cæſarius, l. Cæſari. Inuoce, l. à voce.*
1032. Quies. Stelle/ *l.* ſtille. Inquies. *procacitas inquieta, l. inquies.*
1034. Quiſquiliæ. *τὸ τὸν, l. τὸ χὸν.*
1036. Quacunq;. *Quacunq; matre. exempla pertinent ad quicunq;.* Quodcunq;. *cujuscq;, l. cujuscunq;. N. Hæc pertinere ad quicunq;: ut & alia plura in hac claſſe reſtituenda ordini.* Quiſnam. *ſive. dele.* Quiſpiam. *Infinitivum, l. In-*
1037. Quàm. Ende/ *l.* end (*finitum.*
1040. Nunquid. *Duos patrios, l. duas patrias.* Quin. jom/ ſo/ *l.* ſom ſo.
1041. Quondam *cronata, l. cronatæ.*
1042. Rabo *ran, rano, l.* Rav / Rav. Rabiosè. Haſtighed/ *l* haſteligen. Rabula. *rabii, l. rabit.*
1043. Radius. Veyſtock/ *l.* peegſtock. peegſtick. Hinlege/ *l.* Hiullege. Væffueſkylle / *l.* Væffiſkytte.
1045. Corrado. Raaber/ *l.* Rager.
1047. Raptor. *Viros, l. bibos.* Rapax. Riffuer/ *l.* Riffaa. Abripio. Roffuen/ *l.* Roffuer.
1049. Raritas. *palmonibus, l. pulmonibus.* Raudiuſcul. vel Rodiuſcul. *l. Rauduſcul. vel Roduſcul.*
1050. Rudis. Vld/ wkaret/ *l.* wkaret uld. Wbehæffn/ *l.* wbehoffn. Rudus. grund/ *l.* gruud. Ruderarius. *rudem, l. rudus.*
1051. Raucus. *læſo, l. læſa.* Hæſſe / *l.* Hæß. Ravus. Sodel/ *l.* Soder. Re. *ceſſum, l. ceſſim.*
1052. Rego. *rectum teneo. adde: ſeu rem tendo, vel teneo punctis ſuis æqualem, & ſine flexu.* De rectione, *l. de æquabilitate rei ſecundum puncta, & ſine flexu.* Rectus. *Innuo, l. nimio.*
1053. Regionatim. Hvor/ *l.* giennom hver / vdi hver.
1056. Exporrigo. Eid/ *l.* vidt.
1060. Correpo. *indumenta, l. in dumeta.* Perrepo. *perremio, l. perbenio.*
1061. Reatus. *ſunt, l. ſcilicet.*
1062. Rheda. *Iſid. Rheda, l. Reda.*
1063. Ridicula. *Idem expon. l. idem. Expon.*
1064. Ridiculus. Snackeling / *l.* Snack/ting.
1065. Rigor. ſtranghed/ *l.* ſtrenghed. *Pro duro, l. auro.*
1066. Rima. *ῥωλμὴ, l. ῥωγμὴ.*
1067. Rixoſus. *Exemplum quod ſubjicitur eſt à Rixor, i. e. Rixis ago, certo.* Irrito. *veris, l. irris.*
1069. Roboreus. egn tørrner / *l.* ege tømmer.
1073. Roratio. fructſnien / *l.* fructſvien.
1078. Ructus. Ræffnen/ *l.* Ræben.
1082. Runcina. tørnhack / *l.* tiørnhack.
1083. Ruta. *cæſa, l. cæſa.* Deruo. ſtriger/ *l.* ſtryger. Eruo. vddryffuer/ *l.* vdriffuer.
1085. Ruſcus. *nondum ſimilis, l. non diſſimilis. Cujus (dum, l. cujus colorem.*
1086. Rutuba. *rutula, l. rutuba.*
1087. Sacer. *pen. l. pr.* Sacro. gaar / *l.* giør.
1088. Sacrarium. *Aſſecrabantur, l. aſſervabantur.*
1090. Sagax. Steffner / *l.* ſtøffuer/ eller ſteffuer. Sagaciter. Snaadigen/ *l.* Snedigen
1091. Sagum. *Scraboni, l. ſtraboni.*
1094. Salax. ſteddende/ *l.* ſtoddende. Saliſatores. *quidam, l. qui, dum.*
1095. Deſultor. ſkydheſt/ *l.* ſkødzheſt.
1096. Perſulto. *cæta, l. læta.*
1099. Inſula. Raadhuuß/ *l.* Radhuſe.
1101. Saniosus. *portus, l. partus.*
1103. Salubritas. *percepti, l. percepi.*
1104. Sapinus. *Gallicè, l. Gallica.*
1105. Inſipidus. trengt/ *l.* trendt.
1108. Satis. *aliundè, l. abundè.*
1111. Scalpo. offuer/ *l.* offuen. Scalptūrarius. *Uſi nutius, l. minutiùs diverſicoloribus.*
1112. Scando. flaffuer / *l.* flaffrer. Scandulæ. *atenues, l. tenues.*
1113. Scapha. Eger/ *l.* Ege. Raane/ *l.* Rane. Scaphium. anvidlang / *l.* avdlang.
1117. Scintillo. glinter/ *l.* glimter. *Et infra*, glimten.
1112. Scopæ. *Dicta à ſcobe, l. ſcobe.*
1123. Aſcribo. *bonorum aſcribimus, adde: Diis.*
1128. Sculponeæ. *Ulyſticum, l. ruſticum.*
1129. Scutica. *coreum, l. loreum.*
1130. Sicilicum. *immittitq;, l. innuitq;.*
1131. Axicia. *quo, l. quâ. Abſicco, l. abſeco. Conſecorias, l. conſeco, as.*
1132. Reſex. *eris, l. ecis.*
1134. Securis. *efficere, l. officere. Et erant. dele, &.*
1135. Sed. *accuſem ment, l. meum herum.*
1137. Aſſiduus. *Aſſiduæ feriæ, l. furiæ.* Deſideo. doffver/ *l.* doffner.
1138. Obſidior. *Opibus, l. apibus.*
1139. Præſidiarius. Foefojen/ *l.* konfoje.
1140. Subſidiarius. *annotibū, l. annotinū.*
1142. Seminarius. *ſartoris, l. ſatoris.*